¶Sed hic ex ꝓpoſito queritur. Quõ ita diu ꝑdurãt Mahumetani: Rñdet Paulꝰ Burgẽſis in quadã additiõe Apoc̃.xiij.de huiꝰ ſecte durabilitate: ita ꝙ in effectu vult dicere ꝙ nulla vna ſecta vnq̃ꝫ tñ durauit quãtũ hec. Licet eñi idololatria a diebꝰ Nebroth: immo a diebꝰ Enos ꝓut alijs placet ĩchoata ad Chriſtũ vſq̃ꝫ durauerit:tñ nulla vna ſecta idololatrie ita diu mãſit.victor eĩ nouũ ritũ colẽdi victis ĩpoſuit:⁊ deſtruebat deos gentis deuicte.vñ Eſaie.xxxvj. Rapſaces in noĩe Sẽnacherib q̃ mltas gẽtes deuicerat:dicebat. Ubi ſũt dij ematis:⁊ arphat:⁊ vbi ſunt dij Sepharnaim ⁊c̃.q̃ſi dicat:ꝙ ſicut vicerat gẽtes illas:ita ⁊ deos eoꝝ. Jdololatria eñi eſt nomẽ gñale:⁊ ſermo eſt de hoc mõ idololatrie vel illo. Et dat tres cauſas. Prima eſt.hec ſecta nõ eſt idololatica:nec cultũ idoloꝝ publice ĩ ſuo dñio ꝑmittit:ſicut alie ſecte p̃cedentes faciebãt:mõ inter oĩa pctã quibꝰ deꝰ offendiꝭ:pctm̃ idololatrie eſt peſſimũ. Scdm̃ in quo differt hec ſecta ab alijs p̃cedẽtibꝰ eſt:q꞉ p̃cedentes cogebãt fideles ad orãdũ ſeu thurificãdũ idolis:iſti aũt non cogũt directe:licet chriſtianos multos dãnent. Prior pars eſt nota de tribus pueris in camino regis Babilonis poſitis. Daniel̃.iij.et ex libris Machabeorũ: et ſanctorũ vitis amplꝰ patet. Secũda pars patet:q꞉ in Alcorano habetur ꝙ cogunt oẽs ad ſuam ſectã : vel ad ſoluẽdũ tributa.mõ multi chriſtiani viuũt ſub eis ſoluẽtes tributa : vt ptꝫ de religioſis in mõte Siõ:in Bethleẽ Jude:in mõte Sinai ⁊ in Grecia. Tertia cauſa.reliquẽ ſecte Chriſtũ denigrãt nõ mõ in eo negãtes diuinitatẽ: ſed eum p̃dicantes malũ virũ.iſti aũt eximiũ ꝓphetam poſuũt:negant tñ in eo diuinitatẽ. ¶Contra has cauſas argumentor. Jpſe iſtis tribꝰ cauſis nitiꝭ durabilitatem huius ſecte erronee ꝓtegere:ſed aliqua ſecta diutiꝰ durauit q̃ꝫ Mahumetica:cui iſta tria nõ competũt:ꝗ nihil dicit. ꝓbatio mĩoris de ſecta erronea Judeoꝝ iam mille quĩgẽtis annis durãte:q̃ peſſime ĩter reliq̃s de Chriſto ſentit:⁊ chriſtianos viuos ſi poſſet forte deglutiret. Jſti etiã ſunt idololatre : vt ptꝫ ꝑ ſupſtitioſum modũ et ꝓhibitum de deo colẽdo q̃ vtunꝭ. Fortaſſis mihi dices.hos cõſeruat deꝰ:vt ex veteri teſtamento capiaꝭ argumentũ fidei nr̃e.ſic diciꝭ ꝙ ꝓpter aliquas alias cauſas Mahumetani ꝑmittunꝭ viuere. Jnſuꝑ Mahumetani negant cultũ latrie exhibendũ illi:cui eſt exhibẽdus.ſ.Chriſto: ergo ſunt idololatre ĩ deficiẽdo. Aſſumit ẽt vnũ qd̃ reor eſſe falſum : ꝙ nulla vna ſecta erronea ita diu durauit ſicut illa.plerīq̃ꝫ eñi ſteterĩt diutiꝰ nõ victi q̃ꝫ mille annis: vt ptꝫ de Scythis:q̃ nec ab Alexãdro magno:nec a Romanis ſubacti ſunt capiã exẽplũ domeſticũ. Nr̃i Scoti Britãni poſtq̃ꝫ ex Hibernia(que apd̃ maiores Scotia dicebaꝭ)igreſſi ſũt Britãniã: ĩea vltra mille octingẽtos annos ꝑdurarũt:ꝗ ita eſt veroſil̃e fuiſſe ĩter varios idololatras. Preterea prudẽtes victores in lumĩe naturali paſſim ꝑmiſerunt ſubactos viuere in ſuo ritu colẽdi ⁊ in legibꝰ ſuis poſitiuis. vt ptꝫ de Romanis q̃ in pãtheo colebãt oẽs deos ⁊ deas gẽtiũ.et Maro ĩ Georgicis inuocando opẽ ſuperorũ dicit. Dij deeq̃ꝫ oẽs ſtudium quibꝰ arua tueri. Quiq̃ꝫ nouas colitis ⁊c̃. Jn ſignũ cuiꝰ Pilatus Romanorũ locũ tenẽs in Judea voluit dimittere iudeis Barabbã:q꞉ erat ꝯſuetudo eoꝝ eripere de morte in paſcha vnũ ꝯdẽnãdũ:vt ptꝫ ex euãgeliſtis.⁊ ita alias cõſuetudĩes ſubditoꝝ admiſerũt vt eos ĩ maiore tranq̃litate tenerẽt.mõ nihil tã mouet hoĩes ad ſchiſma ⁊ ſeditionẽ q̃ꝫ mutare cultũ maioꝝ erga ſupos ſeruatũ.tñ non nego quin aliqui inſolẽtes cogerẽt ſubditos ritũ colẽdi ſuperoꝝ mutare. Rurſus queſtio eſt ita grauis:quõ deꝰ ſinit idololatras in genere viuere ⁊ proſperari.

¶Propterea ad oĩa iſta aliter reſpõdendum arbitror: ſuppono ꝙ multa fiũt a deo ⁊ rõnabiliſſime quoꝝ cauſa nos fugit:tñ poſſumus in ꝓpoſito(⁊ conducit) dare aliquas rõnes. Jn primis dico ꝙ deꝰ reliq̃t hoĩes liberos:⁊ dedit eis mãdata rõnabilia: ſꝫ hoĩes ex vertibilitate liberi arbitrij ſunt ad malũ ab adoleſcẽtia proni: ꝓpterea multi auertũt ſe a ſancto ritu colẽdi deũ nũquid ĩter xp̃ianos plures ſunt mali q̃ꝫ boni : ⁊ plerũq̃ꝫ mali abũdãt in bonis fortune ĩterdũ ꝑ fas: interdũ ꝑ nefas: ⁊ illa eſt ſimilis difficultas ei quã querimus : ⁊ illã queſtionẽ q̃rit Hieremias.xij.capite ſui libri inquiens. Quare via ipſoꝝ ꝓſperaꝭ: plãtaſti eos: et radicẽ miſerũt ⁊ ꝓficiũt. Et Abacuc primo ſcribiꝭ. Mũdi ſunt oculi tui ne videas malũ:⁊ reſpicere ad iniq̃tatẽ non potes. Quare nõ reſpicis ſup iniqua agẽtes: ⁊ taces deuorante impio iuſtiorẽ ſe: ¶Scdõ ponẽdo auxiliũ dei:qd̃ eſt multo rõnabilius oppoſito:⁊ cũ ſanctis libris biblicis: et ſanctoꝝ expoſitionibus magis quadrat q̃ꝫ oppoſitũ: voluntas ſola cum dei influentia generali non poteſt ſe ad bonum conuertere / nec intellectus ad credendum: ſm̃ illud Joannis.v. Nemo poteſt venire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eum. vbi licet textus ſit clarus: gloſſa interlinearis dicit. Nemo poteſt credere in me.niſi gratia eum preuenerit. hoc eſt dei auxiliũ. nec eſt ſermo de gratia gratũ faciente. Et Malachie.j. originaliter ſcribiꝭ. Jacob dilexi: Eſau aũt odio habui. Et recitatiue ab apl̃o ad Roma.ix. Anteq̃ꝫ nati eſſent / vel aliquid egiſſent ⁊c̃. Agamus ergo deo immẽſas gratias ꝙ nos ad fidem trahat ⁊ non alios.ſed hoc in ſcdõ ꝓlixius deduco. ¶Tertio dico tenẽdo oppoſitũ iſtius:ſicut aliqui theologi tenẽt:ꝙ propter malam vitam noſtrã deus iſta permittit. nunquid deus permiſit populũ ſuũ peculiarem duci in captiuitatem apud idololatras Babylonios:⁊ tẽplum Joue dignũ apud ſacras hiſtorias decãtatiſſimũ dirui ⁊ funditus euerti: Nunquid permiſit arcam federis in qua erãt dei ꝓdigia magna:capi a Philiſteis ꝓpter peccata Ofni ⁊ Phinces:j.reg. iiij. Cum pſaltes regius populi peccata recitaſſet:ſubiũgit. Tradidit eos in manus gentiũ:⁊ dñati ſunt eoꝝ qui oderunt eos. Pſal̃.cv. Non mirabere ergo ꝙ propter noſtra peccata multas terras amiſimus:⁊ nouiſſime Greciã. Grecia eñi ſuperba eccleſie vniuerſali non paruit. Et Latinos in Syriã ꝓficiſcẽtes terram ſanctã recuperare volentes impediuit ⁊ fefellit. Et licet Baptiſta Mantuanus lib.j.calamitatũ id ſuperbie Othomani aſcribere velit inquiẽs. Hinc eſt orta lues:que Thracia regna vetuſq̃ꝫ Grecoꝝ imperiũ vertit. Byzantia regũ Urbs opibus cõſtructa mari pretẽta duobus Egeo euxinoq̃ꝫ fretis ſtipata ſedebat Sceptra tenens paruo qua gurgite boſphoros vndã Colligit: hãc ſcythica irrũpens Othomanꝰ ab arcto Jnſidijs captã ferro violauit ⁊ igni. Arx erat Europes ⁊ ĩexpugnabile quõdã Romane fidei vallum: Mahumetica cõtra Arma:minas Aſie frenãs Libyeq̃ꝫ tumultum. Potiſſima tñ cauſa dicta eſt: ⁊ Baptiſte aduẽtitia:ſicut cõtra rebelles hebreos vicinos reges in bellum impulit:qui victores ſeipſis gloriam dedere. ¶Quarta cauſa eſt fideliũ exercitatio. Tum vt in virtute ⁊ fide erudiãtur:tum vt ociũ euitent ⁊ corpore exerceantur. Apud Romanorũ annales legimus Scipionẽ Naſicam cõtra Catonem Carthaginẽ nolle dirui : ⁊ ita Romanis cõſuluiſſe : vt eius metus Romanos in tranquillitate ciuiũ contineret. Simile Joſue.iij.legimus: vbi litera dicit. He ſunt gentes quas dñs dereliquit: vt erudiret in eis Jſraelẽ:⁊ omnes qui non nouerant bella Chananeoꝝ:⁊ poſtea diſcerent filij eoꝝ certare cum hoſtibus: ⁊ habere conſuetudinem preliandi contra ſatrapas Philiſtinoꝝ omnẽq̃ꝫ chananeũ: et Sidonium atq̃ꝫ Eueum qui habitat in mõte libano de mõte Baal Hermon vſq̃ꝫ ad introitum Emath. dimiſitq̃ꝫ eos:vt in ipſis experireꝭ Jſraelem vtrũ audirent mãdata dñi que preceperat patribus eorum per manum Moyſi: an non.

¶Quinto dico ꝙ per has tribulationes purgãtur boni a malis. nam ab orbe cõdito ab iniuſtis iuſti premiſſi ſunt ⁊ perſecuti. locupletiſſimũ teſtimoniũ in mediũ ciere poſſum ex veteri teſtamẽto ⁊ nouo:incipiẽdo ab Abele/Jacobo/Joſepho/Dauide/Jobo / Thobia / Hieremia/Daniele. ⁊ alijs ꝓphetis. Lucidius eſt in nouo teſtamento:a Chriſto exordiendo ad apoſtolos ⁊ colũnas eccleſie deſcẽdendo per oẽs tyrannorum perſecutiones quas paſſa eſt eccleſia : que quãto magis paſſa eſt iniurias tãto amplius fide ⁊ moribus creuit: ⁊ roborata eſt. ſm̃ illud Pſalmiſte pſal̃.cxxviij. Sepe expugnauerunt me a iuuẽtute mea: etenĩ non potuerũt mihi. ¶Sexto dico.q꞉ noſtri ob inteſtina bella inter ſeſe propter auaritiam ⁊ gloriã a vulgo aucupãdã hoſtibus fidei relictis in ſe inuicem arma cõuertunt.plus eñi propriã gloriam querunt q̃ꝫ dei : et q̃ꝫ ſalutem cõmunem reipublice chriſtiane. ¶Septimo dico teſte Sabellico in fine tertij libri. Nullum genus hoĩm hodie in terris ordinatius militat in armis q̃ꝫ Turce ⁊ Mahumetani:qui plus nobis q̃ꝫ reliqui oẽs nocẽt.modo deus plerũq̃ꝫ ſinit cauſas ſecũdas ſuas actiones agere. Ad pauca aſpiciẽtes iſtud falſiſſimum putãt:ſuos vel qui marte ancipiti cum ſuis certant in re militari ponẽtes primos. ¶Octauo dicitur. Non ſemper habens iuſtã cauſam belli iniuſtũ vincit ⁊ ſuperat.hoc ptꝫ Judicũ.xx. vbi oẽs filij Jſrael iuſtiſſimam bellãdi cauſam habebant contra Beniamin: propter turpe ſcelus perpetuũ in Gabaa:⁊ tñ bis vt notum eſt ceciderũt in ore gladij:vel q꞉ nimis in ꝓprijs viribus cõfidebãt:vel idololatria in Dan ꝑpetrata ĩpunis mãſit. Sic chriſtianos ſceleratos in bello occidi permittit : vt ceteris cedat ad exẽplum bene viuẽdi. Sic eſt de noſtris contra fidei hoſtes: ſicut Achior dux filioꝝ Ammon Holoferni reſpõdit Judith.v.⁊ non fuit qui inſultaret populo iſti niſi qñ receſſit a cultu dñi dei ſui: quotieſcũq̃ꝫ aũt penituerũt ſe receſſiſſe a cultura dei ſui: dedit eis deus celi virtutem reſiſtẽdi. Et paulopoſt ſequitur. Deus eñi illorũ odit iniquitatẽ. Et inferius. Nunc ergo mi dñe perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorũ in conſpectu dei eoꝝ:aſcendamus ad illos:q꞉ñ tradens tradet illos deus eorum tibi: ⁊ ſubiugati erũt ſub iugo potẽtie tue. Et Joſue.xxiij. Poſtq̃ꝫ admonuit populũ precepta dei ſubiũxit. Si ea ſeruaueritis:vnus ex vobis ꝑſequeꝭ hoſtiũ mille viros:q꞉ dñs deus veſter pro vobis ipſe pugnabit ſicut pollicitus eſt. Jnnumere auctoritates Biblie ad hoc introduci poſſunt. ¶Nono dico:ꝙ naturalis ſuoꝝ amor ⁊ innatũ odiũ ab vnguiculis ⁊ teneris annis cõtra chriſtianos inhibitũ ad fidẽ cõuerti impedit. Analogiã vicinã ⁊ peculiarẽ accipito inter chriſtianoꝝ regna vicina:que inter ſe bellũ gerere ſolẽt.filiũ pater ſagittare docens inquit.ſic dumũ ꝑcute ac ſi frãcus eſſet. Simile odiũ ineũte etate verſipellis hebreus ⁊ ſtolidus mahumetanus in xp̃ianos haurit. ¶Decimo.ab hoĩm pluralitate quos ĩprobos cõſtat eſſe:indiſcrete argumẽtũ ſumũt:⁊ demonũ preſtigijs fidẽ preſtãt:a quibus crebro fallunꝭ. Ex his argumẽti ꝓpoſiti ptꝫ ſolutio.

¶Summatim & ſumma rerum veſtigia ſequentes paucis epilogabimus. Jn primis diximꝰ ꝙ ab imperitoꝝ pluralitate nõ eſt color argumẽti qñ infallibiliter oſtẽditur multoꝝ imperitia : ſicut in ꝓpoſito feciſſe arbitramur: oſtendẽtes fidẽ noſtrã in lumine naturali:⁊ ex hoſtiũ dictis ſolã credendã. Uetus teſtamẽtum a deo celitus datũ nos:hebrei: ⁊ Mahumetani cõfitemur:in quo nouũ tãq̃ꝫ rota in rota includiꝭ. Ex quo oſtẽdi poteſt Chriſtus eſſe meſſias in lege ꝓmiſſus. Jta ꝙ paſſus veteris teſtamẽti ad hoc ita exp̃ſſi ſunt vt nullus quãtũcũq̃ꝫ verſatili ingenio ſine violenta et diſtorta ſcripture expoſitione euadere poſſit. Scripture autem vtriuſq̃ꝫ teſtamẽti auctoritas ex hoc liquet ꝙ in ea nulla diſſonãtia:ſed ſumma harmonia inueniꝭ ſiue codẽ tempore ſcripſerint auctores : vt Ezechiel in Babylone : et Hieremias in Judea etiã de rebus propheticis: ſiue in varijs tẽporibus: qd̃ nullis alijs ſcriptoribus cõceſſum eſt. Sed creberrime poſterior priori tam in theoricis q̃ꝫ in hiſtorijs contradicit. pro cuius veritate defendenda mortẽ obire fideles pulchrũ ſemꝑ putauere : ⁊ non alij. Hoc habito ꝙ Chriſtus eſt meſſias in lege ꝓmiſſus:preceptũ erat arctiſſime in lege ei fidẽ prebere. Unde Deuteronomij.xviij.cap.ſcribiꝭ. Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuoꝝ ſimilem tui:⁊ ponã verba mea in ore eius:loqueturq̃ꝫ ad eos oĩa que precipiã illi. Ubi gloſſa

ſnterlinearis ſn verbo ꝓphetā. hoc eſt Chriſtū. Et ſe:
quitur. Qui aūt verba eius que loquet̄ in noīe meo au:
dire noluerit: ego vltor exiſtā. Ubi interlinearis gloſſa.
perpetua pena vindicās. ſed ipſe dedit nobis oīa in lege
gratie credenda: vtpote incarnationē: trinitatē in perſo:
nis in eadem eſſentia diuina: ergo talia ſunt credenda.
Sic deducere oportet cōtra Hebreū articulos hos pre
fatos. Hec dixerim: qꝛ aliqui ex noſtris aliter eos repro
bare conantes ex veteri lege: ſeipſos inutiliter fatigant.
Sufficit hic more diſcipuloꝝ Pythagore dicere. magi
ſter dixit. cum magiſter ſit infallibilis. Inopinabile eſt
ꝙ Hebrei nobis ſm̄ ſuas vires infeſtiſſimi nobiſcū cōue
nirent ad vetus teſtamentū corrūpendum: ſicut pſeudo
ille ꝓpheta Mahumetus dicit. Etiā ſemper eccl'ia vi:
ros peritiſſimos pariter ⁊ optimos habuit: qui ſi ſoli Bi
bliam habuiſſent eā nō corrupiſſent. Inſup (qđ eſt mihi
Achilles contra Mahumetum) Quid lucri poterant
cōſequi noſtri primi chriſtiani aſſerēdo ꝙ Chriſtus erat
deus ⁊ tres pſone in diuinis eſſent in vna eſſentia: ſi hoc
non habuiſſent a Chriſto: non citius fuiſſet eis ꝓpterea
habita fides: immo hoc varios īpedit: ⁊ tñ hoc coram to
to mundo cōſtanter ⁊ intrepide ad mortē vſq; incluſiue
cum miraculoꝝ charitate atteſtati ſunt. Sequitur ergo
ꝙ hoc a Chriſto habuerunt mediate vel īmediate. Inſu
per decem cauſas dedimus quare Mahumetani et alij
non ſuſcipiūt fidem catholicam quā ſuſcipere ſub pena
damnationis tenētur. ¶ Amplius (quod mēte tenebis)
noluit Chriſtus fidem primo per eruditos vel principes
plantari: ſed per piſcatores ⁊ rudes. Ratio eſt: quia alio:
quin creditum fuiſſet ꝙ in humana eloquētia ⁊ pruden
tia vel tyrannoꝝ violētia hoīes fuiſſent ad fidē cōpulſi.
quare trecētis annis ⁊ amplius eam permiſit a ſimplici
bus predicari cum clariſſimis miraculis ab optimis vi
ris fidem ad mortem vſq; incluſiue alacriter defendēti:
bus: qui truculētiſſimos tyrānos: potentiſſimos princi:
pes: exercitatiſſimos in omni diſciplinarum genere phi:
loſophos ad fidem ſuſcipiēdam traxerūt vbilibet. quod
ſi miraculis hi rudes non fecerūt: oīm miraculoꝝ mira:
biliſſimum eſt illud. Uoluit preterea Chriſtus ꝙ in lege
gratie viri operā ſummam ſue legi ⁊ ceteris diſciplinis
pro ea capeſſenda darēt: ⁊ omni oppugnatione eā diſcu
terēt: qꝛ ſic eius ſincera veritas purius attingit̄: qꝛ ꝓuer
bialiter dici ſolet. Ueritas nō querit angulos: nec obie:
ctiones vllas ↄtra ſe directas formidat. Non ſic aūt ex:
ordiū error Mahumetic⁹ habuit: ſed poſt incarnati ꝟbi
aduentū ad ſexcētos annos vafer ille Mahumetus ꝓ:
penſos vidēs oēs a Romano īperio reſilire. Arabes cō:
terraneos ad rebellādū īpullit: ⁊ cū ſanguinari⁹ crebris
victorijs potitus cōplicū amicitiā ſibi ↄciliaſſet: temere
legē perfidā rudi ppl'o tētare auſus eſt: arctiſſime vetās
ne ſup ipſa diſputaret̄: ne dolus in erronea ſecta depre:
hēderet̄: ſed ſolo ferro eā iuſſit ſeruatū iri. non tñ eo infi:
cias q̄n ꝓpter demerita ppl'i deo ꝑmittēte poſſit demo:
nū pſtigijs illudi ſicut videre eſt de oraculo Apollinis/
de Baal/ Ioue/ Iunone/ et reliquis gentiliū putatis ſi:
mulacris. Et hec ꝓemialiter dixiſſe ſufficiat.

¶ Diſtinctionis Prime. Queſtio Prima.

Circa hanc primam di
ſtinctionem Quarti querā ali
qua. Primo cū multis ſcripto
ribus: an creatura poſſit crea:
re. quo ſoluto patebit: an ſacra
menta creant gratiā. Scđo de
definitione Sacramēti quam
ponit Magiſter / an ſit bona.
Tertio. an ſacramenta noue legis cauſalitatem habeāt
reſpectu characteris / vel ornatus. Quarto. an in va:
rijs legibus varia fuerint ſacramenta. Quinto. de cir:
cunciſione ⁊ eius obligatione. ¶ Quo ad primū queri
tur. Utrum creatura poſſit creare.

¶ Pro ſolutione queſtionis eſt notan:
dum ꝙ creare ⁊ creatura capit̄ multis modis ⁊ equiuo
ce. hoc ptʒ per regulā inueniēde equiuocationis. Mul:
te enī affirmatiue cōceduntur de creare ⁊ multe negati:
ue: ⁊ ratio eſt in cōcedendo: ſed repugnātia non poſſunt
eſſe vera: que euadi non poſſunt niſi per equiuocationē.
Dicimus enī iſte pontifex iſtū doctum creauit. Simili:
ter Pariſijs dicit̄ intrātes rectorē creare. intrantes aūt
ſunt creature: ⁊ quales/ deus nouit. Ex iſtis conſequēs
eſt ꝙ creatura poteſt creare. Rurſus hec negatiua cōce
ditur cōmuniter a theologis: creatura non pōt creare/
nec ſtant in hoc ꝙ ſcđa eſt indefinita: imo loco vniuerſa:
lis accipiunt. Cōmunis nāq; modus loquēdi ſufficit ꝓ
affirmatiua: ⁊ theologi cōmuniter ſcribentes pro parte
negatiua. Sic poete/ ⁊ grāmatici/ ⁊ ceterarū ſcientiarū
profeſſores ſuas equiuocationes oſtēdunt. Creare igit̄
capitur multis modis. Primo modo idē eſt quod ꝓmo
uere/ vel eleuare. ⁊ ſic Canoniſte vtūtur vocabulo. Se:
cundo modo idē eſt qđ ꝓducere. ⁊ ſic capit Commēta:
tor. iij. de Aia dicens. Intellectus creat intellectionē. i.
producit. ſed iſte acceptiones nō ſunt ad ꝓpoſitum. Si
petas quare illas acceptiones dedi cū non ſint ad ꝓpoſi
tum. Reſpōdeo. ſunt ad ꝓpoſitū doctrine. ſed nō ad pro
poſitū queſtionis: qꝛ ſic non capimus terminū in ꝓceſſu
queſtionis. Iſtis acceptionibus ſecluſis creatura / vel
creare in ꝓpoſito eſt res que ꝓducitur ab agēte qđ paſ:
ſum non preſupponit. Et tot modis capitur annihilare:
qꝛ quot modis dicit̄ vnum oppoſitoꝝ: tot modis dicitur
reliquū: q̄ñ in omni acceptione aduerſant̄. per regulam
Topicā: ⁊ quinti Ethic. j. ¶ Ex iſto ſequitur ꝙ eadem
res numero generat̄ ⁊ creatur reſpectu diuerſaꝝ cauſa:
rum. Forma enī equi generat̄ ab equo: ⁊ creatur a deo.
hoc ptʒ: qꝛ equus preſupponit influxū materie: deus au
tem non preſupponit. nec hoc eſt maius incōueniens: q̄ꝫ
ꝙ eadem res naturaliter generet̄ ab vno agente ⁊ libere
ab alio. queādmodū de volitione cōtingit: que naturali
ter ꝓducitur a cognitione: ⁊ libere a voluntate. Et ſi ar:
guas. forma equi eſt creatura reſpectu dei: ergo eſt crea
tura. ⁊ vltra ſequit̄ ꝙ eſt non creatura ab equo: ergo eſt
non creatura: ⁊ ſic eadē res eſſet creatura ⁊ nō creatura
copulatiue. Reſpōdetur ꝙ ſcđa ↄñā eſt nulla: qꝛ arguit̄
a parte in modo ad ſuum totū cum dictione infinitante.
Aia aūt intellectiua/ gratia/ fides/ ſpes/ angeli/ materia
prima. characteres ſacramentoꝝ ſunt creature ab omni
cauſa ſcđa īmunes: qꝛ ſolus deus cōcurrit ad illarū rerū
productionem. Et licet ꝓducātur in ſubiecto: non tñ ex
ſubiecto: hoc eſt nec materia hominis / nec hoīs anima
ad illa concurrit in genere cauſe materialis: ſicut eſt de
forma equi. Iſto modo pauce res creantur: nec omnis
res eſt creator/ vel creatura hoc modo: ſaltem reſpectu
creature. ¶ Petis an homo creetur ab omni cauſa: po:
nendo vnam animā intellectiuā in eo: hoc modo capien
do creare. Dicitur ꝙ ſic. illud enī ſufficere videt̄ ꝙ ma:
teria interdum creabatur: ⁊ nunc aīa creatur: ſecus eſt
de forma equi reſpectu alterius: licet prima anima equi
creetur a deo: ponendo formā corporeitatis in homine:
homo enī non totaliter creatur. Qꝛ autem creatura non
poſſit creare indepēdenter: nunq̄ꝫ fuit difficultas inter
theologos. non enī poteſt eſſe creatura quin dependeat
a deo: ergo non poteſt creare independenter.



¶ De propoſita queſtione multe ſunt
opiniones. Auicēna dicebat creaturam poſſe creare: vt
ptʒ de catena aurea nono ſue Metaphyſi. cap. iiij. ⁊ ali:
bi. Ex cuius dictis hec trahi poſſunt. Deus ab eterno
intelligendo ſeipſum: ꝓducit vnum angelū. ille primus
angelus ab eterno ꝓductus tria intelligit: primo deum:
per hāc intellectionē ꝓducit ſcđam intelligentiā: prima
producta inferiorē. Scđo intelligit ſeipm̄: ⁊ in hoc ꝓdu
cit aīaʒ primi orbis: hoc ē celi decimi. Tertio intelligit
ſuam potentialitatē: hoc eſt ꝙ nō habet neceſſitatem ex
ſe: ſed ab alio. ⁊ in illa intellectione ꝓducit primū mobi:
le. Secūdus angelus a primo ꝓductus intelligēdo pri:
mum productū ꝓducit tertiū ſe inferiorē. Et de aīa ſcđi
orbis ⁊ ſcđo orbe dicatur: ſicut nunc de primo diximus:
et ſic vſq; ad orbē lune: ⁊ ad datricē formaꝝ incluſiue di
catur. Hic modus dicēdi cum ꝓductione perſonarū in
diuinis aliquā vicinitatē habet ⁊ difficile eſt eum in lu:
mine naturali eluere. Creatio aūt eterna non repugnat
dictis philoſophoꝝ principis. xij. Meta. dicētis ꝙ a pri
mo motore depēdet celum ⁊ materia prima. Et Cōmen
tator in de ſubſtātia orbis tractatu ſcđo: dicit: ꝙ corpus
celeſte indiget non tm̄ virtute mouēte in loco: ſed largiē
te ei in ſe ⁊ in ſua ſubſtātia permanētiam eternam. Pre:
terea. ij. Met. ſempiternoꝝ ſūt cauſe que ſunt maxime:
qꝛ ſunt cauſa alijs vt ſint. non ſolū de ſempiternitate con
cluſionis: hoc eſt ꝓpoſitionū neceſſariarū. Nec deterre:
beris ꝓpterea ꝙ aliquis effectus de neceſſitate ſit et ab
eterno: qꝛ hoc Ariſtotelem cōcedere oportebit: vt ptʒ de
lumine ſolis producto in Uenerē ⁊ Mercuriū: qui ſem:
per ſunt in bona ꝓpinquitate ad ſolem. Sed qꝛ illic eſſet
ambages de partibus illius luminis propter remiſſionē
q̄ñ planete illi multū diſtant a ſole: ⁊ intenſionem q̄ñ ſoli
appropinquātur: capiatur lumen in determinata parte
ſphere ſolis: inter quā ⁊ corpus ſolare non poteſt cadere
corpus opacum: illud lumen ſm̄ Ariſtotelē fuit ab eter:
no: hoc eſt tenēdo perpetuitatē mūdi ſm̄ imaginationē
eius: que (licet ſit falſa) tñ eſt poſſibilis: ⁊ hoc ſufficit. qđ
conſequēter ipſe habet dicere: ſcʒ ꝙ illud lumen fuit ab
eterno: ⁊ de neceſſitate eſt: qꝛ de neceſſitate habet eſſe a
ſua cauſa non īpedibili. et dato ꝙ quodlibet lumen cum
quolibet ſit eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: nō ſequitur: ſi lu
men hic inferius corrumpatur ꝙ lumen in ſphera ſolis
corrūpatur: ſed eſt corruptibile de ſe: ⁊ corrumperet̄ niſi
haberet cauſam neceſſario ipſum conſeruantē: ⁊ ſic ipm̄
eſt corruptibile ſuapte natura. Et ſimiliter dicere potes
de quātitate continua tenēdo quātitatem a ſubſtātia ⁊
qualitate diſtinctā: quātitas enī celi nunq̄ꝫ corrūpet̄: et
tñ quātitas horum inferioꝝ corrūpitur. Sic de intelli:
gentijs orbiū dicetur: ꝙ oēs a primo motore habēt eſſe:
et de neceſſitate ſunt licet habeāt eſſe ab alio. ¶ Ex his
colligitur ꝙ creatio eſt poſſibilis naturaliter: creatio in:
quā neceſſaria. qđ ptʒ de iſtis ſubſtātijs ſeparatis ꝓdu:
ctis ab eterno extra materiā. Illud aūt Ariſto. j. phyſi.
Ex nihilo nihil fit: vt dicunt oēs naturaliter loquentes:
ſic intelligitur. nihil fit ex ſubiecto non preſuppoſito or:
dine durationis: hoc eſt tēporis. Si ponas primā intelli
gentiam per inſtās/ vel tempus non producere ſecundā
intelligentiā: ⁊ hec neceſſaria: impoſſibile in natura po:
nis: ad quod nulla eſt potentia.

¶ Cæterum theologi ſuper queſtione
propoſita inter ſe digladiantur: ſed vſitatius tenet̄ pars
negatiua: aliquib⁹ tñ tenētibus ꝙ potētia creandi crea
ture impartiri pōt: lʒ eam adhuc creature non imparti:
uerit. Huius opinionis viſus eſt eſſe Magiſter ſentētia
rum diſt. v. huius quarti. Alij aūt tenent ꝙ nec principa
liter/ nec inſtrumētaliter creatura pōt creare. Alij: ꝙ po
teſt annihilare: nō autem creare. ¶ Conterraneus poſt
multas rationes predeceſſoꝝ reprobatas capit tres pro
poſitiones: quibus cōcludit contra Auicēnā: ꝙ creatu
ra non pōt creare. Prima eſt. nullū accidēs requiritur
ad cauſandam ſubſtantiam. Secunda ꝓpoſitio intelle:
ctio angeli ab eo diſtinguitur. Tertia ad quodcūq; pro
ducendū extra requiritur intellectio ⁊ voluntas. Intel
ligit de productione non obiectiua: notum eſt ei ꝙ ange
lus concurrit ad notitiā intuitiuā que de eo habetur. ſi:
ne notitia ⁊ volitione: quia ad hoc facit albedo oīs noti
tie et volitionis expers. Difficile eſt primam ꝓpoſitio:
nem ꝓbare: oppoſitū autē fortaſſe eſt probabilius ꝓpo
ſitione ipſa in lumine naturali vt patebit xij. diſt. huius
Secunda eſt probabilis ⁊ oppoſituʒ vix ſine pertinacia
defendi poteſt etiam in lumine naturali. certa tamē eſt
in lumine fidei. Difficile etiam eſt tertiā ꝓpoſitionē ꝓ
bare. homo ei ex imaginatione barbam fricat ⁊ habitu
more Tulliano. ſic de aliqua operatiōe angelica dicat̄
¶ Ad partem negatiuam arguit Doctor Subtilis ſic.
Si forma poſſet ꝓducere formā extra ſubiectum: ꝓdu
ceret aliquid perfectius ſe: quia forma abſoluta a ſub:
iecto eſt perfectior forma informāte. Rurſus arguitur
ab eodē: forma nō poteſt ꝓducere materiam. hoc patet
quia dependet a materia ergo nō poteſt ꝓducere mate:
riam. ↄñā tenet: quia repugnātia videtur ꝙ aliquid de:
pēdeat per ſe ab aliquo eiuſdē rationis cum termino ad
quem ꝓductionis. ¶ Reſpōdetur: he rationes nō vidē
tur cōcludere. nam in ſacramēto Euchariſtie tenēdo ꝙ
quātitas eſt res quāta: albedo eſt extra ſubiectū: ⁊ tñ nō
eſt perfectior alia albedine inherēte niui: ⁊ dato ꝙ quā:
titati inhereat: ſi ponatur extra ſubiectū qđ eſt deo poſſi
bile: non eſt ꝓpterea perfectior. Sed dicis. perfectiori
modo ſe habet ſi non mendicet eſſe a paſſo. ergo ſi agens
aliquod vtpote calor / vel forma ſubſtātialis ꝓduceret
talē effectum: ꝓduceret aliquid perfectius ſe/ vel perfe
ctiori modo ſe habēs. Iſtud nō cōcludit: qꝛ forma ignis
produceret calorē ſeparatū: cum calor ſit accidēs: ⁊ for:
ma ignis īmediate poſſit producere calorem. Item non
incōuenit cauſam partialē eſſe īperfectiorē ſuo effectu:
ſed materia nō informat: que forma eſt īperfectior: ergo
non opʒ quodlibet nō informās eſſe ꝑfectius informāte
ex natura rei. ¶ Ad ſcđm dicit̄ ꝙ non cōcludit: aduerſa
rius ei negaret aāſ dicendo ꝙ forma aliqua ꝓducibilis
non depēdet a materia: ⁊ illo conceſſo negaret ↄñam. qꝛ
forma ignis depēdet naturaliter a calore: ⁊ calorē ꝓdu:
cit eiuſdem ſpeciei cum calore a quo dependet.

¶ Ad eādem queſtionem Guilelmus
Ockam argumētatur ſic. principiū naturale equaliter
ſe habēs ad plura eiuſdem rationis/ vel ꝓducit oīa/ vel
nihil: ſed ſi creatura poteſt creare aliqđ indiuiduū: qua
ratione vnū/ ⁊ infinita: ex quo eſt agens naturale equa:
liter reſpiciens oīa: ergo de facto crearet infinita indiui
dua: qđ eſt falſum. Et eodem modo arguit de cauſa libe
ra: qꝛ voluntas infinita diuiſiue diſtincte poteſt velle:
ergo ſi ſit libera pōt velle infinita ſimul. Et ſi dicas: non
poteſt velle infinita ſingularia. Poteſt velle vnū vniuer
ſale qđ reſpicit infinita/ vel nullū. Hac ꝓbatione vtitur
Aliacenſis in quarto. Sed dico ꝙ modus arguēdi nul:
lus eſt: cōcludit enī illud argumētum falſum: ſicut ⁊ ve:
rum. nam ꝓbaret equaliter ꝙ ignis ꝓduceret infinitos
ignes in materia. ⁊ loquor de totalibus formis: de par:
tialib⁹ enī ita eſt de facto. Capio eius maiorē principiū
naturale equaliter habēs ⁊c̄. determinatio ad vnū effe:

ctum non plus ꝓuenit ex parte paſſi ꝙ̃ agentis creati: q2 materia eſt indifferens ad omnẽ formã ⁊c̃. Si dicas. agens naturale determinat̃ a cauſa p̃ma: alioquin non poteſt dare rõnem: quare ſiliũ vniformiter forte frangit̃ in vna parte ⁊ nõ in alia: nec quare corrumpit̃ vnus gradus in remiſſione forme ante aliũ. Eodẽ modo tibi dicetur hic. Si dicas: eſt determinatio a cauſis ſupiorib9 et inferioribus ꝙ vnũ agẽs poteſt ꝓducere eundẽ effectũ numero: cũ ſemp redeãt oẽs cauſe eedẽ numero: vt opinatus eſt Plato. variatis autẽ cauſis/ſed aliq̃b9 poſitis gñabitur ſimilis effectus in ſpecie/numero diſtinctus. Eodem modo tibi dicetur de forma corporali.

## ¶ Iſtis tamẽ nõ obſtãtib9 teneo ꝑtem

negatiuam potiſſimũ propter auctoritates et cõmuniorem opinionem doctorũ: a qua temere abeundũ nõ arbitror. vñ beat9 Auguſtin9. xij. de ciuitate dei. capite. iiij. cõſimiliter tenet ꝑtem negatiuã ꝙ angeli nõ ſunt creatores: contra Platonẽ qui tenuit illud quod Auicẽna tenet nono ſue Metaphyſice. ⁊ expreſſius illud tangit. iij. de trini. cap. ix. vbi loquitur de demonum productione ſubita circa ranas et muſcas: dicens ꝙ minutiſſimas muſcas nõ poterant facere: q2 non ꝑmittebant̃. Probat illud per dictũ magorũ. Exodi. viij. Digitus dei eſt hic Non curo de expoſitione Nicolai Lyrani: qui ſic ꝓbat digitum dei eſſe ibidẽ: quia quicquid poteſt in maius: poteſt in minus. Illa eñi eſt diſtinguẽda: vel eſt ſenſus/quicq̃d poteſt ꝓducere difficilius poteſt ꝓducere facilius: ⁊ hoc eſt verum: ſed hoc nihil cõcludit contra Hebreos qui dicunt ꝙ creatura nõ poteſt ꝓducere animal minus grano hordei: quia forte difficilius eſt ꝓducere paruum ꝙ̃ magnũ. Alius ſenſus eſt. quicq̃d producere poteſt corpus magnũ poteſt paruum ꝓducere: ⁊ hoc eſt eſt falſum: q2 elephas poteſt ꝓducere elephãtem: ⁊ non hoĩem vel pigmeũ. Et ſic ꝓbatio eius nichil facit: q2 arguendo cõtra eos capiendo maiorẽ in p̃mo ſenſu/minor eſſet petitoria principij: q2 facilius eſt ꝓducere paruum animal. cui9 oppoſitum dicerent. Etiam non nego quin irrationabiliter exponunt. q2 demon relictus ſue nature poteſt applicare actiua paſſiuis in gñatione paruorum et magnorũ. quod patet ex auctoritate beati Auguſtini prenotata. Idem dicit Joã. Damaſcenus ſcdo libro de Orthodoxa fide. cap. iij. Quicũq3 autem dicunt angelos conditores eſſe cuiuſcũq3 ſubſtantie/ipſi os diaboli ſunt. ¶ Ratione etiã arguitur ſic ad concluſionem. Si eſſet vacuũ inter ignem ⁊ lignum: ignis non calefaceret illud lignum: quãtũcũq3 ſit modica diſtãtia: ⁊ hoc quia calor nõ eſt ſine ſubiecto: ergo ſi eſſent multe hoſtie locũ replentes inter ignem ⁊ lignum: ignis non ꝓduceret calorẽ in lignum. cõſequentia tenet: q2 vtrobiq3 nihil ſuſcipit calorẽ: et hoc tenẽdo ꝙ quãtitas non eſt ſubiectum qualitatis. Preterea. ignis non ꝓducit ignẽ ſine materia oppoſita: ⁊ ſic de alijs agentibus: vt experimur: ergo nulla creatura ꝓducit niſi ſubiecto preſuppoſito.

## ¶ Cõtra hanc cõcluſionem aliquibus

argumentis inſtabimus: vt concluſionis veritas magis pateſiat. ⁊ primo ſic. hoſtia calefacta producit calorem in hoſtiam nõ calidam: ⁊ ignis annihilat frigus ĩ hoſtia conſecrata: ⁊ non eſt dicẽdum ꝙ de9 illa faciat. q2 videmus ꝙ per approximationem illarum cauſarũ illud cõtingit. Non aliter ꝓbauit Ariſtoteles in de generatione ꝙ ſol in obliquo circulo eſt cauſa generationis ⁊ corruptionis. nec ſunt multiplicanda miracula poſtq̃ ratio nature ſufficit. ¶ Et confirmatur. philoſophi negarũt: ꝙ idem poteſt moueri motibus contrarijs: et negamus cõmuniter. Sed dato iſto ſupnaturaliter ꝙ idem ſit in duobus locis: ſimul ⁊ ſemel poteſt aſcendere ⁊ deſcendere: vt patet de anima in duabus manibus. Nec valet dicere vt dicunt Gregorius ariminenſis in. xvij. diſti. j. et Burleus in tractatu de intenſione: ꝙ hoc eſt per accidens ad motum alterius: quia ſi eſſet in duobus locis ſeparata/idẽ contingeret. ergo dato ꝙ forma ſubſtãtialis vel accidentalis ſit extra ſubiectum: debemus tenere ꝙ inter ipſam ⁊ ipſi contrariam ſit actio ⁊ paſſio: ⁊ cum cõtrarietas et actio a forma procedant: et materia nichil agat: ſequitur ꝙ creatura poteſt creare.

## ¶ Ad primũ aliqui cõcedunt: vt Alia

cenſis: ꝙ in illo caſu creatura creat. ſed hoc non placet propter dicenda. propterea nego ꝙ aliqua creatura poteſt producere calorem in hoſtiam conſecratam: q2 ille calor eſſet extra ſubiectum: non ponendo quantitatem diſtingui a ſubſtantia que eſt ſuſceptiua qualitatum. Etiam cõ ſuſcias ꝙ ignis poteſt corrumpere frigus in hoſtia frigida: quia tunc annihilaret. licet aliqui concedant ꝙ creatura poteſt annihilare: quia hoc non eſt niſi deſtruere effectum iam actu exiſtentem extra paſſum. ſed nõ poteſt creare: q2 equaliter ſe habet ad omnia producibilia: ergo vel infinita producit ſi ſit agens naturale: vel nullum. Sed ſuperius hanc rationem reprobauimus. Dico igitur ꝙ nec creatura creat nec annichilat: ſed deus hoc facit ad preſentiam cauſe ſecunde ne euacuetur meritum fidei. nec etiam ignis poteſt ſeruare calorem ꝓductum in hoſtia. Unde pono regulam talem. Ad applicationem cauſarum ſcdaꝝ in ſacrõ Euchariſtie ſemper deus facit illud quod apparet eſſe per cauſas ſecũdas ac ſi eſſent panis ⁊ vinum: et hoc ſm legem communem. Solutio argumenti ſequẽtis eſt probatio regule. Et nego ꝙ ſit idẽ de ſole in obliquo circulo: quia ſol ex natura rei germinare facit: quando communus accedit ad nos. ſecus eſt hic. ratio autem diſcriminis patetit per ſequẽtia. Ad aliud: puta non aliter probauit Ariſtoteles ⁊c̃. quando omnia ſic poſſent ſaluari/bene quidem eſſet. ſed hoc eſt falſum. Uidemus enim ꝙ ſi hoſtia diu conſeruetur generantur vermes: et oportet ꝙ deus producat nouam materiam: vel materiam panis que prius erat/ac ſi realiter panis ſemper exiſteret: ſed ſi materia producatur non inconuenit ꝙ agens naturale ſuam partialem actionem habeat. ſed poſthac locupletior erit ſermo de hac materia in ſacramẽto Euchariſtie. vermes enim ex accidente generari non poſſunt: nec accidentia nutrire valent: licet Argentina (et male) illud de potentia dei exiſtimet. et opinor ꝙ comedens hoſtias conſecratas ita diu viueret ſicut comedens hoſtias non conſecratas: et per rem geſtam in ſacramento Euchariſtie declarabitur. Item hoſtia conſecrata ita cito deſcendit ſicut non conſecrata. Benedictus deus in ſecula hec facit ad meritum fidei. Et iſta ꝓbatio regule. q2 enim in aliquib9 facit: ita videtur dicendum in alijs. ¶ Sed contra illud arguit̃. ponatur hoſtia frigida (voco hoſtiam frigidã cui coexiſtit frigiditas) et applicetur ignis: ſed naturaliter per te ignis nõ poteſt corrumpere frigus in hoſtia: ergo aliõ frigus perpetuabitur ſi de9 illud nõ annihilet. Ad hoc reſpõdetur cõcedẽdo illatum ex quo eſt concluſio ſequẽs. nec ex hoc ſequitur ꝙ frigus eſt maioris reſiſtẽtie extra ſubiectum ꝙ̃ in ſubiecto: ſed ſolum hoc ꝓuenit: quia natura non poteſt aliq̃d deſtruere niſi ſit ſubiectũ. Forte dicis. hoſtia conſecrata citius putreſcit in loco immũdo: et hoc non niſi propter actionem corporis circunſtãtis. igit̃. Reſpõdetur corpus circũſtans nihil facit ad illã corruptionem:



ſed deus ſic facit ac ſi cauſe ſecunde agerẽt ꝑpter meritũ fidei ⁊ alias cauſas quas ipſe nouit. Illud colorat noſtrã regulã: qñ alique cauſe ſecũde citius corrũperẽt ꝙ̃ alie: tũc citius corpus Chriſti deſinit illic eẽ. etiã ad alterationẽ totalẽ ſpecierũ corpus Chriſti deſinit eẽ ſub illis ſpeciebus. ¶ Ad cõfirmationẽ cõceſſo añte negat̃ ꝯñs. ⁊ ratio diuerſitatis ẽ: q2 ex primo nihil ſequit̃ repugnãs dictis ſctõrũ: ex ſcdo vero ſic: vt oñſum eſt.

## ¶ Secũdo cõtra cõcluſionẽ arguitur.

creatura corrũpit aliã: vt puta formã: ſic ꝙ nihil ei9 manet: ergo ãnihilat. tenet ꝯſequẽtia: q̃a ãnihilare nihil aliud ĩportat̃ videt̃ niſi ꝙ id qõ nũc ẽ ens deſinit ſcdm ſe ⁊ qõlibet ſui. ⁊ eodẽ modo de creari deducere poſſum9 vt de forma q̃ de nouo producit̃. Et cõfirmatur. capiat̃ lumẽ ꝓductũ a ſole in hoc aere: ⁊ corrũpat de9 ĩ hoc iſtãti aerẽ: adhuc ſol cõſeruabit ſuũ lumẽ: q̃a nõ deſinit lumẽ per vltimũ inſtans ſui eẽ: ſed per p̃mũ nõ eſſe. ergo cõſeruabit lumẽ ſine ſubiecto ⁊ cõſeruare ẽ cauſare: ꝯ̃ cauſat lumẽ ſine ſubiecto: ergo creat. ¶ Ad ſecũdũ reſpõdet̃ cõcedẽdo añcedẽs ſed nego cõſequẽtiã ãnihilare eñ vt vt doctores vtũtur cõnotat ꝙ nõ req̃rit̃ materia (loquẽdũ ei eſt vt plures. ſecũdo de celo) ad hoc vt corrumpat̃ modo licet ignis formã ſtuppe ſcdm ſe ⁊ qõlibet ſui corrũpat: quia tñ agit ĩ materiã: ⁊ extra eã agere nõ põt/nõ dicitur ãnihilare. Et eodẽ modo dicatur de creare. Etiam oportet ꝙ nihil ſuccedat loco forme corrupte: quare qñ panis trãſubſtãtiat̃ in corpus Chriſti nõ annihilat̃. ¶ Sꝫ ꝯtra hoc arguit̃. ponat̃ minimũ naturale ſtuppe prope ignẽ (ſuppoſita illa opiniõe) corrũpat̃ iſta forma in inſtanti: ⁊ ponat̃ ꝙ deus in eodẽ inſtãti annihilet materiam: tũc ignis annihilat formã illã paruã ſtuppe. Ad hoc rñdet̃ ſi de9 ĩ illo iſtãti deſtruat materiã ſtuppe: forma ignis nõ agit ĩ illã formã: ĩmo ſi forma ſtuppe eẽt in igne ꝑpetuõ/nõ corrũpet̃ ab igne. alioq̃n eẽt ãnihilatio. ¶ Ad ꝯfirmationẽ admiſſo caſu dr̃: ꝙ ſi aer corrũpat̃ in aliq̃ iſtãti dato: cũ accidẽs nõ poſſit eẽ ſñ ſubiecto nãl̃r ſol nõ ꝯſeruat amplius illõ lumen. Et q̃uiſꝑ breue tẽp9 conſeruaret: nõ tamẽ poſſet ꝓducere tale lumẽ de nouo Sed cum cõſeruare ad efficiẽtiã reducatur: pl9 placet primũ. Illud eñi argumẽtũ nõ ꝓbat ꝙ creatura poteſt creare. ſꝫ illõ foret ꝑpterea ſi apparẽtiã haberet: ꝙ naturaliter res non deſinit per vltimũ inſtãs cõpletũ ſui eſſe. Forte ariſtoteles diceret illõ accidẽs non poſſe eſſe ſine ſubiecto ꝑ vnũ inſtãs. Quicquid ſit argumẽtũ nõ eſt ad propoſitũ directe: quia corrũpat̃ ſol/⁊ petatur q̃diu durabit illõ lumẽ: poſito ꝙ hoc iſtãs in quo ſum9 ſit vltimũ inſtãs eſſe ſolis: ⁊ habebit̃ eadem difficultas que prius Nec opineris materiã aliã cauſalitatẽ vſurpare impreſentiarũ: niſi eẽ paſſũ. Põt eſſe argumẽtũ quia verba q̃rũ act9 ſoli deo cõpetũt dicũtur excepte actionis ⁊ deũ ĩcludũt: vt tonitruat/rorat/grãdinat/pruinat: creat aũt non eſt huius materie: igit̃ poteſt creature cõpetere. ſed illõ nõ eſt magni momenti.

## ¶ Tertio arguitur. aliqua creatura po

teſt producere materiã: ergo poteſt creare. conſequẽtia tenet. quia materia nõ p̃ſupponit materiã ad hoc vt producatur: quia ſi ſic/proceſſ9 erit in infinitũ. Antecedẽs patet. creatura ꝓducit formã: ergo materiã põt ꝓducere tenet cõſequẽtia: q̃a forma eſt ꝑfectior materia: Et cõfirmat̃: quia oĩs effect9 nõ adequãs ſibi ſuã cãm põt a cã minore ꝓduci: ſꝫ nulla creatura adequat ſibi actiuitatẽ dei: quia quacũq3 data poteſt maiorẽ ꝓducere: ergo creatura poteſt creari ab aliquo citra deũ: ſed quodlibet eſt creatura. igitur. ¶ Ad tertium dicitur negãdo antecedens: ⁊ ad probationẽ negatur cõſequentia quia equus poteſt ꝓducere equũ ⁊ nõ muſcã: ⁊ tamen equus eſt prefectior: nã videm9 materiã manere ſub vtroq3 termino trãſmutationis naturalis: ⁊ nulla creatura cã corrũpit vel generat. corrupto eñi ligno manẽt cineres. nec aliqua creatura poteſt aliter facere. ergo rationabiliter negatur antecedens. ¶ Ad cõfirmationẽ nego maiorẽ: quia notitia ꝓducit̃ ab vna cã: ſcilicet anima intellectiua que talẽ exuperat. nec ei adequatur/nec ſimilis ꝓduci poteſt ab aliqua inferiori. Similiter tot9 mũdus a dõ ꝓducitur capiẽdo mũdũ prout deũ excludit: nec tamẽ ei adequat̃ cũ aliũ ⁊ maiorem ꝓducere queat. Illic notato ꝙ aliquis effectus adequat ſuã cãm: vt dilectio ſũma quã Sortes põt habere: aliquis nõ adequat. vt vbi eſt reſiſtentia proprie dicta: vt in latione ponderis.

## ¶ Quarto arguitur, creatura, põt pro

ducere gratiam: ergo creare. tenet conſequentia: quia gratia eſt qualitas infuſa. Antecedẽs patet. quia actus meritorius eſt cã gratie. Item demeritũ deſtruit gratiã ergo annihilat. ¶ Ad quartũ diſtingo de gratia: vl' gratiã infuſam q̃ eſt gratia gratũ faciens: ⁊ ſic negatur: vel amorẽ acq̃ſitũ: q̃ ẽ gratia vel charitas acq̃ſita: vl' feruor charitatis: ⁊ ſic cõcedo: ⁊ hoc ſemper in materia: q̃a materia capitur vt tãtũ valet ſicut paſſũ. Ex quo ſit ꝙ in infinitũ eſt difficilius ꝓducere fidẽ ĩfuſã ꝙ̃ acq̃ſita: nõ dõ ſꝫ creature: q̃ nõ poteſt eã ꝓducere Uñ iſte termin9 materia quadrifariã accipit̃. vno mõ ꝓ altera ꝑte cõpoſiti ⁊ ſic ſolet capi ſecũdo Phyſicorũ. Interdũ quelibet res extẽſa vocatur materia vel res materialis. Nõnũq3 materia capitur ꝓ illo circa qõ aliquid ꝯſiſtatur. i. ꝓ materia circa quã: ⁊ ſic plerũq3 capit̃ in phĩa morali: vt pecunia eſt materia liberalitatis: ⁊ ita ĩ alijs virtutib9. Iſtis tribus modis nõ capitur hic. Quarto modo capit̃ ꝓ paſſo: ⁊ ſic in noſtra theorica terminũ vſurpam9. Et qñ añcedẽs ꝓbat̃ in ſẽſu negato/ꝙ actus meritori9 eſt cã gratie: diſtingo: vel cã efficiẽs ꝓprie dicta: ⁊ ſic nego: vel cã ſine qua nõ. ⁊ ex pacto diuio: ſic cõcedo: de9 eñ pepigit nobiſcũ ex ſua immẽſa bonitate: qñ facimus qõ in nobis eſt: cõferre nobis gratiã. Eodẽ mõ negatur: ꝙ demeritũ corrũpit effectiue gratiã ſꝫ ſolũ demeritorie hoc eſt/de9 qñ demeremur mortaliter/annihilat noſtrã gratiã/ſecũdum verbum Eze. xviij.

## ¶ Quinto arguitur. homo poteſt pro

ducere animã ĩtellectiuã: ergo creare. cõſequẽtia tenet: q̃a aĩa ĩtellectiua lꝫ ꝓducat̃ ĩ materia tñ materiã nõ p̃ſupponit naturalit̃: cũ poſt mortẽ hoĩs maneat ſepara. Añcedẽs patꝫ: q̃a alias homo nõ poſſet ꝓducere hominẽ: ſicut bos bouẽ ⁊ ſupponatur vna aĩa in hoĩe. Et ꝯfirmat̃ capio a. ignẽ q̃ corrũpit b. formã q̃ erat ĩ c. materia arguit̃ ſic. a/ignis rurſus põt ꝓducere aliquã formã in c. materia: ⁊ nõ ẽ maior ratio ꝙ d/formã poſſit ꝓducere ꝙ̃ b. ſed aliquã põt ꝓducere: puta d vel e. vel f. ergo põt. ꝓducere b. ergo creare. tenet cõſequẽtia: q̃a natura ſine creatiõe nõ p̃t reproducere corruptũ. ¶ Ad q̃ntũ rñdebit̃ ĩ. xvj. diſt. ij. Ad cõfirmationẽ reſpõdebitur in de reſurrectiõe ĩferius. Cõcedẽdũ ẽ tñ ꝙ effect9 creature p̃t eẽ de nichilo: ſꝫ ĩpoſſibile ẽ effectũ creature eẽ nõ nihilo a creatura. ¶ Aliqui ſic arguũt: ⁊ erit ſextũ argumẽtũ: ꝓducatur lumẽ ĩ a. ꝑte medij a deo ſupplẽte vicẽ ſolis ⁊ nõ aliter agẽte: ⁊ ꝓducat̃ in b. ꝑte alia a deo creãte: ⁊ ꝓducat̃ ĩ c: alia a ſole. Tũc ſic: lumẽ in b/eſt vere creatũ. ꝯ̃ ⁊ in a. tenet ꝯſeq̃ntia: quia illa lũina ſũt eodẽ mõ genita. Rñdet̃. lumẽ ĩ a ⁊ ĩ b/reſpectu cuiuſlibꝫ cauſe creatur. ſed ſol nõ põt ꝓducere c. extra ſubiectũ. lumen enim in

de

e.creatur a deo:⁊ producitur a ſole.

¶Septimo arguitur. forma ē prior natura anteq̃ materiã informat:ergo in illo priore agens creatũ creat. Reſpõdeo.nõ datur prioritas aliqua qua forma eſt:quin materiã informet:prioritas inquaʒ tp̃is vel inſtãtis:ſʒ q̃libet forma prior natura ē q̃ potẽtia informet:ſicut pri⁹ natura Sortes eſt rõnalis q̃ riſibilis.

¶Preterea arguitur.ſi creatura nõ poteſt creare:hoc erit propterea q: ſup diſtantiã infinitam nõ poteſt virtus finita:ſed inter terminos creationis:puta a quo ⁊ ad quẽ/puta ens ⁊ nihil eſt diſtantia infinita maior ptʒ:q: quanto diſtantia eſt maior/tãto tranſit⁹ eſt difficilior:⁊ maiorẽ virtutẽ reqrit in agente. ¶Alteri⁹ inſtrumentũ habet aliquã actionẽ vltra naturã ꝓpriaʒ ſm q̃ mouet̃ a principali agente: ſed aliqua creatura q̃ eſt inſtrumẽtum dei põt ſuum effectum ꝓducere in paſſum:ergo deo ſecuʒ concurrente partialiter põt effectũ producere extra paſſum:⁊ per ꝯñs ſalteʒ põt partialiter creare. ¶Rñdetur pro materia primi argumenti:q̃ duplex eſt diſtantia.q̃dam poſitiua et mediata:vt diſtãtia ab hieroſolyma ad Iordanem:q̃ nihil aliud eſt:q̃ intercapedo ſiue terrea ſiue aerea inter hec loca ĩteriecta. ſic inter extremos colores:vtpote albedinem et nigredineʒ põt imaginari de coloribus medijs. Sic etiaʒ intelligere potes de ſpeciebus actu intermediis ĩter hoĩem ⁊ aſinum. Hoc nõ obſtante in iſtis duobus ſecundis mẽbris cum nullum interuallũ ꝓprie faciat illa diſtare: potes conuenienter dicere q̃ diſtantia vnius rei ſup aliam nihil aliud eſt q̃ res diſtans:⁊ ſic aliqua diſtantia eſt res infinite perfecta:vt diſtãtia dei a creatura aliqua finite ꝑfecta:ſicut diſtantia creature a creatura. Sed ad formam argumenti dicitur q̃ ipſum nihil ꝓbat:q: ꝓbaret q̃ creatura nihil poſſet ꝓducere:cum forma producenda nõ ſit aliquid:⁊ forma ꝓducta ſit aliquid. ¶Pro ſecundi ſolutione ſcito quadrifariam accipi inſtrumentũ Primo. Deus eſt cauſa vniuerſalis:⁊ q̃libet creatura ē inſtrumentalis cauſa dei q̃ mouetur ad ſuam cauſalitatem a deo ſicut malleus a fabro. Secundo modo capit̃ inſtrumentum ꝓ parte alicuius toti⁹ mediante qua totum agit.hoc mõ ſenſus dicuntur inſtrumenta hoĩs ſecundo de Anima.vt oculus inſtrumentũ videndi: et aures audiendi. Tertio modo capitur inſtrumentum ꝓ cã diſponente ad vnum effectum ꝑuium:vt ptʒ exemplariter.ꝓbabile eſt eñi q̃ calor ſolum ꝓducit calorẽ in lignũ igniendum:⁊ nullã actiuitatẽ habet in forma ignis producenda:tunc calor dr̃ inſtrumentum ipſius ignis: vel forme ſubſtãtialis ignis. Quarto mõ capitur ꝓ inſtrumẽto artis:vt pro ſecuri/ſerra/⁊ huiuſmodi. Quocũq; iſtorum modorum capiatur:dico inſtrumentum nullaʒ actionem poſſe ſuſcipere ab agente ſuperiore:q̃ ei nõ cõpetit a natura. calor eñi nõ põt frigefacere de potentia abſoluta dei:q: dato oppoſito tollitur omnis cauſalitas naturalis a cauſis ſecundis. põt tñ deus cauſas ſecundas impedire ne producãt ſuos effectus. vt ſerra lignũ diuidens nihil in ſe ſuſcipit a motore rõne cuius lignuʒ ꝑtit̃:vel eñi motus localis eſt mobile quod mouet̃ quod eſt multum probabile:vel ſi ponat̃ accidens diſtinctuʒ a mobili:illud nõ eſt actiuum illius actionis:ſed lignuʒ diuidit:q: duo corpora nõ poſſunt eſſe in eodẽ loco proprio:⁊ dens acutus accipit vnam partem ligni diuidendi:quam a ſuo loco naturali pellit:nõ q̃ acuties a corpe acuto diſtincta illud faciat:q: ſi acuties ligni eſſet diuiſiua/hanc haberet ſuapte natura: ſed agens principale illam applicat paſſo ſufficienti modo ad diuiſionẽ ſicut Sortes diſponit ligna in foco pro igne generando.

¶His ꝑlibatis: in epitome totã materiã queſtionis ſummatim epilogabo. viſis acceptionib⁹ verbi creare:⁊ qualiter materia ĩ ꝓpoſito accipiatur:q̃ ea virtus q̃ ſine paſſo ꝓducit creat ⁊ nõ aliter:⁊ quia vidẽm⁹ q̃ ignis nõ ꝓducitur ſine materia nec aliquis ali⁹ effectus:⁊ argumẽta circa ſacramentũ Euchariſtie nõ concludũt:⁊ auctoritates ſanctorũ ſonãt in ꝑtẽ negatiuam cõcluſio tenenda videtur. Opinabile tamen eſt q̃ deus poteſt producere creaturas que ſine materia producere poſſent:⁊ ꝑ cõſequẽs creare:⁊ eodem mõ annihilare:quia nulla cõtradictio videt̃ ad hoc.ſʒ hoc nõ videtur de cõditionibus rerũ nobis datarũ adhuc.⁊ ſi daretur a/agens potẽs ꝓducere b.formã extra paſſũ:nõ eſt dicẽdũ cõſequẽter q̃ oẽm formã a ſe ꝓducibilẽ ꝓduceret/ſicut nũc de agẽte ſuũ effectũ ꝓducente ĩ paſſũ dicimus:ſed effectũ ſcd̃m.determiatiõnẽ prime cauſe ꝓduceret. Et ſi dicas.auctores colligẽdo errores Magiſtri ſententiarũ hoc colligũt ꝓ errore q̃ creatura poteſt creare. Reſpondet̃.colligunt nõ colligenda:q̃a de ratione erroris colligẽdi debet eſſe indubitatũ falſũ:qd̃ in hoc nõ cõtigit. difficile eñ nimis eſt errores colligere ⁊ hereſes ſicut beatus Auguſt. dicit in libro de hereſib⁹. Probat hoc optime a ſigno:quia duo ſcriptores celeberrimi .ſ. Epiphanius ⁊ Philiſtius/dũ ſcriberẽt de hereſib⁹ inueniendis in illis multũ digladiati ſunt nõ ob aliud niſi q̃ illd̃ qd̃ vni videbat̃ hereticũ/alteri nõ videbat̃. Ex hoc pʒ q̃ ad hoc vt homo hereſes ⁊ errores colligat:debʒ cõſiderare ſi ĩ materia fluãt opiniões:q̃a ſi ſic/nihil ē colligẽdũ ſed vacuis manibus abeundum.

¶Diſtinctionis. Prime. Queſtio Secunda.

Vtrum hec ſit bona definitio ſacramenti. Sacramentum eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma. Circa hãc queſtionem anteq̃ ad eã reſpondeatur veniũt aliqui termini declarandi. Primo quid definitio et poſtea quid ſacramentũ. Vñ doctores cõiter hic determinant de definitione:ſed quia materia eſt logica.de eorũ nõ cenſui inſiſtere. Secũdũ magiſtros realiũ: Sacramentum eſt relatio rationis cauſata ꝑ actũ inſtituentis ipſius dei ſignũ ſenſibile:quo cõcurrit ad ſuum ſignatũ ⁊ vnum purũ nihil.queadmodũ eſt q̃libet ſecũda intentio per eos.⁊ ſic cõſequẽter dicẽduʒ eſt q̃ nõ poteſt definiri definitione q̃d rei. Nõ placet mihi ille modus relationũ:nõ enim pono res abſolutas nec relatiuas:niſi q̃a per terminos ſignificatas: vt eadẽ res puta Sortes ſignificatur ꝑ terminũ de ꝑdicamento ſubſtantie ⁊ relatiõis ſed ſerioſius alibi de relationibus loquuti ſumus.oſtendẽtes nos nõ addictos iurare ĩ verba Magiſtri:⁊ rationes quibus concludere exiſtimant relationes a fundamento ⁊ termino diſtingui/nullo mõ efficaces eſſe. Et ex illo ſuppoſito ꝓcedẽdo dico vtile eſſe:licet tedioſum: in ſingulis ſacramẽtis dicere que entia ſint ipſa cũ ipſa ſecũdũ omnes loq̃ntes:ex materia ⁊ forma cõſtare dicãtur:que hic ⁊ in phyloſophia equiuoce accipiũtur ⁊ in varijs ſacramentis materiã ⁊ formã:vt in ſuis locis videbitur/variare oportebit. Sed in ꝓpoſito ſuppono aquã eſſe batiſmũ:q̃ diſtinctione ſequenti declarabitur. Hoc ſuppoſito patet q̃ baptiſm⁹ nõ poteſt definiri definitione quiditatiua potiſſimũ ſcd̃m terminos quib⁹ vtimur:quia licet habeat verũ gen⁹ non tñ differẽtiam magis ꝓpriã:que duo ad definitionem quiditatiuam proprie dictã reqrunt̃ ⁊ ſufficiũt:q: ſoli⁹ ſubſtãtie ſic eſt definitio: mõ termin⁹ baptiſm⁹ nõ ē de ꝑdicamento ſubſtãtie:lʒ realiter baptiſm⁹ ſit aq̃. Definitiõe ergo deſcriptiua ſic a Magiſtro ⁊ Auguſtino definitur ſacramẽtum.



¶Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma. Hic ponit̃ vex et q̃ditatiuũ gen⁹:nõ aũt differentia magis ꝓpria. Viſibile aũt tãtũ valet quãtũ ſenſibile: q: ꝓpter antonomaſiã alios ſenſus viſus complectit̃:⁊ eis preponit̃. Hinc dicit Philoſophus primo Metaphyſice. Senſum viſus pre alijs diligimus:et cũ Thobie angelus diceret. Gaudiũ tibi ſit ſemꝑ:rñdit ſenior:q̃le gaudiũ mihi erit q̃ in tenebris ſedeo:⁊ lumẽ celi nõ video? Thobie.v.⁊ Exodi.xx. Cunctus populus videbat voces. et Apocal'.j. Et ꝯuerſus ſum vt viderẽ vocẽ que loq̃bat̃ mihi.⁊ diſcipulo regens dicit: vides ne q̃ dico? Aliqd̃ a ſit ſacramẽtũ ſenſu guſtus: aliqd̃ ſenſu viſus/tactus/⁊ audit⁹ ꝑcipit̃:vt ptʒ de ſpecieb⁹ vini ⁊ panis:⁊ de ꝟbis inuiſibilis gr̃e. Et eſt gr̃am dãs virtute operis opati:ita q̃ definitio erit hec. Sacramẽtũ eſt ſenſibile ſignũ gr̃a cuius virtute opis opati ꝯfert̃ gr̃a ſi non ponat̃ obex ex parte culpe mortalis. Ex parte autem opis operãtis ꝓ quolibet actu meritorio ꝯfert̃ gr̃a: ſed nõ ꝓpterea eſt ſacramẽtũ. In baptiſmo itẽ et ꝯfirmatiõe ſine aliquo actu interiori ꝯfert̃ gr̃a:⁊ lʒ in aliqb⁹ ſacramẽtis act⁹ ĩterior reqrat̃ ꝓ quo dabit̃ gr̃a:tñ vltra gr̃am ꝟtute illius opis datã:virtute opis opati alia gr̃a ꝯfertur.

¶Ex hac definitione ſequũtur aliqua Primo q̃ lingue ignis/de q̃b⁹ ſcribit̃ Actuũ.ij. nõ erãt ſacramẽta: nec colũba:de qua ſcribit̃ Luce.iij.nec ſerpẽs eneus:de quo ſcribit̃ Numeri.xxj.nec agn⁹ paſchalis.Exodi.xij. Probatio:q: oppoſito dato plura erũt ſacramẽta q̃ ſeptẽ:qd̃ eſt falſum.illa etiã nõ ꝯferebãt gratiã virtute opis opati:qd̃ eſt de rõne ſacramẽti ſicut hic capim⁹. ¶Scd̃o ſequit̃:q̃ ſacramẽtũ a puro hoĩe inſtitui nõ poteſt:ad hoc vt ſuã efficaciã habeat:hoc eſt ſuũ effectũ. Ratio eſt:q: nõ põt talis efficaciter ꝯcurrere ad gr̃am:lʒ termĩos inſtituere poſſit. ¶Tertio ſequitur q̃ dictũ relinquẽtiũ illũ terminũ ſenſibile in definitione nihil valet:q: tũc ꝯtritio eẽt ſacramẽtũ. Et ſi dicas q̃ ꝟtute opis opati nõ ꝯfert̃ gr̃a: adhuc illa definitio erit inutilis:q: nõ ponit̃ ſignũ ſenſibile gr̃e manifeſtatiuũ quo ad nos.nec rõ eorũ valet q̃ definitio nõ ꝯuertit̃ cũ definito mediãte quacũq; copula. Tũ ꝑmo nec eox definitio.nã deus ſine ſigno põt dare gr̃am. Etiã ex definitionib⁹ ad placitũ depẽdẽtib⁹: queadmodũ ſunt ſacramenta reſpectu dei:definitionũ Metaphyſicarũ ꝓprietates nõ ſunt petẽde. Inſuꝑ hec definitio ad finẽ mundi vſq; definito cõpetit:lex noui ⁊ eterni teſtamẽti: ⁊ cũ hoc definitio ſoli definito:⁊ cuilibet ſub co ꝯtẽto:cuius naturã ſufficienter explicat:ſequit̃ ergo q̃ eſt bona. ¶Contra hãc definitionẽ poſſunt eẽ argumẽta de aq̃ bñdicta: ⁊ de mrĩmonio:quox vnũ eſt ad ꝓbãdũ aquã bñdictã eſſe ſacramẽtũ:⁊ altex ad ĩprobãdũ mrĩmoniũ eẽ ſacramẽtum. Sed ſuꝑ his futurus eſt ſermo. diſt.xxiij.⁊.xxxvj.

¶Arguitur ſic. Contraria contrariis curant̃:ſed Adã ꝑ ſignũ ſenſibile peccauit.ſ.ꝑ comeſtionẽ pomi vetiti. Geñ.iij.ergo remediũ debet eẽ ꝑ ſignum inſenſibile. Rñdet̃.lʒ maior ſit plerũq; vera:vt ptʒ de calida febre ꝑ frigus et dietã curata:non tñ vtrobiq;. Interdũ eñ dolor eſt medicina doloris:vt cura digiti partim cõbuſti eſt eius ad ignẽ applicatio.etiam ĩter hec ſigna nõ eſt ꝯtrarietas:potiſſima cã ſigni ſenſibilis eſt volũtas diuina: ad quã eſt ꝯgruitas nuperrime aſſignata.

¶Secundo arguitur.corpus Chriſti ſub hoſtia eſt ſacramentum:⁊ res ſm Magiſtrum.viij.diſt.huius. Idẽ vulgo dicitur de charactere baptiſmo. Dicit̃ q̃ illic capitur ſacramentum pro ſigno vel ſignato rei ſacre: ſicut imago Crucifixi vel diue virginis: ⁊ nõ ſicut ĩpreſentiarum capimus. ¶Tertio arguitur:ſi ſacramentum eſt ſignum/vel demonſtratiuum:et hoc non:q: q̃diu ſacramentum eſt:gratia non eſt in anima:vel prognoſticũ: et hoc non.quãdo enim ſacramẽtũ non eſt nihil facit reſpectu gratie. Reſpondetur. Sacramentũ aliqd̃ eſt ſignum rememoratiuum:vt Euchariſtia et baptiſmus reſpectu paſſionis Chriſti. Scribitur enim Matthei.xxvj. ⁊ Luce.xxij. Hoc facite in meam cõmemorationem. De baptiſmo patet ad Romanos.vj. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte:ſed reſpectu gratie eſt ſignum prognoſticũ. ¶Quarto arguitur.curuet Sortes genua coram imagine Crucifixi expanſis manibus ad ſydera:actu exteriore ab ĩteriori bono imperato.hoc ſuppoſito ſic argumentor: tali confertur gratia ratione ſigni ſenſibilis/nõ ſolũ rõne actus operantis:ſed etiã ratione actus exterioris: quia eſt actus exterior bonus et meritorius.ergo ei confertur gratia. Reſpondetur.tali actui exteriori nulla gratia alia confertur a gratia que datur ratione actus interioris. Contra tenẽdo q̃ actus exterior aliquid bonitatis actui interiori ſuperaddit:nõ ſoluitur argumentum. Et cum non teneam illud in argumento aſſumento: extra ſacramenta locum replica non habet:pro ſeipſis alij ſoluant. ¶Ex omnibus patet q̃ ſacramentum noue legis per hoc cõplexum bene definitur. ¶Sacramentum eſt ſignum ſenſibile:gratia cuius virtute operis operati confertur gratia ſi non ponatur obex. Relinquo illam clauſulam quam ponit Magiſter:vt eius imaginem gerat et cauſa exiſtat.hec enim multos opinari fecit q̃ ſacramenta cauſalitatem habẽt reſpectu characteris vel ornatus. Secundo ſequitur q̃ hec non eſt definitio ſacramenti in propoſito. Sacramẽtũ eſt alicuius ſacre rei ſignũ.patet:hec definitio conuenit imagini Crucifixi et columbe que apparuit in baptiſmo Chriſti.

¶Diſtinctionis Prime. Queſtio Tertia.

Quæritur tertio circa hãc diſtinctionẽ.vtrũ ſacramẽta noue legis cauſalitatem aliquã habeãt reſpectu characteris vel ornatus in aĩa. Pro ſolutione queſtiõis notabis partitã eſſe poſitionem. Doctores antiq̃ tenuerũt ſacramẽta nullã actiuitatem habere: ſed eſſe cauſas ſine q̃b⁹ non. Quidã doctor in q̃rta parte.q.viij. membro.iij.articulo.v.quẽ ſequit̃ alius et eius ſcholatenet ſacramenta habere cauſalitatem proprie dictam. ¶Pro intelligẽtia illius poſitiõis notabis q̃ duo ſunt effect⁹ ſacramẽti. Vnus eſt character in trib⁹ ſacramẽtis ĩpreſſus:vel ornat⁹ in q̃tuor alijs ĩpreſſus. Alius eſt gr̃a. Reſpectu a ſit characterꝫ vel ornat⁹ ſacramẽta cauſalitatẽ ꝓpe dictã habẽt ⁊ nõ reſpectu gr̃e. Colorat̃ poſitio.nã inſtrumẽtũ dũ mouet̃ a ꝑncipali agente recipit ab eo virtutẽ aliquã ꝑ quã producit aliq̃d vltra illud qd̃ ſm ſuã naturã ꝓduceret. Illud aũt eſt q̃ñdoq; forma vltima:q̃ñdoq; aliq̃ diſpoſitio ꝑuia. Declarat̃ exẽplariter.calor ex natura ſua ꝓducit calorẽ:ſed ꝓ q̃ñto eſt inſtrumẽtũ forme ſubſtãtialis concurrit ad ꝓductionẽ forme ſubſtãtialis: virtus autem in ſemine non attingit

ꝓductiõem forme ſubſtantialis anime rationalis: ſed diſpoſitionem preuiā. modo ſacramenta ſunt inſtrumenta dei: ⁊ recipiunt ab eo quēdā influxum ꝑ quem agunt vltra actionem ſibi naturalem: vt aqua in baptiſmo madefacit ⁊ mundat ex ꝓpria natura: ⁊ per influxum inherentem aque cōcurrit ad productionem characteris in anima baptizati: ſm̄ illud beati Auguſtini. homil. lxxx. ſuper Joanē. Que eſt iſta virtus aque que corpus tangit ⁊ cor abluit?

❡ Contra iſtam poſitionem argumētor. vel iſte influxus ſacramento inherens eſt accidens corporeū: vel incorporeū. ſi ſecūdū nō apparet ꝙ poteſt inherere ſubiecto totaliter corporeo. ſi primum: nō apparet quomodo agit in animā characterem. Etiā virtus corporea in maiori ſubiecto eſt maior: ſ; in maiori ſubiecto hec virtus eſt equalis: igitur. et eſt contra beatū Auguſtinum. vj. Muſice. ꝙ corpus poteſt agere in ſpiritū. Hac via tenebo ꝙ ignis inferni poteſt cauſare quādam qualitatem ſpiritualem nociuā demoni et anime dānate. qđ non admittunt bene intelligentes: nec tenentes illā poſitionem. Rurſus / vel iſte influxus inheret verbis: ⁊ ſic accidentis eſt accidēs: contra Ariſtotelem in ſexta ꝓprietate ſubſtātie: in qua dicit Maxime proprium eſt ſubſtātie cū ſit vna et eadē numero ꝙ ſit ſuſceptiua contrarioꝝ. Si inhereat verbis ⁊ aque in baptiſmo: hoc videtur extraneum ꝙ vnū accidens inhereat duobꝰ ſubiectis ſpecie diſtinctis non faciētibus aliquod vnum. Et queritur: an inhereat toti aque maris ſyncathegorematice: poſito ꝙ quis baptizetur in mari: et cuilibet ſyllabe illius orationis ego te baptizo: vel vltime ſyllabe. ſi nouiſſime ſyllabe alie partes ſuperfluunt. ❡ Preterea. cum Sortes contrahit cum Berta ꝑ verba de p̄ſenti: capio te in meā ⁊ contra: vel illa verba effectiue cōcurrūt ad ornatum matrimonij / vel non. Si ſecundum / poſitio nulla. Si primū / ponatur nutus / vel taciturnitas: vt patet in verecunda puella: aut ponatur matrimonium cōtractum iter Sortem in Britānia ⁊ Bertā in Liuonia. Et queritur quomodo poſſint verba illa ad tātā diſtantiā cauſare ornatum. ❡ Non puto has rationes radicitus poſſe diſſolui: q̄ꝗ̄ duo ſolēnes doctores hanc poſitionem poſuerunt cum ſuis ſequacibus. Vtcūq; tamen reſpondere conabimur. ⁊ q̄ꝗ̄ colluctātur viri illius poſitionis: aliquibus dicentibus accidēs eſſe corporeum: aliquibus oppoſitum: dicā ipſum eſſe incorporeum. Nō enim admittimus ꝙ corpus agat aliquā actionem vltra notitiā in ſubſtātiā impartibilem. Et dico non inconuenire accidēs impartibile inherere ſubiecto diuiſibili. qđ patet in relationibus intrinſecus aduenientibꝰ pariter ⁊ extrinſecus. Paternitas enim inheret toti parti: et nulli parti eius: et pater eſt corporeus. Et ſi dicas vnā partem Sortis eſſe indiuiſibilem / accipito brunellum patrem totaliter diuiſibilem. Idem patet in accidentibus abſolutis. Quātitas enim diſcreta eſt accidens indiuiſibile: ⁊ ſubiecto diuiſibili inheret. taceo de ſecundis intentionibus habētibꝰ eſſe diminutum exiſtētibus quaſi in denominato. ❡ Ad ſecūdum dicitur ꝙ iſte influxus in baptiſmo inheret verbis ⁊ aque copulatim: et non eſt improbabile conſequēter ꝙ miniſtro / verbis / et aque inhereat: tenendo ꝙ numerus formalis diſtinguitur a rebus numeratis: ⁊ ꝙ eſt accidēs indiuiſibile inherēs pluribus ſubiectis copulatim et non copulatiue: q: niſi ſic: dabis eādē rem naturaliter eſſe motā ad diuerſas differētias poſitionum: vel moueri ⁊ quieſcere. patet. Capto numero quaternario hominum mouentiū ad partes oppoſitas / vel duobus quieſcentibus ⁊ duobus motis: magis illud accidēs capit inheſionem in vltima ſyllaba forme verborū: ⁊ in aqua ꝓxime tāgenti baptizatum. accidēs autē inheret accidēti tāꝗ̄ ſubiecto quo: ſed nō tāꝗ̄ ſubiecto qđ. Naturaliter enim vltimate accidēs inheret eidē ſubiecto cui inheret accidēs in quo eſt: vt ſimilitudo inheret albedini fundamēto ꝓximo: et eidē ſubiecto radicaliter cui albedo inheret. idē pt; de q̄litate ⁊ quātitate. Et ſicut nō datur locus adequatus in quo eſt numerus formalis: ita nō dat̄ locus adequatus in quo eſt illud accidens: ſed copulatim eſt in multis: eo mō quo ei cōpetit eſſe in loco. ❡ Ad aliud argumētum de m̄rimonio dicit̄ ꝙ verba hec: ego capio te in meā ⁊c̄. cauſant ornatus quoſdā in animabꝰ cōiugū: ⁊ ſi fuerint nutꝰ ⁊ non verba / idē faciūt: ⁊ ſi fuerint in diſtātia mille leucarum idē faciūt: q: nō requirit̄ tactus mathematicus ad talē actionē. hoc nō incōuenit in inſtrumēto dei. Vel verbū cauſat ornatū in anima ꝓferētis. In ꝯfirmatione autē / ordine / ⁊ extrema vnctione virtus inheret verbo / et materie ꝑ quā illa inſtrumēta cōferunt̄: ⁊ vt apparet meliꝰ ipſi miniſtro: cū ſit neceſſarius ad collationē ſacramēti. In penitētia / miniſtro / ⁊ verbis. In ſacramento Euchariſtie verba cauſant ornatū in aīa. ❡ Ecce quomō dat̄ via euadēdi: ⁊ facilius eſt his qui ſunt de ſecta realium abire ſine incōueniēti reputato / q̄ꝫ nominalibꝰ. Pro me tn̄ multa q̄ dicebā ſoluēdo puto cōmenta. nec em̄ opinor quātitatē diſcretā diſtingui a rebꝰ numeratis: nec pono ſecundas intentiones diſtinctas a terminis: nec relationes diſtinctas a fundamentis.

❡ Propterea teneo antiquam opinionem cum alijs neotericis: nec hoc eſt contradicere ſctis. Quidā vtrāq; poſitionem recitās declinat in hāc ꝙ ſacramenta noue legis nullā cauſalitatē habent reſpectu characteris vel ornatus. ⁊ dicit eā fauere pietati fidei: ⁊ q̄drare rōni: ſed ſunt ſolūmō cauſe ſicut denarius plumbeus reſpectu eleemoſyne regis / vel panis habendi. Sicut em̄ qn̄ panis fracta pecunia emitur: venditor dat ſignū plūbeū ꝓ habendo alio pane: vt q̄ illud ſignū affert habeat panē: ſimiliter de eleemoſynario regis: ſic ex pacto diuino q̄ capit ſacramēta habebit gr̄am a deo creatā / niſi ſit obex et deus etiā characteres in ſacramentis initerabilibꝰ creat. Cui ſuffragat̄ illud btī Bernardi in ſermone de cena dn̄i dicētis. Sicut canonicus īueſtit̄ ꝑ librū: abbas ꝑ baculum ⁊ ānulū: ſic diuerſe gr̄e diuerſis ſunt tradite ſacramētis. Non pono aūt tales ornatus in ſacramētis iterabilibꝰ: nec ad ſacramētorū iterationem oportet hos ornatꝰ multiplicare. Et q̄rit̄ an ſpecie differāt a characteribꝰ in ſacramētis initerabilibus īpreſſis / nec ne. Quia igitur nec rōne / nec auctoritate aliq̄ iſti ornatus ſunt ſtabiliti: cōtra cōmunē modum hos ornatus oēs nego: virtutes aūt ⁊ earū actus animā ornāt. Nec ꝑ cauſalitatē ſacramēta noue legis a ſacramentis veteris legis diſtinguunt̄: ſed ꝑ maiorē gr̄am ⁊ aptionē ianue: ⁊ ſic baptiſmus eſt ſolum cā ſine q̄ nō: characteris ⁊ gr̄e: ⁊ ita in alijs ſacramētis. Rationes alioꝝ nihil momēti habēt. Inſtrumētū em̄ dū mouet̄ ab agēte / vt ſecuris / nihil in ſe recipit ꝑ motū localē. nulla enim virtus recipit̄ ī mobili: vt dicit̄. viij. Phyſicorū. Probabile eſt dicere ꝙ motus localis nō diſtinguit̄ a mobili qđ mouet̄: cū eſt corpus durū pellit minutatim aliud corpus ab eodē loco: cū nō poſſunt ſimul manere: et reſiſtētia corporis duri eſt maior in magna parte q̄ꝫ parua: ꝓpterea difficiliꝰ eſt magnā expellere: quodlibet corpꝰ quātū pōt: reſiſtit ſue corruptiōi ⁊ diuiſioni. Succeſſu tēporis ſecuris vel ſerra quercū diuidit: mimirū ferreus aſſiduo cōſumitur ānulus vſu: ⁊ gutta cadēs in ſtillicidio partē lapidis aufert. ſm̄ illud. Gutta cauat lapidē nō vi / ſ; ſepe cadēdo. Nec eſt dāda aliqua virtus ſecuri vel ferre inherēs: nec aliud accidēs tēpore motus q̄ꝫ ante motū: extēdēdo terminum inſtrumēti ad cām que ab alia depēdet: quomodo quelibet creatura poteſt dici inſtrumētum dei: et calor ignis eſt inſtrumentū forme ſubſtātialis ignis: nullū ergo accidēs ſuſcipitur qđ non habebat ante actionem.

❡ Sed forte dicis: ignis corporeus inferni cauſat triſtitiā in anima dānati tāꝗ̄ inſtrumētum punitiuum dei. ergo hoc nō eſt negādum a ſacramētis. Inſuper Adā in ſemine ſi non peccaſſet trāſfudiſſet iuſtitiā originalem in animā: et tn̄ ſemen eſt corporeum: et aīa que eſt ſuſceptiua iuſtitie origīalis / īpartibilis. igit̄. ❡ Ad primū patebit rn̄ſio in. xliiij. diſt. de mō puniendi in inferis. Ad ſecūdū dicit̄: ꝙ ſi Adā non peccaſſet deus creaſſet iuſtitiā originalem in animam ex pacto diuino. ❡ Amplius / illud qđ fit per accidens dimittitur ab arte: nec ponitur in definitione: vt dicitur. vj. Metaphyſi. ſicut edificator per ſe edificat; et album per accidens. j. Phyſicorum. ſed doctores ponunt in definitione ſacramenti. Sacramentum eſt inuiſibilis gr̄e viſibilis forma: vt eius imaginem gerat / ⁊ cā exiſtat. Reſpōdetur. illud qđ eſt per accidens impertinens reliquendum eſt ab arte / ſicut muſica reſpectu edificatoris: ſed qđ plerūq; / vel ſemper ponitur: non eſt ſic per accidens: modo indigne ſuſcipienti ſacramentum confertur gr̄a: et ſic eſt cā ſine qua non gratie. Secundo dico ꝙ non reperitur hoc poſitū in definitione ſacramenti ante Magiſtrū: qui ſe exponēs dicit in litera: ꝙ homo non querit ſalutē in ſacramētis quaſi ab eis.

❡ Sed adhuc arguitur: ꝙ ſacramenta proprie erāt cauſe gratie: ⁊ hoc ſic. Non aliter arguebat Ariſtoteles ſolem in obliquo circulo (. ij. de generatiōe) eſſe cām in iſtis inferioribus: niſi q: videbat quando ſol intrauit Arietem: terrā in iſtis climatibus inferioribus pullulare: et ſole exiſtente in Capricorno omnia fieri arida. Non aliter probatur duplex acceſſus ſolis in Dia Meroes: ⁊ inter tropicum Cācri ⁊ Capricorni eſſe cām quare bis colligantur ſegetes: vel duas eſſe vmbras in auſtrum / ⁊ aquilonem proiectas: ⁊ ſole exiſtēte in ſignis ſeptētrionalibus ſex mēſibus vmbrā in auſtrum proijci: ⁊ totidem in Boreā in ſignis meridionalibus: et ita vmbras varietatem accipere a magnitudine temporis ſm̄ acceſſum vel receſſum ab equatore: ergo cum ad preſentiā ſolis ſequit̄ iſte effectus et ad eius abſentiā quocūq; alio ſecluſo nō ſequitur: oportet ꝙ ſol aliquid cauſalitatis habeat / ſed ſic eſt in iſtis ſacramentis. ❡ Forte dices: hoc non ex natura rei quemadmodum eſt de ſole. Si enim baptiſmus qui eſt realiter aqua / vel aqua verba ⁊ intentio cauſaret gratiā ex naturis rerum: a principio mundi cauſaſſet: qđ eſt falſum. Contra / nec eſt ex natura rei ꝙ calor cauſat calorem. patet in camino ignis. Danielis. iij. vbi deus īpediuit calorē ignis ne calefaceret: ſed deus nō poteſt agere ꝯtra naturas rex. igit̄. Itē nō poteſt tibi conſtare quin deus ſemꝑ ad p̄ſentiā ignis ꝓducit calorē: ⁊ ita cū q̄libet alia cā / quā tu vocas ſecūdā. ergo q̄libet cā talis eſt cā ſine q̄ nō. ❡ Rn̄det̄ negādo ꝙ calor nō calefacit ex natura rei: q: deus ſuſpendebat eius actionē miraculoſe ibidē: vel nō cōcurrebat cū igne ad ꝓducēdū calorē in pueros: l; actiue ꝯſeruabat entitatē ipſius ignis: modo nulla cā pōt agere qualitercūq; niſi p̄ma cā ſecū coagat. Ad aliud vbi dicis: nō poteſt mihi cōſtare quin nulla ſit cā ſecūda proprie dicta. Reſpondetur. de facto hoc eſt verū: non eſt mihi euidēs. Semper enim dicetur: licet ad p̄ſentiā ignis paſſum caleſiat: tamen illud deus facit ad preſentiā ignis: et non quia ignis ex ſua natura calefacit: quemadmodū de ſacramentis reſpectu gratie. Homo huius etatis quidam dictus Gabriel dicit ſe velle ponere vnum modum: quē lectori offert prima queſtio. iiij. et dicit ꝙ licet verbaliter ab alijs diſtat: parum tamen in re. Modus ille eſt ꝙ nulla eſt cauſa ſecunda ex natura rei: ſed ex voluntate dei: ita ꝙ deus poteſt facere calorem frigefacere: et frigus calefacere: non per antipariſtaſim: ſed actione directa. nihil hic loquitur. Nam ſi in ſententia cum alijs cōuenit et ſolo verbo differt: inaniter laborat quid offerendum ſit lectori. Gregorius et aliqui alij illud idem habent dicere quos pre manibus habebat. Et non habent pro inconueniēti ꝙ iudicium huius. Antichriſtus erit: poſtq̄ꝫ cauſatur a deo ſit aſſenſus ſui contradictorij: et ſic non maius haberent inconueniens dicere ꝙ notitia Sortis repreſentat vnum aſinum reſpectu dei: et ꝙ calor poteſt frigefacere. immo dicere habent conſequenter ꝙ ſi deus voluerit: calor poteſt frigefacere. Sed ex iſto remouetur omnis cauſalitas a cauſis ſecundis. Propterea aliter reſpōdetur. licet non ſit mihi euidēs: habeo tamen certitudinem ſufficientem ꝙ calor ſuapte natura calefacit: et ſacramentum non cauſat gratiam. Omnis enim calor ⁊ ſemper: paſſo applicato cauſat calorem: ergo ſi ſemel vel raro ſit impedimentum oportet aſcribere miraculo. Sed non eſt ſic de ſacramētis: quia non quelibet aqua ſufficit ad poſitionem gratie: et ſemper. et hoc debet mihi ſufficere ꝙ calor calorem producit: et albedo non albedinem producit. ſi autem deus ab eterno ad preſentiam albedinis produceret albedinem: et mihi non cōſtaret de oppoſito: dicerem ꝙ albedo producit albedinem. ❡ Sed contra dicta arguitur. deus poteſt impedire calorem ne calefaciat contra eius naturam: ergo poteſt calorem facere frigefacere. probo conſequentiam: quia vtrūq; eſt contra naturam caloris: et vtrūq; equaliter in poteſtate dei: ergo vnum non eſt magis negandum q̄ꝫ alterum. ❡ Et confirmatur. angelus poteſt intueri arcana cordis: vt doctor Subtilis tenet. cum quo conuenio in hac parte: in ſecundo: et tamen impeditur a tota ſpecie a deo: et ſolus deus hoc cognoſcit. ij. Paralipomenon. vj. Tu ſolus noſti corda filiorum hominum. ergo eodem modo et eadem facilitate dicetur ꝙ albedo poteſt producere albedinem ex natura: et quelibet res creata poteſt ſimilem in ſpecie producere: ſed deus res aliquas impedit. Item. iiij. Regum. xx. Deus curauit morbum Ezechie per ficus que erant nutritiue morbi. ergo poteſt facere cōtrarium producere oppoſitum. ❡ Reſpondetur negando conſequentiam. et ratio eſt. Antecedens enim conſtat nobis ex fide: nec eſt contra naturam caloris non calefacere: quia deo non agente / hoc eſt impoſſibile. Si enim calor ſue nature relinquatur paſſo quocūq; applicato mille annos: et deus non coagat: nūq̄ꝫ calor calefaciet: quia ad omnem actionem requiritur concurſus cauſe prime: ergo non eſt contra naturam caloris non calefacere deo non concurrente cum calore: immo oppoſitum eſt ita contra eius naturam vt ſit ei impoſſibile. Et conceſſo conſequente aufert omnem cauſalitatem naturalem naturalem a cauſis ſecundis: quam tamen ſancti poſt Philoſophos eis tribuunt. Vnde Joannes Damaſcenus. lib. ij. cap. vij. de Orthodoxa fide loquens quomodo luna lumen a ſole accipiat: dicit ꝙ per cauſalitatem cauſe ſecunde: (licet omnia ſolus poſſit efficere) ad nos docendos quod debeamus nos inuicem

iuuare: deus hoc ſinat. Et licet poſſit īpedire cōcurſum cuiuſcūqꝫ cauſe ſcđe nō cū ea agēdo: non tñ poteſt facere aliquā creaturā poſitiue facere ꝯtra eius naturalem inclinationē: vt nullo mō notitia ſortis poteſt repreſentare aſinū. ❡ Ad ꝯfirmationē ꝯcedit antecedens: ⁊ negat ꝯſequētia: ſecus eſt de albedine: qꝫ nullā experientiā nec rōnē apparētē habemus ꝓ nobis ad cōcludēdū ꝙ albedo ꝓducat albedinē: ⁊ rōnes validas habemus ꝙ angelus relictus ſue nature poteſt hominum ſecreta intueri: magni pōderis ad ſoluēdū: et fide nobis conſtat ꝙ deus eos īpedit. ergo oportet dicere ꝙ aliq̄s cās īpedit: alias vero non. Ad aliud de Ezechia dicēdum eſt ꝙ deus miraculoſe curauit eū: et ad hoc magis manifeſtādū ficus fecit apponi que erāt morbi nutritiue. ficus enim nullā actionem in illa cura habebant.

❡ Secundo arguitur cōtra illud argumētum quo philoſophi repererūt aliquā eſſe cām reſpectu alterius. qꝫ ex illo ſol nō eſſet cā aſini. ꝯñs eſt falſum. Sol enim ⁊ homo generāt hoīem. ij. Phyſicoꝝ. Eodem mō ſol ⁊ aſinus generāt aſinū. Sed ꝓbo ꝙ nō. ſiue ſol ſit p̄ſens ſiue non: nō minꝰ generat homo. videmꝰ eñ hoīes genitos ſole exiſtente in ſignis meridionalibꝰ apud Caprobanēſes ⁊ aureā Cherſonneſum: ſicut in ſeptētrionalibꝰ. ergo p̄ſentia ſolis nihil facit. ergo a ſole negabit talis cauſalitas reſpectu aīaliū. Si dicas: reqrit ꝙ ſol ſit in reꝝ natura: eodē mō debes dicere ꝙ quelibet pars celi cuiuſlibet effectus eſſet cā ſm Philoſophos: immo ⁊ materia p̄ma. Forte dicis. reqrit influētia. Eodē modo tibi dicā ꝙ reqrit īfluētia reſpectu alterius partis celi. ❡ Et ꝯfirmat. ꝑ illud mediū habes dicere ꝙ forma remiſſa eſt cā efficiēs reſpectu forme intenſe: qꝫ ipa reqrit ad hoc vt forma ītēſa ſit. ❡ Rūdet. opinione mea q̇cq̇d dicat Ariſtoteles. naturaliter bñ poſſumus negare oēm cālitatē reſpectu aīaliū a ſole: vt argumētū cōuincit: ſed nō reſpectu herbaꝝ q̄ ꝓducunt ad eius p̄ſentiā. etiā nimia p̄ſentia ſolis īterdū īpedit. Videmus enim ꝙ qñ ſol eſt in Tauro in ſeptimo climate: ⁊ in poſtclimatibus herbe multe generātur: q̄ nō generarent ſole exiſtēte in Cācro: cū eſt nobis vicinior. Fortaſſe dicis: ſi herbe non eſſent ꝓducte ſole exiſtēte in Tauro: illas ꝓduceret dum eſt in Cācro. de hoc nō inſiſto. Claꝝ eſt ꝙ nimia eius approximatio ad terrā gñationem īdiſponit. vt in Libya. Hinc dat apparēs rō ꝙ ſol ob terre vicinitatē in oppoſito augis eccētrici reddit zonā terre īhabitabilē īter tropicū capricorni: ⁊ circulū antarcticū: et nō in auge inter tropicū cācri et circulū arcticū. Etiā mihi ſufficit ꝙ eiꝰ preſentia ⁊ abſentia eſt cā herbaꝝ. ❡ Ad ꝯfirmationem rūdet ꝙ argumētū nō eſt ꝯtra me. Non dicit ꝙ hic modus arguēdi valet: hoc nō pōt eſſe ſine illo: et pōt eſſe cū illo. ergo illud habꝫ aliq̇d cālitatis reſpectu huiꝰ: qꝫ tūc q̄libet pars eſſentialis eſſet cā efficiēs reſpectu totiꝰ cōpoſiti: et quelibet pars celi ⁊ materia prima naturaliter loquēdo/ reſpectu cuiuſlibet effectus. Sed ſic arguebatur: illo poſito ponit talis effectus: ipō nō poſito ⁊ quolibet alio poſito nō ponit talis effectꝰ: ⁊ hoc ex natura rei: nec apparet rō negāde cālitatis ab illo: et extollenda eſt natura vbi nō ꝯſtat de oppoſito. ij. de Generatione. ergo hoc eſt cā illius. Sic ſolē in zodiaco ꝓbamꝰ eſſe actiuū reſpectu fructuū terre. Sed licet ad p̄ſentiā partis celi ſolis ꝓpe corpus ſolis hoc ponat: hoc nō ſufficit: cū nulla rō cālitatis emineat. Sic etiā partialē cām volitiōis notitiā arguimꝰ: ⁊ obiectū notitie ītuitiue/ ⁊ abſtractiue ꝓprie dicte. Capimꝰ itē aliq̇d mediū ad ꝯcludēdū ꝙ habitꝰ aliq̇d cālitatis habet: qꝫ promptius eximus in actū poſt habitū q̄ȝ ante. ergo aliquid cauſalitatis habet. De charitate ꝓbamꝰ cālitatē: qꝫ q̇d ꝑfectionis eſt in alijs/ tā nobili q̄litate nō eſt negādū: vbi nō ꝯſtat de oppoſito. ergo ei dabit aliq̇d cālitatis: ⁊ ſic in alijs locis ſm materie exigentiā cōcludimꝰ. ❡ Ex oībꝰ pꝫ: ꝙ ꝑdifficile eſt ꝯcludere aliquid eſſe cām ꝓprie dictā reſpectu alteriꝰ: ⁊ ſignū eſt: ꝙ frequenter illud q̇d vocatur cā proprie dicta: apud alios cā ſine qua nō/ vel diſpoſitio vocatur: vt patet de notitia reſpectu actus voluntatis. et accidētis vt caloris/ frigoris reſpectu forme ſubſtātialis ꝓducende: ſuꝑ quibus inter philoſophos contēditur. Potes tamen ſic dicere: vt nuperrime meminimus: illo poſito ponitur illud: ⁊ hoc ſemꝑ: hoc eſt eternaliter ſi non ſit impedimētum: ipſo nō poſito non ponitur illud: quolibet alio poſito: nec apparet ratio q̄re debeāt negari cauſalitates ab hoc. ergo hoc eſt cā illiꝰ partialis vel totalis. An iſta debeāt exponi ꝑ dū/ ſi/ vel quia/ non inſiſto. Dixi (eternaliter) ad excludenda ſacramenta. Prius enim erat aq̄: ⁊ ſimilia materialia: ſed non cauſabāt gratiā: ⁊ loquor ſm legem: vt nos diſcrimen cognoſcamus. Hoc dixerim ne ſophiſta omnia ⁊ ſeipſum confundens ponat ſacramēta fuiſſe ab eterno: et gratiā contuliſſe ſicut modo cōferūt: quia rudi Minerua ſm legem et ſm ꝙ materia patitur loqui ꝓpono. Ponitur (ſi non ſit īpedimentū) vel ex parte paſſi vel medij: q̇d fide partim dignoſcitur. Additur/ nec apparet ratio quare debeāt negari ⁊c̄. propter materiā primā que nullius ponitur actiuitatis realis: vel ad excludēdas partes remiſſas forme: cum ſint partes totius/ modo nō eſt apparens ratio: ꝙ pars cauſet totum: nec ꝙ quelibet pars celi fructus gen eret.

❡ His prelibatis accedendo ad titulū queſtionis de diſcrimine inter ſacramenta veteris legis ⁊ noue de collatione gr̄e. Magiſter dicit ꝙ circūciſio auferebat culpā ⁊ non conferebat gratiā. et male: licet aliquarū auctoritatū voces ad hoc ītroducat. ❡ Sed petit quomō ꝯferebat gr̄am: cū nūq̄ȝ poſt pctm̄ p̄mi parentis fuerit aliquis quin eſſet in originali/ vel mortali/ vel gr̄a: nō ꝙ ſit oppoſitio formalis/ ſed ſolū de lege. Si eñ deus poterat creare Adā ſine pctō/ et ſine gr̄a: ſicut ſm aliquos eū creauit: ſimiliter poteſt nūc facere ſortē poſt pctm̄. Nō valet illud q̇d dicūt: ꝙ ſicut ante nonū diē catulus nec eſt cecus nec vidēs: ſecus eſt poſt nonū diē: ſic in ꝓpoſito. Si enim ſortes in nullo pctō exiſtēs habeat gr̄am: deus pōt illā gr̄am remittere de potentia abſoluta: et totā auferre/ ſine pctō. ❡ Ad iſta dicit: ꝙ circūciſio paruā gr̄am ꝯtulit reſpectu baptiſmi: mō parua gr̄a in reſpectu nulla reputat. Eſt eñ talis modus loquēdi hoīm: ⁊ ſcripture. Geneſis. xix. Nec poſſum in mōte ſaluari ne forte apph̄ēdat me malū: ⁊ moriar. Nā ꝑ montē vt Hebrei dicūt. Loth Abrahā intellexit/ volēs dicere/ in Sodoma ego videor bonꝰ: ꝓpe Abrahā malꝰ. Similē loquēdi modū habemus. iij. Regum. xvij. de muliere Sareptana q̄ dixit ad Heliam: īgreſſus es ad me: vt recordarent iniq̇tates mee: ⁊ īterficeres filiū meū. Simili modo vtit philoſophus. vj. Phyſicoꝝ. Pallidum comparatū ad nigrum eſt albū: et ad album nigrum. Et. v. Ethicorum. minus de malo pro bono dixit. Aliter dicunt aliqui ꝙ ſi circunciſio inuenit gratiam intenſam in aliquo: forte nullam gratiam conferebat virtute operis operati: ſed defectus non erat ex parte ſacramenti quin eſſet ſignum efficax: ſed quia recipiens ſacramētum habuit gratiam intenſam in tali gradu / vltra quem nihil circunciſio conferebat. Hoc eſt dubium ꝙ virtute operis operati non conferebat gratiam habenti magnā gratiam/ ſicut habenti paruam. Et ſi dicas: aliquibꝰ/ vtputa virgini Marie diſpoſuit tantam gratiam in primo



inſtāti ſui eſſe: quātā vnq̄ȝ daturꝰ ei erat. Hoc non valet qꝫ tūc idē eſſet de baptiſmo. Et ſic nō ponit diſcrimē inter circūciſionē et baptiſmū. Itē inconueniēs eſt dicere ꝙ ſacramētum virtute oꝑis oꝑati habēti paruā gratiā: gratiā daret/ vel nō habēti: ⁊ tñ nihil daret habenti magnā gratiā. Itē hoc temere dicitur de btā virgine. Chriſtus tamen non habuit gratiā intēſiorē in fine. xxxiij. annorum cōpletorum ſue peregrinationis ſm carnē q̄ȝ habuit a p̄cipio. Ideo ponitur ratio de baptiſmo et eius effectu Maiores: quoniā etſi originalis culpa remittebatur per circūciſionis myſterium: ⁊ dānatiōis periculum vitabatur: non tñ promouebatur ad regnum celoꝝ: q̇d vſqꝫ ad mortem Chriſti omnibꝰ fuit obſeratum: ſed per ſacramentum baptiſmi Chriſti ſanguine rubefacti culpa remittitur: vitatur periculum: ⁊ ad regnum celoꝝ mox peruenitur: cuius ianuā Chriſti ſanguis fidelibus ſuis miſericorditer reſerauit. ❡ Sed cōtra iſtud arguitur: ſi maior gr̄a conferatur in baptiſmo q̄ȝ in circūciſione: eodē modo maior gr̄a conferri debebat in circūciſione q̄ȝ in ſacramentis legis nature. Et ſi ſic: maior gr̄a dabatur eis qui erant de domo Abrahe/ q̄ȝ ipſi Iob: ⁊ alijs virtute oꝑis oꝑati. Sed ꝙ ſequatur patet: qꝫ deus perfecte agens ab īperfecto ad perfectū tranſit: vt dictū eſt de ſacramētis: ergo ſimiliter cum gr̄a quā dat: dādo ſcilicet maiorem gratiā virtute operis operati in ſacramētis poſterioribus: q̄ȝ in prioribus. Q̇d concedimus.

❡ Diſtinctionis Prime. Queſtio Quarta.

VTrum pro tempore cuiuſlibet legis: vel vt rectius putatur. pro cuiuſlibet legis tempore debeāt eſſe alia ⁊ alia ſacramēta. Pro cuius queſtionis diſſolutione duo termini declarabuntur. Poſtea reſpōdebitur ad queſtionem. Primus terminus eſt tempus. Circa entitatē temporis due ſunt opiniones famate: nec ſuper hoc mireris: cum beatus Auguſtinus lib. xj. Confeſſionum. qui circa huius queſtionis intelligentiā maximopere inſudauit: ſubiungat in fine. Confiteor me domīe ignorare adhuc quid ſit tempus: ⁊ cū cōſideraueris philoſophoꝝ Principē. iiij. Phyſicoꝝ. erit perdifficile cognitu: quā rē tēpus appellauerit. ❡ Hoc non obſtāte due ſunt poſitiones vulgares: quaꝝ vna nominaliū: nullā rem ſucceſſiuā a ꝑmanētibus diſtinctā aſſerit: et dicit ꝙ idem numero eſt tēpus ⁊ īſtās: puta celum: primum mobile/ vel celum ſolis: ſed alia eſt ratio quare eſt tempus: et quare eſt inſtās. Dicitur enim inſtās: qꝫ reſpicit aliquid q̇d nō īmediate reſpiciebat: nec immediate poſt hoc reſpiciet. ❡ Ex hac opinione infero aliqua. Sequitur ꝙ dies eſt annus: probatur: aliquid eſt dies vel nihil: ſcđm non eſt dicēdū: detur primum: eſt primum mobile: et tunc expoſitorie arguo: hoc celum eſt dies: et hoc celū eſt annus. ergo annus eſt dies. Ex eodem ſequitur ꝙ ſeptimana eſt dies. Secundo ſequitur ꝙ dies non eſt pars menſis. ꝓbatur: nihil eſt pars ſuiјpſius: ſed dies eſt menſis ex p̄mo illato. igitur. Tertio. dies natalis Chriſti erit feſtum paſche. probat. Hoc erit feſtum paſche: demonſtrādo primum mobile: et hoc eſt vel erit feſtum natalis Chriſti: igit. Et eodem modo probatur: ꝙ quadrageſima erit tempus carniſpriuij. Quarto ſequitur ꝙ cras Antichriſtus erit. Probatur: hoc celum cras erit: hoc celum eſt vel erit craſtina dies. ergo craſtina die Antichriſtus erit: maiore de obliquo: minore de recto eādem obliquitatem concludēdo. Propter has rationes non peſſum it hec poſitio. Iſtas enim concluſiones concedere oportet. Circa ſecundam tñ ꝓpoſitionem dico: ꝙ connotatio huius termini dies: eſt partialis ad connotationē huiꝰ termini annus. Dies enim ſupponit ꝓ celo: connotādo ꝙ ſemel moueatur circa terrā cum tāta parte quātā ſol motu ꝓprio deſcribit cōtra primum mobile: et loquor de die naturali. Annus autē cōnotat ꝙ celū faciat circuitionē circa terrā tercēties ſexageſies quinquies cum aliqua fractione. Tertia q̄ȝq̄ȝ cōcedit ꝙ dies natalis erit feſtū paſche: nō tñ cōceditur vnq̄ȝ ꝙ dies natalis eſt paſcha: nec illa eſt ſua de ineſſe: qꝫ oportet tollere ſubiectū: et ponere illū terminū celū: vel ꝓnomē hoc. et ex altera ꝓpoſitione tertie adiecta nō ſequitur: ꝙ licet comedere carnes in quadrageſima. Circa quartā dico ꝙ licet craſtina die Antichriſtꝰ erit: tñ nō erit Antichriſtus cras: ſed ſequit ꝙ dies naturalis eſt dies artificialis. Item hec opinio concedit voces/ accidentia ſucceſſiua: ⁊ ſic argumēta Ockā in reales/ ſunt enſis Aiacis.

❡ Alia poſitio eſt ꝙ tempus eſt accidens celo inherens: habēs plures partes ſimul ad diuiſionē ſubiecti extenſum in celo: ⁊ ei inherēs ſicut albedo inheret parieti: et nihil aliud eſt q̄ȝ motus p̄mi mobilis: ſed ꝑ nulla duo inſtātia remanet idē motus: vel tempus numero. ſed partibꝰ aliquibꝰ abeūtibꝰ ſuccedūt alie ⁊ ſicut motus quo celum mouetur vno die: eſt pars motus quo celū mouetur vno menſe vel anno/ ſic dies de virtute ſermonis eſt pars anni/ ⁊ pars mēſis. Et quēadmodū motus quo celum mouetur in die natalis: nō eſt motus quo mouet in die paſche: neqꝫ hec de futuro vnq̄ȝ cōcedit: feſtū natalis Chriſti erit feſtū paſche. Ad ſaluandā autē talem: annus eſt carus/ oportet vti ſuppoſitione ſynecdochica. nā equaliter currit cōtra oēs opiniones: qꝫ nec motus celi eſt carus/ nec ipſum celū. In talibꝰ dies eſt pulchra: dies eſt turbulenta/ dies capit ꝓ aere: qꝫ qñ eſt ſerenus vel lucidus: bene celū videmus. ⁊ ſic dicimꝰ: eſt pulchra dies. Vtraqꝫ aūt haꝝ poſitionū eſt defenſabilis. ſufficit q̇d dictum eſt raptim ꝓ terminoꝝ enucleatione: vt theologi vtuntur tempore. ❡ Et quantum ad propoſitum pertinet Triplex eſt tempus. Quoddā legis nature: quod durauit ab Adam et ad Moyſen vſqꝫ: quouſqꝫ accepit legem ſcriptam in monte. Exodi. xx. et ſequentibus. Sed tempus legis Moſayce ſcripte durauit a Moyſe ad aduentum Chriſti vſqꝫ: et tunc inchoabatur tertium tempus/ ſcilicet legis gr̄e: vel legis euangelice: que durat ineternum. Et adhuc iſtud totale tempus diuiditur a principio mundi vel Ade ad tēpus vſqꝫ in quo peccauit/ quod valde paruum erat: et iſtud tempus vocatur tempus nature integre totum reſiduū tempus nature lapſe.

❡ Secundus terminus eſt lex: & dicitur a ligando: quia ligat ſubditos: et eſt duplex increata ſcilicet deus: et creata/ que ſic definitur. Lex obligatoria eſt ſignum rationi conforme / vel voluntas rationi conformis: creaturā rationis capacem ad aliquid agendum: vel non agendum obligās. An dei voluntas ſit prima lex obligatoria in contingētibus: et creaturarum voluntates proportionabiliter lex ſecundaria: an intellectus vel eius actus in propoſito non refert. Sed de ſigno legiſlatoris mentem inſinuāte apte loquēdū eſt: ſiue fuerit mētale/ vocale: vel ſcriptū. Dicebatur (rationi cōforme) alioquin principiū inſtituta irrationabilia dicerent leges: q̇d non eſt dicēdum. Nonnunq̄ȝ tñ ſunt leges poſitiue oppoſite in varijs locis in eodem tempore: ſed quelibet illarum eſt alicui rationi cōformis: q̇d ſufficit.

Dicebaꝛ(creaturā rationis capacē)⁊ nō creaturam rationalē/ ꝓpter amētes ⁊ pueros q̄ ꝓprie non ligantꝛ: ſed ſolū illi ꝓprie ligātur q̄ ad aliq̄d ſub pena noui pctī/vel pene aſtringuntꝛ. Quare paruuli ꝓprie nō obligantꝛ ad baptiſma: ſed eſt ſtatutū ſolū vniuerſale/ꝙ q̄ non eſt conceptus in gr̄a vel originali iuſtitia: eſt in originali peccato. Per(obligās)conſilia ſecluduntur. Et ſicut hec defi nitio ꝓprie conſcientie erronee non cōuenit: ita nec defi nitū: licet homo in caſu obligeꝛ ad conformiter agendū ſm̄ eam/vel eam deponere.

¶ Inſuper trifariam lex ſcinditur. in legē naturalē/diuinā/⁊ humanā. Tripliciter capitur lex nature. Uno mō ꝑ inclinatione naturali rei: ſiue inclinatio dicat actū poſitiuū in aīalibꝰ diſtinctū/ſiue non. hoc mō aquā ad cētrū grauitatis fluere: vel ad locum decliuiorē/eſt de lege nature: vt Prouerbioꝝ. viij. Quando circūdabat mari terminū ſuū: et legē ponebat aquis: ne trāſirēt fines ſuos. hoc ipm̄ de celeſtiū motu ↄtingit: ſm̄ illud Pſal. cxlviij. Preceptū poſuit et nō p̄teribit. Sic carnis inclinatio ad actū gn̄ationis ſiue licitū ſiue illicitū/poteſt dici lex nature. Sed ſi ad illicitū tēdat/eſt lex mēbroꝝ appropriate: vt ad Rom̄. vij. Uideo aliā legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mee. Hoc mō ignem calefacere eſt de lege nature: vt. v. Ethicoꝝ. Ariſto. declarat de igne apud Perſas ⁊ Grecos. ¶ Secūdo modo capiꝛ lex nature: ⁊ cōmunius apud theologos: quādo querūt an deus pōt ↄtra p̄cepta legis nature diſpenſare: vt ↄuertiꝛ cū iure gētiū apud legiſtas. Et ſic definitur. Jus gētiū ſiue ius nature ꝓprie ſumptū eſt ꝑncipiū practicū ex terminis notum: vel ↄcluſio euidēter ab illo principio deducta. lȝ aſſenſum taliū legē nature vocare poſſimꝰ: ⁊ ꝓpoſitionē ip̄am obiectū legis nature vel ꝓpoſitionē de lege nature. practicū autē qn̄ ꝓpoſitio ipſa rōne terminoꝝ īportat aliq̄d operādū vel nō operādum vt caſte viuēdū eſt. Nullus eſt occidēdus. Sicut em̄ in ſpeculabilibꝰ ſunt aliq̄ ꝓpoſitiōes ꝑ ſe note: quaꝝ notitia terminoꝝ ītuitiua vel abſtractiua captiuat itellectū terminos apphēdētē ad ſibi aſſentiēdū ſicut ſunt cōmunes animi ↄceptiōes/⁊ dignitates ſpeculatiue: ita eſt in opabilibꝰ. Hec em̄ ꝑncipia ſunt ꝑ ſe nota: nullū malum eſt faciēdū: omne bonū veꝝ ꝓ loco ⁊ tpe eſt ꝓſequendū. hoc mō multa p̄cepta decalogi euidenter deducunꝛ in ſenſibꝰ in q̄bꝰ ſunt p̄cepta vel ꝓhibitiōes. Ex hoc principio practico in lumie naturali noto: nō debeo velle alijs qđ mihi nollē rōnabiliter fieri. Lex nature q̄ et ius gentiū: inferioritatē habet reſpectu ꝑme acceptiōis: q: ſolis creaturis rōnalibꝰ cōuenit. Jus aūt nature ꝑmeuū animalibꝰ et pleriſq; alijs. Et hoc eſt qđ legiſpitꝰ Ulpianꝰ. ff. de Juſtitutis et iure. lege. ij. dicit. Jus gentiū eſt quo gētes humane vtunꝛ. qđ a naturali recedere facile itelligere licet: q: oībꝰ illud aīalibꝰ: hoc ſolis hoībꝰ īter ſe cōmune ſit. Sed ius gētiū deo ⁊ angelis etiā ↄuenit: ⁊ ius nature ꝑmeuū oībꝰ rebꝰ naturalibꝰ. Cum enim propoſitionibꝰ ꝑ ſe notis apphēſis terminis ꝓtinꝰ aſſentimur: ille aſſenſus diciꝛ ex inſtictu nature. vide Boetiꝰ. lib. iij. ꝓſa. ij. de Conſolatione philoſophica. Jnſerta eſt naturaliter mētibꝰ hominum veri ſummiq; boni cupiditas. Conueniēter ergo hec acceptio aſſignata eſt inferior ad p̄cedētem. Ex iſto ptȝ ꝙ nō vocaꝛ ius gētiū: q: eſt apud oēs gētes. lȝ em̄ baptiſmꝰ eēt apud oēs: non tn̄ eēt de iure gētiū. ¶ Tertio mō capiꝛ ius nature vel ius gētium extēſius ꝓ ꝓpoſitiōe practica: cui quilibet habēs clara naturalia ⁊ nō deprauata apphēſis terminis mox aſſentiet: lȝ aliq̄ colluuie ſordium irretiti nō acq̄eſcāt. Sicut comeſtor allij fortē odorē in alio nō ſentit: quē alius illo cibo ieiunus odoratu dep̄hendit. Similiter ſi aſſuetum aliena rape in vtriuſq; regni Britānici limitibꝰ ceperis ꝓponēdo ei rapine et furti īhoneſtatē: illā ſtatim negabit. Sic in Politia eccleſiaſtica iudicatꝰ ab oībꝰ ſapientibꝰ neutris plura habere q̄ȝ deceat/nō aſſentiet ipſe habēs: ⁊ ita in ceteris id genꝰ exēplificare potes. Quodlibet aūt aliud ius a iure nature eſt ius poſitiuū ſiue ciuile: vt. v. Ethicoꝝ. vij. Exēplificat Ariſto. mina captiuos redimi: vel caprā dijs: ſed nō duas oues mactare: vt ſacra Bryſeidi facere. Jn talibꝰ ſufficit illđ iuriſcōſulti/ qđ ꝑncipi placuit legis hȝ vigorē. Jdem ptȝ. ff. de leg. ⁊ ſenatuſcōſul. lege. Nō oīm q̄ ↄſtituta ſunt rō reddi pōt. Nō em̄ pōt dari rō vltra volūtatē legiſlatoris: quare hō vſucapione triēnio ⁊ p̄ſcriptiōe decēnio acq̄rit dn̄iū rei vſucapte vel p̄ſcripte ⁊ nō alio tpe. Et hoc ius multifariā ſcindiꝛ. Nā quoddā eſt poſitiuū diuinū/quoddā poſitiuū canonicū: quoddā poſitiuū ciuile. ¶ Jus diuinū eſt ꝓpoſitio in ſacro canone ↄtēta ſi nō ſit de iudicialibꝰ vel cerimonialibꝰ in lege Moſayca/vel ex ea in certa ↄſequētia illata. Deſinio legē diuinā ꝓut legi gr̄e īmutabili ↄuenit. ¶ Ex iſto ptȝ: ſi aliq̄d ſequiꝛ ex vna ꝓpoſitiōe vel pluribꝰ ſacri canonis in cōſequentia certa: illi ſimili certitudine aſſentiēdū eſt. Cognitis em̄ maiore et minore ſimul cognoſciꝛ ↄcluſio. j. Poſterioꝝ. Non refert ſiue in ↄſequētia materiali ſiue formali ſequaꝛ: dūmō ꝑ locū intrinſecū deducaꝛ. Hoc addo/q: alioq̄n oporteret dicere: ꝙ iſta/ſortes poſſibiliter currit: et q̄libet propoſitio neceſſaria/eēt de iure diuino. qđ ↄcedere nō ſolemꝰ. Locū extrinſecū in ꝓpoſito voco qn̄ ſolum ob ↄſequētie neceſſitatē inferꝛ. Dixi(in ↄſequētia certa)q: ſi illatio fuerit ſolū ꝓbabilis/nō eſt illibate ↄſequēs de fide niſi laxato vocabulo: ⁊ ſcđ m gradū ponēdo: q̄ erit qn̄ aliq̄d a traditiōe apl̄oꝝ ad dies nr̄os vſq; tradiꝛ fuiſſe ex īſtitutione Chriſti. hoc mō de aliq̄bꝰ ſacramētis a Chriſto inſtitutis adminiculatiuā ꝓbationē capimꝰ: ⁊ de multis cōſuetudinibꝰ eccleſiaſticis laudabilibꝰ: vt de multis ordinibꝰ inferioribꝰ: ⁊ de celibatu poſt ordines ſacros ſuſceptos. Tertius gradus eſt. Quando aliq̄s habet aliq̄d a deo reuelatione interiori vel exteriori. quē gradū ſolum illi apud quos cōſtat/accipe tenenꝛ. ptȝ exēplariter. iij. Regū. xx. Uir q̄dā de filijs ꝓphetaꝝ dixit ad ſociū ſuū in ſermone dn̄i: ꝑcute me. at ille noluit ꝑcutere: cui ait. q: noluiſti audire vocē dn̄i: ecce recedas a me ⁊ ꝑcutiet te leo: qđ et factū eſt. q: enim ſocius eius cognouit eū eē ꝓphetā: ei parere debebat: nō aūt aliꝰ q̄ hoc ignorauit. ¶ Ex omnibꝰ his patēt aliq̄ ꝓpoſitiōes. Prima. Licet ius poſitiuum quodlibet cōtra ius nature in triplici acceptiōe acceptū diſtinguaꝛ: tn̄ ius diuinū nunc cū vno/ nūc cū alio coincidit. Tertiū p̄ceptum decalogi in mōte Sinai Moyſi datū erat ius poſitiuū diuinum: reliqua oīa de iure naturali in aliqua acceptione. Secundo patet ꝙ aliq̄d erat de iure diuino qđ ordinabat de pacifica ↄuerſatione humana: vt ptȝ de legibꝰ iudicialibus in Exodo poſitis. Ex quo ſequiꝛ ꝙ nō eſt de rōne legis diuine īmediate ordinare in beatitudinē. Quarto ſequiꝛ aliq̄d incōtracte ſumptū eſſe de iure nature vel diuino: cui ſi addaꝛ reſtrictio/totū erit de iure poſitiuo: interdū de nullo iure. vt cōfiteri pctā eſt de iure diuino: in feſto paſche ↄfiteri eſt de iure humano: ↄfiteri in Pentecoſte de nullo iure. Similiter punire furē et reipublice ꝑturbatorē eſt de iure nature: ſed punire eū hoc mō. puta vltimo ſupplicio/vel ad reſtituēdū duplū ꝓ furto īmanifeſto: et q̄druplū ꝓ manifeſto/eſt ſolū de iure humano. Sed ꝓpoſitio ſequēs ex multis ꝓpoſitiōibus diuerſi iuris: partē debiliorē inſequiꝛ. Et ſi ſequaꝛ ex duabꝰ ꝓpoſitiōibꝰ: quaꝝ vna eſt de aliquo iure ⁊ reliq̄ de nullo: concluſio ſi ſolū ab eis capit euidentiā: de nullo iure erit. cōcluſio enim debiliorē partem inſequitur ſi ſolum robur a premiſſis capiat. patet exēplariter. Nullus indignus duobus beneficijs poteſt capere duo beneficia/ aut plura: ſortes eſt indignus duobus beneficijs: ergo nō poteſt capere duo aut plura. maior eſt nota in lumine naturali. Et ſicut oportet conſultare cum ſapientibus qui viri idoneitatem nouerunt/circa concluſionem: ita circa minorem conſultandum eſt.



¶ Verborum ſignificationibus paululum late ex induſtria declaratis: pono titulo queſtionis concluſiones aliquas reſponſiuas. ¶ Prima eſt. Pro cuiuſcūq; legis tempore poſt peccatū erāt aliqua ſacramenta: vel vicem ſacramentorum ſupplentia: vel alique alie proteſtationes. Hec probatur: quia quocūq; tempore erat morbus in natura: erat medicina contra illum morbum. ſed quolibet tempore poſt peccatum Ade erat morbus in natura: igitur. Diſcurſus patet cum minore. Et maior apparet: quia deus qui ſumme eſt miſericors: non reliquit humanum genus ſine remedio pro paruulis ſaltem. videtur autem ꝙ nullum erat aliud remedium. ¶ Secunda concluſio. pro alia et alia lege cōgruum fuit habere aliud ⁊ aliud ſacramentum: ⁊ ita factum eſt: ꝙ cōgruum fuit. probatur: q: in proceſſu generationis humane ſemper creuit notitia veritatis: vt patet per Gregorium ſuper Ezechielem. homil. iiij. Deus ordinate agens procedit de perfecto in perfectius. Lex ergo poſterior eſt perfectior: ergo congruum erat habere alia ſacramenta perfectiora q̄ȝ habuerat lex aliqua precedens. ¶ Ex illo ſequitur/licet non de directo: ſed per locū a contrario ſenſu: ꝙ nec in ſtatu innocentie: nec in ſtatu patrie/erant aut erunt ſacramenta.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. primo ſic. Probatio non concludit niſi de medicina curatiua/⁊ non preſeruatiua. Aliquis enim nō habens morbū capit medicinā preſeruatiuā. Et confirmatur. matrimonium erat inſtitutum inter Adā et Euā: et eſt ſacramentum: igitur male dictum eſt. Preterea in tempore legis nature nullum erat ſacramentum: igitur. Aſſumptū patet auctoritate beati Gregorij. iiij. moral. et recitatur de conſecra. diſtin. iiij. ca. Qđ autem apud nos valet aqua baptiſmatis hoc egit apud veteres vel pro paruulis ſola fides ⁊c̄. ergo ſola fides parentum ſaluabat eos. ¶ Ad primum rn̄detur negādo ꝙ ꝓbatio nō concludit ſm̄ exigentiā materie. medicina enim preſeruatiua non ſumitur niſi quādo timetur de morbo modo in ſtatu innocentie protaplaſtus habuit iuſtitiā originalem: et nō cecidiſſet in morbum ſi voluiſſet. ſecus eſt poſt peccatum. ¶ Ad confirmationem dicitur: ꝙ matrimonium in officium tm̄ inſtitutum erat. ſed non erat ſacramentū: q: non erat contra morbum. Sed contra hoc arguitur: tota definitio ſacramenti conuenit matrimonio ipſius Ade. Rn̄detur negādo: q: forte non contulit gratiā virtute operis operati: ⁊ quādo gratiam contuliſſet: opus eſſet ſupplere definitiōem addēdo (cōtra morbū). ¶ Ad aliud: an fuerit aliquod ſacramentum ꝓ tempore legis nature: partita eſt poſitio: aliquibus dicentibus ꝙ erāt ſacramenta. Geneſis. xvij. gloſ. que eſt Hieronymi. ⁊ Strabi dicit. Femine ſaluabātur que non circūcidebātur: fide ſcilicet/⁊ hoſtiarū oblatione: ſicut ante circūciſionem viri ſancti mūdabātur: ⁊ ille oblatiōes equiualebāt ſacramētis. Placet alijs ꝙ ſola fides parētum ſufficiebat ꝓ ſalute paruuloꝝ: cui poſitioni occaſionem dedit dictū beati Gregorij. iiij. moral. Jtē queriꝛ quorū parentū/an ꝓpinquoꝝ/an alioꝝ: nec hoc: nec illud. Jnſuꝑ tunc paruuli fuiſſent in ſecuriore ſtatu q̄ȝ nunc ſint: qđ non eſt dicēdū. Propterea diciꝛ ꝙ requirūtur ſigna exteriora: et hoc videꝛ rationabilius. ratio eſt: q: licet fides requiratur et ſufficiat in adulto: non tn̄ in paruulo: nec fuiſſet certū parētibꝰ an paruuli eorū eſſent ſaluati/ niſi deus eos certificaſſet: et hoc videꝛ ꝑ ſenſibile ſignū: qđ ducit in cognitiōem: cui alludit illud beati Auguſtini. xix. contra Fauſtū. Jn nullū nomen religionis ſeu verū ſiue falſum coadunari homies poſſunt: niſi aliquo ſignaculoꝝ vel ſacramētoꝝ viſibiliū cōſortio colliganꝛ: ſicut oues vnius gregis diſcernunꝛ ab omnibꝰ alterius gregis ꝑ varia ſigna. Sic penula dabaꝛ Romanis et patri ſctī Pauli: vt dicit gloſ. c. Si in adiutoriū. diſti. x. Hoc aūt ſupponēdum eſt: licet locus nō legaꝛ in ſcriptura: in quo ſacramēta illa inſtituta ſunt. Et iſtud patet. legitur in pleriſq; locis Geneſis ante legē inſtitutā de modo ſacrificādi. vt de Caim/⁊ Abele/Noe/⁊ Abrahā: q̄ non tētaſſent illa ſine p̄cepto dei. Similiter patres habuerunt plures vxores: vt Abrahā/Jacob/⁊ alij ↄtra ius nature in lata acceptione: qđ non feciſſent illi boni patres ſine diſpenſatione: et tn̄ locus nō legiꝛ in ſacra ſcriptura: ſed ſupponiꝛ. Scriptura enim multū ſuccincte ꝓcedit pro tpe legis nature. Ad illud beati Gregorij poteſt dici/fidem parentum cum applicatione ſignoꝝ extrinſecorum ſufficere: ⁊ licet adulti tempore legis nature fuiſſent ſaluati in fide propria/ſicut nunc in lege gratie: eſt tamen veroſimile ꝙ etiā acceperunt ſacramenta illius legis/ſicut nunc contingit.

¶ Diſtinctionis Prime. Queſtio. v. ⁊ vltima.

QVeritur de circūciſione/⁊ de eiꝰ obligatiōe. ¶ Pro ſolutione notabis ꝙ Circūciſio definitur a Joāne Damaſceno li. iiij. Orthodoxe fidei. c. xxvj. ſic. Circuncīſio eſt ſignū diſtinguēs Jſrael a gētibꝰ. Dabatur autem Abrahe ante legem. Geneſis. xvij. Et conuenienter lex eſt danda vni populo. Fides enim eſt fundamentum diuine legis: et ſic congruebat ꝙ populus accepturus legem debuit diſtingui ab infidelibus aliquo ſigno fidei: et quia primus Abraham ſegregauit ſe a ſocietate infidelium et familiam ſuam: propterea ei et eius familie data eſt primo circunciſio. ſm̄ illud ad Romanos. iiij. Quod ſignum accepit circūciſionis ſignaculum iuſtitie fidei.

¶ Jſtis notatis ponuntur cōcluſiones.
¶ Prima eſt. ſoli maſculi de domo Abrahe tenebātur ad circunciſionem. ¶ Secunda concluſio. Non omnes qui deſcēderūt ab Abrahā tenebanꝛ ad circūciſionem. ¶ Tertia ↄcluſio. Licet non erat de eſſentia ſacramēti circuncidi in octauo die: neceſſarium tamen erat de neceſſitate miniſtri. ¶ Prime ↄcluſionis q̄ eſt virtualiter hypothetica: prior exponēs q̄ eſt hec. maſculi tenebanꝛ ꝓbaꝛ ꝑ illud Gen̄. xvij. Maſculus cuiꝰ p̄putij caro circūciſa nō fuerit delebiꝛ aīa illa de populo ſuo/q: pactū meū irritū fecit. Secūda pars patet: q: nulli nō maſculi de domo Abrahe tenebantur. Hec iterum duas imbibit partes: quarum vna eſt. Filie de domo Abrahe non tenebātur. Alia eſt. Maſculi de alia domo nō tenebantur. Prior pars patet ꝑ locū a cōtrario ſenſu de maſculo. Sed dicis: locus a contrario ſenſu parum ponderaꝛ extra leges ⁊ iura. ptȝ aliter. deficit neceſſariū eis mem

bꝫ ad circūciſionē: ergo circūcidi nō poterāt. Et iſtud cōgruebat. nā gn̄atio ꝑpetua vocat᷑ circularis: ⁊ qꝛ peccatum originale in oēs ꝓpagatos ſeminaliter deſcendit virgine dēpta: igit᷑. Itē ſi Adā peccaſſet/ ⁊ nō Eua: fuiſſemꝰ ꝯcepti in originali: ⁊ Ade potiſſimū eſt data cuſtodia iuſtitie originalis. igitur. Alia pars patet: qꝛ gētiles nō tenebātur. bꝫ tñ poterāt circūcidi: vt ptꝫ Exodi. xij. Qꝛ ſi q̄s ꝑegrinoꝝ in tuā voluerit trāſire coloniā: ⁊ facere phaſe dn̄i: circūcidet᷑ prius oīe maſculinū eiꝰ: et tūc celebrabit phaſe: eritq; ſicut īdigena terre. Itē Iob fuit ſaluatus: et tñ nō apparet ꝙ circūciſus fuerit. igit᷑. Idē poteſt oſtēdi de gentibꝰ Romanis. Ad Rom̄. ij. Gentes que legē nō habēt: ſibi ipſi ſunt lex. Idē erat de oībꝰ gentibꝰ. Et Hugo. Circūciſio nō eſt data niſi ſemini Abrahe: vt in carne ſignificarent᷑ q̄ in carne vniret᷑. Ampliꝰ. tūc colebat᷑ deus Hieroſolymis: ⁊ de tribu leui erāt miniſtri. hoc aūt deſignat particularitatem illius legis. et Pſal. cxlvij. Qui annūciat ꝟbū ſuū Iacob: iuſtitias ⁊ iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter oī natiōi: et iudicia ſua nō manifeſtauit eis. ¶ Secūda ꝯcluſio patet. Iob enim deſcendit de Abrahā ꝑ Eſau ſ᷑m btm̄ Gregoriū in ꝓlogo Iob. ¶ Tertia ꝯcluſio patet de ꝓſelytis ꝯuerſis ad iudaiſmū. Et de Achior Iudicū. ix. ⁊ Hiſmaele circūciſo. xiij. āno ſue etatis: qꝺ hodie Hiſmaelite ſeruāt: et de Abrahamo. eſſentia aūt ſacramēti eſt īuariabilis. Alia pars patet ex lr̄a Geneſeos. Magiſter tñ tenet ī lr̄a ꝙ poterāt ꝑuenire diē octauū ſi puer eſſet in ꝑiculo. ſed oppoſitū vſum in hodiernū diem obſeruāt Iudei. Et id patet ꝑ gloſ. que habetur Prouerbioꝝ. iiij. ſuper verbo. Unigenitꝰ erā corā matre mea. que dicit ꝙ alius filius Berſabee nō cōputat᷑: qꝛ nō circūciſus nec nomiatꝰ: nā in circumciſione nomen īponebat᷑: vt apparet Luce. j. de Ioāne. Et Luce. ij. de Chriſto. Nullum etiā aīal offerebat᷑ ante octauū diē. Exodi. xxij. Nec licuit parentibus anticipare octauum. Forte ſi erāt in ꝑiculo vite poterāt applicare ſacramēta legis nature ante octauū diē/ tempore quo circūciſio erat in p̄cepto. Dixi forte: qꝛ Iudei non credūt paruulos natos in originali culpa: ſed ſacramētū applicāt tāq; p̄ceptū. Nec differre niſi diſpēſante dn̄o: vt in deſerto: ⁊ hoc erat rōnabile: qꝛ neſciebatur qn̄ erāt deceſſuri: nā mouebant᷑ ad colūnā nubis: de cuius motu erāt īcerti: et paruuli fuiſſent leſi: propterea erant inepti ad motum: et erāt ſeparati a gentibus. propterea Moyſes peccauit rediens ad ſuos: non circūcidēs eos. Exodi. iiij. ſcribit᷑. Propterea occurrit ei dominus ⁊ volebat circūcidere eum.

¶ Contra defintionem circuncisionis arguit᷑. Multa erāt alia ſigna ꝑ que Iſrael diſtinguebatur a gētibus: ergo definitio nihil valet. Inſuꝑ ponat᷑ ꝙ oēs gētes ſint ꝯuerſe ad Iudaiſmū. Rurſus gētes habebāt ſua ſigna: ergo ꝑ nō ſignū poterāt diſtingui Iudei: ſicut ſi oēs oues ī pago eſſent ſignate: oues mee cognoſcerent᷑ ꝑ nō ſignaturā. ¶ Rn̄dere potes. bene addēdū eſt (delens originale) et licet hoc totum nunc conueniat baptiſmo: tūc ſufficiebat ꝓ definitiōe ſ᷑m legē. Ad ſcḋm dicit᷑ ꝙ eſt ſignū aptitudine faciēs diſtinctionē. Nec ſtes in diſtīctiōe logicali ponēte ꝯſtātiā extremoꝝ. Quicq̄d ſit de poſſibili: cōgruebat populū dei hr̄e ꝓpriū ſignum ouis eīm nō ſignata req̄rit maiorē īdaginē q̄ ouis ſignata. aliq̄ aūt ſignant᷑ in frōte: alie a tergo: ⁊ ad varias differētias poſitionū: ⁊ oēs partes ītueri oportet ad cognoſcēdā ouē nō ſignatā: ſecꝰ eſt de ſignata. applica ad ꝓpoſitū. Itē priuatio nō cognoſcit᷑: niſi ꝑ poſitiuū. Porphyriꝰ dās duas definitiōes accidētis dicit ꝙ illa eſt peior in qua dicit᷑. Accidens eſt qꝺ neq; eſt genꝰ: neq; ſpecies: neq; differētia: qꝛ ꝓ illa cognoſcēda opꝫ p̄ciū eſt cognoſcere genꝰ/ ſpeciē/ et differētiā. ſꝫ qꝛ ibi aliquo mō potes tuā ouē cognoſcere: potes luctari circa hāc: nō ſignatū eſt ſignatum in qua mihi immorari eſt peregrinum.

¶ Contra primam concluſionem argumētoꝝ. morbus fuit communis feminis ſicut maſculis: ergo ⁊ remediū debuit eſſe cōmune. ⁊ illud ꝓbat idē debere eſſe apud gētiles: qꝛ erāt ꝯcepti in pctō originali ſicut Iudei. ¶ Inſuꝑ Hieremie. ix. Uiſitabo ſuꝑ oēm q̄ īcircūciſum habet p̄putiū: ſuꝑ Aegyptū: ⁊ ſuꝑ Iudā: ⁊ ſuꝑ Edom: ⁊ ſuꝑ filios Amon: ⁊ ſuꝑ Moab. vbi gloſſa beati Hieronymi. Multitudo gentiū maxime Iudee ⁊ Paleſtine ꝯfinis vſq; hodie circūcidunt᷑: ⁊ p̄cipue aegyptij/ ⁊ Idumei/ Amonite/ Moabite: ⁊ oīs regio Saracenoꝝ q̄ habitāt in ſolitudine. ergo circūciſio fuit īter alios multos a ſemine Abrahe. hoc ptꝫ ex modo p̄cepti Geneſis. xvij. de ꝟnaculis ⁊ ſeruis emptitijs. ¶ Ad primū nego ꝯſequētiā: qꝛ decuit ꝙ populus peculiaris dei haberet ſignū diſtinctū a populo infideli. Femine autē ſaluabant᷑ ꝑ ſacramēta ante legē: ſicut paruuli Iudeoꝝ ante octauū diē moriētes: ⁊ ſicut gētes. ¶ Ad aliud cōcedit᷑ aſſumptū: ſed ad hoc nō tenebant᷑: ſed erat ad imitationē ritꝰ iudeoꝝ: viſis bn̄ficijs q̄ deꝰ dedit Iudeis. ſicut legit᷑ ꝙ multi Aegyptioꝝ exierūt de egypto cū Iudeis viſis mirabilibꝰ q̄ deꝰ fecit ad liberationē Iudeorū. Exodi. xij. Sed ⁊ vulgus ꝓmiſcui ſexus innumerabile aſcēdit cū eis. De ꝟnaculis ⁊ ſeruis pōt dici. ꝙ decēs erat ꝙ ꝯformarēt ſe mō viuēdi dn̄oꝝ: ſ᷑m illud Eccli. x. Scḋm iudicē ppl'i ſic ⁊ miniſtri eiꝰ. ⁊ q̄uis illi cēnt obligati q̄diu erāt de familia Abrahe: nō ſequit᷑ de alijs: et ꝑ ꝯn̄s Eſau et Hiſmael tenebant᷑ ad circūciſionē q̄diu māſerūt cū Iſaac ⁊ Abrahā: ſed cū ab eis deceſſerūt: nō tenebant᷑ ſuos ſucceſſores circūcidere. nec etiā ſucceſſores tenebant᷑. Ad Rom̄. ix. Nō oēs q̄ ex circūciſiōe ſunt Iſrael/ hi ſunt Iſraelite: neq; q̄ ſemen ſunt Abrahe/ oēs filij Abrahe. Oēs aūt filij Iacob tenebant᷑: qꝛ māſerūt in ritu Abrahe ⁊ pr̄iarcharū: lꝫ crebro peccauerint: etiā poſt ſeparationē decē tribuū a reliq̄s ſub Roboā: ⁊ etiā ante ⁊ poſt. Dicis: ergo alij erāt liberioris cōditionis q̄ Iudei: ⁊ ex infidelitate ⁊ nequitia īportabant cōmodū. conſequētiam nego: qꝛ vt dicit Comicus. Omnes deteriores ſumus licentia. Illud cōcluderet religioſos eſſe in peiori ſtatu q̄ ſeculares/ ⁊ preſbyteros q̄ laycos.

¶ Contra ſecūdam cōcluſionem argumētoꝝ: vel aliq̄ tenebāt᷑ ⁊ aliq̄ nō: vl' oēs. Si p̄mū: dent᷑ q̄ obligabant᷑: ſi illi māſerūt ī ritu viuēdi Abrahe: ⁊ alij nō tenebāt᷑: tūc ex culpa regulā latiorē viuēdi caperēt. ſi ſecūdū ꝯcl'onē. Argumētū hoc eſt ſolutū inter arguēdū cū ſolutiōe argumēti p̄cedētis. Stat eīm ppl'm peccare trāſgrediēdo vnū p̄ceptū eccl'ie: et ſucceſſu tn̄ tp̄is ppl's poſterior nō peccabit. Lex aūt gr̄e q̄ eſt plenitudinis/ obligat oēs ad baptiſmū: ⁊ ad illa q̄ legꝭ diuie ſunt/ oēs obligāt᷑. Mat. vltio. Eūtes docete oēs gētes. Et Mar. vlti. Predicate euāgeliū oī creature. Chriſtꝰ eīm lapis angularꝭ ꝯiūxit duos parietes ī vnū. ⁊ ſicut eſt vnꝰ paſtor: ita vnū ouile eſſe debet. ⁊ licet ante incarnationē eſſet vnus paſtor: nō tñ erat adhuc lapis angularis ꝯiūgēs vtrūq; teſtamētū. Nunc autē nō ſolū Hieroſolymis vel Rome colit᷑ deus/ ſed vbicūq; venerari publice licet. ſimiliter eiꝰ miniſtri nō accipiunt᷑ de vna tribu tātū/ ſed de omni gēte q̄ ſub celo eſt. Cultellus vero petrinus videt᷑ fuiſſe cōgruitatis ad circunciſionē ⁊ nō neceſſitatis: petra autem erat Chriſtus. Itē populus iſte erat dure ceruicis: ⁊ ſic erat congruitas non neceſſitas.



¶ Diſtinctionis Secunde. Queſtio Prima.

Circa diſtinctionē ſecūdā q̄rit᷑ quid ſit baptiſmꝰ: ⁊ de ipiꝰ materia et forma. vij. Metaphyſi. ⁊ p̄mo poſterioꝝ. Quid noīs ⁊ q̄d rei eſt p̄ncipiū artis ⁊ ſcientie. Et p̄mo Officioꝝ. Mar. Tulliꝰ ī hoc Panetium admirat᷑ qui nō p̄miſit definitionem/ inquiens. Omnis eīm q̄ a rōne ſuſcipit᷑ de re aliqua īſtitutio/ debet a definitiōe ꝓficiſci. Et vt ītelligat᷑ que res ſit de qua diſputat᷑/ rimemur. qꝛ ille eſt modus educati in philoſophia: quēadmodum theologū decet. Aliq̄ vocant baptiſmū lotionē: aliq̄ vt magiſter tinctionē. nō audēt ꝯfiteri ꝙ ſit aqua: vt Alexāder Halenſis: ⁊ multi alij. ſed petat᷑ ab eis q̄ res eſt illa tinctio. an aqua abluēs/ miniſter/ verba/ intentio miniſtri/ an congeries oīm iſtorū/ an partiū. Placet alijs dicere baptiſmū eſſe relationē rationis/ et vnum puꝝ nihil: ⁊ fundat᷑ in aqua ⁊ verbis: eoq; mō quo ſcḋe intētiones habent eſſe: ſacramenta habēt eſſe. Sed nō adhereo mō illi ponēdi ſcḋas intētiones. Sacramēta nāq; eccleſie realiter ſunt: ⁊ veꝝ habēt eſſe: ⁊ ſigna ſenſibilia ſunt in recto: vt patet ꝑ definitionē magiſtri et btī Auguſtini: qꝺ ſcḋis intētionibus ſ᷑m eos nequaq̄ cōuenit. ¶ Dico igit᷑ ꝙ baptiſmus eſt aqua. hoc patet ꝑ definitiōem Hugonis. Baptiſmꝰ eſt aqua ꝓ abluēdis criminibꝰ ſctificata. Inſuꝑ eſt tinctio et ablutio more alioꝝ: ſed illa ablutio eſt aq̄ abluens. qꝺ ſi aduerſarius potiſſimum nominalis vel nulli ſecte addictus neget: petat᷑ ab eo q̄ res ſit baptiſmus: ⁊ nihil accōmodatiꝰ īueniet q̄ aquā. Uel definiat᷑ ſic. Baptiſmꝰ eſt ſacramētum mundatiuum a pctō originali. In hac definitiōe ponit᷑ veꝝ genꝰ/ et differētia accidētaria quā habet/ ꝙ ſit mundatiuū a pctō originali/ ſeiūgit ab alijs ſacramētis. Et q̄q̄ olim hec definitio circūciſioni ꝯueniebat: nūc tñ nō ꝯuenit: qꝺ ad definitiōes q̄bus vtimur ſufficit. Non capio mūdatiuū ampliatiue de materiali: ſed ſolū de formali. Nulla aūt materia cōuenientior aſſumi poterat q̄ aqua q̄ cōmunis/ ſenſibilis/ et purgatiua eſt: que aeri ⁊ terre nō ꝯueniunt. Damaſcenꝰ lib. ij. c. ix. de elemento aque loquēs ſic in fine capitis dicit. Optimū ergo elemētū aqua: ⁊ plurimo vſui accōmodum: ſordis purgatiuū: nō modo corporis ſed ⁊ anime: modo ſpiritus ſcti gr̄a aſſumpſerit/ remittit᷑ concupiſcētia in originali ⁊ eſtus libidinis. qꝺ bn̄ īportat᷑ ꝑ aquā que eſt frigida in ſummo: cuius natura eſt in locū ita altū excurrere vt erat origo a qua ſcatebat. ſic baptiſmus de celo veniēs hoīem ad celū ducit: dūmodo nihil aliud obſtet. Non requirit᷑ aūt ꝙ aqua bn̄dicat᷑ ꝓ baptiſmo. Chriſtꝰ eīm tactu ſue carnis in Iordane ſufficienter aquā ſctificauit: ſ᷑m illud Sedulij. Lymphaſq; beauit Gurgitis: ⁊ ꝓprijs ſacrauit flumina membris.

¶ Contra iſtam definitionem arguitur: ꝓbādo ꝙ baptiſmꝰ nō ſit aqua. Quia beatus Aug. homil'. viij. ſuꝑ Ioānē. et recitat᷑. j. q. j. Detrahe. Detrahe (inq̄t) verbū ab aq̄: q̄d erit niſi aq̄? Accedit ꝟbū ad elemētū: ⁊ fit ſacramētū. ergo aq̄ ſola nō eſt baptiſmus: ſed ꝟba ⁊ aq̄. ¶ Et ꝯfirmat᷑: qꝛ tūc aſinus ſacramētū poſſet bibere: ꝯſequēs eſt falſum ⁊ ridiculoſum. Doctor Subtilis vocat illā dubitationē Bernardi aſininā: ſed deberet eſſe Gandulphi. Et ꝙ ſequat᷑: arguit᷑ ſic expoſitorie: hāc aquā aſinꝰ pōt bibere: hec aqua eſt vel poteſt eſſe ſacramētū baptiſmi: ergo ſacramētū baptiſmi aſinus poteſt bibere. ¶ Rn̄det᷑ ꝯcedēdo auctoritatē beati Augu. ſed ꝑ eā non infirmant᷑ dicta. Primo: qn̄ daret᷑ illud copulatū: q̄d ad b'paꝝ cōtra nos. Secundo dicit᷑ ꝙ beatꝰ Aug. vult dicere: ꝙ aq̄ nō ſemꝑ eſt ſacramētū baptiſmi. Iſtā cōſtructionē trāſitiuā loco vnius intrāſitiue ītelligas: ſed tēpore illo quo aliq̄s nō regeneratus īmergitur ab alio verba debita ꝓferēte: intētionē debitā habente: deficiēte enim verbo aqua nō amplius eſt ſacramentū. hoc eſt. ille terminus baptiſmꝰ ſupponit ꝓ aqua: omnia iſta connotando non deficiente connotato termini poſitiui deficit eius ſuppoſitio. in obliquo autem illa connotat: quemadmodum ipſemet beatus Auguſtinus. xix. de ciuita. dei. cap. iij. dicit. ꝙ Eques nom ſolum hominē dicit/ ſed etiā equū: hoc eſt habitudinē ad equū: et tñ ille terminus eques ꝓ ſolo homīe ſupponit' cōnotādo ꝙ taliter ad equum ſe habeat. ſic de hoc termino' pedes: et īnumeris id genus. Tertio dico ꝙ illa ꝓpoſitio ſic exponit᷑. detrahe verbū. i. filiū: et tūc nō eſt aqua baptiſmus: ſed nuda aqua. Aliqui aūt baptizabāt in nomine pr̄is ⁊ ſpiritus ſancti. Quarto exponitur: detrahe verbū hoc eſt formā. baptiſmus enim eſt in aqua ītrāſitiue: vel eſſe in capit᷑ ſcḋe intentionaliter. ¶ Ad ꝯfirmationē. doctor Subtilis vocat illā queſtionē aſininā: ⁊ bn̄ ſ᷑m ſua principia: qui ponit baptiſmū eſſe relationē rationis. Propterea magis admiror opinionē nominalium: et huius Gabrielis in hac diſtinctione dicentis ꝙ eſt lotio. nō audet dicere ꝙ ſit aqua: qꝛ tunc eſſet res ꝑmanens: qꝺ reputat incōueniēs. Sed dico ꝙ baptiſmꝰ eſt res ꝑmanens: q̄q̄ baptiſmus nō diu permanet baptiſmus.

¶ Sed pro cōfirmatione pono propoſitiones. Prima eſt. Sacramentum baptiſmi aſinus poteſt bibere. Hāc ꝯcluſionē efficaciter ꝓbat ſyllogiſmus expoſitorius adductus. ¶ Secūda ꝓpoſitio. data prima: ⁊ ꝙ brunellus aquā illā bibat: nō oportet ꝙ bibat ſacramētū vel baptiſmū. hoc patet: qꝛ ante verba et intentionē ⁊ cetera req̄ſita: ⁊ etiā poſt/ nō eſt ſacramētum aut baptiſmus. ¶ Tertia ꝓpoſitio eſt ponēda ab apparatu decreti: ꝙ illa aqua eſt ſacramētū p̄ciſe ꝑ vnum inſtās. puer' enim non eſt baptizatus quouſq; omīa verba hec deſināt eſſe. Ego baptizo te in noīe pr̄is ⁊c. que deſinūt ꝑ primum inſtās non eſſe: in illo enim inſtāti puer eſt baptizatus p̄mo: ⁊ gr̄a infundit᷑ in illo inſtāti: quēadmodū in inſtāti termināte verba in ꝯſecratione euchariſtie primo īcipit eſſe corpꝰ Chriſti. ¶ Forte dicis: tunc ſi aqua non tāgit in illo īſtāti eū qui debet baptizari: videt᷑ ꝙ nō ſit baptizatus: qꝺ videt᷑ durū. ¶ Rn̄det vna opinio quā recitat Apparatꝰ: quā etiā tenet. j. q. j. in. c. Detrahe. concedēdo illatū. Nemo eſt baptizatus niſi quē aqua tāgit in illo inſtāti. patet. quia in illo ſolo eſt baptiſmus. Sed iſtud eſt p̄ter rōnē: in illo eīm inſtāti nihil verboꝝ eſt: cum ſit primum inſtās non eſſe eoꝝ: ergo tunc aqua nō eſt baptiſmus. Si dicas/ tunc ſit primo baptizatus: eodē modo debes dicere poſt illud inſtās ꝙ aqua eſt baptiſmus cum ille eſt baptizatus. Itē ridiculū eſſet dicere ꝙ deꝰ obligaret ad talē modum abluēdi ꝑ aquā in illo inſtāti. Sed tūc eſt q̄ſtio: quo tempore ſit baptiſmus. Forte dicis: in quolibet tēpore prolationis verboꝝ. Contra. ergo qn̄ q̄s dicit baptiſo: ⁊ puerū abluit: tunc baptiſmus eſt. ergo in ꝓlatione primi termini puer eſt baptizatus. Itē ponat᷑ ꝙ alij termini non ꝓferantur: videtur ꝙ puer eſt baptizatus: cū ei baptiſmus applicetur. Poteſt dici ꝙ in ꝓlatione primi termini/ aqua non eſt baptiſmus: niſi

reliqui termini ꝓferantur. et ſi non proferantur: nego ꝙ tunc aqua eſt baptiſmus ꝓprie. in ꝓlatione aũt p̃mi termini forme dubito an aqua ſit baptiſmus: q2 hoc dependet ex vna de futuro: ꝙ reliqui termini ꝓferant̃ cũ ceteris reqſitis. ❡ Ad argumẽtum ↄcedit̃ ꝙ alicui appicat̃ aqua q̃ nõ eſt baptizatus: q2 oportet hr̃e cõpletã formã cũ ceteris reqſitis. vel dicat̃ ꝙ aqua nõ eſt baptiſmꝰ niſi qñ forma ſufficiẽs eſt cõpleta: que eſt in inſtãti: ⁊ qd̃ ſit illud/ patebit in ſolutiõe vniꝰ argumẽti. Sed in hoc nego Apparatũ ꝙ ſit neceſſariũ ad quẽpiã baptizãdũ ꝙ ei applicet̃ baptiſmus in illo inſtãti: ſed ſufficit ꝙ applicet̃ ꝑ quocũq3 tp̃e ꝓlationis cuiuſcũq3 verbi. ⁊ ſic baptiſmus iſtũ abluet a pctõ originali. ⁊ eodẽ modo in alijs extrinſecis temporibꝰ/ ſed illa de p̃ſenti non erit vera: ſaltẽ non oportet: baptiſmus iſtum mũdat: ſed oportet tollere terminũ cõnotatiuũ dicendo: aqua iſtũ mũdat: vel hoc vel hec. Dicendo conſequenter ad iſtud: oportet concedere ꝙ aliquis mũdabitur a pctõ originali ſine baptiſmo flaminis ⁊ ſanguinis: cui baptiſmus nunq̃3 applicabit̃: nec vnq̃3 applicabatur. qd̃ patet: ſi in prolatione primi termini vel ſecũdi puer abluatur aqua quã deus corrumpat vel annihilet ante inſtãs de quo loq̃mur: vel interim mutetur in aerẽ: ⁊ ſic iſte eſt mundus a pctõ originali: ⁊ non per baptiſmum. ⁊ ſic concedere oportebit non deſtruendo aquã: ꝙ licet baptiſmus non incipiat ⁊ deſinat in eodem inſtãti: tamen incipit ⁊ deſinit eſſe baptiſmus in eodem inſtãti. Ad primum forte concedis illatum: q2 ſufficit ꝙ aqua fuiſſet baptiſmus ſi fuiſſet in illo inſtãti. Secunda etiã ꝓpoſitio non eſt inconueniens. Sed quia abſonum videtur ꝙ aliquis hac via ſit mundus et non per baptiſmum: dicatur ꝙ aqua eſt baptiſmus ꝓ toto tẽpore ꝓlationis: nec inconuenit plus baptiſmũ bibere q̃3 ꝙ Judas vel brutũ poſſit ſuſcipe ſacramentũ euchariſtie. ❡ Ad argumentum Apparati. aliqua poteſt in eodem inſtãti incipere et deſinere eſſe dñã: vt patet. ff. de dona. inter virũ et vxorẽ. Nõ autem. §. vltimo. dicit̃ ꝙ vxor ꝑ aliqd̃ tempus eſt domina famuli manumiſſi potius manumittendi: q2 requiritur tempus anteq̃3 dominiũ ſerui poteſt capere: et dato ꝙ in inſtãti terminãte illud tẽpus ſit domina ſerui: requiritur tempus ad manumittẽdũ: ⁊ ſic eſt domina ꝓ tempore. Et quando ita eſſet in caſu aſſignato: non videtur ꝙ deus alligaret nos ad ita difficilem modum baptizãdi. Eodẽ modo reſpõdere potes ad illud ꝙ in eodẽ inſtanti incipit ⁊ deſinit eſſe debitum. ff. de accept. l. antepenultima. ⁊ l. Nõ in die. Forte dicis. verba requiruntur eo tẽpore quo quis eſt baptizatus et baptizandus: ergo ⁊ aqua. nego conſequentiam. Nemo enim eſt baptizatus quouſq3 characterem baptiſmalẽ recipiat: licet baptiſmus fuerit ei antea applicatus: et oportet neceſſariã formã eſſe cõplete applicatã: ⁊ ꝑ conſequens ꝓlatã a miniſtro: ⁊ ſic miniſter erit. ſecus eſt de aqua. licet difficultas poſſit ingeri: ſi aliquis tũc primo non ſit quãdo character eſt ĩprimendus. ❡ Secũdo arguit̃. ſi aqua eſſet baptiſmus: vel aqua que ĩmediate tãgit corpus abluti: et hoc non/ q2 nulla talis eſt. Nam diuidatur aqua circũſtãs baptizatũ ꝑ partes ꝓportionales/ partibus minoribus terminatis ad baptizatum: nulla eſt aqua ꝓxima: q2 quacũq3 ꝓpĩqua datur pars eius propinquior poſtq̃3 nulla eſt ſuperficialis aqua. Nec eſt tota aqua. qd̃ patet: quia tũc totũ mare eſſet baptiſmus: ſi aliquis baptizaretur in mari. hoc nõ videtur dicendũ: q2 tunc ſuper baptiſmum poſſent nauigare naues: et in baptiſmo poſſent nutriri piſces: q̃ ſunt abſurda. Si dicas: baptiſmus eſt verba ⁊ aqua: infero id idẽ: q2 piſces poſſunt nutriri in parte baptiſmi: puta in aqua. ergo in toto. quemadmodum ſi ſortes eſt reſpondens in angulo Sorbone/ Sortes eſt in Sorbona. ❡ Ad ſecundum dicitur ꝙ non eſt aqua que ĩmediate tangit corpus baptizati. quia nulla talis eſt affirmatiue: hoc eſt ante quãlibet aquã: bñ tamen eſt aqua ante quã nulla alia eſt propinquior: ſicut ſola terra que tangit corpus hominis eſt religioſa. ff. de relig. l. ij. §. Celſus. Et tunc oportet deuenire in hãc diſiunctiuam: vel ꝙ baptiſmus eſt aqua determinata: et propinqua pars aque: vel tota aqua componens aliquod vnum cum parte que tangit baptizatũ: et vtrũq3 poteſt dici: non tamen copulatiue. Si dicatur tota aqua: oportet concedere ꝙ in ſacramento baptiſmi ſunt naues: quia eo tempore vel inſtanti quo aqua eſt baptiſmus/ naues nauigant vel ſunt in aqua. Sed potes etiam dicere ꝙ eſt vna determinata propinqua pars baptizato. ſꝫm exigentiam materie: quod dignoſci poteſt in eccleſia vel in loco paruo: eſt enim tota aqua ibidem: in mari autem eſt vna determinata pars que circa baptizatum mouetur ratione baptizationis. Interdum in talibus perdifficile eſt dare punctualem ſtatum/ ſicut in multis alijs contingit. vt in aliqua diſtãtia Beda p̃ſbyter poteſt corpus Chriſti facere eſſe ſub ſpeciebus panis et vini: et in aliqua non poteſt propter diſtãtiam: ſed vbi ſit preciſus terminus/ non omnes latet.

❡ Iam viſo pro quo ſupponit baptiſmus de forma ⁊ materia eſt dicendum. Unde in ſacramentis eſt aliquid neceſſarium preſbytero ad hunc ſenſum: ꝙ ſi non ſeruet illud/ peccat: illud ſeruando nõ peccat: ſed mereri poteſt. Forma in eccleſia latina eſt. Ego te baptizo in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. ſed greci interdum mutarunt hanc formam. quia vt patet prime ad Corinthios. j. Aliqui gloriabantur ꝙ Apollo eos baptizabat: aliqui quia Paulus: aliqui quia Cephas: quem errorem Paulus ibidem reprehendit. Propterea placuit Grecis mutare ꝓnomen prime perſone in verbum optatiui modi et futuri temporis. Baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris ⁊c̃. ne alicui baptizanti miniſterialiter baptiſmus aſcriberetur. ⁊ videtur ꝙ hoc eis ſufficit: quia non legitur vetitum ab eccleſia Romana. Si dicatur: quomodo ergo dicitur baptiſmus Joannis. Dicitur: quia ſolus Joannes baptizabat. Non enim legitur ꝙ aliquis diſcipulorum eius cum eo baptizauerit. fuit etiam primus inſtitutor miniſterialiter: et fuit actor totius quod fuit in primo baptiſmo: ſꝫm illud Matthei. iij. Ego baptizo vos in aqua in penitentiam: ipſe baptizabit vos in ſpiritu ſancto. Propterea baptizati baptiſmo Joannis tenebãtur ad baptiſmum Chriſti. vt patet de conſecratione diſtinctione. iiij. Aliud eſt. et eſt beati Auguſtini ſuper Joannem. dicẽtis. ꝙ baptizauit Judas et eſt baptizatus: baptizauit Joannes: et non eſt baptizatus. Unum fuit ſacramentum noue legis/ et non aliud. An Joannes aliqua forma vſus ſit: incertum puto. Si dicatur vt eſt opinio vulgaris: ꝙ baptizauit in nomine venturi: non apparet ꝙ ſic Chriſtum baptizauerit. In baptiſmo Joannis non tenetur Magiſter. Conſuetudo autem loci ſufficit in iſtis: in aliquibus locis puer ter immergitur in aquam: alicubi ſemel: et vterq3 modus faciendi ſufficit. vt patet de conſecra. diſtin. iiij. De trina merſione. Triplex immerſio deſignat ꝙ Chriſtus tertia die reſurrexit a mortuis. Patet etiam in cap̃. Poſtq̃3 vos crederе. Unica autem immerſio ſignificat vnitatẽ eſſentie diuine. Amen non ponitur ab Alexan. iij. extra de baptiſ. et eius effectu. Si quis baptizat. Propterea preſbyter omittens nihil relinquit de forma neceſſario requiſita.



Dicitur etiam ꝙ pronomẽ ego nõ eſt de eſſentia: nec baptizo in indicatiuo mõ: q2 grecꝰ baptizat in futuro optatiuo: ⁊ tñ grecus veniens ad eccleſiam Romanã nõ rebaptizat̃. Ueriſimile quoq3 eſt ꝙ Petrus baptizando tria milia in die pentecoſtes nõ dixit cuilibet baptizatorũ/ ego te baptizo: ſed ego vos baptizo. Item poſſumus ponere alium terminuꝫ nõ ſynonymuꝫ loco ꝓnominis te. (Nõ inſiſto nunc an ſingulare ⁊ plurale varient ſynonymitatem) Nã greci dicunt ſeruus. ſed alij termini om̃es ſunt de eſſentia vt iacent: ſcilicet. In nomine patris et filij ⁊c̃. ita ꝙ ſi iſti termini mutẽtur in terminos ſynonymos/ manet forma: et hoc in quocũq3 idiomate. hebraice enim primo baptizabat̃: nunc vero latine ⁊ inter latinos Romana lingua requiritur: nõ tñ de eſſentia verborum: ſed p̃ſbyter in alia lingua baptizans peccat. de vetula in caſu neceſſitatis nõ opꝫ. Si aliqui iſtoruꝫ terminorum mutent̃ qualitercunq3 aliter in terminos conuertibiles nõ ſynonymos: nihil fit: nec (nomine) debet mutari in nominibꝰ. etiam cõiunctio et/ ⁊ p̃poſitio in / ſunt de eſſentia. q2 inter omnes ꝑſonas diuinas debet mediare cõiunctio/ ad deſignandũ diſcrimen ꝑſonaꝝ in diuinis. hoc patet per formam traditam a Chriſto Matthei vltimo. Euntes baptizate eos in nomine pr̃is ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ ſancti. Sꝫ licet te in plurale mutari poſſit: ego in plurale mutari nõ põt ſꝫm aliquos: q2 ſignificat vnitatẽ dei in cuiꝰ virtute baptizatur. Et licet quiſpiam gratia honeſtatis interdum plurali vtatur: tñ hoc vt aliquibus placet/ nõ licet: ſed illud ꝓbare nõ eſt facile. Cõmuniter nãq3 cõceſſa vbi nõ conſtat de oppoſito admittimꝰ ſine ꝓbatione vehementi. Quo apparet hic eſſe baptiſmus: ego vos baptizo/ demonſtrando vnum ſolum. Solemꝰ enim dicere in plurali (vos) vni ſoli ob honeſtateꝫ in vulgari ſermone. nec põderandus eſt Laurentiꝰ Ualla: et oratores in oppoſitũ: q2 ſiue ſermo cultus fuerit ſiue barbarus: te ⁊ vos in illo caſu videntur ſynonyma. Et vbi ipſi petunt quare nõ ſic facimꝰ reſpectu dei/ dicẽdo. Pr̃ noſter qui es in celis. Dico ꝓpter vnitatem dei: qui oĩa poteſt ſolus. ſecus eſt de hoĩbus. Propterea regula oratorum eſt vti (nos) ob humilitateꝫ ⁊ alioꝝ amicitiã/ qua egemus. Scd̃o ad hoc vſus ſufficit: ibiq3 illud Horatianum verum continet. Quem penes arbitrium eſt ⁊ vis et norma loquendi. Inſuꝑ plus hominibus blandimur exterius q̃3 deo q̃ ſcrutatur corda ⁊ renes. Ingenue tñ fateor: ꝙ imperitorium vſus barbarum modũ loquẽdi in concinnũ nõ variat. Preſbyter enim dicit dominꝰ vobiſcũ: ⁊ orate pro me vni ſoli: ſꝫ hoc eſt noĩe totius ppl̃i. ❡ Ex iſtis ſequitur ꝙ hic nõ eſt forma baptiſmi. Ego baptizo in nomine trinitatis. licet enim trinitas tres ꝑſonas ſignificet: nõ tñ diſtincte ⁊ ſynonyme cũ illis tribus terminis pater filius ⁊ ſpiritus ſanctus. nec loco patris licet ponere genitoris: ⁊ licet pater ⁊ genitor cõuertant̃ nõ tamen ſunt ſynonymi. Nũq̃3 eñ duo termini quorũ vnus eſt de predicamento relationis ⁊ alter de predicamento actionis ſunt ſynonymi vniuoce. An pat̃ ⁊ paternitas ſint ſynonymi. remitto ad variarũ ſectarũ principia. Teneo cũ ponentibus paternitatem eſſe patrẽ: ⁊ nõ eſſe relationem a patre diſtinctam. Si dicas nõ refert quid de equipollẽtibus dicat̃. ff. de verbo obliga. Qui extrinſecꝰ. ⁊ l. ſi ſub vna. ⁊ ff. Si cer. pe. l. Certũ. Inſuꝑ ꝓbatur ꝙ oportet ponere ego. de bap. ⁊ eius effec. c. primo dicit Alexan. tertius. Si quis puerũ ter in aqua immerſerit in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti amen: ⁊ nõ dixerit ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti: nõ eſt puer baptizatus. Ad primũ dicitur ꝙ illic eſt ſermo de equiualẽtibus ĩ ſignificãdo: nõ ſufficit in cõſequẽdo. Ad aliud. debet intelligi in ſẽſu copulato. hoc eſt ſi vtrũq3 omittat: ego et baptizo: vel aliqd̃ cõdeclineũ de baptizo. vt patet de grecis dicẽtibus baptizetur. Ex quo patet. ꝙ plures ſunt forme baptiſmi non ſynonyme. Forma grecorũ eſt non ꝓpoſitio: latinorũ ꝓpoſitio: Similiter ponũt terminũ ſeruus: vbi nos ponimus te: qui nõ ſunt ſynonymi. Aliquos autẽ terminos ſynonymos oportet ſeruare ⁊ non omnes cũ forma qua communiter vtimur quo ad eſſẽtiã ſacramẽti: ſed bñ quo ad neceſſitatẽ miniſtri. nã ꝓnomẽ ego intelligitur in verbo prime perſone ſecũdũ Priſcianũ. Dicimus autẽ ego te baptizo/ ad deſignandũ diſcrimẽ inter baptizãtẽ ⁊ baptizatũ. Si vero aliquid iſtorũ verborũ neceſſario requiſitorum omittat̃: nõ eſt baptiſmus. de alijs patet ex dictis.

❡ Sed de additione verborũ. Nota ꝙ vel addũtur termini repugnãtes: vt ego te baptizo/ ĩ nomine patris maioris ⁊ filij minoris. ⁊ ſic nichil fit. Si determinatio nõ repugnat: hoc dupliciter: vel determinatio ponitur ſine cõiũctiõe: ⁊ hoc dupliciter. vel ſi velimꝰ vti illo toto ac ſi eſſet p̃ciſa forma de neceſſitate requiſita: ⁊ tũc vniuerſaliter nihil fit. vel ſi gratia deuotionis: vel alterius pie cauſe poſuerimꝰ: ⁊ tũc eſt baptiſmus. vt ego baptizo in noĩe patris oĩpotẽtis ⁊c̃. Uel ponitur cõiũctio: ⁊ hoc trifariam. vel eſt diſiũctiua: ⁊ tũc nihil fit: quia illa nõ põt determinate vnã ꝑtẽ. vt ego te baptizo in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti: vel baculus ſtat in angulo. ſed ſi proniciet hanc diſiũctiuam/ determinate ponẽdo formã in prima parte tunc baptizat: ſi vage: nõ baptizat. Si ponat̃ copulatiue (⁊) tũc baptizat: vt ego te baptizo in nomine patris ⁊ fi. ⁊ ſpi. ⁊ celum mouetur. Si cõditionaliter: vel cõditio inexiſtit: ⁊ tunc ſit baptiſmus. vt ego ſi ſum Joãnes te baptizo in nomine patris ⁊c̃. Si nõ inexiſtit/ nõ eſt baptiſmus. Ecce verba requiſita/ ⁊ modum adendi ⁊ ſubtrahẽdi. Poteſt autem eſſe quies inter verba tãta vt forma non ſit vna: vel interpoſitio materie impertinentis ad baptiſmum: vt ſi nũc hora octaua incipiam dicere: ego te baptizo: et recedam hora decima redeã dicendo: in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritꝰ ſancti. vel in medio interſero noua magna: vel dico hiſtoriã: ⁊ ſic nõ tenet. Si inter ꝓferẽdum dicã abite: vel nolite garrire: vel vbi eſt patrinus. adhuc ſeruatur forma nec regula certa dari poteſt quãtum tp̃is impediat: vel quantus ſermo inſertus p̃pediat: ſed ex alijs actibꝰ humanis hoc iudicetur. ❡ Circa ineptum modum ꝓferẽdi (vt ĩ caſu quo Bonifacius epiſcopꝰ cõſuluit Zachariã papã de quibuſdã in ſua ꝓuincia baptizatis a quodã p̃ſbitero Romane lingue ignaro qui ſic proferebat. Ego te baptizato in nomine patria ⁊ filia ⁊ ſpiritus ſancta quos intendebat ep̃s rebaptizare: ſed cõſuluit prius Romanum pontificẽ: qui ſic rñdit. Si ex errore p̃ſbiter hoc nõ induxit: ſed ex ignorãtia: ſufficit quod actum eſt Patet illd̃ de cõſecratione diſt. iiij cap. Retulerunt.) poteſt eſſe variatio ĩ trãſponẽdis terminis: ⁊ hoc duobꝰ modis. vl' tãta eſt tranſpoſitio vt ſententia nõ intelligat̃ ⁊ tunc nihil fit ſi vero ſit trãſpoſitio terminorum ſynonymorum manente ſententia nihil eſt impedimenti licet bonum ſit ſeruare originem in perſonis diuinis: nõ tñ ẽ vna perſona ĩ diuinis alia dignior: quia hic ẽ baptiſmꝰ. in nomine ſpiritus ſancti ⁊ filij ⁊ patris ego te baptizo. ❡ Quidaꝫ queſtione. xj. petit in quo p̃dicamento ponitur baptiſmus ⁊ dicit ꝙ ſcd̃m varias conſiderationes ponitur in varijs p̃dicamentis. ſi enim cõſideretur vt aqua: in predicamento ſubſtantie. Si rõne ablutionis/ in predicamento actionis. Oportet eum dicere more noĩalium: ſi dicta ſua debeant cõtinere ꝓbabilitatem ꝙ eſt ſermo quõ aliquid ponitur in p̃dicamẽto tanq̃3 res ſigni

ſicata. ⁊ ſic verū dicit. vt Sortes ponitur in p̄dicamēto ſubſtantie tanq̄ꝫ res ſignificata:⁊ in predicamento relationis:quia ſignificatur ꝑ hos terminos pater. Sortes. ⁊ ſic ponitur in decē p̄dicamentis ſemper cū illo addito (res ſignificata). Tenēdo aūt principia realium diſſute reſpōderet. Si petas de termino baptiſmus in quo predicamento. dicatur ſcd̄m connotationes terminorū poſitorum in deſinitione eiꝰ qui eius cōnotationem explicant. Magis:enim proprie oportet reſpicere ad eius cōnotationem:⁊ ſcd̄m hoc ſtabilitur eſſe in p̄dicamento. Ponitur in predicamento actionis ſecundum principalē connotationem eius. Alexander diceret nō mō reſpiciendum eſſe ad connotationē/hoc eſt ad formale ſignificatum:ſed ad materiale:⁊ ſic album ſortiretur vicem duorum p̄dicamentorum:ſicut cenans. Difficultas eſt de termino ſolum:tñ cōis vſus eſt reſpicere ad ſignificata formalia:⁊ multa in p̄dicabilibꝰ ⁊ p̄dicamentis depēdent ex vſu loquendi. Si quis velit intueri ſignificationem materialē ⁊ formalē ob p̄dicabilia ⁊ p̄dicamenta: ſicut geminā cōnotationē variorū p̄dicamentorum:nō impedio. Sed iſte inſcite agit relinquendo voluntarie modū cōmunē. ¶ Requiritur intētio actualis vl' virtualis ad hoc vt quis baptizetur. Si quis autē gratia ludi baptizet:hoc eſt ſimulet ſe baptizare gr̄a ioci nihil facit. Sed Athanaſius puer de quo beatꝰ Auguſtinꝰ loq̄t lib. vij. de baptiſmo paruulorū/nō gr̄a ioci baptizabat. ⁊ hoc exploratū eſt per hoc ꝙ catechuminos baptizabat ⁊ nō alios. Quidā dicit ꝙ pium eſt creditu ꝙ deus ſupplet intentionē ſi baptizans nō intendit:cum parētes faciāt qđ in ſe eſt. Nichil valet/vt oſtenſum eſt in ſimili cōtra Gerſonem. Ad argumentū de certitudine/nō poſſumus habere niſi moralem que ſufficit nobis:⁊ preſumēdum eſt de recta intentione vbi nō conſtat de oppoſito. ¶ In toto epilogando poteſt eſſe additio/ ſubtractio/ corrupta locutio/terminorum trāſpoſitio.

¶ Ex dictis infero corollaria. Primuꝫ eſt. Aqua roſacea nō ſufficit ad baptiſmū. hoc ſequitur ex dictis in principio huius q̄ſtionis. Probatur: quia nō eſt aqua queadmodum eñ homo pictus eſt hō pictꝰ ſed nō eſt hō:ſic aqua roſacea eſt aqua roſacea:ſed aqua roſacea nō eſt aqua. Sed quia multū aque aſſimilatur/ putatur aqua:vel aqua cum addito ꝙ nō ſit aqua patet. poteſt in aliquē effectū in quē non pōt aqua elemētaris ergo nō eſt eiuſdē ſpeciei cū ipſa. antecedens patꝫ. quia deſiccat:vera aūt aqua humectat. tꝫ cōſequentia ꝑ illaꝫ maximam phyſicam:a poſteriori arguēdo diſtinctionē ſpecificā. ſed illa maxima non vacat difficultate. Notitia eñ Sortis Sortem repreſentat:et tñ notitia Platonis eſt eiuſdem ſpeciei cū ipſa:ſuppoſito ꝙ vtraqꝫ ſit intuitiua vel abſtractiua ꝓprie dicta. ſed ſufficiēter ſimilē effectum pōt. Scđo aqua roſacea eſt eiuſdem ſpeciei cum roſa:ergo nō eſt eiuſdem ſpeciei cū aqua. illa conſequentia tenet de ſpecie ſpecialiſſima/de qua loquimur de ſpecie autem ſubalterna nō eſt dubiū qui ſint eiuſdē ſpeciei. aſſūptū probatur. vapor eleuatꝰ ab aqua realit̄ eſt aqua. vt patet ꝑ experientiam:ſi ponatur pannus ſuper aquam:vbi vapor eleuatur apparebit aqua. Item argentuꝫ viuū diutius ſeruatur in vaſe obſtructo q̄ꝫ nō obſtructo. ⁊ hoc non eſt niſi quia vapor iterum deſcēdit ⁊ remanet argētum viuū. Preterea ignis generat aquā roſaceā ex roſis:⁊ ex alijs herbis aliā aquā q̄ nūq̄ꝫ immediate poteſt ꝓducere aquā elementarē. Et quicquid ſit licet aqua roſacea ſit alterius ſpeciei a roſis ſicut eſt brutum a ſuo cadauere vel caro viua a mortua:⁊ ꝙ eſt equiuoce caro(qđ totum eſt probabile)adhuc aqua roſacea non eſt aqua:licet facile in eam conuerti poſſit. Preterea philoſophus in fine quarti Meteororum dicit: Ars debilior eſt q̄ꝫ natura:nec ſequitur eā licet multum elaboret. propterea dicit. Sciāt artifices alchimie:ſpecies rerum tranſmutari nō poſſe. ¶ Secundum corolariū. vinum. ceruiſia/mulſum non ſunt materia baptiſmi. pꝫ vt ſupra. idem patet de vrina/ſaliua. de iure carnium dubiū eſt ſecunduꝫ multos. Conſtat ꝙ ius. de carnibus vel piſcibus expreſſum non eſt aqua:ſed cum illo ſucco vera aqua poteſt miſceri ī bona quātitate. ⁊ tunc ad baptiſmū ſufficit. Aqua cū decoctiōe hordei vl' liq̄ritij: videt̄ adhuc habere verā rationē aque:ſꝫ aliq̄ terreſtreitates eius ſint purgate. ¶ Tertium corolarium ſecundum pleroſque Nec omne quod eſt eiuſdem ſpeciei cuꝫ aqua/ſufficit. patet de glacie ⁊ niue q̄ realiter ſunt aq̄:ſꝫ quia abluere nō poſſunt non ſunt materia debita. ſecundum communiter loquentes aqua imbibita ſpongie ſufficit. Hoc tertium corolarium eſt mihi dubium. cū glacies ſit eiuſdem ſpeciei cum aqua:⁊ realiter eſt aqua capiendo iſtum terminum aqua abſolute. ⁊ ſufficit ꝙ ipſa ſit nata abluere quantum eſt de ſe. Nec forte requiritur actualis ablutio:quia parua aqua ferme inſēſibilis ſufficit:liquida ſecundum alios:⁊ tamen parū poteſt illa mundare. Aqua marina ſufficit:quia eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cum aqua eſt pura aqua ſubſtantialiter licet non qualitatiue. Facile autem aqua maris fit dulcis ſeparata terreſtreitate. nā in mari ſuſcipit̄ aqua dulcis:per inſtrumenta anguſtos poros habentia vt naute facere ſolent. ⁊ piſces aquam dulcē(q̄ꝫq̄ꝫ in mari viuūt) ſuſcipiūt. Quattuor flumina paradiſi(vt opinatur Damaſcenus)de oceano ſcatent:⁊ tandem decurſu ꝑ terrā redduntur dulcia. ⁊ ibi non videtur ita facilis curſꝰ ne ſpecie eſſentiali in aliam quare illa aqua maris ſufficit. Secus eſt de vrina q̄ ſanguinis vel alterius humoris in corpore ſuperfluitas eſt. que nullatenus eſt aqua :q̄a eſt ſuperfluitas ſecūde digeſtionis. de ſputo id idē videtur. Aqua autem in vino ſufficit:ſi mutetur in vinū iam non eſt aqua. Si quis autem baptizetur in iure carniū/ vel niue/ vel huiuſmodi:vbi dubitat̄ an ſit realiter aqua an non:quia difficile eſt illud ꝑ philoſophiam purgare: ſeruetur documentum quod ponitur de baptiſmo ⁊ eiꝰ effectu cap. De quibus dubium eſt an baptizati fuerīt baptizentur his verbis p̄miſſis. Si baptizatꝰ es non te rebaptizo:ſed ſi nondum baptizatus es:ego te baptizo. In nomine patris ⁊ filij et ſpiritus ſancti. ¶ Quarto ſequit̄. ꝙ nullꝰ poteſt ſeip̄m baptizare. Si dicas. Ioānes Baptiſta loquens de chriſto dicit Matth. iij. Ipſe vos baptizabit in ſpū ſancto ⁊ igne. ergo ignis ſufficit. Reſpondeo. ſpūs ſanctꝰ apparuit ſuꝑ baptizatos ī ſigno ſēſibili ⁊ igneo frequēter in primitiua eccleſia:ſicut apparuit ſuper apoſtolos in linguis igneis. Actuum ſecūdo. Hoc etiam pꝫ de quodā iudeo q̄ ī mortis articulo volebat ſeip̄m baptizare dicēs:ego me baptizo ⁊c̄. de baptiſmo ⁊ eius effectu. Debitum. Et illud eſt rōnabile:ſicut eī nemo generat ſeip̄ꝫ carnaliter:ſic neqꝫ regenerat ſpūaliter. ¶ Quinto ſequitur:ꝙ ſi mancꝰ dicat verba:⁊ mutus ꝓijciat aquā/nō eſt baptizatus paruulꝰ. Prima eñ oratio quam profert eſt falſa:quia ille loquens nō baptizat magis q̄ꝫ alter. hec ſola ratio nō oſtēdit ꝓpoſitū Itē ſacramenta quātū ad ea q̄ ſunt neceſſitatis nō accipiūt diuiſionē. bene tñ quātū ad ea q̄ ſunt cōgruitatis. nec requiritur manus ad leuādū puerū:ſed ſufficiunt pedes vel alie ptes:dū idē aſpergat aquā ⁊ proferat verba. nec requiritur ꝙ īmediate tāgat puerū:immo ſi mittat cū in cribrum per chordam longiſſimā. baptizat.

¶ Diſtinctionis Secunde Queſtio Secunda.



SEcundo circa eādem diſtinctionem queritur:an illa q̄ in precedēti q̄ſtione dicta ſūt ſint ſufficienter poſita. Rūdet̄ affirmatiue. patꝫ ꝑ probatiōes in ea poſitas. ¶ Contra dicta arguitur Primo ꝙ forma poſita nō eſt neceſſaria. aliq̄n baptizabatur in noīe Chriſti:vtꝫ in primitiua eccleſia. vt patet in actibus apoſtolorū:⁊ nō legitur facta reuocatio:ergo adhuc licet ſic baptizare.

¶ Et confirmatur/cōtra illud vbi dicebatur ꝙ tranſpoſitio terminorū vel ſyllabarū ſic. ſ. ꝙ ſententia mutet̄ variat formā probo ꝙ nō capio hāc/ego te baptizo ⁊c̄. Arguitur ſic. Iſti termini ſic ordinati ſunt forma verborū: ego te baptizo ⁊c̄. ⁊ iſti termini ſic ordinati ſūt iſte res ſic tranſpoſite. ergo iſte res ſic tranſpoſite ſunt forma verborū ꝯña tenet expoſitorie ī tertia figura: ⁊ maior ē clara. Probat̄ minor. quicquid eſt pars vniꝰ ē ꝑs alteriꝰ ⁊ ecōuerſo:ergo hoc eſt illud. Item a/b/c/ſunt/c/b/a. ¶ Reſpondetur concedēdo ꝙ aliq̄n baptizabatur in nomine Chriſti:ſed hoc erat ex diſpēſatione dei vt nomen Chriſti amabile redderet̄:qđ apđ iudeos ⁊ gētiles erat odioſum. ſecundum illud. j. ad Corinth. j. Nos predicamus. Chriſtum crucifixum:iudeis quidē ſcādalū: gentibus aūt ſtultitiam. Sed an nunc ſufficeret ad eſſētiam baptiſmi. res vix eſt lucida:⁊ aliqui dubitāt. Alij dicūt nūc non eſſe cām dubitandi. de cōſecra. diſtin. iiij. in ſynodo Anglorum dicit̄ ꝙ nominās vnam perſonā ⁊ nō omnes: nō baptizat:ſed oportet dicere ſecundum formā tactā a Chriſto Matthei vltimo. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūs ſancti. Idē dicit Gregorius Quirino epiſcopo Hibernie:⁊ recitat. Gratianus vbi ſupra. cap. Hi vero Alexāder. Bonauentura:⁊ doctores paſſim hoc tenent. ſed q̄a magiſter in litera dubitat dicens. tutius eſſe nominare expreſſe perſonas in diuinis:⁊ Ioannes in apparatu:⁊ Bernardus in gloſſa de baptiſmo ⁊ eius effectu. cap. j. non p̄ter rationē dubitatur. tamen in iſtis vbi nō poſſūt haberi rationes magne. ſequamur determinationes patrū:⁊ vulgarē opinionem. Alia tamen poſitio nō penitꝰ eſt extincta:eſto ꝙ Durandus illā penitus erroneam reputet. ¶ Ad cōfirmationem pono propoſitiones. Pria eſt:ctiſan. tus ſpiri. ⁊ ſic ordine cōuerſo eūdo ꝑ ſyllabas ſunt forma debita. hoc patet ꝑ ſyllogiſmū expoſitorium adductum. eadem res eſt ſancti. ⁊ ctiſā. Et eodem mō potes probare ducendo ordine conuerſo per litteras/ vl' incipiendo a medio/poſtea a fine/vltimo a principio accipe analogiam. homo eſt homo oīs eſt; propoſitio vera: ſi ſcribatur oīs homo eſt homo. quia hec. oīs homo eſt homo/eſt hec/homo eſt homo omnis. ergo. ¶ Secūda propoſitio:ſi quis proferret ctiſan:⁊ ſic antrorſum eūdo non vteretur debita forma:ſaltem debito modo:quia debitus modus ꝓuenit a ſenſu in quo ꝓcedimus. ¶ Tertia propoſitio. ſi eſſet vna lingua ī qua ſyllabe ordine cō cōuerſo ſignificarēt ſynonyme cū hac latia ſicut arabes faciunt et in arithmetica cōtingit. Ego te baptizo ⁊c̄. talis bñ baptizaret q̄a ctiſā ⁊ ſcti. eſſēt termini ſynonymi.

Secundo arguitur. aliquis eſt baptizatus baptiſmo flaminis ante prolationem illorū verborū ergo illa forma nō eſt neceſſaria. conſequentia claret. ꝓbatur antecedens. Si inter proferēdum ego te baptizo in noīe patris ⁊c̄ puer moriatur. eſt baptiſatꝰ:poſtq̄ꝫ nō ē defectꝰ ex parte pueri/parentū/vel miniſtri. ¶ Et cōfirmatur circa materiam. aqua nō requiritur qđ probo. quia nec quarta aque nec pinta:⁊ ſic de quacūq̄ꝫ aqua. Si dicas iſta parua copia requiritur. Contra:per aliā copiā poſſum baptizare:ergo illa nō requirit̄:⁊ ſic de qualibet alia argumentabor. ¶ Ad ſecūdū dicit q̄dā in ſecunda parte compēdij theologie Creditur ꝙ talis plene eſt baptizatꝰ:quia tūc ſummꝰ ſacerdos ſupplet qđ miniſter ſupplere nō potuit. Cōtra illud arguo ſic. Si ꝓlato iſto termino p̄ris puer eſſet baptizatus/nō eſſet opus reſiduū ꝓferre quantū ad neceſſitatem ſacramenti. conſequens eſt cōtra dicta ⁊ contra oēs. Item pari rōne in prolatione ſolius primi termini eſſet baptiſmus. Ideo dico ꝙ non eſt baptizatus:quia ibi eſt defectus ex parte pueri qui nō eſt. Reperio Hugonem de ſancto Victore dubitare de illo qui vult baptizari:⁊ nō baptizatur: an ſit ſaluꝰ ⁊ ꝯſuluiſſe ſuꝑ hoc ſctm̄ Bernardū/ q̄ ei ꝓfūde ī hoc rńdebat. Adultꝰ q̄ vult baptizari et nō p̄t hr̄e aquā vl' miniſtrū/ſic decedens eſt ſaluatus. Ad auctoritatem Chriſti. Qui crediderit et baptizatus fuerit ſaluus erit hoc concedit. ex quo nō habes:ꝙ nemo eſt ſaluatus niſi baptizatꝰ qđ bñ ꝯuicit ex rńſiōe Chriſti. Qui ꝟo nō crediderit ꝯdēnabit̄. nō dꝫ baptizabit̄ ſaltē baptiſmo aq̄:q: tales baptizant̄ baptiſmo flaminis. De paruulis dicit. Damnantur ī noua lege niſi baptizētur. vide beatū Bernardum in epiſtolis:in epiſtola ad Hugonem de ſancto Victore. Sed tali non confertur tanta gr̄a quāta adulto baptizato:cū rōne rei opate nihil ei ꝯferat̄. ¶ Circa ꝯfirmationem pono ꝓpoſitiōes. Prima eſt. nulla aqua reqrit̄ ad baptiſmū. pꝫ ꝑ ꝯtradictionē ⁊ aſcēſum:⁊ ſemꝑ loquor lege ſtāte: de potētia dei abſoluta nō eſt queſtio. ¶ Scđa ꝓpoſitio:nō reqrit̄ aq̄ ad baptiſmū. hec ꝓpoſitio differt a p̄ori. q: hic diſtribuit̄ aq̄ diſtributiōe oppoſita ſuppoſitioni ꝯfuſe tātū:in alia aūt/diſtributione oppoſita ſuppoſitioni determinate. ꝓbat̄ ꝓpoſitio. hec eſt falſa:reqrit̄ aq̄ ad baptiſmū fluminis. Nā eſt affirmatiua nō p̄gnās cuius extrema nō ſupponūt ꝓ eodē:nō de ꝯditionato extremo:ergo eſt falſa. ꝯñia tenet ex logica: ꝓbat̄ aūs:vnū extremū eſt ille terminus aq̄ alterū ſiue ſit p̄dicatū ſiue ſubiectū(nō eſt vis) eſt hoc totū reqſitū ad baptiſmū fluminis. ꝙ illud nō ſupponat ꝓbatur. vel ꝓ q̄libet aq̄/vel nulla/vel aliq̄ ⁊ aliq̄ nō. Tertiū dari nō poteſt:nec ſecūdū. Si det̄ p̄mū:tūc p̄ma eſt vera. aq̄ reqrit̄ ad baptiſmū fluminis:qđ reprobatū eſt. Licet ergo prima defendi poſſit:ꝯcedo illas duas falſas: et quicq̄d ſit equalere:nec placet mihi illud ꝙ auferre oportet requiritur:⁊ cape cōueniēs eſt/q: iā non capiuntur extrema. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Requirit̄ tātū valet quātū neceſſe eſt:⁊ hec ꝯditionalis eſt vera. neceſſe eſt ſi q̄s baptizat illū baptizare in aq̄. intellige de baptiſmo fluminis:ita ꝙ neceſſe cadat in totā cōditionalem:nec licet aſcendere ⁊ deſcēdere in ꝯditionalibꝰ ⁊ in ꝯſequētijs vt in ceteris ꝓpoſitionibꝰ:niſi aliquē modū peculiarē effingere volueris:ſed hoc relinquit̄ dicacibꝰ artiſtis/quitū pedē(p̄mo relicto)in ariete querentibꝰ. ¶ Quarta propoſitio:non ſtādo in virtute ſermonis/quecūq̄ꝫ aqua quo ad magnitudinē ſufficit:ſed quo ad paruitatē eſt dubiū: ſed ſufficit quātūcūq̄ꝫ modica. dūmodo illa baptizatū irrigare poſſit:vbi eſt pūctuale ſtabilimentū in paruitate:poſtq̄ꝫ debet eſſe ſignū ſenſibile: da maximā aquā que nō ſufficit ad baptiſmū vel minimā q̄ ſufficit. ⁊ ſic eſt aliqua aqua baptiſmus a qua quātūcūq̄ꝫ modica auferat̄/ aqua deſinit eſſe baptiſmus:cū deſinit eſſe ſignū ſenſibile: ſed ad quē ſenſum eūdū eſt inferius tāget̄. Si det̄ maxima aq̄ que nō ſufficit ad baptiſmū:tunc dabis vnā aquā que ꝑ quodcūq̄ꝫ additamentū erit baptiſmus: et ꝑ rarefactionē ſine extrinſeco appoſito. Circa minimā aquā poteſt eſſe difficultas. auferendo a tergo illius aque vnā par-

tē/adhuc poteſt videri:⁊ cū hoc dabiť vltimū inſtās viſionis ſm̄ ſe totā ſyncathegorematice.

## ¶Tertio arguitur. nomina & verba

transpoſita idem ſignificāt.ij.perihermenias. ergo quātūcūꝗ̄ intricate ꝓnunciētur verba/eſt baptiſmi forma. ¶Et confirmatur. vel illa verba ſunt forma vt propoſitio falſa:vel vt vera.non primum:qꝛ in ſacramentis veritatis nihil falſi eſt īmixtū. nec ſecūdū:quia quando ego dico. Ego te baptizo in nomine ⁊c̄. ille non eſt baptizatus: vt patet ex dictis contra Joannem de Gerſono. ¶Ad tertium reſpōdetur ꝙ argumētum nō eſt ad propoſitum:quia illa regula philoſophi nihil aliud vult niſi ꝙ datis duabus propoſitionibꝰ quarū termini preponuntur:ſeruatis ꝓprietatibus logicalibus:ille equiualent modo ſic nō eſt hic: quia procedendo ordine cōuerſo nō eſt propoſitio:ſaltem ratione illius ordinis. Ex illo patet ꝙ quādo conuerſa eſt forma debita:etiam cōuertens quia manent termini ſynonymi:⁊ cōuertēs diſtīcte ſignificat ſicut ⁊ conuerſa.nec hoc eſt incōueniēs ꝙ ſint plures forme:qꝛ ſunt mille tales vocales quarum quelibet eſt forma: ſed qꝛ ſunt ſynonyme: ꝓ eadem reputanť. Nec tñ nego quin ꝑpoſitio vel poſtpoſitio interdū impediat terminos eē ſynonymos. Quis ꝗlibet pars vnꝰ cōplexi ſit ſynonyma cū aliqua parte alterius: ⁊ ecōuerſo. vt ab homine differēs:⁊ differens ab hoīe. vbi vnū totale de aliquo verificatur:de quo aliud nō verificať: quare nō ſunt ſynonyma. Etiā nō omnis ſynonymitas ſufficit. patet de ſcriptura et conceptibus ſynonymis vocali/inſufficientibus. impoſſibile eſt enim mutum baptizare:ſed accedit verbum ad elementum et fit ſacramentū. ¶Ad confirmationem dicitur ꝙ non oportet neꝗ̄ vt ſic neꝗ̄ ſic. Greci nāꝗ̄ baptizāt dicēdo:baptizetur ſeruus Chriſti. et tamen ſola oratio indicatiui modi dicitur eſſe propoſitio ſm̄ logicos. Si enim deus inſtituiſſet has voces buf baf/ipſis ꝓlatis fuiſſet adeo bona forma/ſicut illa quā nunc habemus. Secundo dico ꝙ forma noſtra eſt propoſitio vera. Baptizo enim tātū valet grece/quātum lauare vel tingere. Judith.xij. Deſcendebat in vallem Bethulie/et baptizauit ſe.id eſt lauit ſe.quādo autem profero terminum baptizo/aſpergo aquam. Tertio dico ꝙ ibi eſt pertranſcaſſio. Aliud enim eſt tempus in quo illud verbum baptizo profertur:⁊ aliud eſt tempus pro quo profertur:profertur enim pro inſtāti terminante verba:quemadmodum ſi petas a tacēte quid dicis:ipſe reſpondet:nihil dico:qꝛ loquitur pro tēpore quo tacuit. Quarto dico:vtor tempore preſenti pro toto tempore prolationis verborum:et tunc in eodem tempore preſenti quelibet ſyllaba illius orationis eſt ſm̄ vnū modū dicendi. De quo vide in ꝑma queſtione de Euchariſtia.

## ¶Quarto arguitur. aſpergēdo aquā

anteꝗ̄ ꝓferātur verba:infans eſt baptizatus.ergo verba non requiruntur.conſequentia eſt plana:antecedens probatur:qꝛ non oportet ſimul aſpergere aquā ⁊ proferre verba.qꝺ ꝓbo: qꝛ Petrus in die Pentecoſtes vt patet Actuum.ij. Baptizauit circiter tria milia: et tñ non eſt veriſimile ꝙ quēlibet tetigerit aqua quādo verba ꝓferebat:ſed diſpergebat aquā ſuper eos omnes:que aliquos tetigit quando protulit verba:et aliquos non.
¶Et cōfirmatur. vel requiritur ꝙ quelibet pars baptizati aqua diſpergatur:et hoc non:vel aliqua: et tunc ſequitur ꝙ ſi digitus paruuli anteꝗ̄ totum egrediatur/ille poſſit baptizari. ¶Ad quartum reſpondetur. non requiritur ꝙ baptizans tāgat baptizatum immediate:ſed ſufficit ꝙ aquā applicet immediate vel mediate: vt patet de baptizāte ꝑ cribrum/ſitulā proijciendo de ponte. cum enim aqua eſt ſuꝑ baptizādum ſi quis proferat verba ſufficit.modo baptizati a beato Petro et alijs erant tacti aqua que ſuper eos māſit in prolatione verborum: vel tempore prolationis eos tetigit. ¶Ad confirmationem ſunt opiniones:aliquibus dicētibus: ſi caput eſſet extra vterum/totum poſſe baptizari:ſi pars minus principalis/nō. Teneo ꝙ quecūꝗ̄ parua pars extra vterum ſufficit:poſtꝗ̄ nec hoc nec illud ratione oſtēdi poteſt inſolubiliter:nec ex ſacris literis in foro dei. quia ego ſacris literis non obuiat:⁊ non eſt in facultate paruuli:mitior pars tenenda videtur.et ratio eſt: quia anima eſt in qualibet parte tota.nec video apparentiā in dicto dicētium hoc eſſe verum de capite: et non de alijs membris: cum eadem anima ſit in qualibet parte corporis equaliter.et licet ſepius caput precedat reliquas partes in natiuitate:non tamen ſemꝑ. vt patet de Jacob tenente plātā Eſau. Gerſon tamen videtur tenere oppoſitū dicens. Nemo poteſt renaſci anteꝗ̄ naſcatur.modo ille tunc nō eſt natus.hoc parum valet.vel enim loquitur de renato ſm̄ ſe et quālibet ſui partem: et hoc non oportet. ſi vero de parte illa/que eſt nata extra vterum:quare nō poteſt renaſci? Si petas an paruulus in vtero poſſit baptizari:dicitur ꝙ ſic vt iacet queſtio. ſicut paruulus in vtero eſt baptizatus:ſed nemo baptizatur in vtero. Nec ſufficit baptizare matrem ad baptizationem paruuli:cū ſint duo ſuppoſita.nec duo baptiſmi ſufficiunt:qꝛ non ſufficit mediate paruulū abluere. ⁊ quando ita fieret:ꝙ poſſet aliquis aqua tangere paruulum in matrice: hoc non ſufficeret ad baptiſmum:qꝛ nondum eſt natus extra vterum in parte vel in toto:licet bene ſit natus in rerum natura:hoc eſt/philoſophice natus: cū ſit progreſſio de nō eſſe in eſſe:et mutatio huius totius in hoc totū nullo ſenſibili manente eodem. Paruulorum autem baptiſmus nō eſt differendus propter teneritatē: licet ſint in periculo viuēdi. Teſte philoſopho.vij.de aīalibꝰ. Fetor extincte cādele in muliere pregnāte cauſat abortum.

## ¶Quinto arguitur. probando ꝙ con

ditio ꝯditionalis repugnet intētioni baptiſmi. baptizet Sortes Platonē ſub hac ꝯditione: ego te baptizo ſi placet pr̄i tuo:queriť anteꝗ̄ illud ꝑuenit ad pr̄em:an ille ſit baptizatꝰ. ſi ſic. Contra.nō baptizauit eū niſi ex ꝯditiōe: ita ꝙ ſi pr̄ nō fuiſſet ꝯtētus:nō eēt baptizatus. ponať interim mortuus anteꝗ̄ pr̄i ꝯſtiterit. Si dicas.tūc primū qñ pr̄ icipit eſſe ꝯtētus/eſt baptizatus. Contra/verba et aqua ſimul applicabātur:⁊ tūc quo ad ꝯſenſum pr̄is nō erat baptizatus:⁊ ꝑ eius ſolū cōſenſum eſt baptizatꝰ. ergo verba ⁊ aqua nihil faciunt. Forte dicis:oīs conditio repugnat. Contra eſt qꝺ diciť extra de baptiſmo ⁊ eius effectu.c. De ꝗbus dubiū eſt. ⁊ allegať ſupra. Item ptꝫ de ſponſalibꝰ. ¶Et cōfirmať. preſbyter ſic baptizās:in nomīe patria ⁊ filia ⁊c̄.baptizat. vt ſupra patuit.ſed patrio ⁊ filia nō ſunt termini ſynonymi cū pr̄is et filij.ergo ſi loco(nomīe)dicať noībꝰ/vel loco pr̄is dicať patrū:baptizabit:cū forte numerꝰ nō mutet ſynonymitatē. Idē ptꝫ de trallo ⁊ balbutiēte ꝓferēte l.loco r.ꝗ ꝓfert in nomine patlis. vt temultēti edentuli ⁊ aduſti melācholici ſolēt. ¶Ad ꝗntū rn̄deť ꝙ Sortes nihil facit in caſu:qꝛ talis conditio repugnat forme baptiſmi/que dependet ex euentu futuro patris vel alterius. Alia eſt conditio nūc inexiſtēs:ſecus eſt de illa. vt dicēs:ſi nō es baptizatus ego te baptizo: certitudinaliter nunc baptizat ſi alter nō eſt baptizatus ꝓpter exiſtētiā ꝯditionis. Sed cōtra iſtā ꝯditionalē baptizationē ſic arguiť. ſufficit in caſu dubio dicere categorice. Ego te baptizo i noīe pr̄is ⁊



filij ⁊ ſpiritus ſancti. quia ſi nō eſt baptizatꝰ iam baptizatus euadit:ſi eſt baptizatus antea. iam poſtꝗ̄ eſt hō regn̄atꝰ: nihil ſuſcipit. Rn̄detur ſicut argumētū arguit qñ categorice aliquis baptizaret ſi talis de quo dubitatur nō fuerit āte baptizatus iam baptizatur de nouo:ſi fuit baptizatꝰ iam nihil fit. ſed eccleſia (vt opinor) vidēs aliquos euntes bis ad baptiſmū hoc ꝓhibet. et ne daret occaſionem ſcādali puſillis q̄ facile in caſu exiſtimarēt talē de quo eſt ſuſpitio eſſe bis baptiſatum. impoſuit eccleſia talē modum loquēdi ſuis filijs. De cōditione ī matrimonio dicatur licet ſint cōditiones in ſpōſalibus:non tamen in matrimonio qꝺ eſt ſacramentum:ſpoſalia autē nō ſunt ſacramentum:categorice eñ cōtrahiť ſacramētum matrimonij. Si dicas ponamus ꝙ pater cōſentiat me proferente verba cōditionaliter:vel quā primū meꝰ caſus auribus eius increbuit. Reſpondetur. ſi conſentiat in fine:nō eſt paruulus baptizatus:quia ante nō erat baptizatus:ſi nunc ſit baptizatus:ſolus patris conſenſꝰ facit hūc eē baptizatū. Sed hec ratio nō eſt perēptoria quia dicetur ꝙ non ſolus conſenſus patris hoc facit ſed aſſenſus cū forma ꝑuia. Quo non obſtāte opinor ſacramenta debere habere conditionē extantem:⁊ ſic ſi aliꝗs baptizaret paruulū Platonis hac lege ſi pater conſentiret:⁊ interea mortuo filio pater conſētit:puer deceſſit nō baptizatus. Si vero pater cōſentit dū verba ꝓferuntur vel puero exiſtēte:res nō eſt ita lucida propter exiſtētiā cōditionis. Dico ꝙ cōditio preſens vel preterita que eſt certa nō impedit formā baptiſmi. quia illa iam īexiſtit: vt te baptizo ſi nō ſis baptizatus:hoc nō dependet a conditione extrinſeca:ſed a baptizāte ⁊ baptizato:⁊ ita certa ē hec forma: ac ſi categorice applicaretur baptiſmꝰ: ⁊ talē formā deus ſuſcipit/nō autem cōditionem depēdentem ab extrinſeco. Probabilius eſt etiā ꝙ talis eſt baptizatus:nō pater aſſenſum ꝓbeat tp̄e ꝓlationis:cū conditio iam īexiſtat ſiue ab extrinſeco ſiue ab intrīſeco conditio dependeat:nec incertitudo impedimentū preſtat: vt patet in multis cōditionibus de preterito:⁊ mitior pars vbi nō cōſtat de oppoſito. eſt tenenda. Sed contra ſequitur ꝙ paruulus eſt baptizatus ꝑ hoc ꝙ ſortes eſt in templo cū baptizo paruulum ea cōditione:⁊ ſic latebit an ſit baptizatꝰ:ſicut pōt latere cōditio: vt puta de aliquo aſpectu planetarū ī celo. Illa ratio nō vincit vbi eñ eſt dubiū an paruulus ſit baptizatus:eſt remedium ſufficiens ꝓpter ambiguitatem q̄ poteſt emergere ī iſtis conditionibus. quia cauendum eſt a tali modo baptizādi:⁊ potiſſimum quando eſt dubium de conditione: vt ego te baptizo ſi ſol ſit in primo gradu cancri: vel in prīo minuto illius gradꝰ. hic erit dubium an puer eſt baptizatus propter dubitationem ī quo minuto primi gradꝰ cancri nūc ſit ſol ſecus eſt hic:ego te baptizo ſi nō ſis baptizatus licet enim dubitauerim ante ꝓlationem verborū an is ſit baptizatus:in fine nō dubito:ſecꝰ erat ī alijs ¶Ad confirmationem conceditur antecedens ⁊ negať conſequentia. q̄a nec audiens iudicat nec modus loquēdi innuit ꝙ ille ſimplex p̄ſbyter volebat nominatiuum vocatiuum vel ablatiuum huius nominis patria vel filia ꝓferre. ſad ſolum corrupte ꝓtulit. ſꝫ circa eundē caſum ⁊ numerum maior eſt diſſonantia conceptus mutādo in plurale. Sed contra dicis:tantum eſt mutare literam a tergo quantum a fronte:ſed dicendo:baptizo te ī nomine matris ⁊ filij non eſt baptiſmus:ergo dicēdo patria vel matria non eſt baptiſmus. Dicatur ꝙ idem eſt mutare in calce ⁊ in capite ceteris paribꝰ. modo p̄ſbyť co modo quo ꝓnūciare poterat dicebat pr̄is:⁊ ex modo loquendi ⁊ concipiendi hoc dedit alijs intelligere:licet corrupte ꝓtulerit. Sicut vetule plebeie obligate dicere Pater noſter:vel Aue maria ſatis corrupte ꝓferūt:ſiliter ⁊ peregrini in gallia orōnes corruptas. tñ nō obſtāte modo loquendi conſtat alijs ꝗd dicere velint. Ex dictꝭ infero corolarium ꝙ curatus ⁊ epiſcopꝰ debent ſollicite admonere p̄ſbyteros vt diſtincte proferāt formaꝫ ꝓbꝫ ⁊ habentes infantes baptizandos debent ſuper hoc eſſe vigilantes: ⁊ preſbyteri:vt ſatiſfaciant proprijs conſcientijs coram deo.

## ¶Sexto arguitur. ponatur ꝙ aliquis

moriatur in primo inſtanti terminante ꝓlationem verborum. Arguitur ſic:ille eſt baptizatus:⁊ tñ nūꝗ̄ ſuſcepit ſacramentum. ꝙ patet. q̄a aqua nō eſt ſacramentum niſi per illud inſtans ſolum ſecundum aliquos:ſaltem illud eſt ꝓbabile. ꝙ ſit baptizatus. ꝓbatur ſic. Si duo ſucceſſiue mereantur ꝑ vnam horā ⁊ vnus primo moriatur in inſtāti terminānte horā ⁊ alter viuat in illo ⁊ nō mereať: tales eque merentur:qꝺ patet:quia habebunt equales btitudines:ſuppono cetera eſſe paria. Si dicas ꝙ ille q̄ eſt in illo inſtanti plus btitudinis habebit ꝗ̄ alter ſigneť ⁊ nō potes dare:ergo ꝑ ſimile ſi duo ſic ſe habeant ꝙ vnꝰ manet in illo inſtanti ⁊ alter moritur:equaliter ſe habebunt ad baptiſmū. ¶Confirmatur. in caſu extreme neceſſitatis licet. Carthuſienſi comedere carnes cōtra votum ſuum:etiam papa diſpenſat cōtra votum continentie cū filio vel filia regis ꝓ rationabili cauſa. vt patebit inferius diſtīn xxxviij. ⁊ tñ illa ſunt de iure diuino: Eodem modo de ieiunio. ergo vbi deficit aqua vt ī pleriſꝗ̄ partibus Aphrice:⁊ in Arabia deſerta: ⁊ oris Aegypti a Nilio remotis:⁊ habetur vinū ⁊ nullus alius liquor licet baptizare ſaltē papa diſpenſante in vino ergo nō ſola aqua eſt materia. ¶Ad ſextum reſpondetur:⁊ nō omnino improbabiliter:ꝙ talis nō eſt baptizatus. cū non ſit ī inſtanti terminānte verba. Potes etiam dicere ꝙ talis ē baptizatus:quia ſufficit exiſtentia pueri in tp̄e terminato ad illud inſtās. Simile frequenter habes de forte qui continue albeſit ꝑ vnam horā:⁊ non eſt in inſtāti terminānte illā horā: ⁊ de Platone in illo inſtāti exiſtēte. Melior analogia eſt de duobus continuo merētibus per vnā horā vniformiter/quorum alter primo nō eſt in inſtāti terminānte illā horā ⁊ alter eſt ceteris ante horā paribꝰ: ⁊ poſt equalē gloriā et gratiā habebūt. Sed cōtra hoc arguitur. capiatur vltia ſyllaba. ſ.cti. illa profertur ſucceſſiue ſecundū intenſionē: ergo ante quālibet partē ſecundum intenſionē vltime ſyllabe vel littere dabať ps ante. ſicut ante quālibet ꝑtem caloris partibiliter geniti fuit prius calor. ergo in aliquo inſtanti ante primū nō eſſe verborum fuit forma ſufficiens:ergo ille erat baptizatus. Forte dicis nō erat ſufficiens. Cōtra hoc arguo. ꝓferāt duo illas formas. ⁊ ambo veniāt ad vltimā litterā. ſortes ⁊ Plato deſignat Sortes ante platonē ꝑ millesimā partē hore gr̄a exēpli:tūc illa forma ꝓlata a ſorte ſufficit ⁊ tñ Plato ꝓtulit:ergo ꝓlata a Platone ſufficit. Forte dicis:nō eſt ſimile:qꝛ vnus quieuit a ꝓlatione verborū alter vero nō. ⁊ quieſcens vtiť forma; alter vero nō. Cōtra. ſi vnus ꝓferret vltimā literā ꝑ vnā horā ad imaginationē. nō ante inſtans terminatiuū baptizaret. ⁊ ſic per ſuā longā ꝓlationē infās maneret nō baptizatus. Forte dicis ⁊ bene. qñ ꝓfertur aliquid quod circūſtantes poſſunt intelligere:tūc ille eſt baptizatus:vel immediate poſt vltimū īſtās nō eſſe vltime ſyllabe huius dictionis ſancti. iſte eſt baptizatus:⁊ hoc ſi ſit intelligentia termini. Si quis autē celeriter ꝓnunciet: ſtat aliquem eſſe baptizatum nec per primum inſtans eſſe. nec vltimū inſtās non eſſe. vt patet de tp̄e terminato ad primū inſtans nō eſſe verborū. ⁊ ſic ſi nō ſit in illo primo

inſtanti: eſt vere baptizatꝰ: ⁊ talis decedit cũ caractere: ⁊ habuit in vita ſed nõ dabatur vnũ inſtans quo habuit characterẽ in vita ſed tempꝰ: ⁊ ſic ille character incipit eſſe in rerũ natura nec per primũ inſtãs eẽ: nec p vltimũ inſtãs nõ eſſe. ſicut ſi angelꝰ crearetur immediate ante hoc inſtãs/ vt patet in diſtinctione xlvi. inferius. Cõtra ponamus aliquos bene doctos ſcientes quid homo velit dicere anteꝗ̃ proferat: tunc per te illa forma ſufficeret anteꝗ̃ eſſet: qđ diceret nemo: ſꝫ conſequẽtia eſt nulla quia requiritur forma ſufficiens. ¶ Ad confirmationẽ dicitur ꝙ papa nõ poteſt diſpenſare id eſt reuocare: nec diſpenſare ideſt interpretari contra expreſſam ſententiã Chriſti. aliqua enim ſunt de iure diuino nõ ambigua: et illa ſeruanda ſunt vt iacent: quẽadmodum eſt materia baptiſmi: de qua dicitur Joan. iij. Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto. Poteſt tamen põtifex interpretari ꝙ votũ qđ a principio erat ſpõtaneũ. in aliq̃ caſu nõ obliget vouẽtẽ: ⁊ ipſũ abſoluere ſeu deobligare a voto: ⁊ qđuis diuinũ ãbiguũ pt̃ iterp̃tari. ⁊ ſic pt̃ doctꝰ q̃ſꝗ̃ interpretari ꝙ aliqua conſtitutio regule in caſu nõ obliget/ doctrinaliter: papa autem iudicialiter. ¶ Dubitat̃ ſi deus capiat aĩam ſortis baptizati: ⁊ ponat informatiue in materiam in ventre Berthe: ⁊ vocetur illud ſuppoſitum Titius: an Titius ſit baptizatꝰ. Dicitur ꝙ ſic. q̃a ſufficit animaꝫ eius habere characteram baptiſmaleꝫ. Potes dubitare ſi duo vnam linguã fabricent/ que non eſt authentica: ſed ſolum ab illis duobꝰ cognita/ an ad baptiſmũ illa ſufficiat. Sꝫ hoc diſcutiẽdũ tibi relinquit̃.

## ¶ Diſtinctionis Tertie. Queſtio Prima.

CIrca tertiam diſtinctionem in qua magiſter loquitur de legaliũ ceſſatione queritur: an iſtitutio baptiſmi circũciſionẽ ⁊ legalia euacuet. Hec q̃ſtio vnũ ſupponit et aliđ q̃rit. Supponit baptiſmũ eſſe iſtitutum. ⁊ legalia eẽ euacuata: ſed querit an illa euacuatio fuit ĩ prima baptiſmi inſtitutione/ ⁊ de tẽpore euacuatiõis legalium. ¶ Pro ſolutione queſtionis ſcito. ꝙ precepta legalia ĩ lege Moyſi erãt triplicia. Quedaꝫ erãt precepta moralia que euidẽter deducũtur ex principijs practicis notis in lumine naturali. quẽadmodũ ſunt oĩa precepta decalogi dẽpto tertio de ſanctificatione ſabbati: qđ eſt pure poſitiuũ ⁊ nõ morale ſaltem quo ad illius determinate diei ſanctificationem. Iſta precepta in oĩ lege manent: quia ſunt de iure nature: modo ius nature ẽ imobile. iſtitu. de iure natu. § vltimo. Alia erãt precepta iudicialia ad decidẽdas lites foreſes ⁊ cauſas inter hoĩes: ⁊ q̃a nõ oĩbus eadẽ expediũt nec eadẽ eiſdem oĩ tempore: ideo iudicialia mutata ſunt ſaltem robur nõ habent inquãtum hmõi: põt tñ aliquis legiſlator legibꝰ iudicialibus vti ſi voluerit. ⁊ ita Juſtinianus fecit: multas Exodi leges in corpore iuris ciuilis inſerens. ſed tũc nõ obligant inquãtuꝫ legales: ſed in quantum aliunde rationabiliter impoſite ſunt Cerimonialia erãt precepta de ritu colendi dei: ⁊ de miniſtris ordinãdis qui ei ſeruirent: aliqua futura ſignificãtia. ⁊ talia mutata ſunt: imo illa ſeruare eſt iudaizare: q̃a rep̃ſentabant Chriſtũ futurũ q̃ iam venit: ergo illa ſeruare eſt dicere Meſſiam in lege promiſſum nondum veniſſe: quod legi gratie ianua claudit. ⁊ per cõſequens eſt in ea precipua hereſis: Thurificatio tñ q̃a ſignificat deuotionẽ que in qualibet lege eſt neceſſaria: ⁊ nihil precise futurũ circa Meſſiã importat/ in lege gratie que lege Moſayca eſt perfectior manet ſicut ĩ lege Moſayca. Ergo aliqua legalia adhuc manẽt: aliqua vero manere poſſũt licet nõ maneãt. Aliqua ſunt tabifica ⁊ venenoſa. Legaliũ autem ceſſatio erat cõgrua. quia erant obſcura q̃tũ ad ſignificationẽ. q̃a repreſentabant futura: que nõ ita clare ſine reuelatione deprehenduntur ſicut preſentia ⁊ preterita. propterea ĩ fine primi peri hermenias recte dicit philoſophus. De futuris cõtingentibus nõ eſt determinata veritas. hinc mľte reuelatiões de futuro ĩ Apocalypſi nobis ⁊ maioribus noſtris q̃ in eam cõmẽtarios ſcripſere. manſerũt ⁊ manent ambigue. ſed ſic erat de lege Moyſi: vt patet ad Hebreos. x. Umbram habẽs lex futurorũ bonorũ. Et hinc nõ abs re re myſtice Moyſes velata facie loquebatur populo. Preterea imperfectã gratiã cõferebant reſpectu eorũ que ſunt in lege gratie ad Hebreos. vij. Nihil ad pfectũ adducit lex. Ad obſeruãtiã aũt onerosa ad modũ erãt. hinc. Actuũ. xv. dixit Petrus. Quid tentatis imponere iugũ ſuper ceruicẽ diſcipulorum qđ nec nos nec patres noſtri portare potuimus: ⁊ tamen rationabiliſſime eis tale iugum imponebat̃: quia populꝰ idololatrie maxime deditꝰ erat: vt pꝫ cõſiderãti etatẽ illiꝰ populi tã ſub ducibꝰ ꝗ̃ ſub regibꝰ: immo multi reges Jude ⁊ capita/ ⁊ pleriꝗ̃ reges Iſraelis/ erant peſſimi ⁊ ingratiſſimi idololatre/ nõ obſtãtibꝰ beneficijs ⁊ magnalibus dei eis ⁊ patribꝰ eorũ oſtenſis. propterea eis vt ab hac idololatria ⁊ a malis reliquis cohiberent̃: tot onera difficilia imponebantur. Tempꝰ autem gratie his cõtrariatur. eſt eñ tp̃s veritatis clare exhibite. Joannis. j. Ueritas p Jeſum Chriſtuꝫ facta ẽ ſecundum illud conterranei nr̃i Sedulij lib. v. Jam reſerãda docẽs q2 lex velamine Moyſi Tecta diu Chriſto nobis veniẽte pateſcit. Eſt ẽt ſp̃us plenitudinis cõtra ĩperfectũ. Ad Galatas. iiij: venit plenitudo tp̃is. Cõtra onerosam obſeruationem legis Moſaice ẽ tempus Mãſuetudinis. Hinc dicit. Chriſtus Matthei. xi. Juguꝫ eñ meũ ſuaue eſt: ⁊ onus meũ leue. ⁊ Seduliꝰ lib. j. Mirabilium diuinorũ. Cuius onus leue eſt cuius iuga ferre ſuaue ẽ. Cũ eñ tranſlatũ ſi ſacerdotiũ: neceſſe ẽ vt legis tranſlatio fiat. ad Hebreos. vij.

¶ Iſtis prenotatis de legaliũ ceſſatione ponam concluſiones aliquas. Primo de baptiſmi inſtitutione. ⁊ an tempus preciſuꝫ illius ex ſcriptura habeatur. Secundo locuturus de tempore ceſſationis legalium. ¶ Prima cõcluſio. Nõ inſtituebatur baptiſmus quando. Joannes baptiſta baptizabat. probatio. Joannes in noĩe venturi baptizabat· vt vulgo dicitur: ⁊ licet Chriſtus eẽt corporaliter p̃ſens/ venturus erat ſecundũ famã: mõ iſtud nõ eſt forma baptiſmi. Si teneatur aliorũ more ꝙ nulla forma vſus: eſt adhuc habetur propoſitio. ¶ Secũda propoſitio. baptiſmus nõ inſtituebatur per illud Joan. iij. quando Nicodemus nocte venit ad Chriſtũ probatur: quia non videtur ꝙ tam neceſſarium ſacramentũ inſtitueretur in ſecreto: reſpectu etiã perſone/ q̃ nõ debuit eẽ preco illiꝰ. ¶ Tertia ꝓpõ. Inſtitutio baptiſmi non differebatur ad reſurrectionẽ vſꝗ̃ Matt. vltimo. Euntes baptizate eos ⁊c̃. Nã diſcipuli Chriſti ante paſſionem baptizabant. vt dicitur Joan. iij. Ergo veriſimile eſt tũc baptiſmum fuiſſe inſtitutũ / et ꝙ verã formã ſeruabãt. ¶ Quarta eſt. nõ tamẽ debemꝰ magis eẽ dubij de baptiſmi inſtitutiõe: ꝗ̃uis nõ legat̃ pũctualiter vbi inſtituebatur: ꝗ̃ ſi ſciremus locuꝫ determinate vbi erat primeua inſtitutio. quẽadmodũ ſcimus ꝙ aĩa



Chriſti deſcẽdit ad ĩferos: licet dubitemꝰ an p lineã rectã an arcualem/ in inſtãti an tp̃e. Forte dicis. Actuũ. j. dicit beatus Lucas. q2 Joãnes q̃dẽ baptizauit aq̃: vos aũt baptizabimini ſp̃ũ ſctõ nõ poſt multos hos dies: et illud erat poſt Chriſti reſurrectionẽ: ergo apoſtoli adhuc nõ erãt baptizati: ⁊ p ꝯñs nõ eſt veriſimile ꝙ baptiſmus inſtitutus erat ante paſſionem. Rñdet̃. ꝙ illud intelligitur de generibus linguarum.

¶ Circa illud quod principaliter ĩquiritur due ſunt poſitiões oppoſite duum abſolutiſſimorũ theologorũ/ ſcꝫ Hieronymi ⁊ Auguſtini. Hieronymꝰ ꝓ legalibus p̃ciſe aſſignauit duo tẽpora: vnũ tempus ante paſſionem Chriſti in quo legalia nõ erãt mortua: ſed ſtatim poſt paſſionem Chriſti erãt mortua ⁊ mortifera: ita ꝙ peccabãt mortaliter oẽs ea obſeruãtes: q2 cerimonie ſignificabãt Chriſtũ vt naſciturũ/ paſſurũ et hmõi: q̃ tp̃e paſſionis ĩpleta ſunt: ſacramẽta aũt ſignificãt ip̃m vt natũ ⁊ paſſum. ſicut dicit Auguſtinus ꝯtra Fauſtũ. modo hoc erat ĩpletũ ſtatim poſt paſſionem. propterea dicit ꝙ apoſtoli nũꝗ̃ ſeruarũt legalia ſꝫm veritatẽ poſt paſſionẽ Chriſti: ſed ſolum quadã pia ſimulatiõe: hoc eſt ſimulabãt ſe ea ſeruare in pia cã ne ꝯuerſionẽ iudeorũ ĩpedirẽt: ⁊ actꝰ exteriores legis in ꝟitate ſeruabãt: ſed nõ fecerũt eos tãꝗ̃ legis cerimonias: vt ſi q̃s pelliculã virilis membri abſcinderet ꝓpter ſanitatẽ: talis exterius putaretur recutitꝰ: licet non faciat illud gr̃a circũciſionis legalis ſeruande. hoc modo ſeruarunt legalia poſt paſſionem. ¶ Sed ꝯtra iſtud arguit̃. indecens erat ꝙ ap̃li eccleſie baſes occultarẽt ea ꝓpter ſcãdalũ q̃ ꝑtinẽt ad veritatẽ vite ⁊ doctrine: ⁊ ꝙ ſimulatiõe vterent̃ in ijs q̃ ꝑtinẽt ad ſalutẽ fideliũ. Scđo arguit̃. q2 ex poſitiõe Hiero. ſequit̃ ꝙ Petrꝰ pia ſimulatiõe ſeruãs legalia nõ peccaſſet. ꝯñs eſt falſum. Ap̃ls eñ dicit ad Gala. ij. Cum aũt veniſſet cephas antiochiã/ in faciẽ ei reſtiti: q2 rep̃hẽſibilis erat. ergo ſequit̃ ꝙ Petrꝰ in hoc peccauit: alioq̃n non fuiſſet rep̃hẽſibilis: cuiꝰ oppoſitũ recitat Paulus. ¶ Rñdet̃. he replice non vincũt ſentẽtiã Hierony. Ad primã diceret. ꝙ veritas ꝓ tp̃e eſt tacẽda. nã veritas odiũ parit. ſꝫm Comicũ. ⁊ de hoc in materia de ſcandalo amplius dicemus. Ad ſecundã Guilielmus Altiſiodorenſis in tertio in materia de ſcãdalo: et in p̃ncipio q̃rti dicit ꝙ Petrus non recte ambulauit ad veritatem euãgelij: hoc eſt non vſꝗ̃quaꝗ̃ recte ⁊ diſcrete: q2 nõ ꝯſiderauit oẽs circũſtãtias q̃s vtile erat ꝯſiderare. poterat eñ ꝯſiderare ꝙ vtile erat dicere gẽtilibꝰ: ꝙ ipſe nõ obſeruabat legalia tãꝗ̃ in eis ponens ſpem: ſed nõ tenebatur eis hoc dicere. ſicut ⁊ Paulus indiſcrete petijt a ſe ſtimulũ carnis deleri ⁊ nõ peccauit. Rep̃hẽſibilis erat: id eſt dignꝰ rep̃hẽdi: q2 non adhibuit tãtã diligẽtiã: quãtã Paulus vel prudẽs voluit adhiberi. Et in illo paſſu gloſſa marginalis Hiero. ad Augu. et patet in epiſtolis ab eo ad Augu. miſſis: ſic dicit. Paulus in Petro nõ potuit rep̃hẽdere qđ ipſe fecit: nec arguere ſimulationem cuius et ip̃e reus erat: ſed fuit hec rep̃hẽſio diſpẽſatoria nõ vera: nec Petrus peccauit: nec Paulus ꝓcaciter arguit. Petrꝰ aũt fuit huius decreti auctor: legẽ poſt euãgelium nõ eſſe ſeruãdã: ſed ſimulauit pre timore iudeorũ: ne occaſione gẽtiũ a fide recederẽt: ⁊ ſic pderet ſuũ gregẽ. Simulauit autẽ et Paulus ꝓ ſimili metu in circũciſione Timothei. modo ſimulatio eſt licita ſicut iſidie vel fictio: ⁊ ipſe q̃ nutriuit comã ex voto vt nazarei in Cenchris: ex lege caput totõdit. Uide ſi dici poſſit ꝙ ſcriptura nõ dicit Petrũ aſſertiue rep̃hẽſibilẽ: ſed recitat factũ ĩter Petrũ et Paulũ: ⁊ recitat illud qđ Paulus de Petro dixit: ꝙ ipſe ꝓ tũc Petro dixit ꝙ rep̃hẽſibilis erat: qđ eſt ĩdubitãter verũ. ſicut hoc totũ eſt verũ: dico ꝙ homo eſt aſinus: licet homo eſt aſinus ſit falſum: q2 totũ illud factũ eſt verũ. Et licet eccleſia epiſtolas Pauli receperit: non tñ oẽs eius operatiões ſuſcepit: ⁊ ſic conſequẽter loquẽdo dicere potes Petrũ nõ peccaſſe: licet forte Paulus venialiter peccauit. Oppoſito mõ potes dicere Petrũ peccaſſe. Uel dicere potes ꝙ neuter eorũ peccauit. vterꝗ̃ eñ rectã ĩtẽtionẽ habebat ⁊ motiuũ ſufficiẽs ꝓ ſe. Petrus cũ gẽtibus antiochie comedebat: ſed cũ iudei a Jacobo alphei miſſi venerũt antiochiã: ſegregauit ſe a gentibꝰ. ſicut lr̃a ad Galathas dicit. Cum aũt veniſſet cephas antiochiã in faciẽ ei reſtiti: q2 rep̃hẽſibilis erat. prius eñ ꝗ̃ venirent q̃dã a Jacobo cũ gẽtibꝰ edebat: cũ aũt veniſſent ſubtrahebat ⁊ ſegregabat ſe timens eos q̃ ex circũciſione erãt. ſup illo ꝟbo/ Cũ gẽtibꝰ edebat. gloſſa ĩterlinearis dicit: nõ habẽs diſcretionẽ in cibis: hoc eſt comedit cũ gentibꝰ cibos in lege vetitos: ⁊ cũ ſegregauit ſe ab huiuſmodi comeſtione diſcernẽdo cibos: putabãt reliq̃ ꝙ neceſſariũ erat ſeruare legalia. ꝓpterea ſequit̃ in lr̃a apoſtoli ⁊ ſimulationi eius ꝯſenſerunt ceteri iudei: ita vt Barnabas duceret̃ ab eis in illã ſimulationem: ſed cũ vidiſſem ꝙ nõ recte ambularẽt ad ꝟitatẽ euãgelij dixi cephe corã oĩbꝰ. Si tu cũ iudeus ſis gentiliter ⁊ nõ iudaice viuis: quomõ gentes cogis iudaizare: vbi gloſſa pulchra interlinearis. Qui oĩa q̃ vidẽt in te: putãt eẽ neceſſaria ſaluti. ¶ Alia eſt poſitio cõmunior Auguſtini multum elegans: modũ de ſeceſſione legaliũ exponentis. Ponit Augu. tria tẽpora: vnum ante paſſionẽ Chriſti in quo legalia ſuũ curſum obligãdi habuerũt. Secũdũ tempus poſt ꝓmulgationẽ euãgelij in quo legalia ſunt mortua ⁊ mortifera. Tertiũ tẽpus mediũ ĩter illa extrema ⁊ breue. ſ. a paſſiõe Chriſti ad diuulgationẽ euãgelij: in quo legalia fuerunt mortua: hoc eſt non habebant vim obligatoriam: ſed non erant mortifera: quia conuerſi de iudaiſmo poterant illa licite ſeruare: dũ tamen non ponerent in eis ſpem: reputãtes illa ſibi neceſſaria ad ſalutẽ: quaſi ſine eis fides Chriſti iuſtificare non poſſet: et hoc erat vt ſynagoga que lex dei erat pro ſuo tempore duceretur ad tumulum cum honore. Nec ratio adducta de cerimonijs oppoſitũ cõcludit: que licet p̃ſentabãt Chriſtũ futurũ: illa tñ futuritio nõ erat ſufficiẽter adhuc nota: et ꝓpterea iudeo cõuerſo cerimonias adhuc ſeruare nõ erat peccatũ. Et patet illud. nã aliq̃ cerimonie ſignificabãt Chriſtũ naſciturũ: q̃ ſeruabãtur licite poſt natiuitatẽ Chriſti ante paſſionẽ: q2 nõdũ erat declaratus talis. ſic in ꝓpoſito. Conuerſis aũt de gẽtilitate nõ erat talis cã obſeruantie. quare Paulus Timotheũ ex matre iudea ortũ circũcidit. Actuũ. xvj. Titum vero ex vtroꝗ̃ parẽte gentilem non circũcidit. aliqua tamen erãt impoſita gentilibus ad tempus ſeruãda: vt poſthac dicetur. Petrus ergo non peccauit ſeruando legalia: nec poſtea Paulus. ſed tenendo hunc modũ Petrus peccauit venialiter: q2 dedit intelligere alijs ex ſuo facto indiſcreto ꝙ legalia erãt de neceſſitate ſalutis obſeruãda. S. th. 1a 2e q. 103 ar. 4

¶ Ex omnibus iſtis colligũtur aliqũe concluſiones. Quarũ vna eſt. Seruare legalia poſt legẽ euãgelicã ꝓmulgatã eſt mortiferũ. hoc pꝫ. c. Maiores. de baptiſmo ⁊ eius effectu. ⁊ abhinc octingentos annos erat error Cherinthi/ ⁊ Hebionis: ſicut Hieronymꝰ ſcribit rñdẽdo ad Auguſtinũ: qđ Auguſtinus non negaret. ¶ Alia ꝯcluſio. Non ꝯſtat ex ſacra ſcriptura quãdo ſeruare legalia primo erat mortiferũ. probatio. ſꝫm poſitionẽ Auguſtini: licitũ erat ſeruare legalia poſt paſſionem Chriſti: ⁊ ap̃li ea ſeruarunt poſt tẽpꝰ ſcripture ſacre: qđ patet. q2 Lucas impoſuit finẽ ſcripture ſacre noui teſta

menti in actib⁹ apoſtoloꝝ: ⁊ hos deduxit ad quartũ annũ Neronis vſqꝫ: vt dicit Hierony. in lib. viroꝝ illuſtriũ. ⁊ vide in feſto ſcti Luce ſm vſum Romanum. Et gloſſa marginalis Actuũ. xv. dicit. ꝙ Petrus ⁊ Paulus poſt paſſionẽ dñi anno. xxx. id eſt vltimo Neronis paſſi ſunt martyriũ. ergo cũ toto illo tpe ⁊ poſt licuit ſeruare legalia: ex ſcriptura nõ conſtat de fine ceſſationis qñ inceperũt eſſe mortifera. Sed putãdũ eſt ꝙ ibãt in nihilũ et in mortificationẽ ſtatim poſt ſecũdũ templum a Romanis euerſum: qñ Judei erãt diſꝑſi in gẽtib⁹. modo Hieroſolyma poſt Chriſti paſſionẽ anno. xlij. a Tito ⁊ Veſpaſiano euerſa eſt. ¶ Vltima ꝯcluſio. Scdm hũc modũ licitũ erat Judeo ſeruare legalia qñ ꝯuertebat̃ ad fidẽ toto tpe itermedio. hoc ptꝫ ex his que dicta ſunt. Auctoritas apoſtoli ad Galathas. v. Si circũcidimini Chriſtus nihil vobis ꝓdeſt. intelligitur ꝓ illo tpe: ſi qs putaſſet neminẽ poſſe ſaluari ſine legalium obſeruatione.

¶ Sed contra ceſſationem legalium arguitur. Scribitur Matthei. v. Non veni ſoluere legem ſed adimplere. preterea circũciſio data eſt in fedus ſempiternum: vt ſcribit̃ Geneſis. xvij. ¶ Ad primum rñdet̃ ꝙ Chriſtus nõ ſoluit legẽ toto tpe ꝑegrinationis ſue ſm carnẽ: ſed eã ſeruauit ad mortem vſqꝫ incluſiue. Secundo dicit̃: ꝙ quo ad p̄cepta moralia que ſunt p̄cipua in lege: que ordinãt ad dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi: qꝛ in his duobus mãdatis pẽdet vniuerſa lex et ꝓphete: nullo modo ſoluit legẽ: ſed roborauit: ⁊ obſcuros ſenſus explanauit: vt de dilectione inimici: ⁊ ſimilib⁹: ⁊ ſic cũ p̄ncipaliores partes legis manẽt: tota lex eſt imutata. quẽadmodum ꝓpter noua ſtatuta accidẽtalia manẽtib⁹ eſſentialibus alicuius religiõis tota religio manet. Tertio dicitur ꝙ lex Moſayca manet in ſe vel in meliore: ſicut qui ꝓmittit vel vouet alicui dare duodenũ: dãs ſcutum nõ ſoluit votũ vel ꝓmiſſum in forma: tñ in equalente vel plus valẽte. ¶ Ad ſecũdũ argumẽtum rñdet̃. ꝙ circũciſio data eſt Abrahe in fedus ſempiternũ ſm ſe vel melius. Secũdo dicit̃. ꝙ nos ſumus ſemẽ Abrahe ſpũaliter et filij ei⁹ ſm ſenſum literalẽ: qꝛ ei⁹ imitatores. Ad Galathas. iiij. Scriptũ eſt enim qm̃ Abrahã duos filios habuit: vnũ de ancilla: ⁊ vnũ de libera. ⁊ nos ſum⁹ filij libere: vt illic deducit aplꝰs. Nec oportet ex ſola nuda lrã ſenſum lralẽ colligere: qꝛ lrã occidit: ſpũs aũt viuificat. ij. ad Coꝛ. iij. Illic etiã ꝓmittit̃ ſemini Abrahe terra chanaan in poſſeſſionẽ eternã: qꝛ ſic dicit lrã Geneſeos. Daboqꝫ tibi: et ſemini tuo terrã ꝑegrinationis tue oẽm terrã Chanaan in poſſeſſionẽ eternã. et tñ ad lrãm nudã ſicut hebrei capiũt: hoc nõ eſt ipletũ. vnum aũt paſſum ſcripture alius exponit. Qꝛ legẽ eoꝝ et cerimonias erat mutaturus: declarat Hieremias: imo ꝑſus deus ꝑ os Hiere. xxxi. ca. ſui libri. vbi ſic ſcribit̃. Ecce dies veniũt dicit dñs: et ſeminabo domũ iſrael ⁊ domũ iuda ſemine hominũ et ſemine iumẽtoꝝ. hoc eſt iudeoꝝ et gentiliũ. Et paulopoſt ſequit̃. Ecce dies veniũt dicit dominus: ⁊ feriam domui iſrael: ⁊ domui iuda fedus nouũ: non ſm pactũ qđ pepigi cum p̄ribus veſtris ⁊c. et paucis interiectis ſemꝑ continuãdo materiã de mutatione legis Moſayce: ⁊ datione legis gr̃e. Dabo legẽ meã in viſcerib⁹ eoꝝ: et in corde eoꝝ ſcribã eã: ⁊ ero eis in deũ: et ipi erũt mihi in populũ: et que ſequunt̃. ac ſi diceret. nõ dabo eis legẽ in tabulis lapideis ſicut dedi vobis ꝑ Moyſen: ſed ſcribã in cordibus eoꝝ. hoc eſt ego ipe deus daturus ſum eis legẽ immediate. vbi excellentiam in datione legis gr̃e innuit ſuꝑ legem Moſaycã que ꝑ angelũ dabatur: ſicut dicebat beatus Stephanus Actuũ. vij. ¶ Ecce que ſunt p̄cepta legalia. que in moralia/ iudicialia/ ⁊ cerimonialia tripartiunt̃: ⁊ quomõ lex Moſayca ceſſauit: ⁊ quomodo nõ: ⁊ quomõ non cõſtat de p̄ciſo tpe inſtitutionis baptiſmi et ceſſationis legalium. Preterea patuit multipliciter dici poſſe de obſeruatione legalium poſt paſſionem Chriſti ante euãgelij ꝓmulgationẽ. Vno mõ poterat homo ſeruare legalia ꝓ illa tẽpeſtate quadã pia ſimulatione: hoc eſt fingere ſe ꝓ pia cã ſeruare legalia: et non ſeruare tãqꝫ eſſent legis: ⁊ illa eſt ſententia ꝓfundiſſimi theologi. ſ. ſci Hieronymi. ⁊ licet in quadã eplꝰa ad Auguſtinũ rñſiua dicat ſe in illa parte ſentẽtias patrum texere: hoc nõ obſtãte diſputationis certamẽ ingredit̃: et cum laſſo boue fortius figere pedem elaborat. Hic dicẽdi modus tã Petrũ/ qꝫ Paulũ a pctõ tenet imunẽ. Et potes dare rñſiones vtcũqꝫ coloratas: ad obiectiones ſcripture. modus tñ Auguſtini eſt pulcher: ⁊ apparentior ꝓpter ſonũ ſcripture: que non debet tortuoſe exponi a ſola lrã: niſi ꝑ aliud doceat̃: ita debere intelligi. Propterea cũ cõmuniter loquẽtib⁹ illi modo magis adhereo. Amplius patet ꝙ ꝑfectio legis gratie que eſt noui ⁊ eterni teſtamẽti ꝑfectio: ſuꝑat legem Moſaycã: quã licet multi Chriſtianorum improbe ſeruent: tamen idoloꝝ fornicationi more hebreorum poſt agnitam fidem non ſe accommodarunt: que tot viros heroicos/ martyres/ confeſſores/ et ſanctas mulieres habuit in ſui plantatione: ꝙ lex Moſayca licet multo magis durauit non habuit numerum illi comparabilem: et adhuc deus in quolibet regno viros ſe timentes ſeruat: gratia quorum aliorum parcit peccatis.

¶ Diſtinctionis Tertie. Queſtio Secunda.

SEcundo circa eãdem materiã q̃rit̃. An baptiſmus ꝓ tpe quo erat licit⁹ ⁊ iſtitut⁹: circũciſionem tollebat de p̄cepto. Rñdet̃. ꝙ circunciſio ſolũ ante paſſionem Chriſti erat neceſſaria iudeo. Probatur. ſi nõ erat de p̄cepto ante paſſionẽ Chriſti: hoc erat qꝛ baptiſm⁹ de cõſilio fecit circũciſionem eſſe de conſilio: et deſinere eſſe de p̄cepto: ſed hoc nõ ꝯcludit. Quãdo eñ Chriſtus in cruce dixit. Conſummatũ eſt. Joannis. xix. Actũ erat de legalibus quo ad p̄ceptũ: ſicut doctores exponũt. ⁊ gloſſa interlinearis. Joãnis. iij. ſuꝑ illo verbo. Et veniebant et baptizabãtur. dicit. Poſt paſſionem Chriſti circũciſio erat mortua ꝓ aliquo tpe: nõ tñ mortifera. vt pꝫ ex q̃ſtione p̄cedente. Hoc ipm patet ꝑ gloſ. marginalem ad Hebreos. x. ſuꝑ illo verbo/ Hoſtiã ⁊ oblationẽ noluiſti. Itẽ ſi circũciſio deſinebat eſſe de p̄cepto ante paſſionẽ Chriſti: hoc erat quia baptizati erãt purgati a pctõ originali ante paſſionẽ: ⁊ ſic nõ tenebãtur ad circũciſionem. Sed hec rõ nõ ꝯcludit. Si eñ aliqs ſit baptizatus baptiſmo flaminis vel ſanguinis: ſi reſuſcitaret̃ adhuc ille eſt baptizãdus baptiſmo fluminis: licet a pctõ origiali ſit purgatus: ꝓpter p̄ceptum dei vniuerſaliter obligãs. ſed circũciſio erat de p̄cepto iudeo. ⁊ lꝫ opinarent̃ ꝙ baptiſm⁹ abſtuliſſet ab eis culpã originalẽ: adhuc tenebantur ad p̄ceptũ de circũciſione quouſqꝫ cõſtitiſſet eis de eius reuocatione. Paruuli aũt circũciſi tpe illo itermedio morientes erãt ſalui in fide parẽtũ more illius poſitionis: vel tenendo aliã: cum fide parẽtũ ⁊ aliquo ſigno exteriori: ſicut viuẽtes in lege nature fecerunt. modo illud ſignum exterius ſupplebat: vel erat circunciſio. ¶ Et ex his ſequunt̃ aliqua. Primũ eſt. circũciſio iterdũ tãtũ gr̃e ꝯferebat quãtũ baptiſm⁹: ⁊ apuit ianuã ſicut baptiſm⁹. ptꝫ poſt paſſionem Chriſti: ſed hoc nõ erat virtute opis operati in quãtũ erat ſacramẽtum legis Moſayce. Secũdo patet ꝙ citius inſtituebat̃ baptiſmus quo ad conſiliũ qꝫ deſinebat circũciſio quo ad p̄ceptũ. illud autẽ Joan. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpũ ſctõ ⁊c. intelligitur pro tempore ſufficientis promulgationis euãgelij.

¶ Sed contra iſta obiicitur. Lex euangelica de baptiſmo vel quo ad aliq̃ alia eius p̄cepta non obligat quouſqꝫ ſit ſufficiẽter ꝓmulgata. ſed iſta non eſt adhuc ſufficiẽter omnib⁹ adultis ꝓmulgata. igit̃ ꝓbatio minoris: tum primo de ſurdis ratione vtentib⁹ q̃bus euãgeliũ nõ eſt ſufficiẽter ꝓmulgatũ: cum enim ſint nati ſurdi vel ſurditatem ante annos diſcretionis incurrãt non poteſt eis lex ꝓmulgari: qꝛ oẽs ſurdi ſunt muti. nec poſſũt alios audire. ⁊ ſi linguã iponerẽt ſibi ſolis: hoc eſſet ſuperfluũ cũ ſeipſos mẽtaliter intelligãt: nec ab alijs intelligerẽtur: nec mediãtib⁹ alijs ſenſib⁹ poſſunt legem euãgelicã accipere. Patet etiã minor: qꝛ multi ſunt inſulares in mundo viuentes: ad quos verbum Chriſti nõ ꝑuenit: nec de vlla lege vnqꝫ audiuerunt: ita recitãt iſti qui nouas inſulas adinueniũt tam in mari atlantico qꝫ Aethiopico. qꝛ ſi ita fuiſſet: ꝙ orbis eſſet multo maior qꝫ ſit: illi ad quos p̄mo verbũ dei veniſſet fuiſſent p̄us obligati ad credẽdum ⁊ poſterius alij: ſm ꝙ fuiſſet promulgatio eis facta. ¶ Ad primum rñdet̃. deus neminẽ obligat ad ipoſſibile: ſi ſurdus nõ poteſt capere per nutus illa que legis ſunt: nõ obligat̃ ſub pena noui peccati ad legẽ ſibi ipoſſibilẽ pluſqꝫ nat⁹ demẽs: ſicut nõ habẽs medicinã ꝑ quã purgari põt: ſicut ifectus peſte/ vel alio morbo cui ꝑ medicinã remediũ applicari nõ poteſt: ſi nõ applicet̃/ morit̃: ſic in ꝓpoſito. Secus eſt vbi poteſt per nutus edoceri. Et alij ad quos ſpectat peccãt eũ nõ baptizantes ⁊ erudientes in lege ſi ſit capax. Nati aũt muti ⁊ non ſurdi hãc difficultatẽ nõ patiunt̃: qꝛ tales ꝑ auditũ oĩa capiũt. ¶ Ad aliud argumentũ qđ tãgit difficultatẽ. An verbũ Chriſti ꝑuenit ad oẽs tẽpore apoſtoloꝝ: nõ eſt ſufficienter exploratũ. ad partẽ negatiuã deſcẽdere videt̃ Auguſtin⁹ ad Eſitheũ: ⁊ Origenes ſuꝑ Mattheũ nec illa auctoritas In oẽm terram exiuit ſonus eoꝝ. ad Roma. x. prima fronte videtur vincere oppoſitum. Illa enim auctoritas eſt pſalmiſte. Pſal. xviij. diu ante apoſtolos ꝓnũciata. gloſſa illic dicit ꝙ p̄teritũ ꝓ futuro ponitur. exiuit pro exibit: ꝑ vos. ſ. ⁊ ſucceſſores veſtros. cui quadrat illud Luce Actuum. j. Et eritis mihi teſtes in Hieruſalẽ/ ⁊ in omni Judea/ ⁊ Samaria/ ⁊ vſqꝫ ad vltimum terre. qꝛ Auguſtinus dicit quoſdã barbaros ad ſe in Aphricam delatos qui de nulla lege loqui audierãt. Poteſt dici ⁊ forte apparentius ſic: rumor apoſtoloꝝ: ⁊ ab eis miſſoꝝ anteqꝫ palmã martyrij adepti ſunt/ nõ modo venit ad Aſiã/ Europã/ ⁊ Aphricã omnem: ſed etiam apud inſulas gentiũ. tot enim portẽtis ⁊ ſtupẽdis miraculis claruerũt ſancti (qđ pro plantatione eccleſie neceſſarium erat) vt non potuerit latere vniuerſos. Nonne vides pleroſqꝫ negociatores et penitus toto diuiſos ab orbe Britannos tres orbis partes pro mercibus emendis quotannis viſere: ⁊ verbum dei predicatum in alijs partib⁹ non poterat iſtos fugere: ⁊ ꝑ eos Hiberni: ⁊ relique inſule vicine verbũ dei audiuiſſent. Sic in oriente ſm illud Horatianũ: per mare per terras currit mercator ad Indos. et ſic mediate vel imediate per apoſtolos: ⁊ eoꝝ diſcipulos: ⁊ eos audiẽtes verbũ dei ꝑuenit ad oẽs: imo ꝓbabile eſt: ⁊ ſic aſſentior: qđ eſt fortius: ꝙ verbũ dei tpe aploꝝ quoꝝ multi diu vixerũt poſt paſſionẽ: ꝑ eos ⁊ per eoꝝ diſcipulos ⁊ diſcipuloꝝ diſcipulos: etiã cũ inſularibus ꝯtinẽtẽ viſitãtib⁹: ꝑuenit ad omnes. Et patet iſtud. vnus Paulus in bona parte Aſie verbũ dei ſeminauit. poſtea Europã ingrediẽs in tota grecia ſeminaria fidei iecit ꝟbo: concionãdo ⁊ diſputãdo: ⁊ ſcripto: vt patet ex eplꝰis ei⁹ varijs ad eos quos ꝯuerterat ſcriptis. diu etiã mãſerat Rome: promiſit viſitare Hiſpanos in occidẽte extremos: vt patet in epiſtola ad Roma. ca. xv. Beatus Thomas/ Parthos/ Perſes/ Hircanos/ Braginanos/ ⁊ Aethiopes oẽs in ꝓpria viſitãs/ verbum dei apud eos latiſſime diuulgauit. Mattheus apud Indos miraculis fidẽ ꝯfirmauit. et ita verbũ dei Taprobanẽſes ⁊ inſulares vltra tropicũ capricorni fugere nõ poterat. per domeſtica exẽpla hoc tibi aperiet̃. viuẽte ſctõ Petro ſanctus Sauinianus Chriſti diſcipulus cõdidit eccleſiam in honorẽ ſcti Petri Senonis galliarum tũc metropoli que eſt in vltimo climate: quatuor enim condidit baſilicas: vnã in honorẽ diue ꝟginis: ſecũdã Joãni baptiſte: tertiã btõ Stephano: quartã Petro: quẽ itellexit viuẽtẽ: que vocabat̃ eccleſia Petri viui. Eccleſia ſcti Bñdicti in vniuerſitate Pariſiana fundabat̃ in honorem ſctẽ trinitatis Anno. xlj. poſt paſſiõem. vt in marmore duro in eius facie inſculptum intueri potes. Sanctus Julianus/ et ſanctus Martialis Chriſti in propria diſcipuli/ Magdalena/ et Martha eius hoſpites ſanctiſſime: cũ pleriſqꝫ alijs Gallias viſitarunt: ⁊ in eis eoꝝ corpora requieſcunt. ſic de Jacobo zebedeo in Hiſpania: ⁊ in alijs locis totius orbis iuenies. imo ante Hieroſolymã euerſam omnia ipleta ſunt. ꝑ qđ lrã Chriſti videt̃ clariſſima Matthei. xxiiij. vbi loquit̃ de deſtructione tẽpli ſcđi inquiẽs. ⁊ p̄dicabit̃ hoc euãgelium regni in vniuerſo orbe in teſtimoniũ oib⁹ gẽtib⁹. ⁊ tũc veniet ꝯſummatio. et lrã Actuũ. j. ad hoc eſt multum expreſſa. precipiẽs apoſtolis ne diſcederẽt ab Hieroſolymis: ſed expectarent promiſſionem p̄ris: quã audiſtis (inquit) ꝑ os meum. ſignãter meũ: paulo poſt ſubiũgẽs: accipietis virtutẽ ſpũſſancti: ⁊ eritis mihi teſtes in oĩ Judea/ et Samaria/ et vſqꝫ ad vltimũ terre. apoſtolis enim ⁊ diſcipulis locutus eſt in ꝑſona. Stat etiam multas inſulas tpe aploꝝ nõ fuiſſe habitatas q̃ nũc hoib⁹ abũdãt. Alio modo etiã dicit̃: cũ apoſtoli ⁊ ſeptuaginta duo diſcipuli Chriſti totũ ꝯtinentẽ viſitarũt et multas inſulas gẽtiũ: licet aliqs iſulas nõ viſitarũt: in omnẽ terrã exiuit ſonus eoꝝ: qꝛ paucitas taliũ illã vniuerſalẽ vulgariter loquẽdo etiã more ſcripture nõ ipedit: ſicut ſcriptura dicit ꝙ omnes q̃ exierunt de aegypto ob rebellionẽ morerẽtur in deſerto: ⁊ null⁹ eoꝝ terrã ꝓmiſſionis ingrederet̃: ⁊ tñ conſtat ex varijs locis ſcripture ꝙ Joſue/ et Caleph/ viri p̄ncipes terram promiſſionis celit⁹ datã igreſſi ſunt. quid aũt ſit de his inſularib⁹ qui de fide nihil audiuerũt: epilogãdo dicetur.

¶ Dubitatur. quia in quæſtione precedẽti diximus ex poſitiõe Auguſtini ꝙ ſynagoga erat deducẽda ad tumulũ cũ honore: ⁊ gẽtilium idololatria ocyſſime exterminãda: nec gẽtiles legalia obſeruarunt tpe illo itermedio: ſed habebãt aliq̃ precepta ab aplꝰis: ⁊ colũnis ecclꝰie ſibi tradita: dubitat̃ iquã q̃ ſint illa. Pro iſta dubitatione intelligẽda ſupponat̃ hiſtoria quã recitat beatus Lucas Actuũ. xv. de ſchiſmate qđ erat inter quoſdã deſcẽdẽtes de Judea ꝓ vna pte: ⁊ iter Paulũ/ ⁊ Barnabã ex altera. Iſti deſcẽdentes de Judea docebãt fratres: qꝛ niſi circũcidimini ſm legẽ Moyſi nõ poteſtis ſalui fieri. facta autẽ ſeditiõe nõ minima/ itum eſt Hieroſolymã ab vtriſqꝫ q̃ſtionẽ grauiſſimã ꝓpoſituris corã ſeniorib⁹: an gẽtes ꝓ tũc tenerẽtur ſeruare legalia. Et cũ q̃dã phariſeoꝝ q̃ crediderunt in Chriſtũ: ita aſſeruiſſent: ab aplꝰis/ ⁊ ſeniorib⁹ magna ꝯq̃ſitio facta eſt. ⁊ cũ Petr⁹ allegauit ꝓ ſe quomõ ꝑ os ſuũ de⁹ voluit gentes credere. ⁊ de Cornelio: vt pꝫ Actuũ. x. Et cũ Paulus ⁊

Barnabas tacente multitudine (vt inquit Lucas) quāta deus feciſſet ſigna et prodigia in gentibus ꝑ eos: narrarent. ecce verba epiſtole miſſe a baſibus eccleſie: ſicut Lucas recitat/ad fratres. Apoſtoli et ſeniores fratres his qui ſunt Antiochie et Syrie et Cilicie fratribus ex gētibus: ſalutem. Quoniam audiuimus: quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis: euertentes animas veſtras quibus non mandauimus: placuit nobis collectis in vnum eligere viros: et mittere ad vos cū chariſſimis noſtris Barnaba et Paulo: hominibꝰ qui tradiderunt animas ſuas pro nomine domini noſtri Jeſu Chriſti. Miſimus ergo Judam et Syllam: qui ⁊ ipſi vobis verbis referent eadem. Viſum eſt enim ſpiritui ſancto ⁊ nobis nihil vltra imponere vobis oneris q̄ hec neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum et ſanguine et ſuffocato et fornicatione: a quibꝰ cuſtodientes vos bene agetis: valete. Omnia iſta poſt impoſitionem concilij erant gentilibus pro tempore neceſſaria ad ſalutem quouſq̄ tolleretur ſchiſma inter Judeos et Gētiles. ſed bona pace habita inter eos: aliqua iſtorum erant ablata: licet locus in ſcriptura non legatur. Gentiles enim putabant fornicationem licitam: illa fuit eis prohibita in perpetuum. Judei autem maxime abhorrebant a comeſtione de Jdolothitis: et facile potuiſſent iudicare ꝙ Gentiles ad idololatriam reuerti voluiſſent ſi comediſſent de cibis illis. Et licet comedere animalia ſuffocata et ſanguinem eſſet licitum: tamen per longam diſſuetudinem Hebreorum reputabatur illicitum: ſicut multi extranei reputant Pariſienſes male agere/comedentes carnes inter feſtum natiuitatis et purificationis incluſiue in die ſabbati. Pro tali itaq̄ concordi vita trāſgredienda: hec cerimonialia pro tempore impoſita ſunt Gentilibus ad fidem conuerſis: ſed familiaritate et amicitia inter Judeos et Gentiles conuerſos habita iſtud e medio ſublatum eſt. vt patet ex Paulo prime ad Timotheum. iiij. Nihil eſt reijciendum qḋ cum gratiarū actiōe recipit̄. ſm verbū Chriſti Matthei. xv. Nihil qḋ per os intrat coinquinat hoīem.

Concludendo dico ꝙ lex Moſayca erat pedagogus/eſt ſublata: non tamen in hoc quod figurabat: ſed conſummatiſſime impleta eſt: quia vetus teſtamentum in potioribus partibus erat circa Meſſiā docens de qua tribu et qua familia et domo deſcenſurus erat: et quomodo aliqua legis reuocauit ad bonum ſenſum: vt ex Hieremie. xxxj. cap̄. allegauimus. et ꝙ ei credendum erat in nouo teſtamento in ſingulis que diceret ſicut Moyſi in veteri. ſm illud Deuterono. xviij. Prophetam de gente tua et de fratribus tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dominus deus tuus: ipſum audies. Et cum omnis legis Moſayce oracula in Chriſto Jeſu impleta ſint: erat legis conſummatio: et in ipſo oſtenſa eſt lex impleta. Amplius dicitur ꝙ nec Paulus nec apoſtolorum aliquis poterat legem Moſaycam de medio tollere. ratio: erat a deo lata licet mediante angelo et Moyſe: modo lex non poteſt tolli ab inferiore. ſed a deo ſublata eſt: et auctoritatiue auctoritate humana ab indubitato concilio et infallibili apoſtolorum ⁊ ſeniorum declarata. Et ad hoc declarandum magni illi arietes Actuum. xv. Introduxerunt paſſus ſcripture ſacre: et miraculoſas operationes dei ad oſtendendum ꝙ auctoritate dei hoc fecerūt: licet etiam hoc fecerint ob aliud/ dantes formam reliquis concilijs: in rebus ambiguis ⁊ arduis a ſcriptura et miraculis dei rimari teſtimonia oportere inquātum poſſunt cum libramine: reliqua ſpiritus ſancti vnctioni relinquendo. Ulterius dicitur ꝙ veriſimilius eſt ꝙ apoſtoli et diſcipuli in proprijs perſonis legem gratie ad vltima terre deduxerunt. nam celerrimi curſus eorum vita celeberrima (que crebro pluſq̄ verba mouet) cauſa erat: et profundiſſimus ſenſus ſcripture celitus infuſus: ſic ꝙ nec Hebreorum doctores nec Gentilium flamines reſiſtere poterant ſpiritui qui loquebatur: et vnctio docuit eos omnia. et in bona humilitate et ſimplicitate dei gloriam et non ſuam querentes proficiebāt: ſicut in hiſtoria triptita legimus de Gētili illo philoſopho qui tanq̄ anguilla lubrica ab eruditorum manibus in publico concilio euaſit: qui tamen cuidā ſimpliciſſimo Chriſtiano reſpōdere nequibat: ſed per eum ad fidem ductus eſt inquiens: dum ratiōes hominum in medium allate ſunt: pro verbis verba obieci: ſed dum ſpiritus dei in hoc ſimplici locutus eſt/clauſa eſt mihi reſponſio. Mortuos reſuſcitauerunt: et innumera idubitata et clariſſima miracula in veritatis teſtimonium quibus rationabiliter cōtradicere nequibāt/exhibuerunt. Cum hoc tamen ſtat ꝙ verum eſt dictum Auguſtini de barbaris ad eum adlatis: aſſerētibus ſe nūq̄ de aliqua lege audiuiſſe: quia eorum progenitores hoc audiuerūt vel apoſtolis Chriſti et diſcipulis more aliorum reproboꝝ non acquieſcentes: vel verbum dei apud eos ex eorum culpa extinctum eſt: quorum paruuli non baptiſati morientes noſtrorum more dānātur: q: nō curātur a morbo ſpirituali in quo nati ſunt/medicorū defectu ex culpa parētum. De adultis eſt queſtio huic materie non aliena/ſed raptim tranſeundo dici poteſt: ſi bene ſuis naturalibus vtātur mediate vel immediate: in neceſſarijs ad ſalutē deus eos illuminabit: ſicut Cornelium illuminauit: cuius illuſtrationi ſi non acquieuerint: ſed naturalibus a deo datis abutātur/dānabūtur: q: ignorās ignorabitur: vbi ignorātia eſt vincibilis. De lege tū non admitto ꝙ faciāt qḋ in ſe eſt: et nō illuminabūtur in fide. malo hoc dicere q̄ ꝙ ſtat illos bene vti naturalibꝰ ⁊ nō illuminari/ſed dānabūtur more paruuloꝝ: q: nō purgātur a morbo in quo cōcepti ſunt: ſicut neſciēs inuincibiliter medicinā ſui corporis curatiuā morit̄ ſine ſua culpa: q: paruulus nullum actum voluntatis habet: nec bene naturalibus vtitur. de lege ſemꝑ loquor. ſi aūt rōnē attigerit: ⁊ morit̄ tēpore induciaꝝ anteq̄ actū bonum voluntatis habuerit: more paruuli dānabitur.

Diſtinctionis Quarte. Queſtio Prima.

Circa quartam diſtinctionem queritur. An virtutes infundātur in baptiſmo. Circa propoſitam queſtiōem varie doctores opinantur. Sed pro ſolutione pono cōcluſiones. Prima eſt. Licet naturaliter nullus poſſit probare in nobis eſſe aliquas virtutes infuſas: debemus tamen firmiter credere aliquas nobis infundi. Hec cōcluſio quo ad priorem partem probatur: q: nec ꝑ experientiā. non enim experimur in nobis habitus quoſcūq̄. nec per rationem: q: hoc maxime eſſet a poſteriori ꝑ actus: ſed hoc nō poſſumus ꝓbare: q: ſi vnus paruulus baptiſatꝰ cui fides infunditur nutriatur inter infideles: nūq̄ audiens loqui de hac deus eſt trinus ⁊ vnus: non credet illi. Secunda pars ꝓbat̄: q: auctoritates ſctōꝝ hoc vincunt. Ad Hebreos. xj. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. et paruuli non habent fidem acquiſitam: ergo oportet ꝙ illa auctoritas itelligatur de fide infuſa. Charitas ponitur qualitas a deo infuſa communiter contra magiſtrū. xvij. diſt. primi. et ſic de alijs duabꝰ. Jllud etiā ptꝫ de baptiſmo ⁊ eius effectu. c. Maiores. in Clemētinis. de ſumma trinitate ⁊ fide catholica. Fidei catholice. §. verū. Verū inquit Romanus pontifex: q: quātum ad effectū baptiſmi in paruulis repiunt̄ doctores theologi opiniones cōtrarias, habuiſſe: qbuſdā ex ipſis dicentibꝰ paruulis quidē remitti ⁊c̄. Et paulopoſt ſequitur. Nos autē attendētes generalē efficaciā mortis Chriſti que per baptiſma applicat̄ pariter oībꝰ baptizatis: opinionē ſecundā que dicit tā paruulis q̄ adultis conferri in baptiſmo informātē gratiā/⁊ virtutes: tāq̄ ꝓbabiliorem ⁊ dictis ſctōꝝ ⁊ doctoꝝ modernoꝝ theologie magis conſonā ⁊ concordē ſacro approbāte cōcilio duximꝰ eligendā. Et illud de tribus virtutibus theologicis cōmuniter tenetur. Coarctamur autem dicere ꝙ charitas infunditur: q: ſm legem dei ordinatā ſaltem poſt primos parentes non datur aliquis qui non ſit filius regni aut carceris: quos gr̄a diuidit. xv. de trinitate. c. xix. Jdem videtur de alijs duabus.

Secunda concluſio. quo ad virtutes morales probabilius eſt oppoſito: alias virtutes puta temperātiā/iuſtitiā/⁊ fortitudinē: ⁊ breuiter de alijs nobis ad bene viuendum adminiculis: infundi. Probat̄ ꝑ illud Moyſi. Deutero. xxxij. Dei perfecta ſunt opera. Sed hec ꝓbatio efficaciter non concludit: q: illa capta ad ꝓpoſitum ꝓbabis ꝙ quicquid eſt vtile ad beatitudinem conſequendā nobis infunditur. qḋ non eſt verū niſi in principio: q: dat nobis potētiā ad omnia nobis neceſſaria conſequēda. Probat̄ aliter hec cōcluſio Romanꝰ pontifex vocat illā opinionē ꝓbabiliorē: q̄uis nō precipiat illā opinionem inſequi. ergo ſi nō ſit fortis ratio ad oppoſitū: debemus illā imitari. conſequētia eſt plana: ⁊ loquit̄ indiſtincte de virtutibus theologicis et cardinalibus. ergo cōcedēs de aliquibus: nō debes illud negare de alijs. Confirmo illud. viſo ꝙ omne argumentum contra hāc cōcluſionē eſt equaliter cōtra primā: et equaliter ſoluēdū: ſatius eſt hāc tenere. Jnſuꝑ ſicut definitio pontificis maximi vbi nō conſtat de oppoſito eſt inconcuſſe tenēda: ita ſentētia quā ꝓbabiliorē exiſtimat debet cenſeri ꝓbabilior. Cum quo tū ſtat ꝙ licet cuipiā tali determinationi cōtraire. multe autē auctoritates oppoſitum inſinuātes de adultis itelligēde ſunt ⁊ de virtutibꝰ acq̄ſitis. vt eſt gloſſa ad Romā. v. ſuper illo verbo. Pro iuſto quia moritur. que dicit. eſt bonus qui non eſt iuſtus: ſcꝫ q̄ natus eſt in ſimplicitate innocentie. Et Jacobi. ij. Fides ſine opibꝰ mortua eſt. ⁊. ij. Ethicoꝝ. Virtus eſt que habētem ꝑficit ⁊ eius opus bonū reddit. et ſic de multis alijs auctoritatibꝰ que intelligunt̄ de virtutibus acquiſitis: ⁊ in adultis. Si dicas. hę virtutes ſunt inanes pro toto tempore infantie. ergo non ſunt ponēde. Similiter catulus ante nonum diem nec eſt cecus nec vidēs: quia tempus non eſt determinatum a natura tunc vidēdi. ergo cum in illo tempore paruuli nō poſſint exire in actus non reputabuntur iuſti ⁊ temperati/nec iniuſti vel intēperati. Primum non mouet. Nam virtutes manent in patria ad decorem. etiam iſte virtutes proſunt accedente ratione. Ad aliud dicitur ꝙ non eſt ſimile in ſpiritualibus ⁊ corporalibus. Viſio enim prouenit ex diſpoſitione organi. dicente Ariſto. p̄mo de anima. Si ſenex haberet oculū vt iuuenis: videret vt iuuenis. Organū enim eſt ſubiectum viſionis. ſed ſola anima eſt ſubiectū virtutum que eſt ita perfecte ſe habēs in paruo ſicut in adulto. Sed illud non ſatiſfacit omnino: q: eſt qualitas poſitiua in paruulo: in cane non eſt aliqua cecitatem denominans. Fides interdū capit̄ ꝓ actu: vt q̄d eſt fides niſi credere quod nō vides: et alique alie auctoritates beati Auguſtini de baptiſmo paruulorum ad hoc ſonant.

Contra primam concluſionem arguit̄ ſic. Superuacaneū eſt dicere ꝙ deus creet fidē infuſam. probatur: q: nihil agit ad actum credendi. pone duos quoꝝ vnus eſt baptizatus/⁊ alter nō. Baptizatus nō magis credit q̄ alter: et ſi ſic: ad q̄d deſeruit illa fides infuſa: Rn̄det̄ ꝑ ꝓpoſitiones. Prima eſt: bene poteſt defendi ꝙ nullus eſt habitus in aīa vel corpore: lege diuina secluſa. probatur hec concluſio. Tum primo. multi opinātur ꝙ habitus ⁊ actus ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. Et concordat Albertus magnus in predicamento qualitatis. Habitus et diſpoſitio (inquit) differunt ꝑ magis ⁊ minus. Jtem probabile eſt ꝙ motus localis eſt mobile. ſ. ſubſtātia. Et ſm hoc curſus eſt homo currēs. ergo ex multis actibus currendi non generat habitus: ſicut philoſophi loquuntur: ſed eſt ſubſtantia currens. Tum ſecundo. habitus in anima eſt eque preſens ſicut actus: ergo poſſumus intueri habitum ſicut et actū. Jlla conſequentia eſt bona tenēdo ꝙ ſunt eiuſdem ſpeciei. Si dicas: diſtinguuntur ſpecie: ſed habitus non eſt preſens in ratione obiecti: eſto ꝙ loqualiter ſint eque preſentes. quēadmodū intueor colorem inherentem materie ⁊ non materiā: ⁊ tū materia eſt eque preſens localiter. Apparenter inſtas: ſed nō eſt idem. Sunt enim multa argumenta ad ꝓbandum materiā nos non poſſe intueri: magni ponderis: hic autem non. Tum tertio: ſi vis probare ꝙ eſt habitus in aliquo: hoc maxime eſt: q: q̄s eſt magis ꝓclinis ad exeūdum in actus poſt actus q̄ heri et nudiuſtertius. ſed hoc non ſufficit. igitur. Probatio minoris. actus currendi vel ſedendi non ꝓducit habitum currēdi vl̄ ſedēdi: cū curſꝰ ⁊ ſeſſio ſint ſubſtātie currētes ⁊ ſedentes ſm noīales. Dicet̄ tibi: ſi Aiax Oilei frequenter currat: aptior eſt ad currendum q̄ ante erat: nō quia manet habitus iclinās actiue in ſimiles actus: ſed q: taliter ſe habuit. quēadmodum Sortes eſt currēs et ante non currebat: ⁊ nulla res producitur de nouo: ſed membra Sortis aliter ſe habent q̄ antea. Eodem modo de Parmenide aſſueto ſtudere: q̄ voluptuoſe bibliothecā nō ingrediebat̄: ⁊ tū nō eſt opus ſuꝑaddere habitū. volo dicere: ſi duo habeāt decē actus circa eā dē cōcluſionem Sortes ⁊ Plato: ⁊ deus īpediuiſſet oēm habitū in Sorte ne aliq̄s generet̄: et generet̄ aliq̄s ſicut tu imaginaris in Platone: iſti ambo equaliter aſſentiēt cōcluſioni ꝓpoſite. ⁊ ſic ſuꝑuacaneū eſt ponere habitū: cū oīa ſine habitu ſaluentur. Tu eas inficias eos eque aſſentire. hoc nō me fugit: ſed demonſtra mihi eos diſpares ſenſus habituros. Jtē quēcūq̄ actū potētia ꝓducit cū habitu pōt defendi ꝙ poſſit ſimilē ꝓducere ſine habitu. vt patet de p̄mo actu q̄ pōt multū eſſe intenſus. His non obſtātibꝰ: q: ſctī vident̄ ponere habitus īfuſos: eos firmiter pono. Et ꝓbabilius eſt mere naturaliter loquēdo ꝙ ſunt habitus acq̄ſiti: ſed ꝓpoſitionē quā dixi reputo nō penitus īprobabilē ſecluſa fide. q̄ūq̄ doctrine ſcdi Ethicoꝝ aduerſa videt̄. Scd̄a ꝓpoſitio. Conceſſo ꝙ ſunt habitꝰ infuſi: dubiū eſt: ſaltē nō eſt lucidū: an aliquā actiuitatē habeāt. hoc ptꝫ de paruulis āte aſſumptꝭ. Tertia ꝓpoſitio. iſti habitꝰ infuſi ⁊ acq̄ſiti ſpecie differunt. Probat̄. habitꝰ acq̄ſiti cū potētia ſufficiūt ꝓducere actum credendi circa vnum articulum etiā ſine cā primi actus credendi ꝓductiua. Habitus aūt infuſi cū potētia non ſufficiūt ꝓducere actū: ergo iſti habitꝰ ſpecie diſtinguūtur. Licet bonitas huiꝰ cōſequētie ſit ſuſpecta: bñ tamen intellecta eſt admitēda. aūs patet: q: ſi adultꝰ infidelis

vt nō est mirū [illegible] inconveniens puulū
infidelē dānari q̄ adultū ꝑ solo ori-
ginali peccato [illegible] adult[illegible] [illegible]
nō [illegible] illū illuminet et ꝑ illius mori
et solo adult[illegible] qui attigit annos discretionis
dānabit[ur] ꝑ solo originali

nunq̄ꝫ audiens loqui de fide noſtra baptizatur: nõ aſſentire poteſt plus huic. Deus eſt trinus ⁊ vnus: q̄ꝫ non baptizatus. Inſuper ſi quis male habituatus accedat ad baptiſmum: talis cõperiet ſe poſtea inclinatũ ſicut ante: q̄ꝫuis habeat habitus infuſos, non ſic eſt de habitibus acquiſitis. Sed inter habitus acquiſitos tãta eſt repugnãtia ſicut inter actus. Et qꝛ habitus infuſus ſtat naturaliter cum vitio oppoſito virtuti acquirende: oportet ꝙ virtus infuſa ⁊ acquiſita non ſint eiuſdem ſpeciei. Si dicas: odiũ Sortis ⁊ dilectio Platonis ſimul ſtãt: ⁊ nõ dilectio Sortis et odium Sortis: et tñ dilectio Sortis ⁊ Platonis dilectio ſunt eiuſdẽ ſpeciei. fateor. Probatio non vacat Meãdris. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Dubium eſt: ſed eſt apparens ꝙ habitus infuſi ſunt perfectiores acquiſitis circa idẽ. Qꝫ ſit dubium patet. habitus acqſiti cũ nuda potentia ſufficiunt ꝓducere actus. habitus infuſi cum nuda potentia (vt patet ex premiſſis) non poſſũt. ſꝫ agere ẽ ꝯditio arguẽs ꝑfectionẽ vbi effectꝰ a creatura p̃t ꝓduci. hoc addiderĩ ꝓpt̃ angelũ nõ potẽtẽ ꝓducere angelũ ſecũdũ loquẽtes. Scḋa pars ptꝫ. iſti habitꝰ ſpecie diſtinguuntur ex tertia: ergo nõ ſunt eque ꝑfecti. conſequẽtia illa eſt plana: ⁊ argutũ eſt ꝙ habitus creati a deo ſunt ĩperfectiores. In oppoſitum arguit̃. Iſti habitus infuſi nõ poſſunt ꝓduci a creatura / ſed a ſolo deo: ergo ſunt ꝑfectiores. Iſta conſequẽtia tenet: qꝛ habitus ille eſt ꝑfectior ad quem creatura ex ſuis naturalibꝰ nõ poteſt cõcurrere: q̄ꝫ habitus ad quem poteſt peruenire. Quidã doctor dicẽs hoc argumẽtum eſſe ponderãdũ: concedit cõcluſionem argumenti: ⁊ ex conſequenti ꝙ eſt ꝑfectior ſcientia vel intellectu vel ſapiẽtia que a creatura ꝓduci poſſunt. Sed hec ratio non videtur mihi tanti ponderis. Creatura enim poteſt ꝓducere effectum ꝑfectiorem q̄ꝫ hic effectus productus a deo: vt forma ignis põt ꝓducere formã ignis: ⁊ ſolus deus materiã ignis: ⁊ tñ per illum modum arguẽdi concluderetur ꝙ materia eſſet perfectior forma. qḋ eſt falſum. Item beatitudo eſt ꝑfectior grã. Ad primã tñ concurrit aĩa partialiter actiue / ſ̃m cum et cõmuniorem viam / non ad ſecundã. bona eſt apparentia poſtq̄ꝫ fides infuſa circa vnũ articulũ cũ fide acquiſita ſufficit ꝓducere actum: ⁊ vtraqꝫ eſt ineuidens: ꝙ illa que creatur a deo eſt ꝑfectior: ſed ex illo non ſequit̃ ꝙ eſt perfectior ſciẽtia vel beatitudine. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Fides infuſa ſupueniẽte acqſita fide actiue concurrit ad actum fidei. Probat̃. apparẽtia eſt vt patet ex p̄cedẽti: ꝙ fides infuſa ſit ꝑfectior acqſita. ergo nõ negãda eſt cauſalitas ab ea / magis q̄ꝫ ab acqſita: immo eſto ꝙ eſſet ĩperfectior. ſed hec non eſt ſufficiens cã cum anima / niſi ponatur fides acquiſita: ita ꝙ ille due cauſe cum anima ſufficiũt. acquiſita tñ ſine infuſa ſufficiẽter inclinat in actum: ſed non econuerſo. et hoc nobis experientia ⁊ ratione partim conſtat: ⁊ ſic habens fidem infuſam ⁊ acquiſitã intenſiorem actum credẽdi ꝓducit q̄ꝫ ſi haberet habitum acquiſitum tm̃. nec illa via naturaliter habitum infuſum in nobis ꝓbare potes: cum neſciatur a quibus fontibus ſcateat intenſio actus. Ex iſtis patet ꝙ virtutes cardinales infuſe nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum acquiſitis. Probabiliter autem poſſumus ꝓbare habitus acquiſitos per actus: ſed tẽperantiã neſcimus plus ꝓbare in baptizato inquãtũ huiuſmodi: q̄ꝫ in non baptizato. igitur nec illud concludit ꝙ non debemus ponere virtutes cardinales alterꝰ ſpeciei in paruulis: qꝛ eodẽ modo argumenta vincunt de fide / ſpe / et charitate. Contra dicis: deus infundit iuſtitiã / vel omnem iuſtitiã / vel aliquã ⁊ aliquã non. Secũdũ nõ eſt dicẽdũ. nec primũ: qꝛ ſunt infiniti habitus ſpecie diſtincti ipſius iuſtitie dabiles: et ſic de temperãtia. ergo ſi deus ſufficiẽter infundit iſtos habitus: infinitos infundit. Dicatur: infundit vnum habitum qui ĩclinat in omnes actus iuſtitie: ſicut fides infuſa inclinat in omne illud qḋ de neceſſitate credẽdum eſt: ⁊ charitas infuſa ad omnem actum meritoriũ: vt in .xvij. diſtinctione primi dictũ eſt. vel oportet dicere ꝙ deus infinitos habitus infundit: contra cõmunẽ ſcholam: quia de facto loquimur.

¶ Secũdo arguitur contra dicta. ſi eſſet aliquis habitus creatus a deo: ille ita naturaliter inclinaret ad actum ſicut habitus acquiſitus. Sed fortitudo infuſa inclinat ita naturaliter ad actus fortitudinis ſicut habitus fortitudinis ex actibꝰ genitꝰ. Reſpondet̃ concedendo dũmodo habitus fortitudinis infuſus a deo eſſet eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cũ habitu acqſito ꝓduceret ſuum actum cum ita paruo motiuo ſicut acquiſitus: ſed habitus infuſus qñ ꝓducit: ſemꝑ naturaliter ꝓducit ſicut acquiſitus. ¶ Sed contra illud arguitur. dabilis eſt vna pars fidei habitus acquiſiti ita remiſſa ſicut fides infuſa et illa agit: ergo fides ĩfuſa qꝛ eſt ꝑfectior cum ſola potentia. Rñdet̃. eſt color in argumento: ſed cõſequẽtia nihil valet: vt patet ex dictis. Experiẽtia enim rerũ magiſtra docet oppoſitũ: qꝛ requirit ſecũ fidẽ acquiſitã vel motiuũ extrinſecũ. Ex illo ſequit̃ ꝙ ſi eſſet vnus habitus fidei infuſus infinitus actum fidei cũ ſola potentia ꝓducere nõ poſſet. qꝛ dato oppoſito deuenire oporteret ad habitũ finitũ fidei infuſum q̄ poſſet ꝓducere cũ ſola potẽtia actũ. qḋ eſt ꝯtra dicta. Et eſt ſimile. ſol partialiter poteſt ꝓducere aſinũ: puta cum aſino .ij. Phyſicoꝝ. ⁊ forte aſinus ſine ſole. Sed nũc tamẽ imaginemur: ſi ſol in ĩfinitũ creſcat / aſinũ ſine aſino ꝓducere nequit. Unde hoc ĩtereſt inter habitum infuſum ⁊ acquiſitũ: ꝙ acquiſitus habitus ⁊ potẽtia poſſunt ꝓducere actus credẽdi ſine alio adiumẽto extrinſeco. Infuſus autẽ ⁊ potẽtia ſine motiuo extrinſeco nõ valẽt. ſufficit ꝙ habẽs fidẽ infuſam ⁊ motiuũ citius credit q̄ꝫ eam nõ habẽs: ⁊ fortitudine infuſa redimitus citius fortius aget q̄ꝫ illa vacãs: et cum fortitudo ſit voluntatis ornamentum que eſt libera / cum potẽtia ſufficit primũ actũ fortitudinis erigere. Hec de fide ĩ vmbra dicta ſunt ſ̃m exigentiã huius materie.

¶ Diſtinctionis Quarte. Queſtio Secunda.

QVeritur ſecundo circa hãc diſtinctionẽ quartã vtrum nõ volẽs ⁊ fictus recipiãt ſacramẽtum. Pro ſolutione q̄ſtionis ſuppono nõ idẽ eſſe: non volẽs / ⁊ nolẽs. Antichriſtus eñ non vult cape ſacramẽtum baptiſmi: ſed falſum eſt dicere. Antichriſtꝰ nõ vult capere ſacramẽtum baptiſmi: ſuppoſito ꝙ nõ vult / ſint due dictiones in prima / et tertia ꝑſona de nolo in ſecũda. Prima enim eſt negatiua non p̄gnãs de ſubiecto non ſupponente: ergo vera. ſecunda ꝓpter ſimilem cãm falſa eſt. Tunc pono diſtinctiones. Prima eſt. recipientium baptiſmum quidã ſunt adulti: quidã infra annos diſcretionis. Et ſi dicas hec diuiſio in plurali nõ valet. nã captis duobus / quorum vnus eſt adultus: alter vero non: hec membra non cõpetunt illis: tamen diuiſum de pronomine eos demonſtrante verificatur. Reducas ad ſingularẽ numerũ ſi volueris: vel accipe plura mẽbra in plurali numero. Itẽ loquor vt plures. Anni diſcretiõis citius incipiũt in vno q̄ꝫ in alio. Propterea non eſt poſſibile dare vnã regulã generalẽ ex parte temporis ꝯueniẽtẽ oibꝰ: ſed ſic ꝓcedẽdũ eſt. Capiat̃ Sortes q̄ nũc eſt natus: capiatur totum tempus in quo nihil rationis habet: et gratia exempli ſit ſeptem annorum: et a. inſtans terminatiuum illius. poſtea ſucceſſiue ſecundum ꝙ matureſcit ſuccedit ratio. capiantur duo anni: a. et b. inſtantia terminatiua illorum duorum annorum: in b. primo verum eſt dicere. Sortes cõplete ⁊ plene intelligit: et toto tẽpore inter a. et b. minus peccat q̄ꝫ poſt b. ceteris paribꝰ. capiamus a. inſtãs: ante illud eſt infra ãnos diſcretionis. Tunc ſic ꝓcedo. Recipientiũ baptiſma vnus eſt infra annos diſcretionis: alter in termino vel extra. Idẽ eñ eſt eſſe in termino vel extra terminũ. In p̄mo gradu ſunt pueri: etiã cõplectẽdo amẽtes ſi libeat. Eorũ q̄ ſunt extra annos diſcretionis q̄dã ꝑpetuo p̄uãtur vſu rõnis: vt nati ſtolidi: vel in pueritia facti amẽtes. Quidã ſunt interdũ furioſi: nõnũq̄ꝫ in ſenſu ⁊ habẽtes lucida ĩterualla: vt lunatici ⁊ morbo comitiali et heroico laborãtes: vt Hercules / Iulius Ceſar: vt dicit Suetonius: ⁊ Mahumetus. in illo morbo cõtinent̃ ebrij. Quidã ſunt in iudicio rõnis ꝯtinuo. Itẽ quidã habẽt volitionẽ baptizãdi: ⁊ hoc dupliciter. Quidam ſimpliciter volunt baptizari nulla ꝯditiõe exigẽte. Quidã ſi poſſent euadere penas: nollẽt. ſed qꝛ nõ poſſunt volũt ne bona extrema amittãt. Exẽplũ / rex Hiſpaniaꝝ clamat ꝙ oĩs nõ baptizatꝰ egrediat̃ ſuum regnũ. Sortes Iudeus nequit alibi viuere: ſi ꝑmitteret̃ in pace nõ vellet eſſe baptizatus: ſed qꝛ nõ põt aliter gaudere ſuis bonis / vadit ad baptiſmum: talis nõ vult ſimpliciter pure baptizari: plus tñ habet de volito q̄ꝫ nolito. vt elicit̃ ex .iij. Ethicorũ. Eſt tñ volitũ ſ̃m q̄d: hoc eſt ſi poſſet euadere / nollet hoc facere. Et volẽtium ſuſcipe q̄dã volunt actualiter: q̄dã virtualiter. Ille vult virtualiter q̄ volebat baptizari / et nõ habuit nolitionem oppoſitã ante ſuſceptionẽ baptiſmi. Similiter aliq̄s eſt fictus duobꝰ modis. Uno mõ qꝛ oſtẽdit exterius ſe velle baptizari: habẽs tñ oppoſitũ in mẽte. Alio mõ intẽdens ſuſcipe qḋ eccleſia intẽdit dare: tñ non deteſtat̃ oĩa pctã ſua: vel omnia pctã ſua non deteſtatur.

¶ His notatis ponũtur concluſiones. Prima eſt. idẽ eſt iudiciũ de amẽte ꝑpetuo ⁊ puero: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs non requirit̃ in eo actus volũtatis. Sed dicunt aliqui: ſi ſperet̃ ꝙ ad rõnis vſum ꝑueniet: expectãdũ eſſe vt cũ maiore reuerẽtia ſacramẽtũ ſuſcipiat. Contra hoc arguitur. neſcit̃ qua hora morlet̃: vel an ĩterficietur: vel ſeipſum perimet: poſtq̄ꝫ eſt furioſus. ergo nõ differendũ eſt ſacramẽtũ baptiſmi. Itẽ ſi quis pũgatur a ſerpẽte q̄ vocat̃ Dipſas. de q̄ Deuteronomij .viij. dormit ad mortẽ vſqꝫ. Debemus igit̃ capere certũ relinquẽdo incertũ. Itẽ ſi illa rõ valeret / non deberemus baptizare pueros de q̄bꝰ creditur ꝙ ſunt victuri: qꝛ plus poſtea merẽtur accedẽte rõne. ¶ Secũda ꝓpoſitio. Si ſit aliq̄s q̄ nunc ſit furioſus: ⁊ habuit rationẽ antea: ſi habuit volitionem baptizãdi: ⁊ nõ poſt / nolitionẽ: in furia poteſt baptizari: qꝛ p̄ſumit̃ ꝙ actualiter vult: dato ꝙ in furia cõtradicat. Si nolitionẽ habuerit quã nulla ſecuta eſt volitio in furia nõ debet baptizari. Hãc cõcluſionẽ habes in forma. de baptiſmo et eius effectu. Maiores. in fine. Dormientes aũt et amentes ſi priuſq̄ꝫ amẽtiã incurrerãt aut dormierãt: in cõtradictione ꝑſiſtebãt: qꝛ in eis ĩtelligitur cõtradictiõis ꝓpoſitũ ꝑdurare: ſi fuerint ĩmerſi: characterẽ nõ ſuſcipiũt ſacramẽti. Secus eſt ſi cathecumini extitiſſent: ⁊ habuiſſent ꝓpoſitũ baptizãdi. Unde tales in neceſſitatis articulo ſolet eccleſia baptizare. ⁊ hic ponit̃ in neceſſitatis articulo: qꝛ dormiẽs nõ diu ſic manet. Similiter ſunt aliqui lunatici qui ꝑ paruũ tempus ſic manẽt: tales nõ debẽt baptizari niſi imminẽte morte. ſecus eſt de his q̄ ſemꝑ ante erant furioſi. ¶ Tertia ꝓpoſitio. de nũc habẽte vſum rõnis eſt. habẽs volitionẽ ſimpliciter ⁊ nolitionẽ ſ̃m q̄d baptizãdi puta cã metus / baptizatur. Hec ꝯcluſio eſt in .c. Maiores. paulo ante allegato. ꝓpter qḋ dicit. Inter inuitũ ⁊ ĩuitũ: coactũ ⁊ coactum: alij nõ abſurde diſtinguũt. ⁊ paulo poſt ſequitur. Et ipſe tãq̄ꝫ cõditionaliter volẽs: licet abſolute non velit / cogendus eſt ad obſeruantiã fidei Chriſtiane. in quo caſu debet ĩtelligi decretũ cõcilij Toletani. Et poſtea ſequitur ad ꝓpoſitũ. Ut fidem quã neceſſitate ſuſceperũt tenere cogãtur: ne nomen dñi blaſphemetur. vide quomõ ius vocat iſtã volitionẽ coactã / ⁊ nolitionem ſimpliciter: ſed redit in idẽ quo ad ſentẽtiã: de nõie nõ cõtẽdatur. vides iſtud caput dicere velle ꝙ talis coactus ſuſcipit fidem. ¶ Quarta ꝓpoſitio. nolẽs actualiter ſuſcipe vt nolens opponit̃ conditionali volitioni ⁊ categorice: q̄ꝫuis ꝑſbyter dicat v̄ba cũ aq̄ ⁊ intẽtione / nihil ſuſcipit. patet cap̃. prefato. Ille vero (inq̄t lr̃a) q̄ nũq̄ꝫ ꝯſentit: ſed penitus cõtradicit: nec rem: nec characterem ſuſcipit ſacramẽti. qꝛ plus eſt ꝯtradicere q̄ꝫ minime ꝯſentire. ¶ Quinta ꝓpoſitio. qui nũc eſt capax rõnis: ⁊ p̄us volebat baptizari: et nũc non habet aliquẽ actum: ille eſt baptizatus ſi cetera reqſita baptizãs applicet. ſed ſi nũq̄ꝫ ante habuit actum volũtatis / nec nũc habet: non eſt baptizatus: q̄ꝫuis cetera requiſita baptizãs applicet. Prior pars patet: adimplẽs p̄ceptũ de dicẽdis horis crebro eſt diſtractus: quo nõ obſtãte ſi a p̄ricipio habuit animũ rite dicẽdi eas / ſatiſfacit p̄cepto. Idẽ eſt in ꝯſecratione: qꝛ ſufficit in principio miſſe intẽdere ꝯſecrare: celebrare: vel aliq̄d ſimile. Habere enim ꝑpetuo ꝓpoſitum nõ eſt in poteſtate viri: qꝛ ſ̃m Aug. iij. de libero arbitrio (⁊ ꝑ experientiã hoc ſcimus) nõ eſt in poteſtate noſtra quin viſis tãgamur. ⁊ docuit illũ experiẽtia qui equum lucratus fuiſſet ſi non cõgitaſſet de alio a deo: dicẽdo orõnẽ dominicã: ⁊ tñ inter dicẽdũ ingenue confeſſus eſt ſe cogitare an ſimul frenũ cũ ſella haberet. Secunda pars patet: qꝛ ad implẽdum p̄ceptum requirit̃ actus voluntatis in eſſe vel in fuiſſe. ¶ Ultima ꝓpoſitio eſt. fictus p̄mo modo nihil recipit: ſed ſecũdo modo licet nõ recipiat gratiã baptiſmalẽ ob peccati obſtaculum / characterem baptiſmalẽ ſuſcipit. Hec ꝓpoſitio quo ad tres ſui partes eſt peruia.

¶ Contra has concluſiones arguitur. Capiatur demens: et proijciatur de ponte in aquas: forte dicente qui cum in mortis diſcrimine videt. Ego te baptizo ⁊c̃. talis ſ̃m dicta debet eſſe baptizatus cum omnia ad baptiſmum neceſſaria ponantur. Non enim eſt neceſſarium ad baptiſmum tangere aquam immediate: ſed ſufficit ꝙ immediate tangat baptizatum cum applicatione baptizantis. ¶ Hic reſpondetur ab aliquibus: ꝙ talis non eſt baptizatus. Aliquorum ratio eſt: quia Baptiſmus eſt ad vitam et non ad mortem. Aliorum eſt ꝙ debet immergi in aquam: et rurſus reſilire ad deſignandum reſurrectionem Chriſti: quod hic non ſeruatur. He probationes ſunt nulle. Non enim video eſſe de ratione baptiſmi ꝙ debeat eſſe ad vitam ⁊ non ad mortem: quia tunc baptizãs aliquem infirmum in aqua frigida: intendens ꝙ citius moriatur / nõ baptizaret. Preterea ſtat ꝙ proijciens iſtum de ponte exiſtimet non eſſe periculum: vtpote ꝙ eſt parua diſtãtia pontis ad aquas non profundas: vel ꝙ conſeruabitur a deo vel ab homine: ſcit tamen oppoſitum. Aliorum ratio eſt nulla. Licet enim miniſter debeat conſuetudinem loci ſeruare de ĩmerſione pueri in aquas quãdo nõ eſt periculum: tamen nõ eſt de eſſentia baptiſmi: ſed ſufficit ponere aquã ſuper baptizãdum. Inſuper in aquas cadẽs reſilit a fundo ad partes ſuperiores more pile cõtra ter

ram proiecte: hoc nauigantes nouere. Si quis de naui in mare cadat: expectatur aſcenſus obijciendo funē reſilienti. ergo idem hic ſeruatur. Rurſus ſi puer deponatur in fontem eccleſie: ⁊ moriatur anteq̄ eleuetur: eſt baptizat⁹ ſi tota forma fuerit cōpleta ante mortē. Propterea dico iſtum in caſu argumenti baptizatum: ſed ꝓpterea non ſequitur ꝙ quis debeat exiſtentem aliquē in periculo mortis proijcere de ponte: etiā ſi non poteſt eum aliter baptizare: qꝛ non debet eſſe homicida. non enim ſunt facienda mala vt inde veniāt bona. ad Romanos. iij. Pleriqꝫ enim erāt in mortis diſcrimine qui ab ea euaſerunt. et ꝓpterea non eſt ſcindenda mater moritura que etiam eſt in periculo mortis: vt extrahatur fetus alioquin moriturus in vtero: licet ſit color in oppoſitum de vita corporali ⁊ ſpirituali pueri ſeruanda. Sed dices. communiter doctores negāt mancum poſſe baptizare in ſenſu cōpoſito. Reſpōdetur. hec replica eſt mihi ⁊ eis cōmunis: per mancum intelligunt eū qui nō poteſt ſpargere aquā ſuper baptizandum.

¶ Secundo arguitur cōtra tertiā propoſitionem: coactus contrahere matrimonium non contrahit: vt diſt. xxix. notum euadet. ergo coactus baptizari non baptizatur. Reſpondetur. conſequentia eſt nulla: quia in contractu difficili matrimonij requiritur cōſenſus liber: alioquin erit illegitimus. ſecus eſt in iſto contractu facili ⁊ ad ſalutem neceſſario.

¶ Contra quartam propoſitionem arguitur: ponendo caſum ꝙ Sortes adultus habeat nolle baptizari quouſqꝫ baptizans dixerit dimidiā formā: ſed interim mutet ꝓpoſitum: talis habet nolle baptizari tempore aliquo ꝓlationis forme: et tñ eſt baptizatus cū tota forma eſt prolata: ⁊ baptizationi conſentit in aliquo tempore ꝓlationis verboꝝ: et in tempore illo vel inſtanti quo character eſt a deo imprimēdus. Similis difficultas poteſt fieri in alijs ſacramētis in quib⁹ requirit̃ forma verboꝝ. ¶ Reſpōdet̃. probabiliter ꝙ iſte non eſt baptizatus: qꝛ requirit̃ ꝙ non ſit diſſenſus formalis in toto tempore ꝓlationis forme. Et eodē modo reſpōdet̃ ſi q̄s ioco baptizare intēderet ꝓ dimidia parte ꝓlatiōis verboꝝ: ⁊ poſtea ſerioſe mutaret ꝓpoſitū nullo exiſtēte ipedimēto in baptizādo. Suadet̃ ꝓbabilitas reſpōſionis. Si quis in prima medietate ꝓlationis verborum velit baptizari: et in poſteriori mutet ꝓpoſitū: is nō eſt baptizatus: ergo nec in caſu argumenti. Sed hic dices. nō eſt idem: qꝛ in tempore quo character baptiſmalis eſt iprimendus ponitur obex: non autem in alio.

¶ Contra ſextam propoſitionem: & ſignāter cōtra duas vltimas particulas. arguit̃. Quilibet obligatur habere gratiā baptiſmalē: de diſiūcto triū baptiſmatū intelligo: ſed talis nō habet grām baptiſmalē cū baptizat̃ ꝑ te: nec poſtea potes eā habere. qđ ꝓbo: qꝛ non ꝑ baptiſma. nā ipſum eſt initerabile: nec ꝑ penitētiā: qꝛ ſuſceptio baptiſmi in caſu noſtro eſt op⁹ mortuū. ¶ Tria ſunt dicēda ꝓ argumēti ⁊ ꝓpoſitiōis ſexte itelligentia. ſ. de reiteratione baptiſmi: quomodo baptiſm⁹ pctā adulti deleat: ⁊ tertio quomodo habebit iſtā grām baptiſmalē fictus de quo loquimur. Circa primū dicit̃ ꝙ ſacramētū baptiſmi eſt initerabile. ptꝫ de baptiſmo ⁊ eius effectu. ca. Si quis. Hinc eſt ꝙ ille de cui⁹ baptizatione dubitatur / eſt conditionaliter baptizādus: hoc eſt baptizatus non debet rebaptizari. vt patet de conſecra. diſt. iiij. Rebaptizare. ſciēter aūt rebaptizās baptizatū vltiō ſupplicio ſm leges punit̃. Codice. Ne ſctm̄ baptiſma iteretur. l. Si quis. Ad hoc ſunt rationes. Eſt enim vnicū peccatū contra qđ eſt baptiſmus / ſcilicet originale. Similiter quis ſolū ſemel eſt genitus naturaliter: ergo ſolum ſemel regenerādus eſt ſpūaliter. In baptiſmo delētur omnia pctā: ſi aūt baptiſmus eſſet iterabilis homines nō facerēt dignos fructus penitētie. ¶ De ſecūdo dicitur ꝙ originalis culpa in baptiſmo ſine actu deteſtatiuo culpe delet̃. ſed in adulto pctā habēte requiritur pctōꝝ deteſtatio ad hoc vt ipſa deleant̃: ſed baptiſm⁹ penā culpe debitā tollit. de ꝯſecra. diſt. iiij. Sine penitētia ſunt dona et vocatio dei. grā eñ in baptiſmate nō requirit genitū: nō requirit plāctum vel opus aliquod: ſed ſolā fidē: ⁊ oīa gratis cōdonat. hec ſunt verba Ambroſij ſuꝑ epiſtolā ad Romanos. Sed hic eſt ſermo de penitētia exteriori: qꝛ requirit̃ interior ad culpe deletionem: vt diximus. ⁊ hoc dicit Auguſtin⁹. de penitētia: ⁊ auctoritas eſt canonizata. de ꝯſecra. diſt. iiij. Agūt homies. vbi ſic dicit. Agūt hoīes ante baptiſma penitētiā de prioribus peccatis: ita tñ vt etiā baptizent̃. ſicut ſcriptū eſt in actib⁹ apoſtoloꝝ loquēte Petro ad Iudeos ac dicēte. Agite penitētiā ⁊ baptizet̃ vnuſquiſqꝫ veſtrū in noīe dñi noſtri Jeſu Chriſti. ergo habes ꝙ requirit̃ penitētia interior in adulto: hoc eſt cōtritio de mortali: et cum pena remittit̃. ſed veniale deleri non eſt aliud q̄ꝫ penā ei debitam tolli ſiue patiēdo ſiue remittēdo. Culpa venialis in baptiſmo remittitur niſi aliqđ veniale baptizādo placeret: qꝛ ſi ſic: ſtaret baptizādum ſuſciꝑe gratiā manēdo in culpa veniali. Nō eſt hic ſermo de pena in foro exteriori debita. Baptiſmus enim ſanguinario carnifici nō tollit penā debitā in ſeculo. Nec pena debita originali ꝑ accidens tollit̃: quēadmodū ſunt ſitis / fames / infirmitas / error intellectus / et mors: iſte enim penalitates nobis ſunt cōnaturales: ſed iuſtitia originalis oīa hec cohibuiſſet. he aūt penalitates nō ſunt a nobis ꝑ baptiſmū ablate: et quidē ratiōabiliter. aliquas enim earū Chriſtus paſſus eſt: errorē tñ itellectus nullū habuit: nec habere potuit: etiā loquēdo de intellectu creato: nec eū infirmū in corpore dū viator erat legimus. ſed multas penalitates nobis ⁊ ſibi cōmunes ꝓ noſtra redēptione ſuſtinuit: modo nō decet mēbra corporis myſtici ſuū caput trāſcendere: nō eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. etiā ꝑ has penalitates meremur ſi bñ viuamus / palmā. Ulterius patet: ꝙ baptizato nulla penitētia exterior eſt iponēda: imo ſi decederet poſt baptiſma: ⁊ nullū veniale ei placeret: ſtatim euolaret. Nec obſtat de penitētia exteriori factum Gregorij. in cap̄. Ne qđ abſit. recitatū in diſtinctione p̄fata. ꝙ Iudeis ad baptiſma ire volentib⁹ ieiuniū q̄draginta dieꝝ ipoſuit. Quia illud eis iponebat̃ vt cū reuerentia baptiſma adirēt. in ſignū cuius non ipoſuit eis illā penitentiā poſt baptiſma. ¶ Jam deueniendū eſt ad tertiū: de ficto ſcđo mō: puta de illo q̄ habuit octo mortalia in baptiſmo: et ſeptē deteſtatus eſt / ſed placuit ei octauū: iā iſte eſt in octo peccatis: poſt baptiſmū verius in nouē ob irreuerētiā ſacramēto p̄ſtitā. poſtea ad aliquod tempus quātūlibet magnū vel paruū volueris: ſua pctā oīa rite deteſtatur: iā queſtio vertit̃ ſuꝑ hoc: an habebit gratiā baptiſmalem. et dicit̃ ꝙ ſic: qꝛ hoc tenet Auguſtinus in libro de baptiſmo. Et recitat Gratianus. de cōſecra. diſt. iiij. Tunc valere incipit baptiſmus ad ſalutē: cū illa fictio veraci confeſſione receſſerit. Opinio Apparati illic relinquatur: cū ſit contra literā. Et ad argumētum in oppoſitum: opus mortuū non viuificatur. Uerum eſt opus hominis: ſecus eſt de dono dei / ſcilicet ſacramento. Uirtute enim operis operati confertur ei illa grā: et nō virtute operis operantis: ⁊ ita in oībus ſacramentis initerabilibus dicendū eſt: qꝛ eadē eſt ratio vt ſi q̄s ſuſcipiat ordinē aliquem in pctō mortali: ꝓpter obicem pcti mortalis non confertur ei grā ordinis. Sed cum per cōtritionem obicem tollit: confertur ei grā ordinis virtute operis operati: et nulla ꝑ actum licet moraliter bonum quo ordines volebat ſuſciꝑe: qꝛ talis actus eſt opus hominis. Secus eſt in ſacramētis iterabilib⁹: vt ſi q̄s cōſecret in pctō mortali / nec ꝓ tūc dabitur ei grā: nec poſtea qñ penitet: nec virtute operis operātis: nec virtute operis operati: ⁊ ita in alijs ſacramētis iterabilib⁹. Et cauſa eſt: cum ſint iterabilia: licet quis ſimul gratiā eorū nō habeat ꝓpter obicem peccati: alias poteſt eā conſequi. ¶ Sed contra iſta arguit̃. Iſte realiter eſt baptizatus: ergo purgat̃ a pctō originali anteqꝫ penitet. Reſpōdet̃. negādo conſequentiā. ſicut enim mortale vnum non ſeparatur ab alio: de quo homo cogitat vel cogitare tenetur: ita nec originale: qđ conditiones mortalis ita imitatur. Oꝛ autē mortale de ſe non ſeparatur a mortalibus: nec contra inferius patebit. Et hoc dicit pontifex in. c. Maiores. de baptiſmo et eius effectu. §. Sed queritur. Contra hoc arguit̃. Iſte eſt baptizatus per te: et in pctō originali / qđ non poteſt deleri niſi per baptiſmum: ergo baptiſma eſt iterabile contra dicta in primo articulo ad ſolutionem argumenti. Forte dicis / poteſt deleri per penitentiā. Contra. originale non eſt obiectum penitentie: ſed ſolū actuale. ergo nō deletur per penitētiā. Reſpondet̃. concedendo ꝙ originale non eſt obiectum penitentie: ſed per concomitātiā deletur. Exemplum in ſimili: ſi ſint multa ligna ſuꝑ Sequanā coniuncta: ⁊ ꝓpter fixionem vnius vel plurium ꝓpe terrā reliqua non deſcēdāt: remouēdo iſta ꝓpe terrā q̄ deſcenſum alioꝝ ꝓhibebāt: mox alia deſcendent. Sic actualibus purgatis per contritionem que fune ſibi originale coniunctum habebāt: fune illo rupto originale corruit ꝑ aquā baptiſmi: q̄ ſemper erat ſufficiēs ad originalis deſcenſum quātum erat ex parte eius. ¶ Sed cōtra has ſolutiones arguitur: qꝛ ex eis ſequunt̃ he due cōcluſiones corollarie. Prior eſt. Aliquis baptizatus eſt in pctō originali. Secūda. Non omnis adultus rōne vtēs cui baptiſmus eſt promulgatus: in originali exiſtens: tenet̃ ad ad baptiſma. Rñdet̃. concedendo illas concluſiones. Sed quo ad cōfeſſionē auricularem dicitur ꝙ pctā nulla ante baptiſmum cōmiſſa ſunt confitenda: ſed reliqua poſt ianuā ſacramentorum cōmiſſa ſunt confitenda. Et ſi fictio vel actus alicuis mortalis continuetur ante baptiſmum et poſt baptiſmum: tunc concedendum eſt ꝙ peccatum ante baptiſma cōmiſſum tenetur fortes confiteri. qđ probo. hūc actum tenetur fortes confiteri: demonſtrādo actū quem poſt baptiſma habet: hic actus eſt vel fuit peccatū ante baptiſma cōmiſſum: ergo peccatum ante baptiſma cōmiſſum tenetur fortes confiteri. conſequentia eſt ſyllogiſmus expoſitorius: ⁊ antecedens clarū. non loquor de actus cuius aliqui gradus ante baptiſma erāt eliciti: et reliqui intēſiores poſt baptiſma: ſed de actu ſm quodlibet ſui ante baptiſma elicito: ⁊ poſt baptiſmū libere continuato. ſed homo non tenetur confiteri actum ꝓ quāto eſt cōmiſſus ante baptiſma.

¶ Epilogando de fictione & volitione ad baptiſmum pre requiſita: diximus ꝙ requiritur intētio actualis in eſſe vel in fuiſſe in adulto ad hoc vt baptizetur: ⁊ ſimiliter in baptizāte. non tñ requiritur ꝙ actualiter inſit: ſicut nec in conſecratione: vbi ſufficit in miſſe exordio intentio cōſecrādi licet tempore conſecrationis quis diſtractus fuerit. Ex iſto patet nō eſſe certum certitudine ifallibili an quis ſit baptizatus: ſed ſufficit certitudo moralis adulto ⁊ parentib⁹ paruuli. Nihil eſt qđ dicit Durādus diſt. vj. pie credēdū eſſe ſi baptizās nullā intētionem habeat ꝙ Chriſtus ſupplet illud. Solum nāqꝫ cum fide quadrās eſt pium: ⁊ oppoſitum impiū. vt ſi quis dicat paruulos non baptizatos ſaluos: qꝛ non eſt imputabilis eis culpa originalis: is impie loquit̃: quia Ioānis. iij. ſcriptū eſt. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſctō: non intrabit in regnum dei: niſi ſanctificati fuerint vel martyres. qđ omnibus non baptizatis applicare nedum eſt impium / ſed ſacrilegum. Eodē modo nē valet dictum Ricardi medie ville: ꝙ ſi paruulus moriatur inter ꝓferenda verba pie credēdum eſſe ꝙ ſaluabitur: qꝛ nō habet omnia ad baptiſmū requiſita. Et vbi dicit ꝙ ſepeliendus eſt in cemiterio: dico illud eſſe falſum. Ulterius patet: ſi quis adult⁹ velit baptizari: et interim in veſaniā ex mortali culpa cadat / debet baptizari: ſed parum ei baptiſmus proderit: qꝛ ab originali non purgabitur. Ex his patet ꝙ quando baptizandus eſt in periculo mortis: baptizās quiſquis preſens fuerit ocyſſime formā debet proferre. Inſuper patet patrinos non eſſe de eſſentia baptiſmi: licet extra neceſſitatem peccēt baptizantes ſine eis: qui ad erudiendum paruulum in articulis fidei obnoxij ſunt ſi parentes negligentes viſi fuerint.

¶ Diſtinctionis Quarte.        Queſtio Tertia.

Quæritur tertio circa hāc quartā diſtinctionem. An omnes baptizati equaliter effectū baptiſmi recipiāt. Suppono vulgarem diſtinctionem de triplici baptiſmo / ſcꝫ fluminis de quo frequentius hic loquimur. ſanguinis quādo quis ꝓ Chriſto occidit̃: et flaminis q̄ aliquis iuſtificatur a deo. vt Hieremias. Hieremie. j. anteqꝫ exires de vulua ſctificaui te. et Ioānes baptiſta: vt patet Luce. ij. vel quādo aliqua eſt preuēta / ne in originale incidat: vt Chriſtifera virgo. vel adultus in ſe habens bonum motum: volens ſuſcipere illa ad que tenet̃. exēpla ſunt. Cornelius Centurio: eunuchus regine Candacis: bonus latro. Triplicem autem ſtatum q̄s habet / ſcilicet ſtatum quo ratione vtitur et tunc poteſt ſeipſum in neceſſarijs ad ſalutem. Alium ſtatum habet infantie extra vterum: ⁊ tunc ab hominibus opē accipere poteſt. Tertium ſtatum habet in vtero ſm ſe ⁊ quodlibet ſui: et tūc a ſolo deo auxilium capit. nec omnes tales baptizat baptiſmo flaminis: aliquos tamen ita baptizat: vt auctoritate ſcripture nobis conſtat.

¶ His præmiſſis pono concluſiones: quarum Prima eſt. Omnes baptizati equaliter effectū baptiſmi quo ad characterem ſuſcipiunt: licet forte character ſit diuiſibilis: qꝛ non eſt veriſimile ꝙ vn⁹ ſuſcipiat intēſiorē q̄ꝫ alter. ¶ Secūda cōcluſio. licet omnes recipiāt equaliter effectum baptiſmi quo ad remiſſionē culpe originalis: non tamen quo ad remiſſionē pene peccatis debite in adultis. Primū patet: qꝛ illa eſt equalis in omnibus. Secūda pars patet ꝑ locū a contrario ſenſu. Maioribus enim culpis maior debetur pena: modo illas oēs ex q̄ſtione p̄cedēti baptiſm⁹ eluit. ¶ Tertia cōcluſio. Non oēs baptizati recipiūt equalē effectum quo ad gratiā. patet: aliqui adulti inequales deuotiones habēt: ⁊ inequalia merita āte baptiſmū fluminis: baptiſmo flaminis baptizati. igitur. ¶ Quarta ꝯcluſio. Omnes baptizati eq̄liter ſuſcipiunt gratiā baptiſmi: hoc eſt gratiā virtute opis opati in baptiſmo datā. Probat̃. paſſio

Chriſti exhibita eſt cauſa collationis gratie in paruulis: ſed illa equaliter applicatur omnibus. Secundo probatur idem. omnes ſuſcipientes ordines equales gratias ordinum ſuſcipiunt: ⁊ ſic in alijs ſacramentis ſemper loquor ratione operis operati: et non ratione deuotionis. ergo ⁊ hic.

¶ Sed contra hãc conluſionẽ arguunt aliqui ſic. Aliq̃ ſunt p̄deſtinati ad maiorẽ gloriã q̃ alij: ergo maiorem ſuſcipiũt grãm. Inſup ꝓpter merita patrinoꝝ ⁊ aſtãtiũ dat̃ maior grã: et forte ſic eſt factum de ſctõ Nicolao vt bis in hebdomada ieiunaret. Rñdetur. Q̃uis ita eſſet ſicut iſti putãt: nõ elideret̃ q̃rta ↄcluſio: q: illa nõ eſt grã baptiſmalis: ſed ab alio extrinſeco adueniens: puta ab aſtantium precibus vel aliquo aliunde. ¶ Sed argumẽta tãgũt vnũ dubiũ: ⁊ credo oppoſitum verũ: q: nemo põt alteri mereri gratiã ⁊ gloriã ſine actu ꝓprio illius. Non loquor de paſſiõe Chriſti que aliquo modo eſt cã noſtri meriti ⁊ grẽ maioris: ſed loquor de hominibꝰ ꝓut ipſi ⁊ vulgo loquẽtes intẽdũt. In p̄mis eoꝝ rõ eſt nulla de ieiunio btĩ Nicolai: hoc facile eſt refellere ꝑ diuã virginẽ ⁊ pleroſq; alios eq̃lẽ gratiã cũ btõ Nicolao habẽtes: qui nõ habebãt: vel nõ conſtat ꝙ habuerũt/ſimiles effectꝰ in ĩfantia. pleriq; etiã decedũt adulti cũ maiori grã q̃ habebat ipſe in infantia: q̃ effectus ſupernaturales nũq̃ habuerũt: ſed illa fuit grã a deo gratis data: ⁊ bone vite future p̄ſagium. Et arguit̃ rõne. licet eñ oppoſitũ ſit vſitatus modus dicẽdi: non video ad hoc rõnes cogentes. Nullus viator cõmunis poteſt alicui exiſtenti in grã mereri grẽ augmentum: q: dato eius oppoſito infero hãc concluſionẽ abſonã ꝙ aliq̃s rex dormiẽs venãdo: vel habẽs actus indifferẽtes: vno ãno poteſt habere tãtũ grẽ ⁊ glorie quãtũ Joãnes baptiſta habuit. hãc cõcluſionẽ nemo habet cõcedere. Et ꝙ ſequat̃ ex oppoſito: probo. vnus poteſt torpenti regi exiſtenti in grã mereri vnum gradum grẽ: et q̃ rõne nunc: eadẽ rõne alias: ⁊ q̃ rõne iſte/ ⁊ alius: ⁊ ſic oẽs in magno regno continuo orãtes merebũtur gratiã de q̃ loq̃mur: q: in prefatione miſſe omnes ꝓ rege orãt: ⁊ ꝓ pontifice: ⁊ apparentius ſequitur de Romano pontifice ꝓ quo oẽs orãt. concluſio ad quã laboramus. Item nõ eſt minus meritum orare ꝓ alijs q̃ orare ꝓ ſe ſolo: vt in materia ſuffragioꝝ dici ſolet: ⁊ hoc non eſt niſi q: meritum quo ad gratiã et gloriã nõ eſt partibile. igit̃. Ex iſto ĩfero ꝙ nemo poteſt mereri alteri primã gratiã. ſi enim illud qđ magis videt̃ ineſſe non ineſt: nec illud qđ minus videtur ineſſe inerit: ſed magis videtur ꝙ homo poteſt alteri mereri habenti gratiã/ grẽ augmentum: q̃ primã gratiã. igit̃. Itẽ dato oppoſito pauci vel nulli paruuli dãnarẽtur ſine baptiſmo decedentes: q: parentes eoꝝ continuo ꝓ eis orarẽt: et ſic ꝓ eis poſſet tolli culpa originalis. ¶ Sed contra iſtud arguitur. Matthei. ix. ſcribitur. Et aſcendens Jeſus in nauiculã trãſfretauit ⁊ venit in ciuitatem ſuã: et ecce offerebãt ei paralyticum iacentem in lecto. videns autem Jeſus fidem illorum dixit paralytico. Cõfide fili/ remittũtur tibi pctã tua. Et ſimile habetur Luce. v. vbi gloſſa ordinaria dicit. Quãtum valet apud deũ fides ꝓpria: apud quem ſic valuit aliena: vt intus ⁊ extra ſanaret hominem. Ergo ex iſtis habetur ꝙ deus dimiſit paralytico pctã propter fidem alienã: et ex conſequẽti infundebat ei gratiã. Item creditur ꝙ orationibꝰ ſancti Stephani conuerſus eſt ſanctus Paulus: ⁊ beatus Auguſtinus precibus ſue matris. Preterea alioq̃n fruſtra potentes facerent deuotos pro ſe orare: cũ iſti deuoti non poſſint mereri pro potentibus ſm dicta. Inſuper duo fundent duo cenobia equalia: in quorum altero ſint deuoti monachi qui in vita monaſtica ſancte viuunt et orant pro fundatore: ſicut olim p̄res in Thebaide Aegypti: in altero ſint diſſoluti non orantes pro fundatore: ſequitur ꝙ iſti equaliter merentur. conſequẽs eſt falſum: quia communiter dicimus malis: fraudaris fundatores: et reddetis rationem ante tribunal Chriſti.

¶ Ad primum reſpondetur. ꝙ illorum non habet pro ſubſtantiuo aliorum a paralytico: ſed fidem paralytici et aliorum: et ſic dicit Lyra. ibidem. Sed pro toto iſto manet punctum argumẽti: an aliorum fides aliquid fecit ad hoc vt dimitteretur paralytico ſuum peccatum: et ſi ſic: ergo aliqui poſſunt partialiter alteri mereri. Itẽ ſi centum eorum cum paralytico poterãt mereri dimiſſionem peccatorum paralytico et gratie infuſionem: videtur ꝙ mille eorũ/ vel ſic aſcendẽdendo poterãt ei mereri ipſo dormiente remiſſionem peccatorũ. Propterea aliter dico: ꝙ ꝓpter alios deus corporaliter curauit paralyticum: et fidem propriam ipſius ſpiritualiter. et hoc videtur ſentire gloſſa. Quantum valet apud deum fides ꝓpria: apud quẽ ſic valuit aliena vt intꝰ extra ſanaret hominem. Intus propter fidem ipſiuſmet paralytici: extra propter circunſtantes. Secundo dico: et eſt ſolutio pro omnibus iſtis: et reſpondeo ad formam argumenti. Unum alteri mereri poteſt ĩtelligi dupliciter. Uno modo ꝙ alter meretur vt deus dimittat alteri peccatum: vel infundat gratiam: alio nullum actum volũtatis habente: ſaltem extra baptiſmum: et hoc eſt ratione huius ſacramenti etiam: ⁊ ſic nego. Uel quod amplius eſt: alio habente actum: ſic ꝙ alius faciat per ſuos actus ꝙ detur ei maior gratia qua haberet per ſuum ſolum actum: ⁊ in omni tali ſenſu nego: quia currere videtur mihi ſemper argumentum ꝙ paruum actum habens ⁊ remiſſum valde: propter aſtantes et orantes haberet tantam gratiam quantam beatus Petrus: quod non eſt dicẽdum. Alio modo vnum alteri mereri poteſt intelligi ꝙ deus mouet voluntatem illius pro quo preces porrigũtur: vt habeat intenſiorem actum: ſemper tamen manẽte libertate voluntatis: vel vt moueatur eius voluntas ad merendum quando iret ad aliud faciendum: vel impedit eum ne peccet quãdo forte eſſet peccaturus. Et ſic Stephanus pro Paulo: et mater Auguſtini pro filio Auguſtino meruerunt. Etiam dicatur ꝙ deus non punit nos immediate poſt peccatum: nec nos capit in malo ſtatu: ſed expectat bonum propter aliorum preces: et hoc maximum. Et ꝙ ita ſit patet per illud Exodi. xxxij. vbi Moyſes dicit. Recordare Abraham/ Jacob ⁊c̃. Et ſequitur. Placatus eſt dominus. Sic Azarias. Danielis. iij. rogat dominum. Ne auferas a nobis miſericordiam tuam domine deus noſter propter Abraham dilectum tuum et Jſaac ſeruum tuum: et Jacob ſanctum tuum. Propterea concedo ꝙ propter homines orantes deus remittit penam vel partem eius peccato debitam poſt penitentiam: vel concedit victoriam vel temporalia bona: et expectat tempus oportunum non ſtatim puniens peccatores. cui aſtipulatur illud Hieremie decimoquinto. Si ſteterint Moyſes et Samuel coram me: non eſt anima mea ad populum iſtum. Hinc deus liberauit Loth propter Abraham. Geneſis. xix.

¶ Ad aliud de fundantibus cenobia dico: ſi cetera ſint paria ꝙ equaliter merentur: ſiue monachi ſancte viuant ſiue non: ſed boni poſſunt rogare deum: vt voluntas illius ad deum erigatur qui fundauit cenobitas bonos. Item poſſunt mereri diminutionem pene: ſicut in indulgentijs: vbi boni fundatores ſuos a purgatorio mox liberant: mali vero ſuos fundatores non adiuuant: et illud non eſt parum.

merer͞ vnꝰ alteri p̄mam grãm ⁊ auxilium ſpeciale qꝫ merer͞ grã p̄ueniẽs. et hoc eſt abſqꝫ actu ꝓp̄o alterius ſꝫ nõ p̄mam grãm iuſtificantem.



¶ Contra illud arguitur. per iſtam ſolutionem ego nõ euado cõcluſiones quas ego puto diſſonas cõtra aduerſarios: ergo meo pugione me ſuffodio. Probatur aſſũptũ. ſi vnus ſanctus orat deũ vt. Sortes rex mereat̃ ad hũc ſenſum vt deus erigat mẽtẽ eius: gratia illius dabitur vnus gradus gratie: ſecundus poteſt illa via tãtum ei mereri: ⁊ ſic conſequẽter calculando: ergo ille rex merebitur tãtum quantum ſanctus Petrus. Reſpõdetur nihil impedit reges ⁊ potentes ad merendũ tãtũ quãtũ multi ſancti qui nunc ſũt in celo: ſed ille rex qui frequẽter torpet ⁊ non vtitur ſemper inſtigatione quã deus ei dat: forte parũ meretur. ſi aũt bene vtatur: habebit itẽſã gratiam ⁊ gloriã: ſed per proprios actꝰ q̃ limitati ſũt q̃a dabilis eſt intenſiſſimus actꝰ quẽ poteſt habere de lege cõmuni: eſto ꝙ alij ꝓ eo orẽt. ¶ Ex hac ſolutione habetur ꝙ nullus meretur ꝓ alio dormiẽte vel actũ nõ habẽte. Secũdo ſequitur ꝙ nullus meretur aliq̃d ꝓ paruulo paſſionẽ Chriſti excipio ⁊ mũdatos in lege nature: ſecũdum illã poſitionem ꝙ ſaluabantur paruuli ĩ fide parẽtum cũ proteſtatione alicuius ſigni exterioris: ergo eis dimittebatur originalis culpa ⁊ cõferebat̃ gratia: ergo alius poterat mereri gratiam quando confertur virtute operis operati: vt patet de baptizante ⁊ circuncidente. ¶ Potes q̃rere ſi parens fuiſſet in peccato: an paruulo poterat mereri gratiam in ſacramentis extenſo termino veteris legis. Sed ſolutionem habes ꝑ baptizantem in peccato ⁊ circũcidẽtem: ibi eñ virtualiter erat ſacramẽtum. patet. talis nullũ actum habet. Totũ illud patet. ij. ad Corinthios. v. Oẽs vos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. vt recipiat vnuſquiſq; ꝓpria corporis q̃ geſſit: ⁊ verba hec recitantur de penitẽ. ⁊ remiſ. Cũ ex eo. Et. j. ad Corinthios. iij. Unuſquiſq; propriã mercedem accipiet. Petis: quid ergo prodeſt orare ꝓ paruulis. Reſpondetur: vt deus prolõget eis vitam: ⁊ cũ puenerint ad annos diſcretionis moueat eorũ mentes ad ea q̃ dei ſunt. Precibus enim ſanctorũ frequenter paruuli ſaluantur a morte ⁊ reſuſcitãtur: quẽadmodum fecit regius propheta. ſecundi Regũ. xij. Jeiunauit pro puero: quo mortuo nõ amplius ieiunauit quamuis eñ viderit morbũ incurabilem: putabat tamen ſuis p̄cibꝰ flectere dominum. ¶ Si dicas: ſi aliquis adultus vult baptizari ⁊ incidit in veſaniam / ille ſuſcipit gratiã baptiſmalem in baptiſmo ⁊ meretur: vel ſi fuiſſet dormiẽs: igitur nõ inconuenit ꝓ dormiente mereri. Pari forma Salomõ meruit ſciẽtiam in ſomno. iij. Regum. iij. cap. ⁊ tunc erat dormiẽs. ¶ Ad primũ dicitur: nõ negatur q̃n ſacramẽtum digne ſuſcipitur quin cõferatur gratia ſacramẽtalis. Ad ſecundũ dico. Salomon nõ meruit dormiẽdo ſꝫ ante vigilando obtulit mille hoſtias in Gabaon.

¶ Secundo argumentor contra quartam concluſionẽ: ⁊ hoc ſic: quia ſi ſit q̃libet gratia baptiſmalis equalis alteri: ⁊ determinatus gradꝰ gratie datꝰ in baptiſmo: ſequitur hec cõcluſio: ꝙ vnus adultꝰ ⁊ vnꝰ paruulus decedẽt cũ equalibus gratijs: ꝙ videtur incõueniẽs. quia vnꝰ meruit ꝓ ſe: hoc eſt merito ꝑſonali: alt̃ vero nõ. ¶ Reſpondetur ꝑ ſequentes ꝓpoſitiones. Prima eſt. Stat aliquẽ paruulum de lege: ⁊ frequẽter decedere cum maiore gratia q̃ iſte adultꝰ decedit. Primo: paruulus eſt baptizatus ⁊ confirmatus ⁊ vtriuſq; ſacramẽti grãs hꝫ: ⁊ adultꝰ hꝫ grãs baptiſmalẽ ſolũ: quia q̃n primo venit ad annos diſcretionis: põt cõtingere ꝙ nõ peccet mortaliter ꝑ duos dies: nec mereatur: ⁊ tunc decedat. ¶ Secunda propoſitio. Si aliquis vult baptizari: ⁊ nõ habet aliquem q̃ ei cõferat baptiſmũ: tribuitur ei gratia ſi ſic decedat: ⁊ illa ſolũ finite: ſi ſic excedat gratiam baptiſmalem. ergo deueniendum eſt ad aliquem q̃ tam parum gratie ſuſcipit per volitionem remiſſam q̃ ille qui baptizatur paruulus. ¶ Tertia propoſitio. Si ille q̃ minus accedit ad baptiſmum accipiat gratiã: maiorẽ accipit q̃ ille qui pure ſimpliciter vadit: ⁊ ſic nõ oẽs baptizati accipiunt equaliter: nõ eſt eñ veriſimile ꝙ deꝰ ei tãtã gratiã tribuat quãtã alijs: quia veriſimile eſt ꝙ nullam gratiam ei confert pro illa volitione cõditionali. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Non eſt poſſibile ſecũdũ legem ꝙ aliquis ſemel habens gratiam baptiſmalem qui habet meritum ꝑſonale decedens in gratia ita paruã gratiam habeat vt paruulus ſolum baptizatꝰ. Probatur. talis habet gratiam baptiſmalem: ⁊ omnes tales ſũt equales ⁊ cum hoc habet gratiam debitam merito ꝑſonali: ergo plus gratie habet. Conſequentia eſt cõis animi conceptio. ſtat tamen de lege cõi aliquẽ. lxx. vel. lxxx. annorũ habere tam paruã gratiam ⁊ gloriã q̃ habet ille paruꝰ baptizatus. Patet. capio vnũ gentilem in Moabat vel alibi/ qui deteſtatur ſua peccata p̄terita: ⁊ totã ſuã vitã perditam: cui nullus confert baptiſmũ: vlt̃ tñ baptizari ſed nõ reperit aliquem: vel alio ſe ad hoc preparãte iterĩ morit̃ cũ remiſſa deteſtatione graduali. Similiter ſtat aliquem: paruulũ habere plus gratie ⁊ glorie q̃ vnũ q̃ ſuſcepit ſacramentum: ⁊ cũ hoc habet meritum ꝑſonale qđ patet de circunciſo cum paruo merito perſonali: ⁊ ſit Eleazar. ſit Titius ex alia ꝑte baptizatus ⁊ confirmatꝰ vel tantum baptizatus. ſꝫ Baptiſmꝰ plus gratie cõfert q̃ circunciſio: q: ſacramentũ legis gratie. ſit exceſſus vt vnũ: aliquis eñ actus meritorius vt vnum: imo vt dimidiũ vnius patet. homo põt elicere actũ meritorium pure partibiliter. Item quelibet pars actꝰ meritorij eſt meritoria. ſi ergo cuilibet parti reſpõdeat maior gratia q̃ baptiſmo: gratia reſpondens toti actui erit infinita. cõſeq̃ncia eluceſcit: con ſint infinite ꝑtes ꝓportionales nõ cõicantes in actu meritorio. Potes ſic deducere de totali actu meritorio cadẽte ĩ obiectum eutrapelie cũ circũſtãtijs actũ attenuantibus. ¶ Sed contra illud arguitur ſic. Sit gratia baptiſmalis vnius gradus quam habet Sortes paruulus: ⁊ Plato habeat gratiã baptiſmalẽ ⁊ perſonalem duũ graduum. Jã capio Ciceronẽ adultum: q̃ in ſubduplo minus meretur q̃ Plato (de merito perſonali loquor) ille habebit vnũ gradum gratie: ergo Cicero adultus ⁊ Sortes paruulus habebũt gratias eq̃les. Reſpõdetur admiſſo caſu: vel vis Ciceronem habere ſubduplam gratiã ſimpliciter ad platonẽ: ⁊ tũc habꝫ vnũ gradum tantum. ⁊ ſic nõ eſt adultꝰ de quo eſt ſermo vel vis ꝙ habeat ſubduplũ p̄miũ ꝑſonale. et ex conſeq̃nti gratiã baptiſmalem: ⁊ ſic Cicero habet gradum cum dimidio. Et ſic decendens geometrice nõ potes habere adultum q̃ habeat meritum ꝑſonale vltra baptiſmale: qui equalẽ gratiã habet cũ paruulo.

¶ Tertio arguitur ſic: baptizatus baptiſmo ſanguinis habet minorem gratiam q̃ baptizatꝰ baptiſmo fluminis: ergo nõ omnes baptizati recipiũt eq̃les gratias. conſequentia tenet. Probatur aſſũptũ: q̃a talis tenetur iterũ ad baptiſma. qđ patet. Paulꝰ ⁊ Eunuchus Candacis regine erãt baptizati flaminis baptiſmo: ⁊ tamen poſtea baptizabantur baptiſmo fluminis. Paulus ab Anania: ⁊ Eunuchus a Philippo: ⁊ Cornelius a Petro: Similiter paruuli pro Chriſto occiſi plꝰ gratie habent q̃ baptizati baptiſmo fluminis. cuꝫ eorũ feſtũ celebremus ⁊ nõ aliorũ: ergo nõ oẽs baptizati ſuſcipiunt equalem gratiam: cuius oppoſitum dicit quarta concluſio. ¶ In hoc argumẽto ſunt tria dubia. Primũ an baptizati baptiſmo ſanguinis aut flaminis tenẽtur

ad baptiſmũ fluminis. Secũdum. an paruuli occiſi ꝓpter Chriſtũ ſint baptizati baptiſmo ſanguinis. Tertium an tantã gratiam equaliter ſuſceperint quantam baptizati baptiſmo fluminis. ¶ Pro primi deciſione pono hãc propoſitionẽ. Si eſſet aliquis baptizatus baptiſmo ſanguinis aut flaminis/ ⁊ talis maneat nobiſcũ tenetur ad baptiſmũ fluminis. Probatur. Baptiſmus fluminis: poſtq̃ erat ſufficienter ꝓmulgatus obligabat oẽs. ⁊ tñ Judei poterant circuncidi dũmodo ſpem in circũciſiõe nõ ponerent: debebant tamẽ eſſe baptizati. hoc ꝓbatur Actuum. ij. vbi Petrũ predicantem interrogãt Judei: Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos/ penitentiã (inquit) agite et baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ. Ex illo capio argumentũ. Iſti enĩ erant circũciſi/ in quibꝰ peccatum originale erat deletum: ⁊ tamen tenebãtur iterum ad baptiſmũ/ ⁊ nouã gratiam receperunt. ergo idẽ eſt de baptizato baptiſmo ſanguinis aut flaminis: Itẽ apoſtoli baptiſmũ p̃dicabant: vt patet ex dictis: ergo ipſimet apoſtoli quod predicabant impleuerunt: ſecundum doctrinã magiſtri ſui. Actuum. j. Cepit Jeſus facere et docere. ergo ipſi ſuſceperũt baptiſmũ anteq̃ ipſũ p̃dicabãt ⁊ baptizabãt. Iſtud ꝓbatur auctoritate beati Auguſtini ad Silentianũ: ⁊ recitatur de conſecra. diſt. iiij. Nũ ab Hieroſolymis. vbi beatus Auguſt. allegat illud Joan. xiij. qđ dominus reſpondit ad Petrum. Qui lotꝰ ẽ non indiget niſi vt pedes lauet ⁊c̃. ſignificans q̄ Petrus eẽt lotus prius in baptiſmo. Hoc idem ꝓbatur per id quod ſcribit ad Vincentium ⁊ Victorẽ: ⁊ recitat vbi ſupra/ in hunc modũ. Si eos de quibus ſcriptũ non eſt vtrũ fuerit baptizati ſiue nõ: ſine baptiſmo de hac vita receſſiſſe contendimus: ipſis calumniamur apoſtolis: q̃ p̃ter apoſtolum Paulum quando baptizati fuerũt ignoramus. Item Petrus baptizauit Cornelium. Actuum. x. ⁊ tñ ante erat baptizatus baptiſmo flaminis. Idẽ videt̃ de Joanne Baptiſta Chriſto reſpondente: ego debeo a te baptizari/ ⁊ tu venis ad me. Matthei. iij. ¶ Quo ad ſecũdũ: dominus Armachanus ĩ queſtionibus Armeniorum tenet nõ circũciſos ꝓ Chriſto ꝑemptos damnatos. ratio ſecundum eum eſt q̃a deceſſerunt in peccato originali. ⁊ conſequenter diceret feſtum. Innocentum ſoluꝫ eſſe de circunciſis. Iſtud non placet. ¶ Et ꝓ illo qđ ſentio ponã ſuccincte ꝓpoſitiones. quarũ Prima eſt. Oẽs ꝓ Xp̃o occiſi. iter q̃s Xp̃s putabat̃ occidi ſũt ſaluati. ꝓbat̃. q̄lꝫ talis erat baptizatꝰ baptiſmo ſãguis. Eccl'ia autẽ nõ diſtiguit circũciſos a nõ circũciſis ĩ feſto Innocẽtum: ergo inhumanũ eſt nõ circunciſos excludere potiſſimũ in primo aduentu verbi incarnati ſicut rex ĩ primo ingreſſu in aliquã vrbẽ carcere detẽtos liberat. Preterea nõ requiritur volitio ad hoc vt quis aſcribatur familie Chriſti: vt patet ĩ paruulis baptizatis: ergo neq; req̄ritur volitio ad hoc/ vt quis aſcribatur militie Chriſti. Hoc etiam patet auctoritate. Auguſtini in ſermone de Epiphania: de oĩbus paruulis ab Herode occiſis indiſtincte loquẽtis. nec Sedulius diſcrimẽ ponit, vnũ: dãs cõparationem de Herodis fremitu nequeuntis Chriſtũ habere quemadmodum leo de agno amiſſo rugit: inquiens. Haud ſecus Herodes Chriſto ſtimulatus adẽpto Sternere colliſas paruorum ſtrage cateruas. Et paulo poſt. Puerilia macta milia. ¶ Secunda ꝓpõ. probabile eſt: ⁊ ita opinor. q̄ paruulus ĩnocciſus ĩ odiũ Chriſti ab infideli ẽ baptizatus baptiſmo ſanguinis. Et idem puto ſi mulier infidelis a fideli ĩpregnata in odiũ Chriſti paruulum occidat. ratio nõ eſt multo inferior in hac propoſitione q̃ in precedente. ¶ Tertia propoſitio. Si adultus infidelis inter Chriſtianos in limitibus occidat̃: is nõ eſt baptiſatur baptiſmo ſanguinis Ratio. q̃a ante diſſenſit in fidem: Chriſti: nec habuit conſenſũ vnq̃ in oppoſitum: ⁊ cũ ſit adultus de fide intelligens: ſi non conſentit nec diſſentit: non eſt baptizatus baptiſmo ſanguis. Rñ. talis cũ ſit adultꝰ nõ ẽ ſic capax baptiſmi fluminis: ergo neq; ſãguis. Et lꝫ ꝯcedat̃ baptiſmꝰ ſãguis eẽ ſacramẽtũ: cũ ſit ſẽſibile ſignũ rõne cuiꝰ v̄tute opis opati ꝯfert̃ gratia non tamen ſequitur crementũ ſacramẽtoꝝ vltra numerum ſeptenarium: quia ad baptiſmũ attinet. ¶ Pro tertio dubio: vero ſimile eſt q̄ paruuli occiſi ꝓ Chriſto maiorem gratiam habuerunt q̃ baptizati baptiſmo fluminis.

¶ Epilogando dico quãlibet gratiam baptiſmalem cuilibet alteri baptiſmali eſſe equalẽ: hic de baptiſmo fluminis loquor comparando gratiaꝫ vniꝰ ad gratiam alterius: vel comparando gratiaꝫ baptiſmi ſanguinis ad gratiã baptiſmi ſanguinis. Vlterius diximus: q̄ nullus viator alteri meretur primã gratiam: vel gratie augmẽtũ ſine actu alterius: virtute tñ paſſionis Chriſti in ſacramento virtute operis operati cõfert̃ gratia ſine actu elicito: vt patet in baptiſmo ⁊ cõfirmatiõe. poteſt tñ quis pro alio mereri. quatinus deus mentẽ eiꝰ eleuet mediante auxilio ſpeciali ad merẽdum: vel ne tollat eũ e vita in malo ſtatu/ ſicut Judam: ſed bonũ expectet: vel quatinus deꝰ ei det bona t̃palia: vel quatinus p̃ſeruetur a demone vel ocaſionibꝰ peccati: qđ nõ parũ ẽ: quia iſta propinque ad gloriam diſponunt. Vlterius diximus oẽs paruullos pro Chriſto occiſos pabtiſmo ſanguinis baptizatos veriſimiliꝰ eſt tñ q̄ talibus nõ imprimitur caracter ſi nõ quia tenẽtur ad baptiſmũ fluminis ſi ſuperuiuãt: quia ex hoc circunciſi ante paſſionẽ Chriſti non tenerentur ad baptiſma: qđ eſt falſum ſed ratio ẽ quia ĩ ianua ſacramẽtorũ imprimitur character/ ꝑ quẽ fidelis ab alijs diſtinguit̃. verũ hec ratio ẽ tenuis. Cõſequenter tñ ad dicta concedo pleroſq; beatos / fidelium characterẽ nõ habentes. hoc in multis gẽtilibus tã tempore legis Moſayſe q̃ ante legem inuenire potes: quoꝝ aliqui ſunt in celo. De paruulis infibelium an inuitus parẽtibꝰ ſint baptizãdi nec ne in fine Secũdi Sẽtẽtiaꝝ inquirimꝰ. quocirca hanc materiam hic miſſã facimꝰ.

¶ Diſtinctionis Quinte Queſtio Vnica



IN hac quinta diſtinctione conformiter ad Magiſtrũ quero An liceat recipere baptiſmũ a malo miniſtro/ vel potius a miniſtro malo viro: q̃a ſolꝰ ille ẽ malus miniſter q̃ neſcit vel nõ vult ſacramentum cõferre ⁊ ille eſt bonus miniſter q̃ nouit facere oĩa q̃ tali officio incũbunt: ⁊ vult illa facere. Ille aũt eſt malus homo q̃ eſt in peccato mortali: ⁊ ille eſt bonus q̃ eſt ĩ gratia: ſiue ſit in veniali peccato ſiue in habitibus ex mortali genitis. ⁊ ſic contingit frequenter Sortem eſſe bonum miniſtrum et malum virum: bonum virum ⁊ malum miniſtrum. quẽadmoduꝫ bonꝰ eremita eſſet malus regẽs ĩ artibus: ⁊ bonus ianitor/ vel bonus famulus nõnũq̃ eſt malus vir: ſicut Plato ẽ bonus piſtor ⁊ malum animal: magnus latro ⁊ paruũ aĩal magnus irriſor ⁊ paruꝰ homo. Quo fit: vt licet ſequat̃. Sortes ẽ bonꝰ hõ: ergo ẽ bonũ ens: nõ tñ ſequit̃. Sortes eſt bonꝰ piſtor: ergo eſt bonũ ens: q̃a variat̃ appellatio. nec arguit̃ ab ĩferiori ad ſupiꝰ reſpectu totalis extrẽi: ſicut ĩ ſimili nõ ſequitur Sortes eſt magiſter Pariſienſis: ergo



Sortes eſt homo Pariſienſis. Et licet hãc diſtinguere ex fundamentis logice poſſemus: miniſter eſt malus: penes hoc q̄ adiectiuum a parte predicati poſitum poteſt habere ſubiectum pro ſubſtãtiuo: vel includere ſeu dare intelligendum pro ſubſtãtiuo terminum abſolutum ſupponentem pro re pro qua accipitur ſubiectum: vt homores vel huiuſmodi ẜm exigentiã congruitatis: tamen de ſecundo modo intelligimus in hac queſtione.

¶ Intẽtio noſtra premiſſa: in quo ſenſu queſtionẽ tractare ꝓponamus: ad eã reſpondeo ꝑ cõcluſiones ſequẽtes: quarum Prima eſt. Preciſus ab eccleſia: hereticus vel infidelis intendens facere qđ eccleſia intẽdit: vtẽdo forma baptiſmi et aqua: vere baptiſat. Probatur hec concluſio per Nicolaum papã ad cõſulta Bulgaroꝝ. xv. q. viij. c. ſi. qui dicit. Quoniã mali bona adminiſtrãdo ſe tãtũmodo ledunt ⁊c̃. Fax accenſa ſibi quidem detrimẽtum preſtat: alijs vero lumen in tenebris adminiſtrat: ⁊ vnde alijs cõmodum exhibet: inde ſibi diſpendium prebet. Sumite ergo ab omni ſacerdote intrepidi Chriſti myſteria: q̄r omnia in fide Chriſti purgãtur. Hoc idem habet Auguſtinus contra Petilianũ in libro de baptiſmo. Et probatur hec cõcluſio ratione. De eſſentia huius ſacramẽti ſolũ ſunt materia baptizãdus/ forma/ intentio/ et miniſter/ qui eſt quecũq; creatura rationalis. ¶ Secũda cõcluſio. licet immo preceptum eſt: ſine pctõ baptiſmum petere in neceſſitate: tã pro ſe q̃ ꝓ paruulo: a p̃ciſo fideli/ vel aliter ꝓhibito: et non extra neceſſitatem. Probatur hec concluſio quo ad priorem partem. nã ſi non liceret: hoc eſſet propter prohibitiõem eccleſie/ ſed hoc nõ: q̄r lex dei eſt de ſuſcipiẽdo baptiſmo ſtrictiſſime obligans, vbi haberi poteſt: ſed in neceſſitate adultus eſt moriturus: ⁊ nullum alium habet niſi preciſum. igitur. Non valet dicere q̄ ſufficit ei ſua voluntas baptizãdi: q̄r illa non ſufficit: ſed obligatus maneret vbi haberet̃ cõmunis eccleſie miniſter: nec illa obligatio diuina tollitur ꝓpter ꝓhibitionẽ eccleſie. igitur. Et a fortiore tenetur petere baptiſmum pro ſuo paruulo. qđ patet ꝑ eãdem rationem. et eſt alia etiã: q̄r aliter erit perpetuo dãnatus pena dãni: ad cuius liberationem ille tenetur. Secunda pars concluſionis patet. q̄r ꝓhibitum eſt talibꝰ cõmunicare/ ⁊ potiſſimum in ſacramentis: vt patebit amplius diſt. xviij. in materia excõmunicationis. ¶ Tertia cõcluſio. licet mihi ſuſcipere ſacramentum a ſuperiore meo malo miniſtro non preciſo: licet ſciã eum peccare ſacramentum conferendo. Probatur hec concluſio. incumbit mihi ſacramẽtum ſuſcipere pro me vel meis: et mihi diſplicet q̄ peccet: imo eſt vero ſimile ſi nõ ſuſciperem ab eo magis peccaret contra me iraſcẽdo q̄ eum contẽnã/ vel emolumẽtum curato debitum tollã: ⁊ q̄r eum a pctõ veto: ꝓpterea eius pctm̃ mihi non imputabitur. Secundo ꝓbatur idem. ſi nõ liceat ab eo ſacramentum ſuſcipere: hoc eſt q̄r ſcio eum peccare in cõferẽdo: ſed hoc non obſtat. igitur. probatio minoris: q̄r ſi ſic/ non poſſem cape ad vſurã quãdo egeo ab vſurario: quẽ peccare noſco pecuniã fenebrẽ dãdo. cuius oppoſitũ dicet̃ diſtinctione. xv. huius. Itẽ licet ſuſcipere iuramentum viri iurãtis ſuper idola ꝓ bono ſpirituali: ita enim fecit Jacob cum Laban. Geneſis. xxxj. igitur.

Hic due breues dubitationes mouebūtur. quarum prior erit. An baptiſmus ſit maior ↄfirmatione: an ↄtra. Secūda dubitatio erit. an ſciēter bis trāſiēs ad ↄfirmatiōem: aliquā penā canonicā incurrat. ❡ Ad priorē dubitationē dicit̃. q̃ hec duo ſacramenta ſe habent ſicut excedēs ⁊ exceſſum. confirmatio enim a ſolo epiſcopo poteſt conferri: ſed baptiſmus eſt magis ad ſalutem neceſſarius: ⁊ arctiori vinculo ad ſui ſuſceptionem obligans: ſine quo nec confirmatio nec ordo vllus conferri poteſt de lege. Propterea dicit̃ eſſe ianua ſacramētorꝫ. ❡ Ad ſecūdā dubitatiōem aliq̄ canoniſte dicūt q̃ ſic: ſicut bis trāſiēs ad baptiſmū. Sed theologorꝫ aliqui eos reprobāt: quorū ratio eſt. gloſſe nō poſſunt p ſua dicta penā canonicā infligere: ſed ſoli Romani pontifices: ⁊ cum pene ſint reſtringende: et a pontificibus illā penā inflictam eſſe non conſtet: exiſtimāt nō eſſe ſic dicēdum. Rñdeo tn̄ cum canoniſtis in hac parte: q̃ incurrit̃ eadē pena / ſcienter bis confirmationē accipiendo: que ⁊ baptiſmum. nec dicta gloſſematū pondero: ⁊ fateor penas reſtringēdas niſi de oppoſito conſtet: ſed ita eſt hic: qꝛ de oppoſito cōſtat per determinationem cōcilij Tarraconenſis. in ca. Dictum eſt nobis. de cōſecra. diſt. v. ponā aūt totū caput qꝛ ipm̄ eſt breue. Dictum eſt nobis q̃ quidam de plebe bis vel ter vel eo amplius: epiſcopis ignorātib⁹: ab eiſdē epiſcopis confirmentur. vnde viſum eſt nobis eādem cōfirmationem ſicut nec baptiſma iterari minime debere: qꝛ bis vel ter vel amplius baptizatos vel confirmatos nō ſeculo ſed ſoli deo ſub habitu regulari vel clericali religioſiſſime famulari decretum eſt.

❡ De Sacramento Eucharistie. Diſtinctio Octaua.

Eucharistia eſt tertiū ſacramētū in ordine: ⁊ inter cetera ſacramēta excellētiſſimū ppter exiſtētiā realē corporis benedicti / ⁊ ſāguinis Chriſti. de ↄſecra. diſ. v. Nihil. Hinc maxima pars deuotionis in eccleſia eſt propter hoc ſacramētū. plebs enim in die ſctō paſche ppter ei⁹ ſuſceptionē ſe melius ⁊ feruidius diſponit: q̄ alio tpe: ⁊ populus deuotus ter vel pluries cōmunicat: ⁊ audim⁹ miſſam reuerentius q̄ veſperas: et veneramur plus eccleſias ppter hoc ſacramētū / q̄ ſacella in qb⁹ nō eſt Eucharistia. Uis autem vocabuli hoc ſonat / Eucharistia enim grece / latine bona gratia dicitur. j. q. j. Multi. In alijs item ſacramentis dat̃ gratia accidēs: hic autē corpus Chriſti ⁊ gratia accidēs. Hoc ſacramētū plures figure preceſſerūt: vt oblatio panis ⁊ vini Melchiſedech. Geneſis. xiiij. In agno paſchali. Exodi. xij. In manna. Exodi. xvj. In fauo mellis / qd̄ Jonathas conuertit ad os ſuum. j. Regū. xiiij. In fluxu aque ⁊ ſanguinis de latere Chriſti. Joānis. xix. Itē ſacrificiū oblationis quando pontifex intrabat ſemel in anno cum ſanguine in ſancta ſctōrꝫ. quā figurā adduxit apl's ad Hebreos. ix. In hoc itaq̄ ſacramento ſpecialiter eſt de⁹: ⁊ Chriſti ſacratiſſimū corp⁹. Propterea oīa alia ſacramēta in dignitate excellit. Dixi (ſpecialiter) cū vbiq̄ locorū ſit dei eſſentia: et p ↄñs in baptiſmo: ſed non ſpecialiter ſicut eſt hic.

❡ Propter plures autem proprietates huic ſacramento conueniētes plurib⁹ noībus appellat̃. hoſtia: qꝛ offertur deo prī / eucharistia: qꝛ cōtinet ipm̄ q̄ eſt plenus gr̄a εὐχαριστία enim dicitur ab εὖ qd̄ eſt bonum / et χάρις gratia. ſcdm̄ q̃ eſt ſignū rememoratiuū paſſionis Chriſti iuxta mandatū eiuſdem in vltima cena / Hoc facite in meā cōmemorationē / vocatur ſacrificiū. ſecūdū autē q̃ eſt ſignū demōſtratiuum vnitatis eccl'ie: cui hoīes aggregant̃ p ipm̄: dr̄ cōmunio: put eſt pfiguratum diuine fruitionis in patria / dicitur viaticum: qꝛ viā nobis pbet ad pr̄iā veniedi. Ceterꝫ Magiſter ſentētiarꝫ tertio loco hoc ſacramētum ſtatuit: ⁊ de eo ſex diſtinctiōes poſuit. numer⁹ eñ ternarius apud Arithmeticos maxime laudat̃. Necte tribus nodis: numero deus impare gaudet: inquit poeta. Triangul⁹ hꝫ tres angulos equales duobus rectis. tres aūt pſone in diuinis ſe habēt ſicut anguli recti. ſicut eñ forma rectorꝫ ſm̄ geometras ↄſiſtit in indiuiſibili: ⁊ oēs ſunt equales: ita eſt de pſonis in diuinis Ex oibus ptibus ei⁹ cōſtat aliquota ⁊ nō aliquota. Golias pterea tertio ictu pſtrat⁹ eſt. Moyſes magos Pharaonis tertio ſigno ſupauit. De tribus dicim⁹ omne: primo celi. Funicul⁹ triplex difficile rumpitur. Tres ſunt qui teſtimoniū dāt in celo: pater: verbum: ⁊ ſpūs ſanct⁹ / ⁊ hi tres vnū ſunt. j. Joannis. v. Jonas fuit in vētre ceti tribus dieb⁹. Jone. ij. ⁊ Matthei. xij. Moyſes voluit ppl'm ducere in deſertū itinere triū dierum. iij. Senarius inſup eſt numer⁹ pfectus. hoc ptꝫ: qꝛ oēs ptes aliquote reddūt ipm̄ totum. ſ. ſex diſtinctiones. ⁊ ſex diſtinctiones ⁊ tertius locus reddunt nouē: qui ēſt quadratus numerus ⁊ nobiliſſimus: qꝛ ex trigonis tribus reſultans / ⁊ radix. lxxxj. numeri nō illaudabilis apd̄ mathematicos ❡ Ecce huius ſacramenti excellentiā ob rē cōtentā ⁊ figuras in lege Moſaica que hoc ſacramentum figurabant: qd̄ Chriſtus in diſceſſu ſuo ſm̄ corpus inſtituit: et quod nobilem ordinē tam in ordine ſacramentorꝫ q̄ diſtinctionum a magiſtro nactum ē: ſiue ex induſtria: ſiue inaduertenter hoc poſuerit / refert nihil.

❡ Diſtinctionis Octaue     Queſtio Unica.

Queritur an ſit ponenda forma in hoc ſacramento ſicut ī ceteris. Videt̃ aliquib⁹ q̃ non: qꝛ hoc ſacramentū eſt res pmanens. verba autē ſunt res ſucceſſiue: ſed hic verba ſūt forma cōſecrationis: iſta eñ cōſecratio ſolū ē in fieri. Iſtud apd̄ me locū non hꝫ: qꝛ baptiſmus et cōfirmatio ſunt res permanentes: qꝛ hec chriſma: ille / aqua. Loquor aūt (ſicut hic accipimus) de forma metaphorica: verba ſunt forma: panis triticeus ⁊ vinum / materia. Nec ē neceſſe formā metaphoricā manere cū materia q̄diu hoc ſacramētū eſt. Nec rurſus incōuenit materiā metaphoricā cū toto coincidere: ſicut in artificialibus dicimus ligna eē materiā arce: q̄ pſupponunt̃ ad hoc vt cōpleatur arca: quo nō obſtāte hec eſt vera: arca eſt ligna. nō eñ pono res artificiales a naturalib⁹ diſtingui. Hic igr̄ platis verbis manet ſacramentum eucharistie poſt conſecrationem: interdum ad vnum diem vel viij. q̄diu ille ſpēs manſiſſent nō corrupte cū ſubſtantia panis ⁊ vini. Iſtud aūt nobis conſtat: qꝛ ſup eandem hoſtiam non dicimus iterum verba: ſed cum eadem aqua numero pferimus rurſus verba in baptiſmo. ⁊ ſic aqua pluries incipit eſſe baptiſmus: ⁊ non pluries aqua. Nec ſequitur. aqua incipit eſſe quater baptiſm⁹: et omnis baptiſm⁹ ē aq̄: ergo aq̄ incipit eē q̄ter aq̄. nec ē diſcurſ⁹ ī q̄rta figura ſm̄ ponentes eā vt patet intelligēti logicā.

❡ Eucharistia aūt ſic definitur. Eucharistia ē ſacramētū ſub ſpēb⁹ panis ⁊ vini / vl' panis vel vini: corp⁹ Chriſti ⁊ ſāguinē ↄtinēs. Sacramētū ē q̄ditatiuū gen⁹ ad terminū eucharistia: ſacramētū eī p ſigno ſēſibili ſupponit ↄnotādo rē ſacrā dari q̄tū ē ex pte ei⁹: eucharistia aūt hꝫ ↄnotationē iferiorē: ſuppōit eī p ſpēbus pāis ⁊ vini copulatim: ēt diuiſim, ↄnotādo q̃ corp⁹ Chriſti ſacrū ibi ↄtineat̃. ſimil'r de ſāguine. Ponit̃ (ſub ſpēbus panis et vini) loco differētie accidentalis: p hoc eñ differt a baptiſmo ⁊ ceteris ſacramētis. Ponitur cōiunctio copulatiua ⁊ diſiunctiua: ad inſinuandū q̃ ille termin⁹ eucharistia ſupponit p illis copulatim: immo p mille hoſtijs ſimul iunctis: vel p altero illorū: capitur eñ (et) collectiue ⁊ diuiſiue: nec cōuenit oībus ſpēb⁹ vini vel panis: qꝛ nō omnes tales ſunt ſacramentū: ⁊ ſic genus definiti facit definitum ab alijs arguitiue differre. Hec aūt definitio nō cōuertitur cum definito mediāte copula de poſſibili. de⁹ enim pt̄ dare ſuū corp⁹ ſub alijs ſpēbus ſi velit: ſꝫ nō faciet: qꝛ eſt eterni teſtamēti: ⁊ hoc ſufficit theologo in iſtis deſcriptionibus. Scd̄o definit̃ ſic definitiōe magis explicāte materiā definiti. Eucharistia eſt ſpēs panis ⁊ vini: vel panis vel vini cum certis verbis platis a ſacerdote intendente facere quod eccleſia intendit. Et p certa verba ītelligo formā: quā ppter plixitatē euitandā (⁊ potiſſimū in definitionib⁹) miſſā facio: ⁊ ex dicendis apparebit q̄ ſint illa. hoc eſt clare dicere: ille terminus eucharistia ſupponit p illis ſpeciebus vel altera earꝫ: cōnotando q̃ pſbyter dixerit certa verba cum intentione faciendi qd̄ eccl'ia intendit vel cōnotat ille termin⁹ eucharistia q̃ ibi cōtineatur corp⁹ Chriſti. ſiue capiatur eccl'ia militans ſiue triumphans / in idem redit. vtraq̄ enim earꝫ recte intendit: ⁊ neutra earum in iſto aberrare pt̄. Ex iſta definitiōe ptꝫ q̄s ſit miniſter huius ſacramēti: qꝛ ſacerdos ſolus: q̄ materia: qꝛ panis triticeus ⁊ vinum: que ſunt optimum nutrimentum corporale in ſuis ſpeciebus. panis autem hordeaceus reddit homines male coloratos: triticeus bene. ſcd̄a particula problematum / problemate. xxiij. propterea nutrimentū ſpūale congruenter ſignificat. Datur autē corp⁹ Chriſti ſub aliena ſpecie ne abhorream⁹ ei⁹ ſumptionē. de ↄſecra. diſtin. ij. Forte. ⁊ ca. Panis ē. Forma cōſecratiōis corpis Chriſti eſt hec. Hoc eſt corpus meum. Et in hoc conueniunt oēs. De forma ſanguinis digladiantur pleriq̄: aliq̄bus dicentib⁹ hoc totum eſſe formam. Hic eſt calix ſanguinis mei noui ⁊ eterni teſtamenti / myſteriū fidei / quod pro vobis ⁊ pro multis effundetur in remiſſionem peccatorꝫ. ⁊ hoc ſequuntur quidā. Uerior tn̄ ſententia eſt q̃ hec eſt forma ſanguinis. Hic ē calix ſanguinis mei: vl' ſic vt dicit magiſter. Hic ē ſāguis me⁹. Quidam pterea dicit corā ſe feciſſe legi formā q̄ ponitur in miſſali Baſilij: qd̄ fertur habuiſſe ab angelo: ⁊ forma eſt. Bibite ex eo oēs: hic ē ſanguis meus noui teſtamenti q̄ pro vobis ⁊ multis effundetur in remiſſionē peccatorꝫ. ⁊ tn̄ non reprobatur a Romana eccl'ia in cōſecratione. Nec req̄rūtur aliqua verba pcedentia iſta: ſi pſbyter intēdat facere ſicut eccl'ia. ſec⁹ ē ſi de pprio corpe loq̄retur. Utimur aūt frequēter pnoīe loco alteri⁹: vt nos Jacob⁹ dei gr̄a ⁊c̄. fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie genui te. de patre ī diuinis loquēte ad filiū. Propt̃ dubiū tn̄ male ageret q̄ aliq̄d v̄borꝫ relinq̄ret: hic eī meli⁹ valet humilitas Pauli ſimplicis eremite: q̄ ſubtilitas Achitophel. Hec aūt v̄ba cōſecratiua a numero q̄nario laudari pn̄t. nam q̄nq̄ ſunt v̄ba in ↄſecratiōe corpis: hoc ē eñ corp⁹ meū. ſimiliter in cōſecratiōe ſanguinis. nō refert / an (enim) ſit

de eſſentia forme. Similiter chriſtifera virgo in conceptione protulit q̄nqꝫ verba: fiat mihi ſm̄ verbum tuum. ⁊ Luce .xxiij. quinqꝫ erāt verba ꝓlata a Chriſto ad bonum latronem. hodie mecum eris in paradiſo. Quinqꝫ ſunt litere in hac dictione Maria: ꝑ quā apta eſt ianua paradiſi. quinqꝫ ſunt libri Moyſi. Ponit̄ in hac forma (eſt) verbū ſubſtātiuum: radix verboꝝ adiectiuorum. in alijs autem verbum adiectiuum vt baptizo/confirmo/accipe/capio te ⁊c̄. Teneo igit̄ opinionem cōmunem in forma conſecrationis: cū omnes euāgeliſte in ea conueniāt: et ſolum differāt in modo loquendi. hoc enim forte voluit ſpiritus ſanctus ad ſignificādum ꝙ non requirit̄ ſynonymitas in forma. Nec valet ratio ſancti Thome: oratio eſt enunciatiua. ergo determinatio p̄dicati eſt aſſumenda. hoc enim probaret (qđ pro vobis tradetur) eſſe partem forme conſecrationis corporis: quod nondum conceſſum eſt a quopiā quem vidimus. Sed vtcūqꝫ ſit: preſbyter conſecraturus debet omnia illa verba canonis legere: et ita conſecrabit q̄uis neſciat que forma ſit adequata. Queādmodum ſi deꝰ certificaret me ꝙ vna oratio ꝓlata a Chriſto ſufficit ad habendā gratiā et requirit̄: ⁊ ſit illa grā exempli: dimitte nobis debita nr̄a: et hoc me lateat: aliqui dicūt ꝙ oportet dicere: dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊ nos: aliq̄ dicunt vnū: alij aliud: omnes tn̄ cōueniūt: ſi dicā Pater noſter ad finē. certus ſum de grā: et tn̄ ꝑ nulla verba adequata certitudinaliter id aſſerunt: ſed ꝓferens totā oratiōnē dominicā iam ſum certus ꝙ in fine ex pacto diuino dat̄ mihi grā ꝑ aliqua verba: q̄uis me latet que ſint illa. ſic poteſt eſſe in ꝓpoſito. licet non ſit opus ita dicere de facto: cum modus cōmunis ſicut videtur ratiōabilis: ita ⁊ verus. Sed dubites: quomodo plus habeamus in canone q̄ȝ aliq̄s euāgeliſtarū tāgat. Ad hoc rn̄detur de celeb. miſ. Cū Marthe. Queſiuiſti (inquit) que ſit forma verborum: quā ip̄e Chriſtus exp̄ſſit: cū in corpus et ſanguinē ſuum: panem trāſubſtātiauit ⁊ vinum: illud in canone miſſe quo eccleſia vtit̄ generalis: adiecerit qđ nullus euāgeliſtarum legit̄ exp̄ſſiſſe. Et ſequitur paulo poſt. Unde cū non euangeliſta Chriſtum hoc dixiſſe teſtetur: miraris ꝙ aliquis aſſeuerare tentauerit eū aliquid plus dixiſſe: q̄ȝ aliquis euangeliſtarum aſſeueret. Et paulopoſt. Sane multa tā de verbis q̄ȝ de factis dominicis inuenimus ab euangeliſtis omiſſa: que apoſtoli vel ſuppleuiſſe verbo vel facto expreſſiſſe leguntur. Paulus enim in actibus apoſtolorum ſic ait. Meminiſſe nos oportet verbi dn̄i Ieſu: qui dixit. beatius eſt dare q̄ȝ accipere. Hec nullus quatuor euāgeliſtarum deſcripſit. Nullus etiā horū exp̄ſſit qđ Paulus de Chriſto ad Corinth. ſcribens ait. Uiſus eſt pluſq̄ȝ quingētis fratribꝰ ſimul: deinde viſus eſt Iacobo: nouiſſime aūt tāq̄ȝ abortiuo viſus eſt et mihi. Sic eſt in ꝓpoſito. Ex quo patet non eſſe ita certū de forma conſecrationis ſanguinis Chriſti ſicut baptiſmi. Secundo ſequitur nō requiri terminorum ſynonymitatem: immo nec conuertibilitatem: licet propoſitiones inter ſe equiualeāt. Ulterius ſequit̄ ꝙ non potens bibere vinū non debet ordinari ſacerdos: quia nō poteſt ſumere ſpecies vini.

¶ **Contra p̄dicta arguitur.** ſpecies ſenſibiles panis ſunt ſacramentum: ⁊ ſpecies ſenſibilis vini et illud aggregatum eſt ſacramentum. ergo ſequitur ꝙ plura ſunt ſacramenta Euchariſtie: ⁊ ſic eſſent plura q̄ȝ ſeptem ſacramenta noue legis contra omnes doctores. ¶ Confirmatur. Conſecratio eſt ſacramētum Euchariſtie. ergo intentum. ¶ Pro ſolutione huius argumenti pono ꝓpoſitiones. Prima eſt. octo ſunt ſacramenta, probatur. quando octo baptizantur in varijs locis: iam octo ſunt baptiſmi. ergo octo ſacramēta: ab inferiori ad ſuperius: ⁊ eodem modo ꝓbari poteſt in alijs ſacramētis. ¶ Secūda ꝓpoſitio. due ſunt euchariſtie ſpecie diſtincte. patet. Species panis et vini puta albedo et rubedo ſpecie diſtinguunt̄: ⁊ ille ſpecies ſunt ſacramēta euchariſtie: ergo propoſitū. Eodē mō de ordinibꝰ potes logice dicere: tn̄ duo ſunt ſacramēta in ſenſu excluſo ⁊ excluſiuo grā pluralitatis: cū duo infinita ꝯtineant. ſed hoc eſt tricas logicas ⁊ materias externas citare. Ex iſta ꝯcluſione ſequit̄ ꝙ octo ſunt ſacramēta ſpecie diſtincta: quēadmodū ſm̄ Porphyriū tn̄ quinqꝫ dicunt̄ p̄dicabilia: ⁊ tn̄ ſunt decē ſpecie diſtincta. hoc patet demōſtrādo decē terminos vniuerſales: quoꝝ q̄nqꝫ ſunt voces: ⁊ quinqꝫ ꝯceptus. ¶ Tertia ꝓpoſitio: tn̄ vnū eſt ſacramētum euchariſtie ad hūc ſenſum ꝙ ſpecies vini ⁊ panis includentes corpꝰ Chriſti dicunt̄ rep̄ſentare idē: puta corpus et ſanguinē. In eadē hoſtia idē dicet̄. An aūt corpꝰ Chriſti in infinitis partibus ſit: poſtea dicet̄. Concludēdo dico ꝙ tn̄ ſunt ſeptē ſacramēta ſtādo in illa diuiſione quā habemus: vt oīa req̄ſita ad baptiſmū integrāt vnum ſacramētum: ⁊ ſic in alijs. perinde eſt oīno ſicut in p̄dicabilibꝰ. nā oēs termini generici reputātur ꝓ eodē p̄dicabili: ⁊ oēs differētie ꝓ eadem differētia. ¶ Ad ꝯfirmationē. magnū ꝓceſſum facit quidā noſtre tēpeſtatis theologus: vtrinqꝫ arguēs: et in fine cum timore rn̄det: q̄ nō viderit hāc materiā in alijs: ſe relinquere eā examinandā. De ꝑceptione et vſu ſimiliter arguit. Sed iſte homo nō ꝯſiderabat que dicebat. q̄ vero erat nominalis: peto ab eo que res ſit ꝯſecratio vel enim eſt p̄ſbyter cōſecrās: vel forma qua vtit̄: vel ille ſpecies. Si primum: non debuit dubitare. Si ſecūdū: idē argumentum contingit in baptiſmo: ⁊ in quolibet ſacramēto. Si tertiū: non intelligit q̄d dicit. Itē peto ab eo de ꝑceptione ⁊ vſu q̄ res ſint: ⁊ inueniet reſolutionē. hoc aūt inuēto (cuius ignorātia facit frequēter homines exorbitare) nō eſt difficultas. Itē dato ⁊ nō ꝯceſſo ꝙ ꝯſecratio eēt ſacramētū: ⁊ diſtingueret̄ a ſpeciebꝰ panis ⁊ vini: timere nō debuit. Contra logicū enim ꝯcedētē tn̄ decem eſſe p̄dicamēta: qui verſat̄ exacte circa veꝝ: oīa argumēta ſimilia contingūt. Forte petis a me q̄ res ſit ꝯſecratio. Rn̄det̄. ſi actiue capiatur verbale: eſt p̄ſbyter ꝯſecrās: et ſi nullus p̄ſbyter ꝯſecrat: nihil eſt: q̄ deficit cōnotatio termini poſitiui: ⁊ per cōſequēs eius ſuppoſitio. paſſiue aūt eſt hoſtia. abſtractiue eſt forma ſacramēti Euchariſtie: ⁊ nō ſacramentū. Eodem modo de ꝑceptione dicat̄. De vſu aūt ⁊ que res ſit: inferius patebit cū loquemur de dn̄io rei ⁊ eius vſu. ſed ꝓ nunc dico ꝙ eadē res numero eſt dominiū ⁊ vſus: ſed iſti termini habent cōnotata ꝑegrina. Sapor aūt diſtinguit̄ ab albedine ⁊ rubedine cū ab alio ſenſu ꝑcipiat̄: et tenēdo ꝙ quātitas diſtinguat̄ a re quāta: ſentit̄ a ſenſu tactꝰ: ⁊ ſic habebis multa ſpecie diſticta ſacramēta. ſed rotūditas hoſtie vel q̄dratura nō diſtiguit̄ ab hoſtia ſic figurata: ⁊ ſic ꝓ figura nō opꝫ multiplicare ſacramēta.

¶ **Secūdo arguitur contra formā:** hoc eſt corpꝰ meū. oīs orō ꝯſecratiua dꝫ eē v̄a. illa nō eſt v̄a: g̃ nō eſt orō ꝯſecratiua. ꝯn̄a tenet i Baroco. ꝓbat̄ minor (hoc) nihil demōſtrat: ergo affirmatiua eſt falſa. aſſumptū ptꝫ: q̄ ſi demōſtrat ſpecies: iā extrema nō ſupponūt ꝓ eodē. ſi corpꝰ Chriſti: arguo ſic: vel corpꝰ chriſti in euchariſtia: et hoc nō: q̄ iā nō eſt in euchariſtia: ⁊ non demōſtrat̄ corpus Chriſti in celo tātum diſtās ab hoſtia: nec corpꝰ Chriſti i alia hoſtia. igit̄. ¶ Iſtud argumētū eſt cōe i hac materia ⁊ ſpinoſum ſicut ſolēt eē mīra argumēta cōia. Maior tn̄ p̄t negari: vt pꝫ de forma baptiſmi



apud grecos. Uarij autē varias excogitauerūt ſolutiones: ⁊ multa logicalia ſatis diffuſe inſeruerunt maiores ꝓ argumenti ſolutione. Ockam in quodlibeto dicit: ꝙ (eſt) capitur ꝓ erit: ⁊ ſubordinat̄ vni de futuro. hoc non valet vt tuipſe vides: cum copula ſit de preſenti. Ponā q̄ȝ ſuccincte potero ſm̄ materie exigentiā: qđ videtur apparentius. Et dico ꝙ illa verba ꝓferūtur recitatiue: ac ſi a Chriſto eēnt ꝓlata. nec opꝫ ꝙ ꝓnomē (hoc) aliq̄d demonſtret: ac ſi dicerē. Chriſtꝰ dixit Petro: ⁊ ſuꝑ hāc petrā ⁊c̄. ꝑ ꝓnomen hāc nō demōſtro Petrū: q̄ forte Chriſtus ꝑ (hāc) demonſtrauit ſeipm̄ que Petrus confeſſus eſt: ⁊ q̄ eſt etiā ꝓbabile ꝙ Petrum demonſtrauerit tāq̄ȝ petram ſecundariā: ꝓpterea iprudentis eſt nunc capere ꝓnomen ſignificatiue. ſolum enim materialiter: ⁊ recitatiue illa dicimus. Eodē modo non eſt neceſſe ꝑ ꝓnomē tu demonſtrare ꝑſonam Petri: ſed ſolum recitatiue illa verba ꝓferunt̄. Et ſic non eſt conſecratiua oratio illa vt vera/nec vt falſa: ſed data nobis tāq̄ȝ ſignum ꝙ ipſa ꝓlata: ex pacto diuino corpus Chriſti incipit eſſe in hoſtia. Nec obſtat illud Augu. Accedit verbum ad elemētum. per hoc enim non oportet pronomen aliquid demonſtrare: ſed apponere verba pani qui dicitur hic elementum: hoc eſt preſuppoſitū tempore vel natura: vt aqua in baptiſmo. Hec eſt opinio domini Innocētij de officio miſſe. parte tertia. Sed tūc dicis. eſt eadem difficultas q̄d Chriſtus demonſtrauerit. hoc nego: immo nulla eſt difficultas. nā Chriſtus demonſtrauit ſuū precioſum corpꝰ qđ erat preſens. nō enim demonſtrauit panem qui nullo pacto erat corpus Chriſti. Et licet beatus Lucas priꝰ dicat. accepto pane gratias egit et fregit: et dedit eis dicens: poſtea ſubiungendo: hoc eſt corpus meum: non tamen oportet ꝙ eo ordine factum ſit vt narrat euāgeliſta: ſed prius ꝯſecrauit ꝑ hec verba (hoc eſt corpus meum). Placet alijs ꝙ ſemel conſecrauit per hec verba (hoc eſt corpus meum) et poſtea adiecit (hoc eſt corpus meum) nō conſecrādo. ⁊ ſic Chriſtus vſus eſt eadem forma qua nos: licet aliter tēta. Poterat enim partiri panem triticeum in duodecim partes vel tredecim: ⁊ ꝑ vnā formam oīa illa fruſtra conſecrare: dicendo. hoc eſt corpus meū: ſicut p̄ſbyter facit: ⁊ capiendo tredecim hoſtias demonſtrauit ſe qui nō erat in hoſtia pro tēpore adequato ꝓlationis ꝓnominis (hoc) qđ in ꝓpoſito tātum valet quātū hoc ens vel hoc corpꝰ. Et propterea aliquoꝝ rō eſt nulla ipugnantium iſtā: hoc corpꝰ eſt corpꝰ meuꝫ. nequaq̄ȝ enim pronomen demonſtrauit panem: ſed rem conſecratam ſub ſpeciebꝰ panis: vt gloſ. interli. Luce .xxij. dicit. Licet hic dicendi modus Innocētij a pleriſqꝫ alijs impugnetur: inter reliquos mihi ſatis placet: nec intelligo aliquem modum ab eis poſitum ita rationabilem: licet alij paſſim modum Ricardi de ſancto Uictore in lib. de tri. imitētur. de demonſtratiōe ad ſenſum ⁊ ad itellectū. ¶ Secūdo dico. ꝙ preſbyter poteſt capere terminos ſignificatiue: ⁊ demonſtrabit̄ corpꝰ Chriſti qđ eſt preſens tempore ꝓlationis v̄boꝝ. vtimur enim interdum tēpore p̄ſenti ꝓ anno: vt cum dicimus: iſte annus eſt: et ſi aliq̄d totū eſt q̄libet pars eius eſt: ⁊ nūc in Octobri cōcedo ꝙ Auguſtus eſt: ⁊ licet ſit p̄teritꝰ in reſpectu ad Octobrē: nō tn̄ abſolute. ſi vero vteremur tempore p̄ſenti pro vno menſe tn̄. Auguſtus ſimpliciter eſſet p̄teritus. Tunc dico: q̄n ꝓfero ꝓnomen (hoc) demōſtro corpus Chriſti: qđ nunc eſt p̄ſens puta in tp̄e p̄ſenti. Et ille modus iteꝝ ſententia mea eſt ſufficiēs. ¶ Adhuc ponit̄ tertius modus dicēdo ꝙ nihil demōſtrat̄ toto tp̄e ꝓlatiōis ꝓnominis: ⁊ ſic illa eſt falſa ad inſtās terminatiuū totius vſqꝫ: ⁊ tūc illa ꝓpoſitio incipit eſſe vera: ⁊ incipit demonſtrari corpus Chriſti: ſed in p̄ncipio nihil demōſtrabat̄. Signum aūt dupliciter p̄ōt eſſe falſum. Uno mō ꝙ ſit propoſitio falſa ꝑ aliqđ tēpꝰ: ⁊ hoc nō debet eſſe incōueniēs dūmō habeat̄ hoc qđ ſignificat̄ realr̄. Alio mō ꝙ aliqđ ſignum ſit iſtitutū ad aliq̄d ſignificādū: ⁊ illo ſigno habito nō habet̄ ſignificatum: ⁊ hoc eſt incōueniēs. ſed nō refert: ſiue ꝓpoſitio ſit falſa ſiue vera: dūmō ip̄a ꝓlata habeat̄ ſignificatū. hoc eſt dicere: ſignum eſt veꝝ ſignum: licet ꝓpoſitio ſit falſa ꝓ tp̄e. Poteſt nāqꝫ deus facere ꝙ ꝓlata hac (homo eſt aſinus) ſuꝑ materia panis incipiat ibi eſſe corpus Chriſti: ſed inſtituta ſunt v̄ba ſignificātia eſſe ibidē corpꝰ Chriſti. neqꝫ tn̄ vi illoꝝ v̄boꝝ eſt ibidē corpꝰ Chriſti: ſed ex pacto diuino ipſis ꝓlatis incipit eſſe ibidē: cū ſi verba fuiſſent ꝓlata a p̄ſbytero ante iſtitutionē Chriſti ſuꝑ panē: non fuiſſet ibi corpꝰ Chriſti. ¶ Quarto dico. ꝙ p̄ſbyter poteſt demonſtrare corpꝰ Chriſti ad intellectū qđ eſt in celo vel ſub alia Euchariſtia: intēdēdo ꝙ ꝓlatis iſtis verbis incipiat eſſe ſub hac hoſtia vel iſtis hoſtijs. requiritur tn̄ panis in diſtātia qua poſſit videri quātum eſt ex parte eius. Et hic modus dicēdi eſt facilis: ⁊ nihil obſtat niſi ꝙ ad cōſecrationem requirit̄ ꝙ res demonſtrata ſit preſens. quare lectori hūc modū offero. ¶ Quinto dico. licet ꝓpoſitio nunq̄ȝ ſit vera niſi q̄n eſt: tn̄ reddit̄ vera ꝓ tp̄e ꝓ quo non eſt: ⁊ eſt tp̄is ꝑtrāſcaſſio. aliter enim non potes mee vocali cōtradicere: q̄ tēpore quo ꝓfero nō me intelligis adhuc: ⁊ q̄n tota eſt ꝓlata iā eſt aliud tēpus: ſed tu intēdis referre copulā tue ꝓpoſitionis ꝓ tp̄e mee. Similiter cū dico: ſcutum eſt in burſa tua: ꝓpoſitio eſt vera: non ꝓ tp̄e quo ꝓfert̄: ſed ꝓ tp̄e ꝓ quo prolata eſt. Sic in propoſito: hec oratio (hoc eſt corpus meū) eſt vera pro illo tēpore pro quo profert̄: ſed nō in illo tēpore in quo eſt: ſed pro alio ſequēti. Et ſm̄ iſtum modum tales que reputātur poſſibiles: ſed non poſſunt eſſe vere: omnis propoſitio eſt īdefinita: nulla propoſitio eſt negatiua: ego taceo: ego bibo: poſſunt eſſe vere pro alijs tēporibus. Clare volo dicere: vtor hac hora quoad duas medietates eius ad diuerſa: in p̄ma medietate pono ꝙ ſole indefinite ſint: in ſecunda habeo hāc. oīs ꝓpoſitio eſt indefinita: illa enim in ſecūda medietate hore eſt vera: ſed non pro ſecunda medietate/ſed prima. Et ſi dicas. in ſecūda medietate hec propoſitio eſt vniuerſalis: ergo non omnis propoſitio eſt indefinita. Reſpondet̄ cōcedendo illā concluſionem: ſi non referas ad primā medietatem hore: neqꝫ ei contradicit: q̄ non eſt relatio pro eodē tēpore. ſi autē pro eodē tempore capis copulā antecedentis: ipſum nego. nam hec eſt propoſitio falſa: hec propoſitio eſt vniuerſalis pro prima medietate. Similiter me loquente illa vocalis eſt vera: ego nō loquor: q̄ ꝓ tempore profertur quo tacui. Quāuis autem fieri poſſint contra hunc modū rationes difficilis ſolutiōis: non eſt tamen facile ipſum abolere. ¶ Sed contra: capiēdo (hic) ſignificatiue quando p̄ſbyter dicit: hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effundetur: innuit̄ ꝙ ſanguis Chriſti in poſterum effundetur. qđ eſt falſum. Forte dicis et ita dicendum apparet. loquitur preſbyter pro tempore pro quo Chriſtus hec verba protulit. ſ. pro illo tempore preterito. Contra hoc arguitur. Sequeretur ꝙ bene cōſecraret per hec verba: hic eſt ſanguis meus qui pro vobis effuſus eſt: cum copula de preſenti: et copula de futuro vel preterito accepte pro eodem videantur termini ſynonymi. Nō patet altera via (meum) ſupponit ꝓ proferēte et non pro Chriſto. Si dicas. loquitur in perſona Chriſti ac ſi diceremus. nos Iacobꝰ rex. Contra. Ego ſum Ioānes: dū tu ꝯuertis. Ioānes es tu: ego et tu ſunt termini ſynonymi: ergo licet tollere (meum) et ponere ſynonymū eius loco ſic: hoc eſt corpꝰ mei Chriſti: ſi dicere liceat vel ponere copulā futuri tp̄is in preterito. De ra

tiones nō ꝯcludūt. nā nō oīs ſynonymitas ad ꝯſecrationē ſufficit. ptꝫ de termīo ſcripto et mētali ſynonymo cū vocali/ꝗ nō ſufficit. Secūdo qn̄ ꝓcedereť illatū: cū ſint termini vocales: non potes vlterius ꝓcedere: male aget tamen ſic conſecrās. Has rationes tibi relinquo: qꝛ primum modum roborant.

¶ Tertio arguitur ꝓbādo ꝙ illa quatuor verba nō requirunť ad formā: ſed ſufficiūt duo vel vnū. qn̄ ꝓfero copulā: tota ꝓpoſitio eſt. ergo q̄libet pars eius eſt. ergo dato ꝙ ꝑſbyter tūc moriať: tota ꝯſecratio eſt cōpleta. ¶ Rn̄deť. Hic implicať difficultas: qn̄ res ſucceſſiua ſit. Sed dico ꝙ nō eſt multum inopinabile in philoſophia naturali ꝙ propoſitio vocalis eſt aer: ⁊ vox eſt aer. Priſcianꝰ in ꝑncipio maioris voluminis definit vocē dicēs. Philoſophi dicūt vocē eē tenuiſſimū aerē. Itē mirādū eſt de illis q̄ impugnarūt maiores: tenentes tēpꝰ eſſe rē ſucceſſiuā a ꝑmanētibꝰ diſtīctā: argumētis cōibꝰ oī rei ſucceſſiue: ⁊ cū hoc ponētibꝰ ꝓpoſitiōes vocales accidentia. oīa eī̄ argumēta directa ꝯtra vnum: equaliter ꝯcludūt ꝯtra aliud. Et ſi illđ teneať: placebit. Et ſm̄ hoc vox emiſſa poterit reuerti. qđ poteſt expoſitorie ꝓbari. aer emiſſꝰ pt̄ reuerti: aer emiſſꝰ ē vł pt̄ eſſe vox. igr̄ ꝯn̄tia tenet expoſitorie ī tertia figura. ſuppono iſtas īdefinitas ſingularizari: ⁊ ſꝫ hoc: qđ ſemel dictū/ēā plius reuerti pōt. Et ſi dicas. Ariſtoteles dicit oppoſitum in ꝑdicamento quātitatis. Et Horatiꝰ. Nā ſemel emiſſum volat irreuocabile v̄bū. Et iteꝝ. Neſcit vox miſſa reuerti. Rn̄deť. illa ſic debēt itelligi: poſtq̄ȝ homo aliquid cōceſſit nō pōt illud negare. hoc ptꝫ lib. vj. in regulis iurꝫ. Qđ ſemel placuit ampliꝰ diſplicere nō pōt. Auctoritatibꝰ aūt in hac re nō debemꝰ multū īſiſtere: qꝛ eq̄liter vel ꝯueniētius eas exponā q̄ȝ alij q̄ tenēt tēpꝰ et motū nō eē res ꝑmanētes. ſed aer permanēter eſt aer: etiā aer nō eſt vox: niſi qn̄ taliter ſe habet. Et ſm̄ hoc: argumētum non ꝯcludit. Nā qn̄ aer q̄ eſt ſubiectū/eſt/aer q̄ eſt copula nō eſt: qꝛ nō eſt copula q̄uſq̄ȝ ille aer taliter expelliť quoad ſufficiat vocari copula. ⁊ ſic dē predicato. Ex iſto ptꝫ: ꝙ qn̄ copula eſt: ſubiectū non corrūpiť: ſed corrūpiť ſubiectū. Prior pars ptꝫ. hic aer non corrūpiť: hic aer eſt vel īmediate ante hoc fuit ſubiectū. igiť. Scđa pars eſt clara. Si dicas. ſm̄ illud nūq̄ȝ tota ꝓpoſitio eſt. q̄cq̄d ſit de illo: nō magis ꝯcludit cōtra me: q̄ȝ ꝯtra alios. ¶ Sed tenēdo cū opinione trita ꝙ vox eſt ſonꝰ in aere exiſtēs īheſiue: videť q̄buſdā ꝙ nunq̄ȝ ꝓpoſitio vocalis eſt: vel aliq̄ res ſucceſſiua: vt motus vel tēpꝰ. Et a tpe tāq̄ȝ a notiori incipiā. Poteſt apparēter ꝑmo obtutu dici cū modo loquēdi plebeio: ꝙ hora octaua ſolū ē ī inſtāti terminante horā octauā. nā ſi petamꝰ dimidia hora poſt ſeptimam quota hora ſit: nō diciť octaua: imo negatiue rn̄deť non eſſe octauā: ſed audito pulſu cāpane ſucceſſiue ab vno ad octo vſq̄ȝ/cāpana octo ſonāte protinus rn̄debiť: ecce octaua. Sed illud videť difficile dictu: nūc eſt ꝑmū inſtās nō eſſe hore octaue: ergo nūc ꝑmo hora octaua non eſt: ⁊ ꝑus fuit. Propterea illa via relicta tāq̄ȝ falſa dicitur ꝙ qn̄ aliqđ inſtās intrinſecū hore octaue eſt: verū eſt dicere/hora octaua eſt: ⁊ plures ptes hore octaue ſunt. ecce nūc a. iſtās mediū īter duas medietates hore octaue: iā ille due medietates ſunt. ratio: qꝛ aliqđ inſtans cōtinuatiuū illarū partiū eſt: ſed nullū tēpus (cuius nullū inſtans intrinſecū eſt) eſt. Ex illo ſequiť ꝙ b. ⁊ c. ſunt copulatim: ⁊ tn̄ b. nō eſt: ⁊ c. non eſt. qđ patet. poſito ꝙ b. ſit prior medietas ⁊ c. ſecūda. Hoc ꝓbať: qꝛ a. inſtans nunc eſt cōtinuās illas duas medietates: et nullū eſt inſtans intrinſecū: igiť nulla illaꝝ medietatū eſt: ⁊ ſi illa hora diuidať in octo octauas: nulla eaꝝ eſt: ſed ille octo ſunt. et ſic in hoc inſtanti veꝝ eſt dicere iſte annus eſt: qꝛ eſt vnū inſtās intrinſecum huiꝰ anni: itē hec hebdomada eſt. et ex ꝯſequēti dies dn̄ica: lune/⁊ martis copulatim ſunt: ⁊ dies dn̄ica nō eſt. ⁊ ſic tēpꝰ mille annoꝝ eſt. qn̄cūq̄ȝ enim eſt aliqđ inſtās hore octaue tunc hora octaua eſt. Et ſic bn̄ tenebimꝰ ꝙ annus eſt totum: ⁊ mēſis eſt pars anni: ⁊ hebdomada pars mēſis: ꝯtra illum modum q̄ tēpus primum mobile putat: et nunc in auguſto q̄ȝq̄ȝ iſte annꝰ eſt: negabiť ꝙ Aprilis eſt: iuxta cōmunē hominum loquēdi modum. Forte dicis. ſi aliqđ totum eſt: q̄libet pars eius eſt. Licet vulgo dicatur: in ſucceſſiuis hoc nō oportere: aliter tn̄ dico. ſi aliquod totum eſt: q̄libet pars eiꝰ eſt. qđ ꝓbo. da Auguſtum q̄ nunc eſt: et ſit inſtās ꝯtinuatiuum duaꝝ medietatum Auguſti. Arguiť ſic. hec pars huius eſt: demonſtrādo quācūq̄ȝ partē que īcludit hoc inſtās: ⁊ illa pars huiꝰ eſt: demonſtrādo ſimilē: et nulla eſt pars huius quin ſit. Qꝛ ſi forte dicas: ⁊ aliter euadere non potes: eſt aliqua pars huius q̄ nō includit hoc inſtās: ⁊ illa nō eſt. Cōtra. Signeť illa pars: ⁊ ſit ꝑma pars Auguſti vel ꝑma hebdomada. bn̄ ſequiť. hec pars nō eſt. ergo nō eſt pars eius. conſequētia eſt clara poſito ꝙ eſt includat ens vel entia. fingere aūt hic ampliationē: eſt ꝑter rōnē. Sꝫ dico ꝙ res ꝑmanēs ſic differt a re ſucceſſiua: qꝛ partes future ⁊ ꝑterite remanēt cū ꝑſenti in aliquo determinato inſtanti: vel apte nate ſunt ſic ꝑmanere. ſecus eſt in ſucceſſiuis. ⁊ licet in quolibet inſtanti hore octaue verū ſit dicere: hora octaua eſt: tn̄ hec nō eſt concedēda: hora octaua eſt in inſtāti: qꝛ ꝑ illā denotať ꝙ hora octaua menſureť: vel ꝙ ſuas partes habeat in inſtāti. Eodem modo hec eſt negāda. in hoc inſtāti eſt hora octaua: quia vnū extremum ꝓ hora octaua ſupponit: et alterū extremum extremo nō cōpetit: ſed hora octaua eſt in toto illo tēpore hore octaue. ¶ De ꝓpoſitione vocali non eſt penitus idē: qꝛ aliqn̄ vna lr̄a eſt ꝓpoſitio vel eſſe poteſt: vt a. ſignificās hominē eſſe animal: ⁊ de illa ꝓpoſitione diceretur ſicut de tēpore: ꝙ qn̄ aliquod iſtās illius lr̄e eſt: tota eſt. Alia eſt ꝓpoſitio cōpoſita ex pluribꝰ partibꝰ vocalibus nō ꝯſtituētibꝰ aliquod vnum: vt Lucretia erat Romana: de qua nō oportet dicere ꝯſequēter ſicut de tpe: cum nulla ſit īterruptio in tpe niſi ꝑ inſtātia. ſecꝰ eſt hic. Vnde pono hāc cōcluſionē. Propoſitio vocalis fuit. ꝓbať. Apoſtoli ⁊ ꝓphete ꝓtulerūt multas ꝓpoſitiones: ⁊ non ꝓtulerunt niſi ea q̄ fuerunt. igiť. Sed ꝯtra hoc arguis. Moyſes nūq̄ȝ fuit ꝓferēs iſtā. In ꝑncipio creauit deꝰ celū ⁊ terrā. qđ patet: qꝛ illius de ineſſe. Moyſes eſt ꝓferens hāc ꝓpoſitionem: nunq̄ȝ erat vera: qꝛ nec qn̄ ꝓtulit ſubiectum: nec ꝑdicatū: nec copulā. igiť. Hentiſber concedit illā de ꝑterito et ſimiles: ſed negat iſtam de ꝑſenti. Sortes eſt ꝓferēs ꝓpoſitionē vocalē: qꝛ ſm̄ eum requiriť ꝙ ſit ꝓlatio in iſtāti: ⁊ ex ꝯſequēte ꝯcedit aliquā ꝓpoſitionē de ꝑterito verā q̄ nullā habuit vel habet de ꝑſenti verā. Sed hoc eſt ꝯ Ariſtotelem ꝑmi peri hermenias vltimo capl̄o. et ꝑmo Ethicoꝝ. poſitionē Solonis īꝓbantē. Dicebat enim Solon ꝙ aliq̄s eſt felix in morte q̄ nunq̄ȝ fuit felix in vita: qđ ꝓ incōueniēti habet philoſophus. Aliter ergo rn̄deť ꝙ illa ꝓpoſitio poniť in eſſe per hāc. Moyſes eſt ꝓferens hāc ꝓpoſitionem: capiēdo totum tempus ꝓlationis eius: qꝛ ſicut quātum ꝑmanens exiſtit in varijs ſitibꝰ localibus: ſed in vno totali loco: ſic res ſucceſſiua habet varias partes in varijs partibꝰ tēporis: ſed tota eſt in toto tēpore. Sic dicas de talibus. Archimedes facit circulum. tēplum fit a Salomone. ſi enim iſtud templum vel circulus nunq̄ȝ abſoluatur: ille ſunt falſe quicquid dicat vulgus talibus vtens: exiſtimans effectum complementum habiturum. Sed īpreſentiarum hec miſſa facio. Ex quibus argumentis ſolutionem habes. applica tu ipſe reſpōſionem ad formam.



¶ Quarto arguitur poſito ꝙ quis cogitet iſtā ꝓpoſitionem ſynonymā (hoc eſt corpꝰ meum) is habet ꝓpoſitionē ſynonymā cum ꝓpoſitione ꝯſecratiua: ⁊ nō ꝯſecrat. igiť. ꝙ nō ꝯſecrat ſupponiť: qꝛ requiritur loq̄la ad baptiſmum ⁊ Euchariſtiam: accedat enim verbum ad elemētū neceſſe eſt. Sed ꝓbo ꝙ ſic. ſi lingua ꝑſbyteri abſcindať ſatiſfacit cogitādo horas: ergo et celebrādo miſſam. ¶ Rn̄deť. elinguis vel mutus ꝯſecrare nō poteſt in ſenſu copoſito ſm̄ legē. puta hec eſt ipoſſibilis. elinguis conſecrat. cuius cā eſt inſtitutio diuina ſola. Sed ſi ꝑſbytero auferať lingua vel q̄s ſit mutꝰ ꝑ tempore: quēadmodum ꝯtigit de ꝑre Ioānis Baptiſte. ſm̄ id qđ dicitur in hymno. Perdidit prompte modulos loquele ⁊c̄. ſufficit mētaliter deum orare. ꝙ autem debeat verba mētalia ꝓferre/non opinor oportere: qꝛ hoc nimis difficile foret. voces enim facilius emittūtur q̄ȝ ſcripture vel ꝯceptus articulati fabricenť. Ex illo patet ꝙ non ſequiť: aliquis ꝯſecrat ꝑ vnā ꝓpoſitionem: ergo ꝑ quālibet ſynonymā illi. oportet enim ꝓcedere ꝑ voces. et hoc eſt cōgruum. nā ſi conceptus ſufficerent: magis dubius aliquis eſſet. Etiam cōceptus ſunt occulti concipienti: ipſe autem voces melius apprehenduntur: ſcriptura vero eſſet tedioſa: et ab alijs nō ſic poteſt percipi ſicut vox. Et licet muto eſſet facilior: non tamen ſimpliciter maiori parti multitudinis. modo lex datur de his que regulariter contingunt ⁊ non de illis que caſu eueniunt. Eodē modo ſi quis tres voces ꝓferret (hoc eſt corpus) ⁊ cōciperet (meum) nihil conſecraret. Non colligo nūc tales vepres: nec tenetur vocem grauem proferre in conſecrādo: nec acutā nec mediā: ergo nullā vocem tenetur proferre in conſecratione. ¶ Sed ſi ꝑſbyter vnus proferret verba: ⁊ alius faceret cetera req̄ſita: ſolos ꝓferēs dūmodo habeat intentionem rectam ſuper materiam debitā: conſecraret. cetera enim ſunt ſolum de honeſtate et neceſſitate miniſtri: hoc eſt ad vitādum in ipſo peccatum. Secus eſt in baptiſmo: vbi applicatio aque eſt ita neceſſaria vt verborum prolatio. Sed ſi quatuor ſimul proferrent: quilibet illorum conſecraret: et hoſtia eadē a quolibet eorum eſſet conſecrata: vt ante dictum eſt in quodā argumento de baptiſmo. Addo tamen ꝙ non placet mihi opinio domini Innocentij ⁊ Alexandri Halēſis poſt eum: dicentium: ꝙ licet aliquis proferat ante alios: hoc non obſtante alij conſecrant: quia intendebant idem inſtans conſecrationis. Et ratio eſt. primus conſecrat vt nulli dubium eſt. et tunc ſic. anteq̄ȝ forma eſt prolata ab alijs non conſecrant. quod patet: quia alioquin hec verba (hoc eſt corpus) eſſent forma ſufficiens: quod non eſt dicenduꝫ. nec conſecraret in fine prolationis totius forme: cum hoſtia ſit iam cōſecrata. quemadmodum ſi ego accederem ad templum. et ſuper Euchariſtiā conſecratam a duobus/dicerem: hoc eſt corpus meum: non conſecrarem. ſic iſtic.

¶ Vltimo arguitur. capto primo inſtāti non eſſe verborum iam omnia verba fuerūt: ergo ante hoc inſtās hoſtia eſt conſecrata. Probatur antecedens. quodlibet verbum prius fuit: ergo omnia verba forme prius fuerunt. Si neges antecedens pro vltimo verbo q̄ ad vltimā ſyllabā. Cōtra. cuiuſlibet ptis illius ſyllabe aliqua pars prius fuit: et intentio debita: ergo ante erat corpus Chriſti ſub iſtis ſpeciebus. igitur. ¶ Reſpōſio. oportet quēlibet terminum primo non eſſe: ſm̄ vnam ſolutionem prius datam in de baptiſmo. dicas conſequenter ad illa.

## ¶ Diſtinctionis None. Queſtio Prima.



Nhac nona diſtinctione magiſter loquiť de digne et indigne Euchariſtiā ſumēte. Propono conformiter ad hoc quatuor inquirere. Primo. an oīs mortalis peccator indigne Euchariſtiā aſſumat. Et qꝛ ſunt nōnulli non exiſtentes in mortali pctō inepti ad cōmunicādū rōne īmūditie vel ieiunij fracti. Secundo loquar de pollutiōe nocturna: an ſit pctm̄: ⁊ an a cōmunione impediat. Tertio an ad cōmunicādum requirať ieiunium nature. Quarto an occulto peccatori licite dari poſſit euchariſtia.

¶ Pro primi expeditione quero. An omnis in peccato mortali exiſtēs Euchariſtiā ſumēs: eā īdigne ſuſcipiat. ¶ Pro ſolutione queſtionis aliquas notatiūculas premittā: poſtea cōcluſiue ⁊ obiectiue ad q̄ſtionē rn̄ſurus. Quadrifariā quis hoc ſacramētum ſumit. Primo modo q̄s ſumit hoc ſacramētū realiter ⁊ nō ſacramētaliter: vt infidelis vel hereticus credens corpus Chriſti hic nō cōtineri: realiter ſacramētum ſumit: ſed nō vt ſacramentum ſed vt panē. Secūdo modo quis ſacramētum hoc ſacramētaliter et non ſpūaliter ſumit: vt vere aſſentiens corpus Chriſti hic cōtineri: ſed tamen exiſtens in mortali noxa. Tertio q̄s hoc ſacramētum ſumit ſacramētaliter et ſpiritualiter: vt deuotus Chriſtianus. Quarto modo q̄s ſacramētum hoc ſpiritualiter ſumit ⁊ nō ſuſcipit realiter ſacramētum. vt fidelis bonus volens hoc ſacramētum ſumere: ſed nō poteſt ipm̄ habere ob defectū Euchariſtie: vel qꝛ vomitū patiť. vt de Hugone de ſancto Victore legimus. ¶ Secundo notabis ꝙ aliq̄s ſumit hoc ſacramētum digne: vt exiſtēs in gratia et deuote ſacramētum ſuſcipiēs. Aliquis indigne cōtrarie. hoc eſt peccat in ſumēdo ſacramento. Tertio modo indigne cōtradictorie: hoc eſt nō ſumit digne: vt qui ꝓbabiliter ſuā conſciētiā examinauit ⁊ nō realiter: talis enim eſt in pctō mortali: ⁊ ꝑ cōſequēs digne nō ſumit. Et ſic ad minus indigne cōtradictorie ſumit. Sed ſm̄ cōmuniter loquētes is nō ſumit indigne cōtrarie qꝛ nō peccat ſumēdo. nā dato oppoſito non videreť eſſe viaticum: ſed eſſet grande periculum in ipſo ſacramento ſumendo.

¶ His premiſſis pono cōcluſiones ad queſtionē reſpōſiuas. quaꝝ Prima eſt. quilibet exiſtēs in gr̄a ſacramētum Euchariſtie ſumēs: digne ⁊ meritorie Euchariſtiā ſumit. ¶ Secunda cōcluſio ꝓbabilis. quilibet in mortali pctō exiſtens Euchariſtiam ſumēs: hoc ipſo mortaliter peccat. ¶ Ex hac ꝯcluſione ſecūda ſequiť vna tertia. Qꝛ nullus ſumit Euchariſtiā indigne cōtradictorie quin is eā ſumat indigne cōtrarie: ⁊ ꝑ conſequēs diſtinctio ꝑmiſſa eſt nulla. Illa aūt ſcđa cōcluſio q̄ tertiā īfert. ē mihi ꝓbo ſimilior q̄ȝ eius oppoſita: quicq̄d dicat cōmunis opinio. ¶ Probať prima cōcluſio. Aliquis digne et meritorie Euchariſtiā ſumit: et nullus eā digne ſumeret ſi is de quo eſt ſermo eā nō digne et meritorie ſumeret. igiť. Secūdo arguiť ad idē. quilibet actꝰ deliberatus bonus in habēte gratiā eſt bonus: et reddit faciētē magis dignū q̄ȝ prius erat. ſed ſic eſt in ꝓpoſito. igiť. ¶ Secunda ꝯcluſio patet ꝑme ad Corinthios. xj. vbi dicit Apoſtolus. Probet autē ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. Qui enim māducat ⁊ bibit indigne: iudicium ſibi māducat ⁊ bibit: non diju- cum duran. 2. di. 28. q. 3.

dicans corpus domini. vbi gloſſa interlinearis. hoc eſt ꝓctm̄ mortale cui debetur damnatio. Dicis. hoc intelligitur de eo q̄ indigne cōtrarie ſacramentum ſumit: hoc ē, qui ſe nō preparat ſufficienter ſecundum veritatem vl' ꝓbabilitatem ad ſumendam Euchariſtiam. Cōtra hoc ſic argumentor. capto quocūq;: Sorte tamē gratia exēpli/ vel Sortes fecit oēm indaginem peccatorum ſuorū ad quā tenetur: ⁊ ſufficienter deteſtatus eſt illa deteſtatione ad quam tenetur: vel non fecit hoc. Inter hec enī duo membra nō eſt dare mediū: cum contradicant. Si primum: iam non eſt amplius in peccato. Si ſecundum: iam eſt ī mortali peccato: ⁊ peccat ex culpa ſua tā excellens ſacramentum ſuſcipiendo: ⁊ non faciēdo illd ad qđ tenetur. Secundo arguitur ad idem. ſi Sortes ſufficiētem p̄parationem fecit ſecūdum probabilitatem: per te nec meretur: nec demeretur Euchariſtiam ſumendo. ſ; hoc eſt falſum q̄a vel ītelligis ſecundum ꝓbabilitatem realem ⁊ iudicio ſapientum: ⁊ iam nō eſt in peccato: vel ſecundū opinionem ſumētis forte ſtultam. ⁊ hoc cū nō excuſat: qꝛ eſt ignorātia vincibilis. Qđ enī vni eſt probabile/ alteri nō eſt probabile: ⁊ ſic peccat ſumēdo. Tertio. nemo tenetur maiorē indaginē facere de peccatis ſuis ⁊ deteſtationem ante ſumptionem Euchariſtie: q̄ ſi eſſet ſtatim deceſſurus e vita: ſed deceſſuro ſufficit ꝓbabilis iudicio prudentum, peccatorum indago ⁊ deteſtatio ꝓportionata. oppoſitum enim mihi apparet nullum: ergo idē hic ſufficit. Propter has paucas ⁊ breues rationes concluſionem prefatā teneo ſicut dixi: que tertiā infert.

¶ Contra primā concluſionem arguitur ſic. ſumēs in mortali Euchariſtiam mortaliter peccat: ergo eā ſumēs ī veniali venialiter peccat cōuenienti ſimilitudine: ſed conſequens eſt falſum ergo et anīcedēs. Reſpondetur. conſequentia eſt nulla. ꝓhibemur enī in mortali Euchariſtiam ſumere ſub pena peccati: vt in ꝓbatione cōcluſionis dictū eſt. ⁊ hoc eſt rōnabile. Nā ſi ꝓ terreno rege recipiendo domū tapetis ornares/ multo magis debes domū conſcientie bene purgare ꝓ eterno rege excipiendo in hoſpitiū. Nō eſt idem de veniali a q̄ difficillimū eſt viro ſe preſeruare. noluit enim deus nos ad illud obligare ſub pena alicuius peccati. veniale ēt ſtat cū gratia. ⁊ hoc ītelligo de quocūq; veniali cōmiſſo etiam dato q̄ habeat propoſitū veniale cōmittendi: dūmodo ſciat ipſū non tranſcēdere limites venialis noxe. ſed eſt bn̄ imprudens ille qui actu propouit venialiter peccare dū communicat.

¶ Secūdo arguitur: paruulus ante vſū rationis Euchariſtiam ſumens non meretur: nec digne eam ſumit: ⁊ tamē eſt in gratia baptiſmali ⁊ forte confirmationis: ergo concluſio falſa. Reſpondetur. paruulus non ſumit Euchariſtiam. Ad Euchariſtiā enim ſumendam: in propoſito requiritur q̄ quis velit eā ſumere. bn̄ tamen ei dari poteſt Euchariſtia de facto ⁊ realiter euchariſtia: ſ; tali nihil (opinione mea) prodeſt. quia dato oppoſito: ſi interdum dat ei gratiam virtute operis operati: eodē modo qn̄cūq; ei datur ſic euchariſtia ⁊ ſic paruulus is habebit tātū grē ⁊ ex cōſequenti glorie quantū adult⁹ optim⁹. qđ eſt incōueniens. Vlterius dico q̄ peccat dās puulo euchariſtiā. q̄a dicit apoſtolus. Probet autē ſeipm̄ hō ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de calice bibat. qđ paruulo cōuenire non pōt. Et idē eſt de amente. ſi tn̄ dū ratione vſus eſt voluit Euchariſtiam ſumere ⁊ poſſet ī amētia: īſtāte morte honeſtate q̄dā vti: poſſet ei cōcedi.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic. Sortes peccator tenetur in paſcha ſacramentum Euchariſtie ſumere. ſed nullus peccat faciendo illud ad quod tenetur. ergo Sortes in hoc nō peccat. Forte dicis ⁊ ita dicendum eſt. tenetur Euchariſtiā ſumere: ſed nō in ſtatu in quo eſt: ſed ſe diſponere anteq̄ p̄ceptū de Euchariſtia adimpleat. Cōtra. deus obligat ad ſubſtātiam actus ⁊ nō modū. videlicet q̄ fiat ex gratia. ¶ Reſpōdetur. in aliquibus (⁊ hoc eſt cōmune) de⁹ obligat ſolum ad ſubſtantiā actus: quem ſi homo faciat nō peccat vt ieiunādo: dicēdo horas: peregrinādo: ⁊ huiuſmodi: nō tamen per tales actus meret̄ vitā eternā. vtrobiq; autem in talibus ſufficit implere preceptū quo ad ſubſtantiā actus. ⁊ non quo ad intentionē precipientis. Aliqui vero ſunt actus p̄ceptoꝝ. ad quos homo nō ſolū tenetur quo ad ſubſtantiā actus. ſed etiā quod ad modū faciendi/ propter actus excellētiā. vt eſt ſumere. Euchariſtiā/ vel eam conſecrare ⁊ alia ſacramenta adminiſtrare vel ſuſcipere: licet peccatū ſit inequale: grauius ē enī peccatū in mortali Euchariſtiā ſumere q̄ aliud ſacramentū ceteris paribus. poteſt tamē quis ſcienter in mortali vel mortalibus manens ſumere aliud ſacramētum ⁊ magis peccare q̄ ſumendo. Euchariſtiā in mortali ignoto poſt aliqualem indaginem.

¶ Secundo arguitur. ſani non egent medico: ſed qui male habēt. ſed peccator eſt infirmus ⁊ male ſe hab;. Euchariſtia autē eſt medicina: ergo ei nō nocet. ¶ Reſpondetur ſi infirmus capiat medicinā principaliter intentam ante euacuationem: medicina ei nocet. propterea phyſicus cirupos ⁊ aliquas diſpoſitiōes preuias patienti applicat an̄ medicinā p̄ncipaliter intētā: alioquin patiētem perimeret. ſic eſt in ꝓpoſito.

¶ Tertio arguitur. aliquis poteſt videre Euchariſtiam ī mortali ⁊ eā leuare e luto: ergo ⁊ Euchariſtiam ſumere pōt in mortali. ¶ Reſpondet̄. nō eſt tanta irreuerentia Euchariſtiam videndo quāta eam ſumēdo. Sicut nō requiritur tanta diſpoſitio dom⁹ tue interior vt rex preterat oſtium: quanta requirit̄ vt eum ſuſcipias hoſpitio. Deus etiā ad vnū obligat ⁊ non ad aliud. De tactu autē qn̄ venit caſus inopinatus ⁊ ſubitus: preceptum eſt, corpus Chriſti ſtatim leuare nec datur tēp⁹ deliberādi de peccatis. vbi tamē daretur tp̄s: deberet ſua peccata deteſtari ſaltē in generali: ⁊ tūc corpus Chriſti leuare. ⁊ per cōſequēs nō eſt idem de viſu ⁊ tactu corporis Chriſti (ſicut diximus) ⁊ guſtu. Et licet laico vetitū ſit corpus Chriſti tāgere. vt pt; de cōſecra. diſt. ij. ca. Peruenit. hoc intelligitur vbi reperitur ſacerdos. ¶ Sed contra hoc arguitur. Oza percuſſus eſt qꝛ arcam dei tetigit. ſecundi Regum. vj. ⁊ Bethſamite arcam dei vidētes primi Regum vj. vbi. lxx. populi. ⁊ quīquaginta milia plebis deſiderata ſunt. in qua arca ſola dei ꝓdigia cōtinebant̄: ergo exiſtentes in peccato mortali Euchariſtiā in qua ē corpus Chriſti verū vidētes vel tāgentes peccāt ⁊ ſpiritualiter occidūtur. Reſpondet̄ cōcedendo aſſumpta. Nā ipſi peccarūt: ⁊ precepto dei cōtrauenerūt. debebāt eī Leuite in hūeris portare arcā federis. vt patet Numeri. vij. ⁊ hoc Oza ignorare nō debuit. ꝓpterea quia poſuit arcā in plauſtrū boum irrationaliū: voluit deus q̄ arca declinaret. ⁊ Oza manū apponeret ⁊ puniret̄. ne arca domini ducerer̄ a brutis. De Bethſamitis dicitur q̄ ꝓhibebant̄ videre arcā nudam ſub pena mortis. Nūeri. iiij. nimis diu etiā paſſi ſunt eam ſtare ſub dio ſine luminibus ⁊ cultu debito. et ꝓpterea ſeptuaginta de populo. hoc eſt optimates ⁊ primores occiſi ſunt. ⁊ quinquaginta milia plebis. Et hoc



eſt qđ Laurentius Valla dicit. Plebs minutiores: populus maiores natu ſignificat. Nos autē non habemus ꝓhibitionē vidēdi Euchariſtiā vel tāgendi in caſu quo locuti ſumus. ꝓpterea non eſt idem.

¶ Quarto arguitur. capiatur Euchariſtia ⁊ ponatur cum hoſtijs nō conſecratis in domo piſtoris: ⁊ detur illa cū alia Sorti adulto exiſtenti in mortali. hoc ſuppoſito ſic arguitur. Euchariſtiā hanc Sortes ſumit ſine peccato mortali. Dicis. non credit illam eſſe Euchariſtiam: ſed ex ignorantia inuincibili, excuſatur. et ſic nihil contra concluſionem. Contra hoc arguitur. hāc hoſtiā (demonſtrando ſpecies panis) Sortes in mortali ſcienter ſumit. hec hoſtia eſt Euchariſtia: ergo Euchariſtiā Sortes ſciēter in mortali ſumit: ⁊ non peccat. igitur. Reſpondetur. concedēdo illam concluſionē. ſed hanc nego. Sortes ſumit ſcienter Euchariſtiam in mortali peccato ſine nouo peccato. hic enim ſcientia in (Euchariſtiam) cadit.

¶ Quinto arguitur. ſit Sortes in peccato mortali tempore ſumptiōis prioris medietatis Euchariſtie: et ſua pctā deteſtet̄ in ſumptione ſecunde medietatis. hoc enim eſt poſſibile de lege. vel econuerſo ſit Sortes in gratia in ſumptione p̄me medietatis in ore: et in ſecunda medietate accepta ſit in mortali. Tunc ſic. Sortes ſumit Euchariſtiā in mortali peccato: ⁊ nō peccat. qđ patet: qꝛ confertur ei gratia Euchariſtie: et meretur ꝓ tēpore illo partiali quo eſt in gratia. ergo cōcluſio nulla. ¶ Rn̄det̄. hoc argumētum nō eſt cōtra cōcluſionem in qua loqui ꝓpono de illo qui eſt in mortali peccato toto tempore ſumptionis Euchariſtie. Si quis autem fuerit in grā in aliqua parte temporis quo Euchariſtiam ſumit in ore: meretur ſi habeat actum īteriorem bonum: ⁊ datur ei gratia virtute operis operati. Et forte hoc non ſolum verum eſt in tēpore adequato quo Euchariſtia eſt in ore: ſed etiam ꝓ toto tempore quo corp⁹ Chriſti eſt in ſtomacho: et illic manet. Ex hac ſolutione ſequitur q̄ aliquis mortaliter peccat Euchariſtiam ſumendo: et tamen habet vel habebit gratiā Euchariſtie. patet ꝓ tempore inadequato: ſi erat in mortali peccato in principio ſumptiōis: iā peccat. Et preterea ꝑ deteſtationem ſufficientē datur ei gratia Euchariſtie: et vt opinor ita magna ac ſi fuiſſet in gratia toto tēpore quo habuit Euchariſtiam. Hic grām datā virtute operis operati: gratiam Euchariſtie voco. Et patet illud. ſi duo ſumant duas hoſtias magnam et paruam pigre et īpigre: equales gratias Euchariſtie habēt etiam dato q̄ deus illas gratias pure ſucceſſiue det: qꝛ deus non dat equaliter arithmetice cum equalibus partibus: ſed geometrice. ergo magnitudo temporis gratie non facit ad maiorem gratiam Euchariſtie. ſecus eſt de gratia virtute operis operātis. Forte deus dat gratiam Euchariſtie eam ſumēti quocūq; tempore ſumptionis quo eſt in gratia/ ſiue in principio/ medio/ vel fine. tibi enim de oppoſito conſtare non poteſt: ⁊ illud eſt conforme miſericordie dei: noſtra fragilitate ex parte peccatoꝝ mortalium conſiderata. ergo eſt ꝓbabile: ⁊ mihi vero ſimile.

¶ Sexto arguitur directe contra concluſionem in ea parte qua communi opinioni contra eo. Alij in cōmuni opinione dāt medium inter mereri ⁊ demereri in ſumenda Euchariſtia: qđ ego non pono. ergo viā dei anguſtā facio: quā alij latā tenēt. ¶ Rn̄det̄. nō minus late īmo latius q̄ alij loquor. Nam vbi ipi in via media ponunt hominem ſtare in mortali peccato: et non peccare ſumendo Euchariſtiam: ego dico talem nō peccare ſi fecit indaginem ⁊ deteſtationem ad quā tenetur: nec amplius in peccato vllo manere. et ſi decederet ſic ſaluaretur. Si non fecit indaginem ⁊ deteſtationem ad quā tenet̄: manet in peccato: ⁊ mortaliter peccat ſumendo ſcienter Euchariſtiam.

¶ Septimo arguitur. ex iſto modo cōcluſionis quā pono nemo poteſt ſcire an digne Euchariſtiam ſumat: qđ eſt inconueniēs. patet: qꝛ nemo ſcit an amore vel odio dignus ſit. Et vlterius ſequitur q̄ cum exponat ſe pericl'o peccati mortalis: mortaliter peccet. ¶ Rn̄det̄. illud argumētum non eſt ſpeciale contra concluſionem meam: ſed eſt mihi et alijs cōmune: ſed qꝛ ad pauca aſpiciens prima fronte oppoſitū crederet: hoc ſic oſtendo. notum eſt ſicut doctor Seraphicus dicit tenendo opinionem cōmunem: q̄ ſi nō ꝓbabiliter fecit qđ debuit: peccat ſumendo Euchariſtiam: et ſi fecit probabiliter qđ debuit: non peccat. ſed eum latebit quādo ꝓbabiliter fecit indaginem: quādo vero nō. ergo ſolutio erit cōmunis alijs ⁊ mihi. Et in p̄mis dico argumētum eſſe difficile vt ei ſatiſfiat ꝓpter difficultatem cognoſcendi quando ſumus in peccato mortali: quando vero non. ¶ Circa hoc tamen aliqua dicam: ſapientum pauca dicta recitans. Ioannes Gerſon in fine opuſculi ſui qđ inſcribitur: opus tripartitum/ ponit triplicē veritatē/ quā ſi quis habeat: et ſic decedat/ etiam ſine confeſſione: ſaluabitur: licet in purgatorio ſit puniendus. Et ille veritates nihil aliud volunt in effectu niſi hoc q̄ homo doleat de p̄teritis: ꝓponendo ſe velle cauere a futuris: et confiteri ꝓ loco ⁊ tempore. Sed iſtud nō ſufficit. qđ ſic declaro. Contingit hominem cū his ꝓpoſitis eſſe in vno mortali vel pluribus. qđ patet ſic. cōtingit virū etiā eruditū habere plura beneficia q̄ debeat: ſic ſcilicet vt ſit in peccato mortali continuo: ratione detētionis tantorum vel vnius. ergo eſt indignus. Item cōtingit religioſum etiā eruditum: non autem ſapientem/ eſſe in mortali peccato continuo: ratione ꝓfeſſionis ſue quā non ſeruat: aſſentitur tamen erronee q̄ ſit in ſtatu ſalutis ⁊ bene viuat: ⁊ ſic de quibuſdā alijs hominū generibus. Tunc vterq; iſtorum poteſt habere tres veritates de quibus loquitur: et eſſe in peccato mortali. Beatus Thomas autē ex beato Bernardo quatuor introducit ꝑ que homo poteſt cognoſcere an ſit in gratia. Primū eſt: quādo verbū dei libenter audit. Qui enī ex deo eſt v̄ba dei audit. Io. viij. Secūdū: dum quis ſe promptū inuenit ad bene operandum. nā ſm̄ Gregoriū ꝓbatio dilectionis eſt exhibitio operis. Tertium eſt dolere de p̄teritis peccatis. Quartum proponere cauere in poſterum. Sed in bene habituato omnia iſta ſtant cum mortali peccato. Vides igitur q̄ difficile ſit ſcire/ an ſcimus in gratia/ an in mortali peccato. Vnde hic dico. Aliquis poteſt bene ſcire certitudine morali ſe eſſe in gratia. patet. poteſt ſcire a ſapientibus q̄ modus viuēdi in religione in hac domo ſit bonus: vt in Carthuſia/ Celeſtinis/ vel alijs reformatis: q̄ ſeruat ꝓfeſſionem ſuam more ſocioꝝ in domo ſua. Et ſi interdū delinquat vel deum offendat contra eius precepta: poteſt laborare ad hoc cognoſcēdum et ſi non oīa peccata occurrāt/ eſt ei ignorantia inuincibilis. Sic poteſt ſecularis ſuis cōtētus: ſciēs q̄ non habet alienū: qđ facile ſcire poteſt: vel ſi habeat/ paratus eſt reſtituere. Similiter eccleſiaſticus ſolum habens vnum beneficiū quo eſt dign⁹: poteſt bona certitudine morali cognoſcere ſe non eſſe in mortali. Alij ſunt quibus eſt difficilius cognoſcere an digne ſumāt: ſicut dedi exēplū de plurali in beneficijs: qui cū ſapientibus non conſultat: an licite

hec habeat. et ſic de viuēte in hac domo circa religionē: dicēdum eſt: ſimiliter de ijs qui de terris ablatis reſtitutionē negligūt: vt inter reges plerūqꝫ via facti ꝑ enſem ſine vero titulo fit: vel inter cauſidicos: ⁊ alia hominū genera. vna enim regula dari non poteſt. Primi iſtorū habent certitudinē ſufficientiſſimā: dūmodo cōfidāt in domino: ⁊ doleāt de pteritis habēdo ꝓpoſitum abſtinendi in poſterū: ꝙ non ſint in mortali/ ſine faſtu more Phariſei: qui omnia aſcribūt deo: ⁊ reputāt ſe ſtercus ⁊ cinerē quātum eſt ex ſe. ſm illud Job. ix. Etiā ſi ſimplex fuero: hoc ipſum ignorabit anima mea. Alij omnes quotquot ſunt: iudicēt ſe eſſe ſine mortali ſiue vere ſiue falſe: ne contracāt ꝓprijs cōſciētijs: ⁊ hoc ſi cōſtituerint cōmunicare. Pro omnibus autē hec regula ponit: cōſultet homo de ſuo ſtatu viuēdi: ⁊ poſt indaginē peccatoꝝ ⁊ deteſtationē eorūdē (quā ſufficientem credit) aſſentiat ꝙ non ſit amplius in mortali pctō: reliquā partē deo relinquens.

¶ Hoc premiſſo ad formam argumenti reſpōdeo: negādo ꝙ quilibet exponat ſe ꝑiculo peccati ſumēdo Euchariſtiā. Aliquis enim rationabiliſſime iudicat ꝙ nō eſt in mortali peccato. et talis nō exponit ſe periculo peccati: pluſqꝫ Sortes trāſiēs in nauicula vltra Sequanā tēpore tranquillo. Aliquis autē cū maiore diſcrimine cenſet ſe non eſſe in mortali: ſed nō peccat: et qꝫ maiori diſcrimini exponit: non tñ tali quo ipſum ſufficiat ꝓbare mortaliter delinquere. patet in ſimili de nauigāte ꝑ mare inter Scotiā ⁊ Dacpā tēpore trāquillo et pace habita cum omnibꝰ vicinis. aliquid enim eſt ꝑiculi illic qđ rariſſime ſolet euenire. eſt tñ maius qꝫ primum. Tertij ſunt adhuc in maiore ꝑiculo: ⁊ tñ nō oportet ꝙ mortaliter peccēt: q: adhuc non eſt ꝑiculū ſufficiēs ad peccādum mortaliter ratione expoſitionis in ꝑiculū. Quarti ſunt iudicātes ſe eſſe ſine pctō mortali: qui in generali deteſtātur oīa pctā ſua: ⁊ ꝓponūt cauere in poſterū: ſed q: ex ignorātia vincibili ⁊ ſua culpa omittunt conſulere ſapientes neutros de aliquibus ſe concernētibus: an ſint pctā: nec ne: vt de relinquēdis beneficijs ſupfluis: de ſeruādis votis emiſſis: de reſtituēdo alieno: que inuenirēt ſe nō poſſe tenere cum ſalute anime: iſti ſine illa indagine ꝑuia quā facere tenētur Euchariſtiā ſumētes: peccāt mortaliter: ⁊ ꝑiculo cōmittendi peccati ſe exponunt ex ſua culpa: ſicut de nauigante in periculoſo mari in tenebris ſine perito nauarcho contingit.

¶ Octauo arguitur. ponendo ꝙ pſbyter ſit celebrans miſſam: et inter celebrādum occurrat ei memoria peccati mortalis a ſe ꝑpetrati ⁊ nōdū ꝯfeſſi: ille celebrās cōſequēter nō peccat vlterius: quicqͥd ſit de initio: de quo ad argumētū nihil refert. ⁊ tñ ē in peccato mortali. igitur concluſio falſa. Sed forte dicis et bene. debet deteſtari peccatū occurrens: ꝓponens ipſum cōfiteri ꝓ loco ⁊ tēpore. Sed cōtra. ponat ei in mētē occurrere ꝙ nō dixit matutinas/ vel ꝙ eſt excōmunicatus/ interdictus/ ſuſpenſus/ vel huiuſmodi. ¶ Rñdet. ille debet ꝯſequēter celebrare: q: nō celebrare eſt ꝓhibitū ſolū iure humano: relinquere vero celebrationē eſt ſcandalū inſolitū: ⁊ de iure diuino fugiēdū. Debet ergo ab illo cauere: iudicādo pceptū humanū in illo caſu nō obligare: nec debet fingere ſe egrotū. Ex iſto autem non habes ꝙ exiſtēs in mortali pctō nō peccat celebrādo: q: cū peccatum deteſtat nō eſt in pctō: nec requirit ꝙ ꝯfiteat in medio miſſe: q: ꝯtingit in caſu ratione ſcādali euitādi celebrare miſſam ſine cōfeſſione a pͥncipio miſſe: ergo multo magis cōtinuare celebrationē. ¶ Hactenus quomodo quilibet hoc ſacramētū ſumēs vel mortaliter peccat nouo pctō/ vel meret: ⁊ ꝑ ꝯſequēs digne ſacramētū ſumit/ vel indigne contrarie. Vlterius patuit ꝙ aliquis peccator poteſt corpus Chriſti videre: ⁊ ipſum in caſu tāgere: quomodo poterat peccator ipm tāgere in vita corporali: q: tunc venit tāqꝫ medicus curatiuus morbi ſpūalis. ſecus eſt modo in corpore glorificato in Euchariſtia: q: nemo hūc cibū ſpūalē digne ſumere poteſt niſi viuat vita ſpūali ꝑ gratiā. Amplius diximus ꝙ multa hominū genera ſuſcipiunt Euchariſtiā digne: nec vllo diſcrimini pcti ſe exponūt. ſed aliqui eoꝝ cum maiore certitudine morali ſuſcipiūt qꝫ alij. tñ oēs illi ſufficiētē certitudinē habēt ad hoc vt nō peccēt mortaliter. Alij autē iudicāt ſe ſumere digne: ⁊ tñ indigne ſuſcipiūt: q: nō fecerūt cum ſapiētibus neutris indaginē circa multa periculoſa ſuum ſtatum cōcernētia. ſm illud apoſtoli. Nihil mihi conſcius ſum: ſed in hoc iuſtificatus nō ſum. Aliquis etiā poteſt erronee iudicare ſe eſſe in mortali et non eſſe: talis autem cōmunicare non debet.

¶ Diſtinctionis None. Queſtio Secunda.

IN ſuperiore quæſtione loquuti ſumꝰ de exiſtēte in peccato mortali ꝗ indigne Euchariſtiā ſumit: ⁊ idē cēſeo de illo ꝗ erronee ſe in mortali cenſet. ſed ⁊ aliqui nō exiſtētes in mortali pctō: non poſſunt communicare: vt diximus de pueris ⁊ amētibꝰ. Pro qbꝰ diſcernēdis ꝑmittit hoc documētum de cōmunicare potentibꝰ. Ad hoc vt qͥs digne cōmunicare poſſit: debet eſſe viator/ fidelis/ mēte ꝑditus/ ieiunus ieiunio nature/ nō ꝓhibitus/ legitime confeſſus: nō in potētia ꝓpinqua euomere ꝓcliuis: non pollutus in crimine nō famoſus: a miniſtro debito: ⁊ tēpore debito. Ante baptiſmū vero: niſi ex ignorantia inuincibili/ nemini dat Euchariſtia. Dicitur (mēte ꝑditus) vt reuerēter hoc ſacramētū ſumere poſſit. Aliqui ⁊ nō illaudabiliter ꝯfitentur anno anteqꝫ Euchariſtiā ſumāt. (non ꝓhibitus) poteſt enim excōmunicatus eſſe in grā: quo nō obſtāte non debet Euchariſtiā ſumere. vel ſi appareat puer in Euchariſtia: habet ꝓhibitionē ſufficiētē nō ſumendi. (legitime ꝯfeſſus) hoc cōmuniter addit. Stat tñ dare caſum in quo qͥs ſine ꝯfeſſione ꝑuia celebrare poteſt cū ꝯtritiōe ⁊ ꝓpoſito ꝯfitēdi ꝓ loco ⁊ tpe: vtpote ſi eſt curatus celebraturus ſolus in parochia quem tota plebs expectat ⁊ occurrit ei dū celebraturus eſt memoria mortalis peccati nōdū ꝯfeſſi: nec habet pſentiā ſacerdotis: ꝓpter populi ſcādalum celebrare licite poteſt. impleuit enim iā illud qđ eſt de iure diuino. prime ad Corinth. xj. Probet aūt ſeipm homo. (in crimine nō famoſus) quare hiſtrionibꝰ nō eſt dāda Euchariſtia. de ꝯſecra. diſt. ij. Pro dilectione. nō tñ eſt hiſtrio prohibitus: qui cythara/ lyra/ vel inſtrumento ludit/ vel honeſte canit: ſed ꝗ geſtus ipudicos exercet: ⁊ obſcenos cantus piarū aurium offenſiuos frequēter cantat. Idē eſt de famoſa muliere: et de quolibet alio notorio crimine infecto. Nec ſufficit tales eſſe in grā: ſed cū hoc requirit ꝙ laudabiliter aliqͫ tpe ſm iudiciū prudētis viuāt: ⁊ crimen pcedēs purgent: et tūc eis dabit Euchariſtia. et merētur expectādo: iterea aūt nō debēt ſe ingerere. Ex illo ſequit ꝙ interdum vbi duo equaliter peccarūt tā intēſiue qꝫ extēſiue: vni dāda eſt Euchariſtia/ et non alteri. patet: ſi vnus occulte peccet: ⁊ pctm eius nō ſit notoriū: alterius vero ſit notoriū: ⁊ ambo ſint iam in grā. ¶ Secūdo ſequit. licet manēti in ꝓſtibulo nō ſit negādū ſacramētū penitētie: tñ quouſqꝫ ſuū crimen aboleat: nō eſt ei dāda Euchariſtia: ⁊ potiſſimū in publico. ¶ Tertio ſequit ꝙ decollādis dāda eſt



Euchariſtia. patet per hāc theoricā. cuilibet perſone nō ꝓhibite Euchariſtiā petēti dāda eſt. aliquis decollandus eſt huiuſmodi. igit. minor patet: q: nō enumerat inter ꝑſonas quas ſolas ꝓhibitas iā diximꝰ. maior patet. Sicut in matrimonio cuius edictū eſt ꝓhibitorium: qͣlibet ꝑſona que nō ꝓhibet ꝯtrahere: ꝑ ꝯſequētiam ad matrimoniū ꝯtrahēdū admittit: ſic quelibet ꝑſona non ꝓhibita cōmunicare/ pōt Euchariſtiā ſumere. Illud etiam patet ꝑ aliā legē poſitiuā. xxvj. q. vij. c. j. ⁊ diſt. l. Penitētes. ⁊ in Cle. j. de peni. ⁊ remiſ. Confeſſio/ Euchariſtia/ ⁊ ſepultura nō eſt eis negāda ſi petāt. Ingrediētibꝰ autē duellū: cū ad mortale notorium ſe accingāt/ nō eſt dāda Euchariſtia. Alie autē particule ſunt clare: ꝗ vlteriori expoſitione nō egēt. Circa aliquas tñ eſt maior difficultas: propterea circa eas proponam queſtiones.

¶ Secunda igitur quæſtio huius diſtinctionis ſub hoc verborum tenore mouebitur. An in ſomno pollutꝰ cōmunicare poſſit. Pro huius qͥſtionis elucidatiōe notato. Multifariā qͥs polluit. Primo modo illuſione diabolica. facile eñ nouit demon reſolutionē ſeminis ꝓcreare: et ita ſepicule feciſſe memorie ꝓditum eſt: vt bonos viros in carnis fedo vitio irretiret: vel eos ſaltē a cōmunione Euchariſtie arceret. Secūdo qͥs infirmitate polluit ꝓpter defectum retentiue virtutis: quēadmodū ꝯtigit in aliqbꝰ vētris ꝓfluuio laborātibꝰ: ꝓ aliquo tpe habētibꝰ retētiuā pͥme digeſtiōis ꝓſtratā/ vel etiam q: natura expellit ſupfluitates inutiles in ieiunio quas non expellit tpe ingluuiei: quare intēperātes ⁊ ebrij. ſm Ariſtotelē in Problematibꝰ/ non generāt. Tertio modo ꝓuenit pollutio ex ingluuie et ſucceſſiuo cibo ⁊ potu in notabili exceſſu. Quarto modo ꝓuenit ex magna apprehēſiōe venereorū: quoꝝ reliquie tpe nocturno habitualiter manēt ī memoria recōdite: ꝗ actꝰ in ſomno ꝓducētes reſolutionē ſeminis efficiūt in viro ſpermate abūdāte: potiſſimum ſi diu iā dormiuit reſupinus in loco calido: q: tunc eſt magis diſpoſitus. parua enim venereoꝝ imaginatio poteſt ſeminis reſolutionē efficere: ſi alie multe cauſe ꝯcurrāt. Sequit ex his ꝙ ille tertiꝰ modus polluēdi antecedēter poteſt omnino in nobis ipediri: et quartus modus quo ad multa. Et licet abdomine plenis ⁊ habituatis difficile ſit in latus dormire ⁊ non in renes: lōgū tñ ſomnū: veſtiū cooptionē multiplicē ⁊ calidā in ſua poteſtate habent: que ad pollutionē nocturnā plurimū adminiculātur. Quo adiuncto vno noto: videlicet ꝙ diu parce comedēs parum polluit. patet. Natura enim capit primā partē cibi ꝓ ſui ſuſtētatione: et ſtat ꝙ vir nō capiat plus de cibo qꝫ ſue nature ſufficiat: tūc autē nullū ſuperfluum tertie digeſtionis habebit: ⁊ ſic mulierē cognoſcere nō poterit: ergo nec pollui. quēadmodū Adā in ſui pͥma creatione ante cibū comeſtū nō poterat generare: q: in ſe nō habebat ſuperfluū. Sed licet homo tēperāter comedat: ipurū pͥme digeſtionis ipſius alimēti natura expellet. et ſic de ſecūdo. Ex oppoſito traditur cā quare oportet ꝯiugatū plus comedere qꝫ ꝯtinentem.

¶ Secūdo notato duplicē eſſe pollutionē. quedam eſt interior: que nihil aliud eſt qꝫ volitio polluendi. Alia eſt exterior/ quam nihil aliud cenſeo eſſe niſi ipſum ſemen reſolutum. vt quādo homo reſupinus dormit: quia tunc ſm Ariſtotelem decima particula ꝓblematū. ꝓblemate. xvj. maxime homo polluitur.

¶ His premiſſis pono concluſiones: quaꝝ Prima eſt. nulla pollutio ſola illuſione demonis: vel ex infirmitate nature ꝓcedēs: eſt viro iputabilis in ſomno. probatur. talis pollutio nō eſt in poteſtate hominis tēpore reſolutionis ſeminis: nec antecedēter/ cū non ſit in poteſtate eius. ¶ Secūda ꝯcluſio. Nulla pollutio nocturna ex quacūqꝫ culpa ꝓcedēs emēdata ꝑ penitentiā eſt viro iputabilis. Probat. Sortes deſcendens in foueā ne dño ſeruitiū reddat/ nō potēs egredi: a tempore quo penituit cū illius deſcēſus: non amplius peccat. q: nō eſt in poteſtate eius iā egredi. Secūdo arguit ad idē. ſi pſbyter breuiariū calore iracūdie/ vel ad taxillos ꝑdat/ nō potēs habere librum ad horas dicēdas: poſtqꝫ eū facti penituit: nō āplꝰ peccat. ergo nec ille pollutus. ¶ Tertia ꝯcluſio. nullus in ſomno dormiēs/ pollutꝰ ex quacūqꝫ culpa pcedēti etiā nō emēdata ꝑ penitentiam/ peccat. probatur. nullꝰ peccat tēpore quo dormit ꝗcqͥd agat: ergo pollutio ei tūc non iputat. Antecedēs patet. nō aliter brutū vel annos diſcretionis nōdum attingēs oīs pcti dicit expers. Si dicas. habet rōnalem animā. hoc nihil eſt. ſic hꝫ ebrius: et demēs ſine culpa. ſed ſufficit ꝙ in ſomno rōne nō vtit: que ad libeꝝ arbitriū requirit: dato ꝙ diſcurrat tam in ſenſu qꝫ in itellectu. Cui rei Ariſtoteles pͥmo Ethicoꝝ aſtipulat inquiēs. Scdm dimidiū vite nō differt felix a miſero: neqꝫ ſtudioſus a vitioſo. ſed ſi in ſomno eſſet peccatū: multū differrent. igit. Secūdo arguit ad idē. nullus ex bona ⁊ laudabili cogitatione venereoꝝ tēpore nocturno pollutus meret. ergo nec pollutus ex apphēſione culpabili demeret. ꝙ aliqͣ poſſit eſſe laudabilis. patet de ſcribēte vel cōcionaturo poſtridie de pctō carnis in eius feditatē ⁊ deteſtationē. Tertio arguit. ipoſſibile eſt ꝙ pctōr vnico pctō: efficiat pctōr pluribus pctis ꝑ aliqđ mere naturale: qđ nō eſt in poteſtate ſua. ſed ille poſt apphēſionē culpabilē vel exceſſiuū cibū eſt ſolū pctōr vnico pctō: ergo ſi poſt reſolutionem ſeminis efficiat in duplici pctō: hoc erit ꝑ aliqđ mere naturale qđ non in poteſtate eiꝰ. Et ſi ponas: ꝙ anteqꝫ iret dormitū: erat pctōr duplici pctō. tūc cape hāc maiorem. ipoſſibile eſt ꝙ pctōr duplici pctō ſit pctōr triplici pctō ꝑ aliqđ mere naturale: qđ non eſt in poteſtate ſua. Hec propoſitio in dicendis de ebrietate. diſtin. xvij. huius tāget: q: eſt eadē difficultas: ſic. ſ. ꝙ ꝗ tenet pollutionē nocturnā ex culpa ꝓueniētē nō eſſe iputabilem: ⁊ ebrietatis culpabilis facta eſſe iputabilia: acies oppoſitas in ſe molit. ¶ Quarta ꝯcluſio. non oīs pollutio nocturna orta ex actu culpabili: ꝗ eſt volitio vel deſideriū illius: etiā nō emēdata ꝑ penitētiam: eſt culpabilis. hoc eſt. ſi cogitem de libidine vt polluar in nocte: ꝑ hoc ꝙ nocturno tēpore polluor: nō pecco nouo pctō. Et licet dicā (nō oīs pollutio) intelligo more loquēdi eoꝝ ꝗ tenēt contradictoriū huius: nulla ⁊c. vt patebit ꝑ ꝓbationes. hoc dixerim ꝓpter aliquos ꝗ verboꝝ corticē ⁊ nō mētem loquētiū vel ſcribētiū ꝯſiderāt. Patet hec ꝯcluſio ꝑ pͥmā rōnē ad ꝯcluſionē pcedētē in forma. Et ptꝫ ꝑ aliā rōnē. habeāt Sortes ⁊ Plato ſimiles volitiōes polluendi qͫ vadūt dormitū: iā ſunt in equali pctō. polluat Sortes ⁊ nō Plato: tūc ſi Sortes poſt pollutionē ſit in alio pctō qꝫ erat qͫ iuit cubitū: aliquis ꝑ aliquod mere naturale qđ nō eſt in ſua poteſtate peccabit. Secundo. oēs actus iteriores in iſtis ſunt equales: ⁊ actus exterior nihil malitie actui iteriori ſupaddit ꝑ te. igit. ¶ Quīta ꝯcluſio. licet pollutio nocturna non ſit pctm vllū: tñ crebro eſt ſignū pcti pcedētis: vel occaſio pcti ſequentis. Hec ꝯcluſio habet tres partes: quaꝝ pͥma ex ꝯcluſionibꝰ pcedentibꝰ iam iā patuit. Vltima pars etiā ptꝫ ꝑ malos habitꝰ remanētes. Secūda aūt pars ꝓbat. Scti diſſuaſerunt cōmunicare die ſequēti pollutionē nocturnā. vt ptꝫ ī. c. teſtamētū. vj. diſtin. et in. c. Non eſt. Et hoc nō eſt niſi q: pollutio nocturna coinquinat animum ⁊ ipm illaqueat impudice. igit. ¶ Sexta ꝯcluſio. nocturna pollutio nō

impedit virũ a cõmunione. probatur. vel ĩpediret qꝛ eſt peccatũ: ⁊ hoc nõ ex tertia ꝯcluſione: vel qꝛ a pctõ procedit ⁊ ab eo originem ducit: ⁊ hoc nõ: qꝛ ex illo ſequitur ꝙ poſt nullũ pctm̃ cõmiſſum liceret poſtridie cõmunicare poſt penitẽtiã: vel ꝓpter ꝓhibitiõem naturalẽ/diuinã/vel humanã. non duo ꝑma: pluſqꝫ poſt alia pctã. nec ad hoc legẽ humanã ꝓhibitiuam ſub pena pcti video. Secũdo arguit̃ ad idẽ. vel pollutio nocturna impedit a celebratiõe: qꝛ mentẽ habet pollutus inuolutã ⁊ diſtractã a diuinis: et ſic in quocũqꝫ peccato deberet homo abſtinere a cõmunione: qꝺ tñ non ſolent facere homines poſt confeſſionem ſufficientem.

¶ Hactenus diximus ꝙ nulla pollutio nocturna eſt viro ad culpã nouã ĩputabilis. Pollutionẽ nocturnã voco que in ſomno ꝯtigit: ſiue in nocte/ſiue in die. ipſa nõ magis impedit a celebratione miſſe qꝫ alia peccata: ſi mens nõ fuerit circa venerea illaqueata. Hinc temere dicunt aliqui ꝙ .xxiiij. horis poſt pollutionẽ nocturnã abſtinẽdũ ſit: ⁊ alij/poſt mediã noctẽ. qñ tñ vir dubitat de eã culpabili vnde ꝓceſſerit: eãm ꝯfiteat̃. ſi aũt ſe ĩdiſpoſitũ et ĩdeuotũ rõne pollutiõis ĩuenit: nõ celebret. Eodẽ mõ ſi vir ꝓpriã vxorẽ cognouerit: potiſſimum debitũ reddendo/vel in caſu licito. Et ſi peccet: de hoc ꝯfiteat̃. Si vero ſe ĩdiſpoſitũ inueniat: nullo modo cõmunicare debet. ꝙ tñ abſtinere teneat̃ ſi ſe diſpoſitũ inueniat: nõ video. qꝫqꝫ nõ licuit comedere panes ꝓpoſitionis poſt mulierẽ cognitã: illud eñ eſt legis iudiciale nũc nõ obligãs. Multo magis mulier poſt menſtruũ cõmunicare poteſt: ⁊ ſtatim poſt partũ. ad iudiciale autem legis non eſt habẽdus oculus: ⁊ illud patet de puriſi. poſt partũ. c. vnico. Ex omnibꝰ patet ꝙ non debẽt mirari homines quare doctores maiorem indaginẽ fecerunt poſt pollutionẽ nocturnã qꝫ poſt fedũ ſomniũ: qꝛ hoc eſt propter reſolutionem ſeminis. Secũdo ſequit̃ ꝙ nõ eſt dormiẽdũ in lecto calido: qꝛ ille ad pollutionẽ aditũ ꝓbet: ⁊ calculum nutrit. hinc boni patres gẽtiles ſolis culcitris vſi ſunt: ⁊ Carthuſiẽſes lectos ſtramineos habent. Tertio cauenda eſt oĩs magna alteratio caleſcendi. Quare Galenus. vj. de reg. ſani. dicit ꝙ curſores debẽt portare plũbi laminas ſup renes: ne ꝑ noctẽ calefacti polluant̃. Quarto ſequit̃ nõ eſſe nimis dormiẽdũ/ſed ꝑmo mane vigilãdũ. Propterea in religionibꝰ iſtitutũ eſt tempore nocturno ſurgere ad matutinas vt laudetur deus: ne illaqueetur homo malis cogitatiõibꝰ nocturnis. Hinc dicit Cato. Plus vigila ſemꝑ: ne ſomno deditus eſto. Nã diuturna quies vitijs alimẽta miniſtrat. Et Hippocrates particula ſcđa Aphoriſmorum/Aphoriſmo tertio. Somnus et vigilia vtraqꝫ modo magis facta malum. Exceſſiuus enim ſomnus vt experimẽto cognoſcimus/virũ male coloratũ reddit. Et hoc dicit Ariſtoteles ſcđa particula Problematũ. ergo hominis incolumitati non conuenit. Catharrum multus ſomnus nutrit: qui colicã in corpore/et alias infirmitates gignit.

¶ Diſtinctionis None. Queſtio Tertia.

CVm in principio queſtionis ꝑcedẽtis diximꝰ ieiuniũ ſolũ eſſe aptũ ſuſcipe ſacramentũ Euchariſtie: loquuti ſumus de ieiunio nature. Querit̃ gr̃a illius: talis queſtionis titulus. An nõ ieiunus poſſit Euchariſtie ſacramẽtũ ſumere. In ſenſu cõpoſito loqmur: non curantes quomodo negatio infinitãs ſuppoſitionẽ termini prohibeat reſpectu copule modificate: omnia enim illa inania ob breuiloquiũ aſpnamur. ¶ Rñdet̃ ꝑ hanc ꝯcluſionẽ, Cibꝰ et potus poſt mediã noctẽ ſumptꝰ ĩpedit ſumptionẽ Euchariſtie. probatur hec cõcluſio. vij. q. j. Nihil. §. nullus. Et de ꝯſecra. diſt. ij. c. Liquido. et eſt Auguſtini ad inquiſitiones Ianuarij. illic ſic dicit̃. Ex hoc eñ placuit ſpiritui ſctõ vt in honorem tãti ſacramẽti ꝑus in os Chriſtiani dominicũ corpus ĩtraret qꝫ ceteri cibi. Nam ideo ꝑ vniuerſum orbẽ mos iſte ſeruat̃. Secundo ꝓbat̃ eadem ꝯcluſio. Si non requirat̃ ieiuniũ nature: puta ꝙ nec cibꝰ nec potus aſſumat̃ poſt mediã noctẽ/ad cõmunionẽ Euchariſtie: ſequeret̃ ꝙ liceret ſacerdoti celebrare poſt ſumptã ablutionem. ꝯſequẽs eſt falſum. vt patet de celebra. miſ. c. Ex parte. vbi vult textus ꝙ vinum ſuperinfuſionis aliã celebratiõem ĩpedit. ⁊ hoc in feſto natalis Chriſti quãdo ter celebrat̃: notãt bñ ſacerdotes in primis duabꝰ miſſis. nõ tñ requirit̃ ſomnus in nocte ad hoc vt poſtridie celebretur.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. Chriſtus poſt agnũ typicũ comeſtũ in vltima cena qñ hoc ſacramẽtũ ꝑmo iſtituit: dedit Euchariſtiã apoſtolis: ⁊ tñ nõ erãt ieiuni. ¶ Rñdet̃. iſta ꝓhibitio eſt humana ſolũ ⁊ rõnabilis: qꝛ hoĩes melius diſponũtur: et ſunt deuotiores ieiuni qꝫ nõ ieiuni. Etiã ob reuerẽtiam tãti ſacramenti cibꝰ ſpũalis ante corporalẽ ſumi debet. Propterea ad hãc cõcluſionẽ bene impugnãdam oportet ꝓbare ꝙ liceat cõmunicare poſt cibum aſſumptum poſt ꝓhibitionem eccleſie.

¶ Secundo arguitur. licet alicui ad tollẽdã ſaliuã/gargarizãdo os abluere: ⁊ cõtingit ꝙ gutta aque in ſtomachũ ĩaduertẽter deſcẽdat: ſed hoc faciẽs nõ eſt ieiunus ieiunio nature: ⁊ tñ licite celebrat. igitur. ¶ Rñdet̃. negãdo ꝙ talis nõ ſit ieiunus ieiunio nature: qꝛ ex ꝓpoſito nõ demiſit aquã vel cibũ ĩ vẽtrẽ. Ex q̃ ſeqtur ꝙ ſtat dare duos: quoꝝ vnus capit plus aque vel cibi inter dentes qꝫ alter: ⁊ tñ eſt ieiunus ieiunio nature ⁊ non alter: dato ꝙ vnus volens demittit in ventrẽ/⁊ nõ alter: ſed ĩaduertenter modica aqua in ſtomachũ deſcendit: que ieiunium nature non impedit. Et cũ aqua quantũcũqꝫ magna in ore aſſumpta ieiunium nature non violet: eſt argumẽtum ꝙ guſtatio cibi in ore cũ nihil in ſtomachum deſcendit: tale ieiunium non tollit.

¶ Tertio arguitur. poſito ꝙ ex negligẽtia ĩponat̃ aqua in calice loco vini albi: tũc pr̃ſbyter illã aquã ſumẽs cũ ꝑcipit ꝙ eſt aqua debet ſecrete adire cornu altaris ⁊ cape vinũ ⁊ ꝯſecrare: ⁊ tñ nõ eſt ieiunus ieiunio nature. idẽ fuiſſet ſi panẽ hordeaceum vel ſiligineũ/loco triticei aſſumpſiſſet. Oportet enim ſacerdotẽ integrũ ſacramentũ aſſumere. vt ptꝫ de ꝯſe. diſt. ij. c. Relatũ. ⁊. c. Cõꝑimus. ¶ Rñdet̃. concedendo ꝙ in caſu ex negligentia aliqua ꝑmiſſa in ſacerdote vel clerico ꝑmittit̃ ꝙ non ieiunus ꝯſecret de nouo ⁊ cõſecratũ aſſumat: vt patet in vtroqꝫ caſu argumẽti: qꝛ ſacerdos non debet partiri ſacramẽta. vnde dicit Gelaſius papa in loco allegato. Cõꝑimus aũt ꝙ quidã ſumpta tãtũmodo corporis ſacri portione a calice ſacrati cruoris abſtineãt. qui ꝓculdubio (qñ neſcio qua ſuꝑſtitiõe docentur aſtringi) aut ĩtegra ſacramẽta ꝑcipiãt: aut ab ĩtegris arceant̃: qꝛ diuiſio vnius eiuſdem myſterij ſine grãdi ſacrilegio non poteſt ꝓuenire. Sacerdos enim iſtic ponitur inter duo ꝑcepta humana: vnũ vt cõmunicet ieiunus. aliud eſt ne ſacramẽta diuidat. Scđꝫ aũt ſtrictius iuxta pontificũ determinatiões obligat qꝫ primum. ꝓpterea in illo caſu



minus ſtrictũ arctiori cedit. ⁊ hoc ſi vtrũqꝫ tã panem qꝫ vinũ habere poſſit. Debet ergo ꝯſecrare rurſus ſi poteſt ſine apparenti ſcãdalo: ⁊ hoc ſi ſciat tale eccleſie ꝑceptũ. ſi enim ex ignorãtia rudis hoc nõ faciat: nõ eſt vero ſimile ꝙ mortaliter peccet: obtutũ dirigens ad ieiuniũ nature: alterius ꝑcepti ignarus. Dicebã vbi tã panẽ triticeũ qꝫ vinũ habere poſſit: qꝛ ſi nõ haberet̃ vinum: vt ſub polo arctico: vel in alio loco: ⁊ haberet̃ panis triticeus vel ecõuerſo: crederem tũc ſacramẽta poſſe diuidi. Sicut ſi ſacerdos ponat̃ inter duo: aut ꝙ populus nõ audiat rẽ diuinam/nec cõmunicet in paſcha: vel ꝙ ipſe ꝯſecret ſub altera ſpecie tm̃: qꝛ primũ maius eſt incõueniẽs qꝫ ſecũdũ: ⁊ ꝑcepta hec ſunt ĩcõpoſſibilia: primũ ſeruare in illo caſu oportebit. Similiter ſi caro vel ĩfans appareat ſub ſpecie vini: aſſumptis ſpeciebꝰ panis: illic eſt quieſcẽdũ: et non nouũ vinũ ꝯſecrãdũ. ergo illud ꝑceptũ eccleſie qꝺ ſtrictius obligat: exceptiones patitur.

¶ Quarto arguitur. laicus ſumit ſtatim cũ Euchariſtia vinũ: ⁊ ſimiliter ſacerdos in die paraſceues capit particulã hoſtie ꝯſecrate in die ꝑcedenti cũ vino: ⁊ tñ vinũ qꝛ liqdũ citiꝰ deſcẽdit in ſtomachum. ¶ Rñdet̃. ſufficit ꝙ nulla ſuſtãtia ꝑus trãſeat per os qꝫ corpus Chriſti/ſiue deſcẽdat/ſiue nõ: qꝛ reputatione eccleſie corpus Chriſti ꝑus eſt aſſumptũ. Illud aũt argumentum de die paraſceues ꝓbat etiam poſſe eſſe partitionem inter hec ſacramenta in ſacerdote.

¶ Quinto arguitur. licet dare infirmo hoſtiã poſt meridiẽ. Forte dicis hoc eſſe verꝫ ſi inopinate ſit in tali neceſſitate ne decedat ſine viatico: nec ius humanũ eũ oblicat ad cõmunicandũ ieiune in illo caſu. Contra. ſi nulla ſit hoſtia ex negligentia pr̃ſbyteri: vel aliquis pr̃ſbytero inſcio Euchariſtiam abſtulerit: ſequit̃ ꝙ ſacerdos poſt meridiẽ poſſit ꝯſecrare. ¶ Rñdet̃. puto licere ſacerdoti clãculũ eccleſiã adire poſt meridiẽ: et hoſtiã ꝯſecrare ſolũ in ſecreto: dicẽdo verba ꝯſecrationis: ⁊ Euchariſtiam ad infirmũ deferre: ſed nõ dicat miſſam/nec veſtes ſacerdotales induat/ꝓpter ſcãdalum. Nullo modo autẽ eſt dãda hoſtia non ꝯſecrata loco cõſecrate. Si vero nõ ſit aliqua hoſtia panis triticei piſta/ſed fruſtum panis triticei cõmunis: maior diligẽtia adhibẽda eſt: ⁊ forte ſatius eſt tale fruſtũ ꝯſecrare ⁊ dare ĩfirmo: et ſatiſfacere vulgo dicẽdo nõ eſſe ſcãdalũ: ſed ſic in illo caſu fieri expedire. faciat tñ hoc occulte potiꝰ corã doctis qꝫ indoctis: vt videatur mature procedere.

¶ Sexto arguitur. ordinatum eſt in cõcilio Carthaginenſi: vt patet de ꝯſecra. diſt. j. c. ſacramẽta. ꝙ ſacramenta non niſi a ieiunis ſumãtur excepto illo die anniuerſario quo cena dñi celebratur. ergo illo die licet cõmunicare fracto ieiunio. ¶ Rñdet̃. hoc erat ſtatutũ eccleſie olim: et ſatis rõnabile: nũc aũt ꝑ diſſuetudinẽ hoc eſt abrogatũ. hic enim nõ eſt pondus iuris naturalis vel diuini: ſed ſolum humani: cui cõtraire nõ licet ſine pctõ niſi in ratiõabili cã. ¶ Ecce quomõ ſolus ieiunus ieiunio nature debet hoc ſacramẽtum aſſumere: et hoc regulariter poteſt tñ aliter ꝓ rõnabili cã cõtingere: quã ſapiẽs habet iudicare: legem ſupioris in neceſſitate interꝑtãdo: et ꝙ ſacerdos debet ꝯſecrare ſub vtraqꝫ ſpecie et ꝯſecratũ ſumere: qꝛ illud ꝑceptũ arctius eũ aſtringit qꝫ vt ſit ieiunus ieiunio nature. nec oportet obtutum dirigere ad celeriorẽ deſcẽſum vini in ſtomachũ qꝫ ſpecieꝝ ſumptaꝝ ſub qbꝰ eſt corpus Chriſti: ſufficit enim ꝙ vinũ nõ ꝑus ꝑ os aſſumat̃. imo ſi ꝑ alias partes medicina appliceur: adhuc talis eſt ieiunus ieiunio nature: et patet in caſu alio. qꝫdiu ꝯſeruat̃ illa ſpecies: manet corpus Chriſti ſub ea in ſtomacho: ⁊ tãdem deſinit illic eſſe corpus Chriſti: et poſtea ſuccedit ſubſtãtia aliqua alia: quo non obſtãte: eodem die quo illa alia ſubſtãtia ſuccedit: talis eſt adhuc ieiunus ieiunio nature.

DVbitatur hoc loco: an melius ſit cõmunicare qꝫ non cõmunicare. Rñdet̃. notũ eſt ꝙ exiſtens in mortali vel erronee iudicãs ſe eſſe in mortali: male agit cõmunicãdo. Is cũ Petro dicat. Exi a me dñe qꝛ homo peccator ſum. Luce. v. Sed dubitatio eſt de duobꝰ eq̃ bñ diſpoſitis: vel de eodẽ qui poteſt abſtinere a cõmunione: poteſt etiã cõmunicare: vtrũ ſit melius. ¶ Rñdet̃. ꝑſtat cõmunicare. rõ eſt: qꝛ dat̃ gr̃a tã ex parte opis opãtis etiã ꝑſeruat Euchariſtia a pctõ. ſm illud Pſalmiſte. Paraſti ĩ ꝯſpectu meo mẽſam aduerſus eos q̃ tribulãt me. Pſal. xxij. hoc eſt: valet cõtra inſultus pcti. ſicut Caſſiodorus exponit. Et Ioãnis. vj. Qui mãducat me/viuit ꝓpter me. ergo ſi qs cognoſcit ꝙ reuerẽtia ſua erga Euchariſtiã nõ diminuit̃: et ſi deuotio eius augeat̃: tali ꝯſulẽdũ eſt vt cõmunicet. apoſtolos imitet̃ in ꝑmitiua eccleſia: q̃ quotidie in fractione panis ꝑdurabant. Actuum. ij. Et Matthei. vj. Panẽ noſtrũ ſupſubſtãtialẽ da nobis hodie. Tamen cui mãna quotidie ſumptũ eſt faſtidio: prodeſt ei interruptio ex malo appetitu ſuo. ſed nõ eſt defectus ex parte mãne. Et licet Centurio diceret. Domine nõ ſum dignus vt intres ſub tectũ meum. Matthei. viij. non iudicãs ſe dignũ talẽ habere hoſpitẽ: tñ ꝯfidat in bonitate dei: ⁊ citius cõmunicet qꝫ nõ cõmunicet. Et licet dicat verbo ⁊ mẽte. Domine non ſum dignus: tamen ſumat corpꝰ Chriſti ſi deuotionẽ habeat. ¶ Epilogando: dubitatiũculã hãc paucis complectar. in cauſa dubitationis ꝓpoſito poteſt homo reputare ſe indignum ſumptione corporis Chriſti: ⁊ abſtinere a ſumptione quãdo eſt opus ꝯſilij. poteſt tñ ſumere: et hoc eſt multo melius: quatenus ꝑſeruet̃ a pctõ rõne hoſpitis: ⁊ gr̃a ⁊ virtus ei augeat̃: ⁊ more zachei ardẽter querat dominum. Adde etiã ꝙ crebro cõmunicãs tenet ꝯſciẽtiã purgatã per cõfeſſionẽ ꝑuiã: ⁊ hoc ꝑ accidẽs facit ei Euchariſtia. Si dicas: quotidie cõmunicãtem nec laudat nec reprobat Auguſtinus. prout recitatur in. c. Quotidie. de ꝯſecra. diſt. ij. Ex illo non ſequitur quin multo laudabilius ſit quotidie cõmunicare ſi quis ſe deuotum reperiat erga Euchariſtiã: et hoc dicit Auguſtinꝰ. vt patet in. c. Iſte. de conſecra. diſt. ij. inquiẽs. Sic viue vt merearis quotidie accipere.

¶ Diſtinctionis None. Queſtio Quarta.

QVarto circa hanc diſtinctionẽ quero. An ſacerdos teneatur miniſtrare illi Euchariſtiã quẽ in mortali nouit eſſe: ſiue via confeſſionis: ſiue aliter occulte. Pro ſolutiõe queſtionis aliqua circa peccatorẽ premittã: vt intelligat̃ de quo peccatore loquar. poſtea cõcluſiue ĩpugnatiue cũ ſolutionibꝰ ad ꝯctis rñdebo. Peccatorẽ nõ appello in ꝓpoſito ſolũ exiſtẽtẽ in veniali: ſed in mortali. et ſi qs fuerit in originali nolẽs baptizari ante Euchariſtiã ſumptã: iam eſt in mortali. de mortali igit̃ peccatore loq̃ ꝓpono. ¶ Tripliciter autem aliqs eſt pctõr. vno modo qs eſt notorius peccator. Et hoc bifariã. vel notorietate facti/vel notorietate iuris. vnde ſicut dicit Panor. in. c. Veſtra. de cohabi. cleri. et mulie. Ad noto-

rii facti requirit ad minus vt decem ſciāt. Et ꝓpterea infert ꝙ in loco in quo nō ſunt decē: nō poteſt crimē aliquod eſſe notoriū: qꝛ ſi nō fuerint decē/ nō faciunt parochiā. x.q.iij.c. vnico. Non requirit aūt ſciētia totius vicinie. patet in.c. Cum dilectus. de purga. cano. Et oportet ꝙ cognoſcatur tali certitudine q̄li paternitas/ cognatio/ vel huiuſmodi ꝑ vicinos. Et ſic definit. Notoriū notorietate facti: eſt factū cuius teſtis populus eſt: ⁊ diſſimulationi locus nō eſt. Hec definitio colligit ex.c. Euidētia. de accu. ⁊ ex.c. Tua nos. de coha. cle. ⁊ muli. Notoriū aūt iuris eſt ſpontanea ꝯfeſſio/ clara ꝓbatio/ iuſta ⁊ indubitata. Hic eñ eſt violēta p̄ſumptio. ¶ Alio mō q̄s eſt publicus pctōꝛ q̄ñ incerto auctore aliq̄ exiſtimāt ipm̄ eſſe fornicariū vel adulteꝝ: ſed nō eſt notū notorietate facti nec iuris. hoc eſt nō conſtat ſufficienter de pctō ipſius. nā multi multa loquunt. ¶ Tertio mō q̄s eſt occultus pctōꝛ. occultū aūt pōt opponi notorio. ⁊ ſic quilibet nō notorius pctōꝛ eſt occultus. poteſt etiam opponi publico: vt q̄ñ vnus ſolus vel duo ſciūt. ¶ Tertio notato ꝙ q̄s poteſt petere Euchariſtiam in occulto vel in publico a ſuo ſuꝑiore: pro tp̄e quo Euchariſtiā dare tenet/ vel alio tempore/ vel a non ſuo ſuperiore.

¶ His premiſſis pono cōcluſiones titulo q̄ſtionis reſpōſiuas: quaꝝ Prima eſt. ſi occult⁹ peccatoꝛ mihi ſubditus petat a me Euchariſtiā in publico ꝓ tp̄e ꝑ quo teneoꝛ alijs Euchariſtiā dare: teneoꝛ etiam ei dare. hoc eſt ſub alijs verbis: ſi ſubditus meus peccatoꝛ petat a me Euchariſtiam ꝓ tp̄e quo tenerer ei dare Euchariſtiā ſi nō eſſet in pctō: teneoꝛ etiā ei dare in peccato. Probatio ꝯcluſionis. nō poſſum licite excip̄e ꝯtra eū quare nō miniſtrē ei Euchariſtiā ſicut alijs. nō propter pctm̄: qꝛ illud eſt occultū: forte in confeſſione auditū: ⁊ ſic ei negādo Euchariſtiā corā alijs: indirecte ſum reuelatoꝛ ꝯfeſſionis: ⁊ alios ſcādalizo: qḋ eſt a me maxime euitādū. Si vero extra ꝯfeſſionē illud pctm̄ noui: cū nō poſſim illud ꝓbare: adhuc nō poſſum licite excipere. Secūdo arguit ad idē. data oppoſita ꝯcluſione: ſequit ꝙ curatus poſſet ſubditis negare Euchariſtiā ad nutū ſuū: ⁊ nō liceret querere quare hoc faceret: ſed ſufficeret dicere. Sic volo ſic iubeo ſit ꝓ rōne volūtas. Preterea de offi. ordina. c. Si ſacerdos. ſcribit. Niſi q̄s iudiciario ordine ꝓbare poterit non licet aliū arguere nominatim: nec a cōmunione remouere: q̄uis ſciat ipm̄ ꝑ ꝯfeſſionē aut alias ipenitētē ꝑmanere in pctō. Quarto arguitur exēplo Chriſti: qui Iude ſuū p̄cioſum corpus dedit in vltima cena: vt euāgeliſte oēs ſonāt. Matthei. xxvj. Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs. Et Auguſtin⁹ tenet Pſal. xxj. ſuꝑ illo verbo. Māducauerūt ⁊ adorauerūt oēs pīgues terre. ⁊ patet. j.q.j. Chriſtus. ⁊ de ꝯſe. di. ij. Nō ꝓhibeat. ⁊ tm̄ Chriſtus ſciebat Iudā eſſe tunc in mortali etiā grauiſſimo. ¶ Sed dicis. peccatū Iude erat publicum: qꝛ notū Iudeis: ergo iſta ꝓbatio eſt nulla. Itē Chriſt⁹ nō tenebat Euchariſtiā Iude dare. Princeps eñ eſt abſolutus a legib⁹. Et patet etiā: qꝛ reuera pctm̄ occultū Iude reuelauit Ioāni. Quarto auctoritate Hilarij arguitur. q̄ tenet ꝙ nō dedit corp⁹ ſuū Iude. Quīto. Iudas nō petijt corp⁹ Chriſti. ¶ Rñdet ad iſta. Ad p̄mū. licet pctm̄ Iude eſſet multis Iudeis notum: tñ ipſi malitioſe negaſſent illud ſi probatio fuiſſet adducta. Sic ſi pctōꝛ petat a me Euchariſtiā/ ⁊ ſciā tres vel quatuoꝛ illḋ peccatū ſcire: qꝛ tñ eſt vero ſimile ꝙ negabūt ſe hoc ſcire: qꝛ ſunt cōplices iſtius pctōꝛis: adhuc dabo Euchariſtiā. Secundo poterat Iudas deteſtari pctm̄ ſuū poſt colloquiū habitū cū Iudeis vt fecit: licet infructuoſe: durāte paſſione: ⁊ ſic pctm̄ erat adhuc occultū. Ad ſcḋm rñdet Licet princeps ſit abſolutus a legib⁹: equum eſt tñ ipm̄ ſuā legem ſeruare: ſic fecit Chriſtus. Ad tertium dico ꝙ habuit rōnabilē cām illud reuelādi: qꝛ retulit illi qui potuit ꝓdeſſe ⁊ non obeſſe et aliud erat: vt. ſ. oſtenderet vni apl'oꝝ ſe ſcire q̄s ſe traditurus eſſet: et nil ſe latere. Illa aūt nō ꝯtingūt in nobis: cū multa nos fugiāt: nec poſſumus Chriſtum in hoc imitari niſi ſimiles rōnes ꝓ nobis haberemus: quas habere nequimus. Ad aliud de beato Hilario fateoꝛ ꝙ illud tenet: ſed auctoritas euangelij tendit ad oppoſitū. Et beatus Auguſtinus/ ⁊ Hieronymus eū ſequētes: ⁊ ceteri doctores agminatim tenuerūt oppoſitū. ideo illi⁹ aſſertio eſt relinquēda. licet ꝓ ſe adducat nō nihil apparētie ex euāgelio: vbi dicit Chriſt⁹. Dico aūt vobis ꝙ nō bibā a modo de hoc genimine vitis vſq3 in diē illū cū illud vobiſcū bibā nouū in regno p̄ris mei. vobiſcū eñ videt demōſtrare ſolos aſſumēdos ad regnū p̄ris. de q̄b⁹ nō erat Iudas. Ad hoc rñdet. ille terminus vobiſcū/ nō eſt referēdus ad oēs diſcipulos illic exiſtētes: ſed ſolū ad p̄deſtinatos. ſm̄ illud Ioānis. xiij. Vos eſtis mūdi/ ſed nō oēs. Et non ſolū corpus ſuū Iude dedit: ſed ipſemet ſumpſit. Chriſtus enim ſumpſit panē ⁊ calicē ſicut euāgeliſte narrāt: ſm̄ carmina que recitat Bernardus in.c. Firmiter. de ſum. tri. et fide catho. Rex ſedet in cena turba cinctus duodena. Se tenet in manib⁹: ſe cibat ipſe cib⁹. Ad quintū dicit: ꝙ Iudas qꝛ ſedebat īter alios: facto petebat: ſicut ponēs ſe ī paſcha ad menſam cū alijs. Secundo. ſi non dediſſet ei: petiuiſſet. ſicut dicebat. Nunquid ego ſum rabbi: cū Chriſtus loqueretur de ſua morte.

¶ Ex hac concluſione ſequitur per locū a ꝯtrario ſenſu: ſaltē tacite īnuit: alia ꝯcluſio: que eſt hec. Si petat a me pctōꝛ ille Euchariſtiā ꝓ tp̄e quo nō teneoꝛ ei miniſtrare: non dabo ei Euchariſtiā. patet. Nā facere oppoſitū eſſet margaritas ꝓijcere ante porcos: ⁊ ſctm̄ dare canibus. Legitimā exceptionem habeo ne tenear ei tūc Euchariſtiā miniſtrare: ⁊ ꝓ rōne afferam ꝙ nō teneoꝛ ⁊ ꝙ ſum īpeditus. ⁊ hoc eſt veꝝ. cū non poſſim ei Euchariſtiā dare: ad hoc ſum īpeditus. ¶ Tertia cōcluſio. Si iſte de quo eſt mētio petat in ſecreto Euchariſtiā a me: negabo ei Euchariſtiā in ſecreto et dicam ei ſic. rō mea eſt qꝛ tu peccas mortaliter ſumēdo Euchariſtiā: ⁊ ego male agerē cooperādo pctō tuo: cum excuſationē habeā rōnabilē. ¶ Quarta ꝯcluſio. Neganda eſt Euchariſtia in publico/ notorio pctōꝛi. habeo eñ excuſationē legitimā ꝯtra talē/ pctī notorietatē. Sed ꝓuidēdum eſt hic vt ſim certus de notorietate pctī. alioq̄n inique agerē ⁊ īprudēter: alios ſcādalizādo. ¶ Quīta cōcluſio. nullo modo dāda eſt Euchariſtia noto exiſtēti in mortali vbi habet ſacerdos licitā excuſationem nō dandi. patet. alioquin eſſet cooperari peccato alterius. ⁊ patet ex ſecunda concluſione.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit. Ipſe peccat ſumendo Euchariſtiā: ⁊ melius eſſet ei nō ſumere Euchariſtiam: ergo nō debeo ei dare Euchariſtiam: qꝛ ei dādo/ ſuo pctō cooperoꝛ. Item melius eſt ꝙ ſcādalizet q̄3 ſumat Euchariſtiam: ergo debeo ei ſuccurrere. ¶ Rñdet ad p̄mū/ ꝯcedendo antecedens: ꝙ melius eſſet ei. ſed ꝯſequētia eſt nulla: qꝛ debeo reſpicere ad illud qḋ eſt mihi melius. ego eñ teneoꝛ dare ei Euchariſtiā. et nemo peccat īplēdo p̄ceptū: exponendo per quia. ſi vero non darem ei: peccarem. ⁊ nego ꝙ eius pctō cooperoꝛ: cum rōnabiliter ei Euchariſtiā p̄beā: ⁊ diſplicet mihi ꝙ ipe Euchariſtiam petat: ⁊ peccet. Si tñ eum vocarē ad Euchariſtiam: multum peccarem/ inſtigando eū ad hoc qḋ eſt ei pctm̄. ſed p̄monere eū3 licet/ aurici⁹ inſuſurrādo. frater noli Euchariſtiā ſumere ſi penitudine non ducaris de odio in fratrē tuū. vel dicā in publico. Caueat q̄libet accedere ad ſancta ſanctoꝝ in mortali noxa: ne iudicium ſibi māducet ⁊ bibat. ſicut Chriſtus ī publico dixit: vnus veſtrū me traditurus eſt. veh autē homini illi ꝑ quē fili⁹ hoīs tradetur. ¶ Ad ſecūdū tranſeat ꝙ eſt ei melius: nō tñ mihi. nā ſm̄ ordinem charitatis plus habeo me ꝓtegere a peccato q̄3 alium. Etiā alter grauiter peccat volendo ſumere: qꝛ oīno decreuit ſumere. ¶ Tertio arguitur. nō debeo alijs facere quod nollem mihi fieri: ſed ego ſacerdos ſi eſſem in ſtatu iſti⁹ petentis/ nō deberem velle ꝙ ſacerdos daret mihi Euchariſtiam. igitur. ¶ Quarto arguitur ꝑ illud qḋ ſcribitur Matth. vij. Nolite proijcere margaritas ante porcos. ſed ille pctōꝛ eſt porco peioꝛ/ q̄ nunq̄3 peccat. igitur. ¶ Quinto arguit. medicus corporalis vinum nō dilututum aqua cōcedens febricitāti calida febre/ peccat/ licet alter petat: ⁊ cā eſt/ qꝛ nocet patienti: ſ3 corꝑis Chriſti datio nocet accipienti: ⁊ licet peccet volendo habere: per dationes cōtinuatur actus eius/ ⁊ ex parte rei accepte ei nocebit. igit. ¶ Sexto arguit. furioſo petenti proꝑiū gladiū/ durante tp̄e furie/ gladius eſt negandus: ne ſuo mucrone ſibi iugulū3 p̄cidat: ergo ſic eſt in ꝓpoſito. ¶ Septimo argit. meli⁹ eſt illi tradere hoſtiā non conſecratā: qꝛ ex pte rei operate illa ei nō nocebit. ¶ Octauo arguitur. ille pctōꝛ tenetur nō petere Euchariſtiam: ergo ego teneoꝛ ei non dare illam. ¶ Ad tertium dicit ꝙ ſermo eſt illic de velle recto et licito: quare cōcedo maiorem abſolute/ et cōcedo minoreꝫ abſolute. nō eñ deberem velle ſi eſſem ſubdit⁹/ ꝙ curat⁹ daret mihi Euchariſtiā: nec debeo ſimpliciter petere ſtante caſu peccati: ſed cū curat⁹ licite det Euchariſtiā: ſtāte hypoteſi poſſum velle ꝙ ipſe mihi det. Exēplū in ſimili. vxoꝛ tenet reddere debitū in caſu marito laſciuo et peccāti in petendo: ⁊ tñ ſi marit⁹ recte vellet: abſolute deſideraret ꝙ vxoꝛ non redderet debitū: ⁊ etiā nolle debet ꝙ ipe debitū petat: ſ3 ſtāte ſua importuna petitione vult mulierē reddere debitum licite. ¶ Ad quartū dicitur ꝙ illa auctoritas ſic intelligit. Nolite ꝓijcere quātū eſt ex pte veſtra margaritas añ porcos. Et ſic ē in ꝓpoſito. Alter eñ rapit margaritas/ cū iſte nō poſſit ei importune petenti Euchariſtiā negare. Et l3 volitionē dādi habeat: illa ē extorta et nō pure ſpōtanea. ¶ Ad quintū dr̄ ꝙ nō ē ſimile: qꝛ vn⁹ obligat: nō autē alter: īmo medic⁹ corꝑalis obligat non dare nociuū cognitū tale patienti. pōt etiam reddere rationem quare noceret patienti talis medicina: qḋ facere nō pōt curatus. ¶ Ad ſextū dicit ꝙ ius nature interp̄tatur gladiū in illo euētu nō reſtituēdū. oppoſitū eſt hic ¶ Ad ſeptimum nego añs. nō eñ eſt mihi bonū ſ3 pctm̄ qḋ nō eſt faciēdū. pt3 in.c. de hoīe. de celebra. miſſa. vbi caſus vertebatur de quodā pctōꝛe nolēte celebrare: qui tñ finxit ſe celebrare/ p̄termittens verba cōſecratiōis vt populo ſatiſfaceret. Forte occurrebat caſus ī quo ex officio celebrare tenebatur vel rōne ſcādali: ⁊ forte ex ſtultitia ſua reputabat ſe ſꝑ in mortali ante confeſſionem vocalem. Innocentius tertius dicit illū grauius deliquiſſe q̄3 ſi ī mortali vere cōſecraſſet. quare dictu3 Altiſiodori eſt nullū/ dicētis hoſtiā nō cōſecratā dāda3 loco vere Euchariſtie: nō qꝛ popul⁹ idololatriā cōmitteret: vt diſtinct. xj. patebit: ſ3 qꝛ ſacerdos deciperet populū priuādo eum ſacrificio: ⁊ in ſacramento veritatis nihil falſitatis aut doli ineſſe debet. ¶ Ad octauum concedo antecedens: ſed conſequentia eſt nulla.

¶ Cōtra tertiā cōcluſionem arguitur ſic. Iſte cui nego Euchariſtiā/ de me faciet q̄rimonia3 ſuꝑioꝛi ꝙ ei Euchariſtiā negē: ⁊ nō habeo ꝓtectionem. Si cōcedā ero punit⁹. Si dicā cām: ſum ꝓditoꝛ ſecreti. ¶ Reſpondebo coram ep̄o/ q̄renti de me. vbi negaui tibi Euchariſtiā. ⁊ q̄ñ ſubiungēs me paratu3 miniſtrare corp⁹ Chriſti cuilibet mihi ſubdito. Et ſi redeat in ſecreto/ nihil ei dabo. Si adducat alios teſtes/ dabo ei Euchariſtiam. ⁊ ſi inſiſtat ꝓterue: forte ex meo facto licito deꝑhēdet ab alijs ꝙ rōne pctī quo irretit⁹ eſt/ ei Euchariſtiā negem: ſed hoc mihi non imputabitur.

¶ Cōtra quartā cōcluſionē arguitur. Stat notoriū pctōꝛem nō eſſe in mortali: ⁊ ꝑ ꝯñs ei danda eſt euchariſtia. ¶ Rñdetur. ꝯñā eſt nulla. Notorius enim peccatoꝛ eſt ille qui notorie peccat/ ⁊ nō ſufficiēter ſuu3 crimen ꝑ penitentiā purgat. cu3 aūt purgauerit ſuum crimen iudicio prudentum: dabo ei in publico etia3 Euchariſtiam. ſi vero tempus in quo iudicio prudentū debet abſtinere: non ſit conſummatum: dicam publice: amice bene ⁊ laudabiliter penitentiam tuam inchoaſti: perſeueres modicum vt illos edifices quos ſcandalizaſti: ⁊ poſtea dabo tibi Euchariſtiam. Sic enim precipit Apoſtolus. Peccantem coram omnibus argue vt ceteri timorē habeant. Prime ad Timotheū quinto. ¶ Secundo contra eandem concluſionem arguitur. Stat me negare euchariſtiam coram multis qui crimen illi⁹ non cognoſcunt: ergo ſum reuelatoꝛ peccati ſecreti. Reſpondetur concedendo añs. ſed conſequentiam cū conſequēte nego: qꝛ peccatum eſt notorium: ⁊ propterea ego non reuelo ipſum: ſed parietes illud explicāt: ⁊ peccatū ipm̄ ſuum factorem in hoīm oculis fetere facit: ⁊ apud multos qui de pctō nihil ante ſciuerunt: ⁊ ita ego licite facio Illud patet. ij.q.j. Que Lotharius rex. et. ca. ſequenti De manifeſta. vbi gloſ. in verbo (plurimis) ergo non requiritur omnium ſcientia.

¶ Cōtra quintā cōcluſionē arguitur. per illud qḋ definitū eſt in cōcilio Guarmacienſi: vt recitat. ij.q.v.c. Sepe. ꝙ ſuſpect ō furto det euchariſtia ergo dat exiſtētibus in pctō. ¶ Rñdet. illic ē ſermo de dubio ſuꝑ furto: an ſint aliq̄ in mortali pctō: an. ſ. res furati ſint. Et ſtatuit cōcilium ꝙ ſe purgarēt in illo dubio exiſtimās illos religioſos nolle: ſi q̄d furti haberēt ſumere corp⁹ Chriſti. quēadmodū defert iuramento in caſu dubio in iudicio. ſ3 hoc iā exoleuit. Ex illo tñ nō ſeq̄tur ꝙ Euchariſtia ſit danda alicui quē certū eſt eſſe ī pctō mortali. Ferme ſimile ſeruāt aliquoꝝ religioſoꝝ p̄lati tēpore quo aliq̄d eſt furto ablatū. Nemo enim audit confeſſiones religioſoru3 quos celebrare oportet/ niſi prioꝛ conuentus/ vt furtum deprehendatur.

Dubitatur an poſſim⁹ licite audire miſſā ſacerdotis excōicati vl' notorij fornicarij. Rñdet. vel ſacerdos ē publice ⁊ noīatim excōicat⁹: ⁊ tūc in loco in quo eſt publicū: teneoꝛ talē ſacerdotē euitare in q̄buſcūq3 actib⁹. vbi vero ē occultū/ talē teneoꝛ euitarē ī ſecreto: nō aūt ī publico. argumētū eſt ad hoc i.c. Si ſacerdos. de offi. iudi. ordi. hoc patet etiam de ſenten. excommunica. c. Cum non ab homine: vt ſi quis Aberdonie excommunicatus fuerit nominatī: ⁊ hoc ſciuero: talē in publico nō euitabo Hadigtone. Si autem fuerit generali ſententia iuris vel hoīs ſuſpenſus: excōicatus/ vel interdictus/ non teneoꝛ ipſum euitare in diuinis vel in alijs: niſi ſententiam excōicationis pro ſacrilega manuum iniectione in clericū adeo notorie inciderit: vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Il-

lud in cõcilio Conſtãtienſi ordinatum eſt. Ex hoc patet ꝙ non eſt habendus oculus ad ius antiquum ante illud decretum. Secũdo ſequitur ꝙ nullo iure humano obligati ſumus euitare notorie fornicarium ſacerdotem/ ſymoniacũ/ vel aliter notorie irretitũ: in diuinis/ vel extra diuina: niſi per ſententiã iudicis ſuſpenſio fuerit contra eum ſpecialiter publicata ⁊ expreſſe. Tertio ſequitur: ꝙ iniectio notoria manus in clericum facit virum euitari: ſicut ante concilium Conſtãtienſe. Patet: qꝛ illũ caſum concilium excepit. Quarto ſequitur ex dictis in principio queſtionis de notorietate: ꝙ clericum ꝑcutiens non eſt vitandus niſi ꝑcutiens id confeſſus fuerit/ vel conuictus fuerit in iudicio/ vel ad minus ꝑcuſſerit decẽ videntibus; alioquin non erit notorium. Dixi in ſecundo corollario (nullo iure humano) teneor tamẽ iure diuino quando indubitãter ſcio aliquem ſacerdotem peccatorẽ: non facere eũ celebrare: qꝛ ꝑ oppoſitum ſum cã eius peccati: qd̕ fugiendum eſt a me. ⁊ ſi videã ꝙ audiendo ab eo rem diuinã eum foueã in pctõ: ⁊ poſſim eum retrahere: ab eo diuina nõ audiendo: tũc debeo nõ audire. ratio eſt: qꝛ illud eſt de iure nature ⁊ diuino ante humanã cõſtitutionem. modo concilium Conſtantienſe iura humana ſolũ remouebat. Sed hic notato ꝙ illud cum magna diſcretione fieri debet. Et pͥmo requirit̃ ꝙ cõſtet viro apparẽtiſſime ꝙ poſſit hac via retrahere ſacerdotẽ a pctõ. Secũdo requirit̃ ꝙ nõ aperiat viã imprudẽtibus cõtẽnẽdi ſuos curatos: q̃ crebro ſunt ꝓpẽſi in ſuos inſurgere. Tertio ne videat̃ cõtẽptor concilij Conſtãtienſis: qd̕ magno libramine legẽ antiquã de nõ audiẽda miſſa notorij fornicarij abrogauit. ¶ Nunc habuiſti ꝙ occulto peccatori eſt dãda Euchariſtia quãdo petit directe vel idirecte in publico ꝓ tẽpore quo tenerer dare ei ſi nõ eẽt in pctõ. Indirecte aũt petit ſedẽdo cũ alijs qbꝰ Euchariſtiã miniſtro: ⁊ ratio eſt. nõ poſſum excipe licite cõtra eũ quare nõ miniſtrẽ ei Euchariſtiã. Si vero petat in cõclaui: nõ dabo illi q̃uis milies cõquerat̃. Non poſſum tñ ſuadere tali ꝙ ſumat Euchariſtiã: ſed teneor ei ſeorſum in aure diſſuadere. Itẽ notorio pctõri nõ eſt dãda Euchariſtia licet in nullo pctõ ſit: ⁊ hoc mihi cõſtet: quouſqꝫ ſuã ſordidã vitã elimauerit: qꝛ adhuc a vulgo pctõr reputatur: ſed ſua feda et lubrica vita cribrata/ dãda eſt ei Euchariſtia: qꝛ iã nõ eſt notorius pctõr. Quo fit ⁊ hec cõſequẽtia eſt nulla. Sortes eſt notorius pctõr: ergo Sortes eſt pctõr. queãdmodũ nõ ſequit̃. Sortes eſt putatꝰ optimus: ergo eſt optimꝰ. ¶ Audire inſuꝑ poſſumꝰ miſſam notorij fornicarij: ⁊ poſſumus diuinis eius itereſſe: licet eum non debeamus ꝓuocare ad celebrãdum: nõ tamen licet audire miſſam notorij percuſſoris clerici: niſi ꝓbabiliter ſe abſolutum oſtenderit. Sed de hoc amplius in xviij. diſtinctione huius.

¶ Diſtinctionis Decime. Queſtio Prima.

¶ Hæc omnia præmiſi vt difficultatē ipſam videas. conabor tñ ſi potero dare analogiam ad hunc modū tenendū:quē quilibet ingenioſus in philoſophia mediocriter inſtitutus capere poterit. et ſic ſequitur. diſtinctionē illā triplicē doctoꝝ eſſe inanē:dicendo ꝙ ſit ſupra ītellectū. Primo ꝙ intellectus capere poſſit oſtēdā. Et ꝓ illo intelligēdo ſuppono aliqua. Primum erit ꝙ graue ſimplex vel leue ſimplex mutat̃ ſubito ſi nō habeat reſiſtētiā aliūde occurrētē. hoc eñ tenet Ariſto. iiij. phyſi. capite de vacuo. ⁊ cōmētator expſſe:et multo eſt rōnabilius q̃ oppoſitū. Doctores enim recte tenētes animā vel angelū poſſe actū ꝓducere in inſtāti:id negātes nō loquunt̃ ꝯſequēter:ſed ſibijpſis obuiare vident̃. ⁊ q̄cq̄d ſit deus poteſt illud facere ſ̄m omnes. Suppono ſecundo. ſi ſit vnū ꝑpendiculū in vacuo erectū ad centū pedes vl' ad celū vſqꝫ ſi volueris:qd in idē redit: ⁊ deſcēdat vnum graue ſimplex pedale in inſtāti ꝑ totū ꝑpēdiculum:ille ſubitus deſcenſus erit naturalis: qꝛ hoc vult Ariſtoteles:⁊ Auerrois. et ratio eſt ad hoc quā alibi ſerioſius deducā. certū eſt ꝙ deus poſſit illud facere:⁊ ſīmus nos in hoc inſtāti deſcenſus. tunc ſic. hoc corp⁹ pedale rūdet toti iſti perpendiculo longo centum pedib⁹ ⁊ extēdit̃ a p̄ncipio ad finē eius:nec ꝓpterea ſequitur ꝙ illud corpus pedale ſit ita longū ſicut ꝑpēdiculū vel ecōuerſo. ergo licet corpus Chriſti ſit longū ſeptē pedibus: ſtat ꝙ toti hoſtie rūdeat ⁊ cuilibet ei⁹ parti:et tamē erit



equalis longitudinis ⁊ magnitudinis cū hoſtia vel eius parte:nec adhuc ſequit̃ ꝙ erit penetratio partiū iſtius corporis pedalis:nec perit oīs via mēſurādi equalia:cū mēſuratio ſit naturaliter et nō p̄ſuppoſito miraculo: cuius oppoſitū eſt in Euchariſtia ⁊ in corpore deſcēdente in vacuo. Sed fortaſſe dicis. licet ita ſit in inſtāti:nō tñ poteſt illud corp⁹ pedale ſtare ꝑ tēpus cū qualibet parte illius ꝑpēdiculi niſi ponat̃ in plurib⁹ locis imaginarijs. Hec euaſio nō euitat ꝓpoſitum. Sed rñſione data: intētū habeo. capio deſcenſum corporis in illo inſtāti:⁊ corp⁹ magnū paruo corpori rūdēs adequate habes:ergo q̄d admiraris in Euchariſtia? Ulterius dico ꝙ de⁹ poteſt illd corp⁹ ſic ſeruare ꝑpetuo ſi velit:⁊ ponere corpus pedale in pluribus locis imaginarijs vel in vno tñ ſ̄m ꝙ tibi melius conducit. ¶ Secūdo dat̃ alia analogia. ſit linea finita Pariſijs:īfinita vel finita oriētē v̄ſus nō refert. angelus (vt ex ſcdo patet) pōt ſe mutare ſubito ꝑ totā lineā illā:⁊ ſic ita diu ſtare ſicut ei placet:nec propterea erit equalis linee. Qꝛ ita fieri poteſt:patet de aīa mea:que ſic ſe habet cū corpore meo:et tñ nō eſt equalis corpori meo. Si dicas te adhuc nō capere:memor ſis ꝙ multa ſunt alia certa que nō capis: vt vides ꝙ baculus vniformiter fortis vel filū vniformiter forte in vna parte frāgit̃ ⁊ nō ī alia:⁊ neſcis rōneꝫ dare. Similiter calor remittit̃:⁊ neſcis dare cām q̄re vn⁹ gradus ante aliū remittat̃:et tñ ſcis ꝙ eſt remiſſio. Si non bñ capias crede alijs:ſicut mater mea credit mihi (que nunqꝫ Scotiam egreſſa eſt) ꝙ collegium montis eſt in vrbe Parienſi.

¶ Ex his analogiā te manuducētē habes:ꝙ nō incōuenit corpus Chriſti longū ſeptē pedibus eſſe in Euchariſtia et in q̄libet eius parte:et tñ eſt ordo partiū in ordine ad totū ⁊ nō ī ordīe ad locū:nō curādo de relatōe ſiue diſtiguat̃ a fūdamēto ⁊ termīo:ſicut dñi reales tenēt:ſiue nō:ſicut dñi noīales dicūt. eq̄l'r ei currit manuductio:⁊ ē vtriqꝫ poſitioni cōmunis. Pes eī Chriſti in Euchariſtia diſtat eq̄li interuallo a capite ſicut in celo:⁊ collū capiti īmediate ꝯiūgit̃:⁊ realiter in ordine ad totū mediās īter caput ⁊ pect⁹: ⁊ oīno q̄lis eſt ordo partium corporis Chriſti in celo vel fuit q̄n moritur⁹ erat:talis nunc eſt ordo partiū in ordine ad totū:nec vlla partiū eſt ꝯfuſio:cū in toto diſtēt īter ſe ſicut in celo: tñ in ordine ad locū circūcūtē Euchariſtiā/vel ad Euchariſtiā quelibet pars corporis Chriſti ⁊ totū eſt in q̄libet tali parte:⁊ calor cordis in ordine ad totū corp⁹ nō eſt cū frigiditate cerebri: ſecus eſt in ordine ad Euchariſtiā. et licet Euchariſtia corrūpat̃ vel annihilet̃: pōt tñ deus facere idem de illo corpore. ¶ Ulterius patet ꝙ corpus Chriſti in Euchariſtia eſt ſub modo quātitatiuo in ordine ad totū: ſed nō eſt ſub modo quātitatiuo in ordine ad locum:vel eſt ſub modo quātitatiuo intrinſece:nō aūt extrinſece. Nec cures de alioꝝ modo loquēdi:dicētium ꝙ in Euchariſtia eſt quātitas:ſed nō eſt ſub modo quātitatiuo. Semper ſentētiā accipito verbis neglectis:et fundamētū ꝑ analogiam capias: et conſequenter loquaris ſ̄m tua principia ſi nominalis ſis:de alioꝝ verbis non curādo. ſi autem reales ſectari volueris/dum ſentētialiter ad rem loquaris/in verbis non lucteris.

¶ Contra hunc modum arguit Ockā in. iiij. ſentētiaꝝ. ⁊ in ſuo tractatu quē cōpoſuit de ſacramēto Euchariſtie/querēs de illo ordine partiū in toto. Aut eſt ordo partium ſitualis/ita ꝙ vna pars ſuperior. alia inferior/vna ante/alia retro/vna oriētē v̄ſus/alia occidētē v̄ſus/aut eſt ordo ꝑtitiōis/ aut totius ⁊ partis/ quomō oculus eſt pars capitis nō pedis/ aut ordo cauſalitatis/quomō vna pars eſt cā alterius/aut ordo ori-

gñis/vel nature vel tꝑis. ¶ Itē omne quãtū ꝯtinuum eſt longum/latum/⁊ ꝓfundū. ſed hec dimenſiones requirūt localē partiū diſtãtiã. ¶ Rñdet ad primū ꝙ nimis ꝓlixe deducit. dico tñ ꝙ eſt ſitus partiū in ordine ad totū: nõ autē in ordine ad locū. nec habeas oculū ad ſitus ꝑdicamētū more realiū. ſed tu realis optime noſti ꝙ ſitus in abſtracto nihil aliud eſt q̃ res taliter ſituata. Ponētes tñ dicere ꝙ nõ eſt ordo ſitꝰ/ nec eſt corpꝰ de ꝑdicamēto ſitꝰ: qꝛ ad corpꝰ de ꝑdicamēto ſitꝰ reqrit partiū ītercapedo in ordine ad locū ambiētē: ⁊ cū non ſit ſitꝰ corporis Chriſti in Euchariſtia: nõ ſedet in Euchariſtia: nec ſtat in Euchariſtia. Nã oïa illa vocabula ſunt de ꝑdicamēto ſitꝰ: nõ negato gñe de ꝓnomïe aliq̄d demõſtrãte: negant oēs ſpecies eius. ¶ Ad ſecūdū dicit ꝙ corpꝰ Chriſti eſt lõgū ſeptē pedibꝰ. ⁊ qñ dicit: hec dimēſiones requirūt localē partiū diſtãtiã: dico hoc eſſe falſum. Ockã ⁊ Gabriel multiplicãt aliquas alias rõnes: ſed qꝛ nullius ponderis ipſas iudico: nõ reſpõdeo. Ingenioſus morꝫ dicet conſequenter: rudis autem nihil ītelliget in hac materia: propterea pertranſeo.

¶ Manipulos ſparſos colligendo modus iſte dicere vult ꝙ eſt ordo partium in toto: ⁊ manus dextra extra ſiniſtrã in ordine ad totū: nõ tñ in ordine ad locū. ⁊ oïno breuiter dicas de corpore Chriſti in Euchariſtia: ſicut de corpore Chriſti in celo: ⁊ eius extēſione in ordïe ad totū: ⁊ cape analogiã de corpore pedali cadēte ꝑ ꝑpēdiculū: ⁊ res erit quodãmõ tibi ꝓuia. ſꝫ in ordïe ad locū q̄libet pars eſt ſic cū q̄libet ꝑte: qꝛ q̄cūqꝫ ꝑte Euchariſtie ſtilo tacta: verū eſt dicere: in illa ꝑte eſt corpꝰ Chriſti totū categorematice ⁊ ſyncategorematice. Nec ſequitur: caput eſt īferiꝰ in Euchariſtia ⁊ pedes ſupius: ergo eſt ſtãs ſuꝑ caput in Euchariſtia: qꝛ nõ eſt ordo ſitꝰ corporis Chriſti: bñ aūt quãtitatis. ꝓpterea ſcḋm hãc viã cõcedere habes ꝙ corpꝰ Chriſti eſt lõgū ſeptē pedibꝰ ī Euchariſtia in ordïe ad totū. hec aūt ꝑ manuductionē corporis Chriſti deſcēdētis ī vacuo oſtēdere potes: in quo vacuo Sortē ponis. Hūc itaqꝫ modū teneo magis ꝓbabilē: ⁊ ꝑ ꝯñs ſimplr teneo ī hac graui materia. Tū ꝓmo: qꝛ eſt cõis modꝰ ſapiētū: vt Hugonis ſctī Victoris/Altiſiodori/Alexãdri Halēſis/doctorꝫ Seraphici/Ricardi Mediltoni/doctoris Subtilis/Adc. Adã eñ dicit ꝙ nõ icõuenit corpꝰ hr̄e ꝑtes in ordïe ad totū: ⁊ nõ in ordïe ad locū. qḋ ꝑꝫ extra vniuerſum: ſed illa manuductio eſt nulla. de hoc eñ nõ eſt difficultas: ꝓpterea de hoc in vacuo de ꝑ accidēs/in q̄ eſt difficultas/analogiã dedimꝰ. in pleno etiã analogiã capias ſi volueris: ꝙ deus faciat corpꝰ ſubito deſcēdere. ⁊ ſic cõpletã manuductionē habeo ꝑ hãc analogiã quã dedimꝰ: ita vt (opiniõe mea) res ſit ſatꝫ facilis captu. Tū ſcḋo: hic modꝰ tenet ordinē partiū corporis Chriſti ī ordïe ad totū. Tū tertio: ſcḋm modū ꝑcedētē videt ꝑtiū ſegregatio: nec ē facile captu quomõ corpꝰ Chriſti ſcḋm illū modū ſit vnū ꝯtinuū. In hoc itaqꝫ nõ te exerceas: q̄ ſi prio aſpectu difficilis ītellectu appareat: ſucceſſu tꝑis clarior apparebit. Modū tñ ꝑcedētis queſtionis nõ penitus reprobo: et id propterea facio ꝙ forte modus ille alicui clarior apparebit q̃ noſter. is capiat imaginationem que ei placebit: ⁊ melius ad intelligentiam fidei manuducit. Ego autem pro me hunc modum propter cauſas dictas imitor: nec mihi occurrit. obiectio aliqua que ex dictis (ſi bene ponderentur) ſolutionem non habeat.

## ¶ Diſtinctionis Decime. Queſtio Quarta.

DIximus ſuperius corpus Chriſti ī ſacramēto Euchariſtie realiter ꝯtineri: et de modo quo in Euchariſtia exiſtit: tetigimus varias vias: et potiſſimum duas: adherētes tñ plꝰ poſteriori. Eſt alia difficultas quomodo idē corpꝰ poſſit eſſe ſimul ⁊ ſemel in pluribꝰ locis. ſed id nõ eſt facile captu quouſqꝫ diſputet ⁊ ītelligat: ꝓpterea hoc tãq̄ vtile ad ītelligētiã Euchariſtie īquirã. Et qꝛ aliq̄ fide coacti id ꝯcedūt in corpore Chriſti: ꝙ ſacramētaliter eſt in pluribꝰ locis: nõ autē circūſcriptiue: ꝓpterea vlterius querit talis titulus queſtionis. An deus poſſit aliquod corpus ſimul ponere ī diuerſis locis ſeparatis. Inuenio duas hic vias oppoſitas: quaꝝ vna eſt btī Thome ⁊ ſuoꝝ/Aegidij Romani/Henrici Gandēſis/⁊ Durãdi partē negatiuã tenentiū. Alia eſt Altiſiodori/Alexãdri Halēſis/⁊ ꝯterranei. Dicã ſuꝑ ꝑfata q̄ſtione qḋ ſentio. nam ꝓ me non reputo ꝓblema: ſed partem affirmatiuã cenſeo certiſſimã: ⁊ ita exiſtimo de quolibet nõ iurãte in verba Magiſtri.

¶ Propterea hãc concluſionem pono. Deꝰ poteſt ponere idē corpus circūſcriptiue in locis diuerſis totalibꝰ ſeparatis/duobꝰ/tribus/ et ſic ſine ſtatu. Probat hec cõcluſio. in vita ſctī Martini legit ꝙ beatꝰ Ambroſius Mediolani celebrans fuit Turonis in exequijs ſctī Martini. Idem ꝑꝫ de corpore btī Baldredi: qḋ dicitur eſſe in Aldheuē ꝑſton: ⁊ Tyningã. apud Glegornū ⁊ partes illas trita ē hec hiſtoria: quã negabit aduerſarius. et fateor fidē nõ cõtaminãdo: ꝙ multa ambigua in aliq̄bus ſctõꝝ vitis ponunt. Illud põt ꝓbari per Chriſtū apparētē Petro Roma fugiēti: locus enim eſt ſatis notus: videlicet Domine quo vadis. ¶ Vltra iſta ſcḋo rõne ſic argumētor. idē corpus eſſe in pluribꝰ locis non antecedit ad ꝯtradictionē: cū oïa argumēta contra hoc facile ſoluãtur: nec ad oppoſitū cogit fides: īmo hic modus pietati fidei fauet: ⁊ ad intelligenda argumenta quomõ idē corpus poteſt eſſe ſacramētū in pluribus altaribus. ergo hic modus eſt tenendus. Antecedēs patebit ſoluēdo rõnes aduerſarioꝝ ꝑſertim apparentiores. ¶ Tertio arguit. ponat corpus Sortis in duobꝰ locis: ſicut eſt de corpore Chriſti in actu/Sibille/⁊ Edimburgi: vel deus poteſt extēdere corpus Sortis in vno loco tñ: vel in vtroqꝫ: vel nõ poteſt extendere corpus Sortis in vno illoꝝ locoꝝ. nõ tertiū. qḋ patet de corpore Chriſti qḋ in vno loco extēdit in ordine ad locū ⁊ nõ in alio. Si ſecūdū: habeo intētū. Si ꝓmū/⁊ alia fuga nulla eſt: q̄ritur quare potius poteſt ipſum extēdere in vno loco q̃ in alio: ponat ꝙ nitat ſimul velle extendere ipm in vtroqꝫ. ¶ Quarto arguit. Brunellus generat in hoc īſtãti fauellū: ⁊ deus poteſt eūdē fauellū in hoc inſtãti ꝓducere in alio loco. ergo tūc ꝓducit in duobus locis extēſiue. in vno enim loco generatur ab aſino: in alio creatur a deo. ¶ Quinto arguit. deus poteſt ponere angelū vel aïam ītellectiuã in duobꝰ locis ſeparatis: ergo et corpus. conſequētiã nõ negãt aduerſarij. Probat antecedens. anima Sortis eſt in eius capite et pede: ſed poteſt deus facere animã nõ informare partes medias corporis Sortis ſtãdo in extremis: et ſic erit ī locis ſeꝑatis. ¶ Sexto arguit. idē corpꝰ eſt in duobꝰ locis ſacramentaliter: ſed hoc antecedit ad corpus poſſe eſſe in duobꝰ locis circūſcriptiue. ergo a quocūqꝫ fideli ꝯſequens eſt ꝯcedēdum. Probat minor. de facto iã corpꝰ Chriſti eſt in duobus locis: ⁊ cum hoc aliud miraculum: ꝙ eſt in vno extēſiue et localiter: ⁊ non in alio: ⁊ primū minus ponit: igit illud eſt concedendum. Dicis. ergo tenentes oppoſitum ſunt heretici. dico nullo modo ſequitur. tum quia non tenent illud cum pertinacia. tum ſecundo: difficile erit probare ꝙ oppoſitum ſit hereſis: qḋ minus eſt: propter euaſiones qualeſcūqꝫ. In queſtione enim de creare: ſi mēte teneas: diximus difficile eſſe interdum ſegregare hereſim a non hereſi: nonnunq̃ tamen eſt facile. ¶ Septimo arguitur. deus poteſt tranſubſtantiare panem in angelū: ſicut panis tranſubſtantiatur in ſacrum Chriſti corpus: tunc vbi erit multitudo panum realiter diſtinctorū ſuccedent poſt tranſubſtãtiationem cuiuſlibet panis: vnus ⁊ idem angelus in varijs locis: ſicut panis tranſubſtantiatus eſt in varijs locis. ¶ Octauo arguitur. duo corpora de predicamento ſubſtantie poſſunt eſſe in eodē loco. ergo idem corpus poteſt eſſe in pluribus locis ſeparatis circūſcriptiue. Antecedēs patet. Chriſtus exiuit vterum virgineum clauſtris integris: ⁊ reſurrexit de ſepulchro opertorio īmoto. conſequētia patet: quia ita facile quis defendit vnum vt aliud: ⁊ tamen loquimur de potentia abſoluta dei: igitur illud non eſt negãdū. Propter has ratiões teneo partem affirmatiuã ad titulum queſtionis: puta ꝙ deus poteſt ponere illud corpus circūſcriptiue in pluribus locis: tot quot ei libet.

¶ Contra hanc concluſionem affirmatiuam arguitur ſic primo. ſequitur ex ipſa ꝙ qualitates contrarie poſſunt inherere naturaliter eidē ſubiecto primo. conſequens eſt contra Ariſtotelē quarto metaphyſice. vbi vult ꝙ ad contrarie oppoſita ſequantur contradictorie oppoſita. Et ꝙ ſequat patet. ſit Sortes in Aetna monte prope ignem: ⁊ eodem tempore in ſtygia palude. tunc ſimul frigeſit et caleſit. Pro ſolutione huius argumenti doctor Subtilis ponit tres regulas: quarū (paucis eas complectendo) hec eſt ſumma. Que ſunt priora ipſo vbi quemadmodum ſunt abſoluta et relationes intrinſecus aduenientes vniformiter inſunt corpori in pluribus locis et in vno tñ: que vero ſunt poſteriora vel ſimul natura: quemadmodū ſunt relationes extrinſecus aduenientes: non vniformiter inſunt corpori in pluribꝰ locis: et in vno tãtū. Ex quo ſequitur ſcḋm eum: ſi a. corpꝰ eſt albū in vno loco: ⁊ a. eſt in alio loco: eſt albū in alio loco. eodē modo de quãto et ſpeciebus eius poteſt tamen iacere in vno loco: et non in alio loco: ſed ſtare vel currere. Apparenter potes contra eum obijcere ex ipſius dictis. ſi talis reſpectus etiam extrinſecus adueniens ſit in vno loco et non in alio: ſequitur cõtradictio: ſcilicet ꝙ talem reſpectum recuperet ⁊ non recuperet: arguēdo vt ipſe arguit: de abſolutis ⁊ relatiõe intrinſecus aduenientē. Similiter vult ipſe: ſi aliquod corpus ſit extenſum in a. loco: ⁊ ſit in b. loco: et non ſit extenſum: ſequitur ꝙ eſt extenſum ⁊ non extenſum. Similiter ſi in duobus locis ſit aliquod corpus: ⁊ in vno loco habeat albedinē: ⁊ non in alio: iam habet albedinem ⁊ non habet albedinem. de hoc modo arguendi queſtione ſequenti loquemur. Secundū eum ergo vel ignis eſt maioris actiuitatis q̃ frigus ſit reſiſtentie/vel econuerſo/vel equaliter. Si ꝓmū: caleſiet: ⁊ nullo modo frigeſiet. Si ſecūdum: frigeſiet et non caleſiet. Si tertium: nõ caleſiet: ⁊ ſi frigꝰ ſit maioris actiuitatis: q̃ calor reſiſtentie/frigeſiet. Stat enim frigus equaliter actiuitati caloris reſiſtere: et eſſe magis actiuum q̃ calor ſit reſiſtens. Nec inconuenit dicere ꝙ frigus in Grecia impediat calorem in Sicilia: quando eſt idem paſſum. Contra hoc arguitur. Sortes poteſt ferre maius pondus in vno loco q̃ in duobus. ponatur non poſſe leuare vltra vnam libram ſine fractione in vno loco. ſit in duobus locis: iam poteſt leuare duas libras. Reſpondetur. quicquid ſit illic de motu locali quem nõ precedit vbi: tamen facile ſic diceretur: ſi habeat vnam libram in humeris: iam non poteſt leuare aliam libram in alio loco: quia impeditur ac ſi eſſet in eodem loco: et ſi ſimul conetur leuare duas libras in duobus locis/nihil leuabit: quia non erit actio a proportione inequalitatis minoris. vij. Phyſicorum. Poſteriores omnes huic doctori nõ addicti aliter reſpõdēt: et magis apparēter. propterea hos potiꝰ imitabor. difficile eſt creditu ꝙ frigus in tãta diſtantia calorem impediret: idētitas enim paſſi nihil facit: ſed eſſe in ſphera actiuitatis ⁊ paſſi alterius: dato ꝙ nullum eſſet paſſum ab aere. Secundo nulla eſt contradictio ꝙ vnum abſolutum corpori alicui inſit in vno loco: ⁊ nõ in alio. Patet ꝑ manuductiõem clarã. albedo poteſt ꝑſens eſſe corpori in vno loco ⁊ nõ in alio: ergo illud poteſt informare in vno loco ⁊ non in alio. Modum tamē eius ingenioſum ⁊ ꝓbabilem reputo quoad omnia abſoluta. que autem de reſpectibus dicta ſunt: videãt ſui. ¶ Reſpõdet ergo aliter ad argumētū: ⁊ cõcedo ꝙ idē paſſum caleſit ⁊ frigeſit ſimul et ſemel miraculo ꝑſuppoſito. nimirum paſſum applicat varijs agentibus vario modo actiuis que ſe impedire non poſſunt in tãto īteruallo: plus reſpectu vnius paſſi q̃ ſi eſſent diuerſa: quēadmodum ipſe diceret ꝙ aliquid ſimul mouebit motibus ꝯtrarijs localiter ſi ponat in varijs locis ⁊ nego ꝙ cõtrarie oppoſita cõtradictorie oppoſita īferãt. Ariſto. aūt nõ ꝯceſſiſſet noſtrū fundamētū qḋ verum iudicamus: nõ enim magnificabat deum ſicut fideles: nec ad hoc tempore ſuo tenebatur.

¶ Secundo arguitur contra poſitionē. ex ea ſequit ꝙ idem poſſit mereri ⁊ demereri ſimul ⁊ ſemel. ꝯſequēs eſt falſum. ꝯſequētia tñ ꝓbat. ponat Sortes Rome mortaliter peccans: et peniteat Pariſijs: vel faciat actum meritorium. Hic dicitur cõmuniter: ſi mereat in vno loco: in alio loco merebit: vel ſi demereat in vno loco: in alio demerebit. meritum enim ⁊ demeritum depēdet in acceptatiõe vel de acceptatiõe diuina. Non ꝓlixe hoc ꝓ nunc īpugnabo. nã in alia lectiõe hoc feci. Sed dico ꝙ poteſt aliquis habere gratiã ⁊ mortale peccatū ſimul ⁊ ſemel. ſi deo placeat: ⁊ puniri pena ſenſus: ⁊ beatificari: non tñ poteſt beatificari ⁊ dãnari pena dãni in eodē tꝑe ꝓpter ꝑuationē quã pena dãni importat de carētia beatitudinis: licet poſſit puniri pena dãni in a. loco: et beatificari ſimpliciter. Si petas: quid deus faceret illo caſu dato: dico ꝙ poteſt facere quicquid velit. iſtorum enim duorum neutrum īplicat: ſed quis eſt conſiliarius eius?

¶ Tertio arguitur. ex concluſione ſequit ꝙ ꝑuatiue oppoſita verificant de eodē. ꝯſequēs eſt falſum: qꝛ illa ꝯtradictorie oppoſita inferunt. ꝙ ſequat patet ſic. ponat Sortes Rome ⁊ Pariſijs: poteſt occidi Rome ⁊ non Pariſijs. tunc ſic: bene ſequit. Sortes viuit Pariſijs: ergo Sortes viuit. et ſimiliter bene ſequitur. Sortes morit Rome vel eſt mortuus: ergo Sortes morit vel eſt mortuus. Rñdet Alexãder Halēſis q̄ſtiõe xliiij. mēbro. vij. et doctor Subtilis in hac diſtinctione ſequit: concedendo/ſi Sortes eſt mortuus Rome/Sortes eſt mortuus ſimpliciter: ⁊ in quocūqꝫ loco ſit. Cõtra hoc arguit. ſtat materiã Sortis eſſe Rome cum forma eius: ⁊ poſtea animã deſinere informare materiã: materia in eodē loco manēte: cum hoc ꝙ viuat Pariſijs: hoc facto antecedēs ē verꝫ. Sortes eſt mortuꝰ Rome: et tamen Sortes non eſt mortuus: qꝛ ꝑuatiue oppoſita nullo modo verificãtur de eodem: qꝛ ꝑuatiuū dicit negationē

poſitiui ſicut nomen infinitum: licet aptitudinem ad poſitiuum vltra infinitum ponat. ¶ Aliter ergo reſpondeo concedendo hāc conſequentiā. Sortes eſt viuus Pariſijs: ergo Sortes viuit: ſed hanc nego. Sortes eſt mortuus Rome: ergo Sortes eſt mortuus. qꝛ arguit̃ ab inferiori ad ſuperius: vel a parte in modo ad ſuum totū cū dictione negationē inuoluēte: ⁊ talis ꝯſequētia nihil valet queēadmodum non ſequit̃. anima quieſcit in pede: ergo anima quieſcit. vel Hannibal eſt cecus oculo ſiniſtro in alpibus: ergo Hannibal eſt cecus oculo. Vel non arguit̃ ab inferiori ad ſuperius reſpectu totalis extremi: qđ ad bene arguēdum ꝑ illā regulā neceſſe eſt. ¶ Sed contra hoc arguit̃. bene ſequitur. Sortes eſt mortuus Rome: ergo Sortes eſt mortuus alicubi. patet arguēdo ex oppoſito ꝯſequētis ad oppoſitum antecedentis. Sortes nullibi eſt mortuus: ergo in hoc loco nō eſt mortuus demōſtrādo Romā: vel nō eſt mortuus Rome. ¶ Rñdet̃. prior ꝯſequētia eſt nulla: nec arguit̃ ex oppoſito ꝯſequentis ad oppoſitum antecedentis: ſed oportet ſic arguere. Sortes nō eſt mortuus alicubi: ergo Sortes nō eſt mortuus Rome. Nam iſta. Sortes nullibi eſt mortuus contradicit huic. Sortes alicubi eſt mortuus. ¶ Sed contra hāc ſolutionē argumentoꝝ pure theologice. ſi non ſequat̃ Sortes eſt mortuus Rome. ergo eſt mortuus: ergo eodē modo nō ſequit̃. Chriſtus eſt mortuus Hieroſolymis: ergo Chriſtus eſt mortuus. ⁊ ſic ſtabit antecedēs verū: ⁊ ꝯſequēs falſum. ¶ Et ꝯfirmat̃ hec ratio: qꝛ nullā aliā certitudinem habemus in ꝯſequenti niſi ex veritate antecedētis: ergo hec ꝯſequentia eſt bona. ¶ Preterea Apoſtoli cōmunicarunt in triduo: ergo tunc ſtat corpus Chriſti fuiſſe viuum: ⁊ tunc bene ſequit̃: corpus Chriſti viuit in ſtomacho Petri in triduo: ergo Chriſtus viuit in triduo. añs eſt tibi dubium: ergo ꝯñs nō eſt abs te negādum: ꝑ regulā ꝯſequentialē: qꝛ ſi ſcis ꝯñtiam bonā: et ꝯñs negandū etiā añs ſcis eſſe negādū. ¶ Ad pͥmū dico ꝙ ꝯñtia nō valet quātūuis theologice argumenteris: qꝛ omne verū omni vero ꝯſonat. modo talē locum arguendi inutilē oſtēdim⁹: et ꝑ ꝯñs neutra illaꝝ ꝯſequētiaꝝ valet. ¶ Ad cōfirmationē: qꝛ colorē pͥma fronte ſecū affert: ad formā rñdebo. ⁊ nego ꝙ nullā aliā certitudinem ꝯñs habet: niſi ex veritate illius añtis ⁊ bonitate ꝯſequētie: conſtat eñi nobis ex articulis fidei ꝙ Chriſtus mortuus eſt abſolute: quia humanitas eſt mortua abſolute ī triduo. Exemplum in ſimili: nō ſequit̃: tu es (demōſtrādo te qui mihi hoc argumentum facis) ergo ego ſum: et tñ ꝯñs eſt tibi certum: ſed aliter certitudinem ꝯñtis habes q̄ȝ a bonitate illius ꝯñtie. ſic in ꝓpoſito veritatē iſtius. Chriſt⁹ mortuus eſt: habeo certitudine fidei ex ſymbolis apl'oꝝ ⁊ ꝯcilio Niceno. ¶ Ad aliud nego ꝙ apoſtoli negarunt in triduo. nā cōmunicarūt in vltima cena: ⁊ corp⁹ Chriſti nō erat ſub illis ſpecieb⁹ tp̄e quo paſſus eſt Chriſt⁹. ſ. hora nona que eſt hora tertia pomeridiana. inter ſextā nāq; ⁊ ſeptimā veſperi dedit apoſtolis Chriſtus ſui corporis cōmunionem: ⁊ ſic viginti hore fuerunt ab hoc ad paſſionē mortis: qb⁹ nō māſit corp⁹ Chriſti ita diu: qꝛ ſi panis fuiſſet illic: nō ita diu māſiſſet non corruptus vel in aliā ſpeciē mutatus: et nō amplius tūc manet corpus Chriſti: vt poſthac dicet̃ diſtictiōe. xij. Qꝛ ita ſit. pȝ. ſi q̄s vomitū patiat̃ queēadmodū colicā habens vel dolorem vehemētē ſtomachi: ſi cibū aliquē comedat quē euomet ad vnā horā vl' dimidiā: cibū alteratū totaliter videm⁹. Nec apoſtoli cōmunicarūt in triduo de nouo: ſed māſerūt meſti cū Chriſto: alij fugientes: alij eum ꝯtinuo inſequētes. ⁊ erāt in pctō mortali: de reſurrectiōe heſitātes: imo aploꝝ vertex grauiter peccauerat mortaliter Chriſtū negādo in atrio pōtificis. Vlterius dicit̃ ꝙ apoſtoli non cōmunicarūt ante Pentecoſten: qđ colligit̃ Actuū ij. illic enim ſcribit̃. ꝙ apoſtoli ⁊ cōuerſi māſerunt in fractione panis: hoc eſt in Euchariſtia. Et ꝓpterea feſtū corporis Chriſti in feria. v. poſt octauas Pētecoſtes rite inſtitutum eſt: qꝛ illo tp̄e cepit ſacramētum Euchariſtie a fidelib⁹ frequētari: vt in feſto corporis Chriſti legimus iuxta vſum Romanum lectione ſexta. et in ꝓſa illius diei idē habet̃. Et eſt ratio. Nam cū Chriſtus diceret apoſtolis in vltima cena qñ hoc ſacramētum inſtituit: hoc facite in meam cōmemorationem: id erat poſt abſentiā corporalem eius: ſed manſit cum eis poſt reſurrectionem quadraginta diebus crebro eos viſitās in pſona: ergo tunc in eius cōmemoratione nō erat opus corpore Chriſti in Euchariſtia: quemadmodum amicus diſcedens memoriale amicis relinquit: non autem quādo eſt preſens.

¶ Quarto arguitur. ex concluſione ſequit̃ ꝙ potētia actiua Sortis non terminat̃ in minimū pōdus qđ poteſt portare: ꝯſequēs eſt icōueniēs: ⁊ cōtra philoſophiā pͥmo de celo et mūdo practicatā. ⁊ ꝙ ſeq̄t̃. patet. Sortes in vno loco poteſt portare vnā libram: in duobus locis duas libras: et ſic ſine ſtatu. ſi ergo eſſet in īfinitis: pōdus īfinite reſiſtētie portare poſſet. ¶ Rñdetur concedēdo ꝙ potētia actiua Sortis nō terminat̃ in minimo pōdere qđ nō poteſt portare de potētia dei abſoluta: ſi ponat̃ in plurib⁹ locis: ſolum cōcurrendo cū ipſo influentia ſua generali: ſicut cum alijs hoib⁹. in vno eñi loco poteſt ferre librā prout ſupponitur: nec eſt minoris actiuitatis ꝓpter hoc in alio loco: quare poteſt aliam librā portare in alio loco. Dato nāq; ꝙ Sortes habeat librā in humeris ſuis Pariſijs: nō ꝓpterea īpeditur Rome in qua nō habet librā. ⁊ licet Rome Sortes in humeris habeat librā: nō īpedit̃ Rome a latione: qꝛ nō habet librā Rome in humeris. Primum patet. Sortes Pariſijs habet librā in humeris. Sortes Pariſijs eſt Sortes Rome: ergo Sortes Rome habet librā in humeris. vel ſic enthymematice. Sortes Rome habet librā Pariſijs in humeris: ergo Sortes Rome habet librā in humeris. conſequenter concedo ꝙ Therſites pondus tāte reſiſtentie poteſt portare in plurib⁹ locis: quāte Thelamonius Aiax in paucioribus. Eodem modo cōcedo ꝙ gutta aque ꝑ poſitionem in pluribus locis poteſt ferre mille carinas quibus Greci ad Troiam applicuerūt: ⁊ ꝙ vnus panis poteſt ſufficere exercitui Xerxis vel Darij / vel toti orbi ꝑ poſitionē in plurib⁹ locis: et ꝙ ex coſta Ade deus poterat feciſſe totum corpus Eue ipa exiſtēte ita denſa ſicut alie mulieres ſunt: coſtam ponendo in pluribus locis. licet Grego. Ariminēſis. xviij. diſtin. ij. contra hoc inſiſtat: reprobādo alios. rationes tamen ei⁹ ſunt inefficaces contra hāc viā quā nunc tenemus. An ita deus fecerit cum panib⁹ euāgelicis quinq; milia hominum paſcendo. Matthei. xiiij. et Ioannis. vj. non eſt ita certum. probabile eſt ꝙ ſic. et ſic poteſt fuiſſe de multiplicato oleo ab Helizeo: et dato vxori Abdie. iiij. Regum. iiij. nec eſt improbabile hoc de corpore prime mulieris. ſed de hoc ſuo loco.

¶ Quinto arguitur. ex hac cōcluſione ſequit̃ ꝙ pars eſt maior ſuo toto. conſequēs eſt cōtra cōmunem animi ꝯceptionē: in pͥncipio elemētoꝝ Euclidis. et ꝙ ſequat̃ patet. capio a. globū pedalē cereū Pariſijs. capiat̃ medietas eius: ⁊ ponat̃ in alio loco corbolij: ipa remanēte in toto: et rareſiat corbolij ad bipedalitatē: iā pars eſt maior ſuo toto. ¶ Reſpōdet̃. pars nō eſt maior ſuo toto entitatiue: bene autem extēſiue: ⁊ licet ſemipedalitas a. corporis cerei Pariſijs extēdat̃ bipedaliter: non tamen oportet hoc concedere de a. corpore niſi extenſio eſſet in loco totius. Dico etiā ꝙ nunc ſine miraculo non inconuenit partem eſſe longiorem ſuo toto: vel intenſiorem eo vel velociorem eo quo ad motum. qđ patet. ſi eſſet aſſer cuius vna medietas eſſet longa decē pedibus: et altera longa octo pedib⁹: totus aſſer eſſet preciſe longus nouē pedib⁹. qđ patet tollēdo ad imaginationē vnū pedē a latere longiori: ⁊ ipm lateri minori addendo. Similiter a. paſſum vniformiter difforme a non gradu albedinis ad. viij. excluſiue terminatū: totū eſt preciſe album vt. iiij. vt patet de reductione difformitatis ad vniformitatē reducēdo ad mediū: ⁊ ita medietas intenſior eſt alba vt. vj. quia eſt a. iiij. ad octo. Pari forma primum mobile nō mouetur ita velociter ſicut pars parua ꝓpe equatorē / vel ſicut equator. Vlteri⁹ dico ꝙ nūc ſtat a. eſſe longius b. cuius nō eſt pars: et tñ nō eſſe maius b. ſtat enim ꝙ b. recuperet in latitudine vel ꝓfunditate ſuper a. quātū a. habet ſuꝑ b. in hac vna dimenſione. Sed dicis. pars a. eſt in duplo longior a. ⁊ in duplo latior a. ⁊ in duplo ꝓfundior a. ergo erit in duplo maior a. Reſpōdeo. q̄uis ꝯſequēs eſſet verū quo ad extenſionē: nihil habes contra dicta. ſemꝑ enim totū plus habet de entitate q̄ȝ pars: licet pars habeat plus de extenſione. Secundo ꝯſequētia eſt nulla: nā ſi eſſent duo corpora a. ⁊ b. ⁊ b. eēt in duplo lōgius a. ⁊ in duplo latius a. ⁊ in duplo profundius a. iā b. eſt in octuplo maius a. qꝛ ſi eſſet ſolum in duplo longius et latius a. eſſet in quadruplo maius a. ⁊ tamen ratiōe ꝓfunditatis quater tātū habet quātū a. erit ergo octies maius a.

¶ Sexto arguitur. ponatur Sortes Rome ⁊ Pariſijs: ⁊ obuiet ſibi in loco anguſto ſuꝑ pontem Lugdunenſem: querit̃ an manebit in vno loco tm̄ an in duob⁹. ducas tu ipe argumentū. ¶ Rñdet̃. manebit in duob⁹ locis ſicut antea. ſed ſi ponat̃ penetratio corpoꝝ ſicut in patria: apparet mihi ſi facies ⁊ pars anterior' incipiat a parte poſteriori: qñ totū corp⁹ totum īgredit̃: manebit in eodē loco. nec naturaliter poteſt ſe in duob⁹ locis iterato ponere. ſed ſi facies veniat ad faciē. penetrabit ſe: nec manebit in eodē loco: ſed poterit exire in duobus locis ſicut antea: qꝛ licet facies que erat in duobus locis incipiat eſſe in vno loco: adhuc alie partes ſunt in duobus locis per totum tempus penetrationis.

¶ Sine argumentorum multiplicatione ponā ꝓpoſitiones corollarias aliquas ſuccincte. que vel ſequunt̃ totaliter ex dictis: vel ex dictis cum notiſſimis: qb⁹ ītellectis ſoluunt̃ obiectiōes quas ꝯtra concluſionē facere potes. ¶ Prima ꝓpoſitio. eſſe vbiq; nō eſt ꝓprium deo. Patet. cuilibet creature cōpetere poteſt. probatio. ſortes poteſt eſſe in duobus locis: ⁊ qua ratione in duobus locis: eadem ratione in tribus. iiij. ⁊ infinitis locis. creatura tamen ex beneplacito dei poteſt eſſe vbiq;: de⁹ autem ſuapte natura eſt in omni loco ſi vllus fuerit. Nec ſuꝑ hoc mirabere ꝙ creatura poſſet eſſe vbiq;. qꝛ oportet btm̄ Tho. ⁊ Gādēſem ꝯcedere hāc: creaturā eſſe vbiq; eſt poſſibile: vtpote ſi eſſet tm̄ vnus locus: ⁊ in hoc eſſet ſortes: tūc ſortes de facto eſt vbiq;. ſed iſti negare habēt hāc: creaturā poteſt eſſe vbiq; circūſcriptiue. Exēplū in ſimili. poſſibile eſt ſortē eſſe omnē hoiem: ſed ſortes ipoſſibiliter eſt oīs homo: qꝛ nullus homo poteſt eſſe oīs homo. noſcit̃ aūt ex artib⁹ hāc ꝯſequētiā eē nullā. oīs homo eſt oīs homo: ergo omnis homo poſſibiliter eſt oīs homo. añs eñi eſt poſſibile: et ꝯñs ipoſſibile. ¶ Secūda ꝓpoſitio. negatio in caſu diſtribuit terminū homo poſitū ante ſe. patet. ſi ponat̃ eadē negatio in fronte ꝓpoſitiōis ante ſubiectū ⁊ poſt ſubiectū: hec negatio in fronte ꝓpoſitiōis diſtribuit terminū homo: hec negatio in fronte ꝓpoſitiōis eſt negatio poſita poſt ſubiectū. igit̃. ¶ Tertia ꝓpoſitio. poſſibile eſt altiſſimū aſcēdere. patet. ſi a. angelus ponat̃ in ſuꝑficie pͥmi celi: ⁊ cū hoc in pede graduū aſcēdendo. eodē modo poſſibile eſt infimū deſcēdere: vt ſi angelus ponat̃ cū cētro terre ⁊ in vertice domus. in ſenſu diuiſo nulla eſt difficultas naturaliter quin altiſſimum poſſit aſcēdere: ⁊ infimum deſcendere. ¶ Quarta ꝓpoſitio. ſortes Rome vulnerat̃: ſed ſortes nō vulnerat̃ Rome. poſito ꝙ ſortes ſit Rome: ⁊ illic vulneretur: ⁊ non vulneretur Rome.

## ¶ Diſtinctionis Decime. Queſtio Quinta.

QVæritur quinto circa eādē diſtinctionem. An corpori Chriſti eedē ꝓprietates inſint in Euchariſtia que ī celo. Duo ꝓ ſolutiōe q̄ſtiōis declarabunt̃ termini in titulo q̄ſtionis poſiti: poſtea ponent̃ cōcluſiones: que īpugnabunt̃ et ſoluent̃. ¶ Corpus capit̃ tripl'r. Vno modo quālibet rem extēſam ſignificat: ⁊ ſic vocat̃ corp⁹ de p̄dicamēto quātitatis: hoc eſt iſte termin⁹ corpus ſupponit ꝓ aliquo: cōnotādo ꝙ tres dimēſiōes habeat: ⁊ ſic definit̃. Corp⁹ eſt lōgitudo / latitudo / cū ꝓfunditate. que definitio poteſt exponi logice: ita vt ꝓpoſitio de actu exercito capiat̃ loco vni⁹ de actu ſignato. id eſt cōnotat. ⁊ ſic Ariſto. capit in p̄dicamēto quātitatis: hoc mō albedo eſt corp⁹. ¶ Secūdo mō capit̃ ꝓ altera pte eſſentiali. ſ. ꝓ materia. nā dicim⁹ ꝙ hō cōponit̃ ex corpore et aīa copulatiue. et ſic capit̃ qñ dicim⁹: hoc eſt corp⁹ meū: ita ꝙ termin⁹ formalis ꝯſecratiōis panis eſt corp⁹ ꝓ altera pte cōpoſiti. ⁊ nō accipit̃ ꝓ aggregato ex materia ⁊ forma corporeitatis: ſiue forma mixti. ⁊ q̄ȝdiu corpus Chriſti iacuit ī ſepulcro puta. xxxix. horis. ſic erat corp⁹: qꝛ materia ſine forma ſubſtātiali. Inconuenit eñi dicere illic fuiſſe formā cadaueris. Similiter corp⁹ ſcti Andree veneramur in Apulia capiendo aggregatū materie ⁊ forme rōne ptis. ⁊ iſtud melius cōgruit ſcroꝝ honori q̄ȝ oppoſitū: qꝛ iſtud cadauer nunq̄ȝ fuit ps ſcti Andree. ¶ Tertio mō capit̃ corpus vt eſt ſuperius ad homo: animal. ⁊ ſic ſignificat rem cōpoſitā ex materia ⁊ forma abſolute: hoc eſt corp⁹ de p̄dicamēto ſubſtātie: ⁊ ſic oē animal eſt corpus: ⁊ ſi ſortes eſſet definitiue in loco: eſſet corp⁹ de p̄dicamento ſubſtātie: ⁊ ei⁹ materia corp⁹ ſcđo mō: ſed nō pͥmo mō: et ſic talis ꝓpoſitio eſt diſtinguēda: plato eſt corp⁹. vel eñi corp⁹ eſt de p̄dicamēto ſubſtātie: ⁊ ſic eſt p̄dicatio q̄ditatiua ⁊ eſſentialis. ſi de p̄dicamento quātitatis / accidētalis ⁊ accidētis: qꝛ p̄dicatū poteſt negari de ſubiecto ipo ſupponēte qñ eēt definitiue in loco. ſi tātū valeat quātū materia: eſt p̄dicatio diſparata: ⁊ ꝑ ꝯñs nullius p̄dicabilis p̄dicatio. ¶ Secūdus terminus eſt ꝓprietas: ⁊ duob⁹ modis capit̃: prime intentionaliter: ⁊ ſecūde. in pͥma ſignificātia tātū valet quātū accidēs: vt accidēs capit̃ pͥme intētionaliter. Secūde intētionaliter tātū valet quātū terminus q̄ accidētaliter p̄dicat̃ de ꝓnomie demōſtrāte corpus. multi eñi termini accidētaliter p̄dicant̃ de ſorte: q̄ nullū accidēs iportāt: vt criſpitudo / curuitas / ſeſſio / ſtatio. Criſpitudo nāq; ⁊ criſpus ſunt termini ſynonymi. criſpitudo enim crines ſignificat ⁊ ex ꝯſequēti totū cōpoſitū cōnotādo ꝙ crines taliter ſe habeāt: puta ſurſum reflectant̃ more Libycorum. ſed qꝛ hoc eſt accidentale crinib⁹ vel ſorti: ⁊ non de

eſſentia criniū: vocaꝛ accidēs. et ſic hec eſt diſtinguēda: criſpitudo eſt accidēs. vel accidēs capiꝛ p̄me intētionaliter: ⁊ ſic eſt falſa: imo eſt ſubſtātia p̄me intentionaliter: vel ſc̄de itētionaliter: ⁊ tūc eſt vera. Primo mō ſubiectū ſtat ſignificatiue ⁊ ꝑſonaliter. ſecundo mō materialiter. ¶ Ex his patet ꝙ titulus queſtionis duobus modis capiꝛ: ⁊ eſt equiuocus. In vno ſenſu eſt idem querere: vtrū omnia accidētia: que inſunt corpori Chriſti in celo: iſint eidē corpori in Euchariſtia. Secundo modo ſenſus eſt: an oīa p̄dicata accidētalia que verificātur de ꝓnomine demonſtrante corpus in celo: verificenꝛ de ꝓnomine demonſtrāte idem corpus in Euchariſtia: ⁊ ille poſſunt rurſus diſtingui: vt patebit per concluſiones.

¶ Iſtis notatis pono concluſiones. Prima concluſio. Non oportet omne accidēs inherens corpori Chriſti in celo/ ei inherere in Euchariſtia: nec econuerſo. hoc patet ex q̄ſtione p̄cedēti. ¶ Secūda ꝯcluſio. an omne accidens qđ ineſt corpori Chriſti in celo inſit ei in Euchariſtia: et ecōuerſo: dubium eſt: ſed negatiuam partē opinor verā. Hoc patet. q̄ꝛ licet in q̄ſtione p̄cedēti dictū ſit: ꝙ ſi ſortes eſſet Rome et Pariſijs: ſtat ꝙ ſit calidus ⁊ cōbuſtus Rome: ⁊ non cōbuſtus Pariſijs: ſi deꝰ nō impediret agētia naturalia: deus tn̄ poteſt impedire qn̄ vult: ſicut ipediuit calorē ignis in camino. Danielis iij. ⁊ lumen ſolis tempore paſſionis. Et licet dēꝛ ꝙ corpꝰ Chriſti eēt ſuſceptiuū caloris ſub Euchariſtia vel aliorū accidētiū quātū eſt ex parte corporis: et ignis ageret quātum eſt ex parte ſua: tn̄ id modo nō opinor: ſed credo ꝙ deus omne agens corruptiuū bone harmonie ſui corporis ipediret: et accidētia/ que ad corporis conſonātiā cōducūt ꝯſeruaret in vno loco ⁊ in altero: q̄ꝛ nunc dotem ipaſſibilitatis habet. Sed ꝓbaꝛ ꝙ ſit dubiū: q̄ꝛ dubium eſt an quātitas ſit accidēs ſubſtātie iherēs: ⁊ vniuerſaliter de quātitate ꝯtinua itelligo. ⁊ ſi ſit accidēs: nō eſt penitus iprobabile ꝙ iherat corpori Chriſti in celo ⁊ non in Euchariſtia. Inſuꝑ oculus Chriſti in celo habet viſionē vnius partis celi: ⁊ nō oportet ꝙ illa viſio ſit in Euchariſtia: immo apparet ꝙ nō ſit: et ſic opinor. licet enim neceſſe ſit oculū Chriſti in Euchariſtia videre partē celi: ſi oculus Chriſti videat illā in celo: ſuppoſita conſtantia: nō tn̄ oportet ꝙ viſio illa inhereat corpori Chriſti in Euchariſtia. iſte enim propoſitiones ſtāt ſimul: oculus Chriſti in Euchariſtia videt hanc partē celi: ⁊ nulla eſt viſio in Euchariſtia: loquendo de viſione oculari. ſicut ſtat a. ferrū in Hiſpania eſſe calidiſſimum: ⁊ nullum calorē eſſe in Hiſpania. Similiter oculꝰ Chriſti habet notitiā ſenſitiuā in Euchariſtia quā nō habet in celo: et intellectus habet aliquā intellectionē in Euchariſtia quā non habet in celo: et licet omnia anima Chriſti in verbo cognoſcat: aliquā tn̄ notitiā habet in Euchariſtia quam nō habet taliter alibi: ⁊ ſic eſt ad ꝑfectionē accidētalem corporis Chriſti/ eſſe in Euchariſtia. Si dicas. imediatus terminus ꝯſecrationis panis eſt corpus Chriſti: ſed concomitās eſt quodlibet ei coniunctum: vt ſanguis: et huiuſmodi. ergo ſi aliqua notitia ſit in anima Chriſti in Euchariſtia: illa ei inheret in celo cōcomitāter. Rn̄deo non eſſe idem: corpus enim non ſeparaꝛ ab anima ⁊ ſanguine: accidens autē ſeparaꝛ: qđ eſt in vno loco ⁊ non in alio: vt quantitas ſm̄ aliquos: et reſpectus extrinſecus aduenīēs ſm̄ alios. ¶ Tertia cōcluſio. quilibet terminꝰ accidētalis: quinimo q̄libet terminꝰ q̄ de corpore Chriſti in celo verificatur: de corpore Chriſti in Euchariſtia verificaꝛ: etiā tenēdo penetrationē corpoꝝ. ſm̄ modum enim quem magis inſequor: nō eſt dubium. hoc patet ꝑ aſcenſum: ſi eſſet aliqua ſingularis falſa: maxime eſſet propter tales terminos extenſum: dimenſiue in loco: qui verificanꝛ de corpore Chriſti in celo: et non in Euchariſtia. Contra. quēadmodum iſta eſt vera: corpus Chriſti eſt in celo extenſum: corpus Chriſti in celo eſt dimēſiue in loco: ita iſte ſunt cōcedēde: corpus Chriſti in Euchariſtia eſt extenſum: corpus Chriſti in Euchariſtia eſt dimenſiue in loco. Quas ꝓbo. hoc corpus Chriſti in celo eſt extenſum: hoc corpus Chriſti in celo eſt corpus Chriſti in Euchariſtia: ergo corpus Chriſti in Euchariſtia eſt extenſuꝫ. expoſitorie in tertia figura. minor eſt tibi nota: ⁊ maiorem concedis: ergo debes cōcedere ꝯcluſionē. Eodem mō ꝓbabo tibi ſc̄dam: ⁊ ſic de quocūq; alio termino. ¶ Quarta cōcluſio. aliq̄s eſt terminus q̄ p̄dicaꝛ corpore Chriſti in celo: ⁊ tn̄ ille non verificaꝛ de corpore Chriſti in Euchariſtia. Hec ꝯcluſio p̄ori non repugnat: ſed in appellatione ſto. volo dicere ꝙ aliq̄s terminus poniꝛ a parte predicati cum illo termīo (in celo) de corpore Chriſti: qui nō poniꝛ cū illo termino (in Euchariſtia) de corpore Chriſti: vt iſte ſunt cōcedēde: corpus Chriſti eſt in celo extenſum: corpus Chriſti eſt in celo dimenſiue in loco. Iſte tamen ſunt negāde: corpus Chriſti eſt in Euchariſtia extenſum: corpꝰ Chriſti eſt in Euchariſtia dimenſiue in loco: q̄ꝛ dimēſio loci non ꝓuenit ab Euchariſtia: qđ tn̄ ꝑ illā denotaꝛ: ⁊ hoc ſm̄ dicta in tertia q̄ſtione precedenti. Applica applicanda tuipſe.

¶ Contra primam concluſionem arguiꝛ argumētis qbꝰ aliq̄ nituꝛ frequēter deducere oppoſitū. nullū abſolutū deſinit eſſe in aliquo ꝓpter nouū reſpectū extrinſecus aduenientē acq̄ſitū: ſed ꝓpter hoc ꝙ corpꝰ Chriſti acq̄rit hic nouū vbi: eo modo quo habet nouum vbi: nihil acquirit niſi nouum reſpectum. ergo. ¶ Itē ꝯtradictoria verificarenꝛ de eodē: q̄ꝛ ſi aliqđ corpus eſt in duobꝰ locis: ⁊ in vno loco habet albedinem: ⁊ nō habet albedinē in alio loco: iā eſt album ⁊ nō album. ¶ Hec argumēta facile diluunꝛ. ad maiorē dico ꝙ falſum ſupponit de deſitione cuiuſcūq; abſoluti: ſed nō ſtādo in terminis aliquod abſolutū inheret corpori in vno loco vt viſio: vel aliud accidēs: qđ nō inheret illi corpori in alio loco. ¶ Ad ſecūdū argumētū: nego ꝙ ꝯtradictoria verificarenꝛ de eodē: q̄ꝛ ſi eēt albū in vno loco ⁊ nō in alio: iā eēt albū: ⁊ nullo pacto nō albū. nō eīm ſequiꝛ: hoc corpꝰ eſt nō albū in hoc loco: ergo hoc corpꝰ eſt nō albū: vt ex logica ⁊ iā dictis eluceſcit. Et eodē modo de reſpectu extrinſecus aduenīēte ſequiꝛ ꝯtradictio: qđ arguēs admittit: q̄ꝛ ſi talis reſpectꝰ ſit in hoc loco: et nō in illo: ſequiꝛ ꝯtradictio: ꝙ hoc ſubiectū hoc accidēs reciperet ⁊ nō recipet: et ſi illic a contradictione euadere coneris: in abſolutis pariter facile euadere potes. Sed his relictis redeūdo ad ꝓpoſitū tenēdo extēſionē partiū in ordīe ad totū: ⁊ nō ad locū: ad quē modū magis declino: ſicut iſta ꝯcediꝛ: corpꝰ Chriſti in Euchariſtia eſt lōgū ſeptem pedibꝰ: ita ⁊ iſta: corpꝰ Chriſti eſt lōgum ſeptē pedibus in Euchariſtia: ſed nō extēdiꝛ ſextupedaliter in ordine ad locū Euchariſtie: ſed eſt vero ſimile ꝙ qn̄ corpꝰ Chriſti incipit eſſe hic in Euchariſtia: non amittit albedinē: nec aliud accidens qđ habet in celo: q̄ꝛ in inſtāti incipit eſſe hic: ⁊ non ꝑtrāſit medium: et nullum agens extrinſecum corrumpit aliquod accidens: ſed nouum accidens hic acquirit/ qđ non habet in celo.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguiꝛ ꝙ nō ſit dubium an omne accidēs qđ eſt in corpore Chriſti in celo: ſit in corpore Chriſti in ſacramēto ⁊ ecōuerſo. oculus Chriſti videt p̄ſbyteꝝ leuātē corpꝰ Chriſti in ſacramēto: audit loquētes: habet organū bn̄ diſpoſitum: et nullum eſt impedimentum: igitur habet viſionem preſbyteri ad preſbyterum terminatam: ⁊ auditionē: et hāc nō habꝫ in celo igꝛ. ¶ Rn̄deꝛ ꝙ argumentum aſſumit dubium: de quo doctores digladiantur: multis dicentibus: ꝙ requiratur ſitus ad hoc vt audiat vel videat: et ille modus eſt facilior. oppoſitum tamen opinor verius: quia enim organa illa ſunt diſpoſita intrinſece: ⁊ ſermo audibilis in aere in bona propinquitate: nō video quare non poterit audire. Item ſi deus faceret hominē inſtātanee deſcendere ab alto ad imum: quare non poterit audire: vel videre? Corpus maius eſſe cū minore non impedit viſionem vel auditionem: et ſic de alijs. Itē anima intellectiua multas cauſat trāſmutationes in corpore. patet. ix. de trini. per Augu. ⁊ in nobis experimur cogitādo de nonnullis obiectis: anima enim nō habet modum quātitatiuum: ⁊ tamen mutat corpus: quare eodē modo non faciet corpus Chriſti? ſi clericus ꝓpe altare poterit audire preſbyterum legentem: quare non poterit auris Chriſti eū audire ⁊ videre? immo illud eſt probabile ſi poneretur penetratio partiū: ſicut multi doctores imaginati ſunt: ergo a fortiore ſm̄ hūc modum de ordine partium in toto debemus illud cōcedere. ¶ Propterea concedo ꝙ oculus Chriſti videt ſuum pedem in Euchariſtia: ⁊ calor cordis calefaceret ſubiecta vicina ſi deus actiue ad hoc concurreret: et ſi eſſet penetratio partiū calor magis calefaceret. virtus eīm vnita (vt vulgo dicitur) eſt fortior ſeipſa diſperſa vt ſi totus calor a/ corporis calidi poneretur in eius medietate: eſſet actiuior q̄ꝫ in toto. ergo ſi ſit definitiue in loco/ erit actiuior: ſaltem non minus actiuus eſt: eadē enim eſt latitudo forme: ⁊ etiā actualiter ageret ſi deus cum eo concurreret: ⁊ eſſet vnum paſſum in ſua ſphera applicitum nō impeditum. Non eſt tamen certum ꝙ tales ſenſationes ſunt in celo: ſed corpus Chriſti in celo audit preſbyterum legentē in altari. Beati inſuꝑ ⁊ angeli poſſunt videre corpus Chriſti in Euchariſtia. patet. poſſunt videre angelos ⁊ noſtras notitias: ſi ipſis relinquantur: ergo ⁊ corpꝰ extenſum. Dicere ꝙ requiratur extenſio in ordine ad locum: eſt dictum non ꝓbatum: ⁊ cum angelus motum localem in mobile ꝓducat: qui non eſt ſub modo quātitatiuo: quare calor corporis nō aget dato ꝙ non ſit ſub modo quantitatiuo? vtrobiq; enim quādo ſunt duo actiua quorum vtrūq; eſt ex ſe actiuum: ⁊ habēt cōſimilem modum exiſtēdi: ſi vnū poſſit agere in paſſum et reliquum. ¶ Sed an poſſimꝰ videre corpꝰ Chriſti in Euchariſtia cum influentia dei generali: nōdum exploratum eſt. opinor ꝙ ſic: ſi deus concurreret: q̄ꝛ corpus eius eſt coloratum: modo color eſt obiectum viſus: nec videtur neceſſarium ꝙ ſit extenſum cum partibus loci: ſed ſufficit ꝙ ſit extēſio partium in ordine ad totū: vel talis ordo: vel etiā partium penetratio. non minus enim videretur albedo pedalis ſi quelibet pars poneretur penetratiue cū qualibet per vnum pedem/ q̄ꝫ nunc videatur. Et ſic eſt probabile ꝙ oculus Chriſti pōt videre in Euchariſtia preſentes: ⁊ de facto videt: ⁊ nos etiā ipſum corpus videremus ſi cum hoc concurreret deus: ſed ob meritum fidei non cōcurrit: q̄ꝛ pro regula obſeruādum eſt: vt ſuperius in materia de creatione diximus: ꝙ omnia que apparēt circa Euchariſtiā: apparent ac ſi panis eſſet preſens: et quādo creature actionem talē habere non poſſunt: deus ſupplet: ⁊ hoc ꝑ legē cōmunem. Nec eſt magna apparētia dicere ꝙ angelus vel beatus non poſſit illud corpus ſic videre: qđ enim rationabilius eſt/ corpori Chriſti eſt dādum: ⁊ cum nec fides nec ratio ſit in oppoſitum ꝙ nō audiat: quare eſt illud negādum/ cū habeat organa optime diſpoſita? ¶ Sed ꝯtra illud idem arguiꝛ de viſione



ponēdo penetrationē partiū. non habet oculū diſpoſitū ad vidēdū/ nec aurē ad audiēdū: ⁊ intelligo ſemꝑ in tali modo ſe habendi/ vel imaginemur ſortē eſſe in vno loco ſacramētaliter: et non loq̄mur de viſione in verbo. Preterea nō videt ſeipm̄: ergo a fortiori neq; aliud. ꝯſequentia apparet: q̄ꝛ eſt eq̄liter ſibi preſens obiectiue ſicut aliquod aliud vel magis. antecedens ꝓbo. oculus ſortis ſi ſic eſſet non videret aliquā partē ſuā. qđ ꝓbo: nunc oculus platonis nō videt ſe. ergo neq; oculus ſortis videbit ſe eadē rōne: q̄ꝛ eſt peius diſpoſitus. antecedēs patet ad experientiā: ſaltē ꝑ lineā rectā. ⁊ q̄libet alia pars corporis eſt ita p̄ſens ſicut oculus: cū ſit partiū penetratio: ergo nullā partē ſui corporis poteſt videre. ¶ Itē ſenſibile poſitum ſupra ſenſum nō cauſat ſenſatione. ij. de Aīa. ¶ Rn̄deꝛ. negādo ꝙ nō habeat oculum diſpoſitū ad videdum: ⁊ eodē modo de aure: q̄ꝛ non requiriꝛ ꝙ partes oculi vel auris ſitualiter diſtēt. Ad aliud quādo arguis. corpus Chriſti non videt ſeipſum: nego. nā corpus Chriſti in vna parte hoſtie videt ſe in alijs partibꝰ hoſtie: immo in infinitis partibus hoſtie: ⁊ idē oculus in duobus locis videt ſe: vt ſi ſortes eſſet circunſcriptiue in duobus angulis huius conclauis in vno loco videret ſe in alio. ¶ Ad aliud: ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non cauſat ſenſationem. Reſpōdetur. ꝙ argumentū non concludit: q̄ꝛ ⁊ ſi ſenſationem non cauſet vbi eſt reſpectu illius partis oculi: poteſt tn̄ cauſare in alio: vt digitus Chriſti eſt ſimul cum oculo eius in vna centeſima parte hoſtie. digitus ille poteſt ſenſationem cauſare in oculum exiſtentem in alia parte hoſtie: ⁊ ſic naturaliter ſenſibile poſitū ſupra ſenſum cauſat ſenſationem. Accipe analogiam. ſi ſortes eſſet Rome ⁊ Pariſijs: ⁊ vnum lignum Pariſijs eſſet applicatum pedaliter ibi diſtās: et idē lignum Rome ſuꝑ oculum ſortis: iā eſt ſenſibile ſupra ſenſum: et tn̄ cauſat ſenſationem: q̄ꝛ bene ſequitur: cauſat ſenſatiōem Pariſijs: ergo cauſat ſenſationem. Philoſophi autem ꝓpoſitio ſic eſt intelligenda. nullo preſuppoſito miraculo non cauſat ſenſationem vbi eſt adequate. volo dicere: ſi corpus ſortis eſſet in loco punctuali ad imaginationē: ibi non videret ſe naturaliter. Contra. Oculus Chriſti habet obſtaculum ſuꝑ oculum. ſ. pedem: ergo non poteſt videre. ſm̄ naturales enim talpa nō poteſt videre/ q̄ꝛ habet pelliculā ſuꝑ oculum ꝑpetuo. Preterea omne qđ videtur: ſub pyramide videtur. cuius baſis eſt in re viſa ⁊ conus in oculo ſm̄ perſpectiuos. ſed ſic non eſt ibi: ergo ibidem corpus Chriſti nō poteſt videri a nobis. Ad primum reſpondetur. negādo ꝙ habeat obſtaculum ſuper oculum/ hoc eſt impedimentum: q̄ꝛ nulla pars corporis Chriſti penetratiue cuꝫ oculo eius harmoniā rūpit nec impedit: quēadmodum in corporibus alijs hoc notiſſimum eſt: iuxta dicta in queſtione tertia. Ad aliud ꝑſpectiuorum: negāt vulgo loquētes illā ꝓpoſitionē vniuerſaliter dictā: dicentes ꝙ nō tenet ip̄reſentiarū quādo viſibile eſt ſacramentaliter in loco. ſed non eſt opus ſic dicere. baſis eſt in re viſa ⁊c̄. hoc eſt radius viſualis eſt maior ꝓpe viſibile: ⁊ acuitur in oculo: q̄ꝛ agens naturale eſt vigoroſius ꝓpe ſe q̄ꝫ remote a ſe. ſi enim deus influentia generali concurreret cum ſorte ad vidēdū corpus Chriſti/ Sortes illud videret. Et dato ꝙ illic ſint multi colores mutuo: non eſt difficultas. q̄ꝛ eadē eſt ponēdo plura corpora extenſiue penetratiue ſimul. vbi certum eſt non eſſe difficultatē ex parte coloris predominātis. Non valet dicere ꝙ ſpecies Euchariſtie ipediūt viſionē corporis Chriſti: et ip̄m occultāt: q̄ꝛ non includiꝛ in ſpeciebus ad illā imaginationē: vt ſupius dictū eſt: ſed ſicut panis penetratiue ſe habebat cū illa albedine ante cōſecrationē: ſic corpus Chriſti eſt in partibꝰ ſuꝑficialibꝰ ⁊ cētrali-

bus vbi erat ante panis. Sed tunc dicis.ſiccitas q̄ erat panis ⁊ humiditas ſanguinis Chriſti ſunt in eodem loco. Reſpondetur.licet qualitates contrarie ſint in eodē loco:non tamen in eodem ſubiecto.

¶ Dubitas. quomodo non diuiditur corpus Chriſti ad diuiſionem hoſtie:⁊ augetur dubitatio ꝑ Berēgariū in illo caplo. Ego Berengarius. circa cuius mediū dicit̄ ꝙ corpus Chriſti frāgit̄:dētibus atteritur. ¶ Rn̄det̄. ꝙ pſ byter ex trāſuerſo tripartiēs hoſtiā:corpus Chriſti nō frāgit:quēadmodū frāgens ſpeculū:imaginē in eo ꝯtētā nō frāgit:ſed ſi diuidat̄ in.viij. partes bone magnitudinis:in eaꝝ qualibet manet ſimulacrum integrū:ſic de corpore Chriſti eſt. Siue autē effigies illa realiter ſit in ſpeculo ſiue non:ſufficit ad manuductionē intellectionis noſtri ꝓpoſiti. Craſſius dicā vt poſſis materiā melius cape.ponātur tres ſupſicies ſup ſe inuicē a.b.⁊.c.ſtat ꝙ q̄s ex trāſuerſo diuidat a.et.c.cū gladio:q̄ gladius trāſit ꝑ b.mediū:ipm̄ nō diuidendo:ſicut duo corpora in celo ſe penetrant:nō glorioſum cum glorioſo. Corp⁹ enim Chriſti in Euchariſtia habet.iiij. dotes.et ſic ad bonū ſenſum frāgit̄. Ad confeſſionē Berenga.dicit Apparatus. Caue hic:ne īcidas in peiorem errorē q̄ꝫ Berēgarius.eſt ſermo de fractione ſpecierum que dētib⁹ atterunt̄.vel ſic. Corp⁹ Chriſti eſt in dentib⁹ et realiter in ore:et hoſtia fracta in varijs partibus:ſub qualibet eſt corpus Chriſti . hoc ſufficiebat contra Berēgariū:qui realiter p̄ſentiā corporis Chriſti negabat in hoc ſacramēto. ¶ Epilogādo opinor iſta ꝓbabiliora:⁊ in hac materia ꝯcedēda.auris Chriſti audit in Euchariſtia:⁊ vt in Euchariſtia:loquētē ꝓpe Euchariſtiā: illa tn̄ auditio nō eſt ꝯcomitāter in celo:ſed Chriſtus ꝯcomitanter audit in celo. Et ſicut alij poſitionē reſpectū in Euchariſtia ponūt q̄ nō eſt in corpore Chriſti in celo:ſic ego pono de accidēte abſoluto.ſ.q̄litate.credunt eī̄ alij illa nō poſſe ſimul ſtare. Chriſtus in celo videt ſortem in collegio montis:⁊ nulla eſt viſio ſortis in celo:que dico cōpoſſibilia. quemadmodum calor corporis Chriſti calefaceret vt in Euchariſtia ſi deus concurreret: et albedo vel color corporis eius ad viſionem eiuſdem . et oculus meus ſi deus ꝯcurreret poſſet corpus Chriſti vt in Euchariſtia videre:⁊ intellectus meus ipſum intuitiue intelligere de per accidens ratione coloris.

¶ Diſtinctionis Decime. Queſtio Sexta.

Tam vidimus quomõ panis trãſubſtãtiet̃ in corpꝰ Chriſti/ et vinũ de vite in eiꝰ ſanguineꝫ: ⁊ q̃s ſit panis ille q̃ in corpꝰ Chriſti trãſubſtãtiatur: cũ poſt trãſubſtãtiationẽ corpus Chriſti ſit adorandũ. Queritur tertio An corpus Chriſti ſit categorice adorãdũ in euchariſtia/ an cõditionalit̃r. Notato hic duplicẽ eſſe poſitionẽ realem (aliq̃ eñ verbaliter diſcrepant: ⁊ in eadem ſententia cõueniunt) aliq̃ volunt ſolum cõditionaliter corpꝰ Chriſti adorãdũ in euchariſtia: placet alijs ꝙ categorice põt adorari corpus Chriſti in euchariſtia. ¶ Pro ſolutiõe q̃ſtiõis ponã ſicut in ceteris aliquas ꝯcluſiões: quarum Prima eſt hec. nõ eſt mihi euidens ꝙ corpꝰ Chriſti contineat̃ ĩ hac hoſtia. ꝓbatur. ſtat panem nõ fuiſſe triticeum/ vel ſacerdotẽ nõ intẽdiſſe cõſecrare: vel nõ ꝓtuliſſe verba neceſſaria cõſecrationi: et tunc nõ fuiſſet cõſecratio. Scd̃o arguitur ad idẽ. nõ eſt certum pſ̄bytero an ꝯſecrauerit: ergo nõ eſt mihi certuꝫ. tenet ꝯñã: qꝛ ipſe pt̃ hoc meliꝰ depꝛhẽdere q̃ ego. añs patet. ſtat eũ nõ eſſe baptizatũ: ⁊ ſic nõ eſt ſacerdos. Stat inſuꝑ epm nõ ordinaſſe eũ. igit̃. ¶ Scd̃a concluſio. habeo certitudinẽ moralẽ ſufficiẽtẽ ꝙ corpus Chriſti tranſubſtantietur: ergo ſub ſpeciebꝰ panis ẽ corpus Chriſti. Hec ꝯñã eſt bona: qꝛ certitudinẽ moralẽ habeo de añte: ergo talem habeo de ꝯñte. ſi enim aliqua cõſequentia ſit certa/ et añs certum: ꝯñs eadem certitudine eſt certũ: ſꝫ certitudineꝫ moralẽ habeo de añte. quod ptꝫ. videmus ꝙ nulla ẽ difficultas de baptiſmo nati ĩter chriſtianos/ et notos parentes: tum ex parte parentũ ⁊ patrinorum: tuꝫ ex pte baptizantis et vicine. De intentione epĩ nõ cadit difficultas: nec de intẽſione ſacerdotis quin ordines ſuſcipe intendit: ⁊ facere illa q̃ probum virum decent. quilibet enim eſt preſumendus bonꝰ donec de oppoſito doceatur. nõ docetur aũt oppoſituꝫ de hoc ſacerdote/ prout ſupponitur. ¶ Tertia cõcluſio. licet categorice adorare corpꝰ Chriſti in ſacramẽto euchariſtie: vel ſub ſpeciebus illis quas euchariſtiã putamus. ꝓbat̃ ꝯcluſio. certi ſumus certitudine morali ꝙ illic corpꝰ Chriſti ꝯtineat̃: ergo categorice poſſumus ipſum adorare. Secundo arguitur ad idem. ſi non licet categorice adorare illd̃ qd̃ illic in ſpeciebus continetur: hoc eſt quia ſtat in caſu corpus Chriſti illic nõ cõtineri. ſed hoc nõ obſtat. quod patet cum ſit ignorãtia inuincibilis. quemadmodũ erat de Jacob Liam prima nocte cognoſcẽte. Dicis in cultu latrie. debetur maior indago q̃ circa rem vxoriã. Cõtra. totus populꝰ ſic categorematice adorat corpꝰ Chriſti. ſi ſubito leuetur corpus Chriſti ĩter manus ſacerdotis vel deferatur ad infirmum/ ſubito omnes ad genus ſe prouoluunt categorice adorantes. nec aliud inquirũt igitur. Amplius. audiens prelatum predicare hereſim cuius oppoſitum non tenetur ſcire/ ⁊ aſſentiẽs/ non peccat. Idem erit in ꝓpoſito: dato namq; oppoſito añtis nõ conduceret audire multorum ſermones.

¶ Contra hanc tertiam concluſionem arguit̃ ſic. ſeq̄ret̃ ꝙ ſi diabolꝰ transfiguraret ſe nũc in angelũ lucis vel in deum: poſſem illum cultu latrie reuereri. conſequens eſt falſum/ igitur. ¶ Reſpondeo ꝙ illud poteſt facere angelus tenebrarum deo illud permittente ad probationem fidei noſtre/ an in ea vacillemus: an perſiſtamus/ ſecunduꝫ illud. ij. ad Corinthios. xj. Angelus tenebrarum ſe transfert in angelum lucis. ſed nego ſequelam de illo. nam hoc eſt inſolitum: ⁊ per ſcripturã edocemur a talibꝰ cauere Matthei. xxiiij. Multi venient in nomine meo (dicit dominus) dicentes ego ſũ Chriſtus: ⁊ ſeducẽt multos. An talibus ſpiritus ꝓbare opꝫ ſi ex deo ſunt. Prime Joanis quarto. ⁊ non aſſentire talibus aſſertionibus: ſed iudiciũ intellectus aſſentiendi ſuſpendere: ⁊ per cõſequẽs adorãdi: ſicut in vitis patrũ de quodam viro ſancto legimus oculos claudente: dicẽte angelo tenebrarũ. nolo Chriſtuꝫ videre in hac mortali vita: ſufficit mihi in patria videre. ⁊ ſic demõ illuſus euanuit. Cum enim illud ſit inſolituꝫ. nullo modo eſt aſſentiendum ꝙ eſt deus quouſq; ſufficientiſſime de hoc doceat̃. nec ſimplex ſibi ſoli credat: vel etiã doctus. quouſq; deum ſuper hoc implorauerit: ⁊ alios ſapientes ſuper hoc cõſultauerit niſi ſufficientiſſime ſuper hoc certificaretur/ quẽadmodum diua virgo q̃ diu meditata eſt in angeli inſolita ſalutatione. ſicut de ea dicit Euangeliſta. Cogitabat qualis eẽt iſta ſalutatio/ hoc eſt multũ ponderabat: et angelo reſpondente: adhuc obiecit/ quomodo fiet iſtud: nec vllo modo aſſenſit quoad erat ei ſufficiẽtiſſime reuelatũ: ⁊ forte reuelatiõe ĩteriori a deo. ſic Lucianꝰ pſ̄byter nõ credidit Gamalieli quouſq; tertio apparuit. nõ ſacramentũ euchariſtie ẽ ſolitum et cõe: ⁊ rariſſime contingit ꝙ corpus Chriſti non continetur in illis ſpeciebꝰ: ⁊ nos fugit qñ hoc ſit: ꝓpterea nõ ẽ ſimile.

¶ Secundo arguitur cõtra eandẽ concluſionẽ. meliꝰ eſt cõditionaliter adorare corpꝰ Chriſti in euchariſtia qd̃ pꝫ. vt pote ego adoro corpus Chriſti ſi ſub iſtis ſpẽbꝰ ſit ⁊ nõ aliter. tũc ſi nõ ſit ſub illis ſpẽbus non adorat̃ adoratione cõditionali/ q̃ nõ tenet ꝯditione nõ exiſtente. ⁊ ſi adorat̃ cathegorice: adorãdo ſtat panẽ adorare. ¶ Rñdet̃: ⁊ ſi melius eẽt ꝯditionaliter adorare corpꝰ Chriſti ĩ euchariſtia/ nõ ĩpugnat̃ ꝯcluſio in q̃ dicimꝰ illd̃ licere. Scd̃o nego ꝙ ſit meliꝰ mr̃is nãq; ſimplicibus daret̃ occaſio exiſtimãdi ꝙ corpꝰ Chriſti nũq̃ cõtineret̃ ſub illis ſpẽbus. Sicut eñ nõ ẽ adorãdus rubus conditionaliter ſi illic ſit dominus vel angelus: lꝫ ſemel Moyſi ita cõtigit: ita euchariſtia non eſt adoranda cõditionaliter ſi ſemel bis vel ter non ſit conſecratio: cũ op

poſitum fernie ſemper contingat. nec cōſtat nobis quādo non contingit. Fateor tñ ꝙ quādoqꝫ adoratur corpus Chriſti in Euchariſtia cōditione tacita: hoc eſt ſi ſciret᷑ ꝙ panis non eſſet in corpus Chriſti trāſubſtātiatus: nullo modo ſic adoraretur. ſed hanc conditionem non expedit apponere ei: nec eſt hominū conſuetudo: nec doctus debet eā apponere expꝛeſſe: eſto non dare᷑ ei occaſio propinqua aſſentiendi ꝙ nunqꝫ corpus illic cōtineretur: ſed ſufficit ei orare aliorū more: nec fodere ciſternas nouas in hac parte debet: ne ex ſuo habitu alios ad hoc inducat. bene autem ſentiat de ꝓximo et ſacerdote et epiſcopo donec doceatur de oppoſito.

¶ Tertio arguitur. ex concluſione ſequitur ꝙ idololatria non eſſet peccatum. conſequēs eſt falſum: ergo ⁊ antecedens. conſequētiā tamen declaro: ſit ita ꝙ non ſit conſecratio realiter: tunc Sortes adorat hoc qđ illic cōtinetur: qđ eſt panis. modo adorare panē cultu latrie eſt idololatria. Dicis ſicut quidā: non ſtat ꝙ quis credat ⁊ velit adorare diabolum: ⁊ tñ adoret deum nō credens adorare deum: ⁊ eum adorare volēs: ſi Sortes ponatur loco eius non adorat Sortem ſed deum: ſic in propoſito credens adorare corpus Chriſti: et hoc volens: non adorat panem/ ſed corpus Chriſti. Contra. hoc non ſoluit argumentum: quia bene ſequitur. hoc adoras cultu latrie: hoc eſt panis. ergo panem adoras cultu latrie expoſitorie. antecedens habes concedere: ergo non potes negare conſequēs. Maior patet ꝑ concluſionem: q꞉ categorice adoras quicquid illic continetur. ⁊ minor eſt nota ex hypoteſi. ¶ Propterea aliter reſponde᷑ ad argumentum: negādo ſequelā: ꝙ idololatria eſſet licita. Illic enim non eſt idololatria. Idololatria eſt cultꝰ deo debitus: creature culpabiliter exhibitus. qui ſi ex ignorantia inuincibili creature attribuitur: non eſt idololatria/ ſed latria: dato ꝙ creature attribuatur. quēadmodum ſi Jacob Liā prima nocte cognouit vt eſt probabile: licet ſit queſtio facti: in copula illa quo ad eū erat caſtitas coniugalis: licet nullum eſſet coniugium in nocte illa: et ſi Lia ſit excuſanda ob patrie conſuetudinem et preceptum paternum: etiam reſpectu Lie erat caſtitas cōiugalis. ſic omnino eſt in ꝓpoſito. et ſi eſſent duo Sortes ⁊ Plato: ⁊ Platoni conſtaret ꝙ ibi non eſſet corpus Chriſti: ſummum cultum contento ſub ſpeciebꝰ tribuēs eſſet idololatra: non autem Sortes cui non conſtat: cum ſit ei ignorantia inuincibilis: ſed bene colit contentū cultu latrie. Non tñ ſunt ꝓpterea Tartari ⁊ aliȷ̄ excuſati a cultu latrie: cum ſummum cultum illi tribuant: cui tribuere non deberent: ſed tenentur ſapientum monitis acquieſcere. Pro nūc ſupponitur ꝙ corpus Chriſti eſt colendum cultu latrie ⁊ nō hyperdulie: licet difficultas ſit verbalis: vt in nona diſtinctione tertiȷ̄ prolixius deducemus: ⁊ ſic crux Chriſti ⁊ ſpecies aſſiſtentes in Euchariſtia coli poſſunt. plebs tamen non tenetur exacte ſcire diſtinctionem inter corpus Chriſti et ſpecies. Contra hoc arguitur. dicitur ꝙ ſacerdos debet conſecrare: et non leuare hoſtiā nō conſecratā: ne populum ad idololatriam cogat: ⁊ ꝑ conſequens categorice adorans ſi cultu latrie colat panem/ peccat. Reſpondetur. de cōmuni modo loquendi non eſt vis. Sacerdos enim dat occaſionem populo quātum eſt de ſe. hoc eſt male agit: ⁊ populum priuat ſuffragio debito: nec in ſacramento veritatis dolo ⁊ fictione vti debet. populus autem non peccat: quo fit ꝙ creatura pura vt panis: eſt obiectū materiale latrie: non autem formale/ hoc eſt dicere: illum cultū panis terminat: ſed corpus Chriſti eſt obiectum formale: hoc eſt gratia et cauſa talis cultus: quo colitur hoc contentum ſub ſpeciebus: obiectū inquā formale de per accidens. deus autem eſt obiectum formale per ſe: ⁊ radicale.

¶ Quarto arguitur. Si euchariſtia eſſet adorāda categorice cultu latrie: ſequere᷑ ꝙ etiā corpus Sortis eſſet adorādū cultu latrie cathegorice. conſequens eſt inconueniēs ⁊ nuſqꝫ practicatur. declaro cōſequentiā. poſito ꝙ nunc Sortes ſumpſit Euchariſtiā: ſaltem debemus Euchariſtiā in eius ſtomacho adorare quā conſtat eſſe in eo: ſicut adoramus Euchariſtiā in pyxide delatā ꝑ vrbem: et ex conſequente Sortem rōne illius. ¶ Reſpondetur. hoc argumētum non eſt contra concluſionem: ſed querit vnū aliud: ad quod dico ꝙ nec Sortes eſt adorandus: nec corpus Chriſti in ſtomacho Sortis. Ad hoc pᷣmo eſt cōmunis viſus. Secūdo neſcitur quādiu corpus Chriſti illic maneat ob ſpecierum alterationem. Tum tertio dato ꝙ cōſtet: ne hominem adorare videamur: corpus Chriſti non eſt illic adorandum ſaltem exteriore adoratione: ſecus eſt de corpore Chriſti in pyxide: quia palam eſt ꝙ pyxidem nō adoramus. ¶ Ex iſtis omnibus patet ꝙ corpus Chriſti eſt categorice in Euchariſtia adorādum: nec adorare panē tanqꝫ obiectum materiale ex ignorātia inuincibili ſufficienter arguit idololatriā: īmo latriā infert. ſecus eſt ex ignorātia vincibili: craſſa/ vel ſupina. Stat inſuper credere et velle adorare corpus Chriſti: et panem adorare: ſed non adorare panem. Adoro enim importat actum voluntatis: et propriam facit preciſe appellationem. non autem quādo precedit: ſed ſub diſiunctione ad alias rōnes appellat. Ulterius patet iſtā non eſſe de fide. corpus Chriſti cōtinetur ſub hac hoſtia: ſed aſſenſus eius eſt certus certitudine morali: que errori interdum non repugnat. Iſta autem cōditionalis bene eſt de fide. ſi ſacerdos dixit verba ſufficientia ſuper hac materia debita cum intentione debita: illic eſt corpus Chriſti. Inſuper quādo eſt apparitio inſolita alicuius colendi: ſuſpendēdus eſt aſſenſus credendi cum actu voluntatis quouſqꝫ de illo complete doceatur: ſecus eſt de Euchariſtia conſueta. Et forte ſimilis difficultas poterat contingere dū Chriſtus erat viator: vt ſi alicui ignoto contigiſſet Chriſtum videre. deinde ſi tali aduenienti Jacobus Alphei loco Chriſti ab aliquibus putatis ꝓbis oſtenſus fuiſſet: non peccaſſet Jacobum colens. ſecus eſt nunc. Et perſimilis difficultas verti poteſt de ſanguine miraculoſo in terra: quādo eſt ꝓbabile dubiū an realiter ſit ſanguis Chriſti. Quādiu enim eſt tale dubium debet actualiter conditionaliter adorari cultu latrie quādo autem ſufficienter conſtat licet non citra certitudinem fidei: ꝙ ſit ſanguis Chriſti: non amplius eſt ponenda conditio actualis/ ſed tacita.

¶ Duodecime Diſtinctionis. Queſtio Prima.



N duodecima diſtinctione magiſter loquitur de ſubiecto accidentiū in Euchariſtia. Conformiter ad hoc queraꝫ aliquas queſtiones. Prima erit. an omne accidēs poſſit ſeruari ſine ſubiecto. Secunda erit de quantitate. Quia enim eſt multorum opinio ꝙ accidētia reliqua a quātitate: quātitati inhereāt: ꝓpterea ſecundo loco quere᷑: an quātitas diſtingua᷑ a re quāta: ⁊ an de facto alia accidentia ſint extra ſubiectum. Tertio querā de accidentium actiuitate tā in ordine accidentium qꝫ ſubſtātiaꝝ. Quarto inquiram: quomodo accidentia ſeparata pati poſſint. Et q꞉ magiſter in vltimo capl'o huiꝰ diſtinctionis querit: an pluries in die celebrare cōtingat: queram quinto id idem. Secto vtrum clericus quolibet die teneatur dicere horas. Septimo an ſufficiat diſtracte dicere horas. Octauo an ſatiſfaciat quis precepto de dicendis horis audiendo miſſam que eſt de precepto.



¶ Circa primum mouetur talis queſtionis titulus. an omne accidens poſſit eſſe ſine ſubiecto. Pro ſolutione queſtionis pono hanc concluſionem. Deus poteſt ponere omne accidens ſine ſubiecto. Probatur: pro nunc preſupponendo ꝙ accidentis ſolum ſubiectum ſit ſubſtaſtia. accidens enim nec eſt pars ſubſtātie: nec deus: ergo pōt deus accidēs conſeruare ſine ſubiecto. Secundo arguitur ad idem: deus pōt conſeruare poſterius ſine priori: ſed accidens eſt poſterius ſubſtantia. vij. Metaphy. Subſtantia eſt primum oīm ceteroꝝ entium cognitiōe et tempore. Tertio ſic arguitur. Aliqđ accidens de facto deus conſeruat ſine ſubſtantia: vt patet de quantitate in Euchariſtia ſꝫ omnes fideles: ergo quodlibet accidens poteſt conſeruare ſine ſubiecto. conſequentia tenet. q꞉ vnum eſt deo ita facile vt aliud: ergo ſi poteſt vnum accidens ſeruare ſine ſubiecto: quodlibꝫ accidens ſeruare poteſt ſine ſubiecto.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. Accidēs defini᷑ per ſubiectuꝫ. vij. Metaphy. ca. iij. Sed impoſſibile eſt ꝙ alicui conueniat definitum niſi ei competat definitio. ¶ Reſpondetur. accidens non definitur per ſubiectum cui actu inheret: ſed cui aptitudine inheret: accidens ei eſt res apta nata inherere ſubiecto: ⁊ ſiue inſit ſiue nō/ ſꝑ eſt apta nata inherere.

¶ Secundo arguitur. ſubſtātia nō poteſt eſſe quin per ſe exiſtat: ergo accidens non poteſt eſſe quin inhereat. ¶ Reſpondetur. ꝯñia eſt nulla. q꞉ eſſentiale eſt ſubſtantie per ſe exiſtere: ſic ꝙ nulli innitatur tanqꝫ ſubiecto: ⁊ idem eſt de omnibus partibus ſubſtantie: poteſt tamen quelibet ſubſtantia creata a deo ſuſtentari: ſꝫ hoc non eſt inherere ſubiecto: non auteꝫ eſt eſſentiale accidenti ſubiecto inherere. patet manifeſte de quantitate in Euchariſtia.

¶ Tertio arguitur. deus non poteſt facere ſubſtantiā ſine accidente: ergo nec facere poteſt accidens ſine ſubſtantia. conſequentia tenet conuenienti ſimilitudine. Añs patet: q꞉ dato eius oppoſito erit homo ſine quātitate/ figura/ calore/ frigore/ ⁊ hmōi. ¶ Reſpōdetur negādo añs. ⁊ ad eius probationem dico ꝙ argumentū aſſumit dubia: videlicet an quātitas ſit res quāta. de quo inferius. Figura autem non diſtinguitur a re figurata. pōt tamen deꝰ ſi voluerit hominis omnes ꝑtes penetratiue ponere mutuo/ cum hoc ꝙ anima partes informet: et iam prideꝫ hoc patuit in diſtinctione decima. Potes tamen dicere ſi partes ſic ſe habeant: nō ſunt amplius figura: q꞉ terminꝰ figura ꝑtiuꝫ ordinē in ordīe ad totū vel locū veꝝ vel imaginarium connotat.

¶ Quarto arguitur. ſimitas naſi eſt accidens qđ non poteſt fieri ſine naſo: ergo aliquod eſt accidēs qđ non poteſt fieri ſine ſubiecto. hoc patet de aquilinitate naſi et criſptiudine piloꝝ. ¶ Reſponde᷑. diſtinguēdo antecedēs: vel capiēdo pᷣme intentionaliter accidēs ꝓ illo qđ nec ꝑ ſe naturaliter exiſtit: nec eſt pars rei naturaliter ꝑ ſe exiſtētis: ⁊ ſic nego: vel capiēdo accidēs ſcđe intētionaliter ⁊ logice: ⁊ ſic ꝯcedo. Sed ꝯceſſio huius mēbri nō obuiat cōcluſioni: in qua de accidēte reali loquimur: ſed ſolum ꝓut eſt aliquod accidens logice loquendo: qđ vni determinate ſubſtantie cōpetit. ſ. naſo: et ex ꝯſequēte toti cōpoſito. Et licet ſimitas ſit naſus ſimꝰ realiter: tñ accidentaliter naſo ꝯuenit: ſiue trāſmutabiliter ſiue intranſmutabiliter naturaliter loquendo: non refert. Sed dico ꝙ naturaliter ꝑ tumorem partis medie in naſo: vel depreſſiōem partium extremarū ne medium tranſcendāt: erit non ſimitas. vnde ſimitas eſt terminus connotatiuus pro naſo primo ſupponens: et ex ꝯſequenti ꝓ illo qđ eſt totum reſpectu naſi. quemadmodū eſt facies ⁊ homo: cōnotādo ꝙ partes medie naſi ſint depreſſe ⁊ decliues reſpectu partium extremarum eius. ergo vides ꝙ ſimitas realiter eſt ſubſtātia Metaphyce: ⁊ accidens ſolum logice loquendo.

¶ Quinto arguitur. deus nō poteſt facere notitiā ſine ſubiecto: ergo nō poteſt facere omne accidens ſine ſubiecto. Antecedens patet. ſi ponatur extra ſubiectum: iā non eſt notitia: cum nullus ꝑ talē qualitatē noſcat. eodem modo argumētari potes de volitione/ odio/ vel huiuſmodi. ¶ Ad quintū cōcedo antecedēs: ⁊ nego conſequentiā. nā ad bene arguendum oportet ꝓponere (notitiā) copule ꝓpoſitionis: q꞉ dico ꝙ licet deus nō poſſit facere notitiā ſine ſubiecto: tñ notitiā poteſt facere eſſe ſine ſubiecto: q꞉ hāc qualitatē poteſt facere eſſe ſine ſubiecto: hec qualitas eſt vel poteſt eſſe notitia: ergo notitiā poteſt facere ſine ſubiecto. et ſic dico ꝙ nihil eſt notitia niſi fuerit in ſubiecto apto nato cognoſcere ex cōmuni modo vtēdo vocabulo. modo qñ eſt extra ſubiectū nō ꝯuenit ei hec ꝓprietas. Proportionabiliter de volitione dicere potes: ꝙ volitionem deus facere poteſt ſine ſubiecto: ſed non poteſt facere volitionem ſine ſubiecto. ⁊ ſic odium dei deus poteſt ponere extra ſubiectum: ſed tunc non erit odium: nec actus malus moraliter: nec bonus moraliter. ſed qꝫqꝫ non poteſt fieri bonus moraliter erit tamen entitatiue bonus.

¶ Sexto arguitur. deus non poteſt facere paternitatem ſine ſubiecto: ⁊ tñ paternitas eſt accidēs. ergo aliquod accidens deus non poteſt facere ſine ſubiecto. maior ꝓba᷑: q꞉ paternitas eſt ſubiectum: puta ſubſtātia que eſt pater: paternitas autē ⁊ pater ſunt termini ſynonymi. ¶ Ad minorē dico: licet paternitas ſit accidēs ſecunde intētionaliter ⁊ logice loquēdo: non tñ eſt accidēs pᷣme intētionaliter. ⁊ hoc tenēdo poſitionem nomīaliū que vtrobiqꝫ Pariſijs tene᷑. Realiſando nāqꝫ aliter dicēdū foret: videlicet ꝙ accidens reſpectiuū deꝰ nō poſſit facere ſine ſubiecto de potētia ſua abſoluta. q꞉ de eius eſſentia eſt fundamento ſuo inherere: ⁊ terminū rñdētē habere ⁊ relationē mutuā: niſi aliud extremū nō ſit ſuceptiuū accidētis: vt eſt in vnione hypoſtatica humanitati Chriſti inherēte: cui nulla in verbo reſpondet. ¶ Sed dicis. quicquid deus poteſt ꝓducere mediante quacūqꝫ cā ſcđa: deus poteſt ꝓducere ſe ſolo: ſed paternitatem poteſt ꝓducere mediāte cā ſcđa. ſ. mediāte fundamēto et termīo: ergo paternitatē pōt ꝓducere ſe ſolo. ¶ Rñde᷑. concedēdo ꝑmiſſas cū ꝯcluſione: ꝙ paternitatē deus ſe ſolo poteſt ꝓducere. hoc eſt poteſt ſupplere actiuitatē fundamēti vel termini: vel cuiuſcūqꝫ creature ad illā relationē effectiue ꝯcurrētis: ſed non pōt ꝓducere paternitatem qualitercūqꝫ: q꞉ nō in ſubiecto qđ nō genuit: eſto ſit eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cū illo qui genuit: licet illud puro nomīali videa᷑ extraneū. Colora᷑

ſic: ſicut nominalis dicit nullum poſſe eſſe patrē niſi genuerit ⁊ taliter ſe habuerit: ſic dicetur ſm̄ hāc poſitionē ꝙ in quocūq; eſt paternitas ille eſt pater ⁊ ꝯtra: ſed forte poteſt paternitatē ꝓducere extra ſubiectū. Realiū vero tenēdo ꝑncipia cū omnipotētia dei dicerem ꝙ deus nō poteſt ꝓducere paternitatē in eo q̄ non genuit nec ab eo q̄ genuit pōt tollere paternitatem manēte fundamēto ⁊ termino relatiōis: bñ tñ poteſt ꝓducere relationē extra ſubiectū. Ad hoc eñ habet̄ illeſa potentia dei: nec aliq̄d poſitiōis deſtructiuū. nō eñ ꝯcludit̄ ex illo ꝙ aliq̄s eſt pater ſine pr̄nitate: nec ꝙ paternitas alicui inheret q̄ nō eſt pr̄. Quid multi alij realiſantes ſup̱ hoc ſentiāt/ mea nō itereſt. ¶ Epilogādo dico: ꝙ quodlibet accidēs deꝰ pōt ꝯſeruare ſine depēdētia ad vllū ſubiectū eius: ⁊ per ꝯſequēs quodlibet tale pōt ꝯſeruare extra ſubiectum tā in corporalibꝰ q̄ȝ in ſpūalibꝰ: nec inſtātia eſt aliq̄ de relatione intrinſecus vel extrinſecus adueniēte. ſatius enim eſt nullas tales ponere: cum omnia ſine eis tā in theologia q̄ȝ philoſophia optime ⁊ facillime a logico ⁊ igenioſo defendantur.

## ¶ Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Secunda.

SEcundo loco iuxta id qd̄ ꝓmiſi: inquirā an quātitas diſtinguat̄ a re quāta. nec alienū hic quero a theologia. tū ꝙ Ricardus Mediltonꝰ: doctor ſubtilis: et pleriq; alij idipſum hoc loco inquirant. Tū ſcd̄o. ꝙ ad intelligēdā materiā quā tractamus/ plurimum conducat.

¶ Circa hāc materiā duas ponā poſitiōes cū eaꝝ ſolutiōibꝰ/ et ſuccincte: cū metaphyſicā tractemus. Poſitio vna tenet: ꝙ quātitas diſtinguit̄ a re quāta: ⁊ eſt vnū accidēs ſuū ſubiectū extēdēs ⁊ quātū denominās: ſicut albedo rē albā denominat: et cetera accidētia: ſicut materia et totū cōpoſitū denominant̄ quāta: vel q; ei inheret inheſiue quantitas vt aliq̄bꝰ placet: vel q; inheret eidem ſubiecto cui quantitas inheret. Probat̄ hec poſitio auctoritate Ariſto. ꝑmo Phyſicoꝝ. Si ſubſtātia et quātū ſunt duo ſunt que ſunt: ⁊ non vnū eſt qd̄ eſt. ergo realiter diſtinguunt̄. Non valet dicere. ſi quantū eſt plura ſunt: q; pars extra partem eſt. ⁊ ꝑ ꝯſequēs plura ſunt. q; tunc inaniter dixiſſet philoſophus: ſi ſubſtātia et quātū ſunt: cū ſuffeciſſet dicere: ſi quātum eſt. Tum ſcd̄o Ariſto. debuit ꝓbare diſtinctionē ſpecificā reꝝ: ⁊ nō numeralē: oppoſitū enim nunq̄ȝ vlli ſapiētes voluerunt: ergo intentio philoſophi erat dicere ꝙ ſubſtantia nulla eſt quātitas. hoc idem tenet vulgaris opinio tā nominalium aliquorum q̄ȝ realium vtrobiq;.

¶ Contra hanc opinionem arguitur ꝓbādo ꝙ quātitas iſta eſt ſup̱flua: notū eſt ꝙ ipā nō ponit̄ vt res quāta habeat partes: q; de facto intrinſece ſine quātitate habet plures partes. Sed dices. ſupaddit̄ rei quāte vt extēdat partes eius: vt lignū pedale extēditur pedaliter rōne quātitatis. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit̄. ſeparet deus totā illā quātitatē: partibꝰ ligni in eiſdem ſitibꝰ ꝯſeruatis: iā illud lignū eſt pedaliter extenſum ſine illa quātitate. ergo ſup̱flue ipſa ponit̄. mirū eſt dictu ꝙ deus nō poſſit ſeparare quātitatē a ſubſtātia: partibꝰ ſubſtātie ꝯſeruatis: potiſſimū cū ſint duo abſoluta: quorū nullū eſt pars alterius. Sed hic poteſt dici admiſſo caſu ꝙ quelibet pars erit penetratiue cū alia: et erit penetratiue in loco magno vel paruo: ꝓut deo placebit: q; naturaliter nō loq̄mur. ⁊ rō eſt: q; quātitas ſolā ſubſtantiā extēdit ꝑ fundamētū: ergo ipā ſublata/ ſubſtātia non erit extenſa. bene autē eſt extenſibilis ꝑ noue quātitatis appoſitionē. Poteſt etiā dici ꝙ quātitas dat̄ ſubſtātie vt eā faciat occupare locū: ⁊ nō vt eā extēdat. occupare eñ locū eſt alteri corpori reſiſtere ne ſuū locū igrediat̄. ⁊ hoc ꝯuenit ei naturaliter ꝓ lege vie. ſecus eſt ꝓ lege patrie: in qua eſt penetratio corpoꝝ beatoꝝ ſm̄ legē dei cōmunē: quemadmodū eſt alia lex cōmunis puniēdi pctā poſt vitam: ⁊ alia in vita. ¶ Sed ꝯtra illud arguit̄: q; ex hac ſolutione ſequit̄: ꝙ equus cuius tota quātitas eſſet ablata nō poſſet ferre vnā fabā. ꝯſequēs eſt incōueniēs. ⁊ ꝙ ſequat̄: ſic patet. faba eſt grauis appetēs deſcendere: et nō habet reſiſtentiā: ergo faba ꝑtrāſibit totū equū. Immo ſequit̄ ꝙ ſi tota quātitas ſphere terre eſſet ablata: tota terra deſcēderet ad centrū. cū enim quelibet portio terre ſit grauis: ⁊ appetat deſcēdere: ⁊ nō habeat ipedimētū: nō quieſcet ante cētrū. ¶ Rñdet̄. Illud nō demonſtrat ꝯtra poſitionē q̄ȝuis ꝯcederet̄ totū illatum: qd̄ incōueniēs eſt. Admiſſo tñ illo ſup̱naturali: dicet̄ ſecundo/ ꝙ qualitates non ſunt actiue ſecluſa quātitate: et ſic grauitas nō aget. Dici etiā pōt tertio: ꝙ qñ quātitas tollit̄ ab aliquo corpore: partes ſup̱iores nō appetūt deſcēdere in inferiores in corruptionē totius. ſecus eſt in alio corpore. ¶ Secundo arguit̄. capto vno corpore bipedali: ab altera medietate ſeparet̄ tota quātitas: quantitate in alia medietate manente. iſte due medietates adhuc ꝯtinuātur: ⁊ ſine quātitate: ergo ipā eſt inanis. ꝙ ꝯtinuētur patet: q; non ſeparātur ⁊ ſegregātur partes a ſe inuicem: q; ſi ſic: cōtinuū in omnē ſuā partē diuideret̄: qd̄ nō eſt dicēdū. ¶ Rñdet̄. illud argumētū nō ꝯcludit: qd̄ ſic declarari pōt: q; ſimilis difficultas oīno pōt duci cōtra opinionē oppoſitā: capiēdo corpꝰ bipedale cuius quantitas ꝑ te eſt ſua ſubſtātia. Deus eñ pōt ꝑ te ponere vnā medietatē penetratiue in loco cū q̄libet alia parte eius: reliq̄ medietate ſtāte extēſa: et tūc quero abs te: que erit illic ꝯtinuatio/ vel partiū ſeparatio: ⁊ q̄litercūq; tu dixeris: ſic illic dici poterit. Pro vtraq; via dicit̄ ꝙ eſt entitatiua ꝯtinuatio partiū/ ⁊ nō quātitatiua. ¶ Tertio arguit̄. ex hac poſitione ſequitur ꝙ ſi albedo eſſet ſeparata a quātitate/ eſſet inſenſibilis. conſequēs eſt falſum. ꝙ ſequat̄ patet: q; nō habet partes extēſas. ¶ Rñdetur. ſm̄ duas imaginatiōes p̄dictas. Scd̄m priore vno mō rñdet̄ ꝙ requiritur modus quātitatiuus ad hoc vt agit ad viſionē. Secūdo mō nego ꝙ non videat̄ ſi deus ad viſionē actiōe gñali ꝯcurrat: ⁊ hoc ſi albedo extenſionē habeat: hoc eñ ſtat cū partiū penetratiōe: vtpote ſi capiat̄ albedo palmalis: ⁊ ponat̄ quelibet pars cū qualibet ꝑ totā illā partē palmalē: iā illa videbit̄. Tertio tenēdo ſecundā imaginationē ꝙ quātitas ꝯtinua ſolū facit reſiſtētiā ne aliud corpus ingrediat̄ locū eius: ⁊ nō extēſionē: tūc nō requirit̄ quātitas ad hoc vllo modo vt ſentiat̄: ſed nulli corpori reſiſtit: q; nō ꝯiūgit̄ quātitati q̄ eſt cā alteri corpori reſiſtendi. quo fit: ꝙ ſi tota quātitas ſepararet̄ a mari in loco profundiſſimo: ⁊ poneret̄ in illo gleba terre vel piſcis/ ſubito deſcēderet: ſicut in vacuo.

¶ Alia nominaliū poſitio eſt ꝙ quantitas nulla diſtinguitur a re quāta vel rebus quātis: ſed quantitas materie eſt materia ipſa: et quantitas forme ſubſtātialis eſt ſua forma: ⁊ quātitas albedinis materie inherētis eſt ipā albedo. ¶ Ex hac aūt poſitiōe ſequuntur ꝓpoſitiones: quarū Prima eſt. Aliqua quātitas eſt ſubſtātia: ⁊ aliq̄ quātitas eſt q̄litas. Secundo ſequit̄. ꝙ in trāſubſtātiatiōe panis in ſacramēto Euchariſtie manet quantitas ⁊ qualitas: nō tñ quantitas ſubſtantie panis: ſicut ſi virga viridis areſcat: quantitas ſubſtantie manet: q; materia et quātitas ſubſtātia vna deſinit eſſe: ſcȝ forma vegetatiua: ⁊ alia quantitas acquirit̄. Tertio ſequit̄ ꝙ plura corpora de p̄dicamēto quātitatis naturaliter ſunt ſimul: et eſt taliū corpoꝝ naturalis penetratio: nō aūt corpoꝝ de p̄dicamēto ſubſtātie. Videmꝰ eñ ꝙ equus non ingredit̄ locum feni niſi feno ſublato. rōne ⁊ experimēto id cognoſcimus. Ex iſto manifeſte ſequit̄ ꝙ dimenſionū informatiue vel inheſiue ſe habētiū poſſibilis eſt penetratio cum ſuo ſubiecto: ⁊ nō aliter ꝑ naturā: q; nullum agens/ penetrationē dimenſionum facere poteſt niſi ꝓducendo vnum in alio informatiue vel inheſiue. Quarto ſequit̄ ꝙ alique ſubſtātie ſunt quantitates: quarum nulla eſt quantitas. patet de binario angeloꝝ. irrationabile autem puto tenere ꝙ quātitas diſcreta diſtinguat̄ a re quāta. Quinto ſequit̄. ꝙ aliqua eſt quātitas: que nec eſt ſubſtātia nec accidēs. patet de angelo ⁊ eius notitia. ⁊ ſic aliqua eſt quātitas que nec eſt ſubſtātia ⁊ accidens copulatum: nec accidentia ⁊ ſubſtātie. qd̄ patet de pluribꝰ accidētibꝰ ⁊ vna ſubſtātia indiuiſibili. Sexto ſequit̄: ꝙ numerꝰ par eſt numerus īpar. patet de Sorte. et licet numerus impar non poſſit diuidi in duo equalia ſm̄ illā dimenſionē: bene tamen in duo equalia ſimpliciter. Septimo ſequit̄ ꝙ aliquis numerus eſt cuiuſcūq; ſpeciei numeroꝝ numerus. patet de Sorte q̄ eſt binarius ſuarum partium: ternarius ſuarum partiū: et ſic conſequenter: tenendo totum eſſe ſuas partes. Octauo ſequitur ꝙ a. bipedalitas erit quātitas: quādo nulla quātitas erit a. bipedalitas. patet ſi a. bipedale condenſet̄ ad ſubduplum: iam a. deſinit eſſe bipedalitas: ⁊ tñ a. nō deſinit eſſe quātitas. Nono ſequit̄ ꝙ quātitatē deus non poteſt facere quin ipā erit quātitas: licet quātitatē continuā facere poſſit quādo non erit continua: vt ſi oēs partes penetratiue ſimul ponātur. tūc enim ſtādo in terminis poteſt dici nō eſſe continua cum partes non extēdātur. Decimo ſequit̄ ꝙ quātitas eſt actiua actione reali: hec qualitas eſt quātitas: ergo hec quātitas eſt actiua actione reali. ſed hoc nō eſt ratione quātitatis: ſed ratione qualitatis. Undecima ꝓpoſitio. quātitas ſuſcipit magis ⁊ minus: ſed hoc eſt ratione qualitatis. Duodecima ꝓpoſitio. alteratio eſt motus ad quātitatem: ſed non acquiritur quantitas ratione alterationis.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. Latera veſice nō poſſunt cōprimi: nec latera follis. ⁊ hoc nō eſt ratione materie aeris: que nullius actiuitatis eſt: nec forme aeris: que poteſt condenſari: ⁊ per cōſequens non eſt ratione totius. ⁊ patet/ q; eſt maior aer in cāpis: qui tñ non reſiſtit volationi muſce. relinquitur ergo ꝙ ſit ratione alicuius alterius tertij ab his diſtincti: ſcilicet quātitatis: ergo quātitas diſtinguit̄ a re quāta. ¶ Rñdet̄. hoc argumētū non pōt iuuare aduerſarios. tum q; quātitas nō eſt de numero actiuoꝝ ſm̄ eos. tum ſecundo etiā in condenſatione ⁊ rarefactione tenēdo oppoſitum non ꝓducit̄ noua quātitas ſm̄ ſaniorem viam de rarefactiōe. Rñdetur ergo ꝙ totus ille aer reſiſtit ne condenſet̄: ſed motus localis nō eſt cōdenſatiuus aeris. ſi autem veſica poneret̄ in aqua diu: condenſaret̄: ⁊ facile latera eius applicarent̄ ſimul: vel magis appropiquarent. Nihil eſt qd̄ argumētum aſſumit de aere in campo muſce non reſiſtente: q; illic cedit ⁊ liberum habet exitū: ſed non poteſt egredi latera veſice vel follis ſi foramina claudātur. nihil aūt hic reſiſtit niſi aer ipſe ratiōe forme ſuum: quā quātitatem etiā dicimus. Eodem modo dicat̄ de vrinali pleno aere/ orificio poſito ſup̱ ignem: dum frāgit̄ vitrum: qd̄ nullo modo frāgit̄ a quātitate: que eſt nullius actiuitatis: ſed ab aere et eius forma. cum enim rareſiat a calore: maiorem locum occupet oportet: et q; non poteſt penetrare latera vrinalis/ totum frāgit. ſicut olla tua nō plena lacte frigido vel aqua cū bene calefit: rarefit liquor et operculum pellit ꝙ ſi non habeat obſtaculum clauſum: vas ipſum eneum ſucceſſu tēporis diſſoluet et rumpet: niſi eius reſiſtētia fuerit maior: q̄ȝ actiuitas corporis rarefacti capaciores petentis agros. ¶ Secūdo arguit̄. Propoſitio in qua negat̄ vnum genus generaliſſimum de alio: eſt imediata. ꝑmo poſteriorū. ſed oīs talis eſt vera: ergo hec eſt vera: nulla ſubſtantia eſt quātitas. pari forma nulla quātitas eſt qualitas. ¶ Rñdet̄. Propoſitio dicit̄ immediata duobꝰ modis. Uno modo laxato vocabulo oīs illa ꝓpoſitio que ratione extremoꝝ ſuoꝝ reſolui in aliā priorem non poteſt: ſiue ſit vera ſiue falſa. Alio modo proprie: ſicut Ariſto. capit in definitione ſcire. ꝑmo poſterioꝝ. pro illa qua nulla eſt prior quo ad euidentiam. primo modo capit Ariſtote. in illo loco.

¶ Nunc reſpondendum eſt ad argumentum Ariſto. in principio queſtiōis aſſumptum: quo nixi ſumus ꝓbare poſitionem oppoſitā Ariſto. Dico igitur ꝙ ſufficit Ariſto. ꝓbare pluralitatē numeralem rerum. Secundo loquit̄ de ſubſtātia īpartibili ⁊ quātitate que ſpecie diſtinguuntur. ſupponebat enim aliquas ſubſtātias īdiuiſibiles. Tertio dico: ꝙ nō ſequit̄. Ariſto. tenuit oppoſitum: ergo illud non eſt ꝓbabile: immo ſtat ꝙ ſit ꝓbabilius opinione eius. cū hoc tñ quālibet talem opinionē et eius oppoſitā nitimur vie Ariſto. ꝯformare. ¶ Nunc vidimus de quātitate an diſtinguat̄ a re quāta necne. et licet vtraq; poſitio ſit ſuſtētabilis: pars negatiua eſt apparentior. tum ꝙ ita facile ⁊ facilius ſoluit argumēta aduerſarioꝝ q̄ȝ ꝯtra. tum ſecundo ꝙ non multiplicat res ꝑperā. De quātitate aūt diſcreta ⁊ ipartibilibus in quātitate/ alibi loquor. que nullo modo diſtingui a re quāta iudico. Ex his aūt neſcis iprobare numerum denariū p̄dicamētoꝝ: eū p̄dicamēta penes modos ſignificādi vocabuloꝝ: ⁊ non diſtinctionem rerum diſtinguātur: vt in logicis ſatis protritum eſt.

¶ Reliquum eſt videre an accidentia alia quātitati inhereant. Poteſt hic bifariā dici. primo ꝙ nullum accidens eſt ſubiectum accidētis. dicit enim Ariſto. in vltima ꝓprietate ſubſtātie. Maxime ꝓprium eſt ſubſtātie cum ſit vna ⁊ eadem numero: ꝙ ſit ſuſceptiua ꝯtrarioꝝ. Ibi enim maxime capit̄ aduerbialiter: ita vt ei ſoli cōueniat. Et ſi dicas. ꝓprium eſt ſup̱ficiei ꝑmo colorari. quinto topicoꝝ. Et in p̄dicamēto quātitatis dicit philoſophus. Quāta fuerit ſup̱ficies tātū albū fore dicis. Dico ſubſtātiā quo ad partē ſup̱iorē eſſe ſup̱ficiē: ⁊ illud pꝫ q̄rto Metaphyſice ex philoſopho dicēte. Accidēs non accidit accidenti: niſi q; ambo accidūt eidem ſubiecto. Si dicas. Ariſtote. dicit. viij. Phyſicoꝝ. textu cōmēti q̄nquageſimi. Quantitas ꝑmo ineſt: deinde alia accidētia. Et Auicēna ſcd̄o Metaphyſice dicit. ꝙ vnū accidens eſt ſubiectum alterius. Rñdet̄. Philoſophus intellexit ꝙ vnū accidēs aliud p̄ſupponit: et p̄ſuppoſitū reputat̄ ſubiectum alterius. ſic etiā intelligat̄ Auicēna. ſicut dicimus ꝙ ꝑuilegiū clericale fundat̄ in prima tonſura/ vel corona. Et adhuc ꝓbat̄ qd̄ dicimus rōne ſuaſiua: q; plus videtur quantitas a ſubſtantia depēdere: q̄ȝ qualitas a quantitate: cum ſubſtantia ſit baſis et prima cauſa reſpectu accidentium. vij. Metaphyſice. quantitas autem ſolum eſt diſpoſitio media: ergo ſi quantitas eſt ſine ſubiecto: idem erit de qualitate. Preterea. qualitas eſt perfectior quantitate. ergo ſi quantitati non re-

pugnat eē ſine ſubiecto:nec qualitati repugnabit. ¶Perfectio qualitatis ſuꝑ quātitatē ſic oſtendit̄. qualitas eſt actiua actione reali:qua caret quātitas tenēdo eius diſtinctionē a qualitate. vel ſm aliā poſitionē:inquantum quātitas. Secundo:angelis ⁊ animabꝰ ſubſtātijs nobilibꝰ ꝑfectis rñdēt q̄litates:nō ſic quātitates: qꝛ nō oportet nobiliorē ſubſtātiā maiorē habere quātitatem. qḋ patet de elemētis que maiorē habēt quātitatē:⁊ tamē iter ſubſtantias ſunt infima. etiā ꝑ q̄litates ſubſtantie ꝑfecte ſuos fines attigūt:vt btī ſpūs ꝑ viſionē ⁊ dilectionē dei: non aūt ꝑ quātitatē. Itē Magiſter abſolute in lr̄a dicit accidētia eſſe extra ſubiectuꝫ:⁊ eccleſia vtit̄ in feſto corporis Chriſti tali modo loquēdi: ergo rōnabilius eſt dicere hic omnia accidētia eſſe extra ſubiectū. Poteſt tamen defendi non iprobabiliter: ꝙ reliq̄ accidētia quātitati inhereāt. ¶Ex quo hec colligēde ſunt ꝓpoſitiones. Cum ſpecies panis ⁊ vini maneāt eedē poſt ꝯſecrationē que fuerunt ante conſecrationē(vt ꝑ experientiā ſenſuum cognoſcitur)⁊ cū illa accidētia nō inhereāt ſubſtātie panis ⁊ vini:qꝛ nō ſunt:nec corpori Chriſti inherēt: vt Magiſter in litera dicit: ⁊ bene. qꝛ dato oppoſito oportet q̄litates cōtrarias inherere eidē ſubiecto ṗmo etiā in ſummo. qḋ incōuenit. ꝙ aūt ſimul ſint in eodē loco:nō eſt icōueniēs. qꝛ ſic oportet dicere de calore ⁊ frigore in corpore Chriſti ſm recitata in diſtinctione. x. Nec iſta accidētia poſſunt poni in aere. qḋ patet de accidētibꝰ iterioribꝰ hoſtie. ergo neceſſariū eſt dicere ꝙ aliquod accidēs illic eſt extra ſubiectū. ſ. quātitas in parte centrali hoſtie: vel ꝓpe cētrū hoſtie. ⁊ cū ita ſit de aliq̄bꝰ accidētibꝰ: ſimiliter de oībꝰ dicēdū eſt:et ſic q̄litates coaſſiſtūt quātitati: et cū ipa miſcent̄:ſicut cū ſubſtātia ante miſcebātur. ſed ei nō inherēt ſm vnum modum ꝓbatū. Scḋm aliū aūt non improbabilem qualitates quantitati inherent: et ſola quantitas eſt extra ſubiectum.

¶Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Tertia.

IAm in quæſtione præcedēti loquuti ſumus de modo exiſtendi accidētiū in ſacramento Euchariſtie. reſtat vlterius loqui de eoꝝ actione adinuicē:et in ordine ad alia accidentia:et ſubſtātias : tā quo ad generationē/q̄ȝ ad corruptionē. ⁊ hoc manebit ꝓ hac q̄ſtione Tertia. Ad quā diſſoluēdā aliquot ponā ꝓpōnes ſiue ꝯcluſiones ad titulū q̄ſtiōis rñſiuas. ¶Sit itaq̄ȝ omniū dicēdoꝝ hec ṗma ⁊ fundamentalis ꝯcluſio. Subſtātia ꝓducit accidēs:⁊ ipm corrūpit. Secūda pars ꝓbat̄. Nā aq̄ calefacta remota ab igne corrūpit calorē. Qḋ ptȝ. ab aliquo eñ calor corrūpit̄:⁊ nō poteſt aſſignari cā corruptiōis eius niſi forma ſubſtātialis aq̄(loquor de cauſis ſcḋis)nō aer q̄ circūſtat:qꝛ ſtat aerē eſſe minus frigidū aq̄:⁊ minus frigidum nō ꝓducit magis frigidū: dato ꝙ paſſum ſit magis iclinatū ad frigus q̄ȝ agēs. Si dicas et apparēter:ꝙ glacies in aq̄ ꝓducit̄ in hyeme ab aere frigido:⁊ eſt maior frigiditas in glacie q̄ȝ in aere:ſed qꝛ aqua magis iclinat̄ ad frigus q̄ȝ aer:nō inconuenit minus frigidū plus frigoris ꝓducere in magis diſpoſitū ad frigus q̄ȝ habeat ipſe aer. Dico frigiditatē illā nō ꝓduci a ſolo aere frigido:ſed cum hoc ab influētijs frigefactiuis:qꝛ nō ſemꝑ in frigidiore tēpore eſt glacies. Sed dices. totus aer frigidus ꝓducit hoc frigus in aquam:⁊ plus eſt de frigore in toto aere q̄ȝ in hac parua aq̄ in fine motus: modo a maiore multitudine forme ꝓuenit maior actio:nō eñ incōuenit corpꝰ bipedale calidū vt q̄tuor: ꝓducere calorē vt octo in paſſium pedale eq̄liter denſum cū agēte. Hoc non elidit argumētū:qꝛ ſi nullum frigus eſſet in aere ſed paruus calor/idē eſſet. nā videmus aquā frigeſieri:⁊ illic nulla eſt dāda cā alia a forma ſubſtātiali aq̄. Prior aūt cōcluſionis pars ptȝ. Nā frigus illic ꝓducit̄ vt expiētia docet:et nō dat̄ alia cā ꝓductiua illiꝰ frigoris niſi forma aq̄:ergo habet̄ tota cōcluſio. Idē fieret in igne ſi eēt ſuſceptiuus frigoris ab aq̄. ſublata eñ aq̄ frigus expelleret ignis ⁊ calorē ꝓduceret. ex ſuſceptione aūt caloris in aq̄ male aliq̄ ꝯcludūt ſuſceptionē frigoris in igne. varias eñ ⁊ repugnātes naturas habēt elemēta. nā aq̄ ⁊ duo alia elemēta ſunt infectibilia nō aūt ignis:q̄ aerē peſtilētē ⁊ ſordes oēs eliminat. ¶Secūda ꝯcluſio. accidēs ꝓducit accidens ⁊ corrūpit accidēs. hoc ptȝ ꝑ Philoſophū. ij. de gñatione. loquētē de q̄litatibꝰ actiuis ⁊ paſſiuis. ⁊ ptȝ expiētia. Inſuꝑ rōne ſic arguit̄. calor aq̄ calefacit piſces vel carnes ⁊ calorē ꝓducit in eas. Nec aſſertio alioꝝ ſufficit:ꝙ forma aq̄ ꝯcurrit ad illū calorē ꝓducēdū in piſces vel carnes:q̄ȝuis eñ ita foret/nō negat̄ actio a calore. Secūdo falſum eſt:ꝙ forma ſubſtantialis aq̄ aliq̄d faciat ad calefactionē:cū calor ei virtualiter ꝯtrariet̄ : quē corrūpit ex ꝯcluſione p̄cedēti. Conſeruare aūt eſt cauſare:loquēdo de ꝯſeruatione naturali. ſed ſi nō pōt ꝯſeruare calorē quē habet:nūq̄ȝ ad caloris ꝓductionē cōcurret. Secus eſt de frigefactione:qꝛ ad frigus naturaliter cōcurrit ſe ſola. ꝓpterea a frigefactiōe nō ipedit̄ qñ ei frigus adiūgit̄. ꝙ accidens corrūpat accidēs. ptȝ. nā calor in aq̄ frigus p̄exiſtēs corrūpit. igit̄. ¶Tertia ꝯcluſio. ſubſtātia ignis ꝯcurrit ad ꝓductiōem caloris in paſſum extrinſecū in ſphera ſue actiuitatis applicatū. ꝓbat̄. ſubſtantia ignis vel aq̄ ꝯcurrit ad accidens ſibi cōnaturale in ſe:vt ptȝ ex ṗma ꝯcluſione de aq̄: ⁊ ſi deus ꝓduceret ignē ſine calore/qḋ eſt ei poſſibile: et relinqueret ignē ſue nature ꝯcurrēdo cū ipo ſua influētia generali/calorē in ſe ꝓduceret:⁊ ſi frigus in ignē produceret/qḋ eſt deo poſſibile: forma ignis frigus corrūperet : niſi deus ipediret. ergo cū he ſubſtātie ꝓducāt accidētia in ſe:vero ſimile eſt ꝙ in omnia extrinſeca ſuſceptiua ꝓducāt. ſunt enim agentia naturalia q̄ appetūt omnia ſibi aſſimilare:qꝛ hāc naturā a deo acceperūt:ſicut ⁊ eſſentiā. de accidēte iē hoc patuit in ſcḋa ꝯcluſiōe. Ex his ſequit̄ ꝙ fortior eſt actio frigefaciendi in extrinſecū/q̄ȝ in ipam aquā:ceteris paribus. qḋ ꝓbat̄. qꝛ tā ſubſtātia q̄ȝ accidēs ꝯcurrūt ad frigefactionem extrinſecā:et forma ſubſtātialis ad frigus intrinſecū. Dixi(ceteris paribus)qꝛ ſtat paſſum aq̄ eſſe magis diſpoſitū ad ſuſceptionem frigoris q̄ȝ paſſum extrinſecū. hoc eſt materiam aq̄ quā dico ſuſceptiuam frigoris inheſiue. ¶Quarta ꝯcluſio. Subſtantia ꝓducit ſubſtantiam. ꝓbat̄. lignū igni applicatū incēdit̄:⁊ ꝓducit̄ forma ignis:⁊ nō a ſolo calore. qḋ ptȝ:qꝛ ita p̄ſens eſt forma ignis ſicut calor. ergo ſi ob p̄ſentiā vniꝰ ad aliud: dicas ad calorē naturaliter ꝯcurrere ad ꝓductionē caloris vel ignis:ꝑ idē nō debes hoc ab igne negare. Preterea qñ nutrimētū in chilum vel chimum ꝯuertitur in animali: ꝓducit̄ forma alterius ſpeciei: qḋ certū eſt qñ ꝯuertit̄ ꝓpinq̄ in ſubſtantiam aliti:et nō niſi a ſolo calore accedēte. qꝛ quantūcūq̄ȝ ſit ꝓportionatus calor in re inanimata: nō ſit talis introductio forme ſubſtantialis. igit̄. ¶Quinta ꝯcluſio. ꝓblema eſt:an accidēs concurrat ad ꝓductionē ſubſtantie/vel eius corruptiōem: nec ne. ꝓbat̄. nec rōne efficaci nec expiētia poſſumus vnam partē ꝓbare vel aliam. De expiētia ptȝ:qꝛ nūq̄ȝ eſt accidēs ſeparatū a ſubſtantia niſi in Euchariſtia: in q̄ deus ſupplet actiuitatē cauſe ſcḋe. ſ. ſubſtantie ac ſi p̄ſens eēt: ad occultandū ſecretū ſacramēti Euchariſtie ꝓ ſuo beneplacito ⁊ noſtro merito. ergo illic nō habebimus experiētiam:nec in alijs expiri id potes. Itē videmus ad applicationē ligni ad ignē: ꝓduci ignē in ligno. nam calor ignis eſt ita p̄ſens igni generādo ſicut ſubſtātia ignis. ergo ſi ꝓpter continuā p̄ſentiā ignis ad lignū: dicis ignem ꝓducere ſubſtātiā:etiā dicere debebis calorē ignis ad illā ſubſtātiā generādā ꝯcurrere. Patet. nā ſicut ſubſtātia ignis eſt preſens igni generādo: ſic eſt accidēs ignis. Sed dicis. tā ignis q̄ȝ calor ignis ꝓducit calorē i ligno. ſed forma ſubſtātialis ꝓducit̄ de nouo a ſola ſubſtantia ignis. Video te hoc dicere:veꝝ id non ꝓbas:ſed ſolū id dicis. imo ſic ꝓbaret̄: ꝙ nūq̄ȝ iperfectiꝰ ꝯcurrit ad ꝓductionē ꝑfectioris. accidēs aūt eſt iperfectius ſubſtātia. hoc poſtea attingā. ¶Sexta ꝯcluſio. Accidēs ſeparatū a ſubſtātia eq̄liter agit ac ſubſtātie ꝯiūctū. Patet. qꝛ eſt agēs naturale:et in ſua actione naturali a nullo alio depēdēs:vt patuit de calore in aqua calefaciēte carnē:ad quā calefactionē aq̄ nō ꝯcurrebat. ergo calor ſeparatꝰ a ſubſtantia : vt in vino conſecrato equaliter hoc faceret. ¶Septima ꝯcluſio. ꝓbabilius eſt oppoſito ꝙ accidēs ꝯcurrit ad ꝓductionē ſubſtātie partialiter. ꝓbat̄ hec cōcluſio. ſi nō:hoc eēt ꝓpterea qꝛ nūq̄ȝ iperfectius ꝯcurrit ad ꝓductionē ꝑfectioris. Sed hec rō eſt nulla. ꝓbatur. Nā ignis ꝓducit̄ a motu locali. qḋ patet in ꝯfricatione ſilicis et chalybis vel ferri cū lapide duro : ſed quolibet modo ignis eſt perfectior motu locali:ergo. Sed hec rō egre ꝯcluderet: dicerēt eñ aduerſarij ꝙ motꝰ ille ſolum diſponit ad ꝓductionē ignis:ſed forma lapidis et ferri ꝓducūt formā ſubſtātialē illius ignis:non tamē ſine tali diſpoſitione p̄uia. ⁊ ſic oportet eos dicere:q̄ negāt motū localē eſſe mobile qḋ mouet̄ : quēadmodū plerīq̄ȝ nominaliū ꝯcedunt:cum ille motus ⁊ ꝯfricatio illa ſint ipa mobilia:oportet iquā dicere ꝙ forme ſubſtātiarum motarum producunt ignem:que igni preſtant in nobilitate. ¶Secūdo arguit̄ ad idē. ponat̄ cochlear plenum aq̄ in ſpecies totius vini dolij ſcti Bernardi cōſecrati. ſpecies iſtius vini accidētia aq̄ corrūpūt ⁊ formā ſubſtātialem eius:⁊ ꝓducūt vinum in materiā q̄ fuit aq̄. vel capiatur magnus calor ſeparatus in ſpeciebꝰ vini:ſic ꝙ ſpecies ille ebulliāt calore:q̄bꝰ iūgat̄ cochlear plenū aq̄. tūc ſic. calor iſte ſeparatꝰ corrūpit accidētia aq̄ ſine q̄bus aq̄ ꝯſeruari nō poteſt : q̄bꝰ corruptis corrūpit̄ forma ſubſtātialis aque:qꝛ forma ſubſtātialis nō manet in ſubiecto ſine q̄litatiua diſpoſitiōe p̄uia:⁊ ꝓducit̄ forma ſubſtātialis ignis. alioq̄n materia ſtabit ſine forma ſubſtātiali naturaliter. qḋ eſt falſum. ergo accidēs ꝯcurrit ad ꝓductionē ſubſtantie. Forte hic dicis. forma aq̄ determinat ſibi aliq̄ accidētia:puta aliquos gradus frigoris ⁊ humiditatis:⁊ illos tollere nō pōt ille calor ſeparatus ob reſiſtētiā forme ſubſtātialis aq̄. Cōtra hoc arguit̄. calor ſeparatus aliquos gradus frigoris ⁊ humiditatis corrūpit: ⁊ poſtea minor erit reſiſtentia: ⁊ oēs gradus ſunt eiuſdē rōnis iter ſe:ergo ille calor totū frigus corrūpit cum humiditate. Forte dicis. forma ſubſtātialis aq̄ cū ſuis accidētibꝰ reſiſtit: ⁊ nullum accidēs eſt tāte actiuitatis in agēdo quāte ſubſtātia in reſiſtendo. vtrobiq̄ȝ eñ in actiuis ꝑfectius eſt actiuius. qḋ patet de igne:q̄ alijs elemētis eſt actiuior. Contra:q̄ȝuis ita ſit:ſtat magis actiuum eſſe minoris reſiſtētie:vt calor eſt frigore actiuior:ſed minus reſiſtit. ergo dato ꝙ ſubſtātia aq̄ ſit actiuior et perfectior frigore:ſtat ꝙ minꝰ reſiſtat. ergo poterit dari tantū caloris vt formā ſubſtātialem aq̄ corrūpat:corrumpendo accidentia ſine quibus cōſeruari nequit naturaliter. ¶Tertio ſic arguit̄. albedo effectiue concurrit ad ꝓductionem notitie ituitiue:⁊ tñ notitia ituitiua eſt ꝑfectior albedine:qꝛ eſt q̄litas ſpūalis/et albedo corporalis. Idē ptȝ de auditiōe et ſono q̄ eſt ens ſucceſſiuū iperfectū:ergo illic habet̄ ꝙ cā equoca partialis eſt ſuo effectu ipſectior:licet totalis cā ſit ꝑfectior. ſ. intellectus et albedo. Idē pōt oſtēdi de habitu reſpectu actꝰ:q̄ efficienter ad actū ꝯcurrit:⁊ eſt cā equoca eius ⁊ eo iꝑfectior. Qꝛ ſi id forte neges:icidis in illud qḋ euitare itēdis: videlicet ꝙ actus ꝯcurrat ad habitus ꝓductionē: ⁊ eſt habitu iperfectior ꝑ te. igit̄. ¶Quarto arguit̄. aliq̄ eſt cā equoca iꝑfectior ſuo effectu in ſubſtātia. nā ſol ⁊ bos ꝓducūt bouē. ſicut ſol et homo ꝓducūt hominē. ij. Phyſicoꝝ. ⁊ ſol eſt iꝑfectior boue ꝓducto. Sed dicis. Bos ꝓducens et ſol ſimul iūcti ſunt ꝑfectiores. Contra. dato ꝙ bos ꝓducēs eſſet mortuus:nō minꝰ ꝓducit̄ a bouis ſemīe ⁊ ſole. Dicis. forma vacce ad gñatiōem vituli ꝯcurrit. Contra hoc arguit̄ de gñatiōe crabronū:qui in ſtercoribꝰ aīaliū generantur in cāpis ſicut vides a ſole. ⁊ illic euadere nequis. quodlibet aūt viuens eſt ꝑfectius quolibet non viuēte. aīalia ſunt iſta que generātur gñatiōe ſpōtanea:et ſol non eſt animatus:nec aliq̄ influētia celeſtis. ergo illic nō eſt locus euadēdi:q̄n aliq̄ ſubſtātia iꝑfectior ꝯcurrat ad gñationē ſubſtātie ꝑfectioris. Illic oportet dicere ꝙ deus ꝯcurrit ⁊ ſol:et tota illa cā eſt ꝑfectior. Ex hoc habet̄ ꝓpoſitū:ꝙ nō incōuenit calorē ſeparatum ꝯcurrere ad gñationem ignis partialiter cū deo : qḋ intendimus. Cum enim crebro nobis ſufficiēter conſtet ꝙ dat̄ vna cā certa partialis:ſuo effectu imꝑfectior:nec poſſit dari totalis cā equiuoca creata ita ꝑfecta ſicut effectus:nō erit argumētū ſufficiēs ꝯcludendi. Si dicas. ſubſtātia iꝑfecta ꝯcurrit ad ꝓductiōem ſubſtātie ꝑfectioris partialiter. ſed nō eſt idē in accidēte reſpectu ſubſtātie:licet accidēs iꝑfectiꝰ poſſit partialiter ꝓducere accidēs ꝑfectiꝰ. Hoc ſolū eſt volūtarie dictū ſine rōne:cū ſufficiēter oſtēſum ſit tā accidēs iꝑfectius q̄ȝ ſubſtātiā iꝑfectiorē poſſe ꝓducere effectū ꝑfectiorē. ¶Forte dicis cum doctore ſctō:ꝙ accidēs ꝯcurrit ad ꝓductionē ſubſtātie: virtute ſubſtātie cui inherebant. ¶Contra. ſubſtātia panis vel vini nūc nō eſt. ergo nihil facit ad ꝓductionē ſubſtātie. nā qḋ nō eſt:nihil facit ad ꝓductionē. Secundo pono ꝙ deus creet vnū accidēs extra ſubiectū:qḋ nulli ſubiecto vnq̄ȝ inheſit. tale accidēs aget. ⁊ de illo vertā queſtionē. Inſuꝑ queremus q̄d poſſit accidēs facere ſuapte natura:an ꝓductionē ſubſtātie ꝯcurrat. ergo illa rñſio nō valet. Dico ergo iſta adducta ſufficienter ꝓbare ꝯcluſionē pro qua militamus.

¶Contra ſecūdā cōcluſionē arguitur.

Accidēs ꝓducit accidēs:ergo qñ aq̄ calefacta remouet calorē:⁊ ꝓducit duos gradus frigoris:vel vnū:illud frigus ꝯcurrit ad aliud frigus. ⁊ ſic ſimile aget in ſimile:cū in ſe agat:cōtra Ariſtotelē ṗmo de gñatione. ¶Rñdet̄. negādo ꝙ accidēs ꝓducat accidēs vllo modo in ſe vel intrinſecū ſibi/omnio ſimile: qꝛ ſi ſimile agat in oīno ſiīe in gradu ⁊ actiuitate aliquē gradū vltra ꝓducēdo:iñnitū gradum naturaliter ꝓduceret. qꝛ ſi illic nō eſt ſtatus:nō aſſignabis rōnē ſtatus : qꝛ ſi paſſiuū ſit minus/actiuum aliquid ꝓducet quouſq̄ȝ aliud ſit ſimile illi omnino:⁊ nō amplius. et ſi partē paſſi ſibi ꝓpinquiorē iā aſſimilauerit:non ꝓducet calorē in partē ei ꝓpinquā tempore quo coadiuuat calefacere partē remotiorē minꝰ calefactā.

¶Contra ſextam cōcluſionem in qua dicit̄ : ꝙ accidēs ſeparatū eq̄liter agit vt ſubiecto ꝯiunctū:arguit̄. captis duabꝰ hoſtijs nō ꝯſecratis a. ⁊ b. eq̄lit̄ grauibꝰ:ꝯſecret̄ a. et nō b. iā a. poſt ꝯſecrationē eq̄ velociter deſcēdit vt b. ⁊ tñ maior eſt grauitas in b. quia grauitas forme ſubſtātialis ⁊ grauitas accidētalis. igitur. ¶Rñdet̄. q̄ȝuis ita eſſet ſicut argumentū aſſumit:nihil cōcluderet̄. Nā deus cū Euchariſtia ſupplet tātum ad

deſcenſum/vel reſiſtit ad aſcenſum quãtum facit forma ſubſtãtialis corporis grauis. Secundo dico ꝙ illic tangitur difficultas in philoſophia. An grauitas et leuitas ſint accidentia corpori graui ⁊ leui inherẽtia. ⁊ licet ſint illic opiniones: magis tñ placet pars affirmatiua. Manente enim eadem forma ſubſtãtiali: variatur grauitas et leuitas. qḋ patet de fumo. quãdo enĩ eſt bene calidus leuitas eſt: ⁊ aſcendit ſup aerem. interdũ autẽ deſcendit illa leuitate corrupta. Nec eſt vero ſimile ꝙ ad aſcẽſum et deſcenſum forma ſubſtantialis cooperetur. Nam vapor aliquis aqueus qui eſt realiter aqua: leuificatus ab ardore ſolis: violente aſcẽdit ad quem aſcenſum forma ſubſtantialis aq̃ nullo modo coadiuuat: ſed leuitas impreſſa a corporibus vaporem volente eleuat: qꝛ vapor ille a ſua forma ſe reducit ad grauitatem ꝑ quã deſcẽdit. modo motus violentus non fit a principio intrinſeco ſm Ariſto. iij. Ethicoꝝ. Inſup forma vaporis nõ agit ad cõtraria. Sed hic eſt euaſio. dices enim ꝙ non inconuenit agens principale concurrere ad contraria mediãtibꝰ diuerſis inſtrumẽtis. Nam forma aque calefacit cum calore: ⁊ frigefacit cum frigore. Sed hãc euaſionem nõ iudico rationabilem quãdo inſtrumẽtum eſt contrarium agenti principali. quemadmodum eſt calor reſpectu forme aque. Et ꝓpterea vtrobiqʒ teneo ꝙ forma aque non concurrit cum calore ad calefaciendũ. Apparentior autem inſtãtia poteſt adduci de argumento topico: qḋ opinionem ꝓducit: et qḋ cum pia affectione fidem ꝓducit: que opinioni contrariatur. ergo idem coagit ad contraria. Iſta tñ inſtãtia non tollit propoſitum: quãdo cauſa naturalis coagit cum agente libero: quemadmodum de notitia contingit: que ad volitionem ⁊ ad nolitionem cõcurrit cum voluntate. ſecus eſt inter formã aque ⁊ calorem: qꝛ inter illa eſt contrarietas virtualis. Ex his ꝓbabile habes: ꝙ grauitas et leuitas ſunt accidentia: ⁊ leuitas grauitati eſt contraria. modo ſubſtãtia nulli eſt contraria. accidentia inquã corpoꝝ grauium ⁊ leuiũ/ intenſibilia ⁊ remiſſibilia: a qualitatibus primis ꝓducibilia: a calore vel frigore ſm exigentiã paſſi. videre licet ꝙ frigitas ⁊ ſiccitas magnã grauitatem ꝓducũt: vt patet in terra. frigiditas autem et humiditas minorem: vt videre eſt in aqua. et ꝓportionabiliter in mixtis ſm participationem elementi predominãtis. His dictis dicẽdum eſt: ꝙ ſi grauitas accidens ſeparetur a terra de potentia dei: vel a pane: terra non eſſet grauis: nec leuis niſi leuitas accidens ei ſuperadderetur. et ſi ponatur in aere: nõ deſcenderet nec aſcẽderet plus ꝗ̃ fruſtum celi illic poſitum. ⁊ tamen accidentia omnia manent poſt conſecrationem que erãt in pane ante conſecrationem: ⁊ per conſequens grauitas. Quid ergo mirum ſi naturaliter a. hoſtia ita cito deſcendat ſicut b. hoſtia: qꝛ tãtum grauitatis habet vel inheſiue in quãtitate: vel coaſſiſtiue cum ea: reliqua accidẽtia ⁊ ſeipſam deorſum mouẽs. quẽadmodum grauitas ab omni alio accidente ſecluſa poſita ſurſum deſcenderet ⁊ ſe moueret.

¶ Contra ſeptimam concluſionem arguitur. ex ea datur tibi occaſio tenendi ꝙ muſca poſſit ꝓducere equum ⁊ mundum. cum enim imperfectius ꝑ concluſionem poſſit ꝓducere ꝑfectius: non habetur ratio ad illud improbãdum. ¶ Reſpondetur. nulla eſt apparentia cauſalitatis muſce in productionem equi: et in multis imperfectis reſpectu ꝑfectorũ. i aliquibus tñ ratio vincit: vel multum ſuadet. ¶ Secũdo arguitur. per me calor ſeparatus concurrit ad corruptionem forme ſubſtãtialis aque parue ⁊ ꝓductionem forme ignis. ponatur igitur ꝙ deus non concurrat: ſequitur ꝙ a ſolo calore ꝓducitur forma ignis. ¶ Reſpondetur. deus concurrit ac ſi eſſet ignis preſens: qꝛ vtrobiqʒ quãdo natura deficit in faciendo: defectum ſupplet deus. ⁊ potiſſimũ in hoc ſacramẽto coagit plerũqʒ ſicut ſubſtãtia iſtis accidentibus affecta coagit vt lateat virtus ſacramẽti (niſi interdum ꝓ ſpeciali cauſa miraculum detegat) ⁊ agit conformiter ad talem ſubſtãtiã ꝓducendã: qualẽ ꝓduceret ſubſtantia que apparenter eſt hic fide ſecluſa. et ſi deus non coageret: hic calor nihil ꝓduceret. ¶ Sed cõtra. ponatur ſiccitas ſeparata que nulli ſubiecto inheſit. vel calor ſeparatus qui nulli ſubiecto inheſit. ſiccitas illa ad nullius ſubſtantie productionem concurrit. non terre: qꝛ ſiccitas etiam igni conuenit. ergo qua ratione concurrit ad ꝓductionem terre: concurrit ad ꝓductionem ignis: et non poteſt ſimul concurrere ad ꝓductionẽ illoꝝ duorũ: igitur. ¶ Reſpondeť. ſiccitas concurrit ad corruptionem humiditatis ſuapte natura: ⁊ poteſt concurrere partialiter ad ꝓducendã formam ſubſtãtialem ignis vel terre indifferenter: non tñ poteſt ſiccitas ꝓducere calorem qui requiritur ad ignis ꝓductiõem naturaliter. ſi vero ponať aliud agens potens paſſum calefacere: dato ꝙ eſſet aqua calida in ſummo: et daretur paſſum multum deſiccatum ⁊ calefactum: tã calor ꝗ̃ ſiccitas poſſunt concurrere ad ꝓductiõem forme ignis cum cauſa prima. et ſi fuiſſent alia agentia appoſita coadiuuãtia ad ꝓductionem alioꝝ effectuum: ſimiliter ad hoc coadiuuãt. Et ſic nõ eſt maior difficultas de accidente qḋ nũꝗ̃ fuit in ſubiecto: ꝗ̃ de illo qḋ in ſubiecto fuit: nec de accidẽte potẽte ad varios effectus ꝯcurrere: plus ꝗ̃ ſi ad vnum ſolum effectum concurreret.

¶ Iam habes ꝙ accidentia æqualiter agũt ſeparata actione reali ſicut quãdo inherebãt ſubiecto. de actione enim intentionali non eſt dubium. Ratio eſt: qꝛ efficientiã non habent a ſubiecto cui inſunt. ſ. materia: quia illa nullius actiõis realis eſt principium: nec actionem a forma habent cum qua penetratiue ſunt: qꝛ tunc de ſe non agerent. Alterius diximus ſubſtantiam poſſe producere accidens: tã in ſe ꝗ̃ extra ſe. Per (in ſe) intelligo in materiã ſuã/ ſm illã viã ꝓbabilem. et ſi eſſet forma ſubſtantialis ignis vel aque ſeparata: qḋ eſt deo poſſibile: non poſſet calorem vel frigus in ſe ꝓducere: qꝛ ipſa nõ eſt ſuſceptiua talis accidentis: ſed materia eius. ſi enim eſſet ſuſceptiua talis accidentis: reciperet ipſum quãdo informat materiã: cuius oppoſitum patet: tenendo qḋ credo verum: ꝙ videlicet manent accidentia corporalia in genito que fuerũt in corrupto. ⁊ probabile eſt multum ꝙ non eſt ponenda forma corporeitatis: ꝯſequẽter dicẽdo accidẽtia hec materie inherere. Et ita vtrobiqʒ de accidentibus non vitalibus dicẽdum eſt. In vitalibus enim notitie volitiões et nolitiones anime inherent: ⁊ ſenſationes aggregato materie ⁊ anime: vt in. xvj. diſtinctione ſecundi diximus. Sed hic de accidẽtibus non vitalibus loquor: ⁊ dico conſequenter ꝙ forma non eſt ſuſceptiua talium. ſed tales forme applicate alicui extrinſeco poſſunt calorẽ vel frigus ꝓducere in extrinſecum/ ac ſi forme materias informarent. quãdo autem informãt: citius in ſuã materiã ꝓducunt ꝗ̃ in extrinſecum: qꝛ omne agens naturale plus agit in propinquum ſuſceptiuum ſue actionis ꝗ̃ in extrinſecum. Alterius diximus accidens poſſe partialiter ſubſtãtiã corrumpere: ⁊ nouã generare: nõ in virtute ſubiecti cui inheſit: ſed vigore ꝓprio. nec inconuenit cãm equiuocã partialem ſuo effectu eſſe imperfectiorem. Amplius diximus ꝙ ſimile in forma accidentali non agit in omnino ſimile quo ad intenſionem ⁊ actiuitatem: hoc eſt multitudinem forme. qꝛ ſtat aliquid eſſe equaliter intenſum cum alio ⁊ minus actiuum: qꝛ nõ tãtum habet de forma. vt ſi eſſent duo corpora a. bipedale vniformiter calidum vt octo: ⁊ b. bipedale ſic calidum: ſi a. condenſetur ad ſubduplum: iã a. habet plus de forma ꝗ̃ b. immo tãtum in duplo. et cum ſit actio a forma: vbi eſt plus de forma/ erit maior actio. ſed in hoc nunc non inſiſto. Finaliter diximus ꝙ grauitas et leuitas ſunt accidentia corpori graui ⁊ leui inherẽtia: qbus ſublatis corpora nec ſunt grauia nec leuia: ſicut ſublato calore corpus non eſt calidum.

¶ Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Quarta.

Viſo quomodo accidentia ſe habent quo ad exiſtentiam extra ſubiectum: et quomodo ad actionem: reſtat quarto loco inquirere quomõ pati poſſint: et a quibus poſſint pati: ſemper loquẽdo pro tempore quo ſunt extra ſubiectũ. Et pro illius intelligentia habẽda mouetur talis titulus queſtionis. an cum omni alteratione accidentium in Euchariſtia maneat corpus Chriſti. Hec queſtio ſupponit illa accidentia poſſe alterari: ⁊ querit que alteratio faciat corpus Chriſti deſinere eſſe in Euchariſtia: que vero non. Propterea ponam circa hoc varias concluſiones/ tã ſuppoſito ꝗ̃ queſtioni reſponſuras. ¶ Prima concluſio. accidẽtia in Euchariſtia: proprie loquendo que ſunt Euchariſtia: poſſunt mutari. probatur. videmus in hyeme ſpecies vini frigidas in regionibus frigidis. quapropter in hyeme apponitur calefactorium aliquid in altari: in eſtate vero calidas ſpecies videmus. ſic de ſpeciebus panis ꝓpe ignem vel remote. ¶ Secunda concluſio. ſi teneatur ꝙ quantitas eſt ſubiectum ceterorum accidentium: talis mutatio eſt naturalis: ac ſi eſſent q̃litates in ſubſtãtia. ita ꝙ calor ignis naturaliter frigus hoſtie corrumpit: et naturaliter calorem ꝓducit: nã illic eſt actio naturalis ad quã ſufficit contrarietas: et principium actiuum et paſſiuũ. ¶ Tertia concluſio. tenendo ꝙ accidẽtia ſint omnia extra ſubiectum: nulla creatura poteſt illa deſtruere. probatur. qꝛ tũc annihilaret: qḋ creature impoſſibile eſt ex prima queſtionione diſtinctiõis prime. et eodem modo nulla creatura poteſt aliquod accidens illic producere: qꝛ tunc crearet. et ſic dicendum eſt de quãtitate ſm oẽm viã: qꝛ eſt extra ſubiectum. ¶ Quarta concluſio. deus tñ annihilat: ⁊ creat accidẽtia que apparent in Euchariſtia: tenendo ꝙ quãtitas eſt res quãta: vel ꝙ diſtinguitur a re quãta: ⁊ non eſt ſubiectum accidẽtium: ſed cum eis coaſſiſtit. probatur. videmus illic aliq̃ accidẽtia deſtrui: et aliqua ꝓduci: ⁊ non a creatura vlla. ergo a deo. ¶ Quinta cõcluſio. corpus Chriſti ſtat ſub aliquibus accidentibus ſub quibus non conſecrabatur: nec ꝓpter aliquorum accidẽtium deſitionem deſinit illic eſſe cum alijs. Probatur hec concluſio quo ad priorem partem. hoſtia poteſt calefieri paululum vel frigefieri poſt conſecrationem a deo vel creatura ſm varias opiniones: et tñ adhuc manet illic corpꝰ Chriſti. qḋ ꝓbo. qꝛ alioquin eſſet incertum ꝗ̃ diu eſſet ibi corpus Chriſti: cum per te deſinat illic eſſe propter quodcũqʒ nouum accidẽs. Secunda pars patet. poteſt eſſe parua remiſſio albedinis/ rubedinis/ ſaporis/ humiditatis/ vel ſiccitatis: et adhuc manebit corpus Chriſti ſub ſpeciebus remanẽtibꝰ. probatur vt ſupra. immo ſm poſitionem Godefridi Fontani: quã Burleus de intenſione formarum inſequitur: poteſt manere corpus Chriſti ſub omnino alijs qualitatibus: omnibus antiquis ſub quibus erat conſecratũ: corruptis. patet. ſm illã viã nunꝗ̃ manent duo gradus mutui in intenſione: ergo corrumpens vnum gradum albedinis: totã albedinem Euchariſtie corrumpit. et ſic de rubedine in ſpeciebus vini: et eodem modo de ſiccitate/ humiditate et ſapore. de rotũditate autẽ loqui nõ oportet: qꝛ ipſa non diſtinguitur a re rotũda: ſicut nec vlla figura diſtinguitur a re figurata. ¶ Sexta cõcluſio. aliq̃ poteſt fieri alteratio circa Euchariſtiã: ita vt ſub ea nõ ſtet corpus Chriſti. probatur. non ſtat illic perpetuo: ergo per aliquã alterationem poteſt deſinere illic eſſe. Secundo probatur idem: quãdo Euchariſtia eſt incenſa in igni/ tũc nõ eſt illic corpus Chriſti. qḋ ꝓbo. ſi ꝑ paruum tempus eſt illic: perpetuo erit illic: cum ſit eadem ratio. ſed hoc eſt falſum. igitur. ſed cum aliq̃ trãſmutatiõe ſtat corpus Chriſti: ⁊ cum aliq̃ non ſtat. Vt autem cognoſcatur ſub q̃ ⁊ q̃ nõ: ponitur. ¶ Septima concluſio. per nullam trãſmutationem factã circa ſpecies ſacramentales deſinit eſſe corpus Chriſti ſub eis: cũ q̃ maneret ſubſtãtia panis ac vini ſi non fuiſſet facta conuerſio: et quandocũqʒ fit trãſmutatio circa ſpecies ſacramentales per quã corrũperetur ſubſtãtia panis et vini: ſi hic eſſet corpus Chriſti/ deſineret eſſe ſub illis ſpeciebus in illo inſtãti. Probatur hec regula. interdum deſinit corpus Chriſti eſſe ſub iſtis ſpeciebus: ⁊ non poteſt dari aliud ab illo de quo in concluſione. igitur. Secũdo arguiť ad idem. deus occultat ſuum corpus in Euchariſtia: ac ſi nihil eſſet illic niſi panis et vinum: ita vt naturaliter nõ poſſit oppoſitum deprehendi per legem cõmunem q̃ vtitur. licet interdum propter incredulos/ quãdo ſibi placet/ oppoſitum faciat. ſed fide conſtat ꝙ incipit corpus eius eſſe ſub illis ſpeciebus panis et vini: ergo quãdo eſt exiſtentia realis panis et vini/ corpus Chriſti non amplius illic manet.

Circa hanc quæſtionem mouentur dubitationes loco argumentorum. Prima erit: per quod inſtãs deſinat corpus Chriſti eſſe ſub Euchariſtia. ¶ Secundo dubitatur. an accidentia Euchariſtie poſſint nutrire. ¶ Tertio quid erit de mixtione aque vel aliorum cum ſpeciebꝰ conſecratis. ¶ Ad primum dubiũ dicitur ꝙ corruptio poteſt eſſe ab extrinſeco/ aere ſcilicet/ igne/ vel huiuſcemodi ſenſim/ ita vt panis ſucceſſiue corrũperetur ſi hic eſſet. et eodem modo ſicut panis deſineret eſſe/ deſinunt ille ſpecies eſſe ſacramentum: et per ſimile inſtans: et ſic corpꝰ Chriſti. nec eſt maior difficultas in vno ꝗ̃ in alio. et tunc deus creat in illo inſtãti nouã materiã et formã: ſicut agens cõcurrit ad introductionem anime. Primũ igitur inſtãs non eſſe corporis Chriſti ſub hoſtia eſt primum inſtãs ſubſtãtie genite de nouo: ſiue ſubſtãtia genita ſit vermis/ ſiue ignis/ vel aliud huiuſmodi ſm exigentiam cauſe corruptiue ſpecierum. De minimo ſenſibili vel maximo non ſenſibili dicas conſequenter: vt in philoſophia intelligis. ¶ Ad ſecundã dubitationem dicitur ꝙ accidentia poſſunt alterare hominem vel virũ altiquẽ inebriando ꝑ ſpecies ꝓpe ſe multiplicatas: quemadmodum ingrediens cellam vinariam plenam vino forti potiſſimum nouo: habebit tandem caput perturbatum: potiſſimum ſi fuerit ad temulentiam diſpoſitus. et hoc vult gloſ. ꝑme ad Corinthios. xj. ſuper illo verbo. Alius quidem eſurit: alius autem ebrius eſt. Accidentia tamẽ nullo modo poſſunt hominem nutrire vel augere. Nam ad nutritionem hominis ⁊ augmentationem requiritur ꝙ ſubſtantia de nouo ſuſcipiatur in nutrito et augmentato. ſed cum accidẽtia Euchariſtie ſuſcipiuntur in ſtomacho: ⁊ panis alterareť ſi illic eſſet: in illo inſtanti quo

corrumperetur panis vel vinum ſi illic eſſet: produceret noua ſubſtantia/ſimilis illi que in corruptione panis et vini ſequeretur:et ex illa ſubſtantia nimirum homo nutriretur vel ageretur.talis tamē manet ieiunus ieiunio nature:cum nullum cibum per os aſſumpſerit. Ex quo ſequitur ꝙ aliquis poteſt tota vita ſua viuere nullum cibum ſumendo alium ab hoſtijs conſecratis.patet:cum ſpecies ſunt in ſtomacho alterate:ſub illis deſinit eē corpus Chriſti:⁊ ꝓducitur talis ſubſtantia qualis ꝓducit̄ poſt alteratum panem comeſtum que poteſt cōuerti in ſubſtātiā aliti. Secundo ſequitur:ꝙ licet Euchariſtia neminem nutriat:tamen ſumens Euchariſtiā nutritur. prior pars ptꝫ ex dictis:qꝛ nulla ſubſtātia ex accidēte nutritur. Secunda pars patet. Nam ſumpta Euchariſtia ⁊ ſpeciebus ſic alteratis:vt ſi panis et vinum illic eſſent/corrumperētur:generatur noua ſubſtātia:que ſuccedit pani ⁊ vino.ſed illa ſubſtātia nutriet realiter.quēadmodum ſi deus ordinaret ꝙ aliquis nūꝗ̄ comederet niſi accidentia:et accidētibus in ore ſumptis et in ſtomachum traiectis/ipſa in ſubſtātiā nutritiuā mutaret. Tertio ſequitur inerudite Thomā Argentinenſem dicere ꝙ accidentia hominē nutriūt ſupernaturaliter. ¶ Ad tertiam dubitationem dicitur ꝙ neceſſarium eſt miniſtro aquā infundere in vinū anteꝗ̄ cōſecret.hoc eſt peccat ſi aquā non apponat.vt habetur de conſecra.diſtin.ij.c.j.⁊ iij.c. Sicut aqua fluxit de latere Chriſti. Et vero ſimile eſt ꝙ Chriſtus ⁊ apoſtoli in cena quādo primo conſecrauit:vinum aqua diluerūt.tum ꝙ ſocietas Chriſti erat ſobria. tum ꝙ vina regionum calidarum ſunt ceteris fortiora. modo Iudea eſt in quarto climate magis meridionalis ꝗ̄ Heſperia orientalis vel occidentalis. Reuera tamen eſt conſecratio ſine aqua: ſed non tenet̄ illud memoriale Chriſti. Et ſi vinum eſt maioris actiuitatis ꝗ̄ aqua reſiſtentie ad corrumpēdam aquā ante conſecrationem: ſic realiter eſt vinum: ſed debilius ꝗ̄ ſine mixtione aque. ſi vero non poterit vinum aquā in ſe conuertere ante conſecrationem:aqua non trāſubſtātiatur:⁊ ſumēs ſpecies cum aqua frāgit ieiunium nature/ſed non peccat:qꝛ eſt ei ignorātia inuincibilis. Propterea debet ſacerdos parum aque in vinum īmittere. quātūlibet enim parū ſufficit.⁊ quāto vinum eſt debiliꝰ:tāto minus aque eſt imponendum.poteſt enim verum vinum eſſe ita euaporatum vt dolium plenum vino vno cochleari aque deſtruatur qđ patet ſenſim imponendo cochlearia aque in vinū/vel enim vnꝗ̄ deſtruetur vinum/vel nūꝗ̄. ſecundum nō eſt dicendū.ſi primū:ſimus ꝓpe tempus in quo ſi cochlear plenum aqua imponatur/deſtruet̄:qđ eſt ꝓbādum. Et debet vinum cum aqua miſceri a principio ſacrificij:qꝛ vinum aquā in ſe conuertit in magno tempore: non autem ſic in breui tempore. Si vero fiat mixtio aque poſt conſecrationē:aqua illa nunꝗ̄ conſecratur. et licet ſpecies vini deſtruāt accidentia aque:⁊ concurrant ad corruptionem forme ſubſtātialis aque: ⁊ ad introductionē forme vini:illud tñ manebit vinum purū: nec totum erit ſacrum. Secus eſt de mixtione aque benedicte cum nō benedicta que ſimul miſcentur.aqua autem vel vinū nō miſcetur cum ſanguine Chriſti:ſed ſolum cum ſpeciebꝰ vini. nā ſanguis Chriſti in calice eſt ſolū in venis Chriſti:⁊ in eius corpore. nec aqua impoſita cum ſpeciebus plus coniungetur ſanguini Chriſti ꝗ̄ ſi aqua caderet ſuper corpus hominis:que propterea nō iungitur ſanguini eius. Quando autem eſt immediata mixtio ſacri cū non ſacro vt in aqua benedicta:ſacrum immediate iungitur non ſacro:⁊ totum conſtituitur ſacrum:qꝛ ſacrum tāꝗ̄ dignius non ſacrum ad ſe trahit. Vinum etiam vel aquam potes ſic immiſcere cum ſpeciebus vini; vt ſit mixtio mutua:ſed ſanguis Chriſti manebit ſub ſpeciebꝰ vini/ſub quibus erat conſecratus:et nullo modo in vino vel in alio liquore infuſo.potes tñ partiri ſpecies vini in īpartibilia:et tunc non maneret ſanguis Chriſti ſub illis ſpeciebus. ¶ Hactenus de actione et paſſione accidentium ſacramentaliū inter ſe:et de mixtione aque vel alterius liquoris ante conſecrationem:et poſt eam:et ꝙ ſpecies vini conſecrati immiſſum liquorē nō trahūt ad ſe: ſicut ſacrum non ſacrum ad ſe trahit.

¶ Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Quinta.

QVia in vltimo capite huius duodecime diſtinctiōis magiſter ꝗrit an pluries in die liceat celebrare:iuxta hoc peto hūc queſtionis titulum an pluries in die celebrādum ſit. Pro ſolutione queſtionis notabis ꝙ duplex eſt dies:ſcilicet naturalis/tempus.xxiiij.horarum. vt Geneſis.j. Factūꝗ eſt veſpere ⁊ mane dies vnus. Et eſt reuolutio equinoctialis circa terrā cū tāta parte quātā ſol motu ꝓprio deſcribit in oppoſitum firmamēti.vel eſt temporis ſpatium a contractu ſolis in horizonte:vſqꝫ ad reditum ſolis in cōtactu horizontis. Ex quo ſequitur ꝙ ſi centrum ſolis reſpondeat a.puncto primi mobilis hodierno die mane in oriēte: ſerius cras in ortu ſolis redibit ad horizontem ꝗ̄ a.punctum primi mobilis ſecū veniens ad horizontem hodie.patet.ab a.puncto ſol continuo retrocedit motu ꝓprio contra motum primi mobilis:per tātum ſpatium vel tempus quātū ſol motu proprio ꝑtrāſit in.xxiiij.horis equinoctialis. Alius eſt dies artificialis qui variatur ſm̄ horizōtes.nā in vltimis climatibus: et in poſtclimatibus ſole exiſtente in ſignis ſeptētrionalibꝰ eſt maior:ꝗ̄ ſub equatore vel in primis climatibꝰ: ꝓut ſigna recte vel oblique oriuntur: qꝛ tā experimento ꝗ̄ ratione conſtat ꝙ idē dies numero: puta ſctī Barnabe vel alius: ſole exiſtente in Cancro:in Scotia ꝑtrahitur ſpatio.xviij.vel.xix.horarū. Rome vero.xv. dūtaxat Pariſijs.xvj. et dicere oportet ſub eꝗtore.xij. preciſe:cum illic dies artificialis ſemper nocti equetur. Dies artificialis definit̄ ſic. Dies eſt latio ſolis ſupra terrā. Si teneat̄ ꝙ tempus eſt res ꝑmanens poteſt poni celum ſolis/vel corpus ſolis:⁊ tunc illa conſtructio trāſitiua loco vnius ītrāſitiue capiet̄:ita vt latio ſolis ſit ſol latus. Et licet ſit ſemꝑ dies in aliquo horizonte: qꝛ nobis habētibus noctem/antipodes ⁊ alij diem artificialē habent:oportet tñ aſpicere ad noſtrum horizontē in quo ſumus/ad noſtra omnia dicenda.

¶ Iſtis paucis prænotatis pono concluſiones. Prima eſt.licet attētās cōſecrare in quacūqꝫ parte diei naturalis(ponamus in nocte) vere ꝯſecret:nō tñ licet quacūqꝫ nocte cōſecrare niſi in nocte natiuitatis Chriſti. prior pars patet: qꝛ intentio/forma/materia/et miniſter ſufficiunt:quecūqꝫ hora fuerit. Secunda pars patet.qꝛ talis ꝯtrauenit p̄cepto eccleſie:ergo in hoc peccat et licet neſciat:non excuſat̄: debet enim ſcire ea que ſunt ſui officij. Qꝛ ſit cōtra preceptum eccleſie:patet de conſecra.diſtin.j Nocte ſctā.et.c.Solent. Hoc nāqꝫ ſacramentū ad tempus gr̄e ꝑtinet: qđ ꝑ diem ſignificatur. iuxta illud Apoſtoli ad Romanos.xiij. Nox preceſſit: dies autē appropinquabit.niſi fuerit diſpēſatū ꝑ epiſcopum vel ſupiorē ſuꝑ hoc:⁊ cogente neceſſitate. vtpote ſi ſit egrotās in periculo vite:⁊ nō habeatur Euchariſtia: tunc licet celebrare ante diem:ſicut frāgere ieiuniū ſine diſpēſatione vlteriore in neceſſitate:qñ non habet̄ copia ſuperioris. ¶ Secunda cōcluſio.nō licet cōmuniter celebrare pluries in die niſi in feſto natiuitatis Chriſti. illud ptꝫ de ꝯſecra. diſtin.j. Sufficit ſacerdoti vnā miſſā die vna celebrare:quia Chriſtus ſemel paſſus eſt/⁊ totū mundū redemit. Nō modica res eſt vnā miſſam facere: ⁊ valde felix eſt qui vnā digne celebrare poteſt. Quare dixerim(cōmuniter)patet:qꝛ ſtatim ſequit̄. Quidā tñ pro defunctis vnā faciunt:⁊ alterā de die ſi neceſſe.qui vero pro pecunijs ⁊ adulationibus ſecularū vna die p̄ſumunt plures facere miſſas: nō exiſtimo euadere dānationē. Iſtud patet etiā de celebratione miſſarum. Cōſuluiſti.⁊ infra. Reſpondemꝰ ꝙ excepto die natiuitatis domini:niſi cauſa neceſſitatis ſuadeat/ſufficit ſacerdoti ſemel in die miſſam ſolummō celebrare. Gloſſa pōderat illud verbū(ſufficit)⁊ dicit ꝙ preſbyter nō prohibet̄ pluries in die celebrare.ſed illud cōtrauenit expreſſe illi capiti Sufficit.ꝑnotato. In die aūt natiuitatis Chriſti ⁊ in nocte ter celebrat̄.primo in nocte:⁊ illa miſſa deſignat tempus ante legem.⁊ ideo in illa miſſa dicit̄. Populus gentiū qui ambulabat in tenebris. Secunda miſſa tēpus ſub lege deſignat:⁊ cātatur inter diem ⁊ noctē ⁊ dicitur officium Lux fulgebit hodie. Tertia dicit̄ in die/per quā deſignatur tēpus gratie.vñ officiū. Puer natus eſt nobis. Alie etiā poſſunt eſſe cauſe ob quas p̄ſbytero bis liceat celebrare. Vna eſt ob dandā Euchariſtiam egroto. Alia eſt ſi poſt celebrationē venirēt aliqui ad nuptias/ cū non ſit moris ſine miſſa nuptias celebrare:dicitur tūc ſecūdo licere celebrare. Tertio vbi eſt conſuetudo habere duas miſſas in die: ⁊ alter preſbyterorꝫ egrotat/ne populus careat miſſa.licet ſecundo celebrare. Alia cauſa eſt ſi quiſpiam vir probus aſſuetus quolibet die audire miſſam accedat templum: ⁊ nō poſſit reperire ſacerdotē niſi eū qui prius celebrauit:qui tūc ſecundo celebrare poteſt. Itē ſi eſſent due eccleſie vicine: quarum neutra ſufficit miniſtrum alere vel ſaltem altera. Aut ſi īopinato aliquis moriatur. Sed in oībus his maneat ieiunus ieiunio nature neceſſe eſt nec capiendo aquam in lotione:nec vinum.

¶ Contra priorem concluſionē arguitur ſic. Pariſijs hora ſexta mane celebratur in hyeme. ſic enim in collegio montis Acuti facimus: ⁊ tunc eſt nobis nox in horizonte noſtro:quia non eſt nobis dies artificialis quoad ſuper horizontem noſtrum ſol conſcēderit. ¶ Reſpondetur per propoſitiones ſequentes prima eſt.non eſt vere dies in aliquo loco philoſophice loquēdo:quouſqꝫ ſol ſuper horizontem aſcenderit. patet. nō ē latio ſolis ſuper noſtrum horizontem:ſed requiritur ſaltem ꝙ centrum ſolis ſit ſupra horizontem. quando enim centrum ſolis eſt in contactu horizōtis: nec eſt dies nec nox. Nox enim impedit a denominatione diei et contra ſicut eſt de ſcuto cuius vna medietas eſt alba ⁊ alia nigra. vel ponendo quatuor gradus albedinis et totidem nigredinis ſimul:tenendo ꝙ qualitates contrarie in gradibus remiſſis ſe compati poſſunt. Sed logicalibus relictis/Dico quando centrum ſolis eſt in contactu horizontis eſt vltimum inſtans non eſſe diei: quia immediate poſt hoc erit dies abſolute loquēdo: ⁊ illud eſt primū inſtans nō eſſe noctis:quia in inſtanti contactus cētri ſolis cum horizonte verum eſt dicere:nūc non eſt nox. ⁊ immediate ante hoc erat nox. ¶ Secūda propoſitio.eccleſia non capit diē ſic philoſophice.ſed vulgariter pro diluculo:hoc eſt pro tempore ſeparationis tenebrarū ⁊ lucis:hoc eſt pro aurora:que diem vna hora/⁊ amplius p̄cedit:vnā autē horā quīdecim gradus equinoctialis valent.⁊ cum ſol eſt ſub horizōte ad xviij.gradus ſm̄ Ptolomeū/eſt dies vulgaris:ergo diluculum diē p̄cedit vna hora ⁊ quinta alterius. ſm̄ alios per. xxx. gradus: ſicut recitat Iohannes de Sacrobuſco tertio.capi.de ſphera.qui duas horas valēt. ¶ Ex quo ſequitur ꝙ citius homines celebrare poſſunt ſine diſpēſatione in eſtate ꝗ̄ in hyeme:⁊ citius apud regionē Sinarum ꝗ̄ apđ Parthos:citius apud Parthos ꝗ̄ Edinburgenſes: citius apud Edinburgenſes ꝗ̄ Hibernos: ⁊ prius apud Hibernos/ꝗ̄ Luſitanos:cuꝫ eis ſol citius oriatur ⁊ dies illuceſcat. ¶ Secundo ſequit̄ ꝙ aliquis hora quarta poſt meridiem celebrat licite. Edinburgi. hoc patet. hora vndecima exiſtenti Edinburgi.eſt hora quarta pꝰ meridiem in oriente:ſed hoc eſt illicitum/dum eſt quarta in horizōte:in quo celebratur. Nā bene ſequitur nūc eſt quarta poſt meridiē apud Gynoſophiſtas:ergo nūc eſt hora quarta. ¶ Contra hoc arguitur. Aliqui habēt. xxiiij.horas pro die artificiali:vt ſunt habentes zenith ī circulo arctico:quando ſol eſt in primo pūcto cancri: qꝛ totus tropicus cancri eſt ſuper eorum horizontem:nam ꝓ horizonte hñt lineam eclipticā. oppoſito autem modo eſt eis tempore nocturno ſole exiſtente in primo puncto Capricorni. Item habitātes ſub polo arctico habēt dimidium annum pro die artificiali: ⁊ dimidium annum pro nocte: cū ſm̄ eorum horizon ſit equator:qui zodiacum in duas partes ſecat oportet enim ꝙ ſuper eorum horizontem ſit vna medietas zodiaci. Et ꝗ̄diu ſol mouetur per illam medietatem cōtinuo eſt dies:⁊ quādo per aliam medietatem mouetur: continuo eſt nox. Qꝛ autem aliqui chriſtiani illic habitent:notum eſt ijs qui eos accedunt.nam Iſlandia eſt vltra circulum arcticum:quē Angli nobis Scotis omnino meridionales in magna nauium quantitate/pro prēdendis piſcibus quotānisreuiſunt. His certis uppoſitis/Arguitur ſic. Ex dictis ſequitur ꝙ iſti poſſunt celebrare quocunqꝫ tempore vnius medietatis anni:immo quocunqꝫ tempore ſine peccato: ⁊ ſine diſpenſatione:cum liceat celebrare in diluculo anteꝗ̄ ſit dies artificialis per vnā horam:vel duas ſm̄ alios.ſol enim nunꝗ̄ eſt iſtis ſub orizonte vltra.xxiiij. gradus. Nubes etiam illic nō impediunt: quin aliquid lucis habeant. quod probo. quando aſtronomi dicunt ꝙ poſſumus videre aliquid ante ortum ſolum ad xviij.gradus vel xxx.non intelligunt ſolum ſub equatore: ſed ī vltimo climate hoc habet verum ⁊ in poſt climatibus: vt experimur in aliquibus locis ſeptentrionalibus noſtre Scotie Britanie: vix enim habebis duas horas quibꝰ nihil videtur ⁊ ſicut noſtri referūt vix horā.⁊ hoc nomina inſularum apud nos importāt ſcilicet ſkij ⁊ luyce:ꝗ in noſtro vulgari diluculum ⁊ lux/latine interpretando vocantur. ¶ Reſpondeo.leges iſte maxīe dantur iſtis qui ſunt in climatibus/vel qui recedendo habent decem ⁊ octo horas vel viginti ꝓ longiſſimo die anni: vt apud Thylē. Ceteri autem chriſtiani poſſunt vti alijs regulis quibus nō eſt inſiſtendum. iſti enim nō poſſunt ſeruare hanc conſtitutionem pontificiam in ca: Nocte ſancta.ſuperius recitatam.nec ad illam vllo modo obligant̄:alioquin toto dimidio anni quo eſt eis nox ⁊ hyēs celebrare non poſſent. Alij autem inter tropicum Capricorni ⁊ circulum antarcticum poſſunt ſeruare eadem que nos exiſtētes inter tropicū Cancri ⁊ circulū arcticū: qꝛ ſimiles hyemes/eſtates/⁊ tp̄a nobiſcū hñt oppoſito mō. hoc eſt noſtra etas eſt eis hyēs:⁊ ecōuerſo: et ver noſtrū eſt eis autūnale tp̄s ⁊ contra. An ꝓ illic aliꝗ moret̄/vide.xvij diſti.ij.ſententiarꝫ leges autē dātur de his ꝗ plurimum cōtingūt.ff.de legi.⁊ ſenatuſcōſul.l. Nā ad ea vbi iuriſcōſultus dicit.nā ad ea potius debet adaptari ius/ que

et frequenter ⁊ facile ꝙ̄ ad ea que perraro eueniūt: quia que ſemel aut bis eueniunt (vt ait Theophraſtus) contēnunt legiſlatores.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur. ſequiť ex ea ꝙ quis ſepties in die poſſet celebrare licite. conſequens eſt inauditum: ergo antecedēs non eſt audiendum. conſequentiā ꝓbo. ſit ſacerdos qui celebrauit mane: iā deferatur funus ad templum: ſecūdo celebrabit. dicta illa miſſa epiſcopus forte accedet/ iā debet celebrare: q2 occurrit alia rationabilis cauſa. poſtea occurrāt nuptie. eodem modo pono quatuor pauperes pagos: vt contingit crebro in aliquibus locis vbi diſtāt parochiani quinqꝫ aut ſex miliaribus ab eccleſia: ſequitur ergo ꝙ preſbyter viſitabit pagos iſtorum parochianorum: ⁊ quater celebrabit. Inſuꝑ ſequitur: ꝙ eſſet in facultate alicuius domini venire ad diuina vel non. ⁊ per conſequens poſſet eſſe cauſa mee celebrationis: et ꝙ ſumā corpus dñi: ⁊ mihi conferať gr̄a virtute op̄is op̄ati.

¶ Ad primum. non ſatis lucidum eſt quid ſit faciēdum in illo caſu. videtur ꝙ ſiſtendum ſit in ſecūda celebratione: ⁊ non ꝓcedendum vlterius ꝑpter conſuetudinem: et ſic erit ſtatus in ſecunda. ſicut theologoꝝ ſacra facultas Pariſienſis dat baccalaureandis ratione curſus annū regentie: et tamen non daret duos annos pro omnibus curſibus Ioannis Buridani. Ad aliud cōceditur ꝙ ſuperueniēs eſt cauſa occaſionalis gratie quare mereor. ⁊ hoc patet de dāte ſex paruos albos miniſtro.

Dubitatur primo: quādo qs teneatur celebrare: et quādo nō. Reſpondeť in die paraſceues preſbyter non debet celebrare: quia tūc apoſtoli latuerūt propter metum iudeorum. et quia miſſa inſtituta eſt ob memoriā paſſionis dominice: cuius illo die eſt ſpecialis memoria. quelibet autē alia dies eſt cōueniēs celebrationi. Celebrare igitur miſſam eſt p̄ceptū affirmatiuum preſbytero. ⁊ diſtinguendum eſt de p̄ſbytero: quia vel beneficium habet: ⁊ tunc eſt magis deuinctus celebrare: ſicut enim ſeruiens altari de altari viuere debet: ſic viuēs de altari ſeruire debet eidem: et tenetur celebrare pro loco et tēpore. Si vero non habeat beneficium: hoc poteſt eſſe multifariā: fortaſſe enim eſt paralyticus/ cecus/ vel laborat alio morbo: ob quem nō poteſt cōmode celebrare: vt morbo comitiali laborans. vel effectus eſt irregularis occidendo hominem: vel in alio caſu in quo nō conſueuit diſpenſari: vel nō poteſt adire diſpenſantem: aut rationabiliter preſumit ꝙ ſecum non diſpenſabitur. vel eſt ei manus abſciſſa: tunc eſt excuſatus. alioquin ſcandalum eſt alioꝝ ⁊ irriſio aſſumere ſacerdotium: ⁊ nunꝗ̄ celebrare: ſi diu viuat ſi enim ſtatim poſt ſacerdotium moriatur/ non obſtat. poteſt tamen cōtingere ob predicationem quadrageſime: vel lectionem vel pro alio officio obeundo: ꝙ homo diu abſtineat a celebratione rationabiliter. non tamen auderem ſacerdotē excuſare a peccato: ſi non celebret in precipuis feſtis: niſi habeat legitimum impedimentum: vt in feſto natalis dñi/ pētecoſte/ paſcha/ feſto corporis Chriſti/ omniū ſanctorum/ ⁊ aſſumptionis diue virginis. et illud poteſt roborari per maximum pontificem. de celebra. miſſa. c. Dolentes. §. ſunt. Sunt (inquit pōtifex) qui miſſaꝝ ſolēnia vix celebrāt q̄ter in anno. ⁊ hoc eſt ab eo rep̄henſum.

¶ Dubitatur ſecundo: quis poſſit celebrare: ⁊ euchariſtiā laycis miniſtrare. Rñdeť. ſolus ſacerdos ꝯſecrat. de ſumma trini. et fide catho. c. j. ſiue degradatus/ excōmunicatꝰ/ vel quocūqꝫ genere vitij irrētitus. Canones vero qui videntur ſonare ꝙ nō cōſecrāt: intelligātur/ nō ad ſuā ſalutem. hoc eſt peccāt. vt. xxiiij. q. j. c. Audiuimus. et hoc ſi intēdāt facere qđ eccleſia intendit cum materia debita. hoc enim ſemper eccleſia tenuit. In hoc autem erat hereſis Magiſtri ſententiarū: ⁊ Wicleffi. Inſuꝑ quādo degradatus eccleſie reconciliatur ⁊ excōmunicatus abſoluitur/ conficit ⁊ conſecrat: et tamen non reordinatur. Et ſicut ſolis ſacerdotibus datur poteſtas cōſecrādi corporis dominici: ita datur eis poteſtas corpus Chriſti miniſtri alijs. Infimi enim ſꝫm Dionyſium debent reduci ad extremum per mediū. modo preſbyteri mediāt inter deum ⁊ laycos.

¶ Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Sexta.

Utrum quilibet clericꝰ quolibet die teneať dicere horas. Pro ſolutione queſtiōis notabis ꝙ quicūqꝫ habet primā tonſuram clericus eſt. patet de eta. et quali. ordi. preſi. ca. Cum contingat. Et clericorum aliqui ſunt in ſacris: aliqui in minoribus: et aliqui beneficiati/ vel religioſi: aliqui vero non.

¶ Iſtis diſtinctionibus datis pono cōcluſiones. Prima eſt. hoīes in ſacris cōſtituti: ⁊ bñficiati: ſiue in ſacris ſiue non: tenētur quolibet die dicere horas. ⁊ licet ſit aliq̄bꝰ ꝯſonū cās in rñdētibꝰ horis dicere: nō tñ ita ꝯducit oībꝰ. Prima pars ptꝫ: q2 oēs tales ſunt in ſorte dñi: ħt in ſorte patrimonij crucifixi: illi in ordinibus. ex qua ꝓbatione ſequiť idē de religioſis. Alia pars ptꝫ. nō ob aliud hore īſtitute ſunt ſub nomīe p̄me/ tertie/ ſexte/ ⁊ none/ niſi vt in rñdētibꝰ horis ob memoriā paſſionis Chriſti celebrenť. ⁊ hoc ab eis q̄ nō ſunt aliūde īpediti niſi vt cultui diuino vacēt: vel q̄ horas ꝑſoluunt in cōmuni: quēadmodū in eccleſijs cathedralibꝰ collegiatis: ⁊ religioſis domibꝰ fieri ſolet. Ultima pars pꝫ ꝙ ad hoc nō teneanť oēs. aliq̄ eñ habēt rōnabilē cām hec tēpora ꝑueniendi: q̄ veſperi magnā ꝑtē horaꝝ ſubſequētis diei abſoluunt: vt liberius ſtudio vel alicui honeſto negocio incūbāt. nec hoc eſt deo fecē tp̄is ⁊ mūdo medullā applicare: cuꝫ hō q̄cq̄d faciat/ in gloriā dei facere debeat: ſed prudenter tēpꝰ partiť: tēpꝰ antemeridianū ſpeculationī applicādo: q2 tūc meliꝰ eſt ad ſtudiū diſpoſitꝰ. Inſuꝑ in ꝓfeſto corporis Chriſti publice in eccleſia decātanť hore matutine ipſius diei: vt hoīes non ſint īpediti a ſolēni ꝓceſſiōe ī ipō die. ꝗ̄ lꝫ ꝑueīre tp̄s horas obeūdi. Rurſus p̄ſbyter āte meridiē dicit horas ad veſpas vſqꝫ īcluſiue: ꝑpť aliqđ officiū hōeſtū cui īcūbere hꝫ: vtpote ꝑpť opꝰ agreſte. caſus ad hoc eſt exp̄ſſus. de cele. miſſa. c. j. ꝗ̄ nō q̄libet bñficiatꝰ vel exiſtēs in ſacris teneť dicere horas canonicas. hoc eſt regulares/ in tp̄ibꝰ rñdētibꝰ. Nec refert ſi veſperi poſt dictas horas bibat. ¶ Scđa ꝯcluſio. de ꝯſilio eſt exiſtenti ſolū in minoribꝰ ordinibꝰ dicere horas: niſi ſit conſuetudo in aliq̄ regione/ reputata de precepto a ſapientibus.

¶ Contra priorem concluſionem arguiť ſic. Sortes in ſacris bñficiatꝰ de nullo vſu teneť dicere horas. nō eñ de vſu Romano: vt patet de bñficiato Britāno. nec de vſu Sarū: vt de bñficiato Gallo. ¶ Secūdo arguiť. ī nulla ꝑte diei hō teneť dicere horas: ꝗ̄ hō nō teneť dicere horas iſto die. ꝯña tenet: q2 ſi teneť dicere horas in iſto die: opꝫ dicat in aliq̄ ꝑte diei. quēadmoduꝫ ſi Sortes eſt in toto tēplo/ Sortes eſt in parte tēpli.



¶ Ad primum reſpondeť cōcedendo ꝙ de nulo vſu homo tenetur dicere horas. ſed neceſſe ē vt homo euadat peccatū dicere horas de aliquo vſu: vt neceſſe cadat in totam cōditionalē. et intelligo niſi ſit de numero eoꝝ qui rationabiliter excipiūtur. Congruum eſt autē vt beneficiatus dicat horas ſꝫm conſuetudinem beneficij cuius fructus colligit. ⁊ ſi plura habeat beneficia: nūc dicat de vno nunc de alio. debet enim nunc vni/ nunc alteri nō ſolum loco ſed officio deſeruire. Si vero non ſit beneficiatus/ expedit dicere ſꝫm conſuetudinem eorum cū quibus conuerſatur/ vſum addiſcendo: potiſſimuꝫ ſi ſit moram illic tracturus: vel addiſcat vſum eorum apud quos domicilium eligere intēdit. cum vero fuerit ꝓmotus titulo proprij patrimonij: nō video ꝙ teneať de quocūqꝫ vſu ſed poteſt quem voluerit eligere. poteſt etiam vſum Romanum aſſumere. Nam Roma eſt patria cōmunis. l. Romana. ff. ad munici. ⁊ in. c. Expoſuit de di. la. ⁊ vnum patronū vel duos vſus romanus ſalua integritate tam vſus ꝙ̄ rubricarum admittit. Poteſt autē contingere ꝙ homo habens vſum aliquem iam in habitu nō debeat illum mutare ꝓ beneficio adepto. nō enim expedit illi relinquere lectioneꝫ: vel concionem ad populum vel aliud honeſtum ſpirituale officium ī republica vt addiſcat ab inerudito ſacerdote nouum vſum legēdi horas: quia circa maiora eſt licite occupatus: quemadmodū Paulus nō reliquit verbū dei vt baptizaret. Regula non generalis hic dari nequit: ſed propter innumeras ⁊ varias circumſtantias occurrentes/ varianda eſt reſponſio. ¶ Ad ſecundum diciť. ꝙ conſequentia ē nulla. quando eniꝫ homo inciperet in principio diei ⁊ lente legeret ad finem diei vſqꝫ ſatiſfaceret precepto legendarum horarum: ⁊ quādo templum eſſet locus proprius Sorti: non oporteret/ ſi Sortes eſſet in toto templo/ ipſuꝫ eſſe in parte eius. Propterea concedo ꝙ in nulla parte diei Sortes tenetur dicere horas: ſed neceſſe eſt/ ſi peccati debeat eſſe expers/ vt horas in aliqua ꝑte vel partibus temporis dicat. Adieci (partibus) ꝑpter eū qui interpolate legit. Sed forte rogas: quādo Sortes omittit dicere? ⁊ qñ primo verum eſt dicere/ Sortes omittit? Dico ꝙ ſi poteſt dicere horas ſuas in duabꝰ horis: ⁊ nō in minori tempore: nō peccat omittendo ante duas vltimas horas totius temporis: ſed quacūqꝫ parte illarum duarū labēte anteꝗ̄ꝫ dicere incipiat/ peccat ⁊ magis ac magis ſꝫm magnitudinem tēporis ⁊ dato vltimo inſtāti nō eſſe illarū duarum horarum/ nūc nō omittit culpabiliter ⁊ īmediate poſt hoc culpabiliter omittet: ſed nō tātum ſi in vltima hora incipiat dicere: quantum ſi vtraqꝫ hora elapſa dicere incipiat. eodē modo de miſſa audiēda/ vbi homo deobligatur a p̄cepto de audienda miſſa audiendo miſſam quam audire non tenetur.

¶ Tertio arguitur. ſufficit cuilibet dicere medietatē horarū / audiendo aliam medietatem a ſuo conſocio: ergo idē erit audiendo reliquā medietateꝫ ſufficiet igitur audire duos dicētes horas nihil dicēdo. ¶ Reſpondeť concedendo ꝙ ſufficit audire vnā medietatem ipſo reliquā medietatem proferente: nō ꝙ aduertat ad quodlibet verbū alterius: q2 ſic nō poteſt aduertere ad quodlibet verbū propriuꝫ: nec tenetur plus aduertere ad aliū ꝙ̄ ad ſeipſum: ſed duo iuuāt ſe inuicē. ſecus eſt de tribus: primo primā lectionē pſalmi proferēte/ ſecūdo ſecūdā: ⁊ tertio tertiā: ⁊ hoc ptꝫ ex cōſuetudine ad quam alludūt carmina. Si peregre pergas nūꝗ̄ te iunge duobus. Diſparibus raro trahiť currus bene bobꝰ. Si dicas dicēs cū alio nō dixit horas: ꝗ̄ nō eſt deobligatus. cōſequētia ē nulla. ſufficit ei ꝙ alter dimidiū ſuppleat. Dicebam (ſufficit audire) quare ſurdus nō debet cū alio legere. Et lꝫ ſit vetitū legere cū excōmunicato: ⁊ excōmunicato magis vetitū ſit legere cū nō excōmunicato: tamen hore ſunt perſolute licꝫ cū peccato dicātur. Sed cōtra iſtud arguiť. ergo ſurdus nō poteſt canere cū alijs in choro. ꝯñs eſt falſum. cōſequētia ptꝫ. quia nō audit alios. Reſpōdetur negādo cōſequētiam: vix eniꝫ dabis ita ſurdum qui audiat cantātes: ⁊ licet male audiat ꝑ viſum ſocioꝝ lateris ⁊ oppoſiti/ appertionē oris ꝑcipiet: ⁊ ex hoc intelliget qñ canere oportebit.

¶ Quarto arguitur. quādo homo decantat in choro cū alijs/ īterdū pretermiſſo vno pſalmo ſufficienter dicit horas: ergo prior cōcluſio falſa. Antecedens patet. ſi dato vltimo ſigno campanē ad horas canonicas diſponat ſe clericus ſecundū modum conſuetū adeundi horas/ ⁊ hebdomadarius citius inchoauerit ꝙ̄ in alio dicta vt vnus pſalmus ſit abſolutus ante ingreſſum canonici in chorū: tunc ipſe cantādo cū alijs ex vna parte chori ſatiſfacit. Hoc idē probať alia via. ſi ingrediatur tēplum ante primuꝫ pſalmum: ſed aliquis in cauſa neceſſaria euꝫ alloquatur in naui eccleſie quouſqꝫ finiatur p̄mus pſalmus: vel aliquis eū alloquatur ī choro: vel emittat ſanguinē per nares vel habeat tuſſim vel aliquid huiuſmodi: interea alijs cātātibus vnū pſalmū vel duos: iā nō tenetur illos dicere ſeorſum tū ꝑpter cōſuetudinem: tū quia cantando cū alijs nō tenetur qualꝫ lectionē recitare. ¶ Reſpondeť in caſibus iſtis vel ſimilibus homo ſufficienter perſoluit horas ꝙ̄uis pſalmuꝫ vnū vel duos nec in parte nec in toto dicat: nō ꝑpter vinculum charitatis in canonicis: ſtat eñ ꝙ quilibet eoꝝ ſit in peccato mortali: ſed propter vinculum ſocietatis ī qua depromuntur laudes publice: quod eſt rationabile ⁊ propterea nullo iure ſunt obligati facere preter cōmunem curſum hominibus contingentem hic itaqꝫ ſufficit ꝙ tota multitudo nihil omittat de officio: ⁊ ꝙ nullus notabiliter deficiat in ſua parte: modicū autem defectum alij ſupplēt. ſꝫm conſiliū apoſtoli. Alter alterius onera portate. Sic multi ꝑui caſus contingūt: vt pote iſti recitati ⁊ ſimiles in quibus ſapiēs diceret iſtos nō obligari quēadmodū quando duo dicunt horas/ ⁊ vnus ſupplet vnā medietatē. hic autem vbi eſt maior numerꝰ magis omiſſum ab vno ſuppletur a multitudine ⁊ ſic homo cū negligēter īterdū audit vnā lectionē vel duas ſui ſocij: adhuc ſufficiēter ꝑſoluit: q2 non opꝫ/ vt diximꝰ/ ꝙ ſemꝑ aduertat ad ꝓpriā lectionē. Siliť ſurdus vel alio diſtractus decātans ī choro cū ceteris/ dūmō ſꝫm poſſibilitatē humanā rotūdā faciat/ hoc ſufficit. Dixi (rotūdā) q2 nō requiriť ꝙ clerici ita exacte faciāt vt ē eis poſſibile: ſed cōſiderāda eſt hūana fragilitas in dicēte. vbi tñ eēt notabilis omiſſio vel cognita negligentia canonicus deberet ſupplere omiſſum.

¶ Quinto arguitur poſito ꝙ Sortes beneficiatꝰ habeat diſpēſationē. a Romano pōtifice ne dicat horas canonicas: ſic Sortes nō teneť dicere horas: ⁊ tñ hꝫ bñficiū. ergo ꝯcl'o falſa. ¶ Rñdeť. aliq̄d eſt hic poſitiuū humanū: aliđ eſt diuinū ⁊ naturale. in p̄io pōtifex diſpēſare pōt. ius ei humanū ē dicere de hoc vſu vl' illo. Circa quelꝫ aūt vſū diſpēſare pōt: ſic ēt vt hō nō teneať dicere de aliq̄ vſu ī mūdo. Cōfirmo hoc dictū. ꝑt diminuere ꝑtē horaꝝ vſus ſcti Bñdicti: ꝗ̄ ⁊ cuiuſlibet vſus. ꝯñam relinquo notā. Añs pꝫ. Nā. xv. pſalmos matutinarū ſcti Bñdicti diminuit ad numerū pſalmoꝝ vſꝰ Romani. hoc ei ē iure deciſū de cele. miſ. c. ij. in cle. vbi datur facultas religioſis cardinaliū commbernalibus dicere ſꝫm conſuetudinem cardinalium ꝙ̄diu cum

eis ſunt. Et ſi poteſt Romanus pontifex diſpenſare in parte horaꝝ de hoc vſu: poteſt etiã de toto vſu. Item hoc ↄfirmo. religioſus ad curã animarũ ſecularium ꝑpetuo aſſumptus poteſt dicere horas iuxta vſum illoꝝ quibꝰ conuiuit. Preterea ante omnẽ vſum celebrãdi ab eccleſia iſtitutũ nemo obligabaꝛ dicere ſm aliquẽ vſum ſuas horas: ergo vſus dicendi eſt ab eccleſia inſtitutus: et ab ea approbatus: ſed iſtã obligationẽ poſitiuã poteſt pontifex ꝓ rõnabili cã tollere. igiꝛ. Forte rõnabilis cã nõ dicẽdi eſt ſtudiũ in iuuene ad lr̃as apto: vt in eruditũ virũ euadat. Naturale aũt et diuinũ eſt aliud. ſ. deo ſeruire. Nã ſicut alligatus altari debet de eo viuere: ſic de eo viuẽs teneꝛ illi deſeruire: orãdo ꝓ fundatore: ⁊ ꝓ his quoꝝ fructus recipit: q2 eſt colligãtia reciproca. ab iſta autẽ orõne nõ poteſt põtifex abſoluere bñficiatũ. cũ enim ſit de iure nature ⁊ diuino: ad illud eſt obligatꝰ ante om̃e humanũ ius: ⁊ eo ſecluſo ꝑ diſpẽſationẽ Romani põtificis / manet ad hoc obligatus: puta ad aliq̃s p̃ces: q̃s ad diſcretionẽ viri prudẽtis dicet: vel ad aliq̃d p̃cibꝰ equalẽs: vt elemoſynã / ieiuniũ / vel ſimile. Dicis. poteſt pontifex diſpẽſare cũ iuuene ne dicat horas canonicas grã ſtudij: ergo ⁊ cũ ſacerdote erudito iã viro: vt fructus ſui ſtudij iã amplius in vulgus ꝓferat: ⁊ non ĩpediaꝛ in horis canonicis legẽdis. Rñdeꝛ concedendo. non tñ decet ſenẽ circa huiuſmodi diſpenſationem obtinendã inſiſtere: eſt enim peritus in vſu dicendi: ⁊ in breui tempore poteſt ĩponere finẽ dicẽdis horis. ſi tñ eſſet multũ ĩpeditus ꝓ re ſpũali ⁊ vtili ſic vt non poſſet cõmode dicere horas illi rei ſpũali vacãdo. eſt a dicendis horis canonicis relaxatus: ſicut a ieiunio quadrageſime. ſed ſtrictius hic obligaꝛ. ieiuniũ eñi totũ eſt pure poſitiuũ humanum vt caro ſit domita: ⁊ impedit virum interdum multũ a ſtudio: q2 per ipſum attenuãtur vires corporis. ſecus eſt de horis dicendis.

¶ Sexto capto forte qui non dixit horas canonicas ex ſua culpa iſto menſe. Arguiꝛ ſic. Sortes nõ teneꝛ dicere horas omiſſas ſub pena peccati. ſed ſi fuiſſet obligatus eas dicere / ad eas teneretꝛ. ſicut ſi debeã tibi cẽtum in paſcha: nõ ſoluẽs ea in paſcha elapſo: adhuc cẽtũ ſoluere teneor: ergo ↄcluſio falſa. ¶ Rñdeꝛ. in argumẽto implicaꝛ difficultas: cõmuniter ab oibꝰ diciꝛ ꝙ ſi q̃s horas culpabiliter omiſit: non teneꝛ eas dicere: ſed ſufficit de negligẽtia penitere: ⁊ aliquã penitẽtiã aſſumere ꝓ horis omiſſis: vꝫ puta ieiuniũ / orationes / vel huiuſmodi. Et ꝓbaꝛ hec rñſio: q2 dato oppoſito: ſequiꝛ ꝙ in paſcha ⁊ in tempore letitie ego tenear dicere horas canonicas hebdomade ſctẽ: ⁊ triſtitie: qđ eſt ĩcõueniẽs. Sed hec ratio nõ vincit. Nã crebro dico. Iã lucis orto ſydere. diu ante ortũ lucis vel hora vndecima: ſed nõ ꝓ illo tp̃e: ſed ad ortũ ſolis refero. ſic dicã in die paſche horas meſtitie omiſſas: pro tempore triſtitie et non letitie. ¶ Sed cõtra hoc arguiꝛ ſic. ſequiꝛ ꝙ teneor dicere ſm extremũ potẽtie mee in die paſche horas omiſſas. conſequẽs eſt incõueniẽs. igiꝛ. ¶ Rñdeꝛ. nec hec rõ vincit. ſi enim debeã Sorti cẽtũ ſoluẽda: teneor ei ſoluere ſm bonã poſſibilitatẽ: tñ non teneor facere extremã diligentiã mihi poſſibilẽ. ſic diceꝛ in ꝓpoſito. Secundo arguiꝛ ad idem. ſequeretur ꝙ ille qui omiſit dicere horas ex culpa ſua ferme tota vita ſua: et nũc in ſenio ad cor redit: teneretꝛ totũ tempus vite trãſigere in dicẽdis horis omiſſis. hoc ſtatim aduerſarius cõcederet. Tertio arguiꝛ. omittẽs ieiuniũ eccleſie ꝓ certis diebꝰ determinatis: non teneꝛ iterato illos dies ieiunare: ergo ſimiliter omittẽs dicere horas non teneꝛ ⁊c̃. ſed hic negato antecedente nihil colligeres. Quarto arguitur. omittens leges pure humanas culpabiliter: non tenetur eas preteritas adimplere: q2 ſolum obligãt homines ſub pena peccati vel pene vt ſeruẽtur: nõ ad aliã impletionem. ¶ Concedo hãc ſuaſionẽ ſufficiẽtem cũ cõmuni modo dicendi ⁊ equitate: ꝙ omittens culpabiliter dicere horas non teneꝛ illas iterato dicere. et eodem modo de ieiunio. Secus eſt de centum ſcutis promiſſis: que de iure nature debeo: licet adiectus ſit certus terminus poſitiuus: quo pretermiſſo ad illud qđ eſt legis nature deuincior. Et ꝓportionabiliter dicas de aliquibus precibꝰ quas beneficiatus debet dicere de iure nature. ¶ Cõtra illud arguitur. ex ſolutione ſequitur ꝙ omittens confiteri in paſcha nõ obligaretur cõfiteri in toto illo anno: quia poſitiuum humanum eſt confiteri pro illo tempore. ¶ Reſpondeꝛ: q̃uis concederetur illatum difficulter hoc ĩpugnares. ſed nego ſequelã: q2 non eſt ſolum vnus determinatus dies in quo homo tenetur cõfiteri: ſed in quolibet illoꝝ dierum confitendo ſufficiẽter adimplet preceptum: videlicet in hebdomada ſancta / vel in octauis paſchalibus. quare non eſt ſimile. ¶ Secundo arguitur. ex dictis ſequitur ꝙ ſi Sortes ſciat ſe habere ſolum vnam dimidiam horam huius diei in qua teneatur dicere horas: cum non poſſit eas dicere / niſi in vna ĩtegra hora: ꝙ ſufficiat ei dicere horas illa dimidia hora durãte qua lapſa non amplius teneaꝛ dicere horas: qđ eſt abſonũ. Declaro exemplariter. Sortes habet dicere tertiã / ſextam / nonam / et veſperas cum completorio / accedente duodecima hora noctis iuxta horologium ad amuſſim equum vt palatij: ſequitur ꝙ q̃primum audierit duodecimam non tenetur amplius dicere: ſed librũ poteſt abijcere. Reſpondetur concedendo ꝙ non tenetur amplius dicere. Sed contra hoc arguitur. ex hoc ſequitur: ſi haberem dicere veſperas et aliquid de horis matutinarum: ꝙ cõſultius eſſet dicere veſperas ad completorium: et poſtea tertiã / ſextã / cũ nona ſi tẽpus vacet: q2 ſic nõ peccabo nouo peccato. Reſpõdeꝛ. poteſt cõtingere ꝙ dubiũ ſit an tempus dicẽdaꝝ horaꝝ matutinaꝝ ſit conſumptũ: ⁊ an poſſit cõplere horas: quas poteſt dicere ante finẽ tẽporis nondũ elapſi. tutius tũc exiſtimo incipere ab vltimis: et ſi tempus reſtet: reliquum implere. ex quo nõ ſequitur ꝙ quis importet lucrum ex ſua culpa.

¶ Septimo arguitur. iuuenis qui nihil accipit ex beneficio: ſed parentes eius ſuſcipiunt fructus beneficij: et nutriuiſſent eũ in ſtudio: q̃uis nihil ex beneficio habuiſſet: non tenetur dicere horas: cum nihil de altari capiat. ¶ Rñdeꝛ negãdo ꝙ non teneaꝛ dicere officium canonicum q̃uis nihil recipiat. nam per eum ſtat ꝙ nihil recipiat etiam parentes nutriunt eum de bonis beneficijs.

¶ Octauo arguitur. Sortes tenetur dicere horas rõne bñficij: ergo ſi habeat duo beneficia / bis teneꝛ in eodem die dicere horas canonicas. ↄſequẽs eſt ↄtra cõmunẽ praxim ⁊ ꝙ ſequaꝛ, patet ſic. Sortes teneꝛ dicere horas rõne a. bñficij: ⁊ etiã rõne b. beneficij qđ habet: ergo bis tenetur dicere horas. ¶ Reſpondetur. Si habeat duo beneficia licite: cõcedo ꝙ tenetur ad horas canonicas ratione vtriuſq̃: ſed non tenetur eas bis dicere. quemadmodum frater minor tenetur die veneris in prima hebdomada quadrageſime ieiunare triplici vinculo: qđ duplex exuperat: videlicet ratione quadrageſime / ratione quatuor temporum / et ratione ſue regule: ſed non ſequitur ꝙ ter vel bis teneatur ieiunare. ſic eſt in propoſito de dicendis horis. Si autem quis teneat duo beneficia preter rationem: res non eſt ita lucida.



⁊ dicit Petrus Paludanus ꝙ in eodẽ die bis tenetur dicere horas. ratio eſt: quia impedit multitudinẽ ſeruorum dei: duorũ fructus indebite colligẽdo: debet ergo duplex ſeruitium. Si dicas. ex iſto ſequitur incertũ eẽ / quis bis teneatur dicere horas. forte etiã eſt habẽti incertum an ſit in ſtatu ſalutis tenẽdo plura. Cum ſapientibus cõſultet: et ſe in certo ponat. Et licet alter duplicẽ fructum colligat: cum tñ licite teneat duo beneficia: labor eius equiualet laboribus duorum: nec aliũde tenetur niſi ſemel dicere horas: ſed ratione vtriuſq̃. ⁊ vnico actu dicendi vtriq̃ precepto ſatiſfacit: quia non obligatur ad aliud: vnus eñi eſt: ſed cuius opera in republica duorum labores valet: ſimiliter nõ plus in cibo ⁊ in veſtibus q̃ vnus conſumit / licet duos valeat.

¶ Nono arguitur. Sortes & Plato pro beneficio litigant: ⁊ vterq̃ habet apparentẽ titulum ad illud beneficium: ⁊ ſic litigant triennio dolo ⁊ auaritia aduocatorum: vt pecuniam ad ſe trahant ex longa lite. Arguitur ſic. Sortes nõ tenetur ad dicendas horas: et tamen habet ius ꝓbabile in beneficio. quod patet: quia ſi teneatur dicere horas: eodem modo Plato tenebitur ⁊ ſic vterq̃ iſtorum tenebitur dicere horas: et ex eorum lite forenſi cõtinuata augebuntur miniſtrorum preces. ¶ Reſpondeꝛ. quouſq̃ alter recipit fructus / non teneꝛ dicere horas ſi aliunde dicere nõ teneatur. ⁊ ſi dubium ſit an q̃ is recipit / perditurus ſit beneficium in vltia appellatione: bonum eſt ꝙ vterq̃ iſtorũ horas canonicas dicat. tenetur tamen dicere aliquas preces mediũ horarum attingentes ratione probitatis apparentis future ſi non intendat facere equiualẽs tp̃e quo beneficiũ hꝫ.

¶ Decimo arguitur. ſupponamus ꝙ Sortes dixit medietatem horarum: arguiꝛ ſic. Sortes non dicit horas nec tenetur eas dicere: quia partes horarum nõ ſunt hore vulgariter loquendo: ergo cõcluſio falſa. ¶ Undecimo arguitur. Sortes nõ poteſt dicere horas: ⁊ obligaꝛ dicere horas ꝑ te: ergo quis obligaꝛ ad ĩpoſſibile. Maior pꝫ: q2 non põt habere vnã de p̃ſenti verã: quocũq̃ ei inſtanti quo dicit horas: demõſtrato falſum ẽ dicere. Sortes dicit horas: ſi ei non cõtinuet non dicit horas. ¶ Duodecimo arguitur. Sortes nõ peccat mortaliter omittendo vltimũ verbũ horarũ / ſcilicet amẽ vel deo gratias. ⁊ equa ẽ ratio de quolibet alio verbo: ergo nõ peccat mortaliter omittendo omnia verba. Forte dicis ⁊ bene. nõ eſt idẽ de vno verbo ⁊ omnibus alijs. Cõtra: Sortes nõ peccat mortaliter omittendo vnũ verbũ nec peccat mortaliter omittẽdo duo verba preciſe: ergo nec peccat mortaliter oẽs horas omittẽdo. ¶ Ad decimũ diciꝛ ꝙ tenetur dicere qđ remanet dicendũ: ⁊ cõcedo hanc cõcluſionem. Sortes nõ dixit horas: nec teneꝛ dicere horas: nec eſt excuſatus aliunde: capiẽdo horas vulgariter. nam hora eſt totum vniuerſale reſpectu aliquarũ partium: ⁊ integrale reſpectu aliquaruꝫ. Dicimꝰ enim ſeptem ſunt hore canonice. ¶ Ad vndecimũ negatur maior. ⁊ ad ꝓbationem nego ꝙ nunq̃ habet de ieſſe veram: immo in tempore quo dixit horas: veruꝫ erat dicere: in hoc tẽpore. Sortes dicit horas. ¶ Ad duodecimum: tranſeat ꝙ non peccat mortaliter omittendo vltimum verbum: ⁊ ſic de quolibet vno verbo: non eſt tamẽ idẽ de multis verbis. quod in ſimili patet de percutiẽte ſenſim aliquem multis ictibus quorũ quilibet non notabilẽ iacturam infert percuſſo: ſed multi ictus notabileꝫ leſionẽ inferũt. ⁊ de auferẽte vnũ granũ ⁊ multa grana.

¶ Colligendo ſparſim dicta dicimus hominẽ quemlibet exiſtentẽ in ſacris vel beneficiatum ad dicendas horas deuinctum niſi rationabilẽ cauſam nõ dicendi habeat / vt inter arguenduꝫ tetiginꝰ: vel per egritudinẽ: vt ſi quis laboret morbo ob quẽ difficile ſit loqui vel horas dicere: is nõ obligaꝛ pro tunc / nec aliq̃s ꝓ eo: nec alio tẽpore pro ſeipſo. quemadmodum nõ potens ieiunare ĩ cauſa rationabili. Noluit eĩ eccleſia iſtũ obligare in hoc caſu: quemadmodũ nec ad ieiuniũ: eſto loquatur et audiat iocoſa que ꝓ ſua ſanitate cõducant: roget tamẽ deũ mẽtaliter horarum loco: ⁊ hoc ſufficiet. Si quis vero modicã dyſcraſiã in morbo habeat / cui dicere nõ ẽ difficile: is nõ eſt de obligatꝰ: ſed potiꝰ debet excitari ad deuote dicendũ q̃ ſanꝰ. ¶ Amplius horas canonicas omittẽs culpabiliter dicere in certo tẽpore / magno vel paruo / nõ tenetur horas omiſſas dicere: ſed ſufficit dolere de illis omiſſionibus poſitiuis: aſſumendo penitẽtiã quam diſcretus ſacerdos impoſuerit ⁊ cũ ſit de ſorte domini ⁊ teneatur ad plura q̃ ad hec poſitiua: ſatiſfaciat pro viribꝰ. Nec eſt neceſſariũ has horas in determinatis temporibus dicere. poteſt eniꝫ quis rationabiliter tẽpus preuenire: vt poſt cenã ſtudioſus homo dicit vſq̃ ad laudes matutinas: vt poſtridie ſtudio liberius vacet. Nec refert ſi veſperi poſt dictas biberit nec ne. cũ eñi iam rationabiliter ſatiſfecerit pro die ſubſequente anteq̃ bibit: poſtea ſuperueniente inopinata ſiti vel viro cui honeſtatis gratia eit dãdus potus: licite potum ſumit. ¶ Preterea dicens cum alio: ⁊ alium audiens quemadmodum ſeipſum / ſatiſfacit: nõ tamen ſufficit dicere cuꝫ multis / ſic ſcilicet vt Sortes dicat primã lectionem. Plato ſecũdaꝫ. Cicero tertiã. Ioãnes quartam: ⁊ ſic deinceps. nõ enim eſt hominum cõſuetudo ſic legere. Nec talibus nexibus aurẽ accõmodabis: dico cũ Sorte audiendo eum vnã lectionem ꝓnunciantem: ergo pari ratione tertius poterit tertiam lectionem nobis omnibus audientibus pronũciare. Sed recitẽt duo eandem lectionẽ: ⁊ vnus lectionẽ reſpondentem quemadmodũ inter duos ſit. vel ſi ſint quattuor habẽtes duos vel tres ſolũ libros: dicãt duo vnam lectionẽ: et duo aliam viciſſim. Ita eñ ſit in choro tã inter canonicos ſeculares / q̃ regulares: vt quando vnus tuſſit: vel ſanguinem per nares emittit / vel alloquiꝛ vicinũ paucis: vel egreditur chorũ gratia releuãdi ſpiritus poſt fatigationem. dũmodo enim non ſtet diu extra chorum in horarum fraudem, rediens ad chorum non tenetur ſupplere quod omiſit. Ratio eſt: quia in hac regula ſtandum eſt. Quando tota multitudo perſoluit ſufficienter et nihil omittit / ⁊ quilibet facit ſuas partes ſecũdũ fragilitatẽ humanam: iam quilibet in valore dicit integras horas. Ex his ſequiꝛ ꝙ quilibet canonicorũ in choro quatuor vel quinq̃ lectiones omittens ad ſuum latus ſpectãtes etiam ſciẽs / ſufficienter dicit horas. Licet corollariuꝫ ex dictis ſequaꝛ: amplius ipm̃ detego. omittat Sortes vnã lectionẽ primi pſalmi pro rationabili cauſa: alijs oĩbus om̃ia cõplẽtibus poſtea omittat Plato vnã lectionem: quã dicat Sortes ⁊ ſuppleat cũ alijs ⁊ ſic ꝑ ordinẽ iam pꝫ corollariũ. ⁊ ipm̃ declaro ꝑ ſimile: ſi multi trahãt molarẽ / vel multi naute ancorã vel nauẽ ad littus ĩpellant ꝓ pecunia: ⁊ ↄueniãt ꝙ cõtinuo trahent: ſuppoſito ꝙ tota multitudo ſecundũ partes ſit in actu / ⁊ bene trahens q̃q̃ Sortes interdum manũ a tractu ſuſpẽdit ꝓ occurrente cauſa: quis dicet Sortẽ non mereri ſtipendia: cum hic alter alterius onera portet. ſic hic. Secũdo patet bonũ eſſe in multitudine horas canere. hoc ſequiꝛ ex dictis. ⁊ addo ꝙ melius eſt in multitudine canere / q̃ horas dicere ſeorſũ. Nã p̃mo ſeſe mutuo accẽdũt ad ꝓnũcẽdas dei laudes vt ignis vl' faces ſeſe incẽdunt Tũ ſcđo alliciũt aſtãtes ad deũ orandũ ⁊ Tertio exem-

plo alios ꝓuocant ad bonum. ꝓpterea canonici quanto ſunt maiores in hominum eſtimatione: tãto plus debẽt intereſſe horis publicis: ob cauſas dictas. adde ꝙ tunc pudebit inferiores diuinis horis diurnis et nocturnis abeſſe. ¶ Concludendo dico ꝙ optima eſt inuentio dãdarum diſtributionum eis qui horis ĩterſunt. hoc enim non tollit meritum: et homines ad virtutẽ trahit: firmat ⁊ rapit: ⁊ potiſſimum tempore nocturno: vt homo nõ nimis dormiat: ſed a malis que in lectis contingere ſolent/ elongetur. tũc etiam ſub noctis ſilentio homo eſt magis memor ſui: ⁊ ſe erga deum melius recolligit

¶ Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Septima.

SEptimo quæritur circa hanc duodecimã diſtinctionem. An ex inaduertẽtia dicẽs horas vel diſtractꝰ ſatiſfaciat ꝑcepto de dicendis horis. Pro ſolutiõe queſtionis premitto ꝙ aliquis interdũ legit aduertẽs ad lectionem/ vel ad deum/ vel ad petita/ vel ad ꝟba et ſenſum verboꝝ que dicit. ⁊ hoc eſt habere attentionẽ actualem. nonnunꝗ̃ ad nihil illoꝝ aciẽ mẽtis dirigit: ſed ex habitu horas dicit/ caſtra (vt aiunt) imaginãs in Hiſpania: ita vt neſciat in quo Pſalmo ſit. Iſta in nobis experimur. ¶ Hoc premiſſo ad queſtionis titulum pono concluſiones reſponſiuas: quarũ Prima eſt. requiritur actus voluntatis preuius ad ſenſum dicendum in quarta cõcluſione ad hoc vt quis ſatiſfaciat precepto de dicẽdis horis. probatur. homo non ſatiſfacit vlli precepto niſi per opus humanũ: ſed ad quodlibet tale prerequirit᷑ actus voluntatis ⁊ intellectus: q꞉ ſine actu intellectus non poteſt eſſe actus voluntatis naturaliter. De ſecundo autẽ loquens alium intelligo: ꝑ voluntatẽ enim homo differt a bruto. ex imaginatione autẽ que eſt nobis ⁊ brutis cõmunis: non ſufficit dicere horas: quare intẽtio habitualis ad legendũ non ſufficit. ¶ Secunda cõcluſio. homo diſtractus ſatiſfacit. ꝓbat᷑ hec concluſio experimẽto. ⁊ experimentũ ratione ꝓbo. contingit virũ dicere pſalmũ totum (Te deũ laudamus) nec ad verba/ nec ad deũ cogitando. Probat᷑. intellectus eſt finite capacitatis actiue: pariter et voluntas: ſed ſtat intellectũ ita eſſe intentũ circa obiecta ĩpertinẽtia alia a pſalmo quẽ dicit et deo: vt tota ĩtellectus capacitas actiua ſit ſatiata et repleta: nec voluntas fertur in incognitum: ergo tunc nec voluntas nec intellectus poteſt habere actum circa hoc qđ dicit: immo ꝗ̃uis ita eſſet ꝙ voluntas ferretur in incognitum: magna tamen intentio vnius potentie circa vnum obiectum/ alias potentias a ſuis actibus ĩpedit. ¶ Tertia concluſio. non requirit᷑ ꝙ homo ſemꝑ aduertat/ vel ꝙ habeat attẽtionẽ actualẽ tempore quo dicit horas. probatur. hoc non eſt in facultate viri: impoſſibile enim eſt quin viſis tangamur. In effectu arguit᷑ ſic. nemo obligatur ad ĩpoſſibile: ſed eſt ĩpoſſibile viro ẜm legẽ cõmunẽ vie ſemꝑ aduertere ad illa que dicit. qđ patet: q꞉ occurrunt ei alique cauſe naturales ipſi nõ ĩputabiles: animũ ꝑ aliquod tẽpus ab animaduerſione ĩpedientes: vtpote notitie obiectoꝝ aliquoꝝ: vel a magno habitu in memoria: vel q꞉ obiecta ipſa inopinate intellectui offeruntur: ⁊ ſtat talem adhuc dicere horas ex concluſione ꝑcedenti. Sed fortaſſe dicis. cũ homo ĩuenit ſe diſtractũ tenetur inchoare ab illo ꝟſiculo in quo primũ ſe diſtractũ inuenit. Contra hoc arguit᷑. ſic non eſſet poſſibile ĩponere finẽ horis canonicis: cũ nõ poſſit ſemꝑ animaduertere ad dicẽdas horas etiã in magno tẽpore. Sed q꞉ aliqs diceret eſſe poſſibile ẜm legẽ cõmunẽ actualiter animaduertere: ⁊ ita ꝗcquid tẽpore diſtractionis dicit teneret᷑ iterare: quatenus animaduertat. Secundo arguit᷑ ad idẽ. noluit eccleſia nec dominus deus obligare miniſtrũ ad opus heroicũ et difficillimũ creberrime habendum: ſed hore canonice ſunt quotidiane: et foret difficillimũ eas dicere ſine diſtractione. Dixi creberrime: quia ſtat virũ debere pati mortem in caſu ex precepto dei. tale tñ opus eſt difficillimũ ⁊ heroicũ. Poteſt hec concluſio ꝓbari ꝑ dicta in de baptiſmo: de illo qui lucratus fuiſſet equum nihil cogitãdo niſi de deo: dicẽdo orationẽ dominicã. et hoc beato Bernardo attribuit᷑. ergo ſi deuotus ille vir ⁊ ſanctus: hãc mentis euagationẽ in ſe expertus eſt: quid erit de nobis indeuotis? ¶ Quarta cõcluſio. virtualis attentio ad orationẽ eſſe ſatiſfactoriã ſufficit: ꝗ̃uis homo poſtea diſtrahat᷑ inuitus: hoc eſt non volũtarie. probat᷑ hec concluſio. non ſufficit habitualis intentio legendi: q꞉ ſic ꝗs poſſet partẽ horarũ dicere ſine actu intellectus vel voluntatis ꝑuio: ſcꝫ ex imaginatione more Ciceronis fricãtis barbã. ⁊ patet ex prima cõcluſione. nec requirit᷑ attentio actualis ex ꝑcedenti: ⁊ aliqua attentio ſufficit: ⁊ non ſunt plures ꝙ̃ iſte. ergo ꝯcluſio vera. Virtualẽ autẽ attentionem voco quãdo homo actualiter a principio intendit dicere: et nõ habet poſtea oppoſitum. declaro exemplariter. Sortes ſolus cogitat de dicẽdis horis: ⁊ vult eas dicere: aggredit᷑ eas: illã volitionẽ non amplꝰ habẽs. qđ magis eſt quãdo duo ſunt dicturi horas: vnus dicit alteri: dicamus horas/ vel dicamus ſine addito (vt quãdo ſunt aſſueti pariter dicere) intelligens horas. interdum enim ſic vnus ingredit᷑ cõclaue meum aſſuetus mecũ legere: ⁊ primo verbo poſt ſalutationẽ: libro in manu aperto mox dicit. Aue maria gratia plena: reſpondeo illi: ⁊ conſequenter ad Domine labia: nullum actum voluntatis etiã habẽdo: habeo tamẽ actum intellectus: dico ꝙ hoc ſufficit opinione mea: q꞉ ꝑ ſuũ actum volũtatis ſupplet meũ: ſicut in enũciatione vnius lectionis ſi autẽ haberẽ actũ volũtatis: nulla eſſet difficultas. ſed non auderẽ virũ reprobare ſic dicentẽ cũ actu volũtatis alterius. nam velle in voluntate conſocij vtriꝗ꞉ noſtrum aſſuetorũ ſimul dicere ſufficit. Vltima pars concluſionis patet: quia cum eſt inuitus diſtractus tũc non peccat: ⁊ ſatiſfacit precepto de dicendis horis: quia facit illud ad qđ tenet᷑. ¶ Ex hac concluſione ſequit᷑ quinta concluſio: ſi quis ſciens ſe in principio cantici Te deũ laudamus: mundãdo tunicam cubiculum vel vitrũ: dicens reliquos pſalmos/ laudum: et reperiẽs ſe in vltima lectione pſalmi Laudate dominum de celis: cui tũc primum venit in mentem ſua lectio: neſcius an legerit pſalmos intermedios nec ne: eſt tamen ei multum probabile ꝙ ſic: dico ꝙ iam ſatiſfecit ꝑcepto de dicendis illis pſalmis: ⁊ per conſequens eos non tenetur repetere ſiue eos dixerit ſiue non: quia eſt ei ignorantia inuincibilis: optime enim nouit illos memoriter dicere: et iudicare poteſt ꝙ ſuus habitus poterat ſe impellere ad tot pſalmos dicendos ſe non animaduertẽte. hoc autem poteſt ſcire legẽdo cum ſocio cum quo dicit tot pſalmos etiam diſtractus: a ſocio non reprehenſus nec perceptus: ergo nõ tenetur pſalmos ex inaduertentia dictos vel nõ dictos iterare: immo imprudenter ageret illic conſcientiam faciẽdo ꝙ hos pſalmos nõ dixerit: et ſcrupulos inutiles in ſe generabit quos euellere facile non poterit. Quod patet. quia ſi in caſu hoc teneatur iterare pſalmos inaduertenter dictos: adhuc inter dicendum reperiet ſe diſtractum: ⁊ iterum per te cogetur iterare: et ſic ſine ſtatu: et ita homo ſemꝑ habebit conſcientiam murmurantem ꝙ non dixerit horas. Ex illo ſequitur ꝙ magnitudo temporis diſtractionis non arguit peccatum: ⁊ paruitas tẽporis nõ imminuit. Probatur: q꞉ ſtat virũ magno tẽpore diſtractum inuitum diſtrahi: puta quia nõ aduertit: ⁊ in breui tꝑe poteſt ipſe vel alius aduertere.



¶ Contra primam concluſionem arguitur. eccleſia nõ obligat niſi ad actum exteriorem. actus eñ occulti nõ ſunt de eiꝰ foro. ergo ſufficit dicere horas has ex iure eccleſie poſitiuo inſtitutas ſine actu voluntatis preuio. ¶ Reſpondet᷑ negando vtrãꝗ꞉ propoſitionẽ in argumẽto aſſumptã: quia ſicut teneor cõfiteri peccata mea oculta in paſcha ex precepto eccleſie: ſic in dicendis horis: item teneor colere diem dominicũ: ⁊ tamẽ ꝑ mortale occultum violo ſabbatum. Nõ valet ratio domini Gerſon dicentis ꝙ non poteſt eccleſia ꝑcipere vel prohibere actum cuius tranſgreſſorem nõ poteſt punire: ſed pro occulto actu nõ poteſt punire. quia dico ꝙ nõ eſt defectus ex parte iuriſditionis eccleſiaſtice/ ſed probationis: ⁊ hoc non impedit. probatio eñ eſt clariſſima de actu exteriori occulto quẽ nemo alius poteſt probare in foro eccleſiaſtico: ⁊ tamen cuilibet ſapienti notum eſt aliquem talem eſſe peccatum.

¶ Contra ſecundam cõcluſionem arguitur. ſi homo diſtractus ſatiſfaceret: hoc eſſet a ſolo habitu. ſed ſolus habitus non ſufficit ad producendũ actũ. quod probo. quia ſi homo diceret oẽs ſuas horas ex habitu ſemper diceret horas tam in ſomno ꝙ̃ in vigilia: potiſſimũ non ponat actum oppoſitũ in volũtate. qđ eſt falſiſſimum. patet: habitus eſt agens pure naturale ergo ſi ipſe ſolus preſens ſufficiat actum ꝓducere/ ſemper producetur actus/ contra experientiã. ¶ Reſpõdetur. argumentũ querit aliquid cui eſt difficile reſpõdere ſine replicatione in oppoſitum: videlicet per quid hõ diſtractus moueatur. Verbi gratia. inter ambulandum homo proponit ire ad ſacellũ quando ſuum cubiculum egreditur: ⁊ tamen deſcendendo ex inaduertentia vadit ad ſcholas in quibus ẽ aſſuetꝰ legere. Similiter homo ſurgit in nocte ⁊ ordinate procedẽs capit enſem: aperit oſtium/ ⁊ huiuſmodi actꝰ ordinate facit in ſomno. ſic enim recitat Ariſtoteles in de ſõno ⁊ vigilia: ⁊ illud crebro expertum eſt. Simile eſt in caſu noſtro. homo namꝗ꞉ diſtractus leuat calicẽ/ ⁊ eum reponit: profert verba ſacre: et iterato profert. a quo principio et cauſa effectiua huiuſcemodi actus prodeant/ non eſt facile dictu.

¶ Pauca dicam de his que in ſomno cõtingunt: ⁊ poſtea de his que in vigilia euenire ſolent. In primis cõtingit ꝙ vir nõ perfecte dormiat: ſed audiat vel videat debiliter ⁊ ad interrogata vtcũꝗ꞉ reſpondeat: ⁊ ſic adhuc actus eius non ſunt humani/ ⁊ ei imputabiles. ꝙ autẽ ita contingat/ quiſꝗ꞉ in ſe experit᷑: qui primo in ſomno ꝑfecto habet ſomniũ pulchrum vel fedum: poſtea vtcũꝗ꞉ expergefactus ⁊ nõ perfecte/ habet cõſenſum in malũ ex parte obiecti/ in quod malũ nunꝗ̃ conſentiret perfecte vigilans. hoc eñ homo in ſe experitur vt opinor: poſtea excitatur perfecte. in illo igit᷑ medio dubiũ eſt viro/ an expergefactus fuerit/ ⁊ an peccauerit. Et id iterũ declaro exẽplariter. cum excitator mane in collegio ſtudẽtem ſomnolentũ debiliter excitat: ſemidormiẽs reſpondet ſurgam: alio tamen abeunte non excitat᷑/ ſed dormit nec reminiſcitur ꝙ excitatꝰ fuerit. Vides itaꝗ꞉ ꝙ ſemidormiens audet et reſpõdet: ⁊ per conſequẽs non habet ſenſus exteriores clauſos. per tales eni꞉ ſenſationes poteſt imperfecte dormiẽs ſe dirigere ad operandũ potiſſimum ſi habeat habitum magnum ad hoc operandum ſed longe perfectius operatur ꝙ̃ ꝑfecte vigilãs. Preterea Ioannes Buridanus recitat in lib. de ſomno ⁊ vigilia: ſe vidiſſe ancillã que ſurrexit ⁊ iuit ad ignem: ⁊ incẽdit ſtramina ita vt fere fuerit combuſta. Itẽ dicit ſe audiuiſſe a quodam qui ſibi iuramento aſſeruit: ꝙ ſocius ſuus dormiens erat aſſuetus ire ad capiendũ baculum vel enſem ita determinate ac ſi vigilaſſet: ⁊ cu꞉ nocte caperet gladiũ/ alter aufugit: quem dormiens inſequutꝰ in gradibus cecidit. Ex his duobus ab Ioanne recitatis patet ꝙ multum imperfecte operant᷑: nam illa ancilla fere ſe combuſſit: ⁊ alter in gradibus cecidit ex celeri curſu poſt ſociũ/ a quo perfecte vigilãs cauiſſet. ¶ Secundo dico ꝙ poteſt eſſe tam vehemens habitus ⁊ memoria habitualis ita fortis etiam imꝑfecte dormiente ex apprehenſione nocturna in ſenſu vel intellectu/ vt hõ in ſomno clamet arguẽdo ⁊ reſpõdendo: ſed que ille cauſe non omnes ponũtur propter impedimenta aliaꝝ cauſarum vel habituũ impeditorũ: homo nõ ſemper exit in ſuum actum: ſed interdũ ſic: interdũ vero nõ. ⁊ licet ſint cauſe mere naturales: tñ nõ omnes ille ponunt᷑: vel ſi ponant᷑ nõ ponunt᷑ eodem ordine quo ſufficiũt ad poſitionẽ talis effectus. ¶ Proſequẽdo hãc materiam adhuc loqui oportet de alijs duobus exemplis. Primo de illo qui ꝓponit adire ſacellũ ĩ egreſſu cubiculi/ ſed inaduertenter adit ſcholas. hoc eñ poteſt eſſe ex habitu magno ⁊ apprehẽſione actuali ſchole que tunc ſic fortuito ei venit in mentem: vel cathedre in qua legere ſolet. que due cauſe ſufficiunt membra corporis mouere vt tranſeat ad ſcholam ſi non ponatur impedimentu꞉ in voluntate ſicut de appetitiue ſenſitiuo dici poteſt. Et ſic imaginor ꝙ habituatus iurare iurat ſine peccato: quia in tali eſt motus primo primus: ⁊ naturaliter productus: ſolus eñ habitus non ſufficit qualitercũꝗ꞉ poſitus: quia ſic ſemper habituatus iuraret: quod eſt falſum. Ille eñ cauſe ſunt naturales: ⁊ ſemper ipſis poſitis in tali diſpoſitiõe/ ſequitur talis actꝰ. ¶ De mouẽte aũt ſe ad aliquẽ locũ: ⁊ nõ cogitãdo de loco per quem tranſit: nec habẽdo volitionem incedendi: quomodo ille inceſſus cauſetur: poteſt dici ꝙ voluntas imprimit quanda꞉ qualitatẽ in mẽbris motiuis per qua꞉ homo mouetur per aliquã diſtãtiam: ſed non quantumlibet magnã: niſi renouetur actꝰ ſicut ĩpetus ĩpreſſus in mobile/ ip꞉ mouet ſcḋm exigẽtiã ĩpetus/ ſurſũ/ deorſũ/ vel gyratie/ et tãdẽ remittit᷑ impetꝰ ⁊ euaneſcit/ ⁊ mobil eſiſtit. Cũ eñ volũtas mouẽdo corpus ſeparat᷑ ſe: ĩprimere poſſit impetũ in ipm: ⁊ angelus vel aĩa ſeparata corpus mouens/ motum localẽ in mobile cauſet per qua꞉ mouetur quare non poterit voluntas in mẽbra motiua ꝓducere qualitatem motiuã mẽbrorum per aliquod tempꝰ ⁊ ſpatium? Sic dici poteſt ꝙ volũtas volens aliquos pſalmos dicere ĩprimit quãdam qualitatem in linguã ⁊ labia ⁊ alias partes requiſitas ad loquendum: per quam partes ille loquelam cõtinuant: et potiſſimum adiute ab habitu: quia ſine habitu homo nequit hoc facere. Sed aliquid ẽ diſcriminis in impetu: vnus enim impetus ex natura rei mouet ſurſum/ et ad vnam differentiam poſitionis ſolum: aliꝰ autem alterius ſpeciei ab eo/ pellit deorſum ſolum: et aliꝰ gyratiue vt in ludo trochi puerilis ad vnã differentia꞉ poſitiõis. hic aũt ĩpetꝰ: coadiuuat ꝓportionabilr̃ ad habitũ vl̃ hitus ꝯtrarios. Doctñ nõ debet vix mouere vt hũc modũ reliquat: q꞉ ſic putat᷑ de aliq̃ agẽte nũc mouẽte ad vnũ cũ vno inſtrumẽto: nũc ſine illo vel cũ alio ad oppoſitũ. Vlterꝰ ſcḋo dicere potes: ꝙ ſoli habitꝰ ad ꝯtraria geniti ex actibꝰ ad ꝯtraria qñ ponit᷑ ꝑncipiũ introductiuũ ſufficiũt actus ꝓducere ſine vlteriore cã. ſicut. n. corpꝰ ſphericũ in plano ſemel motũ ſe cõtinuat ꝑ tꝑs: ſic cũ hõ poſuit ſe ad recitãdã vnã lectionẽ poſtea

aſſuet⁹ ſtatim poſt hoc dicere in ſecreto Pater noſter: et iterum poſt Pater noſter non dicere in aperto aliam orationem. iſti enim habitus ſunt omnes in potentijs: et ſi ponatur principium et ingreſſus ad hec: habitus ſufficit actus conſequenter per tempus continuare: qui hoc non feciſſent ſi non fuiſſet poſitum principium: ſicut requiritur ſeta in calcifice ad introducendum filum in foramen acus: qđ alioquin ingreſſus non fuiſſet. Et ex illo ſaluatur ꝙ licet habitus naturaliter moueatur: requiritur tamen aliquid coadiuuãs diſpoſitiuum: vel cõcurrens. et ſic habituatus iurare iurabit cum aliqua diſpoſitione preuia: vtpote ſi queratur / an velit tenere promiſſum: vel an velit tibi aliquid dare. aperto enim ei illo ingreſſu / mox ex habitu fertur in iurramentum: qui ſine illa diſpoſitione preuia non fuiſſet in huiuſmodi iuſiurandum latus. Non placet dicere ꝙ erit actus in voluntate tales operationes continuo imperãs: ſed non erit perceptus: perceptio enim actus eſt actus reflexus: et crebro erit actus talis in voluntate ſine perceptione. Sed non credo ꝙ in talibus operationibus ponitur actus remiſſus actualiter et imperceptus. De actu autem in appetitu ſenſitiuo eſt difficultas: quã ingredi nũc noloian ſenſualitas poſſit hominem ratione vtentẽ mouere. Ex his reſpondere potes ad formã argumenti ſm imaginationes datas. Ulterius patet certum eſſe ꝙ homo aliquã operationem faciat diſtractus: licet cauſa talis operationis crebro ſit occulta.

Contra tertiam concluſionem argumentari potes per argumentum precedens. homo tenetur dicere horas: ⁊ nõ poteſt dicere ſine actuali actu voluntatis. qđ patet: quia habitus ſolus non ſufficit: cum ſit agens naturale: ſi enim ſolus habitus ſufficeret ꝓducere actum exteriorem dicendi / ſemp illum actum ꝓduceret. Ad hoc argumentum iãiã reſpõdimus: ſed ipſum fecimus ad oſtendendum ꝙ poteſt varijs concluſionibus applicari.

Contra quartam concluſionem arguitur. Oratio in diſtracto inuito licet virtualis intentio preceſſerit / non eſt meritoria: ergo nõ eſt ſolutiua debiti. antecedens patet: quia nemo meretur ſine actu voluntatis elicito: nunqꝫ enim actus imperatus non elicitus ſimilis elicito eſt meritorius: immo additio eius nõ reddit habẽtem actum elicitum in maiore merito: igitur. Reſpondetur concedendo antecedens et negãdo cõſequentiã: qꝛ ad hoc vt oratio ſit ſolutiua debiti: ſufficit ꝙ ab intentione actuali ꝓceſſerit: ⁊ ꝙ homo non diſtrahatur ex induſtria: licet preter intẽtionem ſuam: et cum percipit ſe diſtractum redeat ad cõſiderationem actualem de deo: vel de illo qđ dicit: vel qđ petit: et tunc ſoluit debitum ad qđ obligatur de dicẽdis horis. nec tenetur repetere ſic inconſiderate dictum vt ſuperius dictũ eſt. ſecus eſt ſi ex induſtria ſe diſtrahat vel apprehendat ſe diſtractum / et nõ redeat ad conſiderationem: qꝛ dictum in tali diſtractione tenetur repetere: iſte enim contradicit precepto eccleſiaſtico de dicendis horis. Ex illo patet ꝙ vbi homo vult ſatiſfacere precepto de dicendis horis: debet cum inuenit ſe diſtractum conſiderare de pertinente ad ſuã orationem: puta de deo: de hoc qđ petit: de verbis que profert vt illiteratus: vel re ſignificata per verba vel huiuſmodi. Secundo patet: ꝙ aliquis mundando tunicã bene dicit horas: quoniã tale officiũ non eſt incompoſſibile attentioni actuali dicendarũ horarum. quemadmodum nouitius habens a ſupiore preceptum de mũdãdo cenobio / ſimul mundat / et intuetur ingredientem. et patet de faciente iter / vel equitante. Tertio dico ꝙ profunda ſpeculatio mentis circa impertinens orationi facile diſtrahit hominem a dicendis horis: qꝛ non patitur attẽtionem circa rem ad quã tenetur. et ſemp eſt ſermo de horis p̄ceptiue dicendis et non ex conſilio ꝓferendis. Iam habuimus quo nam pacto diſtractus poteſt dicere horas: ⁊ ꝙ diſtractio inuito incidens ad quam homo non aduertit ꝓ tẽpore magno vel paruo / non obligat ipſum ad ſic ꝓbabiliter dictum tempore diſtractionis: ſiue ex libro legendo ſiue memoriter dicendo / ad repetitionem. et per conſequens vnus modus horas dicendi eſt ſolutiuus debiti in quo homo non meretur: ⁊ non peccat nouo peccato omittẽdo: licet ꝓ magna parte temporis ſit diſtractus: et in diſtractione non mereatur. Diſtractio tñ voluntaria non eſt ſolutiua debiti quo ad illud qđ illo tempore dicitur: ſed tale etiã ꝓbabiliter dictum eſt repetendum. poteſt enim homo aduertere inter legẽdum ad hoc qđ petit: quãdo eſt oratio impetratoria: ad verba que dicit ⁊ ad eorum ſenſum: ⁊ ſic debet doctus quiſqꝫ facere. dirigendo enim ⁊ ruminãdo ſenſus ſcripture ſancte poteſt homo aciẽ mẽtis in deum dirigere: et in his omnib⁹ eſt animaduerſio. Quãdo autem quis inter legendum cogitat profunde quomodo ſup lineã datã contingit triãgulum equilaterũ collocare: vel quomodo cauſatur iris: vel haloris eſt diſtractus: qꝛ circa impertinentia vel pertinentia repugnãtia (de verbis enim nõ refert) eſt occupatus: relictis conſiderationibus quas deuotus habere debet inter legẽdum: debet inquã ad ſenſum prefatum de diſtractione voluntaria. Hic potes argumentari de illo qui vltro diſtractus dixit magnã partem horarum: ⁊ poſtea illas repetit animaduertendo: ꝙ is non omittit: cũ horas ſufficienter dicat. Sed bonus actus negligentiam ſequẽs non facit quin negligentia fuerit: licet poſſit abolere inſſe negligentie.

Diſtinctionis Duodecime. Queſtio Octaua.

OCtauo pro maiori huius materie complemento queritur. An audiens miſſam et interea dicens horas ſatiſfaciat vtriqꝫ precepto. nõ enim loquor quando vnum vel vtrũqꝫ eſt de conſilio. Hic reſpõdet quidam ſummiſta Angelus in ver. Feria. ꝙ non ſatiſfacit. hoc probat per. c. Ex literis. de proba. in verſu Uices. In huius concluſionis reprobationem ponitur cõcluſio cõtraria: hec ſcilicet. Clericus obligat⁹ dicere horas canonicas in die dominico: ⁊ etiam obligatus audire miſſam ſicut reuera tenetur: vt patet p. c. Miſſas. de conſecra. diſti. i. ſimul vtriqꝫ p̄cepto ſatiſfacit. Probatur. audiat Sortes clericus miſſam in die dominico: et dicat horas interea: in fine ſic argumentor vel Sortes ſatiſfecit vtriqꝫ p̄cepto: vel alteri tñ: vel neutri. Si primum / habeo ꝓpoſitum. Si ſecũdum / rationem aſſertionis tue adducas. Si tertium: ergo ſi adhuc ſecundo et tertio audiat miſſam ⁊ legat ſemp horas interea: neutri p̄cepto ſatiſfacit: qđ non videtur concedendũ. Secundo arguitur ad idem. ſi homo non ſatiſfacit vtriqꝫ p̄cepto: hoc erit qꝛ tenetur habere diſtinctã notitiã verboꝝ in miſſa recitatorum: ⁊ hoc eſt incõpoſſibile horis dicendis: ſed hoc non: qđ ꝓbo dupliciter. Nam primo illud eſt falſum. Secundo qꝫuis eſſet verum: nõ inualidatur concluſio. Primũ probo. ex hoc ſequitur ꝙ ſurdus non poſſet ſatiſfacere precepto de audienda miſſa. Sed hic dices: ꝙ neceſſitas non habet legem.



Sequitur etiam ꝙ nec exiſtens in remotis locis templi poſſet ſatiſfacere illi precepto. Ulterius ſequitur: ꝙ ſi preſbyter ita ſubmiſſe loquere vt vix aliquis poſſet ipſum audire: nemo ſatiſfaceret precepto de audienda miſſa preciſe aſſiſtendo illius miſſe: qđ non eſt dicendum. Inſup clariſſime hoc patet de orationibus quas quis in ſecreto dicit. Patet etiã ſcđm: qꝛ homo poteſt et audire miſſam et aduertere ad horarum lectionem. duo enim vel tres actus poſſunt ſimul eſſe in intellectu: quemadmodum Ceſar tribus varia ſimul dictauit. Tertio arguitur. Ius humanum conſuetudo prudentum hominum interpretatur: ſed ius humanum eſt hoc die audire miſſam: ⁊ dicere horas interea eſt cõſuetudo ferme omniũ: ergo illud ius eſt ita limitãdum. Quarto arguitur. minus obligamur ceſſare ab opere ſpirituali: quemadmodum eſt ꝓnunciare horas tempore quo tenemur audire miſſam: ſed multa ſunt opera corporalia etiam de p̄cepto: diem dominicum celebrandum: ergo nec lectio horarum impedit auditionem miſſe precepte.

Contra hãc cõcluſionem argumentor. ex ea ſequitur ſi preſbyter iniungat mihi in penitentiam audire tres miſſas / ꝙ poſſum ſimul ſatiſfacere illis tribus p̄ceptis: tres miſſas in tribus varijs altarib⁹ audiendo: qđ non videtur dicendum. Secundo arguitur: non licet p eũdem actum duobus ſatiſfacere p̄ceptis: ergo homo nõ ſatiſfacit ſimul vtriqꝫ p̄cepto. Rñdetur. oportet videre intentionẽ iniungentis mihi tres miſſas. Si enim iniungat eas incompoſſibiliter: tunc non eſt apparentia ſequele: vtpote ſi iniungeret tres miſſas in varijs diebus audiendas: vel in varijs locis. ſi vero intendat qualitercũqꝫ audiendas eas iniungere: concedo illatum: qꝛ p̄cepta illa ſunt compoſſibilia: ⁊ ſi dubitem de intentione ſacerdotis querã eius mentem. In alijs autẽ vt in ꝓpoſito: mens legis colligitur a cõſuetudine hominũ. Ad ſecundum dico: ꝙ argumentum peccat tã in forma qꝫ in materia: antecedens enim eſt falſum. nã frater minor ſatiſfacit ſue regule de ieiunio ſexte ferie: et precepto eccleſie de ieiunio quadrageſime: et quatuor temporum: in die veneris prime hebdomade itegre quadrageſime. Secundo dico: ꝙ cõſequentia nihil valet. homo enim duobus actibus ſatiſfacit iſtis p̄ceptis: legẽdo horas vel memoriter dicendo: intuendo leuationem corporis Chriſti: ſurgendo ad euangelium et huiuſmodi faciendo. Tertio arguitur. ex concluſione ſequitur ꝙ laicus ad tãtum obligatur in die dominico quãtum clericus beneficiatus. conſequens eſt inconueniens: et ꝙ ſequatur patet ſic. Laycus tenetur dicere p̄ces audiendo miſſam in die dominico et audire miſſam: que ſimul facit. eodem autẽ modo beneficiatus ſe abſoluit. igitur. Reſpondetur. Laycus tenetur aliquas p̄ces dicere tempore quo miſſam audit: ſed quas determinate dicere teneatur: non cadit ſub arte tradita: beneficiatus autem non tenetur dicere horas tempore quo miſſam audit: poteſt tamen ſatiſfacere precepto de dicendis horis tempore quo miſſam audit. et ita plurimũ fit. Quarto arguitur. ſi Sortes cleric⁹ ſatiſfacit ſimul vtriqꝫ precepto: ſequitur ꝙ Plato ſocius eius dicens horas in cõclaui: ⁊ nihil dicens tempore miſſe: nec miſſam audiens ꝓpter diſtãtiam: eodem modo ſatiſfacit: cum tãtum faciat quãtum Sortes. Reſpondetur. non ſequitur: qꝛ ex conſuetudine Sortes applicat ſe circa materiã miſſe: ⁊ dicit orationes tempore miſſe nõ autem Plato: ſed ſedet tãqꝫ vna ſtatua nullã deuotionem habẽdo tempore miſſe: nec ſufficit in conclaui habuiſſe ſimilem deuotionẽ: nullã tempore rei diuine habendo. Quinto arguitur. ſequitur ex concluſione ꝙ ſacerdos poteſt iniungere penitẽti opus p̄cepti in penitẽtiã: cũ p eũdẽ actum poſſit duob⁹ vel plurib⁹ p̄ceptis ſatiſfacere. Rñdetur. illud nullo modo ex concluſione ſequitur. qꝛ per varios actus homo his duobus preceptis ſatiſfacit. Secundo dico ad argumentum in ſe / negãdo ꝙ poſſit: ratio eſt. qꝛ opus ſatiſfactorium debet eſſe illud ad qđ homo aliũde non obligatur: qꝛ ſi opus precepti poſſet confeſſor iniungere penitẽti ꝓ vno peccato: ꝓ omnibus peccatis poſſet opera precepti iniungere: qđ non iudico concedendum. Sed hoc inferius in materia penitentie latius tangam: quare ſuperſedeo.

DUbitatur circa hanc materiã quot ſunt hore canonice. Et an homo ſepties laudare deum teneatur de iure diuino. Secundo dubitatur. an clericus beneficiatus teneatur quolibet die dicere horas noſtre domine. Tertio ad quot horas homo teneatur anteqꝫ celebret miſſam. Ad primum dicitur: ꝙ ſunt ſeptẽ hore canonice que repſentant ſeptẽ memoralia paſſionis Chriſti: vt patet in carminibus.

In matutino damnatur tempore Chriſtus.
Quando ſurrexit primam canit ordo fidelis.
Tertia dum canitur tunc eſt cruciamina paſſus.
Sexta ſunt tenebre per mundi climata facte.
Emiſſus nona diuinus ſpiritus hora.
Ueſpere clauduntur Chriſti ſacra membra ſepulchro.
Chriſto bis ſena cuſtodia ponitur hora.

Et licet Pſalmographus ſepties in die deũ laudauerit: vel in media nocte laudem dixerit deo: totiens tamen vel tali tempore laudare deum non eſt de iure diuino. ſi quis tamẽ hoc voueret: de iure nature ⁊ diuino teneretur ſeruare ſuum votum. Ad ſecundam dubitationem dicitur ꝙ nõ. qđ patet p vſum Romanum in rubricis: ⁊ ex conſuetudine ꝓboꝝ viroꝝ non legentium horas noſtre domine quolibet die. Similiter reſpondetur de dicẽdis ſeptem pſalmis: et de matutinis ac veſperis mortuorum. vbi enim non eſt conſuetudo proborum virorum iſta dicere: homo non obligatur ad ea: quia nec iure ſcripto nec conſuetudinario. Ad tertium dubiũ dicitur ꝙ poſt dictã primã ſolent ſacerdotes miſſam celebrare. Ecce horas canonicas: que ideo ſic dicuntur: quia a canonico iure ⁊ poſitiuo et congruenter inſtitute ſunt: ad quas dicendas tria hominum genera obligantur / beneficiati / exiſtentes in ſacris: ⁊ ꝓfeſſi in religione. De primo genere patet in ca. ſi. xcij. diſtin. De ſecundo. in ca. Dolentes. de celebra. miſ. ⁊ in ca. primo. De tertio. in ca. Licet. de voto. ſiue ſint excõmunicati / degradati: vel quouis alio crimine irretiti. Et licet exiſtens in mortali non mereatur vitam eternam horas dicendo: tamen p̄ſeruat ſe nouo peccato mortali peccet: et hoc ſi habeat attentionem debitam actualiter vel virtualiter. Et licet ſint caſus in quibus homo horas poſſit pretermittere: ſi tamen cõmode eas dicere poſſit: nõ aſſueſcat ad hoc: ne in inconueniens de non dicendis horis extra excuſationem legitimam incidat. cum hoc tamen non faciat conſcientiam de horis non dictis: quando conſilio ſapientũ dicitur eſſe rationabilis excuſatio. Conuertat etiam ſe homo quantum poterit in horis dicendis / ad memorialia paſſionis Chriſti: quia ob hoc inſtitute ſunt: vt dicẽs matutinas / in mente recolat quomodo Chriſtus pro noſtris ſceleribus damnatus eſt. ⁊ ita in alijs ſm carmina aſſignata. Quando autem iudicat ſe probabiliter aliquas horas dixiſſe: pergat conſequenter non faciendo

conſcientiam: vt quando eſt in medio tertie ſi percipiat certitudinaliter ſe non dixiſſe primam: compleat ſuam tertiam cum ſexta et nona ſi voluerit: et in fine redeat ad primā ſupplendo omiſſum: et ita de vno vel de duobus pſalmis ſi voluerit.

¶ Diſtinctionis Decimetertie. Queſtio Prima.

MAgiſter in hac diſtinctione. xiij. querit: an excommunicati/ heretici/ et degradati ↄſecrare poſſint. et tenet ꝙ non: et male: vt iam patuit diſtinctione precedenti. propterea Magiſtro relicto ꝓſequēdo materiaꝫ Euchariſtie: queram quatuor. Primo de conſecratione in azimo ⁊ fermētato: ⁊ de modo diuerſo inter latinos et grecos. Secundo id: idē inquiram ſm̄ aliam poſitionem. Tertio an laycus debeat communicare ſub vtraqꝫ ſpecie. Quarto de modo celebrandi.

¶ Pro primi expeditione quero: an conſecrando conſecrationem Chriſti debeamus in fermētato an in azimo pane conſecrare. Queſtio iſta ſupponit dubium eſſe: in quo pane Chriſtus conſecrauerit. et ſecundo querit an debeamus eum imitari in tali pane conſecrando. Circa materiā autem ꝓpoſitā non conueniunt omnes fideles. Propterea que de ea vidimus: paucis recenſebimus. Recitat venerabilis Beda. iij. libro hiſtorie eccleſie gentis Anglorum de modo quo noſtri Scoti Britanni vſi ſunt: qui erant ad Anglos in fide inſtruendos miſſi: ꝙ a. xiiij. luna ad vigeſimā incluſiue ſeruabāt Paſcha: ⁊ vigeſimus primus dies qui apud Hebreos eſt celeberrimus/ ab eis non ſeruabatur. Et decimo capite libri prefati: cum venerabilis Beda preconia et laudes patris Aidan cumulate recitaſſet: paucis concludens ſic ait. Que (vt breuiter multa comprehendam) quantum ab eis qui eum nouerunt didicimus: nihil in omnibus que in euāgelicis/ ſiue apoſtolicis/ ſiue ꝓpheticis literis facienda cognouerat/ pretermittere: ſed cuncta ꝓ ſuis viribus operibuſqꝫ parabat. Hec in prefato antiſtite multum complector et amo: quia nimirum hoc deo placuiſſe non ambigo. ꝙ autem Paſcha non ſuo tempore obſeruabat/ vel canonicum eius tempus ignorās/ vel ſue gentis auctoritate ne agnitum ſequeretur/ fuit. Ex his patet ꝙ huic ſancto patri fuit ꝓtunc ignorantia inuincibilis: quia eccleſiaſtice traditiōes et poſitiue adhuc apud eos non erāt ſufficienter publicate. Hec dixerim ne q̄s putet huius ſancti patris vel ſequacium eius vitam per hāc poſitiuā obſeruātiā denigratam. ¶ Preterea ſcito ꝙ varius eſt modus opinādi inter theologos: in quo pane Chriſtus confecerit. Greci enim dicunt Chriſtum in pane fermentato confeciſſe. et propterea hodierno die adhuc in pane fermētato ↄſecrāt. et recitat gloſ. margi. Joā. xiij. c. ſic. Greci vero diem qua immolatur agnus dicunt ſolūmodo vocari Paſcha: ⁊ illa dicunt Chriſtū fuiſſe crucifixum ad meridiem. et dicunt Chriſtum anticipaſſe vnum diem ante/ comedēdo agnū Paſchalē. Hoc aliquot auctorib⁹ confirmare ſtudent dicētes tres primos euāgeliſtas in hoc/ errare: et Joānem eos in hoc caſtigaſſe. Latini vero Chriſtum aſſerunt in pane azimo conſecraſſe.

¶ His paucis prelibatis ponūtur due concluſiones. ¶ Prior eſt. Chriſtus in vltima cena conſecrauit in pane azimo. ¶ Altera concluſio. quilibet fidelis Chriſtum imitari in hoc volens debet in pane azimo conſecrare. Prior ↄcluſio ꝓbatur. Nam Mathei. xxvj. ſcribitur. Ubi vis parem⁹ tibi comedere paſcha? Et paulopoſt. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Jeſus: et parauerūt paſcha. ſed tali die fuit ꝓhibitum habere panem fermetatum in domibus Judeoꝝ. vnde Exodi. xij. ſcribitur. Septem dieb⁹ azima comedetis. In die primo non erit fermentum in domibus veſtris. quicūqꝫ comederit fermētum: peribit aīa illa de Iſrael: a primo die vſqꝫ ad diem ſeptimum. ad inſinuandum ꝙ cum egreſſi ſunt de egypto: non poterant moram trahere vt panis fermentaretur. Sed Chriſtus confecit in pane qualem in domo Hebreorum inuenit: et azimum reperit: vt ex dictis liquet. igitur. Confirmatur hoc. Luce xxij. ſcribit̃. Uenit dies azimoꝝ in quo neceſſe erat occidi paſcha. Et paulopoſt ſequitur. Parauerunt paſcha. Inſania autem eſt grecorum dicere tres primos euāgeliſtas erraſſe: et Joānem eos caſtigaſſe. conuenerūt enim omnes in vnū: quia in vno ſpiritu loquuti ſunt. Inſuper ſm̄ legē agnus typicus debebat comedi. xiiij. luna menſis primi ad veſperam. ſed Chriſtus ſeruauit legalia ad mortem vſqꝫ: nec iuit Hieroſolymā ad comedēdū agnū niſi vt preceptum legis impleret: nō ſolum quo ad eſum agni: ſed etiam quo ad tempus edendi. Hoc enim noſtri latini omnes tenuerunt et tenent. ¶ Secunda ↄcluſio patet ex priori: ſi modum Chriſti imitari voluerit aliqs. Sed cum panis fermentatus ſit eiuſdem ſpeciei cū azimo realiter: greci in illo conſecrāt ſicut nos in azimo. nec in hoc peccarent: ſed ſi eccleſia eos in hoc ſineret: quia licet ſit preceptum diuinū conſecrare in pane triticeo: humanum tamen eſt conſecrare in pane triticeo tali/ puta azimo vel tali. In ſignum cuius eccleſia primum in pane azimo ↄſecrauit. poſtea exorta hereſi Ebionitarum aſſerentium neceſſarium eſſe ſeruare legalia et iudaizare: ⁊ per conſequens paſcha in azimo conficere: ſicut Judei quondam ex lege tenebantur: hunc errorem eccleſia eradicare volens/ iuſſerat omnes in pane fermentato ↄficere. Sed paucis diebus durauit error ille inter Chriſtianos ꝙ neceſſarium erat ſeruare legalia: quo extincto redierunt Latini ad antiquum ritum conficiendi in azimo. Greci autem redire nolebant: dicentes ſe redire non poſſe ad hoc: quia erat lex dei noui teſtamenti conſecrare in fermētato. Sed licet hoc probauerint: nō ꝓpterea habēt ex inſtitutione Chriſti. Pro eis tamen arguitur.

¶ Contra priorem concluſionem adducentur motiua Grecoꝝ: ꝓbādo ꝙ Chriſtus. xiij. luna menſis primi agnum paſcalem comedit: quia ſi hoc probetur: perinde eſt ac ſi oſtenderetur immediate ꝙ Chriſtus in pane fermentato conſecrauerit: quia in illa luna Judei vtebātur panib⁹ fermentatis: ſed vt dicit̃ in probatione concluſionis. Chriſtus conſecrauit in tali pane qualem in domibus Judeorum repperit in xiij. autem luna ſolum fermentatum repperit domibus Judeoruꝫ. Reſtat ſolum probare. xiij. luna ipſum comediſſe agnū paſchalem. quod ſic probatur. Judei. xiiij. luna menſis primi debebāt comedere agnum paſcalem: vt patet Exodi. xij. ⁊ Leuitici. xxiij. vbi ſic ſcribitur. Menſe primo quartadecima die menſis ad veſperum phaſe domini eſt: ⁊ quintadecima die mēſis huius: ſolēnitas azimorum domini eſt. Septem dieb⁹ azima comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus: ſanctuſqꝫ. Idem habetur Numeroꝝ. xxviij. Judei ergo. xiiij. luna menſis primi ad veſperam comedere habebant agnū paſchalē: ſed illo die Chriſtus paſſus eſt mortē. quod probatur: quia Joannis. xviij. ſcribitur. Et ipſi non introierūt in pretorium vt non contaminarētur: ſed vt mādu carēt paſcha. ergo illo die debebāt agnū paſchalē ↄedere quo Chriſtus eſt crucifixus. ſed ipſi debebāt ex lege agnū paſchalem. xiiij. luna ad veſperā comedere: ergo q̄rtadecima luna Chriſtus paſſus eſt. ſed āte comedit agnū paſchalē: ergo. xiij. luna mēſis p̄mi vel die p̄cedēte comedit agnū paſchalē. qđ reſtabat ꝓbādum. ¶ Rñdet̃. hec obiectio ſoluit̃ ꝑ equiuocationē termini paſcha. gloſ. margi. Mathei. xxvj. ſic dicit. Paſcha ꝓprie ſolus dies dicit̃ quo agn⁹ ad veſperā occidebat̃. id eſt. xiiij. luna p̄mi mēſis. Sed indifferēter in ſcriptura paſcha ꝓ diebus azimoꝝ accipit̃: et dies azimoꝝ ꝓ paſcha: vt pꝫ Luce. xxij. Appropinquabat dies feſtus azimoꝝ q̄ dicit̃ paſcha. Joannes aūt loq̄bat̃ de panib⁹ azimis. ipſi enim nō introierūt in p̄toriū hominis gētilis ne ↄtaminarent̃: hoc eſt ne peccarēt: ſed vt mādu carent paſcha: hoc eſt panes azimos ſolitos tūc comedi ſm̄ legē. Uel vt aliq̄ dicūt nō īprobabiliter: ſupiores erāt intēti circa mortē Chriſti: ⁊ adhuc nō comederēt agnū paſchalē: ſed tēpus debitū ſm̄ legē relinq̄bāt: exiſtimātes ſe excuſatos p̄termittere vnā noctē occaſione habita ꝓ occidēdo Chriſto: intēdentes in xv. luna comedere agnū paſchalē. ⁊ ſm̄ hoc argumentū ſine equiuocatione ſoluit̃. ¶ Sed cōtra illud arguitur. dies. xv. erat celebris: vt pꝫ ex dictis: et Judei timebāt ſchiſma populi: cuius magna pars exiſtimabat Chriſtū Meſſiā in lege ꝓmiſſum. ꝓpterea eñ pontifex/ ſcribe/ ⁊ phariſei: ꝓut ſcribit̃ Mathei. xxvj. dicebāt. Non (ſupple occidat̃) in die feſto: ne forte tumult⁹ fieret in populo. ergo nō occiderūt eum in feſto: ſed feſtum p̄uenerūt. ¶ Rñdet̃. hoc p̄mo ſtatuerāt: vt nō rapet̃ ab eis pp̄lo eū defendente: ſed oblata occaſione a Juda traditore ipſm vendēre mutarunt cōſilium: quādo viderūt ſe poſſe eum comprehendere furtim et occulte in nocte: qđ ⁊ fecerūt: vt dicit Chryſoſtomus in Homilijs. et Leo papa in ſermone paſchali.

¶ Secundo arguitur ſic. xv. luna erat celebre feſtū in lege vt dictū eſt: ⁊ tūc nō licuit opari: cuius oppoſitum fecerunt Judei Chriſtum condēnātes. ¶ Sed dicis ⁊ bñ. Judei rabidi nō curarūt diē feſtum infringere: cū innocentē iniq̄ ſtuduerint ad mortē dānare: habentes ſophiſticas ꝓ ſe defenſiones: vt liceret ſibi ꝑuerſorē ⁊ deſtructorem legis etiā in feſto de medio tollere. Contra. ſancte mulieres tunc opabātur. Nā Luce xxiij. ſcribit̃. ꝙ ſctē mulieres viſo monumēto in quo poſitū fuit corpus domini: reuertētes parauerūt aromata ⁊ vnguēta. modo nō licuit opari in die feſto. Reſpōdetur. Licuit illo die opa ſpūalia facere: q̄ fecerūt bone mulieres nō obſtāte feſto. Sabbatū tamē hebdomadale erat maius feſtum ⁊ celebrius: q̄ꝫ. xv. luna: et. xxj. luna: qui erāt dies celeberrimi īter illos. ꝓpterea ab ope in ſabbato quieuerūt mulieres: in ſabbato eñ non licebat p̄parare cibū: nec ire vltra mille paſſus. ſecus in alijs diebus feſtis. ⁊ prima feria iterato preparationi vnguēti ſe accommodantes indicabant licet erronee non ſatis vnguēti fuiſſe preparatum.

¶ Tertio arguitur. Ioannis. xix. ſcribitur. Judei ergo q̄ñ paraſceue erat: vt nō remanerent in cruce corpora ſabbato: erat eñ magnus dies ille ſabbati. ⁊c̄. Ex hac auctoritate ſequit̃ ꝙ Chriſtus paſſus eſt xiiij. luna: q: tūc erat paraſceue. i. ꝑparatio ꝓ comedendo agno paſchali. ¶ Et ↄfirmat̃ hec rō ꝑ illud qđ ſcribitur Joānis. xiij. Ante die feſtum paſche ſciēs Jeſus q: venit hora eius ⁊c̄. Ergo cena vltima facta eſt ante feſtū paſche. ſed paſcha eſt. xiiij. luna. igit̃. ¶ Ad primuꝫ reſpōdet̃: ꝙ paraſceue illic eſt dies veneris: vt dicit glo. margi. Augu. ſic dicētis. Paraſceue p̄paratio īterpretat̃. ſexta feria preparabātur neceſſaria ꝓ ſabbato: qua die p̄cepit Moyſes duplū colligere māna ꝓpter ſabbatū. Idē habet glo. margi. Bede. Marci. xv. ſuper illud. Et cum iam ſero eſſet factū: q: erat paraſceue qđ eſt ante ſabbatum ⁊c̄. ¶ Secunda etiam auctoritas non mouet: quia nihil aliud illic dicitur q̄ꝫ ꝙ Jeſus ſciebat ante paſcha tempus ſuum aduenīſſe. et hoc eſt verū: quia erat iam in foribus.

¶ Quarto arguitur. Ioānis. xix. in auctoritate iā allegata ſcribit̃. Erat eñ magnus ⁊c̄. ergo ſabbatū erat in quītadecima luna: ⁊ ſic erāt duo magna feſta et celebria eodē die incidentia. ergo. xiiij. luna paſſus eſt. Noſtri hic paſſim reſpondēt: vt videre eſt in Magiſtro hiſtoriaꝝ. in hiſtoria euāgelica. c. cxlix. Erat magnus dies ſabbati: q: incidit ſabbatum in vno illoꝝ dierum/ ſcilicet ſextodecimo die qui dies erat feſtus: nō tamen ita magn⁹ vt. xv. Hoc Altiſiodorus ⁊ alij inſequuntur. quid aūt veri hoc habeat: paulopoſt examinabim⁹.

¶ Quinto arguitur. veritas debet reſpondere vmbre: ſed agnus typicus fuit comeſtus. xiiij. luna mēſis p̄mi: q̄ erat figura Chriſti veri agni morituri: ergo eodē tpe debebat pati: ergo paſſus eſt in. xiiij. luna mēſis p̄mi. ¶ Rñdet̃ cōcedēdo maiorē cū minore. ſicut eñ verus agnus typic⁹ erat tali hora ⁊ tpe comeſt⁹: ſic corpus Chriſti p̄mo a ſe ⁊ diſcipulis comeſtū eſt. Secūdo dicit̃: ꝙ etiā tūc inchoata eſt poſt cenā paſſio eius ꝑ ſanguineum ſudorem: vt ſcribit̃ Luce. xxij. et nocte illa fuit captus ⁊ ligatus.

¶ Sexto arguitur. Leuitici. xxiii. ſcribit̃. A veſpa ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. ⁊ de feſto paſche hoc expꝛſſe habet̃ Exodi. xij. Primo mēſe q̄rtadecima die mēſis ad veſperam comedetis azima vſqꝫ ad diem vigeſimāprimā eiuſdem mēſis ad veſperā. Hoc ſuppoſito arguit̃ ſic. Si. xiiij. luna que erat paſcha habuit initiū in die Jouis in occaſu ſolis. Chriſtus paſſus eſt. xiiij. luna: que durauit toto die veneris/ ſcilicet ſexta feria quouſqꝫ ſol petiuit occaſum. ergo Chriſtus paſſus eſt. xiiij. luna menſis p̄mi realiter: ⁊ ante comedit agnū paſchalem: forte ante occaſum ſolis quinte ferie: ⁊ tunc erat. xiij. luna menſis primi. Si dicas/ veſpera diei Jouis erat vltima pars. xiij. lune. Contra. ſm̄ hoc oportet dicere. xiij. lunā habuiſſe initiū in quarta feria: hoc eſt in die Mercurij in ſecūdis veſpis: ⁊ ſic erit veroſimile ꝙ Chriſt⁹ comedit poſt occaſum ſolis. et. xv. luna mēſis p̄mi: ⁊ ꝑ ↄſequēs non ſeruaſſet legalia ad mortē vſqꝫ/ cōtra dicta. et vlterius ſequit̃ ꝙ Judei oēs comediſſent in. xv. luna: ⁊ ſic p̄ceptū publice dimiſiſſent: qđ nō videt̃ dicēdum. hoc probatur etiā per acta bonaꝝ mulierum. ¶ Rñdet̃. hoc argumētū nōnihil ſcrupuli hincinde affert. dicā ad ipm̄ ſm̄ varias imaginationes occurrētes. Primo. xiiij. luna habuit initiū in die Jouis in vltimis veſpis: ⁊ durauit ad diē Ueneris artificialē totū cōpletū: ⁊ ꝑ ↄſequēs ↄcedo tāqꝫ corollarie ſequēs ꝙ Chriſtus realiter paſſus eſt. xiiij. luna menſis p̄mi: ⁊ ſabbatū illud erat celebre feſtū vt dicunt Greci: ⁊ magnus dies ſabbati vt dicit Joānes. q: in. xv. luna in q̄ celebre feſtū illorū dieꝝ erat: incidit dies ſabbati: qđ habuit initiū in veſperis ſexte ferie. ⁊ ſic cōcedo ꝙ Chriſtus. xiiij. luna paſſus eſt: ſed nego ꝙ agnū paſchalem ante. xiiij. lunā comederit: qđ Greci contēdūt. et negationis ratio eſt: q: in. xiiij. luna ſm̄ legē agn⁹ typicus erat comedendus. Chriſtus

autem nullo modo preuenit horam comedēdi Hebreo-
rum: ⁊ forte erat ſole petente occaſum: illud enim magis
quadrat cū litera veteris teſtamenti. ¶ Secūdo ſup il-
lo verbo. Immolabitq; eū vniuerſa multitudo filiorum
Iſrael ad veſperā. Exodi. xij. recitat Nicolaus Lyran⁹
ſm doctores Hebreos: ꝙ veſpa hic icepit hora ſeptima.
xiiij. diei: q2 ex eo tpe ſol incepit tēdere ad occaſum: ⁊ ab
illa hora vſq; ad pricipium noctis pōt imolari phaſe ſm
eos. Et ex Hebreis recitat Nicolaus in eodē ca. ſup illa
ꝓpoſitione. In die pmo nō erit fermētū in domib⁹ vřis.
Ab hora ſeptima diei. xiiij. debebat amoueri omne fer-
mētatū de domib⁹ Hebreoꝝ: q2 ex tūc poterat immolari
agnus: licet tūc non eſſet. xiiij. luna ſm legē: nec ſeptima
hora illius diei/ legaliter ſupputādo. Et illud ꝓbari po-
teſt. Exodi. xxiij. vbi ſcribit̄. Non īmolabis ſup fermēto
ſanguinē victime mee. hoc eſt. noli īmolare agnū paſcha
lē de cuius ſanguine debēt liniri poſtes oſtij: donec fer-
mentū fuerit amotū. Licet videā Nicolaū de his horis
non bene ſentire: vero ſimile tñ eſt ꝙ iſtud legit. Quare
addo ꝙ oportet ſupputare horas ab ortu ſolis: more He
breorū. ac ſi Hebrei dicere velint ꝙ hora prima pomeri-
diana cū ſol iā incipit notabiliter deſcēdere: inchoabat̄
feſtū paſche. Et tunc conſequēter dicere oꝫ ꝙ Chriſtus
comedit agnū paſchalē. xiiij. luna: que habuit initiū ho-
ra ſeptima more Hebreoꝝ ſupputando: que eſt hora nřa
pma pomeridiana: ⁊ luna q̄rtadecima finiebat̄ hora pri
ma pomeridiana in die veneris: et non mortuus eſt ante
horā nonā; hoc eſt tertiā pomeridianā. nam mortuus eſt
xv. luna: vt Magiſter hiſtoriaꝝ dicit. Et gloſ. margina.
Luce. xxij. dicit ſup illo ꝟſiculo. Venit aūt dies azimo-
rū. Nec mireris ſup hac hora pma. Nunqd nos celebra-
mus feſta nūc a veſpa ad veſperā: nō habentes oculū ad
occaſum ſolis: ſed ad tempus quo eccleſia veſptinū offi-
ciū cātat? Sed adhuc cū hoc modo dicēdi ꝯcedēdū eſt
more Grecanico: ꝙ dies ille magnus ſabbati icidit. xv.
luna. Siue autē dicat̄ hoc modo ſiue illo. Chriſtus non
ꝯſecrauit in pane fermētato poſt horā pmā: ⁊ poſtes do-
mus ſanguine agni delinitos. Poteſt etiā nō incōueniē
ter dici ꝙ in die Iouis veſperi iam erāt. ij. veſpe. xiiij. lu
ne: ⁊ q̄rtadecima luna initiū habuit in q̄rta feria veſperi:
⁊ Chriſtus agnū comedit in fine illaꝝ veſperaꝝ ante. xv.
lunā more Hebreoꝝ ſeruantiū illud feſtum: ⁊ ſic paſſus
eſt. xv. luna: qui magnus dies ſabbati erat propter duo
feſta: videlicet propter ſabbatū qđ cecidit in. xvj. luna: q̄
erat feſtū nō celebre vt. xv. luna. Cum illo enim ſeruatur
ꝙ Chriſt⁹ fecit cenā in azimo ⁊ nō fermētato: quo iſtarū
veſpaꝝ agnū comederunt. Neceſſariū aūt eſt alterū. Et
vtrolibet dato: ſemper Chriſtus conſecrauit in azimo.
¶ Sed ne argumentū in vmbra ꝑterea: colligā ꝓtinus
que ad hoc argumētū dixi tā ad nomen q̄ʒ ad rē in qui-
bus ab alijs diſcrepo. In primis dico ꝙ Chriſtus non
comedit agnū paſchalē ante primā horā pomeridianā:
hoc eſt ante ſeptimā horā poſt ortū ſolis: tūc eñ Hebrei
ꝯſuetudinē habebāt. xiiij. lunā inchoādi. vel expectauit
Chriſtus ad occaſum ſolis anteq̄ʒ agnū paſchalē come-
dit: qđ eſt mihi ꝓbabilius. ratio eſt: q2 licet poterat alio-
rū more tūc icipe agnum paſchalē comedere: nō tñ erat
neceſſe: ſed q̄ volebat differre comeſtionē: poterat ad tē-
pus. ſicut nūc eſt de nřo ieiunio q̄drageſimali. non enim
preuenim⁹ notabiliter. xij. horā: poſſumus tñ poſt illam
differre comeſtionē. ſic hic: ad aliqđ tñ determinatū tem
pus. Modo Chriſtus in media cena ſuū myſterium ce-
lebrauit: ⁊ in fine ſtatim exiuit in hortū: dās Iudeis oc-
caſionem vt clāculū capet̄. Et ſiue hoc fecerit ſiue illud:
nō erat panis fermētatus inter Iudeos: et ꝓ ꝯſequēs in
azimo ꝯſecrauit. qđ eſt pncipale iter Grecos ⁊ Latinos
diſcrimen. Forte etiā ab occaſu ſolis ſupputarūt feſta:
⁊ ſic ꝯſequēter loquēdo paſſus eſt. xiiij. luna mēſis pmi.
Nec video gloſſas vel Magiſtrū hiſtoriaꝝ recipiēdū ni
ſi quis voluerit. ſed tenēdo ꝙ inceperūt ſupputare feſta
ab hora ſeptima: paſſus eſt mortem. xv. luna/ et agnum
paſchalē comedit luna. xiiij. ſed. xv. luna currebat cum
magna parte ſabbati: ⁊ per ꝯſequēs duo magna feſta ſi-
mul ꝯcurrebāt. ⁊ illud optime ꝯgruit lře Ioānis. xix. de
magno die ſabbati. Potes etiam dicere ꝙ in die Iouis
veſperi terminabat̄. xiiij. luna: ⁊ tūc conſequēter dicas.
ſed qualitercūq; dixeris/ in die veneris paſſus eſt: et die
Iouis veſperi agnū typicū comedit. Alterius dici po-
teſt ꝙ interdū Hebrei in modo cōputādi diē artificialē
nocti ꝑpoſuerūt: ſic eñ ſemp fecerūt anteq̄ʒ egreſſi ſunt
Aegyptum in magnis dei portentis egreſſi ſunt: in illud
memoriale voluit deus ꝙ Aegyptiorū more phaſe cele-
brarent a veſpera ad veſperā: q2 ita Aegyptij ſupputāt:
vt dicit venerabilis Beda capite. v. de temporib⁹: ⁊ con
ſequēter feſta a paſcha depēdētia. māſerunt tñ aliq̄ alia
feſta ⁊ oꝑationes notabiles in honore: ſupputādo ab or-
tu ſolis ad ortum eius alterū. quo modo vſi ſunt euange
liſte numerādo horas tēpore paſſionis: loquendo vt plu
res cū alijs Hebreis: quēadmodū nunc in plerīſq; locis
ſeruamus aliqua feſta. ſic apud aliquos totus dies ve-
neris quo Chriſtus paſſus eſt incipiēdo ab ortu ſolis po
terat vocari. xv. luna. ⁊ ꝑ idē cū comeſtio agni paſchalis
inciderit ante noctē: aliqui vocare poterāt. xiiij. lunā ad
finē illius noctis vſq;/ ſed de hoc modo loquendi nō mul
tum refert. ſm modū ſupputandi ſacre ſcripture poteſt
dici ꝙ Chriſtus mortuus eſt. xv. luna: ⁊ poſt primā horā
pomeridianā diei veneris. Si vero erat Hebreoꝝ ꝯſue-
tudo in celebratiōe paſche expectare ad occaſum ſolis:
qđ ab Hebreis nūc ritū illū (licet ſupſtitioſe) colētib⁹ po
teſt ſciri: tūc ꝯſequēter dicēdū eſt ꝙ Chriſtus paſſus eſt
in. xiiij. luna menſis pmi: et in eodē die agnū paſchalem
comedit. Sed q̄litercūq; dicat̄: nō erat panis fermētat⁹
in aliq̄ domo. Relinquit̄ ergo ꝙ in azimo Chriſtus cōſe
crauit. qđ reſtabat oſtēdēdū. de illo eñ pciſe inter nos ⁊
Grecos contenditur.

¶ Septimo arguitur. a die paſchæ He
brei numerabāt ſeptem hebdomadas plenas: et ſtatim
poſt illas erat feſtū pētecoſtes in memoriā date legis: vt
ptʒ Leuitici. xxiij. ſed dies feſtus paſche fuit in ſexta fe
ria: ⁊ q2 ad ſeptem hebdomadas ſequētes debebat pēte-
coſte celebrari: debebat eſſe in ſexta feria: qđ eſt falſum.
¶ Rūdet̄. Hebrei non debebāt ſupputare a pmo illorū
feſtoꝝ: ſed a die ſabbati qui in illa ſolēnitate icidebat: vt
ptʒ Leuitici. xxiij. Numerabitis ergo ab altero die ſab-
bati in quo obtuliſtis manipulū primitiaꝝ: ſeptē hebdo-
madas plenas. ab altero die. hoc eſt a craſtino paſche:
hoc eſt a. xvj. die incluſiue. Septē autē hebdomade ple
ne faciunt. xlix. dies. ⁊ in die ſequēti debebat eſſe pente-
coſte. nos aūt a noſtro paſcha numeramus quādo Chri
ſtus ſurrexit: ſeptē hebdomadas plenas/ vt gloſ. margi.
Actuū. ij. dicit. ¶ Ecce quomō Chriſt⁹ in pane azimo
ſuū corpus conſecrauit: ⁊ ꝙ pater Aidan peccauit cele-
brādo more patrio pro illo tpe: q2 eccleſia in multis locis
tunc plātari ſolū incepit. ⁊ ꝓpterea ipſe pater Aidan cū
duobus alijs ſequentib⁹ epiſcopis noſtratibus fuit a re-
ge Angloꝝ vocatus: vt religionē Chriſtianā Anglos do
ceret: ꝓut vicinus noſter venerabilis Beda recitat. pa-
tres enim inuincibiliter adhuc ignorabāt traditiōes ec-
cleſiaſticas. Amplius patuit Grecos errare putantes
Chriſtū in fermētato ꝯſecraſſe. reuera tñ cōſecrāt in fer-
mētato: ⁊ ſi eccleſia eos ſineret ſic ꝯſecrare/ nō peccarēt:



quia eſt poſitiuum humanum: qđ eccleſia poteſt admit
tere vel tollere. Si vero teneant eſſe de neceſſitate ſalu-
tis: et eſſe de iure diuino conſecrare in fermentato: here-
ſim tenent: et ſi cum pertinacia/ heretici ſunt. Amplius
patuit omnes euangeliſtas conuenire de pane azimo: ſi-
cut in omnibus alijs eodem ſpiritu loquuti ſunt: ⁊ in eo-
rum ore de⁹ loquutus eſt. ergo veſania extrema eſt hoc
audere dicere de tribus primis euangeliſtis. Ceterum
nō eſt mirādum ꝙ Grecos deus permittat pro delictis
publicis patēter torqueri quouſq; ad cor redeāt. Sexti
argumenti qđ plus pōderis ceteris afferre prima facie
videtur: epilogationem in fine ipſius ex induſtria poſui.
Et quia adhuc Paulus Burgenſis tenet alium modū
in additione. Matthei. xxvj. illū paucis recēſere libebit
ſpeculādo quid in ipſo veritatis contineatur.

¶ Diſtinctionis Decimetertie. Queſtio Secunda.

SEcundo quæro circa
hāc decimātertiā diſtinctionē.
An Chriſt⁹. xiiij. luna comede-
rit agnum paſchalem. Pro ſo-
lutione queſtionis modū Pau
li Burgēſis recitabo: poſtea di
cam de eius opinione qđ mihi
videt̄ de ea cēſendum. ¶ Pro
eius opinione intelligenda hec
premittas. Primo de die naturali ſupponas ꝙ ob occa
ſu ſolis ad ſolis occaſum terminatur: vt in queſtiōe pre-
cedenti diximus. ¶ Secundo ſupponat̄ ꝙ Hebrei mē-
ſibus lunaribus vtuntur: et menſis lunaris ex triginta
diebus cū. xij. horis naturalibus: duabus tertijs vnius
hore cum tribus minutis perficitur. melius eſt viginti
nouem diebus cum duodecim horis. ſic enim alique bi-
blie habēt. ¶ Tertio ſupponatur: ꝙ annus Hebraicus
incipit a calendis ſeu nouilunio qđ eſt proximum poſt
equinoctiū vernale. et hoc patet Exodi. xij. Menſis iſte
vobis principium menſiū: primus erit in menſibus anni.
hoc ponitur quia antea ſeptember erat pricipium anni:
quia in illo menſe creatus eſt mūdus: vt Rabi Eleazar:
⁊ plerīq; alij exiſtimant. ¶ Quarto preſupponatur ꝙ
omnia feſta Hebreorum preter ſabbatum/ exordiū com
putationis: ⁊ ꝑ conſequēs mobilitatem per diuerſas fe-
rias hebdomade ſumūt in neomenia menſis primi. Ver
bi gratia. Sit predicta neomenia quinta feria: iam dies
ſolēnitatis azimorum erit ſimiliter quinta feria: q2 quin
tadecima luna eſt dies immolationis agni ſolennitatis
paſchalis. iuxta illud Leuitici. xxiij. Numerabitis er-
go ab altero die ſeptem hebdomadas plenas. Et feſtū
tubarum erit in die ſabbati. Nam ſex menſes lunares q̄
cōputabantur a neomenia menſis primi vſq; ad neome-
niam ſeptimi/ ſunt cētum ſeptuaginta: ⁊ ſeptem dies in-
tegri reuoluti per hebdomadas/ in ſexta feria finiūtur:
vt patet ſupputanti. et ſic neomenia menſis ſeptimi ſe-
quentis erit in ſabbato. Conſequenter feſtum expiatio-
nis erit feria ſecunda: quia eſt in decimo die a feſto Tu-
barum. demum feſtum Scenophegie ſiue Tabernacu-
lorum erit in ſabbato: quia in. xv. Omnia iſta ſunt expli-
cata. Leuitici. xxiij. ¶ Quinto ſupponatur ꝙ in quo-
cunq; die coniunctio luminarium ſm medium curſum
ꝓpe equinoctium vernale occurrerit: in eodem die ſunt
calende ſeu neomenia menſis primi ꝑdicta: niſi in certis
caſibus in quibus repellenda eſt ⁊ trāſferēda ad ſequē-
tem: et quandoq; ad ſubſequentem. Hi caſus ſunt duo.
Prior eſt quādo talis coniunctio trāſcendit. xviij. horā
eiuſdem diei in qua eſt. Et ratio eſt: q2 tūc magis decli-
nat talis coniunctio ad diē ſequētē q̄ʒ ad illā in qua eſt:
q2 iā trāſit tres quartas illius diei: et talis ꝯiūctio apud
eos vocat̄ nouiluniū vetus ſeu antiquum. Vt verbi cā.
Si nouilunium equinoctij vernalis eſſet in decimaocta
ua hora ſabbati vel infra: tunc calēde erunt in eodē die
ſabbati: ⁊ ꝑ conſequēs principium cōputationis feſtoꝝ
totius anni erit ab eodem die ſabbati. Si vero coniun-
ctio eſſet vltra decimāoctauā horā: tūc talis neomenia
eſſet repellēda ad diē dominicū immediate ſequētē: ⁊ ꝑ
conſequēs feſta paſchalia ⁊ alia feſta illius anni trāſfe-
rētur ad ferias reſpōdētes diei dominico ⁊ non ſabbati.
Secundus caſus eſt quādo nouilunium vernale in ſe-
cunda/ quarta/ vel ſexta feria occurrit: in iſtis enim tri-
bus ferijs non poteſt figi neomenia equinoctij vernalis.
cauſa inferius dicetur. ¶ Sexto ſupponatur quādoq;
oportere ꝙ fiāt due repulſe de eadem neomenia. Immo
corollarie ſequit̄ ex ꝑdictis. Ratio quare ꝑdicte tres fe-
rie repellūtur/ eſt hec. Nā cum feſtū expiationis ſit cele-
berrimū vt dies ſabbati: intātū vt cibaria non ꝑmittant̄
in eadē die parari: ſicut nec in ſabbato: vt ex hiſtoria bi-
blie haberi poteſt/ et Hebreoꝝ ꝯſuetudine: hinc eſt ꝙ ex
eoꝝ traditione antiqua ſeu conſuetudine immutabili que
adhuc inter eos durat: dies expiationis nūq̄ʒ cōcurret
in die veneris vel in die dominico in grauamen populi
non potētis illis duob⁹ diebus ꝑparare cibaria. Qua-
re ſequit̄ ꝙ neomenia ꝑdicta pmi mēſis non poteſt eſſe
in ſecūda feria. Nā ſi ſic: feſtū expiationis occurreret in
ſexta feria: ⁊ ꝯtinuaret̄ cū die ſabbati a parte anteriore:
qđ eſt ꝯtra ꝑdicta. Similiter nec neomenia pmi menſis
habet etiā q̄rtā feriā. nā ſi ſic: feſtū expiationis occurre-
ret in die dominico. ⁊ ꝑ conſequēs cōtinuaret̄ cum ſab-
bato a pte poſteriore ꝯtra ꝑdicta. Ecce rōnē ſecunde fe
rie ⁊ q̄rte. Sed rō q̄re ſexta feria excluditur ab hoc vt in
eadē neomenia pmi mēſis non figat̄ apud eos talis eſt.
Nā in feſto Scenophegie in quo habebāt letari ſeptem
diebus: ſi neomenia pmi menſis incideret in ſexta feria:
ſequeretur ꝙ feſtum tabernaculoꝝ in die dominico con
curreret: ⁊ ſic ſeptima dies tabernaculorum eſſet in die
ſabbati: ⁊ ceſſarēt illa q̄ dicta ſunt: q2 tūc fecerūt aliqua
que non licuit fieri in die ſabbati. Ex quibus omnibus
elicitur quedā regula in calendarijs Hebreorum: vbiq;
⁊ apud omnes diuulgata: ⁊ in hodiernū diē vſq; infalli-
biliter ꝯſeruata: ꝙ pma dies ſolēnitatis paſchalis nūq̄ʒ
eſt feria ſecūda/ q̄rta/ et ſexta. ¶ Septimo ſupponat̄: ꝙ
anno quo Chriſtus fuit paſſus: cōiūctio luminariū ꝓpe
equinoctiū vernale iuxta verā computationē Hebreoꝝ
que eſt ſm mediū curſum ſolis ⁊ lune/ fuit in quinta fe-
ria poſt nonādecimā horā cuʒ certis minutis. hoc enim
Paulus ꝑ ſe et peritos Hebreorum dicit certiſſime eſſe
calculatum ⁊ concordatum.

¶ His ſuppoſitis patet dubij ſolutio.
nā in anno paſſionis Chriſti licet coniunctio luminariū
vt dictū eſt/ fuerit feria q̄nta: non tñ potuit in ea neome-
nia figi ꝓpter eius vetuſtatē: ⁊ ꝑ conſequēs occurrit pri
mus caſus repellēde: habuit ergo trāſferri ad ſequentē
diē. ſed q2 ſequēs dies erat ſexta feria: nec in ea poterat
neomenia aſſignari: q2 eſt ſecūdus caſus repellēde: trāſ-
ferebat̄ neomenia ad diē ſabbati. ⁊ ꝑ conſequēs. xv. lu-
na fuit eodē anno ſm Hebraicā cōputationē legitimā ⁊
aſſuetā in die ſabbati: in qua cōcurrūt due feſtiuitates
ſolēnes apud eos: ſabbatina videlicet ⁊ paſchalis: q̄ eſt
prima ſolēnitas azimoꝝ: ⁊ ſic erat ille dies magnus ſab-
bati ſm Ioānem in feria ſexta īmediate ꝑcedēte: et fuit
ſm eos q̄rtadecima luna in q̄ legitime erat paſcha īmo-
lādū. Vnde in eadē ſexta feria fuit īmolat⁹ ver⁹ agn⁹
paſchalis ab eis. ſimiliter ⁊ typicus: ꝓ cuius typici mā

ducatione: vt nō cōtaminarētur Judei: nō intrauerunt pretoriū: ſm̄ euāgeliū. Chriſtus autē in huiuſmodi neomenia p̄mā repulſam tm̄ tenuit ⁊ nō ſecūdā. Prima eīm eſt rōnabilis ſine cōparatione ad feſta futura. Secūdā nō tenuit. ⁊ rō eſt: q꞉ cā illius repulſe ex feſtis futuris in menſe ſeptimo depēdebat: quoꝝ obſeruationē Chriſtus ſciebat iā ꝑ ſuā paſſionē euacuādā: ſicut cetera legis cerimonialia. Fuit ergo ſm̄ veriſſimā ⁊ infallibilē notitiā Chriſti neomenia tpe ſue paſſionis in ſexta feria: ſimiliter et prima dies paſchalis ſolēnitatis: hoc eſt .xv. luna apud eū. Unde ⁊ in feria p̄cedēti fuit vera .xiiij. luna: in qua paſcha cū diſcipulis tpe determinato ſm̄ legē manducauit. ¶ Ex qbus habet̄ ꝙ tpe paſſionis Chriſti duplex fuit .xiiij. luna: ſicut ⁊ neomenia p̄mi mēſis. vna ſcȝ vera ſimul ⁊ legitima ſm̄ ſupputationem Chriſti: altera vero legitima tm̄ ſm̄ cōmunem ⁊ aſſuetā cōputationem alioꝝ omniū p̄ter Chriſtū: ⁊ ideo nihil mirū ſi ſctē mulieres ⁊ Joſeph ab Arimathia potius ſeq̄rētur Hebraicā cōputationē q̄ȝ Chriſti verā cōputatiōem. nā myſteria paſſiōis ⁊ p̄cipue euacuato legaliū fuit abſcondita etiā apoſtolis vſq꞉ poſt reſurrectionē: cui concordāt hiſtorie Hebreoꝝ/ q̄ aſſerunt manifeſte ꝙ in vigilia paſche Chriſtus fuit patibulo ſuſpenſus: ⁊ ꝙ a ſeculis nūq̄ȝ fuit īter eos prima dies paſchalis feria ſexta.

¶ Contra opinionem Pauli ſic argumentor. Ipſa repugnat euāgeliſtis: ergo eſt inſufficiēs. nullus fidelis negabit ꝯſequētiā. ꝓbat̄ antecedens. Nā ſcribit̄ Luce .xxij. vt in queſtione p̄cedēti recitauimus. Uenit dies azimoꝝ in quo neceſſe erat occidi paſcha. Sed forte dicis. beatus Lucas ītellexit de vero paſcha ⁊ legitimo ſm̄ ſupputationē Chriſti. hoc nō valet: q꞉ ſic Chriſtus nō ſeruaſſet legalia ad mortē vſq꞉: cuius oppoſitū dicūt oēs doctores fideles. ¶ Preterea ſctē mulieres ⁊ alij ꝓbi viri ⁊ apl̄i mirati fuiſſent ſi tēpus comedēdi agni paſchalis p̄ueniſſet. Q꞉ ſi dicas hoc verū eſſe: licet euāgeliſte non ſcripſerint: ſcio loco a nō ſcripſerūt nō ꝯcludere: ergo nō ita erat. ſed nō eſt vero ſimile ꝙ hoc tacuiſſent. ⁊ dicis volūtariū omnino ⁊ iopinabile ſine probatione. ¶ Tertio non dat cām in q̄re Chriſtus tenuit vnā repulſam potius q̄ȝ aliā. ¶ Quarto arguit̄ et fortiꝰ. ex eius opinione ſequit̄ ꝙ Judei nō habuerunt panes azimos in die veneris ante veſperā. Nam Chriſtus p̄uenit comeſtionē paſchalē: ⁊ ꝯſecrauit corpus ſuum in tali pane qualē in domibꝰ Hebreoꝝ reperit: in hac eīm theorica ſtāt omnes tā greci q̄ȝ latini: ergo Chriſtus ꝯſecrauit in pane fermētato/ qui eſt error grecoꝝ. ¶ Quīto arguit̄. nullo modo incepit feſtū apud Hebreos quouſq꞉ īcepit tēpus quo debebant occidere agnū paſchalē: ita ꝙ ante illud tēpus poterant opari in quocūq꞉ ope. ſed in die veneris quo Chriſtꝰ paſſus eſt/ Judei ad veſperā comederūt agnū paſchalē ꝑ eū: ergo adhuc poterāt ītroire p̄torium Pilati: cuius oppoſitum ſcribitur Joannis .xviij. ¶ Sexto ſequit̄ ꝙ Chriſtus paſſus eſt mortē ante tēpꝰ legitimū comedendi agnum paſchalē: qd̄ eſt abſurdum. ¶ Septimo arguit̄. ſeptima eius ſuppoſitio coniūctionis luminarium eſt ſuſpecta: et a non minus exercitatis et ingenioſis Chriſtianis aſtrologis q̄ȝ ſit ipſe et fui: aliter dicitur.

¶ Propter hæc dico opinionem eius falſam. et reſpōdebo ad aliquas rōnes quas ꝓ ſe affert. Quaꝝ vna eſt. nuſq̄ȝ legit̄ ꝙ paſcha tātū valet quātum panis azimus. Illud eſt falſum: vt ptȝ ꝑ gloſſas ordinarias ⁊ īterlineares/ ⁊ latinos oēs. Etiā ſine equocatione hoc euacuauimus. ¶ Secūdo arguit ſic. Chriſtus non eſt paſſus in die feſto. ſed .xv. die erat celebre feſtum. ergo in .xv. luna non eſt paſſus. ꝙ nō erat feſtū. ꝓbat: quia Judei multa fecerūt que non licuit facere in die feſto. ¶ Rn̄det̄. quid mirum: cum innocētem impie dānauerunt ad mortē: a quoꝝ cōſilio ⁊ rabie patriarcha Jacob coꝝ pater petiuit eē immunis: inquiēs Geneſeos .xlix. Simeon ⁊ Leui fratres fratres vaſa iniq̄tatis bellātia. In cōſiliū eoꝝ nō veniat anima mea. Ubi pulchre gloſſa īterlinearis in verbo Conſilium/ dicit. Mors Chriſti. q꞉ ille eſt ſenſus lr̄alis. ſcribe enim in lege erant de tribu Simeon. Et ſequit̄. In furore ſuo occiderūt virum. vbi gloſſa īterlinea. Chriſtū. Quid igit̄ mirū ſi hi rabidi canes tā grāde nefas nullo ſeculo piandū tētātes non erubeſcerēt violare feſtū: ſophiſtice corā populo ſe defendētes ⁊ aſſerentes ſe hoc facere ꝓ gloria dei. ¶ Tertio arguit ſic. Joſeph ab Arimathia/ ⁊ Nicodemus viri ꝓbi/ et ſctē mulieres laborarūt circa ſepulturā dn̄i: qd̄ non licuit in feſto. ¶ Rn̄det̄. concedēdo ꝙ duo viri illi nominati erāt ꝓbi: ⁊ amicitiā ſeruarūt Chriſto in morte vt in vita. Nec peccabant in hoc: q꞉ licuit aliq̄ officia ſp̄ualia facere in .xv. luna: que non licuit facere in ſabbato: vt in queſtione precedēti diximus. Propterea ſctē mulieres quieuerunt a labore in ſabbato: et pacto ſabbato rurſus accinxerunt ſe parādis aromatibus. Qd̄ aūt dicit. Hebrei dicunt ꝙ nūq̄ȝ a ſeculis fuit apud eos primus dies paſchalis in ſexta feria: eſt merū cōmētū: ⁊ a p̄deceſſoribus coꝝ poſt paſſionē Chriſti excogitatū. Si eīm eccleſia canit. Credēdum eſt magis ſoli Marie veraci q̄ȝ Judeorum turbe fallaci: quāto plus multitudini ꝓbatiſſimoꝝ fideliū: et patet iſtud. Nā inter cōtēporaneos apoſtoloꝝ: ⁊ poſt/ de hoc nunq̄ȝ fuit q̄ſtio: cū tm̄ religio Chriſtiana habuerit inumeros īpugnatores quo ad ſingula. Hoc nō obſtāte opinor virū hūc a ſuis circūuētū fuiſſe: et de religiōe Chriſtiana eq̄ bn̄ ſenſiſſe poſt eā aſſumptā ac ſi a Chriſtianis parētibꝰ ortū traxiſſet. Preterea ſm̄ vnā viā in q̄ſtiōe p̄cedēti poſitā .xv. luna erat ī ſabbato. ¶ Poſtremo circa hāc materiā faciā vnū argumētum qd̄ eq̄liter cōtra oēs has opiniones currit: ad ꝓbādū ꝙ Chriſtus nec eſt paſſus .xiiij. luna nec .xv. luna. ꝓbatio. Chriſtus paſſus eſt in nouilunio: ergo non in .xiiij. luna/ vel in .xv. Conſequētia eſt nota: q꞉ in .xv. luna eſt oppoſitio: ⁊ luna maxime illuminata ſm̄ apparentiā noſtrā: licet minus ſm̄ veritatē. Antecedēs patet. Nā ſol paſſus eſt eclipſim: ⁊ hoc non poterat fieri niſi a luna in coniunctione: exp̄imur enim ꝙ nullus planeta alius a luna ſolē eclipſat. Propterea Ariſto. ij. celi. putabat (et nō ſine motiuo) ſolē fuiſſe lune īmediatū. ꝙ autē ſol deliquium paſſꝰ eſt: ptȝ ꝑ illud qd̄ Matthei .xxvij. ſcribit̄. A ſexta autē hora tenebre facte ſunt ſuꝑ vniuerſam terram vſq꞉ in horam nonam. et Luce .xxiij. Et ſol obſcuratus eſt. ¶ Rn̄det̄. argumētū tāgit aliq̄ ambigua. notū eſt ꝙ naturaliter nō poteſt eſſe eclipſis ſolis abſq꞉ hoc ꝙ luna ſit ſub ecliptica: vel ꝓpe eā in cauda vel capite draconis: ⁊ īter nos ⁊ ſolē: lumē ſolis occultādo his q̄ ſunt in vmbra lune: cū ſit corpus opacum. ⁊ licet plus luminis habeat tūc realiter q̄ȝ in oppoſitione: cum ſit ꝓpinquior corpori luminoſo: q꞉ tm̄ pars nobis ꝓpinquior nō eſt illuminata: occultat nobis ſua opacitate ſolē: ne lumē directū ſolis habeamus. Alius etiā eſt in hoc argumēto: ꝙ deliquiū ſolis nunq̄ȝ eſt in vniuerſa terra: cum eclipſis ſolis nō ſit aliud q̄ȝ abſcōſio luminis eius in aliquo loco: quēadmodum ſi caperes oſtium ⁊ poneres cōtra groſſam tedam: exiſtentes in vmbra oſtij non haberēt lumen directum illius tede: bn̄ autē exiſtētes extra illā vmbrā. In hoc eīm ab eclipſi lune ſe iungit̄: cuius lumen qd̄ a ſole habet penitus extinguitur: ⁊ q̄ eſt ſemꝑ vniuerſalis: vt de lumine



cādele extincte cōtingit. Sed illud deliquium erat vniuerſale vt litera allegata in argumēto dicit. Et beatus Dionyſius in Aegypto tunc exiſtēs: in Heliopoli/ dicit (vt patet in epiſtola ad Polycarpum) ꝙ illic deliquium percepit. Sed ad has rationes poſſet quis dicere ꝙ verum dicit beatus Dionyſius. Aegyptus enim eſt vicina terre ꝓmiſſionis: ⁊ Heliopolis poterat occurrere in vmbra lune ⁊ ſic illic apparuiſſet eclipſis que nō fuiſſet vniuerſalis. Etiam ſola Judea vocatur nōnunq̄ȝ terra vniuerſa. Nā tertij Regum .xviij. Abdias ita dixit ad Heliā. Uiuit dominus deus tuus ſi eſt gens aut regnū vbi non miſit me dominus meus querere te. et tamen eſt ſermo ſolum de Judea. ergo tota illa eclipſis poterat eſſe a luna: ⁊ deus ſpherā lune ad ſolem ſupernaturaliter mouebat: ſic vt corpꝰ lune eſſet ſub corpore ſolis in horizonte Hieroſolymitano. Propter auctoritatem tamen beati Dionyſij preſtat illud dicere: q̄ȝ cum Origene/ ꝙ hoc fiebat per nubem groſſam interpoſitam: vel cum beato Hieronymo ꝙ ſol ſubtraxit radios ſuos. Non nego tamen quin dicta iſtorum virorum ſint poſſibilia. Poteſt enim deus talem nubem creare in denſitate et magnitudine que ſolem magis eclipſabit q̄ȝ luna. Secūdo poteſt ſol retrahere ſuos radios ad bonum ſenſum. hoc eſt. deꝰ poteſt non concurrere cum ſole ad ꝓducēdum lumen: et tunc nihil illuminaret. ſol enim eſt agens naturale. nec poteſt lumen ꝓducere et lumen retrahere: plus q̄ȝ ignis non calefacere paſſum applicatum.

¶ Decimetertie Diſtinctionis. Queſtio Tertia.

TErtio circa hanc diſtinctionē q̄rit̄. An laycus teneat̄ ſub vtraq꞉ ſpecie cōicare. Mouet̄ hec q̄ſtio ob Bohemos: q̄ cōicant ſuis laycis corpus Chriſti ſub vtraq꞉ ſpecie. ¶ Rn̄det̄ ad q̄ſtionē ꝑ cōcluſiones ſequentes. Prima eſt. Ualde īdecēs eſt hr̄e aliquā legē humanā p̄cipiētē quēlibet laycū cōmunicare ſub vtraq꞉ ſpecie. Probatur. Nam illud eſt inductiuum plurium inconuenientiū in religione Chriſtiana: ergo lex ſuper hoc faciendo lata non eſt decēs: et per conſequens non meretur dici lex. Hec autem inconueniētia ſequuntur. facile enim effunderetur ſuper terram/ herbas/ vel veſtes ſanguis Chriſti a tanta laycorū multitudine: in qua multi ſunt imprudentes et rudes. Inſuper oporteret in magna parochia habere multas ſpecies vini ꝓ populo cōmunicādo paratas: que facile aceſcerent et in aceroſitatem conuerterentur. muſce etiā ⁊ alia aīalia a deo crearētur eque vt ad corruptionē vini ſi hic eſſet: in nauſeam magnam ſumentium. quando item deferretur Euchariſtia de loco in locum: facillime fieret effuſio ſanguinis Chriſti: ſiue deferens pedes vel eques deferat. Preterea in paſcha pro multitudine cōmunicāda opus eſſet magno vaſe: qd̄ inueniri facile non poteſt. Ex iſto ſequitur ꝙ nulla eſt lex humana hoc precipiēs. et patet hoc: quia neſcis illam legem docere. De his autem que non ſunt et non apparent: idē eſt iudiciū. ¶ Secunda concluſio: laycum cōmunicare ſub vtraq꞉ ſpecie non eſt de iure diuino. probatur. quia dato oppoſito: ſequitur hec concluſio. Tota eccleſia dēptis Bohemis aberrat: ⁊ in mortali peccato decēdit cōtinuo: ⁊ deceſſit a tot diebus vt neſciatur de principio: et nullus adultus decedens fuiſſet ſaluatus. que nefas eſt concedere. Q꞉ ſequatur patet ſic. per aduerſarios: hoīes tenentur cōmunicare ſub vtraq꞉ ſpecie: qd̄ tamen non fecerunt. ꝙ hoc a longiſſimis annis ſit obſeruatum: patet. q꞉ hoc non legitur: nec de modo ſeruandarum ſpecierum dandarum laycis. neceſſarium tamen fuiſſet eccleſie ſuper hoc ꝓuidere eque ac ſuꝑ miniſtris ⁊ alijs hoc ſacramentum contingentibus: qd̄ nullo modo legitur. Secūdo arguitur. nihil debet aſſeri eſſe de iure diuino niſi cōſtet per quem modum ſit de iure diuino: ſed non conſtat ꝙ layco ſit preceptum ſumere ſub vtraq꞉ ſpecie. qd̄ probatur: quia non ex facto Chriſti apoſtolos cōmunicātis ſub vtraq꞉ ſpecie. Nā primo/ illi erāt ſacerdotes. Secundo/ ſacerdotes nō habent illud ex p̄cepto diuino plus q̄ȝ alij: ſed ſolū p̄cepto humano: vt patet de cōſecra. diſt. ij. ca. Comperimus. Tertio. hoc poteſt admitti vel imponi parue ⁊ prudēti multitudini quemadmodum erāt apoſtoli: et non omnibus nunc. Quarto. facta Chriſti non ſunt lex obligatoria: alioquin eſſemꝰ obligati facere miracula. Poſtremo. Actuū. ij. legimus de cōuerſis ad fidem ꝑ apoſtolos. Erāt autē ꝑſeuerātes in doctrina apoſtolorū ⁊ cōmunicatione ⁊ fractione panis. vbi nulla eſt mentio de ſpeciebus vini.

¶ Contra priorem concluſionem arguitur. Preſbyteri cōmunicāt ſub vtraq꞉ ſpecie: ergo ⁊ layci ſub vtraq꞉ ſpecie cōmunicare poſſunt ꝑ legem aliquā ſtatutam. ¶ Reſpondetur. conſequentia eſt nulla. Preſbyteri eīm ſunt cultui diuino mācipati: ⁊ licet multi mali ſint: plurimum tamen ſunt plebe prudentiores: et vaſa ſua ad hoc officium habent deputata: vt ſunt calices. iſta autem non poſſunt reperiri in tota multitudine: nec eſſet rationabile dare legem ꝙ prudētes omnes ſub vtraq꞉ ſpecie cōmunicarēt: nā quilibet putaret ſe tā prudentem q̄ȝ ſocium ſuum.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ꝑ illud qd̄ Joānis .vj. ſcribitur. Amen amen dico vobis. Niſi manducaueritis carnem filij hominis et biberitis eius ſanguinem: non habebitis vitam in vobis. ¶ Reſpondetur. ſermo eſt illic de manducatione ſpirituali. Secundo dicitur/ ꝙ ſi quis ſumit ſub ſpecie panis: manducat carnem et ſanguinem. ¶ Secundo arguitur. ſequeretur ꝙ Bohemi/ Greci/ ⁊ alij communicātes ſuis laycis Euchariſtiā ſub vtraq꞉ ſpecie: in hoc tenerent hereſim: ⁊ ꝑ conſequēs eſſent heretici. ¶ Reſpondetur. ſi iſti prefati dicant eſſe de iure diuino ꝙ quilibet laycus ſumat Euchariſtiam ſub vtraq꞉ ſpecie: iā tenent hereſim. et ſi cum ꝑtinacia hoc tueātur ſunt heretici. nō enim minor eſt hereſis dicere aliquid eſſe de iure diuino: qd̄ non eſt de iure diuino q̄ȝ negare aliquid eſſe de iure diuino qd̄ eſt de iure diuino. Et propterea Joannes Hus/ ⁊ Hieronymus de Praga: in concilio Conſtātiēſi cremati ſunt. Eſto etiā ꝙ nō dicāt illud eſſe de iure diuino: quia tamen nolūt recipere traditionem rationabilem eccleſie: ſed inniti volūt ꝓprio ſenſui: ſunt inobediētes ⁊ ſchiſmatici.

¶ Diſtinctionis Decimetertie.
Queſtio Quarta et Ultima.

QVæritur vltimo quis ſit modus celebrādi. Rn̄detur. multa de modo celebrādi tāgūtur de ꝯſecra. diſt. j. In p̄mis: ſicut nullus niſi ſacerdos pōt ꝯſecrare: ita non debet eſſe celebratio niſi in locis conſecratis: niſi ſumma coegerit neceſſitas. vt dicitur in c. Sicut non alij. iſta autem neceſſitas exponitur in ca. Concedimus. Ibi eīm

dicit̃ ex concilio Triburſenſi. Concedimus etiã vt ſicubi ⁊c̃. eccleſie fuerint incenſe et combuſte: in capellis cũ tabula cõſecrata miſſas iterum celebrari permittimus: donec eccleſie ipſe reſtaurari queãt. In itinere vero poſitis ſi eccleſia defuerit/ ſub diuo/ ſeu in tentorijs: ſi tabula altaris conſecrata: ceteraq; ſacra miniſteria ad id officium pertinentia ibi affuerint: miſſarum ſolẽnia celebrari concedimus. Et iſtud permittitur ſm legem cõmunẽ. nõ videtur idem faciendum in naui que eſt in mari quocũq; tempore. Cum autem non patet acceſſus rationabilis ad terram: tales excuſantur ab auditione miſſe. eſſet enim periculum effuſionis ſanguinis Chriſti: a quo vbi caueretur: poſſet celebrari. Dixi (cum nõ patet acceſſus rationabilis ad terram) ob piratas ⁊ tales: qui non excuſantur a ſanctificatione diei dominice in audiẽda miſſa: niſi quãdo habent rationabilem cauſam ibi manendi: qꝛ fortaſſe deſcendendo in terram caperentur aut occiderentur. Corporale debet eſſe ex puro lineo vel linteo ab epiſcopo conſecrato: ⁊ non ex ſerico vel alio pãno. vt habetur in ca. Conſulto omnium. hoc enim ſignificat ſindonem mũdam: qua Chriſtus inuolutus fuit in ſepulcro. Calix ſit ex auro/ argento/ vel ſtãno. es enim ⁊ orichalcũ rubiginem contrahunt: ⁊ vomitum ꝓuocant. ca. Ut calix. quare nec lignum/ nec vitrum/ nec alia materia ab illis tribus enumeratis/ eſt ſufficiens. Et licet calix ſepulcrum Chriſti: et patena lapidem ſupra poſitum ſignificet: tamen lapis non eſt ſufficiens materia: nec oportet figuram in omnibus reſpõdere figurato. ¶ Licet autem in ca. Hoc quoq;. dicatur ꝙ duo debẽt intereſſe celebrationi: quia dicitur: dominus vobiſcum/ et orate pro me: conſuetudo tamen iuris poſitiui humani optima interpres hoc euacuauit. Sine ſacris veſtibus non debet celebrari. ca. Ueſtimenta. ¶ Gratia cuius notato ꝙ ſex ſunt veſtimẽta ſacerdotis ſimplicis. hoc eſt nõ epiſcopi: amictus. ſ. alba/ cingulum/ manipulus/ ſtola/ planeta ſiue caſula: que omnia repreſentãt paſſionem Chriſti ſm illud Apoſtoli. j. ad Corinth. xj. Quotienſcũq; manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annunciabitis donec veniat. Amictus enim quo caput ſacerdotis tegitur: ſignificat velamen quo Iudei in domo Caiphe faciem Chriſti velabant: percutientes et dicẽtes. Prophetiza nobis Chriſte quis eſt qui te ꝑcuſſit. Matthei. xxvj. Alba veſtem albã ⁊ irriſoriã qua velut ſtultus ab Herode illuſus remiſſus eſt ad Pilatũ. Luce. xxiij. Planeta ſiue caſula veſtem purpureã repreſentat: qua circũdatus in pretorio Pilati poſt flagellationem/ a militibus irriſus/ percuſſus/ et inimicis oſtenſus eſt: dicente Pilato. Ecce homo. Ioannis. xix. Zona/ ſtola/ et manipulus/ funes quibus Chriſtus ligatus eſt in captione et flagellatione ſignificãt. Senſum autem myſticum iſtorum proſequi mane cenſeo: quoniam quilibet pro ſuo arbitrio talem fabricat. ¶ Non debet celebrari ſine lumine ⁊ igne. Nam ob id quidam ſacerdos fuit priuatus beneficio. de celebra. miſſa. c. vltimo. Ignis in altari meo ſemper ardebit. Leuitici. vj. Euchariſtia etiã debet ſeruari in loco mũdo et honeſto firmiter clauſo cũ lampade vel cereo ardente. Qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vite. Ioannis. viij. ¶ Altare ſit lapideum conſecratum non enormiter fractum. de conſecra. diſtin. j. c. Altaria placuit. eiſdem videlicet congruentijs quibus decet eccleſiã eſſe conſecratam. ſi autem nõ ſit lapideum: vngi nõ debet. lapis enim eſt cõmunis ⁊ durabilis: nec ſemper habetur epiſcopus ad conſecrãdum. ⁊ ſignificat Chriſtum. j. ad Corinth. x. Petra autem erat Chriſtus. ⁊ Matthei. xvj. Sup hãc petrã edificabo eccleſiã meã. Chriſtus enim eſt fundamentum eccleſie ⁊ fidei. j. ad Corinth. iij. Fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere preter id qđ poſitum eſt: qđ eſt Chriſtus Ieſus. Et licet in veteri teſtamento fiebant altaria ex diuerſis rebus: vtpote lignis Sethim. Exodi xxvij. auro. iij. Regũ. vij. Salomõ fecit altare aureũ. ex terra. Exodi. xx. tamen non eſt idem in nouo teſtamẽto: quia pro tempore legis tantum vnum fuit altare holocauſti. et quia in deſerto mobile erat cum tabernaculo: ideo cõgruebat eſſe ligneum. Hieroſolymis autem erat immobile. potuit eſſe ex auro: tum enim abundabat opibus Salomon. vt patet. iij. Regum. x. Et vnicũ erat altare. non ſic eſt inter Chriſtianos. ¶ De tẽpore: celebrare potes ad duodecimam incluſiue: paulo poſt nihil refert. hoc eſt: non oportet pũctualiter oculum habere ad duodecimã. Item ſit homo non minus longius in miſſa quã multi audiunt: ne pro ſua paruã auditione ariditatem et nauſeam det alijs. talibus enim ſacerdotibus dicere poteſt populus: inquit Guilielmus Pariſienſis in diuina rhetorica. Dederunt in eſcã meã fel. ſecus eſt de miſſis in ſecreto celebrãdis. ¶ Duplex autem eſt miſſa: quedam conuentualis ⁊ popularis: que tãq; principale diei officium in conuentu totius populi celebrat̃: que ⁊ parochialis miſſa/ ſolẽnis/ vel publica appellatur. Alia eſt miſſa ꝓuata vel peculiaris vel votiua: que a ſacerdotibus ex ſpeciali inſtitutione/ beneficio/ vel deuotione: ⁊ non pro toto populo celebratur. Ceterum miſſa celebrãda: quãdo eſt ex p̃cepto audire miſſam: debet eſſe de feſto diei. de celebra. miſſa. c. Quidã layci. ⁊ potiſſimũm quãdo eſt feſtum qđ ſm conſuetudinẽ in matutinis non trãſfertur. Layci tamen audiẽtes aliã quibus eſt ignorãtia inuincibilis/ excuſantur. ¶ Sed cõtra id qđ de ſacris veſtibus dictum eſt poteſt obijci: quoniam ſtola poteſt eſſe non benedicta. patet ſic. ponatur ſtola quintupedalis. iã vna pedalitas que vetuſtate cõſumit̃ põt reſarciri: ⁊ tota erit benedicta. vt patet de conſecra. eccle. ca. Q2 in dubijs. iuncta gloſſa. ſicut fit de oleo non benedicto et aqua non benedicta addita benedicte. quo facto: tota ſtola eſt adhuc benedicta. remoueatur alia pedalitas b. et addatur alia loco eius per lapſum temporis: et ſic particulatim ad c. incluſiue vſq;: tunc ſic. In fine non eſt opus vt hec ſtola cõſecretur: et tamen hec ſtola remanens non eſt conſecrata. qđ ꝓbo: qꝛ nulla pedalitas huius ſtole eſt conſecrata a preſule: nunq̃ enim illam vidit vel habuit partem vicinã huius ſtole ad decem leucas. hoc ſupponamus. ¶ Reſpondet̃. ſi ſimul ⁊ ſemel maior pars ſtole vetuſte conſumeretur: tota eſſet benedicẽda: ſed vbi eſt magna intercapedo temporis prout ſupponitur/ in ablatione partium: tota eſt ſufficienter conſecrata: vt in alluuione eſt. nam ſtola noſtra eſt eadem idẽtitate morali ⁊ vulgari: licet nõ idẽtitate metaphyſica: cum ſtola benedicta ab epiſcopo: et hoc ſufficit: cum partes ſuccedãt in ſimili ſitu ⁊ figura: ⁊ ſemper putetur eadem: quemadmodum eſt in reformatione nauis ſenſim facta: hoc menſe reparãdo vnum aſſerem: et alio menſe aliũ: et ſic ſucceſſiue quoad nullus aſſer relinquatur in tota naui. Iſtud patet. vj. q. j. Deniq;. xvj. diſtin. c. Habeo. ⁊ ad lõgũ. ff. de iudicijs. l. Proponebatur. ⁊ de ſeruitu. ruſti. predi. l. ſeruitutes. §. ſi ſublatum. ¶ Quãuis autem in cuiuſlibet ferme queſtionis vel diſtinctionis huius materie fine epilogauerim: ocyſſime tamẽ aliqua de hoc ſacramẽto dicta repetere nõ pigebit. De forma hui⁹ ſacramenti diſtinctione. viij. loquuti ſumus. ⁊ in diſtinctione ix. quis digne ⁊ quis indigne ſacramentum hoc venerabile ſuſcipiat. Preterea diſtinctiõe. x. diximus corpus Chri et ſanguinẽ eſſe realiter in Euchariſtia magna vel parua: et in qualibet eius parte quãtũcũq; puſilla: quia



nulla eſt nõ ſenſibilis in ſuo toto: ſecus eſt extra ſuum totum. In vndecima diſtinctione de materia euchariſtie pane/ ⁊ vino/ ⁊ ius tranſubſtãtiatione mẽtionẽ fecimus In duodecima diſtinctione de accidẽtibus in euchariſtia an ſint extra ſubiectum/ de eorũ actione ⁊ paſſione adinuicẽ: ⁊ in generatione ſubſtãtie vl' corruptione: ⁊ an pluries in die miſſã celebrare liceat: gratia cuius nõ impertinenter in horas clericorum obiter occurrẽtes incidimus. In xiij. ⁊ ſuprema diſtictione hui⁹ materie: an in fermentato pane an azimo. Chriſtus conſecrauerit: non nihil loquuti ſumus: aliqua adiũgẽtes vcꝫ an laici ſub vtraq; ſpecie cõmunicare ſint obſtricti: ⁊ de modo celebrandi: atq; ad tã ſacroſanctum miniſteriuꝫ neceſſarijs vt templo materiali/ altari/ ornamentis ſacris. ⁊ ceteris id genus. Reliquũ eſt ſacramẽtũ penitẽtie/ quo tam euchariſtia q̃ reliqs ſacramẽtꝫ digni efficiamur/ aggredi.

¶ Diſtinctionis Quartedecime Queſtio. j.

CIrca iſtam quartãdecimaꝫ diſtinctionẽ duo inquirã. Unũ circa penitẽtiam virtutẽ: aliud circa penitentiã ſacramentum. Quo ad primũ queritur an pctĩ poſt baptiſmũ cõmiſſi neceſſaria ſit penitẽtia. In hac queſtione prio duo termini declarabunt̃ peccatum ⁊ penitentia. Poſtea reſpõdebitur ꝑ concluſiones ad queſtionẽ/ que impugnabũtur vt veritas magis eluceſcat: ⁊ ſoluẽtur. Quia autẽ in ſecũdo ſentẽtiarum definitur peccatũ: propterea tangã ſolũ diuiſiones quibus doctores hic inſiſtunt. ¶ Peccatum et reatus peccati aliqđ diſcriminis habẽt. ſꝫ de reatu peccati hic eſt pricipalis ſermo/ quid remaneat in peccatore a quo formaliter denominet̃ peccator omĩ actu peccati ceſſãte pariter ⁊ habitu: qđ facile cõtingit. vt pote ſi habitus a cõtrario corrũpatur. talis ei eſt coraꝫ deo peccator: ⁊ ſi decederet ſic dormiendo/ dãnaret̃. Aliquibus dicentibus ꝙ remanet reſpectus extrinſecus adueniẽs in peccatore. alijs opinãtibus ꝙ ſolũ remanet reſpectus rõnis cauſatus per volũtatem dei volẽtis iſtũ ordinari ad penam: quia ipſum offendit. Sed quia non pono huiuſmodi reſpectus: breuiter dico ꝙ reatus peccati põt capi intranſitiue: ⁊ ſic eſt peccatum quo hõ eſt reus. alio modo capitur trãſitiue ⁊ tunc ſupponit ꝓ hõie vel anima: ita ꝙ poſtq̃ homo cõmiſit vnũ mortale pecatum: et adhuc non deteſtatus eſt in forma vel in valore: vel eſt debitor pene eterne: q̃uis nullus actus vel habitus ſit in eo tũc eſt reatus peccati. hoc eſt reus peccati perpetrati. Multa enim cõcreta verificantur de rebus/ ⁊ nõ propter aliquã rem inherẽtem eis neq; res. quod patꝫ. deus diligit vnũ paruulum vt pote Titiuꝫ: Titius eſt dilectus: ⁊ tñ nõ eſt dilectio in Titio: nec in deo ſed dilectio dei eſt deus ipſe. Sed reat⁹ pctĩ non abſolute ſupponit pro hõie: vel anima/ ſed cõnotatiue/ cõnotãdo ꝙ fecit aliquid cõtra legem dei: vel omiſit aliqđ quod facere tenebatur: ⁊ nõ deteſtatus eſt formaliter vel virtualiter. Duplex autem eſt reatus peccati/ ſcilicet culpe ⁊ pene. Interdum homo eſt reus reatu culpe ⁊ reatu pene ⁊ ille reatus eſt ipſemet homo reus. Ex quo ſequitur ꝙ hec ꝓpoſitio eſt vera: ſi inferatur/ reatus peccati erit in celo. patet. hic homo erit in celo: hic homo eſt vel erit reatus culpe: ergo reatus culpe erit in celo: de lege iam poſita ⁊ hoc nõ eſt aliud dicere q̃ hic homo peccati reus erit in celo: et hoc eſt verum. ſed illa non eſt concedenda/ reatus peccati eſt in celo. Similiter iſta eſt cõcedẽda/ reatus culpe actualis fuit anteq̃ erat reatus culpe actualis i ſorte/ quia ſortes fuit anteq̃ eſſet reat⁹ culpe actualis. Dico actualis: quia nõ prius erat ſortes qui erat reat⁹ culpe originalis. Sed his multi doctores ſe inuoluẽtes obſcure loquũt̃ de macula peccati: ⁊ actu peccati tranſeũte. Interdũ namq; remanet habitus/ nõnunq̃ ille extinguitur cum actu: ⁊ tunc nulla qualitas poſitiua vel priuatiua: relatio extrinſecus vel intrinſecus adueniẽs manet in peccatore. Non ei opineris peccatũ animã maculare more aliquorum/ ſicut atramentũ papyrũ: relinquẽdo veſtigiũ aliquod in ea aliud ab habitu. Ex nõnullis autẽ peccatis in corpore generantur mali humores/ homines ad malum incitãtes: vt ex ebrietate in exceſſiuo cibo: ⁊ forte pctis carnis. Peccatũ enim quod nõ ſtatim per penitentiam eluitur/ mox ſuo pondere ad aliud trahit hoc eſt relinquit malos habitus in anima: ⁊ carnem ad malum propenſam reddit.

¶ Secundus terminus eſt penitentia qui bifariã accipit̃. Uno modo eſt nomẽ virtutis. Alio modo eſt nomẽ ſacramenti: ⁊ inter has acceptiones nõ parũ intereſt. Ut eñ eſt ſacramẽtũ/ eſt ſignũ ſenſibile vt queſtione ſequẽte aperiet̃. vt autẽ eſt nomen virtutis ẽ q̃litas mentis. Interdũ tñ late accipitur pro omni pena voluntarie ꝓ peccatis aſſumpta. ⁊ hoc mõ ſic definitur. Penitẽtia eſt diſplicẽtia de pctis commiſſis ꝓpter deũ: vt nollẽ me pctis deũ offẽdiſſe. vel vellẽ me nõ offẽdiſſe deũ/ vel aliquid ſile. nec eſt neceſſariũ in omĩ tali diſplicẽtia hre propoſitũ actuale de ꝯfeſſione vocali. nec etiã eſt neceſſariũ habere ꝓpoſitũ actuale cauẽdi a pctis in poſterũ: vt quãdo pctõꝝ futuroꝝ memoria nõ occurrit: ⁊ etiã forte ſi occurrat/ ſufficit velle nõ velle in poſterum peccare. Securi⁹ tñ eſt ꝓponere abſtinere in futurũ cũ grã dei. Cui alludit definitio Ambroſiana in quodã ſermone q̃dragelime. vbi ſic inq̃t. Penitẽtia ẽ p̃terita mala plãgere/ ⁊ plãgẽda iterũ nõ ꝯmittere. ſꝫ iſtud poſſit exponi ꝑ nõ habere ꝓpoſitũ in poſterũ peccãdi. Põt aũt q̃s habere tales actus bonos: volo accipe penã ſine murmure gaudeo de pena aſſumpta qui ſint ỽtutes. Uirt⁹ ei actui ꝯuenit plus q̃ habitui quo ad meritũ. ſm illud Ariſtotelis. j. Ethi. viij. Atq; vt in Olympia non hi qui ſunt elegãtiſſimi forma p̃ſtantiſſimiq; robore: ſed hi qui decertãt/ coronis afficiunt̃. Sed quo ad denominationẽ virtutis/ ꝓpter ſtabilitatẽ virtus magis dr̃ cõuenire habitui q̃ actui: cũ hõ ſit ꝓcliuis exire in actus ſui habitus: actus autẽ nõ diu manẽt. Triſtitia itẽ/ dolor/ peregrinatio ⁊ huiuſmodi actus imperati: vel paſſiones naturaliter ſequentes deteſtationem peccati: nonnunq̃ cõprehenduntur ſub penitentia virtute: laxato ipſo vocabulo. Sed peccatorum preteritorum diſplicentia/ hoc ẽ deteſtatio vel nolitio eſt penitentia culparum purgatiua: quam contingit eſſe bonam ⁊ ſufficientem/ licet nullus ſequatur dolor vel fletus. Aliqui enim ſunt rudes et duri/ difficulter flentes: alij teneriores et ad lachrymas propenſi: quorum ſenſualitas mouetur facile a ſuperiore motrice. ſcilicet voluntate. Uocabulum ipſum deniq; interdũ collectiue: interduꝫ diuiſiue/ ſm exigentiam materie vt iſte terminus logica/ accipitur. ¶ Ex his in ꝓpõnes: ſiue ſequant̃ p̃ciſe ex dictis/ ſiue cũ ſupplemẽto ꝓpoſitionũ aliaꝝ euidentiũ/ nõ curo. Pria ꝓpoſitio. multe penitẽtie ſpẽ diſtinguũt̃. Probat̃. multi act⁹ penitẽtie cadũt ſuꝑ obiecta ſpẽ diſtincta: ergo actus ipſi ſpecie diſtinguunt̃. tenet cõſequẽtia ex illo Ariſtotelis ſecũdo de Anima dicẽtis. Potẽtie diſtinguuntur per actus: ⁊ actus ꝑ obiecta. et eodẽ modo ꝓbatur de habi

tibus: qꝛ vtrobiqꝫ quãta eſt actuum diſtinctio: tanta eſt habituũ naturaliter ab iſtis actibus emergentiũ. Noſti autem obiecta iſtoꝝ actuum ſpecie diſtingui. nollem ſuperbiam a me fuiſſe cõmiſſam: nollẽ odiũ a me fuiſſe cõmiſſum: nollẽ odiũ a me fuiſſe cõmiſſum ꝓpter deũ. ſecũdus enim ⁊ tertius actus habẽt obiecta ſpecie diſtincta. quia tertius actus habet mediũ et finem ꝓ obiecto. ❡ Secunda propoſitio. interdum penitens triſtatur et gaudet. nult ⁊ vult. patet. triſtatur de peccato preterito: ⁊ gaudet de illa triſtitia vel nult peccatum preteritum fuiſſe: et vult illam nolitionem. Ex iſto nõ ſequit ꝙ qualitates contrarie ſunt in eodem ſubiecto: qꝛ nõ cõtrariãtur niſi ſint eiuſdem obiecti: qđ hic non contingit. notum eſt enim ꝙ poſſum diligere Sortẽ: et odio habere ſimul Platonem: quinimo poſſum remiſſe diligere ⁊ odio habere eundem ſimul per varias apprehenſiones. ❡ Tertia propoſitio. licet triſtitia naturaliter ſequatur nolitionem alicuius diſconuenientis: tamen voluntas poteſt impedire illam nolitionem: et intellectum ab apprehenſione diuertere.

## ❡ Pono iam cõcluſiones reſponſiuas.

Prima eſt. Nulla penitentia eſt neceſſaria ad delẽdum peccatum. probatur concluſio: nec hec nec illa: et ſic de alijs. qꝛ deus de potentia abſoluta poteſt dimittere peccatum ſine penitentia. nõ enim alligat ſuam virtutem ſacramentis. ❡ Secunda concluſio. de potentia dei ordinata, nulla penitentia eſt neceſſaria ad delendum peccatum poſt baptiſma commiſſum. patet. nec iſta nec illa: et ſic de ſingulis: ergo nulla. fortaſſe dicis. ſingulares negatiue non inferunt vniuerſalem: vt clare patet arguendo ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedẽtis: puta ab indefinita affirmatiua ad diſiunctiuam compoſitam ex ſingularibus. Hoc nõ impedit ꝓpoſitũ. Nam pono conſtãtiã: ⁊ currit ꝓbatio. Quelibet enim ſingularis eſt vera. patet. da deteſtatiõem in aliquo gradu: adhuc medietas illius gradus ſufficit ad dimittendũ illud peccatũ: vt infra queſtione ſequenti dicet. Itẽ ꝑ ieiuniũ poteſt deleri/ vel ꝑ eleemoſynã: ⁊ ſic de multis alijs penitẽtijs. nã ꝓpter peccatum ſupbie ꝑpetratum poſſum velle ieiunare in vltionẽ illius pcti/ vel ꝑegrinari: licet potius orare debeã. ❡ Tertia ꝯcluſio. nõ ad delẽdũ peccatum requirit penitentia. hec ꝓpoſitio non eſt eadem cum prima apud multos: qꝛ aſſerunt ꝙ eſt diſtributio oppoſita ſuppoſitioni confuſe tm̃ in hac: in ſecũda vero ꝓpoſitione oppoſita ſuppoſitioni determinate. ⁊ ꝓpterea ꝯcedũt iſtas: ad equitãdũ requirit equus ⁊ nullus equus requirit ad equitãdũ. Probat ꝯcluſio. ille equiualẽt: ad eqtãdum requirit equus ⁊ equus requirit ad equitandũ: ergo eaꝝ ꝯtradictorie equiualẽt. iſta ꝯſequẽtia eſt infallibilis. alioqn ꝓtinus dabis cõtradictorias veras vel falſas. Aſſumptũ patet: qꝛ vnũ extremũ iſtius ad equitãdũ requirit equus/ nõ ſupponit: puta ens requiſitũ ad eqtãdum. Si dicas: ꝓ quolibet equo: iã vtraqꝫ eſt vera: et nõ dabis vnã verã altera exiſtẽte falſa ſi formet. Idẽ autẽ eſt in ꝓpoſito. Teneo itaqꝫ ꝙ equiualẽt tertia ⁊ ſcđa concluſiones. queadmodũ ille: non equus requirit ad equitãdũ: ⁊ nullus equus requirit ad equitãdũ. ⁊ vtraqꝫ poteſt defendi falſa. ſed hec conditionalis eſt vera: neceſſe eſt ſi quis equitet habere equum. Clarius enim eſt illas ꝓpoſitiones ſaluãdo ſic reducere vt neceſſe cadat in totã cõditionalẽ. ❡ Tunc pono quartã cõcluſionẽ. hec nõ eſt neceſſaria: ſi Sortes q eſt in pctõ debet habere ſalutẽ opus eſt penitentia. Probat. ſtat ꝙ Sortes ſit in decem peccatis mortalib⁹ ⁊ nõ doleat de eis: ⁊ tamẽ ſaluet. patet. repente vocetur coram tyranno vt neget nomen Chriſti vel occidat: ſtat intrepidus ſicut beatus Laurentius vel Vincẽtius/ vel ſi trepidus: non vult tñ negare nomẽ Chriſti: ⁊ occidit: is eſt vere martyr: ⁊ iniuriã facit martyri q ꝓ martyre orat. de celebra. miſſa. Cũ Martke. ergo ſaluat: ⁊ non deteſtat pctã ſua. nam ſic tyrãnus eum obruit minis ⁊ terroribus vt non data ſit ei facultas deteſtãdi. Iſtud poteſt contingere alia via. ſi Sortes fecit diligẽtiã quã potuit ad cõfitẽdũ omnia ſua pctã: ſed aliqua ei non occurrãt: iã ſaluabit: ⁊ tñ nõ deteſtat omnia pctã que ꝑpetrauit ſaltẽ in particulari. Sed dicis ⁊ bene: ſufficit in hoc caſu vniuerſalis deteſtatio. ❡ Quinta concluſio. neceſſe eſt exiſtenti in pctõ mortali ⁊ de eodem conſcientiã facienti vel facere debenti de potentia dei ordinata habere penitẽtiã formalem vel virtualem. Iſtud ẽ veꝝ de pctõ actuali ſiue ãte baptiſmũ ſiue poſt. Penitentia enim ſacramẽtum requirit poſt baptiſmũ: penitentia virtus requiritur de omni mortali facto ſiue ante baptiſmum ſiue poſt baptiſmum: ſed nõ oportet cõfiteri pctã ſacerdoti ⁊ capere penitentiã niſi ꝓ ijs que fecit poſt baptiſma. Vides ꝙ voco penitẽtiã virtutem interdum actum nonnũqꝫ habitum. Probat cõcluſio per illud Luce. xiij. Niſi penitentiam egeritis: omnes ſimul peribitis. Item Marci. j. Penitemini ⁊ credite euãgelio. ⁊ Actuũ. iij. Penitemini ⁊ conuertimini vt deleãtur pctã veſtra. Et patet ꝑ Augu. in pmo de penitentia. Nemo ſue volũtatis arbiter cõſtitutus poteſt inchoare nouã vitã niſi peniteat eum veteris vite. Et ratio eſt: qꝛ pena eſt reordinatiua culpe: et melius eſt peccatorem non correctum eſſe in pena qꝫ ſine pena: ne dedecus culpe ſit ſine decore iuſtitie. vt deducit Boetius. iiij. de Conſolatione. proſa quarta. Et non intelligo ſolum de pena que eſt peccatum: qꝛ clarum eſt illud. Qꝛ enim peccatum ſit pena: patet ꝑ illud Augu. v. cõfeſſionum. Iuſſiſti dñe ⁊ ita eſt: vt pena ſit ſibi quiſqꝫ inordinatus animus. Dictũ eſt (in peccato mortali) qꝛ originale deletur ſine penitentia: ⁊ veniale interdum. Dicitur (vel facere debenti) propter ignorantiam vincibilem. Martyrium autem penitentiam virtualem voco: quia illud omne peccatũ delet: vt patet de illo laſciuo Bonifacio: qui ſubito pro defenſione fidei non recuſauit martyriũ. Aliqui etiam dicunt ꝙ quecũqꝫ dilectio dei tollit peccatum. Sed contra. diligere deum ſuper omnia nihil aliud eſt qꝫ velle ei meliores partes qꝫ cuicũqꝫ alteri: vt velle deum eſſe deũ: velle deum eſſe omnipotentem: ſuam iuſtitiam et ſimilia: ſed iſta peccatum compatiũtur. ergo aſſertio nulla. Sed dicis. dimiſſa ſunt Magdalene peccata multa: quoniã dilexit multum. Reſpondetur. amor dei fecit eam ſua peccata deteſtari. et illa peccatorum deteſtatio erat cauſa proxima deletiõis peccatorum. Sed dicis. quis poteſt eodem actu diligere deum ⁊ odio habere peccatum. patet de actu quo quis odit peccatum ꝓpter deũ. Sed cõtra hic non delet ratione dilectionis. Aliter dicis. Alio modo ſic ille diligit deum ſup omnia: qui non vult aliqđ diſplicibile deo: et ex conſequenti. qꝛ ſcit peccatũ diſplicere deo: deteſtat ipm. Iſtud eſt abuti vocabulis. ⁊ ſolũ habes ꝙ velle omne qđ deo placet: ⁊ nolle qđ deo diſplicet: ⁊ iudicium ꝙ a. deo placet: ⁊ b. deo diſplicet: eſt cauſa deteſtationis peccati. qđ etiã non cõpatit ignorantiã vincibilem: ⁊ tollit peccatum et ſic in ſententia nihil habes ab alijs. ❡ Sexta concluſio. actus penitentie virtutis ſufficit ad deletionem peccati. Probatur. auctoritates in concluſione pcedẽti adducte ad hoc tendũt ꝙ ſine penitentia non deletur peccatum. ⁊ ex oppoſito ꝑ penitẽtiã peccatum deletur. patet. quãdocũqꝫ deteſtat qs ſua pctã ꝓpter deũ: iã ei dimittunt. iuxta illud Ezechielis xviij. Conſiderans et auertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas operatus eſt/ vita viuet ⁊ nõ morietur. Et paulo poſt ſequitur. Cõuertimini ⁊ agite penitẽtiaꝫ ab oĩbus iniquitatibus veſtris ⁊ nõ erit vobis in ruinã iniquitas. Proijcite a vobis oẽs iniquitates veſtras in quib⁹ puaricati eſtis: ⁊ facite vobis cor nouũ ⁊ ſpirituꝫ nouũ. ⁊ reliqua. Amplius obijcendo oſtẽdetur hec concluſio. ❡ Ex qua ſequit ꝙ creberrime ſine penitẽtia ſacramẽto tollit pctm̃/ immo ipm nũqꝫ pctm̃ tollit.

## ❡ Arguitur contra ſextam concluſionem

⁊ corollariũ illatũ/ ꝓbando ꝙ nõ cuilibet deteſtãti peccatũ dimittitur peccatũ. requirit ꝙ peccator eliciat vnũ actum bonũ ⁊ meritorium de cõgruo in aliquo certo gradu: ⁊ cõtinuet illum per aliquod temp⁹ ad hoc vt peccatum eius deleat/ ⁊ in inſtãti terminatiuo illius tẽporis infundit ei gratia: ⁊ meretur de condigno. ergo ſi moriatur ante iſtud inſtans damnabit. ❡ Ricardus in xvij. diſt. ⁊ doctor ſubtilis in ſecũda qſtione huius decimequarte diſtinctionis dicũt/ ꝙ requirit certum tẽp⁹ ⁊ certus gradus quo ad intenſionẽ/ ad hoc vt gratia infundatur: ⁊ in toto tpe intermedio ille actus eſt meritorius de congruo: ⁊ in inſtanti terminante illud tẽpus infunditur gratia: ⁊ idem actus numero poſtea eſt contritio qui anteqꝫ infundebatur gratia: vocabatur attritio. ⁊ ſi ille actus deſinit eſſe in illo inſtanti per primũ inſtãs nõ eſſe adhuc fortaſſis ei infundet gratia: ſi in illo inſtãti nõ ponat obicem. Sed contra iſtud arguit ſic. nullus temp⁹ requirit ad hoc vt gratia infundatur: quod ꝓbo per te: qlibet dilectio dei eſt diſpoſitio ſufficiens ad gratiam: ſed in quolibet tẽpore quantũcũqꝫ paruo põt elici dilectio immo in inſtanti: ⁊ in qualibet deteſtatione peccati/ quia eſt dei offenſiuum/ imbibit amor dei. Idẽ eñ actus numero eſt odiũ peccati: ⁊ amor dei: vt quãdo deteſtor pctm̃ ꝓpter deum amatũ: aut ſi ſint duo actus et vnus aliũ pſupponens tempore vel natura ſufficit mihi ergo nõ requiritur cõtinuatio illius deteſtationis ꝑ aliquod tempus vel per aliquam intenſionem gradualem. Inſuper ſignet illud tẽpus: ⁊ ſit vna hora/ gratia exempli: ſi ſit milleſima pars hore equaliter currit argumẽtũ medietas illius tẽporis ſufficit ei ad deteſtandũ ſuum pctm̃. quod ptꝫ. ſi ſortes ſubito occidat: ⁊ in medietate illius tpis deteſtetur ſuũ peccatũ. dabitur ei gratia. Qđ probo multipliciter. Nã primo. cuilibet facienti quod in ſe eſt datur gratia: ſortes eſt hmõi vt ſupponit. ergo ſorti datur grã. tenet cõſequentia cũ minore: ⁊ maior eſt rationabilis. Forte dices. ſi ex culpa precedenti/ nõ optꝫ. Occidẽs ei in ebrietate ex culpa precedẽte facit qđ in ſe eſt ⁊ tñ peccat. Silr aliquis eſt ꝑplexus ex culpa pcedẽte ſic vt peccatũ euitare nõ poſſit. ſic erit de illo. Contra primo de plene ebrio occidente dico ꝙ nõ peccat: vt patebit in. xvij. diſtinctione huius. Scđo nõ facit quod in ſe eſt quo ad bonitatẽ. nihil enim boni facit. ſecus eſt de iſto in caſu. Illud de perplexitate nihil valet: quia nullus eſt ita ꝑplexus ex quacũqꝫ culpa pcedente ſuã culpam cognoſcẽs ⁊ remediũ: quin euitare poſſit nouũ peccatũ. Iurans eñ occidere hoĩem/ per periurium poteſt cauere nouũ peccatũ: ⁊ deteſtari ſuum peccatũ in quocũqꝫ paruo tẽpore. et ita in quocũqꝫ alio caſu. Secũdo. qꝫ primũ aliquis elicit actũ contra preceptum diuinum deliberate in quocũqꝫ tempore quãtũcunqꝫ paruo aufertur ei grã: vt cõſtat. ⁊ deus eſt ꝓnior ad miſerandum qꝫ ad cõdemnandum: ſm illud. Miſericordia eius ſup oĩa opa eius. ergo quantũcũqꝫ paruũ tempus deteſtandi pctm̃ ſufficit. Iſtud pꝫ de penitentia. diſt. iij. Talis: ⁊ eſt Ioãnis Chriſoſtomi de repatione lapſi. verba ſunt hec. Talis (mihi crede) talis ẽ erga homines pietas dei nũqꝫ ſpernit penitentiã/ ſi ei ſincere ⁊ ſimpliciter offerat. etiã ſi ad ſummũ pueniat malorũ: ⁊ inde tñ velit reuerti ad virtutis viã/ ſuſcipit ⁊ libenter amplectit: facio oĩa quatenus ad priorẽ reuocet ſtatum. ⁊ qđ eſt adhuc pſtãtius ⁊ eminẽti⁹/ etiã ſi nõ poterit quis explere in pſiti ſatiſfaciendi ordinẽ: quãtulãcũqꝫ tñ ⁊ qꝫlibet breui tpe geſtã nõ reſpuit penitẽtiã. ❡ Eiſdẽ ferme medijs ꝓbari põt ꝙ nõ reqrit aliquis gradus deteſtationis. nã quilꝫ gradus quo ad intẽſionẽ volẽdi cõtrauenire pcepto dei ſufficit ad peccatũ: ergo quilꝫ grad⁹ deteſtationis pctĩ ſufficit ad penitẽtiam. Itẽ qlibet grad⁹ dilectionis dei ſup oĩa ſufficit ad illud pceptũ implendũ: ergo quilibet gradus deteſtãdi ſufficit. aña ptꝫ. qꝛ nõ pcipitur in quo gradu debeamus deũ diligere: nec in quo gradu debeamus noſtra pctã delere. Inſup ſm hũc modũ nunqꝫ cõſtabit tibi certitudie morali ſine ſacramẽto penitẽtie ꝙ es ĩ grã: nec ſcies quãto tpe vel quãto gradu debet act⁹ ille durare ad hoc vt gratia infũdat/ quod eſt durum. ❡ Alij dicũt ꝙ requirit ad deletionẽ pctĩ omnis conat⁹ poſſibilis deteſtationis pctĩ. qđ ꝓbãt ꝑ Augu. in lib. de vera ⁊ falſa penitentia. c. xvij. dicẽtẽ. Credo qdẽ illi q dixit quacũqꝫ hora ingemuerit peccator: ⁊ cõuerſus fuerit: vita viuet ⁊ nõ moriet. Dixit cõuerſum nõ tñ verſuꝫ vita viuere: verſum qdẽ viuere puto q dolet de crimine cõuerſũ q dolet de oĩ eius quã expoſuimus varietate. vertit a peccato qui iã vult dimittere pctm̃: cõuertit q totus et oĩno vertit. ⁊c. Citat a Gratiano de peni. diſt. vij. Null⁹. §. Qđ qꝫuis. Itẽ pſal. cxviij. di. Beati q ſcrutant teſtimonia eius: in toto corde exquirũt eũ. Rõnes quas fecit cõtra priorẽ viã ſufficiẽter opinione mea euacuãt rigidã iſtã ⁊ ſeuerã aſſertionem. Et adhuc arguit nõ dabis tps in quo ſortes peccator põt hr̃e intenſiſſimũ actũ deteſtandi: põt ei alias melius diſponi ſicut nõ datur maximũ põdus qđ ſortes ferre põt. Lex aũt dei nec eſt ad ĩpoſſibile nec ad nimis obligatoria. Ad rationes autem poſtea dicemus.

## ❡ Modis his repudiatis teneo ꝙ que-

libet deteſtatio pctõꝝ ꝓpter deũ quãtumcunqꝫ remiſſa in quãtolibet breui tempore vel inſtanti libere producta ſufficit ad peccatoꝝ deletionem.

## ❡ Sed cõtra hanc ſententiã apud mul-

tos cõem arguit ſic. ſm hũc modũ nullũ dabis chriſtianũ dãnatũ pena ſenſus eſſentialiter. Quiuis ei celeſt⁹ ſordiũ colluuie irretitus/ facile poterit actũ talẽ rite circũſtãtionatũ elicere rapti vel ĩpceptibiliter: vt dicit altera poſitio de actus elicione. ⁊ ſic nõ dãnabit. ❡ Reſpõdeo. hoc argumẽtum nõ mouet. Primo poſitio eſt non abiecta in theologia quã veriorẽ puto: ꝙ nemo põt ſine ope diuina ſpeciali actũ bonum moralr̃ elicere: ⁊ qꝛ hoc auxiliũ ſpeciale nõ cuilibꝫ cõfert: cõſequẽtia eſt nulla. Hãc eñ poſitionẽ ob ſctõꝝ auctoritates ꝓbabiliorẽ in ſcđo cũ multis alijs ſuſtinem⁹. Scđo. tenendo oppoſitũ requirit iſta deteſtatio efficaciter ꝓpter deũ: ita vt hõ ſit ſeparatus ad emendã deo ⁊ ꝓximo. Si eñ tu habes alienũ nõ reſtituis vbi potes: deteſtatio tua nõ ẽ rite circũſtãtionata/ circũſtãtia extrĩſece reqſita. reſtituere itaqꝫ alienũ ẽ difficillimũ: ⁊ ſic nõ habes cõtritionẽ. multi quoqꝫ ſũt qb⁹ ẽ difficile ĩiuriã illatã remittere. nec facile ẽ m̃tis pctõꝝ occaſiones reliqre. Et oñdo alijs ꝙ nõ debeãt ꝯſiderare in hac rõne. nã peto ab eis qre nõ quilꝫ ẽ bon⁹ cũ quilꝫ poſſit elicere actũ volũtatis bonũ: ⁊ quãta facilitate põt hũc elicere efficacit: tãta facilitate põt eẽ bon⁹. Itẽ quare non facit qlibet qđ meli⁹ ẽ: ſi eñ vellet efficaciter id facere: vtiqꝫ faceret/ ⁊ bonus eſſet. Au-

gumentū ergo innititur baculo arūdineo. Rurſus quādo homo eſt in extremis: ⁊ dicturus ſupremum vale: cadēs in ignē vel aquā vel a vertice domus vel graui morbo detentus: ſenſualitas abhorret ſuapte natura mortē: ⁊ ob mortis vicinitatē impedit plurimū ab actib⁹ ſpontaneis bonis: vt patet ad ſenſum. Plures enim pmittūt ſe dānari vt bona acquiſita vxori liberis vel conſanguineis relinquāt: ⁊ non inquirūt a ſapiētib⁹ de modo reſtituēdi. Inſup pleriq; reluctantur motioni ſpūs ſcti: ⁊ cū Pharaone indurātur. Preterea adhuc argumētū reſello. Sm eos dilectio dei cuilibet eſt vltimata diſpoſitio ad deletionem culpe: quā quis poteſt ſubito elicere. tūc inferas ſm eos. ergo pauci vel nulli Chriſtiani dānant. Quoniā autē argumentum hoc equaliter contra eos ⁊ me currit: imo magis contra eos: cū auxiliū ſpeciale dei negēt requiri ad actus bonitatē: nō eſt pōderādum: ſed eſt ſolubile multis alijs modis. ¶ Quocirca adhereo illi parti ꝙ quicūq; gradus deteſtationis pcti rite circūſtātionatus in quātūcūq; paruo tempore ſufficit ad deletionem peccati quo ad culpā: ſic. ſ. vt pena eterna mutetur in temporalem.

¶ Sed contra iſtud arguitur. quia ex illa ſolutione ſequit ꝙ attritio et cōtritio nō differūt: imo ꝙ nūq; eſt attritio. conſequēs eſt incōueniēs. ergo et antecedēs. ꝓbo ꝯſequētiā. ſi quis eliciat deteſtationē peccati ſui ꝓpter deū in inſtāti: in illo infundit gr̄a. ⁊ q̄ƺ primū eſt gr̄a: illa deteſtatio eſt cōtritio: ⁊ nūq; habebit attritio. Si vero ſucceſſiue eliciat ꝑ vltimū inſtās nō eſſe: ſequit idem. qḋ ꝓbo. ſit a. vltimum inſtās nō eſſe in quo nos ſumus: in a. iſte actus non eſt: et imediate poſt a. iſte actus ſm ſe vel aliquid ſui erit: ⁊ q̄ƺ primum aliqḋ eius erit/ gr̄a infundet ꝑ dicta: ergo ante quodlibet inſtās futurū poſt hoc inſtās a. actus contritionis erit. Forte dicis. ſi deteſtatio eliciat in hoc inſtanti: ⁊ gr̄a infundat in eodem: ille actus in illo inſtāti eſt bonus ſolū moraliter ⁊ non meritorius vite eterne: qꝛ licet eliciatur ab habēte gr̄am: non tn̄ a gr̄a. nā ſi gr̄a ad illum actum cōcurreret: effectus quodāmodo ageret ad prius et p̄ſuppoſitū. qḋ eſt inconueniēs. Licet in hoc ſit apparentia: opponendo tn̄ peto abs te quare gr̄a nō magis cōcurrit in illo inſtāti q̄ƺ in alio ſequēti: tenēdo creaturā poſſe elicere actum in inſtāti. Sed qꝛ tāgit euaſio: aliter argumētor. ſi homo pure partibiliter eliciat deteſtationē ꝑ vltimū inſtās nō eſſe: quocūq; inſtāti dato quo gr̄a erit in anima: concurrit cum illo actu: ⁊ in quolibet inſtāti futuro: immo ante quodlibet inſtās futurū deteſtationis erit cōtritio: et nō dabis attritionem. Hic poteſt homo excogitare aliquā ſubtilem euaſionem vel ſaltem dilationem: dicēdo ꝙ nō dat inſtans adequatum attritionis quo ad produci vel exiſtere: ſed precedit contritionē. ſicut non datur inſtās in quo ſecundus angelus primo eſt poſt precedentē: poſito ꝙ immediate poſt eum ꝓducat. Hoc nihil eſt dicere: qꝛ dat inſtās in quo ſecūdus angelus eſt: licet nō detur primum inſtās eſſe eius: ſed vltimum nō eſſe. in ꝓpoſito autem nullum das inſtās attritionis. Inſup admittamus tres angelos eſſe ꝓductos immediate poſt ſe: dādo inſtās determinatum ꝓductionis medij: ⁊ īdeterminatum extremorum: non tn̄ dando vnum in inſtāti p̄mo: admiſimus duos poſt ſeſe eſſe immediate productos: ergo nō potes poſt hoc vltimum inſtās non eſſe attritionis dare attritionem inſtātaneā: ⁊ tunc contritionem. Beatus Thomas in. xvij. diſtinctione huius dicit. Duplex eſt opinio an attritio poſſit eſſe contritio. quidā enim dicūt ꝙ attritio fit cōtritio: ſicut fides informis fit formata. ſed hoc non poteſt eſſe: quia q̄uis habitus fidei informis fiat formatus: nunq; tn̄ actus fidei informis fit act⁹ fidei formate: qꝛ actus ille trāſit ⁊ nō manet adueniente charitate. attritio autem et contritio non dicunt habitū ſed actum. Quidā bifariā iſtud ꝓtegere nitit. vno modo tenēdo ꝙ intenſio forme non fit ꝑ additionē graduū. Alio modo ꝙ nō eſt idem actus elicitus a gr̄a ⁊ ſine gr̄a. Sed ſunt hic multa falſa. Sicut eīn doctor ſanctus dicit de habitu: ſic dico de actu: ꝙ eſt idem actus numero fidei informis ⁊ fidei formate ſucceſſiue: licet impoſſibile ſit fidē informē eſſe formatā. et ſtat fortē pctōrē continuare actū ꝑ breue tēpus: ⁊ cū illa cōtinuatione deteſtabit peccatū. non enim repugnāt duo actus in anima ſimul: vnus in intellectu ⁊ alius in volūtate: quinīmo nec duo in intellectu. Minus aūt valet cōmētum alterius. nā data prima gloſſa et nō cōceſſa: nō video quomodo ꝑ hoc euitaret ꝓpoſitū. Secūdū etiā dictū eſt nullū. Pleriq; enim actus continuātur an gr̄am gr̄a ſuꝑueniente. Qḋ aūt dicit de intenſione forme: iā eſt a cōmuni ſchola Phyſicorum exploſum. ⁊ ꝑ conſequens reſponſiones Petri Paludani ſunt inanes.

¶ Aliter ergo eſt reſpōdendum ad argumentum. Dico multiplicē eſſe attritionem. vna eſt nolitio peccatorum ſolum formidine pene. ſm illud poete. Oderūt peccare mali formidine pene. que eſt actus malus ⁊ timor ſeruilis: ⁊ in pleriſq; ab hoc timore inchoat penitentia. Ad hoc Magiſter in. iij. capite huius diſtinctionis introducit Eſaiā in. ij. capite ſui libri dicētem. A timore tuo dn̄e cōcedimus ⁊ peperimus ſpm̄ ſalutis. ſed non ſemꝑ prerequirit hec attritio. Alia eſt attritio q̄ eſt diſplicētia de vno vel plurib⁹ pctīs: cōplacēdo ſn̄ aliquo mortali. ⁊ iſte actus etiā eſt malus. Neuter aūt iſtorū actuum attritionis poteſt eſſe cōtritio/ niſi īproprie. ſicut ex aere fit aqua que ſequit loco aeris: ſic cōtritio loco attritionis. Tertio q̄s pōt habere actū quo diſplicet ei mortale ſuum ſolum amore dei: ⁊ iſte eſt ꝯtritio: ſed ob aliud mortale ſuperueniens erit attritio. et ſi quis haberet tria pctā mortalia: ⁊ haberet p̄mo diſplicētiā de a. ſcḋo de b. et nullam de c. adhuc vterq; actus eſſet attritio. qn̄ aūt habƺ deteſtationē reſpectu c. cū alijs duab⁹ deteſtationibus: q̄libet illoꝝ tūc eſt ꝯtritio: ⁊ ſic qḋ fuit attritio/ realiter eſt cōtritio. Voco cōtritionē deteſtationē rōne cuius partialiter vel totaliter īfunditur gr̄a. vt ſi fortes habeat vnā deteſtationē generalē omnium ſuoꝝ pctōꝝ: intēdēs ſingula reuocare ad mētē ⁊ ſatiſfacere q̄bus tenet/ ſiue ꝑ vnū actū/ ſiue ꝑ plures quilibet iſtoꝝ actuum eſt contritio. etiā ſi primū pctm̄ occurrēs homo deteſtetur: qꝛ dei offenſiuū: virtualiter oīa alia deteſtat dūmodo proponat oīa alia in ſuis latibulis venari. Ratio eſt. qm̄ illa cauſalis vniuerſalē īfert. deteſtor a. pctm̄: qꝛ dei offenſiuū: ergo deteſtor omne offenſiuū dei: ⁊ omne illud venabor vt deſtruā. Sed ſi haberē diſplicētiā de oībus pctīs meis: ⁊ deinde nollē reſtituere alienū: iā diſplicentia mea eſt attritio ⁊ circūſtātia circūſtās. ſ. nolitio reſtituēdi īpedit ne deteſtatio generalis ſit contritio: qua nolitione ſubtracta deteſtatio illa generalis eſt contritio. Volo itaq; dicere attritionē aliquā poſſe fieri contritionē: vtpote quādo attritio eſt actus bonus: ⁊ alius actus vel aliud requiſitum deeſt ad infuſionem gratie. Talis enim attritio per poſitionem illius requiſiti poteſt fieri contritio. Similiter aliqua cōtritio poteſt fieri attritio: vt prius exemplificauimus. Preterea patet ꝙ ſi cōmiſi duos actus mortales a. et b. et vnico actu vtrūq; deteſtor: illa deteſtatio eſt cōtritio. ſi vero habeā vnū actum ſuper a. diſtincte eius deteſtatiuum: et ſimiliter vnum ſuper b. vterq; illorum actuum eſt contritio: modo nihil



aliud impediat infuſionē gratie. Nō ei ſemper eſt neceſſe habere ꝓpoſitū actuale de cōfeſſione. Vel ſi illā reqri dicis vel aliquid aliud: poſitis illis quilibet illorū actuum erit cōtritio qui prius erat attritio. Vlterius patƺ ꝙ dant duo actus a. ⁊ b. quorū vterq; facit alterū eſſe contritionē. qḋ liquet de duabus deteſtationibus a. ⁊ b. nuꝑrime recitatis. Amplius ſequitur ꝙ a. actus eſt cauſa b. cōtritionis: ⁊ b. cōtritio eſt actus ⁊ tn̄ a. nō eſt cauſa b actus. Nullo autē iſtorū triū modorū neceſſe eſt habere attritionē cōtritioni p̄uiā. ſed iſte tertius actus eſt bon⁹ ⁊ alijs cōmunior: diſpoſitio cōgrua: nō ꝙ ratione iſti⁹ ſolius actus in quacūq; intēſione graduali in quātolƺ tp̄e infundat gratia vt fiat cōtritio: ſed ob poſitionē alteri⁹ reqſiti ad hoc vt aliquid mereat dici cōtritio. Impn̄tiarū autē more vulgariter hic loquentiū ſemꝑ capio contritionē in bonā partē: rōne cui⁹ ꝑtialiter vel totaliter ꝓpinque gr̄a infundit. Interdū laxatur vocabulū ad cōtritionem de qua loquuti ſumus/ ⁊ ad oēm aliā diſplicētiam de pctīs debitā vel indebitam: ⁊ tunc erit quoddā ſuꝑius ad cōtritionē ꝓprie dictā: ⁊ ꝙ ita capiat patƺ apḋ Pſalmographū. pſal. xiij. Cōtritio ⁊ infelicitas in vijs eorū: ⁊ viā pacis nō cognouerūt. ſicut in ſimili legimus fatuas virgines euangelicas. ⁊ tn̄. iij. Ethicorū in materia de temperantia ſemꝑ capitur in bonā partē. ¶ Cōtra iſta arguitur. tūc contritio nō eſt cauſa gratie: quia gr̄a ita cito infunditur vt cōtritio. nec atritionū culpabilium gratia infundit: ⁊ nō eſt neceſſe habere attritionē moraliter bonā deteſtatiuā peccati: immo ipſa nō ſufficit. ergo ratione nullius deus infundit gratiā ⁊ remittit culpam. ¶ Reſpondet ꝙ ratione illius actus qui eſt contradictio deus remittit culpam/ ⁊ infundit gratiaƺ/ ⁊ concedo ꝙ ille actus nō eſt prius ꝯtritio/ imo nec act⁹ q̄ƺ gr̄a infundat: ⁊ tn̄ ipſe actus eſt cauſa ſine qua nō gratie ⁊ remiſſionis culpe. ¶ Sed cōtra hoc arguit. gratia cōcurrit ad illū actum remiſſum peccati: ergo ille act⁹ eſt effectus ipſius gratie: ⁊ per te etiam eſt cauſa ipſius gratie: ⁊ per cōſequens ille actus eſt cauſa ⁊ effectus reſpectu eiuſdem. ſ. gratie. ⁊ ex cōſequēti infero. eſt cauſa gr̄e: ergo eſt prius tempore vel natura ipſa gratia. ⁊ eſt effect⁹ gratie: ergo eſt poſterior tp̄e vel natura. idē ergo eſt prius ⁊ poſterius reſpectu eiuſdem. ¶ Preterea per iſtum modū non datur inſtās infuſionis gratie. nā tenēdo ꝙ cōtritio pure partibiliter eliciatur: in vltimo inſtāti nō eſſe contritionis adhuc gratia nondū eſt infuſa in anima ⁊ ante quodlƺ inſtans futurū erit infuſa: ergo nō datur inſtās in quo p̄mo erit infuſa. ¶ Ad primū iſtoꝝ reſpondetur: ꝙ aliter ille actus eſt cauſa gratie: ⁊ aliter gratia ē cauſa illi⁹ act⁹. actus ei eſt ſolū cauſa ſine qua non ipſius gratie ⁊ cauſa materialis gratie: ⁊ nullā efficientiam naturalē habet reſpectu ipſius: gratia autē a ſolo deo creatur in anima ⁊ infūditur a deo qn̄ homo hƺ iſtam diſpoſitioneƺ preuiā/ de lege quēadmodū fetu cōplete diſpoſito in vtero muliebri a deo infundit anima intellectiua. Sed gratia efficientiā naturalē habet reſpectu illius actus. Hoc ſuppono ex. xvij. diſtinctione primi ſententiarum. Et tunc ad formam argumenti concedo ꝙ contritio eſt aliquo modo prior gratia/ non tēpore/ nec natura/ loquendo more Ariſtotelis in Poſtpredicamētis: ſed ex pacto diuino nobiſcū/ ⁊ ſua liberalitate ⁊ miſericordia ē prior in genere cauſe materialis: ⁊ ē poſterior gr̄a tanq; effectus naturalis gratie. Et ſic cōcedo ꝙ cauſa ſine qua nō reſpectu b. gratie eſt eius effect⁹ naturalis: ⁊ quod eſt prius ex pacto/ eſt poſterius natura. Patet analogia in numeris/ in ſpecie multiplicationis per regulam illā vulgatiſſimam. multiplicabo digitum cum digito auferendo totiens minorem a ſua dena quot vnitatib⁹ a denario maior elongatur. Eodē modo ſi vnitates fuerint pares eandem legem auferendi ſubibunt: vt multiplicādo viij. cū. viij. octo in vtrolibet loco imaginaberis: vnum numerū ſuperiorē ⁊ alium inferiorē. Nūquid ſanitas medicinā in genere cauſe finalis precedit/ ⁊ medicina ſanitatē in gn̄e cauſe efficientis: ſic in ꝓpoſito/ iſta diſpoſitio p̄uia p̄cedit gratiā in gn̄e cauſe materialis: gratia autē actum eundem precedit in gn̄e cauſe efficientis. ¶ Ad ſecundum ꝯceditur ꝙ nō datur inſtans in quo primum infundit gratia. Opinor eīn ꝙ ſicut homo ſucceſſiue elicit actum/ ſic deus creat continuo gratiam. Qꝛ deus cōtinuo agat non mouearis: naƺ quādo ignis ſucceſſiue calorem introducit in aquā: de⁹ ad eūdem calorem ſucceſſiue coagit: ſic in caſu argumēti. Gratia eīn incipit ꝑ vltimum inſtās ſui nō eſſe: ſicut cōtritio: ⁊ intendit cōtinuo ſiue contritio intendat ſiue nō: dūmodo ꝯtritio libere cōtinuetur. hoc eniƺ ad cremētum gratie ſufficit. Poteſt tn̄ deus ſi voluerit gratiā infundere ſubito q̄ incipiet per vltimū inſtans nō eſſe/ per idem quod eſt vltimū non eſſe cōtritionis: ſed tunc bene verū eſt ꝙ nō datur primum inſtās eſſe gratie: ⁊ eſt eadem difficultas de ſcḋo angelo producto poſt primum quā remitto ad queſtionem ſecūdam diſtictionis. xlvj. huius. ¶ Sed contra iſta arguitur. ſequit ex iſto mō reſpondendi ꝙ nunq; dabitur contritio quando ipa pure partibiliter elicitur. Probatur. ante omne inſtans in quo gratia eſt anima: gratia prefuit. Sed actus bonus poſt infuſionem gratie non eſt contritio quod probo: qꝛ ſi ſic ſequitur ꝙ ſi Magdalena deteſtaret in patria nūc peccatum ſuum commiſſum dum erat viatrix: deteſtatio illa erit contritio. quod non videtur concedendum. Si dicas ratione illius deteſtationis non infunditur ei gratia quia ipſa non eſt viatrix. Sequitur. ſi aliquis in via deteſtaretur peccata preterita duplici actu imo cētuplici: ꝙ actus centuplus erit cōtritio. quod non eſt dicendum. Reſpondetur negando hoc non eſſe dicenduƺ. quia eſt actus peccati deteſtatiuus ⁊ deletiuus/ ⁊ deleret quantum eſt de ſe ſi nō preueniretur ab alio actu: ratione cuius etiā actualiter infunditur gratia. lƺ poſſim dicere nō eſſe ſimile quādo ſunt varij actus nō conſtituentes aliquod vnum: ⁊ quādo actus pars. vbi enim totus actus eſt cōtritio: ⁊ q̄libet eius pars. Et vtrumuis iſtorū duoꝝ dicat: non potes hoc oppugnare niſi luctādo de vocabulo. Sƺ adhuc dicis. ſi ꝓducat cōtritio in inſtāti/ gr̄a infundit in eodē: ⁊ ꝯcurrit ad illā contritionē: ⁊ ad intenſionē ꝯtritiōis gr̄a erit maior: ⁊ ad augmētum gratie augetur cōtritio: quia aucta cauſa naturali auget effectus. ⁊ ſic in abyſſum non erit ſtatus circa ſūmū. Reſpondet. hoc non impugnat concluſionē noſtraƺ ⁊ eſt difficultas cōmunis mihi ⁊ alijs. ⁊ lƺ dicas ꝙ gratia nō ꝯcurrit in illo inſtāti: ſed poſt illud inſtās: nō euadit difficultas. qꝛ eodē mō argumentabor de actu ⁊ ei⁹ intenſione ⁊ de augmento charitatis poſt illud inſtans. Hec difficultas poteſt fieri aliter in agētibus naturalibus vbi ē actus aliq̄s ꝓductus in inſtāti qui habitū in illo inſtāti ꝓducit: vbi propter reciprocationē actus et habitus nō videt ſtatus. Sed de hac difficultate alibi loq̄mur. De merito aūt cōgrui ⁊ condigni nulla eſt difficultas. Meritū de cōgruo eſt actus bon⁹ ſine gratia elicitus. Meritum de cōdigno actus a gratia ꝓductus. ſed de hoc remitto ad determinata in ſecūdo.

¶ Nūc deuenio ad ſolutiones duorū argumentorum aliam opinionem valde rigidam probare conantium: ꝙ ſcilicet requiratur maximus conatus poſſibilis. Ad primum dico ꝙ Aug. vult dicere ad ſam

penitentiam requiri deteſtationē omnium peccatoꝝ extenſiue. Non enim ſufficit vnius deteſtatio. Ad auctoritatem Pſalmographi adducitur vnum magis apparens ꝓ arguēte qḋ ſcribit Matthei. xxij. et Deutero. vj. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et tota anima tua et ex tota mēte tua. Et Chriſtus reſpondit Phariſeis ꝙ iſtud erat maximum mandatum in lege. Sed hic totum non dicit totalitatem actus: ſed totalitatem appreciationis: ꝙ ſcilicet nullā creaturā nec omnes ſimul iunctas tanti appreciemur ſeu eſtimemus quanti deum: ita vt non debeamus contrauenire precepto dei pro eis omnibus iunctis. poſſum tamen ita intenſe creaturam diligere vt deum. patet. quia eodem actu meritorio poſſum vtrūqꝫ diligere. Ad auctoritatem igitur adductam dico ꝙ ille ſcrutatur dei teſtimonia in toto corde ſuo qui vult efficaciter implere mandata dei per cor enim intelligitur voluntas: per animam intellectus: per mentem memoria: vt in auctoritate Matthei. ac ſi ſaluator diceret maximū mandatū dei eſſe cogitare de deo. ⁊ ipſum diligere propter ſe: et iterato conſiderare et ad mentem reuocare dei magnitudinem/ ſapientiam/ ⁊ bonitatem. ſed tale mandatum actuale non datur nobis in via: nec vt dicat totalitatem actus in quocūqꝫ tempore vie. vt Magiſter diſtinctione. xxvij. iij. ſententiarum dicit. et Augu. in lib. de perfectione humane iuſtitie. Addo etiam cōtra multos alios et ad noſtrum propoſitum de totalitate actus: ꝙ ad hoc non eſt mandatum in patria. Probatur. vel beatitudo partialiter a btā creatura cauſatur: ⁊ ſtat angelum cum homine eſſe equaliter beatum: ergo angelus non concurrit tantum quantum concurrere poteſt ad apprehendendum vel diligendū. ſi vero cauſetur a ſolo deo: non oēs beati ſunt equaliter beati: ergo non quilibet beatus habebit maximum actū apprehenſiuum dei vel dilectiuum eius. ſed quelibet iſtarum potentiarum continuo erit in actu ſuo in patria: et nunqꝫ auelletur a proſequutione iſtorum actuum. et ita in patria implebitur et non in via. Sic ergo intelligere oportet. ¶ Ecce quid eſt reatus culpe ⁊ quid reatus pene: quid contritio ⁊ attritio: ⁊ ꝙ actus deteſtatiuus peccati propter deum in quātolibet tempore quātūcūqꝫ remiſſus tollit culpam: dūmodo fuerint cetera requiſita. Nec mihi facienda eſt difficultas de illis requiſitis: qꝛ queratur ab alijs an ſola peccatoꝝ deteſtatio continuata per aliqḋ determinatum tempus ſine ꝓpoſito actuali confitendi/ ſatiſfaciendi/ et cauendi in poſterum ſufficiat. et quod ipſi dicent: dūmodo apparenter loquantur hoc nobis ſufficiet. Et ſi petas a me: quid ſi ſit aliquis in periculo ſubito et inopinato in multis peccatis mortalibus: qui deteſtetur omnia ſua peccata in generali propter deum: paratiſſimus ſatiſfacere de omnibus ſi euaſerit incolumis: Hec queſtio et ſimilis eſt mihi et aduerſarijs communis. hoc eſt ſum ita liber ad reſpondēdum conſequēter ad illa que diximus vt alij. et ſpectat ad diſtinctionem vigeſimam huius. de penitētia in extremis. ſed in fine ſolutionis primi argumenti contra concluſionem/ ſuper hoc loquuti ſumus. Et quicquid ſit: dico ꝙ prudens in tali neceſſitate debet cogitatū oībus neruis in ſimilia propoſita dirigere: licet ſtudium euadēdi periculi vel ab hoſte talē impediat. Habes inſup diſcrimen inter attritionem ⁊ contritionem: ⁊ attritionis triplicem acceptionem: ⁊ ꝙ gratia eodem inſtanti quo infunditur concurrit ad contritionem: ⁊ ꝙ actus bonus ratione cuius peccatum deletur: precedit gratiam in genere cauſe materialis: ⁊ gratia eūdē actum in genere cauſe efficientis. ſicut ſanitas eſt prior medicina in genere cauſe finalis: ecōuerſo in genere cauſe efficientis. cauſe enim ſunt ſibi inuicē cauſe. ij. Phyſi. Ex quo ſequitur ꝙ facilius eſt viro contritionem cōtinuare ꝗ̄ inchoare: quia a cauſa naturali adiuuatur. Habes preterea ꝙ aliquis actꝰ eſt contritio poſt peccatum deletum: et ꝙ nō requiratur maxima deteſtatio peccati vel peccatoꝝ ex parte actus deteſtatiui.

## ¶ Diſtinctionis Decimequarte. Queſtio Secunda.

SEcundo quęritur circa hanc diſtinctionē quartādecimam: an per ſacramētum penitentie peccatum mortale deleatur. Declarabitur vnus terminus. poſtea cōcluſiue reſpondebitur cū impugnatione. Penitentia queſtione p̄cedēti quo ad ratiōem termini tacta eſt ꝓ vna acceptione. Iterum dicit: ꝙ penitētia capit duobꝰ modis. Vno modo vt eſt virtus. de qua acceptione loquuti ſumus. Secūdo modo capitur penitētia ꝓ ſacramēto: ⁊ vocat penitētia ſacramentū. nec talis modus loquēdi (quicqd alij dicant) eſt nugatorius. licet ſuperius quidditatiuum imediate iūgat ſine connexione ſuo inferiori: qꝛ addit ad tollendā amphibologiā. Hoc dixerim ꝓpter illos qui lepidiſſimas orationes appoſitorias temere condēnāt. ¶ Sed que entitas ſit penitentia ſacramētū: in primis videndū eſt. Et qꝛ de ratione ſacramēti eſt: ꝙ ſit ſenſibile ſignū: que eſt connotatio principalis illius termini ſacramentum: ideo penitētia ⁊ quelibet ſpecies ſacramēti debet diſtincte idē connotare. et oportet dicere ꝙ eſt homo penitēs/ p̄ſbyter/ ⁊ verba: ſed accōmodatius dicit eſſe verba. ꝓpterea vt videat que entitas ſit non ponā quidditatiuū genus in definitione: puta hūc terminū ſacramentū. Magiſter ſcḋo capl'o huius: cōformiter loquēs dicit. Penitētia exterior eſt que eſt ſacramētum. interior eſt virtus mentis. loquēs de penitentia virtute/ ⁊ penitētia ſacramēto: ⁊ innuēs penitentiam ſacramētū debere eſſe ſenſibile ſignū. Sic itaqꝫ definitur. ¶ Penitētia eſt verba certa ꝓlata a ſacerdote iuriſdictionē habēte cū intētione debita: ſignificātia penitentē ſolui a peccatis. Verba ponunt loco generis: ⁊ tātū valēt quātū voces. Signāter loco generis qꝛ eſt terminus denominatiue ſupior. nā omnis penitentia eſt verba: ſed non econuerſo. ſed illa eſt accidentalis p̄dicatio. cōnotatio enim huius termini penitentia eſt extranea reſpectu huius termini ꝟba. vt patet ex particulis poſitis in eius definitione. relique particule ponuntur loco differentie. Dicitur (certa) qꝛ non omnia ſufficiunt. ⁊ ſunt iſta. abſoluo te ab omnibus peccatis tuis: vel peccatis tuis. qꝛ ſi ab vno mortali abſoluo: ab omnibus ſꝫm legē dei poſitā abſoluo. ⁊ ego abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti. Reliqua aūt verba ponuntur loco orationis: quare non oportet dicere. abſoluo te a ſentētia minoris excōmunicationis ſi indigeas. Illa enim verba non ſunt ita p̄ciſa vt in ſacramento baptiſmi vel Euchariſtie. Dicitur (a ſacerdote) qꝛ non ſacerdos nō poteſt abſoluere. Nā Ioannis. xx. dictū eſt eſt apoſtolis. Quorum remiſeritis pctā. ⁊c. quibꝰ p̄ſbyteri ſuccedūt quo ad hoc. Addit (iuriſdictionē habente) quia ſententia lata a non ſuo iudice nulla eſt. ſi enim alter ſacerdos abſoluere tētauerit nihil facit. Dicit (cum intētione debita) hoc eſt: ſacerdos intēdit facere qḋ mater eccleſia intēdit. ſ. miniſterialiter auctoritate Chriſti abſoluere. ¶ Ex iſta definitiōe īfero corollaria. Primū eſt. hec eſt diſparata/ penitētia eſt penitētia/ capiendo a parte ſubiecti ꝓ virtute: ⁊ a p̄te predicati ꝓ ſacramēto. ¶ Secūdo ſequitur ꝙ habēt cōnotationes impertinētes. Nā penitētiā ſacramētum ſupponit ꝓ verbis cōnotando ꝙ proferant a ſacerdote iuriſditionem habente. de penitentia autē virtute queſtione p̄cedēti loquuti ſumus. ¶ Tertio ſequitur/ ꝙ qñ dicimus/ peccata ſūt materia ſacramenti penitētie: vel homines peccatores: ibi materia nō capitur ꝓ materia ex qua: ſed circa quam. Quocirca multi inaniter ſe fatigāt querēdo: an peccata ſint materia penitētie: an hoīes cōfitētes. Dico ꝙ ambo ſint materia penitētie: quia circa illa exercetur penitentia ſacramentū. ¶ Quarto ſequitur. ꝙ ſacramentū penitentie non cōponitur ex materia ⁊ forma. niſi velis dicere ꝙ voces ſunt aer. ſed loquor cū vulgo loquentibus ꝙ voces ſunt accidentia in aere. nullū eīm accidens componitur ex materia ⁊ forma metaphyſice. ſenſibile autem verbū eſt materia. ⁊ quia requirit ꝙ intentio p̄ſbyteri que eſt ſpiritualis: rationē forme participat: non tñ componit vnum hoc aliquid cum verbis. Patet iſtḋ. j. q. j. Accedat verbū ad elementum ⁊ fit ſacramētū. qḋ circa principium baptiſmi trifariam expoſitum eſt. que expoſitiones noſtris dictis aſtipulantur. ¶ Quinto ſequitur ꝙ contritio non eſt pars penitētie integralis penitētiam cōponens. contritio eī nihil aliud eſt ꝗ̄ penitētia virtus: que ē accidēs in aīa. penitētia autē ſacramētum eſt accidens in aere. Nec eſt pars ſubiectiua ſecundū intētionaliter: ſed eſt pars penitentie ad hūc ſenſum: ꝙ penitētie p̄ſupponit ad hoc vt penitētia ſacramentū ſuū effectum cauſet puta gratiā: nō ſicut cā ꝓprie dicta ſed ſicut cā ſine qua nō. ⁊ ſic participat cōditiones partiū totū ei neqt eſſe ſine ptibus: ſꝫ eas p̄ſupponit/ ⁊ q̄ ſūt priores natura toto. ſic penitētia ſacramentū cōtritionē cōfeſſionem in voto/ pariter ⁊ ſatiſfactionē p̄requirit in peccatore qui ſatiſfacere habet: qꝛ ſine illis penitētia nihil valet. Penitētia tñ interdū collectiue capit ꝓ illis tribus. ⁊ ſic penitētia virtus eſt ps penitētie: ſicut lapis eſt pars cumuli. ¶ Sexto ſequit ꝙ frequenter eſt ſacramentum penitentie ſine gratia: vt in non habēte penitētiam virtutem. Et ſic patet ꝙ equiuoce capit penitētia quando dicit. Magdalena eſt penitēs: p̄ſbyter iniūgit penitētiā: ⁊ preſbyter abſoluit virtute penitētie.

¶ Iſtis notatis reſpondetur per cōcluſiones. Prima eſt. vere penitēs aū ſacramentū penitentie acquirit remiſſionē ſuorū peccatorū. ꝓbatur ex queſtione p̄cedenti ꝗ̄ primū eīn aliquis habet diſplicētiam de ſuis peccatis paratus facere emēdāde eis ꝓpter deum/ remittūt ei pctā ſua ⁊ infunditur grā. ¶ Scḋa concluſio. virtute penitētie ſacramēti cōfitenti ꝑ verba ſacramētalia cōfertur grā penitētialis. Probatur cōcluſio. Oē ſacramentū noue legis confert gratiā virtute operis operati in capace: ſed diſpoſitus tranſiēs ad cōfeſſionē dolēs de peccatis eſt huiuſmodi. igit. ¶ Tertia cōcluſio. ſacramentū penitentie nullo mō delet peccatum ꝓbatur ſic. vel tranſiens ad confeſſionem priꝰ dolet ꝗ̄ ſacerdos applicet ſacramentū: vel ſimul. vtroqꝫ autem iſtoꝝ dato peccata delent ꝑ penitentiā virtutē. ſi eīn nō doleat de peccatis/ penitētia ſacramētū ea nō delet. qḋ ptꝫ. quia baptiſmus nō delet peccata actualia commiſſa ſine dolore p̄uio. ergo nec a fortiori penitētia ſacramētū: aſſumptum ſupra patuit in materia baptiſmi. ⁊ Magiſter Sentētiarū tenet. xviij. diſt. huius quarti. ca. vj. vij. ⁊ viij. ⁊ doctores pleriqꝫ. ¶ Ex his concluſionibus iterū infero corollaria. Primū eſt. vtile eſt nimis deteſtari peccata ꝑpetrata: ⁊ potiſſimum qñ homo facit aliquod opus bonum moraliter/ qḋ alioquī eſſet meritoriū qñ ſi in peccato mortali opꝰ faciat/ perdit meritū: quia opus eſt mortuum. ¶ Secūdo ſequitur ꝙ celebrās/ dicens horas vel ſimile faciens in quouis alio ope bono/ debet in primis ſua peccata plāgere ꝓpter deū: et velle ꝓpter deū facere illud. Et hoc ſollicite debet dici p̄dicādo populo: quia plurimi exiſtimāt ſe eſſe in peccatis/ poſt illa perpetrata quouſqꝫ confiteantur ſacerdoti: qḋ falſum eſt. ¶ Tertio ſequitur ꝙ penitentia ſacramentū non eſt ſecunda tabula poſt naufragiū quo ad remiſſionem culpe: ſed bene quo ad remiſſionem totalis pene vl' partis eius/ ⁊ ad collationē grē virtute operis operati. Dixi (ſacramentū) quia penitentia virtus eſt ſecunda tabula poſt naufragiū quo ad remiſſionem culpe.

¶ Contra primam concluſionē arguitur ſic. In nullo gradu homo tenet habere cōtritionem ex queſtione p̄cedenti: ergo nō tenetur habere contritionē. Arguat ſic in forma. nullū gradum cōtritionis tenetur peccator elicere. quelibet cōtritio eſt aliqḋ gradus contritionis/ ergo nullam cōtritionē tenet quis elicere. cōſequentia tenet in Celarent ex parte medij diſtributi. Maior patet. per dicta in queſtione p̄cedenti ꝙ non requiritur mora tēporis nec gradus. Et minor patet. qꝛ quelibet pars forme eſt gradus: vt capimus: nō enim accipitur gradus pro parte aliquota determinata/ ꝓ octaua nona vel decima: quia iam minor eſt falſa in illo ſenſu. Forte concedis conſequētiam/ antecedēs ⁊ conſequēs: ſed hanc negas. non requiritur cōtritio in gradu ad delendum peccatū. Contra. ante dictum eſt ꝙ idem valet dicere: requiritur cōtritio ad delendū peccatum: ⁊ cōtritio requitriur ad delendum peccatū: ergo illarum cōtradictorie equiualent. ¶ Reſpondetur cōcedendo concluſionem in celarēt: ſed hec cōditionalis eſt vera: ſi peccatum perpetratum deletur: opus eſt contritione: in ſenſu quo ante conceſſimus queſtione precedenti. ¶ Sed contra illud arguitur. ſequeretur ꝙ quelibet cōtritio penam ⁊ culpam deleret: cōſequens eſt falſum: ergo antecedens. falſitatem conſequentis probo. quia alioquin eccleſia ſuperuacanee imponeret penitentiam/ ſaltem non eſſet aliquo modo neceſſe. ſed ꝙ ſequatur/ patet. capio contritionē intenſam vt quatuor vel vt duo: centeſima pars vnius gradus per te ſufficit ad delendum peccatum: ergo mutat penam eternam in temporalē: ſed ſuperſunt viginti partes contritionis ſimiles: ergo ille poſſunt tantundem facere: ſed minor eſt pena debita poſt mutationem eterne in temporalem/ ꝗ̄ pena eterna que per vnam partē contritionis tollitur: hoc eſt minus eſt tollere penam ꝗ̄ culpam. ergo relique partes graduales contritionis ſufficiunt pro pena. immo mileſies pro ſimili pena ꝗ̄uis duraret ad diem iudicij vſqꝫ ergo ſuperuacanee iniungitur penitentia. vel non quelibet pars contritionis ſufficit ad delenda peccata/ contra dicta. Aut dicatur ſic ſi velis. Vel contritio ſucceſſiue producitur: vel in inſtanti. Si ſecundum. ſignetur intenſa vt duo. Vna medietas eius peccatum tollit: Ergo quelibet alia pars ſimiliter. ſed partes ſunt infinite: ergo ab infinitis partibus tollitur peccatum. Si dicas/ a totali contritione et non ab aliqua parte. Cōtra: medietas eiꝰ vel octaua ſi eſſet ſeorſum/ tolleret illa peccata meritorie: hoc eſt deus per illam contritionem tolleret: et non eſt minoris valoris in tota ꝗ̄ ſeparatim: ergo virtute vnius partis tollitur peccatum. Si ſucceſſiue: apparentiꝰ argumentabor ſic. quacunqꝫ contritione data ante illā peccatum eſt deletum: quia ante omne contritum eſſe/ eſt contritū eſſe vbi eſt ſucceſſio: ſicut ante oē moueri ē moueri. vj. Phyſi. ergo nō dat cōtritio tollens pctm̄.

¶ Reſpondetur negãdo conſequentiã. ꝙ ſcilicet quelibet contritio penã et culpã tolleret. Et ad ꝓbationẽ dicentem ꝙ vna medietas tollit peccatum: dico ꝙ culpa a tota contritione: ⁊ qualibet eius parte tollitur: quãdo in inſtãti ꝓducitur: q2 eq̃lis eſt ratio in toto ⁊ in parte: ⁊ in magna parte/⁊ parua. Idem eſt iudicium quando ſucceſſiue elicitur: q2 culpa remittetur ratiõe totius actus: ⁊ ratione partis precedentis. hoc eſt: inceptionem actus verſus: licet ratione nullius partis ꝓportionalis actus: finem verſus deleatur culpa. Si vero ponatur minimũ naturale contritionis: homo poteſt aliter procedere: ſed non eſt neceſſe illud ponere. Nec ſequitur. vna pars contritionis totã culpã tollit: ergo ⁊ totã penã. In agentibꝰ enim naturalibus non ſemꝑ auferẽs manus: minus aufert. Nã calor frigus corrumpit: non tñ humiditatẽ vel ſiccitatem. Illa autem maxima tenet quando effectus corrumpẽdi ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. ſi igitur ita eſt in agentibus naturalibus: multo magis in agentibus liberis. ſemper enim contritio maioris peccati vt noſti. plus tollit de culpa: q2 maiorem culpam. patet de mortali ⁊ veniali: ⁊ de duobus mortalibus maiore ⁊ minore. vbi enim ſuꝑabundat delictum ſuꝑabundat miſericordia. et ſimiliter vnus actꝰ meritorius meret̃ maius premium cõcomitãs q̃ alter. hoc eſt remiſſionem pene: vt manifeſte videre licet indulgentijs vbi pro certa ſumma eſt completa abſolutio pro peccatis ĩparibus. Deus igitur vt patet: plus remittit pro parua contritione quãdo culpã remittit: q̃ quãdo remittit penã ꝓ actu contritionis equaliter intenſo. ¶ Contra. ex iſto ſequitur ꝙ eque intenſus dolor requiritur ad deletionem furti ſimplicis ac vxoricidij vel matricidij vel inceſtus. ꝯſequẽs eſt falſum: ergo et antecedens. Et ꝙ ſequatur perſpicuũ eſt ex dictis. falſitas conſequentis patet. Nam pene debent aggrauari ſm quantitatem delicti. xxiiij. q. j. Non afferamus. modo contritio eſt pena. et pro fornicatione cum religioſa magna pena imponitur. ¶ Reſpõdetur. non ſequitur ꝙ eque intenſus dolor requiritur ꝓ magno pctõ et paruo: cum nullus requiratur vt dictũ eſt. Sed q2 ꝯditionaliter argumẽtũ forte ĩtelligit: ad rẽ rñdendo diſtinguo. vel quo ad ĩtẽſionẽ gradualẽ: ⁊ ſic trãſeat: vel ſm ſpeciẽ eſſentialẽ: ⁊ ſic negat̃. iſte enim nolitiões: nolo pctm̃ furti fuiſſe perpetratũ a me: nolo pctm̃ homicidij fuiſſe ꝑpetratũ a me: que realiter ſunt deteſtatiões: ſpecie eſſentiali diſtinguuntur: ⁊ ſecunda nolitio diſtinguitur ſpecie a prima: q2 habet aliud obiectum. iſte autem deteſtationes ſunt pene idẽtice: ſi loquaris de triſtitia q̃ eſt etiã pena nolitionem naturaliter ſequens. ſed an ſit eiuſdem ſpeciei dubiũ eſt. q̃q̃ enim cauſe productiue ſpecie differant: non oportet effectus ſpecie differre. qð patet de calore a ſole ⁊ igne ꝓducto. nec tñ oppoſitũ poteſt oſtendi: puta ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei. nec eſt multum vtile inſiſtere ad hoc ſuadendum. ¶ Cum toto iſto dico ꝙ peccator debet plus deteſtari peccatum maius q̃ minus ⁊ maior pena exterior eſt aſſumenda pro maiori peccato, iuxta illud Deuterono. xxv. Pro menſura peccati erit ⁊ plagarum modus. ⁊ Apocalyp. xviij. Quãtũ glorificauit ſe ⁊ in delitijs fuit: tãtum date illi tormẽtum et luctum. Et cum dolor ſit partialis pena: poteſt rationabiliter plus dolere: ſed ꝙ teneatur intẽſiue non oportet: cum quilibet ſufficiat: ⁊ poteſt capere alias penas ꝓ penitẽtia inflicta. Vel ſic. quis plus dolet appreciatiue de grãdi delicto q̃ puſillo. quemadmodum viator plus appreciatiue deum diligit (licet non gradualiter) q̃ prẽm: dolor tñ ſenſualis de amiſſione prĩs eſt maior q̃ de peccato perpetrato: ſed non rõnalis: q2 vnũquodq̃ facilius mouet̃ a ꝓprio motore q̃ extraneo: cum vires ſenſitiue mouẽtur a ꝓprijs obiectis ſenſibilibus: vt vulnere vel morte amici. etiã mouent̃ a ꝓprijs motoribꝰ: vt tactus a calore vel frigore. quãdo autẽ mouẽtur ex redundantia virium ſuperiorum: hoc eſt a volũtate ſenſualitatem mouẽte: mouẽtur ab extraneo motore. Sed rõnalis dolor eſt maior de pctõ q̃ de prẽ. Nã qui plus amat prẽm q̃ me: non eſt me dignus. dicit Chriſtus. Flemus etiã ⁊ emittimus lachrymas experientia teſte interdum inuiti. interdum nolentes a. peccatum fuiſſe nõ flemus. Inſuper triſtitia poteſt eſſe ita magna vt deſiccet et fletum impediat: ſic vt homo flere nõ poſſit. aliqui autem feminei ⁊ molles carne/vel ex habitu ingenito facile flẽt: imo plerũq̃ poſt ſecundos calices flet qui ante flere neq̃bat. Etiã ſtat dare lachrymationẽ in oculis vnius et non alterius qui equaliter mouẽtur a motoribꝰ extraneis: hoc eſt ſuꝑioribꝰ cauſis ſecũdis: puta a voluntate peccatum deteſtante. Deus enim vni largius porrigit lachrymas q̃ alteri ne in via deficiat. ſicut pia mater filium tenellũ domi nutrit: ⁊ aliũ magis dilectũ in hyeme mittit ad cãpos. Qui autem fletũ in deteſtatione pctõꝝ habere poteſt contineat: is enim ſuauius hortum anime irrorat q̃ Nilus Aegyptũ. ⁊ ſi nõ habeat clamet cũ ꝓpheta. Quis dabit capiti meo aquã ⁊ oculis meis fontẽ lachrymaꝝ? Hiere. ix. Roga dominũ vt ſilicem cordis tui ꝑcutiat ⁊ fluãt aque. nũq̃ tñ debet eſſe lachrymatio vel corporis caſtigatio ad corruptionem vel ad indiſpoſitionẽ ſubiecti. hinc dicit Apoſtolus ad Roma. xij. Rationabile ſit obſequiũ veſtrũ. Et licet Sortes fleat de prĩs morte et non de pctõ ꝑpetrato: ſtat Sortẽ tñ plus nolle ſecũdũ q̃ primũ. ⁊ hoc cognoſcit̃ quãdo firmiter in animo ꝓponit vt ꝓponere debet. Si autem det̃ ei optio amittendi bona omnia creata: vel deum offendendi: primum eſt accipiẽdũ ſecũdo relicto. Et licet homies cũcta que habẽt: dẽt ꝓ ſua pelle: ſi occurrat ei in mẽtẽ: an vellet pati mortẽ potius q̃ cõmittere veniale: debet potius velle mortẽ ſubire. ſed ꝓpter horrorẽ ⁊ conſciẽtiã remurmurãtẽ nõ expedit talibus caſibus ancipitibꝰ ĩmorari: ⁊ potiſſimũ in particulari: q2 in particulari plus mouẽt terribilia q̃ in vniuerſali. citius enim homo aſſentitur ſe velle pati quãcũq̃ penã in vniuerſali de nulla determinate cogitãdo/q̃ applicando ſe ad vnum particularem cruciatũ terribilem. plus enim horremus dolium feruentis olei Ioãnis: vel craticulã Laurentij: vel decoriatiõem Bartholomei ĩ particulari q̃ penã in vniuerſali quãtãcũq̃. ſicut homo plus mouetur cogitãdo de luxu particulari cum hac formoſa muliere: qui de luxu cum muliere in cõmuni. Proponat tñ vbi aliquid tale occurrit grã dei fretus in poſterũ cauere ab omni peccato ſm ſuã fragilitatẽ ⁊ prout deus largiet̃. ¶ Forte dicis. Berta tenet̃ nolle hãc fornicationẽ fuiſſe: ergo tenet̃ nolle hunc filiũ fuiſſe: demonſtrãdo Magiſtrũ Sentẽtiaꝝ vel Rolãdũ vel aliquem in adulterio vel fornicatione genitũ. reipuplice admodum vtilem. conſequens incõuenit. patet cõſequẽtia: q2 ſine hac fornicatione nõ fuiſſet hic genitus. ¶ Rñdet̃. conſequẽtia eſt nulla: q2 non oportet ad nolle cãm nolle effectũ. ſed Berta debet nolle cũ eſſe hoc modo genitũ ꝑ fornicationẽ. Odio habẽtes modũ faciendi ⁊ peccatum: diligamus ſubſtantiam.

## ¶ Secundo principaliter arguitur.

cõtritio et peccatũ nũq̃ ſunt in eodẽ ſubiecto: ſiue cõtritio ſucceſſiue ſiue ſubito eliciatur: vt ex dictis liquet. ergo vnum non tollit aliud. ¶ Rñdet̃. conſequẽtia eſt nulla: q2 ſciẽtia actus/opinionẽ actũ ſibi oppoſitũ e medio tollit: ⁊ tñ nõ ſe cõpatiunt̃ in quibuſcũq̃ gradibus in eodẽ paſſo. ſic in ꝓpoſito. licet non ſit omnino idẽ: cũ in vno ſit



corruptio ⁊ generatio naturalis: in alio non imputabilis amplius ad culpã rõne contritionis. ¶ Tertio arguit̃: aliquod eſt pctm̃ mortale qð non poteſt deleri ꝑ penitẽtiã ſacramẽtũ/nec ꝑ contritionẽ: ergo male dictũ eſt. cõſequẽtia claret. aſſumptum ꝓbat̃ de finali ĩpenitẽtia. illud enim pctm̃ nõ poteſt deleri ꝑ penitẽtiã. qð ꝓbat̃: q2 dato oppoſito ꝙ deleat̃: iã non eſt finalis ĩpenitẽtia contra hypotheſim: q2 capio finalem impenitẽtiã vnius reprobi. ſi doleat/non das finalem impenitentiam. igitur. ¶ Preterea pctm̃ mortale rõnabiliter fit: ergo non delet̃ ꝑ deteſtationẽ. conſequẽtia eſt bona. aſſumptũ ꝓbatur. bene ſequit̃. Sortes penitet: ergo Sortes peccauit. ſed antecedẽs eſt rõnabiliter volitũ a Sorte: ergo ⁊ conſequẽs. Fortaſſe dicis: ⁊ ita dicẽdum eſt. cõſequẽtia eſt nulla. quẽadmodum non ſequit̃. hec conſequẽtia eſt bona: ⁊ antecedens eſt ſcitum: ergo ⁊ conſequens: ſed oportet addere: ⁊ ſcio conſequẽtiã eſſe bonã. Contra. illo dato habeo ꝓpoſitum. Nã oportet dicere ꝙ hec conſequẽtia eſt a me volita eſſe bona. modo pono ꝙ Sortes velit hãc conſequẽtiam valere. Sortes penitet: ergo Sortes peccauit. ¶ Reſpondetur ad primum ꝑ propoſitiones. Prima eſt. de pctõ finalis impenitentie Sortes poteſt penitere. ¶ Secunda eſt. impoſſibile eſt Sortem penitere de pctõ finalis impenitentie. ¶ Tertia. Sortes nõ poteſt penitere de pctõ finalis impenitentie. Voco autẽ pctm̃ finalis impenitẽtie quãdo homo decedit in mortali ꝓ nũc. q2 ille eſt vnus modus loquẽdi. de hoc dictum eſt in ſecũdo. ¶ Prima ꝓpoſitio ꝓbat̃. capio hãc volitionẽ. volo finaliter decedere in mortali pctõ. arguit̃ ſic. Hoc pctm̃ poſſum deteſtari: hoc pctm̃ eſt vel poteſt eſſe pctm̃ finalis ĩpenitẽtie: igit̃ de pctõ finalis impenitẽtie poſſum penitere. conſequẽtia tenet expoſitorie: ⁊ antecedẽs claret. ergo conſequẽs nõ debet eſſe dubiũ. Secunda ꝓpoſitio ꝓbat̃. q2 data eius oppoſita vel saltẽ repugnãte: poſſibile eſt penitere de pctõ finalis impenitẽtie: cũ illa ſit modalis cõpoſita: oportet partes dicti cõuenire inte ſe ꝓ eodẽ tẽpore adeq̃to: vel ꝙ eis nõ repugnet. loquor lege ſtãte. modo hoc eſt falſum. ex prĩa nãq̃ ꝯcluſione pꝫ: ꝙ q̃ primũ homo penitet/nõ eſt pctm̃: ergo nõ eſt pctm̃ finalis impenitẽtie. a ſuꝑiore ad inferius negatiue cũ diſtributiõe ſuꝑioris. Tertia ꝓpoſitio nõ eſt eadẽ cũ ſecũda. nã prĩa eſt modalis diuiſa: ſaltem loco illius vulgo capit̃: et ꝑ hoc differt a ſecunda: ſed q2 qð ponit̃ a ꝑte ſubiecti in prĩa: ponit̃ a ꝑte p̃dicati ĩ tertia: ꝓpterea eſt alia appellatio: ⁊ eius de ineſſe eſt hec. Sortes penitet de pctõ finalis ĩpenitẽtie: que implicat lege ſtãte. nã quãdo penitet: nõ eſt pctm̃ finalis impenitẽtie: nec vnq̃ erat pctm̃ finalis ĩpenitẽtie. ſecus eſt de ineſſe iſtius. de pctõ finalis ĩpenitẽtie Sortes põt penitere. Ex his potes argumẽtũ in forma ſoluere. ¶ Ad aliud nego ꝙ peccatũ mortale rõnabiliter fit. Et ad illã cõſequẽtiã. Sortes penitet: ergo peccauit. cõcedo ꝙ ſequit̃ capiẽdo peccatũ ſicut accipimus: ⁊ ꝙ antecedens rõnabiliter fit: ſed nõ oportet ꝙ ꝯſequẽs rõnabiliter fiat niſi cõſequẽtia ſit rõnabiliter volita: qð eſt falſum. eſto bonitas conſequentie ſit volita.

## ¶ Quarto arguitur probando ꝙ peccatum

non poſſit deleri per penitentiã: ⁊ hoc tripliciter. Primo non poſſum penitere de pctõ. q̃ primũ enim penitco de aliquo pctõ: puta a. vel b. ipm̃ delet̃ corã deo. ergo nõ eſt dabile inſtãs in quo habeã verã penitẽtiam reſpectu pcti. nã bñ ſequit̃. ego habeo penitẽtiã de pctõ meo: ergo pctm̃ meũ eſt. alioq̃n das mihi modũ ſuſtinẽdi ꝙ poſſim penitere de chimera: quod diceret nemo. ¶ Secũdo. pctm̃ meum non fuiſſe eſt ĩpoſſibile. Nã. vj. Ethico. laudat Ariſto. hoc dictũ Agathonis. Hoc ſolo priuatur deus: ingenita facere q̃ facta ſunt. nemo autẽ tenetur ad impoſſibile vel ad illud cuius oppoſitum eſt neceſſarium. ſed ſic eſt de quolibet preterito vero ex futuro contingẽte nõ depẽdẽte: ſine diſtributione. igitur. ¶ Preterea tertio. penitẽtia habet pctm̃ ꝓ obiecto. ergo nõ eſt actus bonus: nec ꝑ eã deletur pctm̃. Hinc q̃rto Ethi. dicit Philoſophus ꝙ verecũdia nõ eſt virtus: q2 eſt circa turpe. ¶ Reſpondetur ad primum concedẽdo ꝙ q̃ primũ habeo penitẽtiã de pctõ: ipm̃ iã nõ eſt pctm̃. nã penitet ampliat ⁊ importat actũ volũtatis. ſicut hec eſt cõcedẽda. vellẽ habere cẽtũ ſcuta: q̃uis nulla eſſent. ſic liberalitas plerũq̃ inclinat me ad dãdũ denariũ ſiue ſit in burſa ſiue non. nec ſequit̃ ꝙ poſſim penitere de chimera. Etiã actus qui erat pctm̃ poteſt eſſe in volũtate: ⁊ non eſſe pctm̃. ¶ Ad aliud: dubium eſt quomodo doleo de pctõ tenẽdo ꝙ ad p̃teritũ nulla eſt potẽtia. vindicare enim pctm̃ commiſſum nõ eſt impoſſibile. ſed de deteſtatione pcti eſt difficultas. ſ. nolle peccaſſe. Nam iſta. a. pctm̃ meum fuit: eſt neceſſaria ꝑ accidẽs: q2 ꝓpoſitio de p̃terito vera nõ depẽdẽs ex vna de futuro cõtingenti ſine diſtributione: ergo ſua contradictoria eſt impoſſibilis ſaltẽ ꝑ accidẽs. quomodo igit̃ obligor ad velle a. pctm̃ meum nõ fuiſſe/vel ad nolle a. fuiſſe. Probabile eſt ꝙ nõ poſſum vllo modo habere volitionem categoricã ꝓſecutiuã reſpectu impoſſibilis cogniti talis: licet poſſim habere quoddã velle deſideratiuum: volẽdo illud eſſe poſſibile: vel velle optatiuum categoricum/et opinor Ariſto. iij. Ethicoꝝ. ita ſenſiſſe: cum dixit. Volũtas eſt impoſſibilium: electio autẽ non. Ex prĩo mẽbro cum vno noto ſequitur ꝙ non poſſum velle conditionaliter notum mihi impoſſibile. volitio enim cõditionalis non tenet niſi extãte conditione vt in materia de matrimonio ſepiuſcule dicitur. modo homo non vult conditionẽ ĩpoſſibilẽ poni loquẽdo de volitione ꝓſequutiua. Iſtud alibi latius deducere ꝓpono. ſed quãtũ attinet ad hoc argumentum: concedo ꝙ quis obligetur ad impoſſibile ꝑ accidens: ⁊ deus hominẽ ad hoc obliget: vt in caſu argumẽti. nũq̃ tñ ad impoſſibile ſimpliciter. Secundo homo poteſt illud nolle ſi ſit poſſibile. ¶ Ad tertium reſpõdet̃ negãdo ꝙ habeat pctm̃ ꝓ obiecto. q̃ primum enim eſt penitentia: actus deſinit eſſe pctm̃. ⁊ q̃uis duraret ꝑ tẽpus (vt aliqui exiſtimãt) diſtinguo ꝙ pctm̃ ſit obiectũ penitẽtie: vel ipm̃ nolẽdo: ⁊ ſic ꝯcedo. et talis actꝰ eſt bonus ac meritorius. et ſufficiẽter eluit̃ lr̃a Ariſtotelis de verecundia. fruitio enim interdum habet pctm̃ ꝓ obiecto partiali: vt huius nolitiõis: nolo pctm̃ ꝓpter deum: deus ⁊ pctm̃ ſunt obiectũ ⁊ iſta nolitio eſt fruitio reſpectu dei: licet vſus reſpectu pcti. ⁊ data oppoſita opinione: peccatũ meritorie eſt obiectum totale nolitiõis. Vel ipm̃ volẽdo. et ſic nego: imo eẽt pctm̃. nõ tñ negãdum eſt quin cum habitu penitentie ſtet pctm̃ mortale. Sed de actu intelligenda ſunt hec que diximus.

## Dubitatur: ſub qua virtute

contineat̃ penitẽtia. Reſpondeo. penitẽtia virtꝰ non eſt ſpecies ſpecialiſſima: ſed ſubalterna ſatis excelſa in arbore. aliqua enim eſt caſtitas: aliqua iuſtitia. exẽplũ primi. nolo me luxuria diffluxiſſe. nolitio enim qua q̃s non vult luxuriari: eſt caſtitas: ſicut volitio qua q̃s vult ſeruare ſuã caſtitatẽ. exemplũ ſecundi. quãdo homo tenet̃ penitere. volo penitere ꝓpter p̃ceptum ſuꝑioris de pctõ meo. Semꝑ aũt velle bonum ⁊ nolle malũ ad eãdẽ virtutẽ ſpectãt dũmodo ſit idem obiectum ꝓpinquũ: vt in exẽplis datis circa iuſtitiã et caſtitatem. Nec obſtat

cutientes/⁊ huiuſmodi. Sutor aũt/ſartor/ ⁊ architectꝰ
latomus vel alius faber parꝝ laborãs:a ieiunio quadra
geſime nõ eſt excuſatus. Quarta cauſa excuſans ẽ mẽ-
dicitas.mendicus e i non põt ſimul habere cibuȝ vt vni
cã faciat refectionẽ. Forte ei conſtrictus fame cogitur
comedere ſibi datũ in promptu.⁊ ꝗ̃ꝗ̃ nõ conſtringitur
ad hoc nõ poteſt ſeruare ſuũ cibũ vt ſibi valeat diutius
cõſeruatus:quia forte eſt offa callida vel cibus alius q̃
notabiliter minus valet cõſeruatus.breuiter iſte labo-
rat/ more laborãtis in horto.plerũqȝ etiã eſt debilis:qui
infimo equiparat. Mulieres inſuper foetus habẽtes in
vtero vel lactantes excuſant a ieiunio qñ nutrimentuȝ
paruulo in vtero miniſtrant:etiã extra vterũ/lac eñ eſt
ſanguis dealbatus.quare opus eſt eis maiore cibo: pre
dicator quoqȝ verbi diuini in quadrageſima eſt excuſa-
tus a ieiunio quadrageſime:nõ non poſſit vtriqȝ officio
incũbere:maius eñ officiũ vtilitati reipublice chriſtia-
ne p̃bet ꝗ̃ ſit ſuũ ieiuniũ:lȝ predicare ſit ſolũ de conſilio
quia nõ incõuenit vnuȝ grãde opus cõſilij tollere de me
dio vnũ opus precepti. vt patet de latomo. Simile patȝ
etiam in materia de martyrio:vt diſtinctione.xlix.huiꝰ
videbitur de multis qui ſe cruciatibus martyrij tempo
re cõſilij expoſuerunt. ¶ Martinus magiſter dicit regẽ
tes in artibus eſſe a ieiunio quadrageſime excuſatos.
Sed illud indiſtincte dictũ nõ placet:ſed opinor eſſe ve
rũ vbi regens eſt iuuenis nõ potens auditoribus ſatiſfa
cere ſine ĩprobo labore/quẽ non poteſt ferre cũ ieiunio.
cõtinuo eñ in honeſto officio affligitur tam in corpore
ꝗ̃ in anima ſurgẽdo mane/⁊ ſero petẽdo quietẽ:a cani-
mo ſollicitus eſt ad domãdos inſultus paſſionũ ſuoruȝ
ſcholaſticorũ/⁊ pro eis recte ⁊ honeſte moderãdis ⁊ ma
nutenendis:aſtrictis alijs in magnis reparationibꝰ re-
ſpondere/⁊ ipſos impugnare. Idẽ intelligo in ſimili ca-
ſu de regente in grãmatica.⁊ ꝓpter illud ne videar regẽ
tibus(de quorũ numero licet indignus fuerim)fauere:
hoc ſic declaro Agricola/vinitor ⁊ latomus excuſant a
ieiunio quadrageſime:ꝗ̃uis nec ipſi:nec ſui puuli ſint ĩ
extrema neceſſitate:ſed acquirendo denario pro ſe ⁊ ſu
is mediocriter ſuſtentãdis intenti:ergo tunc talis labor
eſt eis de cõſilio.ſed regens/de quo locutus ſum/ habet
ſimilem excuſationem/ ⁊ nõ habet pecuniam vt altiorẽ
gradum in alia ſciẽtia adipiſcatur:ſemper autẽ in arti-
bus regẽdo marceſceret ergo poteſt legere cauſa lucri
obtinendi etiã: pro doctrina ſpirituali quam ſeminat/
more declamatoris in tẽplo:q̃ in fine quadrageſime etiã
capit pecuniam oblatam:⁊ ſub illius ſpe ad dei verbuȝ
ſeminandum ducitur etiam ſine culpa. pecunia enim ẽ
motiuum minus principale.vt in. xxv. diſtinctione hu-
ius dicemus in materia de Simonia. Omnes aũt iſte
cauſas excuſatorias habẽtes caueant veſperi comeda
re corã iuuenibus/ſimiles cauſas nõ habentibus:qꝛ fa
cile ſcãdaliȝantur accipiẽtes argumentum a ſuperiori
bus:hoc ſibi licere.

¶ Contra concluſionem arguitur. famuli dominorum nõ peccãt:⁊ tamen frangunt ieiuniũ.
igitur cõcluſio falſa.minor patet. Nã inter vndecimaȝ
⁊ duodecimã comedũt parum poſtea domino manente
in menſa ad tertiam forte incluſiue/famulus incipit co-
medere.⁊ ſic protrahit comeſtio famuli ad tertiam vel
quartam horã:ergo nõ ieiunat.maior patet. quia quilȝ
iudicat eos nõ peccare. Idẽ poteſt fieri de lectore ĩ mẽ
ſa inter religioſos. ⁊ de famulis examinantibus cibos
dominorum. ¶ Reſpondet negando minorem. parum
eñ ſumunt a principio ꝓ ſui recreatione:quia nõ poſſũt
comeſtionẽ ad ſecundã horam vel tertiã differre: ⁊ ſu-
munt illum cibum ꝑ modũ medicine preſeruatiue non
ad nutriendũ.inter tertiã autẽ ⁊ quartam prandium fa
ciunt. Si etiã magnum cibum ſumerent ante meridieȝ:
nec bene dominis ſeruirent:nec eis cõducerent. Primuȝ
eſt notum.nemo ei plenus cibo ⁊ potu ita vigilanter ſer
uit/vt nõ plenus. Item eſſet ſeruis in iacturã:quia poſt
magnum cibum aſſumptũ oneroſum eſt incidere/⁊ po-
tiſſimuȝ celeriter:quod tamen oportet facere famulos.
Etiã eẽt indecorum ꝙ famulus ante dominum prande
ret.non enim ẽ diſcipulus ſuper magiſtrum:ſed ſufficit
miniſtro ꝙ ſit ſicut dominus ſuꝰ:immo ꝙ eũ ſequatur.
Sed dicis famulus ille poteſt viuere ſine ſeruitio iſtiꝰ
domini in ꝓpria domo:⁊ ſi eſſet in ꝓpria domo ieiunare
poſſet:ponatur mediocriter diues igitur. Hoc aliter pȝ
ſi latomus habet vnde ſe ⁊ ſuos alat non debet frangere
ieiunium ſed viuere de proprio:⁊ minus in domo labo
rare ſeruando ieiuniũ. Concedo vtramqȝ premiſſarũ:et
nego conſequẽtiã.quia magnus dominus frequẽter hȝ
famulũ potentẽ viuere de bonis parentum.⁊ hoc eſt li-
citum.quando autẽ primo cõducitur nõ eſt mentio de
ſeruitio menſe in die ieiunij :ſed hoc in ſeruitium inci-
dit.aut ſi hoc ſeruitium exciperet nõ cõduceretur. Nec
eſt ſimile de latomo in die determinato cõducto. Etiaȝ
mediocriter diues latomus ieiunium frangit laborãdo
ſine peccato:lȝ opes mediocres habeat:quia forte ĩ mor
bum incidet:⁊ tunc pecunia quã elegit ei nõ ſufficiet.
Sed melius eſt dicere ꝙ eſſẽtiam ieiunij ſeruẽt ꝗ̃ ꝙ ex
cuſẽt a ieiunio more pauperũ:quia latum eſt diſcrimẽ.
pauperes eñ nõ poſſunt ieiunare:iſti autẽ nõ poſſunt.
Contra hoc arguit.famuli nõ abſtinẽt a cibo ꝑ maius
tẽpus/incipiẽtes hora ſecũda.ꝗ̃ domini ſui hora.xij.ĩ-
cipiẽtes:ergo nihil dictum ẽ.antecedẽs pȝ.prãdeat fa-
mulus ad tertiã/vel ad tertiã cũ dimidia: ⁊ dñs eiꝰ ad
primã cũ dimidia:iã ſicut dñs in die ſequẽti incipit per
horã cũ dimidia añ famulũ:ita famulus prãſus eſt tã-
to tpe poſt dñm. Reſpõdet.illud eſt veꝝ:⁊ ſi cetera eẽnt
p aria famulũ nõ excuſarẽ pluſꝗ̃ dñm abſtinẽtẽ a cibo
xxiiij.horis.ſed qꝛ plures hȝ labores ⁊ ſudores currẽdo
hinciñ:nõ põt ita diu abſtinere:quapropter tales ſerui
ſunt excuſati/⁊ q̃ eſcas examinãt quos opȝ prius guſta-
re ne toxicũ dño ponat in diſco: vel vt dominꝰ hoc non
formidãs habeat cibũ bene apparatũ. ¶ Scdo arguit
ſortes comedẽs ab hora .xj. ad dimidiã p̃ine ⁊ deſinẽs
comedere vna dimidia hora vel ampliꝰ: poſtea rurſus
ĩcipiẽs comedere ꝑ tps vniꝰ quarte ptis hore frãgit ie-
iuniũ.⁊ tñ nõ peccat. ꝓbat ponẽdo ꝙ plato incipiat cuȝ
ipõ comedere ĩ eodẽ tpe:⁊ comedat illo toto tpe quo ſor-
tes deſinit comedere/⁊ comedat actualiter qñ ſortes ſco
medit. ¶ Rñdetur ꝯcedẽdo maiorẽ:ſed negatur minor
⁊ ad probationem ꝯcedo ꝙ plato nõ peccat:ſed ieiunat
qꝛ ĩ vno eſt interruptio ieiuniũ frãgens:nõ aũt in alio.

Conſule prudētes quāta interruptio ſufficiat ieiunium rūpere. Nolo tñ dicere iuuenē in menſa comedētē accedētē domū vicini ꝓ vino nihil comedētē/ frangere ieiuniū. Maior aūt īterruptio vni eſt rōnabilis cā: ſic vt non frāgat ieiuniū: vbi minor interruptio frāgeret ſine ſimili cā. vt ſi nō ſit vinū in domo vicina ſed opus ſit domū remotiorē adire: vel longa eſt dilatio ꝓ habēdo vino: et cito nō poteſt ſe expedire: tūc opus eſt longiore mora. ⁊ ſic magna interruptio in iſto non frāgit ieiuniū. Nec opus eſt ei panē in ore ꝑter aliorꝫ conſuetudinē quatenus ſeruet ieiuniū. ¶ Tertio arguit̄. ad Epheſios. v. ſcribitur. nemo vnq̄ carnē ſuā odio habuit. ergo caro eſt fouēda: ⁊ nō eſt macerāda ieiunio. ¶ Quarto arguitur. ꝑ illud qđ ſcribit̄ Luce. vj. Diligite inimicos veſtros ⁊ bn̄facite his q̄ oderunt vos. ſed caro eſt nobis inimica: vt dicit̄ ad Galathas. v. Tres enī ab omnibꝰ reputātur hoſtes. Mundus/ demon/ et caro. immo eſt hoſtis ceteris deterior: q2 hoſtis domeſticus datus in exercitiū. ¶ Rn̄det̄ ad tertiū ꝙ ſubſtātia carnis eſt fouēda: ſed eius īſultus ad illicitū tēdēs eſt refrenādus. ¶ Ad quartū dicit̄ ꝙ illic eſt ſermo de inimicis rōne vtētibꝰ. ſed quo ad omnē inimicū nos ducētē in malū et captiuātē in peccatū: ab illo diſcedēdū eſt eo modo quo poſſumus. hoc eſt euitemus malū qđ ꝓuenit ex eius inimicitia. ſi enim caro noſtra ſit effrenis: in chamo ⁊ freno maxillas eius cōſtringemus: ieiunio/ vigilia/ ſollicitudine/ ⁊ labore corporali. Si naq̄ carnē plus equo foueris: viperam in ſinu fouebis: que cōtinuū toxicum tibi parabit. Et quāto delicatius eam nutriueris: tāto magis ſpiritui reluctabitur: ⁊ peior efficietur: ſm̄ illud Alani. Peſſimꝰ eſt hoſtis qui cum bn̄feceris illi Fortius inſurgit bella mouēdo tibi. ¶ Quinto arguit̄. nihil qđ in os ītrat coinq̄nat animā. Matthei. xv. Ergo cibꝰ nullo tp̄e aſſumptꝰ facit pctm̄. ¶ Rn̄det̄. illic eſt ſermo cōtra phariſeos qui apoſtolos reprobant ꝙ illotis manibus comederent. volebat enim Saluator dicere ꝙ aſſumptio talis cibi nō eſt peccatū. ſed ad ꝓpoſitū noſtrum/ qđ intrat in os licite: non arguit peccatū in voluntate nec in ore: ſicut erat de comeſtione apoſtolorū quos Chriſtus excuſat. ¶ Sexto arguitur. corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. pietas ad omnia valet. pͥme ad Timotheū. iiij. ¶ Reſpondetur. ſuperflua ſubtrahere a corpore vt ip̄m reddat̄ ſubiectū rationi: eſt multū ſpirituale: nō tñ eſt corpus penitus eneruandum cum ſit inſtrumētum bn̄ agēdi. non enim eſt bonus politicus qui occidit ciuē ſine quo non poteſt viuere. modo anima non poteſt viuere in hoc ſtatu merendi aut demerēdi ſine corpore. Sed cum poeta optandū eſt vt ſit mens ſana in corpore ſano. ¶ Ecce quomodo triplex eſt ieiunium. ſ. ieiunium eccleſie/ ieiunium virtus/ ⁊ ieiunium nature: ⁊ ꝙ ipſum inſtitutū eſt ꝓ domādis hominum effrenis inſultibꝰ paſſionum: cum piſces minus fedas paſſiones nutriant q̄ carnes. qđ argumēto patet. alioquin Carthuſiēſes ⁊ Bn̄dictini ⁊ multi alij religioſi in regulis nō abſtinerēt ab eſu carnium. Et licet ieiuniū eccleſie vniuerſaliter ꝓnunciet̄: alique tamen ꝑſone non obligant̄ ad ip̄m/ ſed aliquos lex nature: ⁊ hominum cōmunis cōſuetudo viuēdi excipit. Et cum cā eſt euidēs: diſpēſatione non opus eſt. De abſolutione autem a ieiunio in caſu ancipiti: petat̄ facultas a ſuꝑiore/ epiſcopo: vel eius locum tenente in hoc. ſ. penitētiario ſi facile haberi poteſt. ſin minus: habeat̄ curatus vel alius vir probus vice eius. Quo ad horā comedēdi ſeruet̄ conſuetudo hominum cum quibus viuit̄: neglecto poſitiuo iure ſcripto de non comedēdo ante ſecūdā pomeridianā. Licet autem ius ſcriptum nullum ieiunium de ꝓfeſtis noſtre domine inſtituerit dēpto ꝓfeſto aſſumptionis: conſuetudo tamen eſt apud Britannos ⁊ forte apud alios: qđlibet ātiquū ꝓfeſtū eius ieiunare. et tales obligant̄ ex iure non ſcripto. Quare ſi velis iudicare de aliquo ieiunio in aliqua regione: non ſufficit tibi videre p̄cepta Romanorꝫ pontificum: ſed cum hoc inquirere oportet conſuetudinem loci. Jeiunium enim eccleſie eſt preceptum ſolum humanum: qđ interpretatur hominum conſueto. Trāſmutat etiam pōtifex ieiunium vnius diei in alium in quo nō eſt ieiunium pro cauſa: vt profeſtum Omniū ſanctorum apud ſanctum Quintinum. qđ in die ſancti Quintini incidit.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio Quarta.

Secundo circa hāc materiā querit̄: an ieiunium q̄drageſime ſit de iure diuino. Pro ſolutione queſtionis notabis ꝙ aliqui voluerūt dicere nullum p̄ceptū pure humanū obligare ſub pena peccati. Ex quo aliq̄ p̄dicarūt ꝙ fractio ieiunij quadrageſimalis nō ſit peccatum: cum hoc ieiunium quadrageſime ſit ſolū de iure humano. Aliqui vero non audebāt illud aſſerere: ſed dixerunt nullum eſſe preceptum niſi diuinum. ¶ Circa hec duo ⁊ circa queſitum pono tres concluſiones. quarum Prima eſt. Aliquod eſt p̄ceptū pure humanū. ¶ Secunda concluſio. Aliquod eſt p̄ceptū pure humanum qđ ad ſui obſeruātiā obligat ſub pena peccati. ¶ Tertia cōcluſio reſponſiua ad titulū queſtionis. Jeiunium quadrageſime eſt pure de iure humano: ⁊ per conſequēs quodlibet aliud ieiuniū. ¶ Prima concluſio ꝓbat̄. ita eſt de iure pontificio ⁊ Ceſareo: et illud eſt notū apud omnes bn̄ loquētes. Secundo ꝓbat̄ idē ꝑ illud qđ ſcribit̄ Matthei xv. vbi Phariſei arguebāt Apoſtolos ꝙ illotis manibꝰ comederēt: ⁊ ꝙ trāſgrederent̄ leges ſeniorꝫ: ⁊ cū Scribe ⁊ Phariſei dicerēt Chriſto. Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorꝫ: Non enim lauāt manus ſuas cū mādūcāt. reſpōdit Chriſtus. Quare ⁊ vos trāſgredimini mādatum dei ꝓpter traditionē hominū: vbi apte aliud oſtēdit ius diuinū: et hominum traditiones que dicuntur leges humane. Tertio: quid abſurdius q̄ ꝙ ſtatutū hominis agricole īpoſitū famulis debeat de iure diuino obligare: Quarto ꝓbat̄. ius diuinū eſt immutabile: ⁊ contra ip̄m nulla conſuetudo preſcribit: ius tñ humanum abrogat conſuetudo ⁊ ei derogat: ⁊ ipſum interpretatur. ergo aliud eſt ius humanum et diuinum. ¶ Secūda cōcluſio ꝓbatur: q2 dato oppoſito huius ſequuntur abſona plurima. Primo ꝙ Sortes qui multis mortalibus eſt innodatus non teneat̄ confiteri ſemel in anno. Itē ꝙ Plato exiſtēs in ſacris ⁊ bn̄ficiatus in a. loco nullas horas teneat̄ dicere. Et q2 fortaſſe in dialectica me ſtare putares ſic infero. ſequitur non eſſe neceſſe (vt pctm̄ euitet) dicere horas de aliquo vſu. Tertio ſeq̄tur ꝙ laicus non peccat non ſoluēdo quotā denariā vbi eſt conſuetudo approbata ſoluēdi. Quarto ſequitur ꝙ nullus peccat comedēdo carnes in die veneris etiam in hebdomada ſancta. Patet. quia hec omnia ſunt de iure pure humano. nemo tamen audet hec concedere. Si dicas. verum eſt: in occulto carnes comedendo: nō autem in publico propter ſcandalum. hoc non valet. Pudebit enim te illud concedere in occulto. Quinto ſequitur ꝙ nemo peccat non audiendo miſſam in die dominico. Sexto ſequitur ꝙ nemo peccat non ſoluendo regi vectigalia quantūcūq̄ iuſte impoſita: contra illud Apoſtoli ad Romanos. xiij. Reddite ergo omnibus debita: cui



tributum tributum: cui vectigal vectigal. Nec valet dicere/ eſſe de iure nature colere deū: alere preſbyterum: ⁊ dare regi neceſſaria. hoc inquā non valet. ⁊ ratio eſt: q2 illud poſitiuum nō eſt de iure nature: lꝫ implendo illud poſitiuū/ ius nature impleatur: ⁊ pro impletione legis nature illud poſitiuū imponitur alioquī ius nature trāſgrederemur nec ſciremus quādo impleretur: ⁊ quando nō. ꝓpterea homines prudēter hec ſtatuerunt. Probat̄ etiā hec cōcluſio per illud qđ ad Romanos. xiij. ſcribit̄. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: ⁊ paulo poſt ad propoſitum dicit. Ideoq̄ neceſſitate ſubditi eſtote nō ſolū propter iram: ſed etiam propter cōſcientiā. Ideo enim ⁊ tributa p̄ſtatis. ⁊ Matthei. xxiij. Sup cathedrā Moyſi ſederūt Scribe ⁊ phariſei. Oīa ergo quecūq̄ dixerint vobis ſeruate ⁊ facite. Et prime Petri. ij. Subiecti eſtote oī humane creature ꝓpter deum/ ſiue regi quaſi precellēti/ ſiue ducibus tanq̄ ab eo miſſis ad vindictā malefactorū. laudē vero bonorum. ⁊ Aug. Ad Bonifacium comitem dicit. Qui legibus imperatorum que pro dei voluntate ferunt̄ obtēperare nō velit: acquirit grande ſuppliciū. Et primi Regum. xiij: originaliter ſcribitur/ ⁊ trāſumptiue habetur de maio. ⁊ obe. ca. ij. Qui non obedit principi morte moriat̄. Siliter faciens contra decretū epiſcopi eſt excōmunicandꝰ: vt patet in eodē ca. ⁊ nemo eſt excommunicādus niſi ꝓ tranſgreſſione peccati mortalis igitur. Preterea inhabilitatio eccleſie in ſecūdo vel tertio gradu conſanguinitatis facit peccatū eſſe inceſtum: qui nō eſſet inceſtus illa prohibitione ſecluſa. ergo lex humana obligat ſub pena pctī. ¶ Tertia ꝯcluſio probat̄. ex nullo loco ſacre ſcripture cōſtat ieiuniū quadrageſime eſſe de iure diuino: ergo ipſum nō aſſerendum eſſe de iure diuino. Sed dicis. lꝫ non ſit in gradu indubitato iuris diuini/ tamen ē in aliquo alio gradu. Contra hoc argumētor. nec hoc cōmuni cōceſſione ſapientū vniformiter tentum eſt eſſe de iure diuino: ergo nullo modo eſt de iure diuino Secundo arguitur ad idem: quia ſi eſt de iure diuino propter ieiunium Chriſti tenemur ieiunare quadraginta diebꝰ naturalibus nihil comedendo: quia ita fecit ipſe. Matthei. iiij. nos autē ſic nō facimus nec facere poſſumus. ergo propter factum eius nō concluditur. Tertio arguitur ad idē. omne ius diuinū equaliter obligat oēs. ſed ieiuniū quadrageſimale nō equaliter obligat omnes. ergo ieiuniū quadrageſimale nō eſt de iure diuino. Cōſequentia tenet in Baroco. ⁊ maior ē nota. ꝓbatur minor Mediolanenſes nō ieiunāt quatuor primos dies q̄drageſime: qui tamē non reprobant̄. Similiter in aliquibꝰ regionibus homines faciūt pinguiores ⁊ largiores collationes q̄ in alijs: qui tñ videntur excuſati ſeruātes conſuetudinē regionis etiā in quadrageſima. ſed iſtud non ſufficeret ſi ieiuniū quadrageſime eſſet de iure diuino. igit̄. Quarto arguitur. legitur ꝙ Teleſphorus papa ieiunium quadrageſime inſtituit: licet aliq̄ hoc beato Petro attribuant: ſed ſiue ſic ſiue nō: ſemper erit ieiunium quadrageſime de iure humano: igit̄. lꝫ his poſſit quis dicere: ſi Petrus inſtituit fuit ſolū ꝓmulgator ⁊ deus inſtitutor. Quicq̄d ſit/ opinor concluſionē prefatā veram.

¶ Contra primam concluſionem arguitur per illud quod ad Romanos. xiij. ſcribitur. Non eſt enim poteſtas niſi a deo. ⁊ paulopoſt ſequitur: Itaq̄ qui reſiſtit poteſtati: ordinationi dei reſiſtit. ⁊ illic per te loquitur de lege humana. ergo qui legi humane reſiſtit legi dei contradicit. ¶ Reſpondetur. nulla eſt lex humana niſi legi dei conformis. Si enī ſit contra eam/ non eſt lex. nec illi parendū eſt/ vt dicit gloſſa margina. Auguſti. in illo capitu. Si iubeatur quod nō licet/ hic ſane contemne poteſtatem timendo poteſtatem maiorem. ergo ſi aliud imperator: aliud deus iubeat/ contempto illo obtemperādum eſt deo. Poſſunt tamen dari due leges oppoſite in varijs locis/ vel in eodem loco varijs tēporibus: quarum neutra legi dei repugnet. ſed vtranq̄ lex dei cōpatiatur. vt ꝙ femina in Hiſpania ⁊ Britānia in regno ſuccedat: nō autem in Gallia ⁊ qui talem leges humanam non ſeruat cōtrauenit precepto diuino precipiēti parere ſuperioribus ⁊ eorum ſeruare leges. ¶ Secundo arguitur per illud quod ſcribitur Luce. x. Qui vos audit me audit: qui vos ſpernit me ſpernit. ergo cōtraueniens legi humane/ legi dei contradicit. ¶ Reſpōdetur concedendo antecedens ꝙ deus dat preceptum parendi ſuperioribus rationabiliter precipientibus: ſed eorū preceptis contraueniens non cōtrauenit iuri diuino/ ſed ſoli iuri humano. Ad hoc enī vt aliqua ꝓpoſitio ſit de iure diuino oportet ipſaꝫ ſequi ex iure diuino: vel ipſam eſſe reuelatā in forma ſine addito propoſitionis de iure humano. Hoc enim modo cognoſcitur adulteriū ⁊ fornicationem eē vetita de iure diuino. Sed ꝯtra hoc arguitur. huic ꝓpoſitioni. Obedite ſuperioribꝰ veſtris que ſine addito eſt de iure diuino vel aliquis poteſt ꝯtrauenire ſine addito: vel nō. Si primum/ habetur intentū. Si ſecundū/ dabis vnū preceptum cui homo contrauenire nō poteſt ſine addito: quod nō videtur dicendū. Reſpondetur. nō poſſum trāſgredi illud preceptum ſine adiectione. Ratio eſt: quia in illo dicitur. ego obediā ſuperioribus meis. modo preceptum ſuperiorum nō obligat quouſq̄ de illo conſtet: ergo illud preceptum nō obligat ¶ Tertio arguitur. Si rex daret Sorti facultatem cōdendi leges volēs approbare omnes rationabiles leges a ſorte latas: ⁊ volēs eas publicari in populo ſuo: leges ille a ſorte late nō dicerentur leges ſortis ſed regis vt eſt de legibus Ceſareis. ergo leges ab hoībus late approbate a dn̄o deo quas ipſe vult publicari in toto populo/ debent vocari leges dei: ⁊ nō leges hoīm. ¶ Reſpōdet̄. iſte leges a ſorte late cū generali approbatione regis adhuc erūt leges ipſius ſortis ⁊ leges ſortis vocabūt̄. ſicut ſi rex conderet aliquas leges per ſe ⁊ aliquas ꝑ famulū ſuum tanq̄ leges regis alique iſtarum legum capiendo collectiue vel diuiſiue/ leges regis dicerentur: ⁊ alie famuli. ⁊ ſi rex vellet ſuas leges eſſe indiſpenſabiles ⁊ imp̄ſcriptibiles non autē leges ſortis notum eſt ꝙ vna lex haberet plus roboris q̄ alia ⁊ deberet gratia diſtinctionis habēde vocari altiore nomine: ſcꝫ ſub noīe regis: ⁊ alia ſub nomine ſortis. Et lꝫ eodem nomine vocarent̄ ⁊ male cōfundendo vocabula: nō eſſet tamen inde in re.

¶ Contra ſecundam concluſionē arguitur. Vel quelibet trangreſſio legis humane eſt peccatum: vel non. ſecundum non eſt dicendum. quia equalis eſt ratio in omnibus. Nec primum: quia tunc legum humanarum tranſgreſſio eſſet iugum intolerabile ſubiectis. ¶ Concedo diſiunctiuam pro ſecunda parte. de aliqua enim certum eſt ꝙ eſt peccatum mortale: ⁊ de aliqua ſciri poteſt ꝙ eſt venialis. ⁊ de aliqua ſciri poteſt ꝙ non eſt peccatum. ſed tamen punitur legem trangrediens. quemadmodum eſt in tranſgreſſionibus religioſorum. vt in diſtinctione. trigeſima octaua huius dicemꝰ. De aliquibus autem tranſgreſſionibus dubium eſt an ſint peccata: ſup quibus cōſulendi ſunt ſapientes. vt pote an peccet mercator non fideliter ſoluens regi octauā pintam vini de vino venali. vel non ſoluendo pecuniam/ tranſeundo in itinere/ pro reparandis plateis: et in multis alijs. de quibus vna regula dari non poteſt.

nec refert ſiue aliquis conditor peccatum intendebat ſiue non: dūmodo peccatum non exciptat. ¶ Secūdo arguitur. Peccatum ſm beatum Auguſtinum ꝯtra Fauſtum: eſt dictum factum vel concupitū contra legē dei. ¶ Reſpondetur. ipſe definit peccatum in lege diuina. Peccatum autem ſimpliciter debet definiri per eſſe cōtra aliquā legem ad oppoſitum obligantē. ¶ Tertio arguitur. ſm Augu. in lib. de vera religione. et habet. iiij. diſtin. ca. In iſtis. in. §. Leges. Leges inſtituuntur cum promulgantur: firmātur cum moribus vtentium approbantur. ergo ſuperior non imponit legem: ſed populi cōſenſus. ¶ Reſpōdetur. ꝗuis ita eſſet: populus eſt homines: nec euitatur concluſio. Secūdo dico. ꝙ beatus Auguſtinus ſic intellexit. Lex non ligat quouſqꝫ eſt ꝓmulgata: ⁊ durabilitatē nō accipit donec ſit moribus vtētiū approbata. ſed toto populo diſſentiente ſuperior nō debet nec poteſt legē imponere. Neqꝫ enim rex eſt ſup totū regnū: capiendo omnes alios ab eo. nec Romanus pontifex ſuper omnes alios in eccleſia a ſe: prout inconcuſſe in hoc gymnaſio tenetur. ſed non obſtante ꝙ multi contradicant: ſuperioris lex ligat.

¶ Contra tertiā concluſionem arguitur ꝑ ſermonē quēdā beati Ambroſij de quadrageſima: ⁊ ꝑ beatum Auguſtinum in quodā etiā ſermone quē ad vſum Romanum in prima dominica quadrageſime recitamus: cuius initiū eſt. Sancte quadrageſime rationem cuius hodie initium celebramus. qui videntur dicere ieiuniū q̄drageſime eſſe de iure diuino. ¶ Reſpondetur. iſti ſancti nolunt aliud dicere niſi ꝙ ſunt quedam cōgruētie quare hic ſacer numerus ſit impoſitus nobis. quia enim Chriſtus quadragīta diebus ieiunauit nihil comedendo: et non poſſumus nos illud ꝑagere: in illius rei memoriā: ⁊ in corpoꝝ noſtroꝝ afflictiōem eccleſia ad imitationem Chriſti: nobis hoc ieiunium impoſuit. Si autem improprie ⁊ laxato vocabulo vocetˀ de iure diuino: nihil periculi eſt. ¶ Secundo arguitur. quadrageſima ſine. iiij. diebꝰ puta triginta ſex dies: eſt decima pars anni. ſed tenemur ſoluere decimas de iure diuino. ergo tenemur ieiunare quadragīta dies: vel ſaltem. xxxvj. de iure diuino. Hanc rationē tangit beatus Grego. in Homilia quadā. ⁊ recitatˀ de conſecra. diſt. v. c. Quadrageſima. ⁊ in fine. c. dicitˀ. Iubemur autem ⁊ ab omnipotenti deo omniū bonoꝝ noſtrorū decimas dare. ¶ Rñdetˀ. ſoluere decimas quo ad quotā denariā nō eſt de iure diuino in lege gratie. Secundo: ꝗuis eſſet de iure diuino quoad quotā vt erat in lege Moſaica: nō ſequitˀ ꝙ ieiunādū ſit de iure diuino tot diebus. Patet: quia hoc non ſeruabatur in lege Moſayca: licet lex decimarū de bonis daretur. Qđ autem dicit beatus Grego. cōgruitas quedā eſt. ¶ Iam vidimus ieiuniū quadrageſime eſſe de iure humano: ⁊ a fortiori quodlibet aliud ieiuniū eccleſiaſticū: q2 inter omnia ieiunia eccleſie quadrageſima et antiquitate et veneratione precedit. et licet ſit de iure humano: nihil refert quin obliget ſub pena pctī. et gratia hoc illius ad ꝓbādū paululū inſtituimꝰ: quia et alijs materijs ſicut ieiunio deſeruit. Idem dicēdum de multis alijs legibus humanis. vt patet ex probatione ſecunde concluſionis.

¶ Dubitatur: an petens cenam cui nō detur cibus comedendus in die ieiunij: frāgat ieiuniū. Secundo dubitatur an caupones miniſtrātes in die ieiunij veſperi: hominibus cibum comedendum peccent. ¶ Ad priorem dubitationem dicitˀ ꝙ vbi efficaciter facit qđ in ſe eſt ad cenādum: peccat pctō fractiuo ieiunij: ſed recuperari poteſt ieiuniū: licet facere nequeat quin ante peccauerit. ¶ Ad ſecūdā dubitationē dicitˀ ꝙ caupones vel alij quicūqꝫ fuerint patreſfamilias domorū / reſpectu liberoꝝ vel famuloꝝ: miniſtrātes cibos ꝑ quos ſciūt / vel vehemēter dubitāt alios peccare comedendo: peccāt: ratio eſt: quia cooperātur alioꝝ peccatis. ⁊ licet alij mētaliter ante peccauerint volentes cenare: et ad illud pctm̄ iſti de qbꝰ eſt q̄ſtio: nō cooperātur: tn̄ cooperātur cōtinuationi libere actus mali. ſ. comeſtioni exteriori: que eſſe non poteſt ſine actu interiori malo. Ex quo ſequitˀ ꝙ caupones querētes a faciētibꝰ collationē in die ieiunij in hoſpitio / an velint piſces comedere quos paratos habēt vel ꝓtinꝰ parabūt / peccāt. ratio eſt: q2 alliciūt alios ⁊ inſtigāt ad peccādū: et dāt eis cām ꝓpter quam peccāt. eodē modo ſi tales cibos ponāt ante eos. Signāter dicebā (ſciūt vel vehemēter dubitant alios peccare) alioqn miniſtrātes eis cibū nō peccāt: vtpote collationē ſm ꝯſuetudinē regionis. q2 hoc licet alijs accipere. vel ſi alij habeāt ꝓbabilē cauſam comedendi licite: licite miniſtratur eis cibus. Declaro hoc exemplariter. probus vir vel talis reputatus: eques / aut pedes / ex campis veniens ingreditur hoſpitium in veſpere ieiunij cupiēs cenare. cui dices. Domine eſt ieiunium in hoc loco. ſi dicat ſe non eſſe pranſum vel male pranſum: vel magnos paſſum illo die labores: habebis ei fidem et cenam ei facies. Tante etiam probitatis vel reputate probitatis eſſe poteſt: vt nullo modo tenearis reddere eum certiorem de ieiunio: quia melius te nouit. ſed ipſo cenam petente mox parabis ei.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio Quinta.

TErtio intēdo inquirere an cōſuetudo patrie ſufficiat pro obſeruatiōe tā ieiunij quadrageſimalis / ꝗ̄ cuiuſcūqꝫ alterius ieiunij: et gratia illius obiter attingere conabor: quā vim legis cōſuetudo in cōmuni habeat. Et vt materiam cōſuetudinis aggrediar. Arguitur probando ꝙ non peccat quis non ſeruando ieiunium eccleſie: vbi ieiunium conſuetudine eſt abrogatū: ⁊ ſic argumētor. Galli ſolum ieiunant apoſtoloꝝ ꝓfeſta que gloſſa numerat in cap̄. Conſilium. de obſeruatione ieiun. his verſiculis comprehenſa. Petrus ⁊ Andreas Paulus cum Simone Iudas Vt ieiunemus nos admonet atqꝫ Mattheus. et tamen Innocētius tertius dicit ꝙ omnium apoſtolorum vigilie habent ieiunia in ca. prefato. preter vigilias Philippi ⁊ Iacobi que incidūt inter Pentecoſten ⁊ Paſcha: quo tempore nullum eſt ieiunium neceſſitatis. lxxvj. diſtin. §. Non autem. niſi in vigilia Pentecoſtes ex conſuetudine. et preter vigiliam Ioannis euangeliſte: quia occurrit inter feſta natalia. ⁊ tamen non eſt dicendum ꝙ Galli in hoc peccēt: cum nō dicatur eis: et hoc iādiu obſeruauerint. Reſpondetˀ. conſuetudo Gallos excuſat ne peccent. ¶ Sed contra hoc arguitur. primi Galli hec ieiunia frangentes non peccabant: et tamen tunc non erat conſuetudo: ergo non ſola conſuetudine deobligātur Galli a ieiunio iſtorum apoſtoloꝝ. Probatur maior: quia dato oppoſito ſequitur ꝙ Gallorum patres comederunt vuam acerbam: et filiorum dentes non obſtupuerunt. et ſic per conſequens ex patrum nequitia lucrum conſequerentur. Preterea ex multis malis non redditur vnum bonum. ergo ex multis actibus fractiuis ieiunij culpabiliter: nūqꝫ dabitur fractio ieiunij īculpabilis. ¶ Rñdetˀ negādo maiorē. et ad ꝓbationē cōcedo ꝙ ſucceſſu tēpoꝝ filij nō peccabāt. Ad ſecūdū cōcedo ꝙ malorū cōgeries eſt malū: ſed poſt multa mala tādem ſuccedit bonū. ſicut poſt multā pluuiam ſuccedit ſerena dies. Primi enim cōtrauenientes precepto ieiūio toli peccarunt: pari forma ⁊ ſecūdo anno ſequenti: ⁊ ſic conſequenter quouſqꝫ conſuetudo fuit introducta more p̄ſcriptionis. ſicut toto denario annoꝝ detinere alienum eſt peccatū: ⁊ in fine illius decēnij nō eſt alienum: ſaltē cū poſſeſſione bone fidei niſi teneatur more legum Ceſarearum ꝙ poſſeſſor male fidei preſcribit. Habes analogiam. In aliquibus aūt nō eſt opꝰ tanta mora: vt ꝑꝫ in beneficiorum collationibus: ⁊ caſus ē expreſſus in cap. Cum olim de cauſa poſſeſſi. ⁊ proprie. Sed contra iſtud arguitur. Cum Sortes gallus adultus primo anno fregit ieiuniū: ille primus actus genuit malū habitum: aterum actus ſcđs malus genuit ſimilē habitum malum / priorem intēdētem. ⁊ ſic tandē habebis ꝙ ex decē actibus malis generabitur habitus malꝰ qui inclinabit in fractionē ieiunij. xj. anni. ⁊ illa fractio eſt bona parte: ⁊ per cōſequens habitus malus ⁊ vitioſꝰ īclinabit in actus bonos ⁊ laudabiles. Q2 fractio in. xj. anno ſit vel eſſe poſſit laudabilis: nō eſt opus ſuadere. ꝙ habitus ille eſt malꝰ / clarū eſt / quia ſemper ex actibꝰ malis habitum vllū generantibus malus habitus generatˀ. Et vlterius actus. xi. āni erit bonus pariter ⁊ duodecimi. ergo generabit habitum bonū / qui q̄dē habitus bonus intendit priorē malū. ⁊ lꝫ ponas eos differre in ſpecie moris vel malitie: ſunt tn̄ eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue: qđ ad intenſionem forme ſufficit: cū ſint in eodē ſubiecto prio. ſed q2 horū argumentoꝝ ſolutiones ex tertio depēdent ⁊ illic ad ea reſpōdemus / tranſeo.

¶ Contra iſtud arguitur: hic populus demoſtrando Gallos eſt ſubiectꝰ pōtificij: ⁊ ille ppl's demōſtrando Britanos. ergo conſuetudo galloꝝ nō poteſt preſcribere cōtra legē pontificiā. ⁊ eodē mō nec conſuetudo Britannorum. Preterea. ꝯſuetudo nō plus roboris habet ꝗ̄ lex. modo quādo lex ſuperioris ⁊ inferioris cōtradicunt / ſeruāda eſt lex ſuperioris. qđ declarat Auguſtinus de proconſule ⁊ imperatore ⁊ recitat Magiſter in fine Secundi ſententiarum. ergo ſi galli precipiāt vnum: ⁊ pōtifex aliud / parēdum eſt pontifici: vbi nō oblique ꝓcipit queādmodū eſt hic. ⁊ conſuetudo Gallorum non plus valet / ꝗ̄ lex eorum ergo Gallorum conſuetudo potificiā legem eneruare nequit. Forte dicis. ꝯſenſus pōtificis tollit legē eius: cū tolleret Gallos nō ieiunare hec profeſta. modo qui tacet conſentire videtˀ. Cōtra hoc arguitur. Pontifex Leo Decimus forte neſcit conſuetudinē hanc. Notum eſt enī ꝙ multe ſunt cōſuetudines inter Chriſtianos leges pontificum abrogātes / que Leonem Decimum fugiunt. Et iſtud expreſſe ꝑꝫ per Bonifaciū Octauum cap. i. de cōſtitutio. libro ſexto. vbi ſic dicit. Licet Romanꝰ pontifex qui iura oīa in ſcrinio pectoris ſui cenſetˀ habere / cōſtitutionē condēdo poſteriorē: priorem (ꝗuis de ipſa mentionem non faciat) reuocare noſcatˀ: q2 tamē locorum ⁊ perſonarū ſingularum conſuetudines ⁊ ſtatuta / cū ſint facti et in facto conſiſtant / poteſt ꝓbabiliter ignorare / ipſis (dum tamen ſunt rationabiliora) per conſtitutionem a ſe nouiter editam (niſi expreſſe caueatur in ipſa) non intelligitur in aliquo derogare. ¶ Propterea aliter dico: ꝙ non requiritur conſenſus pontificis ad hoc vt legem potificiā abroget conſuetudo: conſenſus inquam expreſſus et in particulari ſuper illo caſu: ſed ſufficit virtualis. Scit enim Romanus pontifex ꝙ vnuſquiſqꝫ in ſuo ſenſu abūdat. Ad Romanos. xiiij. et hoc in poſitiuis humanis. Quod enim vni regioni eſt vtile: alteri eſt inutille. Et iſtud patet. Cum queſitum ſit ab Alexandro Tertio de celebratione feſti trinitatis: reſpondit. vt patet in capi. Quoniam de ferijs. §. vltimo / his verbis. Preterea feſtiuitas ſācte trinitatis ſm conſuetudinem diuerſarum regionum a quibuſdam conſueuit in octauis penthecoſtes: ab alijs in dominica prima ante aduentum domini celebrari. Eccleſia ſiquidem romana in vſu non habet: ꝙ in aliquo tempore huiuſmodi celebret ſpecialiter feſtiuitatem: cū ſingulis diebus Gloria patri et filio ⁊ ſpiritui ſancto. ⁊ cetera ſimilia dicantur ad laudem pertinentia trinitatis. Vides ꝙ hic Romanus pōtifex dicit locorum conſuetudines eſſe ſeruandas: nec opus eē habere oculum ad conſuetudinem Romanam. Et Hieronymus ad Lucianum. Illud breuiter te admonendum puto: traditiones eccleſiaſticas preſertim que fidei non officiant / ita obſeruandas vt a maioribus tradite ſunt: nec aliquorum conſuetudinem aliorum contrario more ſubuerti. Nam diuturni mores conſenſu vtentiū approbati legem imitantur. inſtitutis de iure naturali gentiū ⁊ ciuili. §. Ex non ſcripto. Hec legem interpretatur. ⁊ ē optima legum interpres. hoc eſt traditionum humanarum robur dat: abrogat: vel derogat. Nam quod vno tempore expedit / alio tempore non cōducit. quod patet exemplo. Iuniores enim doctores theologi Pariſijs primi deliberauerunt ante ſeniores vt Lyranus ait. Exodi. xxiij. nunc autem ſeniores primo deliberant. ¶ Ex iſto infertur ꝙ conſuetudo veniēs poſt legem / eam e medio tollit. ¶ Secundo ſequitur ꝙ lex veniens poſt conſuetudinem / eam euertit. Si enim iam maximus pontifex preciperet gallis ieiunare apoſtolorum profeſta: iā eorum conſuetudo eſſet e medio ſublata. Et patet ratione. Lex poſterior precedentem tollit: ⁊ teſtamentum ſequens precedens dirimit. ſic reſcriptum poſterius reſcriptum prius euertit: potiſſimum ſi eſt mentio de priore. in legibus autem non eſt opus mentione: quia cū maiore libramine et maturitate promulgatur lex ꝗ̄ conceditur reſcriptum. ⁊ cōſuetudo nō plus roboris habet ꝗ̄ lex. igitur. Patet aliter hoc idem. quia niſi ſic: Bohemi communicantes ſub vtraqꝫ ſpecie eſſent excuſati / dicētes ſe velle ſeruare ſuas conſuetudines: ꝗuis Romanꝰ pontifex precipiat oppoſitum / et concilium Conſtantienſe. ¶ Certia propoſitio ſequens conſuetudo particularis vnius loci tollit conſuetudinem precedentem in eodem loco: non autem in altero. Prior pars patet. lex ſequens tollit precedentem. igitur. Secunda pars patet: quia vnus locus non tenetur ſeruare conſuetudinem alterius. quod declaro exemplariter. Galli non tenentur ieiunare totiens quotiens Britanni. Omnia enim precipua feſta noſtre domine ieiunant Britanni: licet lex precipiat ieiunare ſolum profeſtum aſſumptionis. e conuerſo pinguiorem collationem Britanni in quadrageſima faciunt ꝗ̄ Galli. ⁊ conſuetudo interpretatur quomodo ieiunium quadrageſimale ſit ſeruādum ſuppoſito ꝙ ſit de iure humano / vt in queſtione ſecunda huius materie diximus. Nonne vides in Francia ꝙ in diebus ſabbatinis: inter feſtum natalis Chriſti et purificationis / Galli veſcuntur carnibus: nec oportet reſpicere ad cauſam noſtre domine: que ante purificationē non egrediebatur / ſiue paſſa ſit morbū ſiue nō / q2 pars negatiua eſt nota: ſed ſufficit cōſuetudo: a quocūqꝫ habuerit initiū. Patet aliter Cathalanēſes in oībus diebus ſabbatinis extra quadrageſimam veſcuntˀ aliquibꝰ carnibus: non aūt Britanni vel Galli / ⁊ ꝯſuetudo ſufficit ad excuſandos Cathalanēſes. ¶ Quarto ſequitˀ. ſi aliqꝰ canōiſta diceret Gallos peccare eo ꝙ nō ieiunāt apłoꝝ ꝓfeſta / oñdendo eis. ca. Conciliū. ipſi non ē parēdū nec alijs. ſꝫ merito explodēdi ſunt. Probatˀ. nullus tenetˀ relinquere laudabilē ꝯſuetudinē ꝑ aſſertione viri legē abrogatam

allegantis. Ex iſto patet concludendo ꝙ conſuetudo non eſt parue auctoritatis. Conſuetudo enim eſt altera natura. ſcḋo Metaphyſi. Alicui in iuuẽtute pōt adhiberi paulatim parũ veneni: ſic vt fiat ei naturale venenum comedere: nec grãde venenũ in fine erit illi toxicũ. minimum ergo ꝙ conſuetudo more legis ſit obligatoria.

Sed contra iſta arguitur. Aliqua cõſuetudo nõ obligat ſub pena peccati. ergo male dictum eſt. Antecedens patet de non comedentibus carnes in quarta feria in Scotia Britãna: q: paſſim illic abſtinẽt ab eſu carnium. ¶ Rñſio. conſequentia eſt nulla: q: nõ diximus quãlibet conſuetudinẽ eſſe obligatoriã: ſed aliqua eſt obligatoria / et aliqua conſultoria: vt nuperrime de legibus diximus. Aliqui enim prudentes comedentes carnes in quarta feria non reputãt ſe peccare. vnde ꝓ conſuetudine ſemꝑ habeat oculus ad adultos et prudẽtes: ⁊ ad maiorẽ partẽ populi: nõ autẽ ad feminas et puerulos: et ad minorẽ partẽ. ¶ Secundo arguit. Cathalanus in Gallia non poteſt veſci carnibus: ⁊ tñ eſt cõſuetudo ſue regionis: igit ſolutio nulla. Hic rñdet Paludẽſis ꝙ ſeruãda eſt cõſuetudo ꝓprie regionis. ſed dico illud eſſe falſum. Seruabis cõſuetudinẽ regionis ad quam vadis. ſic enim rñdet Ambro. Augu. ſciſcitãti an Monica mater ſua debebat ieiunare ſabbatum. et recitat. xij. diſt. c. Illa. vbi ſic dicit Aug. ſcribẽs ad Ianuarium. Mater mea Mediolanum me ſequuta inuenit eccleſiã ſabbato non ieiunãtem: ceperat fluctuare q̃d ageret. Tunc ego ↄſului de hac re beatiſſime memorie Ambroſium epiſcopum. At ille ait. Cum Romã venio: ſabbatum ieiuno: cum Mediolani ſum / non ieiuno. Sic et tu ad quãcunq forte eccleſiã veneris / eius morẽ ſerua: ſi cuiq non vis eſſe ſcãdalo nec qu ẽq tibi. Hoc cum matri renũciaſſem / libẽter amplexa eſt. Volebat ergo Ambroſius dicere ꝙ Rome ieiunabat ſabbatum: et tñ illic nõ traxit morã / ſed Mediolani in ſuo epiſcopatu. Dico ergo ꝙ Cathalanus Pariſijs nõ debet cõtrauenire mori Gallico. Et ſi ꝑegrinus fuerit / ſeruabit ſentẽtiã iſtoꝝ carminum. Si fueris Rome Romano viuito more. Si fueris alibi viuito more loci. Et ꝑ conſequẽs nati apud ſeptẽtrionales vt Germani ⁊ Britãni: licet longiorẽ comã in ſua patria nutrire poſſint q̃ meridionales: non tñ cum apud meridionales dãt operam literis. tunc enim eorum quibus cõuiuitur ſequenda eſt conſuetudo. Sic grecus inter latinos in pane azimo conſecrabit et vxori ſue reddet occulte debitum. Non enim eſt ius humanũ ſed diuinum: qḋ debet ſine ſcandalo latinorum implere. Celebrantes tamen ſm conſuetudinem regionis ſue in aliena ſunt excuſandi: quoniam in eadem vrbe ſunt crebro varij ritus celebrandi. nec conducit addiſcere nouũ vſum. Neq reſpiciendum eſt ad locum paruum vt ad Carthuſiã ⁊ ad ſimilia. Non enim quero caſus qui raro contingunt. vt ſi Sortes fuerit inter Aethiopes et alios infideles: an poſſet ſeruare ↄſuetudines eorũ. ¶ Tertio arguitur. Aliquã humanã legem conſuetudo non tollit: ergo nullã tollit. Antecedens patet in. c. Cum venerabilis. de conſuetudine. vbi dicitur. Cum igitur hec nõ tã conſuetudo q̃ corruptela merito ſit cenſenda: que profecto ſacris canonib⁹ eſt inimica ⁊c̃. ergo conſuetudo aliquã legem humanã nõ tollit: qḋ erat ꝓbãdum. Hoc idẽ patet. in. c. Maſſana. de electione. in. c. Ad abolendã. de filijs preſbyte. ⁊ in. c. aqua. de ↄſecratiõe eccle. vel alta. ¶ Rñdet. conſuetudo cõtra ius nature vel diuinũ nulla eſt / ſed corruptela: quemadmodum eſt in materijs illorum capitum: vt patet inſpicienti. ſed ſi fuerit aliqua lex humana et pure talis: conſuetudo illam tollit vtrobiq. Ex iſto patet quãdo ſit corruptela et quãdo cõſuetudo. Primum ſemꝑ ſonat in vitium: ⁊ eſt contra legem humanã nõdum adhuc preſcriptã / vel contra legem naturalem vel diuinam. Sed cõtra dicis. ponitur interdũ in ipſa lege ꝙ non abrogetur per cõtrariam conſuetudinem. hoc totum eſt lex humana: et non poteſt abrogari per conſuetudinem. qḋ patet. alioquin fruſtra poneret. Et ſi concedas non poſſe abrogari: contra eſt lex humana: ergo aliqua lex humana non poteſt tolli ꝑ conſuetudinem in oppoſitum. Reſpondet. talis lex eſt humana. ⁊ q̃uis ipſa eſſet ſublata ꝑ conſuetudinem in oppoſitum: non ſuperflue poneretur: quia oſtẽdit mentem legiſlatoris multum velle illam legem a ſubditis ſeruatum iri. Poteſt etiã apparẽter dici ꝙ lex illa nõ poteſt abrogari. q: ſecũ affert ĩpedimẽtũ inuolutũ. ¶ Nunc vidimus quomodo vim legis approbata conſuetudo obtineat: et ꝙ ipſa humanum preceptum nunc abrogat: nũc ĩterpretatur: et ex illo deprehendi poteſt quomodo collationes ſint faciende in veſpere ieiunij. vbi enim reputati prudẽtes viri comedũt parum panis veſperi in collatione: poteſt tãtũdem cum eis comedere. ⁊ ex illo conſequens eſt ꝙ homo poteſt maiorem collationem in vna regione facere q̃ in alia. Aliquis etiã vſus comeſtionem ſpecierũ inter ſuperiores admittit. Pauperes tamen vt opinor ⁊ inferioris conditionis homines poſſunt ſpecierum loco parũ ſumere panis: ne potus ſine cibo aſſumptus obſit: quia naturam ſic conſeruat ⁊ gaſtrimargie ſtimulũ non excitat. Species enim ſunt ⁊ rare in multis locis et care: quia omne rarum carum.

Irca hanc quæſtionem aliquas formabo dubitationes. Prima erit. an ſtimulus gaſtrimargie poſſit in nobis extigui. Hic reſpõdet Martinus Magiſter ꝙ nõ. dicit tamen ꝙ ſtimulus libidinis poteſt in nobis totaliter extingui. ⁊ id rõnis affert: ꝙ quãto diutius abſtinem⁹ ab vſu cibi: tãto magis ſtimulus gaſtrimargie inualeſcit: ⁊ per oppoſitũ ſtimulus libidinis decreſcit. Iſtud nõ iudico verũ de ſtimulo libidinis. Aliqui enim diu abſtinuerũt a tetra libidine: q̃ occaſione modica data in eã inciderũt: quẽadmodũ beatus Aug. dicit in quadã epiſtola ꝙ aliqui de q̄b⁹ nõ magis dubitauit q̃ de Hieronymo: ĩ hoc facinus corruerunt. Probat hoc idẽ auctoritate abbatis Abrahe. in ſcḋa parte vite patrũ. in libello de diſcretiõe. Cum enim ſenex vnus diceret ſe extinxiſſe fornicationẽ: dixit Abrahã. Patres ſcti alligãt paſſiones ⁊ non extinguũt: ac ſi diceret. Temperãtia et bono habitu ſtimulus gaſtrimargie claudi poteſt: ne effrenis ↄtra rõnẽ inſurgat extingui aũt nõ pōt. Collatione q̄nta patrũ cõmorãtium in Scythica eremo: ꝓbat Caſſianus ſtimulum gaſtrimargie in nobis nõ poſſe extingui: ꝑ quẽdam ſenẽ qui dicebat ꝙ pater ſuus reliquerat eũ multis creditoribus deuinctum: ⁊ quolibet die ſatiſfaciẽdo creditoribus omnibus: niſi vni ſatiſfecit. qḋ ꝓbelle ſenex expoſuit dei ſtimulo gaſtrimargie. et in collatione. xij. abbatis Cheremonis dicit. Quiſquis igitur extractus a cõfabulationibus ocioſis et mortificatus ab omni ira ac ſollicitudine: curaq mundana: duobus tantum paximatijs fuerit quotidiana refectione contẽtus: ⁊ aque ſatietate ſubtracta: quietem ſomno trium aut quatuor horarũ ſperãdo in deo in ſex menſib⁹: reperiret hoc poſſibile. Volebãt dicere patres ꝙ alicꝗs ſtimulus claudi pōt. ſed ſtimulus Gaſtrimargie eſt naturalior q̃ ſtimulus libidinis: q: ĩclinat in cõeſtionẽ cibi vite neceſſarie. Quãtũcũq eñ aq̄la in altũ volitet: neceſſarium eſt vt ad ima deſcẽdat, ꝓ habẽdo cibo. Stimul⁹ aũt nihil aliud eſt q̃



appetitus ſenſitiuus naturaliter in ſui obiecti, ꝓſecutionem i: clinãs: reſpectu autẽ varioꝝ obiectorũ vario mõ impellit: ⁊ propter varias inclinationes nõ refert ſi hos ſtimulos appellauerimus. ſicut intellectus ⁊ volũtas. ab Ariſtotele ſcḋo de anima diuerſe potẽtie reputant.

¶ Secundo dubitatur: an bruta gaudeãt aliquo alio ſenſu q̃ guſtus ⁊ tactus. ⁊ ratio dubitãdi eſt q: in prima queſtione de ieiunio diximus ſobrietatem ⁊ abſtinentiam eſſe circa ſenſum guſtus ⁊ tactus. q̃ nobis cõmunes ſunt cum brutis. In illis igit duobus ſolum ſenſibus videntur bruta voluptatẽ habere: ⁊ hoc expreſſe dicit Ariſtoteles tertij Ethicoꝝ decimo. Bruta nõ gaudẽt alijs ſenſibus a guſtu et tactu niſi per accidens. hoc eſt per relationem ad ſenſum guſtus ⁊ tactus dicẽte ipō Ariſtotele. At neq cetera animalia voluptatem niſi per accidens per hoſce capiunt ſenſus. Neq eĩ odore leporum: ſed eſu gaudet canis. odor autem ſenſũ ferit. neq voce bouis leo ſed eſu per vocem autem ſcit illum eſſe propinquum / atq hoc ipſo gaudere videtur. ¶ Sed contra hoc arguitur. alique aues gaudent cantu vt perdix que ducitur ad rete aucupis in equo ficto / dulcedine cantus: ſm illud Alani. Fiſtula dulce canit volucrẽ dum decipit auceps. Idem pʒ de ſturno / Philomela. et pſittaco / et de cane leporario ⁊ alijs canibus venaticis. nam cornu venatorio audito tripudiant ⁊ letantur. Fortaſſe dici poteſt ꝙ magnus iſte ſonus / pruritum in corporibus canum ⁊ auium generat: gratis cui⁹ exultant. ¶ Secundo arguitur. Pauo ex viſu pennaꝝ oblectamentum capit: ⁊ ſuperbit: ergo non ſolo guſtu et tactu voluptatem accipit. Sed forte dicis. nõ capit voluptatem in viſu plumarum. quod patet / quia ſic ſic: tantum voluptatis caperet ĩ alterius pauonis plumis quãtum in proprijs / quod eſt falſuʒ / ſed letitiam capit in habendis illis plumis tanq̃ proprijs. Poteſt tamen dici ꝙ propoſitio Ariſtotelis non eſt vtrobiq vera. ſed ĩ multis brutis habet verum: et ita tenet Petrus Ebonenſis in commento penultimi problematis vigeſime octaue particule problematum. Ariſto. Nos autem in nobis experimur oblectamẽtũ cuilibet ſenſui inherere. ¶ Ecce ſtimulũ gaſtrimargie nunq̃ in nobis extiguibile: qui tamẽ ad moderationẽ deduci poteſt. quod diligentiſſime facere curabis: quia ſic tetram illam lucẽ libidinis vitam viri maxime denigrantem facile domabis: quaʒ ſi in chamo ⁊ freno alligataʒ habueris: nunq̃ funis a tua manu excidat. Cum vigilantia enim quantumcũq petulans fuerit peſſundare potes ne vnq̃ tibi dominetur.

Diſtinctionis Decimequinte Queſtio Sexta.

Varto circa materiã ieiunij querit: an tertio comedẽs frãgat ieiuniũ / vt ſcḋo comedẽs. Dico materiã hanc eẽ ꝓblematicã: ⁊ ꝓblematizãdo queſtionẽ abſoluem⁹. Intelligendo ſic queſtionis titulũ ꝙ non peccat peccato fractiõis ieiunij tertio comedens / cum ieiunium nõ ſit integrum in ſecũda comeſtione: notum eſt de virtute ſermonis ĩ tertia comeſtione nõ frãgi ieiuniũ. ſed de imputabilitate tertie comeſtionis ĩtelligo. accipe poti⁹ mẽtẽ loquẽtis q̃ verba.

¶ Contra partem negatiuam argumẽtor. ſi tertio comedens nõ frãgat ieiuniũ / hoc eſt / nõ peccat peccato fractiuo ieiunij: ſequit ꝙ aliquis per culpã ſuam eſſet deobligatus a ieiunio. cõſequens eſt incõueniens / q: ſ. quis importaret lucrum ex culpa ſua. Et cõſequentia patet. quia tertio comedens frangit ieiunium ⁊ tertia comeſtio videt ita mala vt ſecũda. igit. ¶ Iauper iſta via ſequitur ꝙ quis poſſet veſci carnibus ſine peccato poſt ſecundã comeſtionẽ. cõſequẽs eſt falſum. ⁊ ↄñã pʒ: quia ſi nõ. hoc maxime eſt quia hoc die eſt ei ieiunãdũ / ſed hoc eſt falſum poſtq̃ ieiuniũ fractum eſt. igitur. Ad primũ nego cõſequentiã / quia lucrum in ore damnũ in aĩa ſed fateor ꝙ ſecũda comeſtio que eſt peccatũ eſt cauſa quare tertia comeſtio nõ ſit pctm̃: ſi nõ excedit latitudinẽ tẽperantie in tertia comeſtione. ⁊ ſic aliquis per peccatũ deo obligatus eſt a p̃cepto eccleſie / q̃ etiam illud ſeruare poteſt. ¶ Ad ſecũdũ nego cõſequentiam. Strictior eñ eſt ꝓhibitio carniũ q̃ comeſtionis alterius cibi in die ieiunij admiſſi. Vides enim ꝙ pueri nõ ieiunãtes nõ veſcuntur carnibus: nec amẽtes. Propterea ſecundo comedens carnes in die ieiunij duobus peccatis realiter peccat. tũ ꝙ ſcḋo comedit: tũ ꝙ veſcit carnibus toto illo die ꝓhibitis. Et ſi tertio comedat carnes ſcienter: iterum peccat comedendo qḋ pro toto illo die eſt vetitum. Sed ſtat dare ſecundã comeſtionem in die ieiunij / in quo homo tenetur ieiunare. nõ eſſe peccatũ. quod probo. comedat Sortes hora octaua ante meridiẽ ſine rationabili cauſa. Sortes nũc frangit ieiunium iã ieiunio extincto / in ſecũda comeſtione nõ peccat. nec hoc eſt mirandum. Si quis autem in prima comeſtiõe in quadrageſima comedet oua vel carnes / peccat ⁊ frãgit ieiuniũ. ¶ Sed ꝓbo ꝙ nec ſcḋo nec tertio comedẽs peccat. ⁊ hoc ſic. q̃ primũ ieiuniũ eſt fractũ: hõ nõ tenet ieiunare: ſed in in comeſtione prima in caſu prefato vel in tertia comeſtione plerũq ieiuniũ eſt fractum anteq̃ aliquid comedat. quod pʒ. quia anteq̃ comedam ſecũdo / comedere volebã: ⁊ q̃ primũ volo comedere ieiuniũ eſt fractũ. ſed ieiunio fracto hõ nõ peccat comedẽdo. ergo ſecũda comeſtio exterior non eſt pctm̃: ⁊ eodẽ modo nec prima comeſtio hora octaua. ¶ Reſpõdeo per propoſitiones. Prima eſt, anteq̃ homo exteri⁹ comedit ieiunium eſt fractum: lʒ recuperabiliter. Velle eñ non ieiunare vel nolle ieiunare: vl' velle antecedẽs ad hoc: frãgit ieiunium. ¶ Secunda propoſitio. hoc nõ obſtante comeſtio exterio eſt peccatum modo quo peccatũ actui exteriori conuenit quod patet. quia imperatur a peccato: ergo eſt peccatum. hoc enim ſufficit ad actum imperatum eſſe peccatũ quia ſola denominatione extrinſeca actus exterior eſt peccatum. ¶ Tertia propoſitio. ille actus interior cõtinuatus poſtea deſinit eſſe peccatum vt pʒ poſt fractionẽ ieiunij. Ex qua ſequitur ꝙ act⁹ exterior tũc deſinit eẽ pctm̃ ſaltẽ poſt interruptionem: lʒ a peccato ortũ habuerit. Nec abſonũ eſt cõcedere eundẽ actũ interiorẽ vel exteriorẽ entitatiue ꝑmo eẽ pctm̃: ⁊ ipſo remanẽte poſtea nõ eẽ pctm̃: imo nõ abſurde ↄcedendũ eſt eũdẽ actũ exteriorẽ eẽ ĩperatũ a pctõ ⁊ nõ pctõ interiori: ſimultate tꝑanea vl' inſtãtanea. Et hãc illationẽ nego. hic act⁹ exterior a nõ pctõ volũtatis hui⁹ emergit. ḡ act⁹ nõ eſt pctm̃. ¶ Sed ↄtra hoc ponam⁹ ꝙ volitio comedẽdi q̃ eſt fractiua ieiunij eliciat pure ꝑtibiliter ⁊ ſi nũc vltimũ inſtãs nõ eẽ illius elicitionis. Arguit ſic. hic act⁹ imediate poſt hoc erit nõ pctm̃: ⁊ hoc nõ niſi per fractionẽ ieiunij. ꝑmã ꝑ te. ſed illa volitio non plus erit fractio ieiunij. ḡ priua erit nõ pctm̃: qḋ nõ eſt intelligibile. ¶ Rñdeo ꝑ ꝓpões. Pria eſt. imediate hoc actus ille erit pctm̃. patet: nũc ille actus incipit ꝑ remotionem de preſenti ⁊ per propoſitionem de futuro. ergo poſt erit volitio frangendi ieiunium: et nõ eſt dabile inſtans poſt hoc et cetera. Sed q̃ primum erit volitio frangendi

hic nō magis peccat. continuādo actū volo 2º comedere q̄s solū hēndo p instans quo incepit ... elicitionis est jam fractū jejunium. ff. quod tm̄ ff. asserit.

ieiunium:vel ieiunium frangendi:volitio ita cito icipit eſſe peccatum. igitur. Secūda propoſitio alicui primo obtutu apparens. immediate poſt hoc ille actus erit nō peccatum. patet. ante quodlibet inſtans futurum/ieiunium erit fractum:ſed q̄ primum ieiuniū erit fractū:ille actus deſinit eſſe peccatum.igitur. Tertia propoſitio. ille actus immediate poſt hoc erit peccatum:et in nullo inſtanti futuro erit verum dicere:hic actus eſt peccatū. Si petas ꝓ quo tempore verū erit dicere. hic actus eſt peccatum. diceret aliq̄s ꝙ in quolibet tēpore terminato ad vltimū inſtās nō eſſe elicitionis illius actus. Quarta propoſitio. Licet prius natura hic actus erit peccatū q̄ nō peccatum: tamen non dat᷑ inſtās in quo prius erit peccatum q̄ nō peccatum. nō reſpicias ad cōtinuationem naturalē poſt elicitionem. ⁊ hoc ſufficeret ꝙ eſt non peccatum in illo tempore in quo nō incurritur noua pena:ſed conſequenter ad illa ad que magis declinauim⁹: in ꝓpoſito nō ſic dicēdū eſt. Actus enim interior eſt peccatum quouſqꝫ ieiunium ſit totaliter fractum:qđ nō ſit in inſtāti:ſed in paruo tēpore. et ſic hec eſt falſa:hic act⁹ īmediate poſt hoc erit nō peccatū. ⁊ ꝑ primā comeſtionē durat actus peccatum:nō em̄ fit comeſtio in inſtāti. nec oportet q̄ primū ſit bolus in ore ꝙ actus idē ſequēs cōtinuatus ſit nō peccatum: ſed bene poſt interruptionem formalem vel equiualentem.

¶Secundo arguitur. Præceptum de ieiunio eſt negatiuū. ergo quotiēſcūqꝫ fit cōtra ipm̄/peccat᷑. Et confirmat᷑. qui vouit virginitatē totiens peccat quotiēs alteri cōmiſcet᷑:ergo qui comedit pluries q̄ ſemel totiēs peccat. Ad primum. Martinus negat conſequētiā:dicēs eſſe multa p̄cepta negatiua que non ſemꝑ obligāt. vt p̄ceptū de ieiunio non obligat die dominica. Ad ſecūdū negat ꝯſequentiā:qꝛ in p̄mo manet obligatio voti quātum ad aliq̄d:in ſecūdo aūt nō manet obligatiō ieiunij poſt ſecundā comeſtionē. Neutra ſolutio ſatiſfacit argumēto. nō p̄ma:qꝛ nō inſtat ad ꝓpoſitū cōtra preceptum negatiuū:debet em̄ loq̄ de die ieiunij:et ſic ꝓperā introducit diē dominicū. Ad ſecūdū argumētum negat ꝯſequētiam:ſed diſcrimen nō dat. ¶Propterea ad primum nego ꝯſequētiā:qꝛ nō eſt intētio eccleſie totiens hominē obligare. Ad ſecūdum argumētum de voto erit copioſior ſermo. diſtin. xxxviij. Sed ꝓ nunc dico ꝙ contrahens poſt votum ſimplex ⁊ p̄mo reddens debitū peccat. qꝛ poteſt adhuc volare ad frugē melioris vite. ſ. religionem. poſtea tm̄ pōt reddere petēte vxore ſine pctō:nō autē expetere. Sed cōtra vtrāqꝫ ſolutionē argumentor querēdo vnde tibi cōſtet de intētione eccleſie nō obligāte hoīem equaliter in tertia comeſtione ⁊ in ſecūda. Eccleſia em̄ in ꝓpoſito eſt Romanus pontifex ⁊ conſiliarij eius:qui de hoc fortaſſis tātū cogitarunt quātū vulpes ad occidendos agnos in eodem nemore in quo latitat. Reſpōdeo. Licet eccleſia nihil cogitauit:exponimus in mitiorē partē intētionē eccleſie. Pene em̄ ſunt reſtringēde niſi vbi cōſtat de oppoſito. Inſuꝑ in cōſtitutionibus penalibus poſitiuis humanis non totiens incurrit quis penā quotiēs trāgredit᷑ p̄ceptum. Si nāqꝫ rex vel ſenatus ꝓhiberet Sorti non percutere Platonem ſub pena centum marcharum argenti:⁊ Sortes quater percuteret Platonē:non tātū ſolueret pro ſecunda percuſſione quātū pro prima. Similiter qui promiſit ſtare ſententie arbitri ſub pena:primo contrauenīēs incidit in penam: non autem amplius. ff. de arbi. l. Si duo. §. penultimo. Et ſi dicas contra exemplum. Sortes ſecundo percutiens peccat ſicut primo. Hoc eſt verum:quia contra legem diuinam et nature:ſed non contra conſtitutionē poſitiuam humanam:ſecunda enim vice eſt penalis tranſgreſſor:qđ ſufficit.

¶Tertio argumentor. qui vouit hoc toto die nō bibere vinū totiēs peccat quotiēs bibit vinū. ergo eodem mō de tertia comeſtione ⁊ q̄rta. Antecedēs patet:qꝛ q̄ vouit nō bibere vinū i aliqua parte hui⁹ diei: poſtq̄ bibit:adhuc manet obligatus ꝓ alia parte. igit᷑. Et ꝯfirmat᷑. tertio celebrās in die nō conceſſo peccat vt ſcđo celebrās. ¶Ad tertiū argumētum dubitat᷑ de antecedēte ab aliq̄b⁹. Poteſt homo dicere ſicut de venijs ꝑpetuis in aliq̄ eccleſiā ordinatis:quas quotiēſcūqꝫ homo vadit ad eas obtinēdas obtinet. nō tm̄ ſi ſint tēporanee puta ꝓ certis dieb⁹ q̄ ſuñt ordinati:vt q̄ non poſſunt venire vno die:veniāt ad eas lucrādas alio die ⁊ nō pluries illo tp̄e. Sic ſi homo voueret nūq̄ bibere vinum:totiēs eſt trāſgreſſor quotiēs bibit: ſed ſi vouet non bibere iſto die:poteſt ſolū ſemel trāſgredi. Sed ꝯceſſo antecedēte nego ꝯſequētiā:qꝛ poſt p̄mā trāſgreſſionē in bibitione vini ſtat obligatio ꝓ tp̄e futuro. Ipſe em̄ virtualiter vouet nō bibere in a. nō bibere in b. nō bibere in c. ⁊ ſic cōſequēter:ita vt obligatio cadat ſuꝑ quālibet partē diei in forma. preceptum aūt de ieiunio q̄drageſime cadit ſuꝑ q̄draginta dies ſolū ⁊ nō ſuꝑ partes dierꝫ:licet bene ſuꝑ quēlibet diē. Ad ꝯfirmationē. ꝯſequentia nō valet:vt patet ex dictis. ¶Et ſi dicas. ꝑ tertiā comeſtionē caro ſic inſurgit cōtra ſpm̄ vt in ſcđa. ergo tertia vice comedens contrauenit intentioni eccleſie vt ſecundo comedens. ¶Rn̄deo eccleſia licet hoc intēdat:nō tm̄ ꝯſtat an intendat ad hoc obligare. Ecce analogiā in lege diuina. de⁹ intēdit ꝙ homo mereat᷑ vitā eternā iplēdo p̄cepta:nō tm̄ obligat homīes ſemꝑ iplere p̄cepta ex grā vel ex merito. frequēter em̄ exiſtēs in pctō mortali adiplet p̄ceptū ad intētionem ad quā deus obligat ſub pena pcti. Adde ꝙ Martinus magiſter in fine illius q̄ſtiōis de ieiunio titubare videt᷑ in ſua poſitiōe:et nō recte loqui ꝯſequēter. ſic dicēs. Cum oīb⁹ p̄mo dictis ſtat ꝙ licet obligatus hoc die ieiunare nō totiēs peccet mortaliter quotiēs pluries comedit: tm̄ circūſtātia tp̄is eſt ꝯſuetudo aggrauās peccatū ter aut quater aut quinquies comedētis. non tm̄ ſequit᷑ ꝙ peccet qualibet vice mortaliter:quotiēs pluries comedit:nec ꝙ tātū peccet tertia aut q̄rta vicib⁹ quātū peccat ſcđa:⁊ hoc quātū eſt ex vi p̄cepti de ieiunio. Hic vult dicere ꝙ tertio comedēs venialiter peccat vel min⁹ mortaliter q̄ ſcđo comedēs. Inſuꝑ in eadē q̄ſtione ꝯcluſione q̄rta allegat Godefridū Fontanum Quodlibeto q̄nto. q̄ſtiōe. xij. dicētem. Si p̄mo tāgo nō meā pecco. ſi ſcđo eā tāgo:min⁹ pecco:qꝛ iā ſum tranſgreſſus p̄ceptū. Nō credo ei nec Godefrido ꝙ ceteris parib⁹ cognoſcēs ſcđo nō meā minus peccē q̄ p̄mo eā cognoſcēs. ſec⁹ eſt de virginitate:vbi cetera ſunt imparia. Dico igit᷑ ꝙ illa poſitio debet dicere ꝙ tertio comedēs et extra ſecūdam comeſtionē non peccat:niſi aliūde ꝓueniat impedimentum ꝑ intēperātiā. oppoſitum autem dicens non intelligit ſeipſum nec ſuam poſitionem.

¶Nunc argumentor contra aliam poſitionē que tenet ꝙ tertio comedēs tātū peccat quātū ſecūdo comedēs:vel q̄rto comedēs quātū ſcđo comedēs. ⁊ itroducā aliquas rōnes Durādi/⁊ dn̄i Martini Magiſtri:qb⁹ nitūtur ꝓbare oppoſitū:quas eluere elaborabo. Sic arguit Martinus. Secūdo comedēs frāgit ieiuniū:ergo tertio comedens repit ieiuniū iā fractū:ergo nō frāgit ieiuniū. tenet ꝯñtia:qꝛ ſolū integrum frangit᷑. ¶Rn̄det᷑. ꝙ hoc argumētū non ꝯcludit. qđ ſic declaro: qꝛ vouēs nō bibere vinū hodie:p̄mo bibēs contrauenit



ſuo voto:⁊ eſt fractū. Dicā ꝙ ſcđo bibēs nō frāgit votū iā fractū eſt ante. Illud eſt ꝯtra Godefridū Fontanum quinto Quodlibeto:q̄ſtiōe. xij. quē Martinus inſequit᷑ in ꝯcluſione q̄rta eiuſdē q̄ſtiōis. Eodē modo q̄ vouit virginitatē:cognoſcēs aliquā p̄mo/mortaliter peccat:⁊ ſecūdo etiā:et tm̄ votū eſt fractū. Si dicas. ſecus eſt circa materiā guſtus et tactus. Contra. poteſt eam ducere in vxorē poſt votū ſimplex:⁊ tm̄ nūq̄ licet ei petere debitū: qđ Martin⁹ nō negat. ¶Secūdo arguit᷑ ſic. Preceptū obligās ad nō trāſgrediēdū limitē nō obligat niſi eos q̄ ſunt infra limitē:ſed ꝑ ſecūdā comeſtionē iſte nō eſt īfra limitē. igit᷑. ¶Rn̄deo. ꝙ hoc argumētū equaliter ꝓbaret de voto virginitatis ⁊ vini:qđ tm̄ ipe negaret. Fortaſſe inficiaris eſſe ſimile:qꝛ bibens in a. tp̄e obligat᷑ ꝓ. b. et c. tēporib⁹:in q̄b⁹ pōt ſeruare ſuū votū. Sic tibi dicā ꝙ obligatio eccleſie eſt hūc obligātis non pluries q̄ ſemel comedere:⁊ quotiēſcūqꝫ illi ꝯtrauenit totiēs trāſgredit᷑ preceptū. Tertiū argumentū eius eſt idem cum primo. ¶Quarto arguit᷑. ſi ſemel ſecūdo comedit/frāgit ieiuniū:⁊ ſi ter/duo ieiunia:ſed in eodem die nō poſſunt eſſe ieiunia duo. ¶Rn̄deo. qn̄ ſcđo comedit/ieiuniū frāgit: et qn̄ ter:nō frāgit duo ieiunia: qꝛ nō ſunt duo in eodem die/nec vinū:qꝛ eſt fractū. ſed qꝛ facit qđ in ſe eſt in tertia comeſtiōe ad frāgēdū ac ſi eēt itegrū:nō minus peccat. Etiā tibi dicā eſſe plura ieiunia in eodē die:qn̄ em̄ ſcđo comedit/ieiuniū totius diei categorematice eſt fractū:ſed nō hui⁹ partis/ demōſtrādo horā quartā pomeridianā. ſicut de vouēte virginitatē dixim⁹. Et ſi dicas: ipſe eſt bon⁹ Theologus:⁊ opinat᷑ vt Durādus vel Martinus:⁊ ſi tertio comedēs ſciret ſe tertio peccaturum nō vellet comedere. Illud nō iuuat. Dubiū eſt ſatis:an tertio tātū peccēt quātum ſcđo;exponēs aūt ſe piculo peccat/vtcūqꝫ ſit. Adducit exemplum. ſi dn̄s inhibeat mihi frāgere vitrum:ꝑcutiēdo vitrum pecco: poſtq̄ aūt ꝑcutio vitrum fractum non pecco. Et ſi debeā dare ſcutum frāgēdo vitrū:fracto vitro ꝑcutio nō debeo dare tot ſcuta quotiēs ꝑcutio. Et dicit illud exēplum eſſe peremptorium. Rn̄det᷑. quicquid ſit de illo exemplo:vbi vitrū eſt fractum:nō eſt amplius frāgēdum. ſed corā deo nō minus pecco:cū faciā qđ in me eſt ad ſecundo ⁊ tertio frāgēdū. Et qꝛ Martinus dicit illud exēplū cōcludere cōtra aduerſarios:illud euacuādū eſt. vel ꝓhibitio de fractione vitri eſt ipm̄ non frāgere ſub pena vel pcti vel alterius pene:vel nō ꝑcutere hoc vel hec demonſtrādo ei⁹ partes/vel que fuerūt partes. Si primum:fracto vitro partes vel entia que fuerunt eius partes ꝑcutiēdo/non peccas:nec ꝯtrauenis ꝓhibitioni. Si ſecundo ꝑcutias: tātum peccas quātum p̄mo:et etiā amplius ꝓpter contēptum/vel ſaltē nō minus. Sic ipreſentiarū dico:ꝙ de⁹ etiā pōt ꝓhibere fractionē ieiunij huius diei. Et hoc bifariā itelligi pōt. Uno mō vt homo nō obliget᷑ ad aliud ipo fracto. Et reſtat ꝓbare eccleſiā intendere hominem obligare in illo mēbro. Alio mō:qꝛ ꝓhibet comedere pluries q̄ ſemel hoc die:⁊ hoc reputat fractionē ieiunij:⁊ illud eſtimat᷑ frāgere q̄ ꝯtrauenit. ſicut vouens virginitatē:ſecūdo cognita voluntarie a non ſuo peccat:⁊ ꝯtrauenit ſuo voto:licet non in ꝓprijs terminis: cum amplius non ſit virgo. ¶Inſuꝑ argumentor. ſi tertio comedens peccaret pctō fractionis ieiunij: ſequeret᷑ ꝙ ille q̄ in ſecunda comeſtione comederet centum bolos/totiēs peccaret pctō fractionis ieiunij. ꝯſequēs eſt falſum. ergo et antecedens. ꝓbo ꝯſequētiā:qꝛ tertia comeſtio eſt peccatum:quarta ⁊ quinta ⁊ ſic ſine ſtatu. ¶Preterea ſequit᷑ ꝙ aliquis in caſu eſſet ꝑplexus. conſequens eſt falſum: qꝛ nō cadit ꝑplexitas in lege aliqua etiā quātūcūqꝫ culpa p̄cedēte ſm̄ rectiorem viā. ꝓbo cōſequētiā. comedat aliquis parum mane qđ non ſufficiat ſuſtētationi ſue nature:ſecundo comedens peccat ꝑ hanc poſitionem frangendo ieiunium:⁊ obligatur ſuccurrere ſue nature:ergo ad aliquod impoſſibile obligatur. ¶Ad primum dico ꝙ hoc argumentum non eſt multo magis cōtra hāc poſitionem q̄ oppoſitā. des illi ſolutionem ⁊ illa mihi ſufficiet. Propterea pro vtraqꝫ poſitione dicamus (Argumentum enim aliquid coloris habet dummodo homo ſciat ipm̄ regere) ꝙ pro ſecunda comeſtione totali homo peccat vnico pctō mortali:ſimiliter in tertia comeſtione: ſed non ꝓ qualibet comeſtione partiali: ſicut cum quis intendit occidere hominem fuſte vel pugno: non eſt niſi vna occiſio ⁊ vnum mortale. non enim loquor de partib⁹ illius mortalis: ſed ſufficit mihi ꝙ non quelibet poſitio carnis vel panis in os reddat mortale. Sed cōtra iſtud inſto. Pono aliquem qui pranſus eſt in meridie:ſit Sortes:incipiat comedere hora tertia:⁊ comedat paulatim ad horā ſextā vſqꝫ Plato octies comedat ⁊ iterrumpat comeſtionem. arguitur ſic. Ex ſolutione oportet dicere Platonem octies plus peccare q̄ Sortes peccet:qđ tm̄ minime videt᷑ dicēdum:cum Sortes diutius cōtinuet. Reſpondetur. conſequentia eſt nulla. Forte tamen conſequens eſt verum: qꝛ ſtat Sortem aduertere ad principium comeſtionis:⁊ non ad continuationē. Plato autē ex ſua malitia octies diſtincte comedēs ⁊ volēs comedere bene poteſt octiēs plus peccare q̄ Sortes. ſed ſi Sortes toties diſtincte cogitet de comeſtione quotiēs Plato:q̄uis ſemel comedat comeſtione totali:ſtat ꝙ pl⁹ vel equaliter peccet cum Platone. propterea in oībus iſtis currendum eſt ad actus interiores et non exteriores. ¶Ad aliud nego ꝙ aliquis eſt perplexus in aliqua lege. de illo enim qui comedit mane quero ab aduerſario: quid deberet facere in ſecunda comeſtione. et ſicut ipſe reſpondet reſpondebo. propterea hoc non eſt ponderandum contra hāc poſitionem pluſq̄ contra aliam. Dico/ vel aduertit quādo mane comedit:vel nō. ſi ſecūdum:vt plerūqꝫ accidit:eſt ſine culpa comedentis. ſi vero comedat parum cogitans ⁊ ſciens: tunc vel poteſt ſine leſione ſui corporis ieiunare/vel non. Si primum/ieiunet:ſi nō poteſt/non obligat᷑. ſicut mendicus ⁊ plerīqꝫ alij deobligantur. Dicis. forte eſt ei difficile. Ex dictis ſolutiōem habes quid facere debeat.

DVbitatur: an habens hāc nolitionem in fronte quadrageſime:nolo ieiunare vnum diem quadrageſime: tantū peccet quantū ille qui habet quadraginta diſtinctas nolitiones cadentes ſuper ſingulos dies. Reſpōdetur ꝙ non. quemadmodum ſtat virum occidēdo vnum hominem tantum peccare quantum occidendo viginti:per frequentationē actuū. Sed hic poteſt quis replicare tenendo ꝙ tertia comeſtio non eſt fratiua ieiunij:ꝙ tertia volitio non eſt peccatum. petendo an ille qui vult ſecundo comedere:ſi nihil detur ei qđ comedat/frangat ieiunium:iam enim eſt difficultas an in tertia volitione qua vult comedere et comedit ſit fractio ieiunij que realiter eſt ſecunda comeſtio. Poteſt hic dici ꝙ ſecunda volitio eſt fractiua ieiunij:licet non comedat:ſed nō irrecuperabiliter. ſi enim penitudine illo die ducatur:incipit eſſe ieiunium. Simile eſt de illa que per actū voluntatis deſinit eſſe virgo/et rurſus poſt penitētiā incipit eſſe virgo. ſed poſt realē comeſtionē ſecūdā/irrecuperabiliter ꝑdit᷑ ieiunium: ſicut virginitas in illa que actualiter cognoſcit᷑:⁊ ille in tertia comeſtione vel quarta dū realiter comedit:irrecuperabiliter frāgit ieiuniū illius diei. Sed ſi quis habeat tres volitiōes

vel plures frangendi ieiunium: ⁊ non comedat: ſi non ſequatur penitentia: tertia volitio non eſt peccatum: ſed ſolum ſecunda. ⁊ cauſa eſt: quia tertia iam reperit ieiuniū fractum. ſed ſi penituerit ante realem comeſtionem: etſi viginti volitiones ſolum interiores habuit: ⁊ non actum exteriorem: licet ſemper vnus actus puta primus poſt realem comeſtionem ſit peccatum: vel ſecundus actus poſt volitionem ſolum interiorem: reliqui actus nō ſunt peccata ſi non accedat intemperantia. tunc enim quando Sortes in fine vigeſimi actus penitet: adhuc verum eſt dicere. Sortes eſt ieiunus ieiunio eccleſie: licet peccauerit. Et rurſus actus ſequens penitētiam eſt peccatum et fractiuus ieiunij. ¶ Ex illo habeo ꝙ penitentia eſt partialis cauſa quare actus eſt peccatum: qui alioquin non eſſet peccatum. Exemplum in ſimili: ne terrearis hoc concedere. Penitentia eſt cauſa quare perditur virginitas: vbi ſi non eſſet penitentia non amitteret virginitas. nam poſtꝗ̄ aliqua cōmiſit actum meretricium vnum vel plures: ſecundus actus non frangit virginitatem: quia iam eſt amiſſa per primum actum. ſed ſi reſipiſcat mulier et ducatur penitudine: actus corruptiōis ꝓxime ſequens eſt fractiuus realiter virginitatis. Sic eſt in propoſito: et eſt omnino ſimile. niſi ꝙ hic nō ſemper peccatur ꝑ quēlibet actū in ieiunio: vt poſitio tenet: ſecus eſt in actu impudicitie. Penitentia etiam eſt cauſa quare actus ſecundus eſt maius peccatum: propter ingratitudinem. poſtꝗ̄ enim deus pepercit peccatori: ille eſt ingratus qui recidit in peccatum ſeu recidiuat: vt poſtea dicemus. ¶ Inſuper virtus eſt cauſa maioris peccati de per accidens. Forte dicis. melius eſt dicere quālibet volitionē vbi non eſt comeſtio exterior/eſſe peccatum et fractiuam ieiunij. Cōtra. pono duos/Sortem et Platonem: qui habent duos actus diſtinctos et interruptos frangendi ieiuniū/ Sorti datur qd̄ comedat/ Platoni nihil. Arguitur ſic. Sortes tertio comedēs nō peccat per poſitiōem/nec quarto: ergo neqꝫ Plato. Alioquin actus exterior aliqd̄ malitie actui interiori ſupaddet: qd̄ alibi reprobatum eſt. ergo primus modus eſt rationabilior. Huic argumēto potes reſpōdere: licet actꝰ īteriores ſint pares in ſpecie eſſentiali et entitatiua: ſunt tamen impares in imputabilitate: propter prohibitionē eccleſie non imputantis comeſtionem tertiam vel volūtatem eius: quouſqꝫ fuerit exitus in actum. Poteſt hic dari analogia: ſi prohiberetur alicui frangere: vitrum quelibet volitio frāgendi vitrum ꝗ̄diu eſt integrum: eſt peccatum: nō autem poſtea. Cui magis placet hec ſolutio ꝗ̄ prior/amplectatur eam: et videtur ſecurior: cum ieiunium ſit adhuc recuperabile. ſecus eſt poſtꝗ̄ perditur per exitum in exteriorem actum. Sed contra. ponamus ꝙ aliquis habeat hāc nolitionem in fronte quadrageſime/nolo ieiunare vnum diem quadrageſime: is nulla die ſequenti comedens peccat. Forte dicis. confuſa nolitio non ſufficit. Contra. ſaltem ſi primo die quis habuerit quadraginta diſtinctas nolitiones: non peccabit in poſterum comedens. Reſpōdetur. non ſequitur: quia requirit nolitio in illo die. ſi nāqꝫ ego nunc ꝑ duos dies precedentes profeſtum natiuitatis nolim ieiunare: non ꝓpterea tamē excuſor in ipſo profeſto. quemadmodum ſi nunc ſecundo comederem. ꝓ illo die: non me deobligarem a ieiunio profeſti natiuitatis: cum adhuc poſſem ieiunare illo die. ſecus eſt poſt comeſtionem in ipſo die ieiunij: cum ieiunium ſit iam fractum.

¶ Secundo dubitatur de diſpenſatione lacticiniorum in dioceſi ſancti Andree: videtur ꝙ parum proſit. Tum ꝙ lac et piſces ſimul generant morbos et potiſſimum leprā: vt Auicēna primo canone Fen. iij. dicit. Experti quoqꝫ Indi/et alij dixerunt ꝙ lac cū acetoſis non eſt comedēdum neqꝫ piſces cum lacte: quoniā egritudines ꝓducunt pnicioſas ⁊ lepram. Tum ſecundo. non credo aliquam partem illius dioceſis diſtare a mari quindecim leucis: vbi eſt abundantia piſcium. ergo cauſa diſpenſandi eſt irrationabilis. ¶ Reſpondet. diſpenſatio eſt rationabilis. non enim comedunt piſces ſimul cum lacte: ſed nunc hoc/nunc illi. Ad aliud vbi dicis eſſe abundantiam piſcium: non ſemꝑ ꝓpter frigus ⁊ ventum capiuntur piſces. Solent vbi oriundus ſum noſtri piſcatores irrideri ꝑ motum arborum: ac ſi dicerent cōmuni deuerbio: diem eſſe ineptum ꝓ capiendis piſcibus. quod ſolet accidere in vere: tunc enim et in autūno maxime vigēt venti. Iſtud etiam eſt licitum apud Paganos habētes lacticinia: quibus non ſuppetūt ſemper pecunie ad comparandos piſces.

¶ Ex his liquere arbitror problematicum eſſe. an tertio comedens in die ieiunij frāgat ieiuniū. hoc eſt peccet peccato fractiuo ieiunij. Et licet vſitatius pars negatiua teneatur: nulla tamē ratio currēs ꝓ ea eſt peremptoria. Satis tamen vero ſimile eſt: ꝙ eccleſia nō intēdit hominem obligare niſi ad ieiunium vnum in die. hoc eſt: ſi non intemperanter comedat: peccabit dūtaxat vno peccato. Eccleſie autem ieiunia a conſuetudine potiſſimum deprehenduntur: nec oportet exactā dare rationem: quare profeſtum ſancti Laurentij ieiunetur: et non Sebaſtiani vel Vincētij. In talibus enim ſufficit voluntas eccleſie vnum ieiunium inſtituentis et non aliud. ſed vt omnibus ſatiſfaciat impoſuit Gregorius Quartus ieiunium omnium omnium ſanctorum: et eorūdem feſtum: a quo nullus eſt ſanctus in patria q̄ ſecludatur. cuius trāſgreſſio eſt maior hoc anno ꝗ̄ alio precedente. Ratio eſt: quoniam plures ſunt ſancti in patria iſto anno ꝗ̄ anno preterito. et ꝑ conſequens grauior erit trāſgreſſio: cōtinuo aſcēdendo in poſterū ceteris paribꝰ. Et licet fractio illius ieiunij ſit grauior ꝗ̄ fractio ieiunij alterius ſancti: ſicut fractio profeſti Simonis et Iude eſt grauior ꝗ̄ vnius ſancti ſimilis vni eorum: non tamen maior erit ꝗ̄ tranſgreſſio omniū aliorum. quēadmodum poſſunt dari pauci actus diſtincti mali exuperātes in malitia vnum actum malū plꝰ malitie habentē ex parte obiecti: vt volo occidere mille homines ꝑ vnum actum: ⁊ paucos homines per varios actus. Ex iſto patet ꝙ aliqui ſancti colūtur in particulari in eccleſia: qui etiam includuntur in hoc vniuerſali feſto. ¶ Licet autem hō non obliget plura ad ieiunia ꝗ̄ precipiantur: poteſt tamen ieiunare in diebus dominicis/⁊ inter paſcha ⁊ pentecoſten ſi voluerit. De diebus dominicis probat Auguſtinus in quadā epiſtola: hoc licite poſſe fieri exēplo Chriſti: quadraginta dies cōtinuos ieiunātis. Idē tenet Hieronymus ad Lucianum. Nec valet dictum Martini: ꝙ hoc ꝑ iura poſteriora ſit vetitū: quia de hoc nō cōſtat. qd̄ patet ex ſigno: qꝛ Apparatus diliḡes iuris collector dicit illud licere: niſi fiat ob contēptum vel putādo id eſſe neceſſarium more Manicheorum. qd̄ videre eſt de cōſecra. diſt. iij. in. c. Placuit. c. Ieiunium. ⁊. c. Ne quis. Martinus tamen dicit illud fuiſſe cuidā ſancto reuelatum ꝙ nō ieiunaretur diebus dominicis. ſed illa ꝓbatio non ſufficit niſi melius doceat de illo. Licet etiam doceret ꝙ alicui tale reuelatum ſit: docere oporteret an iſti ſoli reuelatum eſſet: an omnibus alijs preceptiue. Sequēdi ſunt ergo Auguſtinus ⁊ Hieronymus. vbi non docetur de oppoſito. Quilibet inſuꝑ q̄ voluerit poteſt carnes comedere in die veneris ſi eo feſtum natalis Chriſti occurrat: niſi vouerit ſe non comeſturum carnes in die veneris: vel ex ſua profeſſione hoc ipſum habeat. non vouēs tamen poteſt abſtinere ab eſu carnium eodem die ſi voluerit. Studeat quilibet ieiunare ⁊ abſtinere ab intēperantia: que eſt peccatum exprobrabilius fedius et pernicioſus ꝗ̄ inſenſibilitas. Recte enim dixit antiquus ille Hippocrates in quodā Aphoriſmo. Plures occidit gula ꝗ̄ gladius. Studeat inquam ſeruare ieiunium quadrageſime antiquiſſimum īter reliqua ieiunia et ſacratiſſimū: exemplo Chriſti īſtitutū. Quāuis enim pure ieiunare ſit laborioſum: ſequitur tamen magnus fructus et meritū. Omnes enim partes aliquote numeri quadragenarij laborioſi: quinquaginta ꝓducūt numerum quietis ⁊ annum iubileum. In congruo autē tempore hoc ieiunium inſtitutum eſt. ſ. in vere: ſole arietem ingrediente et ad nos appropinquāte: tūc nāqꝫ pullulat terra: tunc frondēt ſylue: tūc parturit arbos: et minor mūdus homo humoribus calet. quod experimento dignoſcitur. et teſtis eſt Maro. iij. Georgicorum cū inquit. Vere magis quia vere calor redit oſſibus ille. Rationabile tamen debet hominis eſſe obſequiū: quia multo difficilius eſt inſenſibilem ad temperamentum reducere: ꝗ̄ intemperantem ad temperantiam: et plus ratio perturbatur in inſenſibilitate ꝗ̄ in intemperantia. Hinc in tertia parte vite patrum. cap̄. xliij. ⁊. xliiij. ſcribitur de Herone quinquaginta annos in eremo ieiunāte: q̄ tādē ſe precipitauit in puteum ob inſenſibilitatem quā incurrerat. Pondera qd̄ tetigimus de ieiunio eccleſie: an homo per peccatum ſatiſfaciat p̄cepto eccleſie: quia ſi partem affirmatiuam teneas: concedere habes ꝙ qui ieiunauit propter diabolum/vel qui dixit horas canonicas propter Mahumetum: non eſt trāſgreſſor preceptorum affirmatiuorum eccleſie omittēdo: licet preceptis negatiuis cōtraueniat. Qui vero alteram partem tenere voluerit: iſtud habet cōcedere: qd̄ poteſt probabiliter cum Gerſono concedi. ⁊ ad hoc cōſequēter loqui potes in ſimilibus. De ſolutione tn̄ primi argumēti ꝑne queſtiōis huius diſt. cōtra cōcluſionem reſpōſiuā iudico ſicut illic reſpondi in ſua materia.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio Septima.

SVperius de vno opere ſatiſfactionis mentionem fecimus. ſ. ieiunio. Reliquum eſt de eleemoſyna loqui: circa quā triplicem mouere ꝓpono queſtionem: vt in proceſſu patebit. Septimo ergo circa hāc diſtinctionem quero. An quilibet teneat ad eleemoſynā faciendā.

In hac queſtione more conſueto ponam rationem nominis: poſtea ꝑ cōcluſiones ad titulum q̄ſtiōis reſpōſurus. ¶ Eleemoſyna ſic definitur. Eleemoſyna eſt volitio efficax ſuccurrendi putato indigenti ex cōpaſſione ꝓpter deum. Dicitur (putato indigenti). ſi enim diues ſimulet ſe eſſe pauperem: non impeditur eleemoſyne ratio in dāte: licet accipiens datum reſtituere ſit obnoxius. ſi vero detur aliquid cognito diuiti: non eſt eleemoſyna/ſed donatio. Dicitur (ex cōpaſſione) quoniā datio alicuius nō ratione indigētie hominis: ſed obligationis/aut officij/ nō eſt de eleemoſyna: ſed eſt merces vel ſtipēdiū debitū ad qd̄ poteſt ille in foro contradictorio cogere. alioquin bn̄ficiatus capiēs fructus bn̄ficij ratione laboris exhibiti diceret cape illos ex eleemoſyna. Et rex capiēs ſtipēdia ratione cure quā habet in populo/eleemoſynam caperet: qd̄ nō eſt dicēdum. ſolus enim titulus recipiēdi ratione neceſſitatis facit mēdicitatē ⁊ mēdicātē. Si vero eleemoſynā corporalē definire volueris: ponas in q̄d nominis (ad releuādā indigētiā corporalem). De ſpūali eleemoſyna ꝓportionabiliter dicas. Eleemoſyna autē interdū apud vulgus capit ꝓ re ipſa data. ſicut dicimꝰ cētū ſcuta pulchrā eleemoſynā datā licētiādo in theologia. Eleemoſyne corporalis ſpecies ꝯtinētur hoc carmine. Viſito/poto/cibo/redimo/tego/colligo/cōdo. Viſito infirmū: tego hoc eſt veſtio nudū: colligo in hoſpitiū īuito: cōdo mortuos. Reliqua ſunt lucida: et explicātur Matthei. xv. Eleemoſyne aūt ſpūales comprehēdūtur hoc carmine. Conſule/caſtiga/ſolare/remitte/ fer/ora. Cōſule dubitādi. dū eñ in dubio eſt animus: paulo momēto huc atqꝫ illuc impellit: vt dicit Comicus. ꝓpterea ꝯſilio eget. Conſolare triſtē: vt ſi Sortes in licētia theologie Pariſiēſis nouiſſimū locū adeptus fuerit: oſtēde ei quonā pacto ſecludēda ſit triſtitia medijs tibi occurrētibus. vtpote: ita dn̄s voluit ne ſupbires: ſicut Paulo datus eſt ſtimulus carnis. et q̄s datꝰ eſt maiori ꝯtēptui apud hoīes ꝗ̄ Chriſtus ⁊ diſcipuli eius: contēptū ergo vulgi aſpnare. Inſuꝑ nō ſemꝑ p̄mꝰ in licētia vel vel aliū p̄cedēs: poſteriore ſuētus eſt vtilior in vinea dn̄i. Quid enim ꝓfuit Andree ꝙ ad apoſtolatū ante Petrū vocatus fuerit: quid Paulo obfuit ꝙ omniū nouiſſime vocatus eſt: qui nō minus aliquo alioꝝ in vinea dei laborauerit: Et ſi aliquos male locatos habueris: q̄ multū in politia ꝓfuerit: ⁊ alte locatos q̄ minꝰ eis laborarunt vel ꝓfecerūt: hoc iſti ad oculum oſtēde. Vlterius oſtēde ei huiꝰ vite īſtabilitatē ⁊ miſeriā: ⁊ p̄cipuē īfelicitatē: et ſolā felicitatē putatā apud vulgus. explica ei excellentiā patiētie ⁊ humilitatis: ⁊ īſtabilitatē dignitatis ⁊ p̄cellētie humane: quas ſapiētes ſemꝑ aſpnati ſunt: ſicut maturus ſenex nō q̄rit trochū vel arūdinē īter tibias ꝓ equo quo in iuuentute vſus eſt. doce hūc triſtē debere nolle ſi poſſet: hos cecos honores attīgere: qd̄ ſi fecerit/ſpelūcā triſtitie euacuabit. Ferat patiēter alioꝝ ſuſurros ⁊ oblocutiōes. Si forte iſte acceptiōes nō oēs ſpēs eleemoſyne corporalis aut ſpūalis īcludāt: cōmuniores tamē acceptiōes īplicāt: nec refert. Et licet eadē eleemoſyna ſit corporalis et ſpūalis: hoc eſt diuerſa rōne. ſpūalis tn̄ eſt ſemꝑ nobilior ceteris paribꝰ ꝗ̄ corporalis: ſicut anima corpori preſtat. iuxta illud Gregorij in quadā homilia. Melius eſt animā ſemꝑ victurā ꝟbo vite reficere: ꝗ̄ vētrē morituri carnis terreno pane ſatiare. Corporales tn̄ ob penalitatē poſſunt eē magis ſatiſfactorie. ſed hoc nō arguit maius meritū: vt in ſc̄da q̄ſtiōe huiꝰ diſtinctiōis iā diximus. ¶ Secundo ſcito ꝙ hominū aliq̄ habēt neceſſaria ſolū nature. ſ. ꝓ ſuſtētatiōe vite: et nō ꝓ ſuſtētatione ſtatus. Alij habēt tā neceſſaria ꝓ ſuſtētatione nature ꝗ̄ ſtatus vel pſone: vt quādo habēt quo ſuſtineāt ſe ⁊ ſuos ꝓut ſuo ſtatui expedit in politia: ⁊ ſi pauciora haberēt: nō haberēt ꝓ honeſtate ſtatus. ⁊ illud nō ꝯſiſtit in īdiuiſibili. Nā ſm̄ mēſurā expēſi/latitudo medij ⁊ ſtatꝰ eſt maior nō eñ cognoſcit defectus ſtatus regis vel exceſſus in cēties mille frācis. exceſſus autē in mercatore aliquo cognoſceret in decies mille frācis: ⁊ in aliquo ſacerdote in cētū ducatis. Superfluū autē poteſt opponi ſufficiētie nature ⁊ ſufficiētie ſtatus: ⁊ aliquis habet notabiliter ſuperflua: aliquis non notabiliter.

¶ Iſtis notatis pono concluſiones. Prima ē. nec ē mihi p̄ceptū nec ꝯſiliū dare eleemoſynā pauperi nō extreme nec ꝓpe neceſſitatē: de mihi neceſſarijs quo ad ſtatū meū. De p̄cepto patebit ex dicēdis. de cōſilio patet: qꝛ puertit ordo charitatis. Debeo eñ mihi et familie mee in primis ꝓuidere. Unde Augu. Qui vult

filios exheredare ⁊ eccleſiã inſtituere: aliũ querat ꝓ cõſilio ꝙ̃ Auguſtinũ. Unde. C. de ſeruitute ⁊ aqua. l. pſes. Abſurdũ eſt tuis agris ſitiẽtibus alios irrigare. Et hoc ĩtelligo ceteris paribꝰ. Si eñ nõ eſſem reipublice neceſſarius: ⁊ Sortes eẽt illi pneceſſarius: debeo ei ſuccurrere me neglecto: quẽadmodũ debeo pati mortẽ ꝓ defenſione vite illius. Propterea licite Helias petiuit ſubcinericiũ panẽ ſibi p̃mo fieri debere: ⁊ poſtea vidue ⁊ eiꝰ filio: ꝙ̃uis tres maxime fame laborarent. nimirũ erat ipſe auriga ⁊ dux Iſrael: vt dixit Heliſeus. Preterea ꝓbaẽ eadẽ ꝯcluſio: nemo debet ſe reddere ĩpotẽtẽ ad exercenda ea que teneẽ ſm ſuum ſtatũ extra caſum extreme neceſſitatis vel vicine ſue vel ſuorum.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. ex ea ſequiẽ ꝙ rex nõ poſſit dare eleemoſynã ei q̃ haberet ſolum neceſſaria ꝓ ſuo ſtatu. ꝯſequẽs eſt inconueniẽs: multa eñ dat militi liberali dono. ¶ Rñdeẽ negãdo ſeq̃lã. ⁊ negatiõis rõ eſt: cũ eñ latitudo ſufficiẽtie regalis ſtet in magna ſumma pecunie: adhuc dãdo manet latitudo ſufficiẽtie. Declaraẽ exẽplariter: nã in centies mille nũmis aureis: dãdo de his oĩbus in eleemoſyna ſiue liberali dono: ſemꝑ ſtat ſufficientia ſtatus eius: ſicut qñ emiẽ magnũ dominiũ terre: latitudo iuſti p̃cij in qua eſt iuſtũ p̃ciũ/eſt magni momẽti: ſic vt non poſſet in. iiij. mille ducatis cognoſci deceptio: ⁊ tñ in re modica ĩ ſolo denario põt cognoſci deceptio. ¶ Secũdo arguiẽ. Poteſt rex oĩa q̃ hꝫ dare paupibꝰ. iuxta illud Matthei. xix. Uade/vẽde oĩa que habes: ⁊ da paupibꝰ. ¶ Rñdeẽ. qñ ita foret/nihil ꝯtra ꝯcluſionẽ: qꝛ ſtatꝰ regius mutaretur: nec haberet amplius colligere pecuniã ꝓ tuitione reipublice. Secundo ſtat ꝙ rex male ageret dãdo omnia pauperibus. dictũ aũt allatũ eſt p̃ceptũ ſm p̃parationẽ animi: vt homo ſit paratus ita facere ꝓ loco et tempore: ſuperflua pauperibus dando.

¶ Secunda cõcluſio. Quilibet nõ extreme paup teneẽ ſub pena pctĩ dare eleemoſynã extreme pauperi. Probaẽ concluſio ꝑ Ambroſiũ. lib. de offi. Paſce fame moriẽtẽ: quiſquis eñ paſcẽdo hominẽ ſeruare poteris/ſi nõ paueris/fame occidiſti. Et recitatur lxxxvj. diſt. c. Paſce. Preterea q̃libet teneẽ ſuũ ꝓximũ ſeruare a morte vbi hoc põt: ſeruãdo ꝓpriã vitã: ſi eñ nõ pauiſti/occidiſti. ſed ſic eſt in ꝓpoſito. Tertio probatur. Qui non extrahit vel extrahere coadiuuat equũ vicini ſui in puteo iacẽtẽ: ſed ꝑmittit eum illic mori/mortaliter peccat. ergo a fortiori ĩ ꝓpoſito. Propterea beatꝰ Martinus honeſtate militari neglecta chlamydẽ paupi partitus eſt in porta Ambianoꝝ: quẽ extreme ĩdigere cenſebat. ſm carmina. Martinus chlamydẽ cũ paupe dimidiauit: Ut faciamꝰ idẽ nobis exẽplificauit. Preterea: in extrema neceſſitate homo poteſt capere vndecũꝙ: qꝛ iã omnia ſunt ei cõmunia. de conſecra. diſt. v. Diſcipulos xlij. diſt. c. j. Et debuit credere dñm id ꝑmiſſurũ. Inſti. de obli. que ex delicto naſcũtur. et ſi licitum eſt extreme pauperi vbilibet capere ꝓ ſua inopia releuãda: dñs tenetur ei ſuccurrere in dando: ergo concluſio vera.

¶ Tertia concluſio. Præceptum eſt tibi dare eleemoſynã ei q̃ veroſimiliter eſt in extremã neceſſitatẽ caſurus/niſi ei ſuccurras: vel eſt in tali calamitate poſitus vt defectu cibi anxie vitam ſit acturus: niſi ignorãtia ĩuincibilis te excuſet. Prior pars huius ꝯcluſionis patet. qꝛ ſi tali nõ ſuccurraẽ ꝓtinus in extremam neceſſitatẽ cadet: a qua nõ poterit reſurgere. ſi nõ des ei eleemoſynã ante extremã neceſſitatẽ actualẽ: redibit fabula Aeſopi inter manus ⁊ pedes: ⁊ ventrem. Incuſant auidi pes ⁊ manus ocia vẽtris. Omnia ſolus habes lucra/labore carẽs: ⁊ que ſequunẽ. Et cum vẽtrẽ auare in extremã neceſſitatem labi ꝑmiſiſſent: egre ipm releuare potuerũt. ſic in ꝓpoſito. Secũdo arguiẽ ad idẽ. Ille eſt extreme paup iã actu in ſua cã. ergo eodẽ mõ iudicãdũ eſt de eo ac ſi in effectu eſſet extreme paup. Tertio ꝓbaẽ idẽ: qꝛ teneor dare Sorti cibũ in itinere longo qđ trãſire habet octo diebꝰ ſequẽtibꝰ: vt in deſerto Arabie ſi nõ habeat pecuniã/vel eũ reuocare ab itinere: ſi nullus alius ad ſuccurrẽdũ inueniaẽ. ¶ Secũda pars iſtius cõcluſionis eſt. ꝙ anxie viã pager: niſi ei ſuccurras: licet aliq̃ doctores in hac parte ꝯtradicere videanẽ: aliq̃bꝰ dicentibꝰ ꝙ nemo teneẽ dare eleemoſynã/niſi extreme paupi. alijs aſſerẽtibꝰ: ĩmo de p̃cepto eſſe dare eleemoſynã non extreme paupi. Sed põt vnus vocare aliquem extreme pauperẽ/quem alter nõ vocaret ſic: vt ſit diſputatio verbalis: a qua ſemꝑ abſtinere/quantũ poſſum/elaborabo. Propterea ꝓpius accedendo: q̃d dicere velim: paucis aperiã. ⁊ qꝛ iſta crebro occurrũt: more canoniſtarum loquẽdo/ſic figuraẽ caſus. Titius vicinus meus quondã honeſtus in inopiã magnã ĩcidit/ſiue ex culpa ſua/ſiue ſine culpa: ad eleemoſynã dãdã nihil refert: licet magis inclinemur dare his q̃ ſine culpa in hãc calamitatẽ inciderũt. mẽdicare erubeſcit ne rubore ſuffundaẽ: attenuatur in corpore: ⁊ hoc iudico ex defectu cibi et potus: video eũ macilentũ et ſubtriſtẽ: ita vt vita eius notabiliter abbreuieẽ defectu cibi/niſi ei ſuccurraẽ. neminẽ aliũ a me video hoc ꝯſiderãtẽ: ſum ei vicinior: vel caſum meliꝰ alijs deprehẽdo: vel video vicinos hoc ap̃phẽdẽtes me opulẽtiores nõ charitatiuos: ⁊ habeo ſupflua ꝓ natura: ⁊ forte ſupflua ꝓ ſtatu meo. queſtio eſt an ſub pena pctĩ debeã iſti ſuccurrere. Secũdus caſus eſto. Magna eſt caritas in patria mea: vt in hoc ãno preſenti eſt in ligua Moccitana in vrbe Lemonicẽſi: ita vt pleriꝙ paupes fame moriãẽ. habeo ſupflua nature mihi et familie mee quo ad nr̃as ſubſtãtias cõſeruãdas. venit Sortes mẽdicus in cuiꝰ facie legiẽ caſus calamitoſus penurie quã patiẽ defectu cibi. video multos meos vicinos non charitatiuos: vel nõ tãtũ in opibꝰ habentes quãtũ ego: cum hoc iudico ꝙ iſte Sortes ꝓbabiliter viuet quouſꝙ granũ nouũ habeaẽ collectũ in horreo: ſed cum grãdi penuria: ⁊ iã magnã famẽ patiẽ: in cuius ore offa holerũ/vel panis hordeaceus/vel faba eſſet dulcior ꝙ̃ ꝑdix in ore abbatis. Queſtio eſt: an teneor illi ſub pena pctĩ ſuccurrere ſtãtibus his iudicijs in ĩtellectu. Rñdeẽ affirmatiue. ꝓbaẽ ex ꝟbis Chriſti. Matthei. xxv. Eſuriui/et non dediſtis mihi mãducere. ſitiui/⁊ nõ dediſtis mihi potũ. hoſpes erã/⁊ nõ collegiſtis me. nudus/⁊ non cooperuiſtis me. Infirmus ⁊ in carcere/et non viſitaſtis me: et poſtea inferẽ. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Propterea diues epulo q̃ nõ dedit micas panis Lazaro: ſepultꝰ eſt in ĩferno. Luce. xvj. Accede tertius teſtis o beate Ioãnes euãgeliſta. dic ad hos duos caſus q̃d ſentis: ait beatꝰ Ioãnes. Quid me ĩterrogas: nõne legiſti p̃me ep̃le Canonice. c. iij. Qui habuerit ſubſtãtiã huius mundi: ⁊ viderit fratrẽ ſuũ neceſſe habere: et clauſerit viſcera ſua ab eo: quo mõ charitas dei manet in eo: quaſi dicat: mihi ĩopinabile eſt ꝙ charitas dei maneat in illo. Non credo Ariſtotelem aliter fuiſſe dicturum.

¶ Contra ſecundam concluſionem argumẽtor. qñ do Sorti extreme paupi duodenum: do ei qđ ſuum eſt: ⁊ teneor ei dare. ergo nõ facio eleemoſynã. tenet ꝯſequentia. qꝛ eleemoſyna eſt opus miſericordie: ⁊ non p̃cepti. ¶ Rñdeẽ negando ꝙ dem ei qđ ſuũ eſt. imo eſt ſolum ei debitum: et pecco mortaliter non dando: ſed non dando: dominium manet penes me: nec teneor illud heredibus illius extreme pauperis poſt ſuam mortem dare. Ulterius illa ꝯſequẽtia eſt nulla. teneor ei eleemoſynam dare: ergo non eſt opus miſericordie: immo magis miſericordie. aliquod enim opꝰ miſericordie eſt opꝰ liberalitatis: et aliquod opus miſericordie eſt opus iuſtitie: vt cuilibet intelligenti liquet. ⁊ amplius hoc patet per glo. interlinearem. Matthei. vj. ſuꝑ illo verbo. Cum ergo facis eleemoſynã. que dicit. Eleemoſyna eſt pars iuſtitie. ¶ Secũdo arguitur. Aliqui dicunt ſe extreme pauperes: et tamen non dando eis eleemoſynam nõ pecco: ergo concluſio falſa. Reſpondetur. concedendo totũ antecedens: et negando conſequentiam. nec eſt cõtra cõcluſionem. Non eſt idem Platonem dicere ſe extreme indigentem: et eſſe extreme indigentem. nam quãdo nulli fame moriuntur: nec eſt inconſueta notabilis caritas in regione aliqua: non teneor credere hoc dicenti: et potiſſimum aſſueto mendicare. Iam enim habet frontem attritam petendo: et vocibus inexplebilibus aerem implet. preſumendum eſt ꝙ vulgus flectere et circũuenire nouit ad eleemoſynam etiam ſuperfluam habendam. Oculatus autem vir et prudens debet ſtudere potius ſuccurrere egentibus mendicare neſcijs: quatenus illorum neceſſitati ſuccurrat: et eos a tali turpi queſtu in ocio mendicandi vbi non debent: arcere aut preſeruare. neceſſitas tamen non habet legem: quare aliquibus ĩpotentibus neceſſarium eſt mendicare. ¶ Tertio arguiẽ. Si dare eleemoſynam eſſet preceptum cum nõ ſit negatiuum vt conſtat: oportet ꝙ ſit affirmatiuum: et reducatur ad vnum decem preceptorum decalogi. ſed hoc nõ: vt patet tam per precepta prime tabule ꝙ̃ ſecũde. Hoc argumentum feci non tanꝙ̃ difficultatem habens: ſed quia Midditonus et aliqui alij fruſtra in hoc inſiſtunt de reductiõe omnium preceptorum in decem precepta decalogi. ¶ Propterea reſpondetur concedendo ꝙ eſt preceptum affirmatiuum ſolum pro loco ⁊ tempore obligans: ⁊ cum conſtat de aliquo extreme paupere: iam eſt locus et tempus: non ſolũ ſi habeam bona ſuperflua: ſed etiam ſufficientia pro natura mea ⁊ meorum ſuſtẽtãda. nec oportet more multorum inaniter ſe fatigare ad reducẽda cetera precepta ad precepta decalogi. multa enim ſunt alia precepta ad illa decem non reducibilia: licet ꝓ argumento in propoſito non oporteat ita dicere: quia dico ꝙ reducitur ad illud preceptum ſecũde tabule de nõ occidẽdo. nã. lxxxvj. diſt. Paſce. ſcribitur. c. Quiſquis paſcendo hominem ſeruare poteris ſi non paueris: fame occidiſti. vt in cõcluſione quã oppugnamꝰ/allegatũ eſt.

¶ Contra tertiam concluſionem argumentabor quo ad ſecundam partem: quia de prima parte idem eſt ac ſi eſſet iam extrema neceſſitas. nemo debet dicere aliquam tranſgreſſionem eſſe peccatũ de qua non cõſtat auctoritate ſcripture vel ratione ꝙ ſit peccatum. ſed hoc non eſt oſtenſum in propoſito. Secundo ex hac via innumeri pauperibus nõ ſuccurrentes dãnarẽtur: qđ non videtur dicendũ. Iſte due rationes ſunt Bacchis iſtius contemporanei noſtri. ¶ Reſpondetur. minor eſt falſa: vt patet ex probatione concluſionis. Ad ſecundum dico. non eſt dubium quin multi auari diuites dãnentur: non ſolum pauperes opprimentes: ſed nõ ſuccurrentes fratribꝰ ſuis. Secundo dico. non tot quot ipſe putat. nam adieci circũſtãtias varias: ⁊ ſeparaui confuſionem: vt punctum difficultatis attingerem. nec credo ꝙ doctores quos pro ſe allegat: aliter in radice ſentirent ꝙ̃ in illa concluſione dicebam. ſed quicquid ipſe vel alij opinati ſint: mea non refert. credo concluſionem eſſe veram: et ſtãtibus his que ponebam: iudicarem meipſum multum delinquere ſi non ſuccurrerem. Talis tamẽ vir non tãtũ peccat huic non ſuccurrẽdo: quãtũ ſi cõſtaret ꝙ paup eſſet in extrema neceſſitate: quia tunc agitur de vita viri ſubito protegenda. hic autem de ea conſeruanda in notabiliori tẽpore. ¶ Tertio arguitur. ex illa parte concluſionis ſequitur ꝙ ſi ſciam vicinũ meum inopia conſtrictum ſic vt paret ſe ad perpetrãda varia ſcelera: videlicet ad ſpoliando viatores et ad eos occidẽdos: vel ad furtum vt ſue inopie ſuccurrat: ei non ſuccurrendo peccarem. conſequens videtur durum: quia ſic diuitijs teneremur euocare malefactores a ſpolijs ſuis. ¶ Reſpondetur concedendo illatum. ſi enim non dẽ bona fortune mee vt ſuccurram vicino meo quatenus illũ a peccato preſeruem: peruerto ordinem charitatis. ⁊ hoc ſi iudicem eum ſola inopia ad hoc inductum ⁊ reducibilem a malo ꝑ hoc ꝙ illi ſuffragor: ⁊ paucitate contentum fore. Hinc beatus Nicolaus vt conſeruaret filias tres vicini ſui a proſtibulo: dedit eis dotes. viſa enim alioꝝ negligentia ad non ſuccurrendum eis ſuis opibus: ad hoc tenebatur: licet non ad tantam molem pecunie dandam filiabus. Qđ fortius eſt: beatus Uitalis per Geruaſij ⁊ Prothaſij vt Urſinum iam ad martyrium vocatum cõſeruaret in fide: vt non negaret Chriſtum in agone: expoſuit propriã vitã diſcrimini: ⁊ occiſus eſt. Redeũdo ad argumentum: potius ꝙ̃ rapiat ⁊ ſpoliet tranſeũtes: debeo ei dare de meo: quatenus deſiſtat: ⁊ etiam ne fureẽ. Et licet ſit apparentia in oppoſitũ ꝙ non furetur: ſed capiat ſibi debitum ⁊ licite faciat adhuc illud non ſufficit: licet ita ſit: ſed non occidetur a prudente iudice ſi capiat ſolum ꝓ releuanda inopia: tamen aperitur ei via perpetrandi mala: ⁊ plura capiendi ꝙ̃ oporteat: ⁊ aſcẽſus datur ad rapinam ⁊ homicidium: ⁊ ad infamiã et tãdẽ ad periculum occiſionis. ¶ Ecce quid eſt eleemoſyna: que eſt preceptum affirmatiuum pro loco et tẽpore obligãs ad dandum pauperi in extrema neceſſitate conſtituto: ſiue defectu cibi/ſiue potus/veſtium/hoſpitij/medicine/et ſimilium hoc eueniat. Amplius dixi idem eſſe: quando ſi nõ ſuccurratur viro: in extremam labeẽ inopiam. Rurſus dixi: non ſolum dandam eſſe eleemoſynam in extrema neceſſitate: ſed quando eſt in arcta ⁊ magna penuria citra extremam neceſſitatem. hoc ex ĩduſtria prolixius exemplariter declaraui. et illud puto eſſe verum quando homo habet ſuperflua nature ſue et ſuorũ quos alere habet: nec ob dationem eleemoſyne eſt vero ſimile ꝙ ipſe vel ſui in ſimilem neceſſitatem incidẽt. ergo a fortiori qui habet ſuperflua nature et ſtatus: tenetur talibꝰ extreme indigentibus ſuccurrere. nã illud eſt de lege nature a Chriſto in euãgelio tactũ. Matthei. vij. Hoc fac alijs qđ tibi fieri vis. ¶ Citra hãc notabilem neceſſitatem reor non eſſe preceptũ dare eleemoſynã: ſed interdũ conſilium: interdum vero non.

¶ Vt autẽ clare videas quæ dixi & dicere velim: pono propoſitiones ſequentes. Prima eſt. Preceptum eſt dare exiſtenti in extrema neceſſitate tãtum eleemoſyne quantum ſufficit eum releuare: vel ſaltem dare ei mutuo. et ſi eſt vero ſimile ꝙ non erit ſoluendo: debeo ei abſolute dare: vel ſi eſt cibus vel res modici momenti non debeo expectare ſolutionem. ¶ Secũda propoſitio. Preceptum eſt dare illi qui non eſt in extrema neceſſitate eleemoſynam: qui vero ſimiliter protinus labetur in extremam neceſſitatem niſi detur ei eleemoſyna. ¶ Tertia ꝓpoſitio quã opinor verã (dicant alij vt voluerit) preceptum eſt dare eleemoſynam illi qui eſt in

notabili ⁊ magna neceſſitate citra extremã neceſſitatem niſi ignorãtia inuincibilis excuſet. Tetigi exẽpla duo in ꝓbatiõe illius partis ꝯcluſiõis. nec tot ꝓpterea laici dãnanẽ vt alij putãt. nõ eñ exiſtimo vllũ prudẽtẽ laicũ nolle manꝰ adiutrices porrigere ſic egẽti: cũ multi coꝝ dent alijs qbꝰ dãda eſt eleemoſyna ſolũ de cõſilio. Et cõeſtio apl'oꝝ ſpicas euellẽtiũ hoc ꝯfirmat: q̃ nõ erãt in extrema neceſſitate: ſed bñ vt opinor/in notabili inedia. Etiã de laicis locutꝰ ſum: qꝛ bñficiatoꝝ ſupflua danda ſunt pauperibꝰ: q̄uis non ſint in neceſſitate de qua loquuti ſumꝰ in tertia ꝯcluſione. Hinc diſt. lxxxvj. c. Fratrẽ nr̃m. dicitur de quodã epõ. Largã manum habeat: neceſſitatẽ patiẽtibꝰ occurrat: alienã iopiã ſuã credat: qꝛ ſi hoc nõ habet vacuũ nomen epi tenet. In caſu aũt dubio qñ paup eſt in magna ⁊ vrgẽte neceſſitate: ob ſecuritatẽ det ei de ſupfluo. nõ dare enim põt eẽ pctm̃: ſed nullo mõ dare eſt pctm̃. tutior aũt via eſt in materia moꝝ tenẽda. Et ſi fueris iter multos diuites ꝯſule eis ſaltẽ in portiõe aliq̃ ſuccurrere extreme paupi. ꝙ ſi agere noluerint: teneris in ſolidũ ei ſuccurrere. queadmodũ ſi Sortes velit Platonẽ occidere quẽ q̃tuor aſtãtes poſſunt ⁊ debẽt ſeruare non occiſum: ſi alij non ſuccurrãt: tu ſuccurrere teneris ſi potes ſine vite apparẽtiſſimo piculo. Ulterius dico potiꝰ eleemoſynã dãdã eſſe paupi vicino honeſte viuenti non mẽdicãti q̄ faciẽ attritã habẽti iã in mẽdicitate. quẽ ſi videas panẽ habẽtẽ in mãtica: cenſeas nõ eẽ in extrema neceſſitate. Inſup iterdũ teneris inq̃rere de aliquo ꝓbo viro morbo laborãte: an habeat neceſſaria vite: q̃ fortaſſe laborauit in vinea dñi vtiliter ⁊ laborabit adhuc ſi ſibi ſuccurrat̃. qui forte fuit negligẽs in accumulãdis bonis fortune: vel (vt rectius loquar) prudẽs in nõ ꝯgregãdis opibꝰ: ſed applicuit ſe ſtudio: exhortans ad virtutes alios: cõfidẽs in dño: ⁊ in bonis: vt ſibi in neceſſitate ſuccurrerẽt. Et eque aut potiꝰ ſeculari q̄ religioſo ſubuenire debes: qꝛ religioſi habẽt cõfratres q̃ ꝓ laborãte morbo ꝓuiſionẽ faciũt. iſte aũt erubeſcit mediate vel immediate petere. Preterea ſi tibi diuiti fuerit vicinus calcifex: faber aliqs vel alius artifex: ob debitũ creditori nõ potẽs ſatiſfacere: et rigidus creditor p manꝰ iuſtitie inſtrumenta artificij auferat: vt laborare nequeat: quẽ cũ ſuis mẽdicare oporteat vel peiora exercere: ꝯſule timentes deũ q̃d opꝰ ſit facto. ⁊ forte neceſſariũ iuenies pecuniã ei dandã p modũ eleemoſyne vel ſaltem mutuo: eſto nũq̄ totã pecuniã abſoluat. Concludẽdo dico meminiſſe oportere paupes eẽ Chriſti mẽbra. nã ipẽ de eis dixit Matthei. xxv. Qd vni iſtorũ feciſtis mihi feciſtis: bona eñ fortune ordinant̃ ꝓ hominũ ſuſtẽtatione: ⁊ fortaſſe magis cõducit tã ſaluti corporis q̄ anime tuoꝝ liberoꝝ: mediocria/ſolũ habere bona. quinimo forte deuictus es reſtituere multa bona incerta que penes adhuc ſunt. Et ſi eleemoſynã dare nolueris: ſaltẽ noli cum murmure ⁊ ꝓbro pauperẽ ꝯtẽnere: ſed deũ p̃ceris quatenus ſit ei auxilio. et ſic oĩ petẽti tribues vel fortune bona: vel benignam reſpõſionẽ: que pauperem a pauptatis onere quodãmodo leuabit. Et ſi importune querat: noli iraſci. neſcis heu neſcis in qua neceſſitate conſtitutus ſit. tu ſi hic eſſes: fortaſſe importunus quereres.

Diſtinctionis Decimequinte.
Queſtio octaua.

SEcũdo circa materiam eleemoſyne q̃rit̃: an eleemoſyna ſit opꝰ magne pfectiõis: et an q̃libet de quolibet bono quod habet poſſit licite facere eleemoſynam. Rñdet̃ p cõcluſiones. Prima eſt. Eleemoſyna eſt opus deo multũ acceptũ ⁊ gratum. ꝓbat̃. Luce. xj. ſcribit̃. Date eleemoſynã: et ecce oĩa mũda ſunt vobis. Itẽ orõnes ⁊ eleemoſyne Cornelij aſcẽderũt in ꝯſpectu dei. Actuũ. x. Preterea multũ placet deo redemptio pctõꝝ: ſed hec fit p eleemoſynã. igit̃. Probat̃ minor p illud Danielis. iiij. Pctã tua eleemoſynis redime. Inſup Auguſtinus in ſermone. xlvj. ad Eremitas. dicit. Fratres mei chariſſimi nunq̄ recordor me legiſſe mala morte pijſſe illũ q̃ libẽter opa pietatis ⁊ charitatis voluit exercere. Rurſus ad hoc inuitãt nos ſcripture. vt Matthei. x. Quicũq̄ potũ dederit vni ex minimis iſtis calicẽ aq̃ frigide tm̃ in noĩe diſcipuli. Amen dico vobis nõ pdet mercedẽ ſuã. Et Eſaie. lviij. Frãge eſuriẽti panẽ tuũ: ⁊ egenos vagoſq̄ induc in domũ tuã. Uide quomodo Abrahã ſedebat in oſtio domꝰ ſue in cõualle Mãbre: vt inuitaret trãſeũtes ad hoſpitiũ et cibũ. quomodo Loth excepit Hoſpites: quomõ mortuos Thobias ſepeliuit. Quid Ioanni eleemoſynario ꝯtigerit: lege in vitis patrũ. Quid de ſancto Oſbaldo Angloꝝ rege poſt eleemoſynã cõem paupibꝰ datã: cũ diceret̃ illi ꝙ erat multitudo paupeꝝ adhuc expectãs: q̃ nihil eleemoſyne accepat. Rex zelo dei ductus lãcẽ argẽteã in q̃ comedebat: fregit ⁊ paupibꝰ iuſſit erogari. cui pr̃ Aidan. precor deũ inq̃t: nũq̄ areſcat hec manꝰ. qd̃ et effectũ habuit: vt Beda recitat in hiſtoria eccleſie gẽtis Angloꝝ. libro. iij. Ex his patet q̄ ſtulti ſint illi q̃ eleemoſynã in vita nõ dãt: ꝓponẽtes magnã vel mediocrẽ relinq̃re dãdã paupibꝰ poſt mortẽ: licet eñ hec volitio ſit bona: et in vita: tñ nõ eſt circa dicile: quare eſt parui meriti. das eñ effectualiter qñ retinere nõ potes. Forte quibꝰ relinquis nõ dabũt paupibꝰ. Itẽ ꝓ illa datione exteriori nõ mereberis: qꝛ nõ es viator: ſed ꝓ actu quolibet meritorio in vita elicito mereris vitã eternam. Secundo ſequit̃ multo ĩprudẽtiores eẽ p̃dictis bona: ſupflua colligẽtes ⁊ accumulãtes liberiſq̃ ea fortaſſe diſſipabunt: vel erũt eis occaſio maioris peccati et ruine: nec dabũt ĩ eleemoſynas. Ex quo tertio ſequit̃ ꝙ multo ſtrictiores ſunt illi qui circa bona fortune inhiãt: nec habẽt liberos/patres/nec fratres ⁊ nõ liberaliter dant eleemoſynã ⁊ in pios vſus: quod atteſtat̃ Salomon Eccl'iaſt. iiij. dicẽs. Conſiderãs reperi aliã vanitatẽ ſub ſole. vnꝰ eſt ⁊ ſecũdũ non habet: nõ filiũ/non fratrẽ: ⁊ tñ laborare non ceſſat: nec ſatiãtur oculi eius diuitijs: nec recogitat dicẽs. Cui laboro: ⁊ fraudo animam meam bonis.

Secunda concluſio. quilibet habens bona ſupflua ꝓ ſe põt dare eleemoſynã nõ extreme pauperi nec in notabili arctitudine poſito: eſt ei opus ꝯſilij ⁊ magni meriti ⁊ nõ p̃cepti. Hec ſequit̃ ex ꝓbatione ꝯcluſionis p̃cedẽtis: cũ dictis in q̃ſtione p̃cedẽti. Seruus autẽ dãs eleemoſynã de rebꝰ dñi ſui ꝯtra eius volũtatem/furtũ facit. ⁊ ſic facit vxor de rebꝰ viri: niſi in certis caſibus: caput enim mulieris eſt vir. Si tamẽ famulus vel vxor habet volũtatẽ priſfamilias exp̄ſſam vel p̄ſumptã de dãda eleemoſyna: nõ eſt pctm̃: ſed bñ actũ. conſenſus eñ mariti ſufficit vxori: q̃ ꝯſtat ex ꝯſuetudine aliarũ mulieꝝ vel viroꝝ cõuicaneoꝝ. ſolẽt nãq̄ mulieres panẽ/potum/et huiuſmodi minuta dare paupibꝰ ſm̃ facultates ſuas. Si aũt habeat multos liberos qbꝰ vix habeat panẽ: male agit dãdo alijs ꝓprijs neglectis. In certis caſibus tñ põt dare marito nõ ꝯſentiẽte: vtpote ſi ſit extreme paup: iã eñ ille eſt p̃uilegiatus ⁊ oĩbꝰ p̃ponẽdus: cui famulus ꝯtradicente dño: et religioſus ꝯtradicẽte ſupiore põt eleemoſynam dare: ĩmo tenet̃: ergo a fortiori vxor: ſi vir eſt ſtultus/aut demens: nec datꝰ eſt ei director alius p̃ter vxorẽ: poteſt prudẽs mulier dare eleemoſynam vel aliquod donum ne maritus vel familia iacturam incurrat. Sic enim fecit Abigail. j. Regum. xxv. Sic etiã mulier habeat parapherna: hoc eſt res proprias preter dotem: poteſt de illis eleemoſynam dare.

Tertia concluſio. nõ de quolibet bono fortune qd̃ eſt in noſtra poſſeſſione: poſſumus eleemoſynam facere. Probatur. Nam aliqua habemꝰ que tenemur veris dominis quos nouimus vel noſcere debemus/reſtituere: queadmodum ſunt acquiſita furto: rapina/aut vſura. hoc patet per Augu. in libro de verbis domini. ſermone. xxxv. Si ſit aliquid inuentum et neſcitur cuius ſit/poſt ſufficiẽtem proclamationem detur in eleemoſyna pro anima illius: qui eſt dominus rei in illa enim datione eſt conſenſus domini iterpretatiuus. Uel poteſt aſcribere ſibijpſi: orãdo pro illo ſi ſit vere pauper: ſed caueat ne ſit ſibijpſi propitius putãdo ſe pauperiorẽ q̄ ſit: in illo caſu retentionis. Si vero ſit pecunia turpiter acquiſita et non inique vel iniuſte: vt a meretrice que pecuniam capit pro ſui corporis feda locatione: et licet ipſa peccet in capienda pecunia: tamen dominium pecunie acquirit: ſi alter transferre in talem vſum poterat: et q̄uis turpiter faciat: non tamẽ turpiter accepit. ff. de condi. ob tur. cau. l. iiij. ipſa poteſt eleemoſynam de tali pecunia facere: quia ſua eſt: ſed illa pecunia in publicũ vſum templi vel altaris in ſacrificio ob ſcandalũ non eſt applicanda: ſm̃ illud Deuteronomij. xxiij. Non offeres mercedẽ proſtibuli in domo domini dei tui. Qd̃ non eſt in lege noua negligendum: quatenus infames perſone a peccatis fedis retrahantur. Idem eſt iudicium in meretrice non publica nec notoria. Ratio eſt: quia ſi ipſa acquirit dominiũ rei date in centeſimo actu eque acquirit in decimo/octauo/ſecundo/et primo. Talia tamẽ nõ ſunt multum predicanda: ſed mulieres abſoluende ſunt cum ad confeſſionem et penitentiam venerint. cuiuſmodi ſunt filie dei conuerſe nunc Pariſijs. Hactenus vidimus eleemoſynam in opere conſilij eſſe magni meriti. ergo a fortiori in opere precepti. et quomodo id quod tenemur reſtituere veris dominis ſi cognoſcantur: non eſt in eleemoſyna dandum: ſed vero domino reſtituendum. De ordine autem dande eleemoſyne ſic procedas. Primo eleemoſyna magis cõiũctis eſt dãda ſi egeãt. ſm̃ Augu. j. de doctrina chriſtiana. obſeruando ſemper ꝙ magis reddendum ſit debitum q̄ dandum beneficiũ. ſm̃ Philoſophum. ix. Ethicorum. Extreme pauper eſt omnibus preponendus: et poſt eum exiſtens in notabili neceſſitatis arctitudine. de quibus queſtione precedenti locupletius loquuti ſumus. Danda eſt autem eleemoſyna: ſed non ſemper ordinate aſcendendo a nihil habentibꝰ ſtat enim dare duos pauperes: quorum minus pauper ſit in eleemoſyna poſtponendus. Ratio eſt: quia dare quibuſcũq̄ eleemoſynam indifferẽter eſt opus conſilij. ⁊ poteſt accidere caſus ratione cuius potius vni dãda ſit eleemoſyna q̄ alteri: vtpote quia eſt reipublice vtilior: vt iam exiſtẽs predicator vel veriſimiliter futurus: et bonus ſtudens non habens vnde alatur. Multi enim vadunt ad Carthuſiam quotidie pro groſſo pane ⁊ offa: et ſeruiunt vt panem habeãt: qui tãdem improbo labore in preclaros viros et reipublice vtiles euadunt. Tamen vt plurimum nõ oportet facere magnam diſcretionem in danda eleemoſyna. probat hoc Ioannes Chryſoſtomus ſuper epiſtolam ad Hebreos. exemplo Loth/et Abrahe: qui omnes indifferenter recipiebant: et aliter angelos non recepiſſent niſi omnes paſſim et indiſcriminatim recepiſſent: immo et fortaſſe angelos repuliſſent. Et ꝓpterea addit Chryſoſtomus. Quieſcamus ab hac ſurda ac diabolica et peremptoria curioſitate: ſcz diſcernendi inter pauperem et pauperem. Tamen vbi conſtat nobis de alicuius indigentia mendicare erubeſcentis et non de alijs promiſcue mendicãtibus: debemus potius eleemoſynã illi conferre. Dicit autẽ Ioãnes Chryſoſtomus illud ne aliquos fame confectos ⁊ ſqualidos relinquamus defectu eleemoſyne.

Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio Nona.

TErtio & vltimo circa hanc materiam eleemoſyne pro euacuanda difficultate que fieri poteſt in eleemoſyna danda extreme pauperi. Queritur an quilibet nõ extreme pauper teneatur pauperi extreme eleemoſynam impẽdere. Reſpondetur affirmatiue. vt patet ex queſtione prima huius materie. Et hoc ipm adhuc oſtẽdit̃ per bruta. Gallina enim nutrit alienos fetus. ⁊ ſic facit catus: cũ fetus neſciũt ſibi ꝓuidere. ſimile aliq̃d de Romulo/⁊ Remo legimus/⁊ Cyro. Neceſſitas enim non habet legẽ ⁊ excuſat. l. Aliquando. de offi. ꝓcõ. ⁊. v. Metaphyſice. Neceſſitas eſt excuſabilis. Nõ alia ratione excuſatus eſt. Dauid comedẽs panes ꝓpoſitionis. p̃mi Regũ. xxj. quibꝰ vetitum erat laicis veſci. Non aliter item apoſtoli erãt excuſati euellẽtes ſpicas. Luce. xij. Sed dicis. Apoſtoli nõ erãt in extrema neceſſitate: ſed bñ in notabili: vt eſt veroſimile: ergo habet̃ argumẽtũ ꝙ p̃ceptũ eſt dare eleemoſynã illi qui eſt in valde notabili neceſſitate citra extremã. Hoc eſt pro dictis in q̃ſtione p̃ma huius materie. Aliud etiã erat: ꝙ tpe legis poterat homo intrare vineam vel agros vicini ſui et comedere/nihil auferẽdo de loco. textus ad hoc eſt clarus. Deutero. xxiij. Ingreſſus vineã ꝓximi tui comede vuas quãtũ tibi placuerit: foras aũt ne efferas tecũ. Si intraueris ſegetẽ amici tui frange ſpicas ⁊ manu conteres: falce autem nõ metes. Preterea frater minor nõ potẽs habere neceſſaria vite/labore/mendicitate/ vel aliorum oblatione/excuſat̃ ne peccet capiẽdo neceſſaria. vt habet cap. Exijt qui ſeminat. de verbo. ſigni. lib. vj. ergo quilibet alius excuſatur. tenet cõſequẽtia: qꝛ nemo amplius a ſe abdicat bona fortune q̄ frater minor.

Contra cõcluſionem arguitur: vno ſuppoſito ꝙ ſim ego in campo ⁊ ſint quatuor in extrema neceſſitate: et habeã vnũ panẽ qui vnius indigẽtiã ſolũ ſufficit releuare. iſto ſuppoſito ſic argumẽtor. nulli iſtoꝝ teneor illũ panẽ dare: quilibet illoꝝ eſt in extrema neceſſitate: ergo nõ teneor dare eleemoſynam exiſtẽti in extrema neceſſitate. ꝯſequẽtia tenet cum minore. Probatur maior p aſcẽſum. nec iſti iſtoꝝ teneor dare panẽ/Sorte demõſtrato: nec illi illoꝝ demõſtrãdo Platonẽ: et ſic de vtroq̄ aliorũ. igit̃ nulli. ꝓbat̃ vna ſingularis aſſumpta: qꝛ idẽ eſt iudicium de alijs. nõ dãdo Sorti nõ pecco. qd̃ patet: qꝛ poſſum illum panẽ dare Platoni Sorte neglecto: ⁊ tũc nõ peccarẽ. ergo non teneor ſub pena pctĩ dare illũ panẽ Sorti: ſuppoſito ꝙ nõ plus obliget vni q̄ alteri: ⁊ ꝙ ſit mihi licitũ dare panẽ cui velim. Non valet dicere. panis ille eſt partiẽdus. hoc iquã nõ valet. parum enim panis appetitum famelici ad comedẽdũ amplius irritat: ⁊ famẽ nõ extinguit. Itẽ aliqua eſt portio panis minima que vni ſufficit/vel maxima que nõ ſufficit vni: que ſi diminueretur: nulli ſufficeret: ⁊ ſic omnes morerẽtur. ſi ergo panẽ frãgerẽ: dãdo cuilibet parum: qd̃ nulli ſufficeret: nulli ſuccurrerẽ: ⁊ p conſequẽs peccarẽ. ergo teneor dare illum panẽ vni. Amplius ponãtur centũ vel mille: quorũ quilibet eſt in extrema neceſſitate: iam notũ eſt ꝙ hic panis paruus nõ ſufficit omnibus: ⁊ tunc nulli

illoꝝ teneoꝛ dare illum panem. igitur. ❡ Ad iſtud argumentum reſpondebo mixtū logice et theologice. Logice adhuc dupliciter: vno modo vtēdo logica antiquorum ſophiſtarum: de teneoꝛ et obligoꝛ: ꝙ confundāt terminum ſequentem immobiliter: ponendo propoſitiones ſequentes. Prima eſt. Teneoꝛ de neceſſitate ſalutis dare alicui iſtorum quatuoꝛ illum panem. probatur: quia ſi non dedero/pecco ex concluſione. Secunda propoſitio. Nulli iſtorum teneoꝛ illum panem dare. hoc patuit inter arguendum per aſcenſum. quare ille non contradicunt. teneoꝛ alicui iſtorum quatuoꝛ dare hunc panem: ⁊ nulli iſtorum quatuoꝛ teneoꝛ dare hunc panem. hoc ex logica notū relinquo. Tertia propoſitio. teneoꝛ dare alicui iſtorum panem cui non teneoꝛ dare panem. Quarta propoſitio. Dando panem illi cui nō teneoꝛ dare: ſum deobligatus a ꝓcepto. patet: quia ꝑ hoc ſufficienter preceptum adimpleo. Exemplum in ſimili. teneoꝛ diligere deum: et eliciendo actum dilectionis dei quem elicere nō teneoꝛ: ſatiſfacio precepto: ſicut ſatiſfacimus ꝓcepto legis nature ⁊ diuino ꝑ adimpletionem vnius ꝓcepti humani poſitiui. Quinta ꝓpoſitio. Si nulli iſtorū do ꝓdictum panem: ſum homicida. ❡ Secundo modo reſpondeo ⁊ melius: tenēdo ꝙ equiualēt: teneoꝛ dare vni iſtorū hunc panem: et hunc panem teneoꝛ dare vni iſtorum. et ꝙ vtraqꝫ eſt falſa niſi capiatur loco iſtius. Neceſſe eſt ſi debeam eſſe expers peccati: dare hunc panem vni iſtorum: vt neceſſe cadat in totam conditonalem. ⁊ lege ſtante: ſi nulli iſtorum hūc panem do/ſum vnius homicida. Et ſi petas a me. cuius ſum homicida? Reſpōdetur. frequēter homo eſt certus de indefinita: dubitādo de qualibet ſingulari illius indefinite. vt hec eſt ſcita a me. Aliquis homo eſt in templo noſtre domine Pariſiēſi: ⁊ ꝗlibet ſingularis eſt mihi dubia. Deꝰ tū nouit. ❡ Sed contra iſtud arguit̄. Nullius iſtoꝝ īputabiliter ſum homicida. non Sortis: qꝛ pari ratione ſum īputabiliter homicida vite Platonis/Ciceronis/⁊ Joannis: nec ſum imputabiliter homicida iſtoꝝ quatuoꝛ: qꝛ non poſſum ſatiſfacere iſtis quatuoꝛ: ⁊ nō obligoꝛ ſeruare vitas iſtoꝝ quatuoꝛ: qꝛ hoc eſt mihi impoſſibile: ad qꝺ nullus obligatur. ❡ Rñdet̄. ſum cuiuſlibet iſtorū homicida īputabiliter ſub diſiunctiōe: qꝛ cuiuſlibet iſtoꝝ ſeruare vitā poſſum: ſed deus acceptat meā omiſſionē ſi nulli iſtoꝝ panē dem ad occiſionē vnius tm̄: ſiue ꝓ Sorte: ſiue ꝓ Platone: in idē redit: cū ſint omnes in equali neceſſitate: ⁊ equaliter cuilibet iſtoꝝ obliger. ❡ Contra totū iſtud argumētoꝛ: veniat Sortes ad me: ⁊ petat a me panē: habeā nolle dādi panis ipſi Sorti: illud nolle non eſt mortale peccatū/ immo nō eſt peccatū. veniat Plato ⁊ petat panē: habeā etiā nolle dādi panis Platoni. et ſic de alijs duobꝰ. Arguit̄ ſic: nulla iſtarū nolitionum eſt peccatū: et nō habeo plures actus volūtatis ꝗꝫ illos. ergo in caſu iſto non pecco. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ꝯcluſio falſa. ❡ Rñdet̄ ad hoc argumentū dupliciter. Vno modo euadendo vtcūqꝫ dico ꝙ nolitio qua nolo dare Sorti panē nō eſt mortalis: immo eſt actus licitus ⁊ bonus: ⁊ ſic de duabꝰ nolitionibꝰ ſequentibꝰ: ſed quarta eſt mortalis. Coloꝛat̄ quare hoc cōceditur: ſum obligatus a deo dare hūc panē vni iſtorū: ⁊ non tribꝰ ꝓmis: īmo illis rationabiliter panē negaui: oportet ergo dare panē quarto: qꝛ hoc ſequit̄ ex obligato: cū oppoſitis triū bñ negatorū. ſicut in obligationibꝰ analogia dari poteſt. Des tu ipſe memoriter in duobꝰ verbis librū legēdo: pudet enim logicum tale in theoſophia inſerere. Sed cōtra hoc arguit̄. Suppoſito ꝙ oēs quatuoꝛ peterent illū panē ſimul vel ſucceſſiue: ⁊ ego elicerē quatuoꝛ nolitiōes particulares ſimul: puta nolo dare Sorti panem: nolo dare Platoni panē ⁊c. Hic euadere nequis. Si dicas me nō poſſe habere quatuoꝛ actus diſtinctos voluntatis ſimul: accipe duos vel tres actus ponendo totidē homines: et redit vis argumēti. tūc ſic. vna iſtarū nolitionū eſt bona ꝑ te: et eadē eſt ratio de qualibet alia: ergo quelibet illaꝝ eſt bona. ergo ꝯcluſio falſa. Reſtat ergo aliter rñdere ad argumētū ꝯcedēdo ꝙ ꝗlibet illaꝝ nolitionum eſt bonus actus: nec ꝑ tales actus habēs panē peccat/ſed ꝑ vnā omiſſionē: qꝛ omittit dare panē vni illorum: et per conſequens peccat.

❡ Secundo arguitur. ex cōcluſione ſequit̄ ꝙ ſi nemo det elecmoſynā extreme pauperi: poteſt ipē eleemoſynam quoquouerſum auferre a quolibet ad ſuccurrēdū ſue indigentie. Probat̄. alius tenet̄ ei panē dare: ergo poteſt illū capere/ſi non det̄ ei. ſed probo ꝙ non capiat Sortes extreme paup̄ panē Platonis: ⁊ interea incidat Plato in extremā neceſſitatē: tūc Sortes tenet̄ Platoni ſuum panē duplici iure dare. Primo ratione extreme neceſſitatis. Tum ſecūdo: qꝛ ille panis eſt ſuus: ⁊ nūqꝫ a dominio illius panis cecidit. ergo concluſio falſa. ❡ Rñdetur. ꝯſequētia eſt nulla: qꝺ oſtēditur in alijs materijs varijs. Teneoꝛ dare ꝓdigo pecuniā ſuam quā habeo in cuſtodia: ꝗ tamē nō tenet̄ cape. Similiter vxoꝛ tenet̄ viro in caſu reddere debitū/ꝗ nō tenet̄ petere: īmo tenet̄ nō petere. Sed ſtādo in noſtra materia: nego ꝯſequētiā. ad hoc aūt vt valeat: opoꝛtet amplius addere in antecedente: ꝙ ſcꝫ nolim ei eleemoſynā dare/nec mutuo dare neceſſaria. Unde ſi ſit iuuenis cui veſtis eſt neceſſaria ad ꝓtegēdū eū ꝯtra frigus: ⁊ ſit veroſimile ꝙ lucrabit̄ poſtea pecuniam/qua mihi ſatiſfacere poterit: nō teneoꝛ illi dare tunicā: ſed ſufficit ꝙ vendā ei veſtem expectādo pecuniā: vel dē ei mutuo. Nō patet: qꝛ ſi filiꝰ diuitis mercatoꝛis nō habēs veſtē vel victum me accedat/nō teneoꝛ ei dare victū ⁊ amictū: ſed ſufficit indigētie eius ſuccurrere ne moꝛiat̄: ⁊ ipē obligabit ſe mihi ſoluturū. qꝺ ſi facere noluerit: nihil ad me: ſed ipſi ſoli īputabit̄ ſua moꝛs. Exēplū in ſimili. accedit ad cauponē ſeparatū ab omni loco in quo habet̄ cibus et non alibi ad magnā diſtātiā: vir opulētus perā plenam pecunie habēs: ꝗ magna laboꝛat inedia: vult gratis habere cibū nō dādo pecuniā: caupo nō eſt obligatus ei dare cibū ſine pecunia in promptu quā in pera habet. ergo ſimiliter homo nō eſt obligatus dare veſtē illi ꝗ eſt extreme nudus: ſed ſufficit ei vendere expectādo pecuniā quouſqꝫ alter habuerit: vel vſum dādo gratis. ſed ſi nūqꝫ habere poſſit pecuniā/ſoluere nō obligat̄. ❡ Addatur alia ꝓpoſitio. extrema patiēs nō poteſt ad libitū rē alterius capere niſi in caſu quo alter tenet̄ rē illam in ipm̄ trāſferre. vt ſi alter velit ei rē vēdere ad ſuccurrēdū ſue neceſſitati expectādo pecuniā ſi nullā habeat: nō poteſt rē illā capere ꝑ modū eleemoſyne vel liberalis doni: ſed ſolū emptione: qua ſic dñs licite trāſfert rē ſuā in extrema patiētē. ꝙ ſi dominus rei vēdere noluerit expectādo pecuniā quā ille egēs non habet ꝑſentē: poteſt rē ipam etiā violēte auferre a vero domino nō extrema patiēte ſufficit nāqꝫ ꝙ ꝯſentire tenet̄ in trāſlationē illius rei licet nō ꝯſentiat: et hoc intelligēdo ſi nō dederit veſtē mutuo/vel locauerit eam. ❡ Sed ſi verus dñs eque cito in extremā neceſſitatē incidat: eſt difficultas non ſatis diſcuſſa. In ꝓmis eſt coloꝛ ꝙ nō debet res ab illo capi āteqꝫ cecidit a vero domino: ⁊ duplici iure ad eū ſpectat. Ut aūt clare loquar: ſit iſte caſus. Soꝛtes ⁊ ego īgredimur nemus: habꝫ Soꝛtes vnū panē vni ſoli ſufficiētē: ponat̄ panis in medio ꝗ vni noſtrū ſufficit: ⁊ ego non ſum vtilioꝛ reipubli. ꝗꝫ ipſe Soꝛtes: videt̄ ꝙ ego male agā capiēdo panē ſuū: cū duplici iure ad eū ſpectet: vt īter arguēdū diximus: ſcilicet



poſitiuo iure: ꝑ qꝺ huius panis habet ꝓpꝛietatē: ⁊ per ius nature cōcedentis ei vſum panis in neceſſitate. In oppoſitū tñ eſt craſſa ſcintilla rationis: qm̄ ego mihi plꝰ teneoꝛ ꝗꝫ ei: qꝺ iuri poſitiuo equiualere videtur ⁊ ius nature ꝓ vtroqꝫ noſtrū equaliter militat. nec ipē magis hꝫ panē in poſſeſſione ꝗꝫ ego. ergo licet nō tenear panē illū capere ſimpliciter: poſſū ſaltem illū capere ꝓ ſuſtinēda vita mea. Poteſt hō ſi velit dicere me licite poſſe hunc panē capere: ⁊ nego ꝙ capio alienū: ſed mihi debitū vel licitū duplici iure: ⁊ dico nullū eſſe ius obligans me ad nō capiendū panem. Ius ei nature illius ſopitū eſt per ius nature meū ei incōpoſſibile/perinde ac ſi eēt vnꝰ panis ꝗ nūqꝫ fuit eius poſitus inter me ⁊ eū ⁊ poſitiuum ius humanū de dominio vel poſſeſſione rerū nō manet. Ius inquam me arctans: cū plus mihi tenear ꝗꝫ alteri. Oppoſitum eſt etiam probabile.

❡ Tertio arguitur. Capiens in neceſſitate ꝓ ſuſtentāda ſua vita: tenetur de ablato penitere: ergo peccat r eleuamē capiendo. cōſequentia eſt nota. Probat̄ ātecedēs in. c. Si quis. de fur. vbi dicit. Si ꝗs ꝓpter neceſſitatē famis aut nuditatis furatꝰ fuerit cibaria/veſtē vel pecꝰ: peniteat hebdomadas tres. ❡ Reſpondet̄ diſtinguēdo antecedens: vel iſte eſt in extrema neceſſitate: ⁊ ſic nego ꝙ teneatur penitere; qꝛ nō peccat vllo mō: vel in aliqua neceſſitate alia: ⁊ ſic cōcedo. capi. aūt illud intelligit̄ de tali neceſſitate. vt dicit gloſſa. Et licet diues teneat̄ dare eleemoſynā illi qui eſt ī notabili neceſſitate citra extremā/vt ſuperius in hac materia diximus nō tñ eſt cōſequens vllo modo: illū aliū poſſe alienum ſubtrahere: immo furtū cōmittit. xiiij. q. v. c. Foꝛte frequenter eñ homo tenetur alicui aliquid dare quod alter nō poteſt capere ꝓpꝛia auctoꝛitate: vt ſi teneoꝛ tibi ſoluere debitū: tu nō potes a me debitum ſubtrahere vbi per viam iuris cōſequi potes debitū. oppoſito ei dato politia humana confunderet̄. Et licet tibi tenear reſtituere debitū. non tñ teneoꝛ cōſentire: vt tu ꝓpꝛia auctoꝛitate hoc capias. Secūdo dicitur: vt dicit Panoꝛ. ī d. c. ꝙ intelligitur ca. hoc in caſu quo rapiens fuit in extrema neceſſitate ⁊ noluerit reſtituere poſtea talis enim peccat eque ac ille qui furtū cōmiſit pꝛimo: ⁊ poſtea īcedit in neceſſitatē: ſed iſte ceſſante neceſſitate tenet̄ rem ablatam reſtiturere ꝺm oēs. ſic hic: lꝫ homo auferat aliꝗd in extrema neceſſitate/pꝛimo nō peccat auferendo ſi mutuo vel alia via habere nō poteſt: ſed cum venerit ad pinguiorē foꝛtunā: tenet̄ ablatū reſtituere. ꝓbat hoc panoꝛ. ꝑ l. Neuſeniꝰ. ff. de neg. geſt. nā ſubtractio pōt eſſe ī neceſſitate: ſed ceſſante cauſa ceſſat effectꝰ. ſicut dicimꝰ in eo qui tp̄e neceſſitatis ꝓbet alimēta. ⁊ ꝓteſtatur de recpendādo. vt not. in dicta. l. Neuſeniꝰ. ⁊. l. Per alimēta. ff. de neg. geſt. ⁊. xij. q. ſcda. ca. Sacroꝛum. ⁊. ca. Sicut ❡ Quarto arguit̄. Jonathas cepit fauū mellis in extrema neceſſitate: vt pꝫ. j. Reg. xiiij. ⁊ tñ peccauit. qꝺ pꝫ quia poſt cōmeſtionē eius nō dabatur reſpōſum ad ꝓſequendos Philiſteos: ⁊ ſoꝛs ſuper eum cecidit. ❡ Reſpondet̄ negādo ꝙ deliquerit: tū ꝓpter cauſam ꝯcluſionis: tū ꝙ erat: ignarus inuincibiliter ignoꝛātia pure negationis ꝓhibitionis paterne: deꝰ autē libere dat reſpōſum qñ vult: ⁊ ipſum ſine peccato tollit. etiā multi Philiſtei erant miraculoſe occiſi.

DVbitatur circa hanc queſtionē: ſi diues fingat ſe eſſe extreme pauperem: ita vt iudicē eum eſſe extreme pauperē: an teneat ei dare eleemoſynā. Reſpondet̄ ꝙ ſic. Ratio eſt. qꝛ ſiue ſit ꝟe pauper ſiue apparenter: nō poſſum ſcire niſi ꝑ apparentiam ⁊ cū iudicē eū eſſe talem: teneoꝛ dare ei eleemoſynam: ⁊ bene ago. Preterea ſint duo: Soꝛtes ⁊ Plato: ſoꝛtes hypocrita diues: putatꝰ extreme paup̄ Plato reuera pauper. hoc ſuppoſito ſic argumentoꝛ: teneoꝛ dare Platoni eleemoſynā ſub pena peccati: tāta eñ eſt apparentia extreme paupꝫtatis ſoꝛtis vt Platonis ergo etiā teneoꝛ dare eleemoſynā ſoꝛti ſub pena peccati. ❡ Ex iſto ſequūt̄ he ꝓpoſitiones. Prima. Diuiti teneoꝛ dare eleemoſynā ſub pena peccati. probat̄. Soꝛti teneoꝛ dare eleemoſynā ſub pena peccati: ſoꝛtes ē diues: ergo diuiti teneoꝛ dare eleemoſynam ſub pena peccati. ❡ Secunda propoſitio. diuiti ſcienter teneoꝛ dare eleemoſynam. probatio ſoꝛti ſciēter teneoꝛ dare eleemoſynā. ſoꝛtes eſt diues igit̄. ❡ Tertia ꝓpoſitio. Non teneoꝛ dare ſcienter diuiti eleemoſynā. ⁊ ſi extreme paup̄ appareret nō talis: tūc nō tenerer dare extreme pauperi eleemoſynam.

❡ Contra duas priores propoſitiones ⁊ reſponſionē ad dubiū/arguitur ſic. Quilibet actꝰ voluntatis moꝛaliter bonus/debet eſſe regulatus a pꝛudētia actuali inherente. vt dicitur. vj. Ethicoꝛū. ſed in propoſito nō eſt pꝛudentia: quia hic actus intellectus/huic diuiti dāda eſt eleemoſyna: nō eſt actus pꝛudētialis: cū ſit erroneus. ❡ Reſpōdet Martinus magiſter de ebꝛietate ad vnū ſimile de illo qui ex ignoꝛātia inuincibili cognoſcit nō ſuam/dicēs ꝙ nunqꝫ actus volūtatis cōfoꝛmis ignoꝛātie inuincibili eſt bonus moꝛaliter: īmo ē malus moꝛaliter: lꝫ nō imputetur ad penā: ita vt ignoꝛātia nō excuſet a malitia moꝛali: ſed ſolū ab imputabilitate. Dicit inſuper ꝙ iſte ignoꝛans habet duo iudicia: vnum vniuerſale ſcilicet iſtud. cognoſcenda eſt a me mea: ⁊ illum iudiciū eſt verū. ⁊ volitio illi ꝯfoꝛmis eſt bona moraliter. habet aliud iudicium particulare: puta hec eſt mea: ⁊ hoc iudiciū eſt falſum: ⁊ volitio illi cōfoꝛmis nō eſt bona: ſcꝫ iſta/cognoſcēda eſt a me hec mulier. Iſtud nō valet. nā ſtat ꝙ non habeā niſi vnicū actum voluntatis/⁊ iudiciū ꝑticulare vnicū ītellectus: vcꝫ volo cognoſcere hanc: ꝗ eſt actus redditiuus debiti vxoꝛi petēti: ⁊ a iudicio inuincibili intellectus regulatur. qꝺ iudiciū homo nō pōt auferre (ponatur ita eſſe) vel nō tenet̄ auferre nō reddere ergo ſtāte tali iudicio eſt peccatū: cū ſit cōtra ꝯſciētiā. ſoꝛtes ergo tenet̄ vitare pctm̄ ſcilꝫ non reddere debitū: qꝺ vitare nō pōt niſi debitum reddēdo: qꝛ nō pōt vitari pꝛiuatio niſi ponēdo habitū: ergo tenet̄ debitū reddere. ergo abſurdū eſt dicere ꝙ ille actus nō eſt bonꝰ moꝛaliter. Eodē mō in ꝓpoſito noſtro: habeat intellectus hoc iudiciū pꝛacticū. dāda eſt huic eleemoſyna. volitio illi cōfoꝛmis eſt bona moꝛaliter qꝺ pꝫ: quia eſt bona meritoꝛie in hñte gratiā. ergo eſt bona moꝛal̄r. Abſurdū aūt eſt oppoſitū ꝯſequētis cū añte admittere. ❡ Reſpōdet̄ itaqꝫ aliter ⁊ apparētiꝰ: ꝯcedēdo maioꝛem argumēti negata minoꝛe: vcꝫ ꝙ iudiciū hoc ſit erroneū huic dāda ē eleemoſyna. īmo ē veꝝ. Sil̄r ſi ex ignoꝛātia inuīcibili ꝗs cognoſcat alienā loco ſue vxoꝛis: hoc iudiciū eſt veꝝ/hec ē a me cognoſcēda. vocat̄ aūt ignoꝛātia īuīcibilis: qꝛ īplicat vnā ꝓpoſitionē falſam. vt pꝫ ſic arguēdo. Cuilꝫ pauperi dāda eſt elemoſyna: hic ē paup̄: ergo huic dāda eſt eleemoſyna. minoꝛ ē falſa. ſꝫ cōcluſio eſt ꝟa. Non eī eſt incōueniēs ꝙ ex falſo ſequat̄ veꝝ. Sꝫ iſtud in radice ⁊ vtrobiqꝫ nō ſoluit argumētū. nā habeā hoc iudiciū in intellectu. huic paupꝫi dāda eſt eleemoſyna. qꝺ iudicium regulat hunc actum voluntatis/ volo huic pauperi dare eleemoſynā/adhuc ille actus voluntatis eſt bonus. quod probo. habeam ego hunc ſyllogiſmum pꝛacticum/ cuilibet extreme pauperi danda eſt

eleemoſyna:hic eſt extreme pauper: ergo huic dãda eſt
eleemoſyna(licet enim minor ſit ſimpliciter ſpeculatiua:
maior tñ ⁊ ꝯcluſio ſunt practice:q̃ totũ ſyllogiſmũ talem
denominã). Maior eſt ꝟa:nec iudiciũ minoris vllo mo-
do mihi iputabiť:cũ nõ tenear vincere illã ignorantiã: ⁊
ſtat ꝙ in die naturali nõ poſſim illũ errorẽ vincere. ꝙ au
tẽ cõcluſio ſit falſa:notũ eſt ex logica: cum vnũ extremũ
illi⁹ affirmatiue ꝓpoſitiõis nõ ſupponat vltra cõmunes
caſus dabiles:quos indecorũ eſſet in theologia recitare
quãtũlibet etiã breuiter. ¶ Dico ergo ad argumẽtũ ali
ter:⁊ vtrobiq̃ valebit rñſio:negãdo maiorem. ꝙ ſit de ra
tione act⁹ boni voluntatis vt reguleť a prudẽtia:qꝛ ſatis
eſt ꝙ reguleť ab ignorãtia inuincibili vel a prudẽtia:ſed
ferme ſemꝑ regulať a prudẽtia:vt patet in duob⁹ exem-
plis datis. Poteſt tñ dari exẽplũ vbi ꝯcluſio erit dicta-
men practicũ falſum:⁊ ꝑ ꝯſequẽs aſſenſus ei⁹ erit igno-
rãtia praue diſpoſitionis inuincibiliter falſus. Poteſ ſi
volueris dicere ipm dictamẽ ꝯcluſionis eſſe verũ ꝟitate
practica:et moraliter:licet falſum logice loquendo. hoc
eſt dicere. conformãs ſe illi dictamini ꝯcluſiõis facit bo
nã praxim:⁊ facit actũ bonũ:licet dictamen ſit ꝓpoſitio
falſa. Non iuuat dicere ꝙ intellect⁹ habet duo iudicia:
quoꝝ vnũ eſt:huic paupi dãda eſt eleemoſyna, aliud iu
diciũ eſt:huic danda eſt eleemoſyna:⁊ act⁹ regulať a ſe-
cũdo iudicio:a quo ſuã bonitatẽ capit:⁊ nõ a priore. Hoc
eñ nõ ſoluit argumẽtũ:qꝛ ſecludať poſterius iudicium
ſtãte priore:iã ſtringit argumẽtũ. Dico ergo ꝙ prudentia
vel error inuincibilis ſufficiẽter regulat actũ volũtatis.
¶ Sed quo ad diuitem in ſe ſi capiat eleemoſynã:an ſit
domin⁹ illi⁹ eleemoſyne accepte:alia eſt difficultas. Et
dico ꝙ nõ:ſed teneť diues hãc eleemoſynam dare alijs
paupibus:et nõ priori domino. Ratio eſt:ꝙ dominus a ſe
abdicat dominiũ illi⁹ eleemoſyne date: et ſuũ meritũ iã
in datione eleemoſyne cõſequutus eſt:intẽdens ⁊ volẽs
eleemoſynã dare vni paupi ⁊ p̃ciſe tali:cum ergo iſte di
ues ſimulãs ſe eſſe pauperẽ nõ ſit talis:nõ eſt intẽtio dã-
tis:ei eleemoſynã ꝯferre. cauſa data/cauſa nõ ſequuta.
Si tñ pauptatẽ p̃ferẽs fingat ſe deuotũ/vel morbo labo
rãtẽ vt eleemoſynã habeat:eleemoſynã habitã nõ teneť
reſtituere. cũ enim nõ ſit veroſimile diuiti accipiẽti:quẽ
putabat pauperem:non eſt neceſſe vt ei reſtituat:vel de
hoc ꝯſciẽtiã faciat:niſi hoc aliũde ꝯſtet:qꝛ ſic teneť reſti-
tuere vero domino:vel eius voluntatẽ in hoc indagare.
Sed dicis. cũ iudiciũ intellectus faciat ad obligationẽ
volũtatis de datione eleemoſyne:ſequiť ꝙ ꝑ aliqđ mere
naturale qđ nõ in poteſtate noſtra/merebimur:vel deme
rebimur. cõtra Ariſtotelẽ. iij. Ethicoꝝ dicẽtẽ. Propter
illa que nobis a natura inſunt nec laudamur nec vitupe
ramur. ſed ꝙ illud ſequať ſepiuſcule:in propoſito patet.
Nam primo habens ignorãtiã inuincibilem de paupta
te notabili ſortis:non pecco non dando ei eleemoſynam.
poſtea vero habẽs iudiciũ certũ ſiue euidẽs ſiue ineui-
dens naturaliter acquiſitum:non dando pecco:et hoc ꝑ
aliquod mere naturale. ¶ Reſpondeť concedẽdo ꝙ iu-
dicium intellectus multum facit ad peccatum vel meri
tum. ſi enim habeam aſſenſum vel ignorãtiã vincibilem
de magna inopia iſtius paupis:non ſuccurrẽdo illi pec
co:⁊ ſi ignorãtiã inuincibilem habeã non pecco. ſed non
mereor nec demereor ꝑ aliquod mere naturale:ſed ꝑ ali
quod liberum: ſcilicet ꝑ actum voluntatis libere elicitũ
vel omiſſionem illius. iudiciũ enim intellectus mere na-
turaliter adueniens miniſtrãs lumen volũtati eſt prere-
quiſita cauſa illi⁹ meriti vel demeriti liberi. Ariſtoteles
autem loquiť de illo qđ nullo modo eſt ſitum in faculta-
te noſtra. propterea dicit. Ecco quis improperabit? mo-
do actus volũtatis noſtre eſt totaliter liber:ſed imputa-
bilitas vel meritum eius a iudicio intellectus depẽdet:
ſicut ⁊ eius gubernatio.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. x.

h

Actenus de ſatiſfactio-
ne in generali et aliquibus ſatiſfa-
ctionib⁹ in particulari loquuti ſu-
mus:vtpote in generali:an manẽs
in mortali poſſit ſatiſfacere penitẽ
tie iniuncte:et an opus ſatiſfacto-
rium ſit eque meritorium/ac nõ ſa
tiſfactorium. poſtea de duabus ſa
tiſfactionib⁹ in particulari loquuti ſum⁹:vtpote de ieiu
nio ⁊ eleemoſyna:alias de oratiõe loquuturi. Nũc reſti-
tutionẽ attẽtabim⁹ in qua plurimũ eſt piculi. Tũ ꝙ diffi
cile eſt diſcernere iter caſus ambiguos. Tũ ꝙ poſt recte
dictatũ pleriq̃ reſtituere nolẽtes dãnãtur. Et qꝛ hec re-
ſtitutio dependet ex contractib⁹ licitis ⁊ illicitis: in pri-
mis de rerũ dominio iuſto loquẽdum erit: quonã pacto
dominia reꝝ iuſte acquiranť. quia vt diciť p̃mo de Ani
ma. rectũ eſt iudex obliqui. cum nõ cognoſcať alienũ ni-
ſi ꝓprio vel ꝓprietate cognita. ¶ Quero igiť hũc que-
ſtionis titulũ. an reꝝ dominia iure nature/diuino/an hu
mano partita ſint. ¶ Pro ſolutione queſtiõis aliqua no
tabilia p̃mittã:poſtea cõcluſiue reſpõſurus ad titulum
queſtionis cũ alijs occurrẽtib⁹ que queſtionem elucida
būt. Nominales inſectãdo dicere oportebit:ꝙ dominiũ
rei/vel eſt res ipſa vel rem ipſam poſſidens. ⁊ vtrũq̃ nõ
inſulſe dici poteſt. Et ſic iſta ꝓpoſitio:ego habeo dñium
huius equi:valebit hãc:ego ſum dominus huius equi:
et illud eſt magis ꝓprie dictum q̃ȝ dicere equũ eſſe pro-
prietatẽ meã vel dominiũ. Eodẽ modo de vſuario ⁊ vſu-
fructuario dicať. Ex quo ſequiť ꝙ dominiũ directũ ali
cuius rei eſt dominiũ vtile alterius. Secundo ſequiť ꝙ
vſufruct⁹ eſt vſus: ſimiliter vſus rei eſt ꝓp̃etas eiuſdẽ.
q̃ ꝓpoſitiões facile deduci poſſunt expoſitorie: vt ſorte
demonſtrato:hic eſt ꝓprietas huius equi: ⁊ hic eſt vſus
huius horti. cõcluſio inferẽda ex illis p̃miſſis hãc ifert.
vſus eſt ꝓprietas. Sed relictis difficultatibus Meta-
phyſicis:loquẽdũ ẽ vt plures diſputãdo has materias.
¶ Secũdo notabis ꝙ creaturaꝝ rationalium octuplex
eſt dñium. ſ. beatificũ:dñium dãnatorũ:dñium origina-
le:dñium gratuitum: dñium euãgelicum: dñium cano-
nicum:dñium ciuile/ſiue politicum: ⁊ dñium naturale.
Dixi(creaturaꝝ rationalium)qꝛ ⁊ bruta ſuos reges ⁊ do
minos habẽt vt apes in alueario:vt videre eſt apđ Ma-
ronem. iiij. Georgicoꝝ. vbi dicit. Preterea regem nõ ſic
Aegypt⁹: ⁊ igẽs Lydia:nec populi Parthoꝝ:aut Me-
dus Hydaſpes Obſeruant. rege incolumi mens oĩbus
vna eſt Amiſſo rupere fidẽ. ⁊ que ſequunť. Idẽ patet de
gruibus. alijs nãq̃ dormiẽtibus dux facit excubias:re-
liquas volatu p̃cedit:⁊ erigẽs ſe in altum aera:reliquas
ſua vociferatione appellat. Dominiũ beatificum eſt do-
miniũ cõueniẽs beato ſm legẽ glorie:omni beato conue
niẽs ex equo inabdicabile ſtãte lege. vt penetrare corp⁹
nõ beati vel beati ſi expediat:ſubito localiter mutari to-
to euo eſſe in intellectione dei clare viſi. hoc enim domi-
niũ in beatitudine fundať. Dñium aũt in aliquo funda-
ri eſt ipm p̃ſupponere. Dñium dãnatorũ eſt dñiũ qđ ha-
bet vn⁹ dãnatus ſuꝑ aliũ:vt torquere ꝑpetuo cũ triſtitia
decedẽtes in peccatis mortalib⁹/ vel tẽporarie rõne pe-
naꝝ quaꝝ mortalia ſunt hic deleta. idẽ de venialib⁹ cen-
ſeo. Licet autem triſtitia/ira/et inuidia torqueãtur:hoc
nõ obſtãte habẽt ordinem ⁊ homines tẽtãdi et dãnatos
torquendi:quemadmodum inter malos homines inter-
dum videmus:inter quos teneť bonus ordo in pugna vt



alios vincant. Dominiũ originale eſt dominiũ quod ha
bebãt protoparentes ſtante iuſtitia originali. hoc enim
dominiũ fuit Ade conceſſum Geneſeos ſcđo. qñ deus
dixit ei. Ex omni ligno paradiſi comede: De ligno autẽ
ſcientie boni ⁊ mali ne comedas. Nã p̃miſit eos de⁹ ha-
bitare in paradiſo terreſtri:incedere in nuditate:cũ pru
dẽtia/⁊ ſine rubore. Anteq̃ȝ ei deum offenderãt:non pu-
duit eos ſue nuditatis:ſed delectabat. poſt peccatũ ve-
ro fecerũt ſibi perizomata. Dixi(cũ prudentia) propter
paruulos ⁊ inertes aliquos barbaros. Vocare item ad
nutũ bruta hoĩbus nõ nocẽtia. ⁊ intelligo vniuerſaliter/
quacunq̃ familiaritate data:ſicut Hieronymo leo pa-
ruit/⁊ multis ſanctis imaniſſime belue. Cum vero p̃in⁹
parens deũ offendit conceſſa eſt lex ipſis brutis in penã
peccati/hominem offendere poſſe. Hoc dominiũ fũdať
in iuſtitia originali:qua amiſſa/periculoſa eſt leonis vľ
ſerpentis familiaritas. ſm illud Aeſopi. Frigido ſoſpi-
to blãditur ſylua leoni. Curſus ⁊ in colubrũ turbida ſe-
uit hyems. ⁊ que ſequunť. Dominiũ gratificũ eſt domi
niũ ſm leges grati e gratificãtis ꝯceſſum:vt habere bea
titudinẽ ſi ſic decedatur: ⁊ eſſe dei amicuȝ ⁊ deo gratũ.
Dominiũ euangelicũ eſt dominiũ ſm leges euãgelicas
cõceſſum:vt ſummus põtificatus et reliquę dignitates
ſpirituales inferiores. de quibus apud euãgeliſtas mẽ
tionẽ habes. Dominium canonicũ eſt dominiũ ſm ordi
nationes canonũ inſtitutũ:vt dignitas eccleſiaſtica via
ſpiritus ſancti:via ſcrutinij/vel cõpromiſſi acquiſita. do
miniũ naturale eſt illud quod homo capere poteſt licite
ꝓ ſui ſuſtentatione. ⁊ fundať hoc dominiũ in neceſſita-
te. Dominiũ ciuile ſiue politicũ eſt dominiuȝ occaſione
peccati introductũ/ ſm leges ciuiles acquiſitum:retini
bile ⁊ abdicabile:ſeruata vel non ſeruata charitate. He
reticũ eñ eſt dicere ꝙ homo ſuarũ rerũ ob mortale pec-
catum dominium amittat; qꝛ ſic incertiſſima eſſent reꝝ
dominia. Hinc in ſacris hiſtorijs bibliarũ malos idolo-
latras/reges legim⁹. hoc eñ notum eſt de regibus Sy-
rie/Babilonis/⁊ Aegipti/ex libris Regum:⁊ ex prophe
tis. Itẽ de aliquib⁹ malis regibus Iude:vt furcifero il
lo Achas qui ſpreto vero deo/Aſſyriorum deos coluit.
Idẽ de peſſimis regibus Iſrael videre licet. Et ex illo
trahitur bonũ argumentũ ꝙ Romanus põtifex ꝓpter
hereſim potiſſimũ occultã/ non deſinit eſſe caput eccle-
ſie:quia alioquin eius p̃matus eſſet incertus. ⁊ licet non
vniatur mẽbris eccleſie in fide vel charitate: vnitur ta-
mẽ in ſigno fidei in charactere baptiſmali. de ſexu autẽ
maſculino ⁊ baptiſmo nõ eſt tãta icertitudo. Dixi(occa
ſione peccati introductũ)quia ſi primi parẽtes non pec-
caſſent:veroſimilius eſt ꝙ domina rerũ nõ fuiſſent ſepa
rata. Dico(veroſimilius eſt)aliqui eñ potuiſſent res ap
propriare ſi voluiſſent:quas alij cũ ratio expoſtulaſſet/
communicaſſent. Horꝝ autẽ dominiorũ ſufficientia ſic
poteſt accipi. Dominiorũ quoddã eſt cõueniens cõpre
henſori:⁊ illud eſt beatificũ. quoddã cõpetens dãnato.
⁊ illud eſt dãnatorum. quoddã cõueniẽs viatori ⁊ illud
eſt duplex:quoddã ꝓ ſtatu innocẽtie/⁊ illud eſt origina
le. quoddã ꝓ ſtatu nature lapſe. ⁊ illud eſt duplex: vel
fundať in charitate: ⁊ ſic eſt gratificũ. vel nõ fundať in
charitate:⁊ ſic eſt gratificũ. vel nõ fundať in charitate:
⁊ hoc eſt tripliciter:vel cõuenit alicui ex conceſſione le-
gis diuine:⁊ ſic eſt dominium euangelicũ:vel ex ꝯceſſio
ne legis humane canonice:⁊ ſic eſt dominiũ canonicum
vel legis humane ciuilis:⁊ ſic eſt dñiũ ciuile. ⁊ illud eſt
potiſſimũ dñiũ de quo ipreſentiaꝝ loq̃ ꝓponim⁹. Si ꝓ
vtriq̃ ſtatu viatoris idifferẽt ꝯueniat:ẽ dñiũ naturale.

¶ His dominiorũ diuiſionibus preli
batis:pono aliquot concluſiones. Prima eſt. cõueniẽs
eſt ꝙ reꝝ dominia in ſtatu innocentie fuiſſent cõmunia.
¶ Scđa concluſio. rerũ dominia eſſe cõmunia in ſtatu
nature lapſe eſt preter naturã. ¶ Tertia cõcluſio. reruȝ
dominia in particulari. iure humano ſunt introducta.
¶ Prima cõcluſio ꝓbatur: quia in illo ſtatu homines
vixiſſent ſm dictamen recte rationis:⁊ quilibet accepiſ
ſet ſoluȝ ſibi debitũ/⁊ nõ nocuiſſet alteri. Inſuper habe
re omnia in cõmuni eſt ſignũ maioris amicitie ⁊ trãqlli
tatis/ q̃ȝ habere bona partita/ ſi commode fieri poteſt:
ſed hoc fieri poterat:⁊ in illo ſtatu facile cauere poterãt
ab inconuenientibus inductis in probatione ſecũde con-
cluſionis. habuiſſent enĩ victum ⁊ veſtitũ nullo vel pau
co labore:nec curaſſent de bonis ſuperfluis ad pompaȝ
vt in hoc ſtatu calamitoſo:quo ad veſtitum nudi inceſ-
ſiſſent:quo ad victum humus miniſtraſſet eis arbores:
⁊ herbas. ⁊ quia herbe ⁊ arbores nutrimentum per radi
ces ſumunt a terra:ſuffeciſſet terram pinguem loco ſte-
rilis ponere. quare tunc nõ fuiſſent:merces:nõ oppida
nõ catene auree:nõ vinum non triticum. ergo in vanuȝ
laboraſſẽt ꝓ bonis ad pompã inutilibus. Preterea tũc
terra ſua ſponte miniſtraſſet eis neceſſaria victui; qꝛ co-
mediſſent ſolum herbas ⁊ fructus. Nã Geneſeos primo
ſcribitur. Ecce dedi vobis oẽm herbã afferentem ſemẽ
ſuper terram/⁊ vniuerſa ligna que habẽt in ſemetipſis
ſemẽtem generis ſui vt ſint vobis in eſcaȝ ⁊ cunctis ani
mantibus terre. Et lȝ ſit veroſimili⁹ ꝙ eſus carnium ali
quibus aĩalibus erat cõceſſus:vt Augu. ait primo con-
tra Manicheos:vt leonibus/niſis:⁊ animalibus rapa-
cibus:tamẽ carniũ ⁊ piſcium vſus ante nõ eſt permiſſ⁹
hoĩbus:vnde Geneſeos nono diciť. Oẽs piſces maris
manui veſtre traditi ſunt:⁊ oĩe quod mouetur ⁊ viuit:
erit vobis in cibũ;⁊ hoc poſt diluuiuȝ. Tũc reuera erat
aurea etas de qua poete fabulanť vmbratice. Forte eñ
audiuerãt aliqđ loqui de ſupnaturalibus ⁊ magnalib⁹
dei. Hic Homerus Mãtuanus p̃mo Georgicoꝝ. Ante
Iouem nulli ſubigebãt arua coloni. Nec ſignare quidẽ
aut partiri limite campũ Fas erat:in mediũ querebãt:
ipſaq̃ tellus Omnia liberius nullo poſcente ferebat. et
p̃mo Metamor. Ouidi⁹ Aurea prima ſata eſt etas:que
vindice nullo. Spõte ſua ſine lege fidẽ rectũq̃ colebat
Inſuꝑ hac perfectione ſtatus p̃mitiua eccleſia incre-
mentum accepit. Nã vt Actuũ. iiij. ſcribiť. Multitudi-
nis credentiũ erat cor vnũ ⁊ aĩa vna. ⁊ omnia habebant
in ꝯmuni/vt in religionib⁹. ergo hoc cõueniens erat pro
ſtatu innocẽtie. ¶ Secũda cõcluſio probať. quia dato
eius oppoſito: terra reddeť inculta hoĩes enim minus
curãt de coĩbus q̃ȝ de reb⁹ proprijs:⁊ ſic oĩa manerẽt
inculta: ⁊ pleriq̃ ſegnitie torperent:eſſet fructuũ penu-
ria/ ⁊ multi fame perirent. hoc enim ſequiť ad primum.
Preterea robuſtiores ⁊ ſontes innocentes ⁊ debiliores
opprimerẽt. ⁊ ſpoliarẽt eos rebus ſuis. vt Geneſis. x. de
Nẽbroth ſcribiť:qui erat robuſtus venator coram dño:
hoc eſt hominũ oppreſſor. ſm fabulã Aeſopi de federe
inter leonem/ouem/capram/et iuuẽcam/dicentis. Vt
ratione pari fortune munera ſumant. Sumunt fedus
ouis/capra/iuuenca/leo. ⁊ que ſequuntur. Vlterius/ſe
cundo Politicoꝝ. Ariſtoteľ. vtramq̃ rempublicã/So-
cratis ⁊ Platonis impugnat de poſſeſſione bonoruȝ in
ꝯmuni ⁊ loquiť Ariſtoteles ꝓ ſtatu nature lapſe in quo
ipſe erat:qꝛ nullũ alium cognouit. de vxoribus eñ nulla
eſt in oppoſitũ apparẽtia. Et nõ intelligo de his que iu
re naturali debẽt eẽ cõmunia vel publica. vnde inſtitu.
de re. diui. §. j. dicitur. Quedam eñ naturali iure com-
munia ſunt oĩm q̃dam publica quedã vniuerſitatis. ⁊c.
Et ſequiť in. §. ſequenti. Et quidem naturali iure cõmu-

nia ſunt omniũ hec: aer: aqua ꝓfluẽs (hoc eſt de celo cadẽs) ⁊ mare: ⁊ ꝑ hoc littora maris. Et in. §. ſequẽte. Flumina aũt oĩa: ⁊ portꝰ publica ſunt. Ideoq; ius piſcandi oĩbꝰ cõmune eſt in portu fluminibuſq;. Eſt aũt littꝰ maris quatenꝰ hibernus fluctus maximꝰ excurrit. Quaſi diceret. quãtũcũq; mare aliquo tẽpore plus extendit in hyeme vel eſtate: tãtũ eſt littꝰ eius. Et in. §. ſequente. Riparũ quoq; vſus publicus iuris gentiũ eſt ſicut ipſius fluminis. Itaq; naues ad eas applicare: funes arboribus ibi natis religare: onus aliqđ in his reponere: cuilibet liberũ eſt: ſicut ꝑ ipm flumẽ nauigare. Sed ꝓprietas earũ (ſcʒ riparũ) illorũ eſt quorũ ꝑdijs adherẽt: qua de cã arbores in eiſdẽ (ripis ſcʒ) nate eorũdẽ ſunt. Et in. §. ſequente. Littorũ quoq; vſus publicus ⁊ iuris gẽtiũ: ſicut ⁊ ipſius maris. et ob id quibuſlibet liberũ eſt caſam ibi imponere in qua ſe recipiant: ſicut retia ſiccare: et ex mari deducere. Multa ſunt etiã vniuerſitatis: de quibus in. §. ſequẽte. De his aũt vt dixi: nõ intelligo ↄcluſionẽ. ¶ Tertia ↄcluſio ꝓbatur auctoritate Augu. Homilia. vj. ſup Joãnẽ. ⁊ auctoritas eſt canoniʒata. viij. diſt. c. Quo iure. vbi dicitur. Quo iure defendis villas eccleſie: diuino an humano? Et paulopoſt ſequitur. Iure ergo humano dicitur. hec villa eſt mea. hic ſeruus eſt meus. hec domꝰ mea eſt. Iura aũt humana: iura imꝑatorũ ſunt ⁊c̃. Itẽ dicitur. xij. q. j. ca. Dilectiſſimꝰ. ⁊ M. Tulliꝰ ꝑmo officiorũ. Sũt aũt (inquit) priuata natura nulla: ſed aut veteri occupatione: vt qui quondã in vacua venerũt: aut victoria: vt qui bello potiti ſunt: aut lege: aut pactione: cõdictione: ſorte. Ex quo fit vt ager Arpinas Arpinatiũ dicatur / Tuſculanꝰ Tuſculanorũ. Preterea vel facta ſunt dominia rerũ iure nature: iure diuino: vel iure humano. nõ duo ꝑma: ergo vltimũ. ↄſequẽtia tenet a tota diſiunctiua cũ deſtructiõe vnius partis ꝑncipalis ad poſitionẽ alterius. Probatur minor: qꝛ nõ iure naturali. vt recitat Gratianꝰ i. c. Differt. viij. diſt. vbi dicit. Nã iure naturali oĩa ſunt cõmunia oĩbꝰ. Itẽ patet rõne. nã ius naturale eſt ꝑncipiũ practicũ euidẽs ex terminis / vel cõcluſio inde euidẽter deducta. ſed ex his neſcis ꝓbare ꝙ hic liber eſt meus: ⁊ ille equus eſt tuus. Eodẽ modo ꝓbatur ꝙ non iure diuino: qꝛ neſcis locum iuris diuini ad hoc itroducere. ⁊ dicitur in. c. ꝑfato. Quo iure. ex Auguſtino.

¶ Contra primã concluſionem & eius ꝓbationẽ arguitur. ſcribitur Geneſeos ꝑmo. Faciamus hominẽ ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ noſtrã: ⁊ ꝑſit piſcibꝰ maris et volatilibus celi: ⁊ beſtijs: vniuerſeq; terre: omniq; reptili qđ mouetur in terra. Et paulopoſt ſcribitur in eodẽ. Dominamini piſcibꝰ maris: ⁊ volatilibꝰ celi: ⁊ vniuerſis animãtibꝰ que mouentur ſup terrã. Ex his formatur argumẽtũ. deus ꝓ ſtatu nature hominis inſtituti dedit ꝓtoparẽti dominium ſup oĩa animalia. ergo homo poterat vti oĩbꝰ animalibꝰ ꝓ illo ſtatu. ¶ Confirmatur hec ratio. ſi nõ licuiſſet veſci aĩalibꝰ ꝓ illo ſtatu: inania fuiſſent. ad quid enim deſeruit ouis niſi ꝓ veſtibꝰ: ⁊ cibo? ꝑdix: lupus: ſolea: niſi vt ijs nutriatur homo? ¶ Ad primũ. concedo ꝙ Adã habuit dominiũ ſup oĩa aĩalia tã in tẽpore nature inſtitute q̃ ꝓ tempore nature deſtitute. aliud tñ ⁊ aliud: qꝛ magis obediebãt ei ante pctm̃ q̃ ipſo peccante ⁊ poſt pctm̃. ſed qꝛ imꝑfectiora ꝓpter ꝑfectiores fiũt: vt herbe ꝓpter bruta: bruta ꝓpter homĩes: homo ceterorũ animãtiũ eſt dñs. nos eñi ſumꝰ quodã modo finis omnium. ij. Phyſicorũ. Et oĩa ſubiecisti ſub pedibꝰ eius oues et boues vniuerſas inſup ⁊ pecora campi. ⁊ q̃ ſequuntur. Pſal. viij. Et ↄcedo ꝙ ꝓ ſtatu innocẽtie habuit dñium ceterarum rerũ: ⁊ poterat eis ꝓ honeſta voluptate vti ſm̃ leges ſibi conceſſas a deo. ¶ Ad confirmationem. nego ꝙ ſuperflua fuiſſent alia aĩalia. Idẽ iã ꝓbabis de ſerpẽtibꝰ: leonibꝰ: vrſis: miluis et huiuſmodi. Hec enim animalia fuiſſent ad decorẽ vniuerſi ⁊ ad voluptatẽ hominis: ⁊ ſicut nũc nobiles falconibꝰ inſequuntur aues: ⁊ canibus lepores: ita feciſſent homines in ſtatu innocẽtie. nõ tamen fuiſſet neceſſariũ vehi equo: qꝛ habuiſſent corpora agilia: ſed ſi aliqs voluiſſet vti equo ſolatij gratia: vſus non fuiſſet ei iterdictus. Nec loquẽdũ eſt de egritudine ſeu infirmitate illius ſtatꝰ: vel debilitate ex ſenectute ꝓuenientẽ: nullus eñi fuiſſet egrotus vel ſenio attenuatus: qꝛ tẽperate comediſſent: ⁊ lignum vite omnia reſtauraſſet: et fuiſſent tãdẽ trãſlati viui in paradiſum celeſtẽ. Quia enim vt ſcribit Apoſtolus ad Romanos. v. Per vnũ hominẽ peccatũ intrauit in mũdũ: ⁊ ꝑ peccatũ mors. ſi non peccaſſent: ꝑ locũ a ↄtrario ſenſu nõ mortui fuiſſent. Et nego ꝙ poterant comedere ouẽ vel ꝑdicẽ. Talia eñi fuerũt interdicta ſicut animalia in lege nõ ruminãtia ⁊ non habentia fiſſam vngulã: vel ſicut carnes nunc prohibentur in quadrageſima. Poterat autẽ Adam cognoſcere per ouem: eius naturam et ad quid valeret ſi opus eſſet. quemadmodum prefectus belli aut alius habet vnum equum velociſſimũ ſi opus ſit aufugere ab hoſtibꝰ: quo tamen nunq̃ vehitur. Eadem via ꝓbares reliquas plagas terre fuiſſe ſupfluas. qđ nõ eſt dicendũ. Itẽ ſupfluũ eſt indecorum. modo deus et natura nihil tale faciunt. ꝑmo de Celo ⁊ Mundo. Etiã in tãta animalium multitudine homo habuit materiã laudãdi dei: quia iter hec omnia homo tenuit preminentiã. Nec ſequitur ꝙ homines nunc delicatius nutriantur q̃ tunc: q̃q̃ caro plus ſymboli habet cum carne: quia fructus paradiſiaſi fuiſſent optimi: ⁊ temperatus melius paſcitur: licet non lautius / q̃ non temperatus: ⁊ egroto aliqua conceduntur vt comedere carnes in quadrageſima: que ſano non ꝑmittuntur. manis enim tu ſanitatem cum mediocri cibo et bono q̃ egritudinẽ cũ ꝑdice vel ſolea. Statũ innocẽtie ſanũ reputes: nos reliquos egrotos ⁊ infirmos. ¶ Secundo arguitur. duo poterãt venire comeſturi eũdẽ fructũ ſimul: ergo vnus ĩpediuiſſet aliũ: ⁊ fuiſſet cã diſſenſionis. ¶ Tertio. vel a. equus fuiſſet cuiuſlibet: et ſic vnuſqſq; fuiſſet ꝓprietarius: vel omniũ collectiue et nõ diſtributiue: ⁊ tũc Sortes vtens hoc equo vſus fuiſſet alieno qꝛ nõ ꝓprio. ¶ Ad ſecũdum rñdetur. ꝙ paradiſus terreſtris vbicũq; locorũ ſit: eſt locus ampliſſimus: qꝛ debebat continere magnum populũ ſine ꝑſſura: ⁊ fuiſſent arbores in abũdãtia: ⁊ quilibet habuiſſet ſufficiẽtes fructus et varios ad voluptatem honeſtã. ¶ Ad tertium dico. ꝙ oĩa bona fuiſſent omniũ collectiue: et quilibet potuiſſet vti re ſibi neceſſaria: in qua dominium naturale habuiſſet. Inſuper diximus ꝙ habere proprietatem: ſi voluiſſent: nõ fuiſſet in eis peccatum. ſecus in religioſis. ¶ Quarto arguitur. abſonũ eſt dicere ꝙ tunc vxores fuiſſent cõmunes: ergo nõ omnia fuiſſent cõmunia. ¶ Ad quartũ. Socrates ⁊ Plato negarent illud eſſe abſonũ: ſed quicquid ſit: opinione mea vxores fuiſſent particulares ſicut nunc ſunt ⁊ non cõmunes: quilibet enim habuiſſet ſuam quã nõ cognouiſſet niſi gr̃a ſobolis generãde: quia tunc non dabatur matrimonium in remedium ſicut nunc: ſed ſolum in officium.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic. Religioſi habẽt oĩa in cõmuni: ⁊ tñ ſunt in ſtatu nature lapſe. ergo ↄcluſio falſa. Idẽ patet de ↄuerſis ad fidẽ in ꝑncipio naſcentis eccleſie: vt ex Actuũ. c. iiij. citauimus. vbi ſcribitur. Nec quiſq̃ eorum que poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erãt illis omnia communia. ¶ Preterea rerũ dominia ante peccatũ erant cõmunia



de lege nature. ergo poſt peccatũ ſeparatio eſt cõtra legẽ nature. tenet cõſequentia. qꝛ ius nature eſt immobile vt dicit Augu. in libro cõfeſſionum. ij. ¶ Ad primũ cõcedo añs et cõſequens de vna parua multitudine: cuiꝰ quilibet abrenũciat bonis fortune in ꝓprio: contentus deo ſeruire ⁊ habere neceſſaria victus ⁊ veſtitus: q̃ quidem multitudo hʒ paſtorem vigilantẽ ⁊ curãtem vtilitatẽ totius gregis vt alij cõtemplationi liberius vacent. Secus eſt in magna vel tota multitudine. Nec inſiſto ĩ quoto numero ponendus ſit limes: frequenter eniʒ de limite cõſtat: ſed de hoc limite vel illo dubiũ eſt. Inſuper vbi eſſet bonus paterfamilias nõ religioſus habens duos vel tres filios matrimonio cõiugatos ſecũ in domo: nepotes ⁊ ꝓnepotes: non eſſet alienum aut ꝓhibitũ eis habere omnia bona in cõmuni: qꝛ adhuc cũ iſta parua multitudine ſtat cura ⁊ ſollicitudo circa vtilitatẽ communẽ. ſicut fit in aliquibus domibus adhuc in Gallia ⁊ in alijs oris. Hic aũt nõ inconuenit habere aliquid in proprio: ⁊ alia in cõmuni. Modus tñ iſte viuendi eſt rarus: ⁊ forte nõ ſyncere ſeruatus. ¶ Ad ſecũdũ argumẽtum dico: ꝙ proprie capiendo legẽ nature nũq̃ fuit de iure nature habere oĩa in cõi: qꝛ ſic ius nature eſt principium practicũ euidens ex terminis / vel concluſio euidẽter inde deducta: vel voluntas cõformis: ſic ſcʒ vt oppoſitũ ſit ineuidẽs. modo partiri bona in lege nature nõ eſt malũ ergo ſic capiendo: oppoſitũ non eſt de lege nature. Scđo nego conſequentiã: qꝛ reddere depoſitũ / vniuerſaliter eſt de iure nature: ⁊ tamen ſi depoſitor fuerit amẽs: reſtituere non eſt de lege nature. Similiter ſeneʒ ⁊ ſanũ bibere vinum eſt conforme iuri nature: nõ autem febricitantem: et tñ in vniuerſali non eſt de lege nature ſicut ꝙ aliquis homicida puniatur eſt de lege nature: ꝙ aliꝰ non puniatur eſt de lege nature: non tamen in cõmuni eſt de lege nature ſine modificatione. ¶ Tertio arguitur. Heluetij ⁊ Veneti hñt magnas communitates ⁊ olim Romani rerũ domini habebãt cõmunitatẽ maximã totum ferme orbẽ: ergo non inconuenit ꝓ ſtatu nature lapſe maximã gẽtẽ habere omnia in ↄmuni. ¶ Reſpondetur. hoc argumentũ nõ eſt contra intentionẽ concluſionis: quia in multitudinibus iſtis acceptis quilibʒ habet in particulari: ⁊ multa ſunt ordinata pro vtilitate reipu. hoc vidit Ariſto. de Athenienſibus: Lacedemonijs ⁊ multis alijs rebuſpublicis. ¶ Quarto arguitur argumento Socratis ⁊ Platonis. melius eſt habere illud ꝑ quod pax / amicitia / ⁊ tranquillitas cõſeruantur ĩ republica: q̃ vti via qua iſta nõ contingunt: ſed hoc fit / vxores ⁊ bona fortune habendo in cõmuni: quia oẽs iuuenes in eadem vrbe ſuſpicabuntur ſe eſſe fratres ex eodẽ patre: ſuppoſito ꝙ mulieres ſint oĩbꝰ viris eiuſdẽ ciuitatis cões: ſic reuerebũtur ſeniores tã q̃ patres: modo cõſanguinitas putata magnam amicitiã ⁊ concordiam in ciuitate affert. ⁊ euitarentur iſti ꝓceſſus interminabiles ꝓ partitione bonorum ⁊ ad eorũdem diminutioneʒ: ſm̃ illud Salluſtianũ ĩ Iugurtha. Cõcordia parue res creſcũt: diſcordia magne dilabũtur. ¶ Ad quartum cõceditur maior negata minore parua eñi eſſet illa amicitia que eſſet inter ſic putatos fratres: ⁊ inter mulieres multe lites ⁊ iurgia cõtingerent. Hic error Nicolaitarũ non modo eſt a beato Ioanne in Apocalypſi reprobatus: ſʒ ⁊ contra legem nature. ⁊ ſicut dicit Ariſto. ij. Polyticorum. ij. eſſet cauſa magne intemperantie viris dare aditũ ſemper nouarum mulierũ: ⁊ ſic tolleretur temperãtia. tolleretur etiam liberalitas: vt illic dicit Ariſtote. cum eñi homo nõ habet aliqđ ſuum: non poteſt liberaliter dare. Item vt dicit philoſophus: aliquẽ mulieres parerẽt filios genitoribus ſimillimos: quales dicit eſſe in Lybia ſuperiore: in qua vxores erant cõmunes: ⁊ patet de illa equa cui nomẽ erat Iuſta. Inſuper eſt contra legẽ nature: nec poteſt illo pacto fieri ſine diſpenſatione dei ꝙ vir cognoſcat ꝓpriam ſororẽ. Addo ꝙ vbi vir reperiret mulierem formoſam ſibi placentẽ / ſtuderet eã ſibi appropare: ⁊ diſpliceret ei ꝙ ipſa adiret alios. ⁊ ſic iterum cõtingerent immẽſe lites ⁊ rixe. Non ſolũ aũt reſpiciendum ẽ ad pauca inconueniẽtia a quibus cauet politia Socratica: ſed ad deteriora q̃ ex illa euenirent. Ponderãda eſt eſt lex vel ſtatutũ. ⁊ ſi videatur tollere aliqua incõuenientia de rerũ natura ⁊ inuoluere plura ſtatutũ eſt irrationabile. ¶ Quinto arguitur. xij. q. j. cap. Dilectiſſimis. ſcribitur ex. iiij. epiſtola Clementis. Per iniquitatẽ alius hoc dicit eſſe ſuum / ⁊ alius iſtud. ſed qđ per iniquitateʒ fit / illicite fit. Reſpondetur ipſe dicit ꝙ iniquitas eſt cã partitionis rerũ: ⁊ hoc eſt verum: ſi enim nõ fuiſſet ꝑuaricatio Ade / nõ fuiſſet rerum diuiſio.

¶ Contra tertiam concluſionẽ arguitur ſic. terra ꝓmiſſionis data eſt diuinitus filijs Iſrael. ſimiliter deus dedit filijs Iſrael dñia rerũ quas petebãt ab Aegyptijs in exitu ab Aegypto. vt patet Exodi. xij. ¶ Reſpõdetur. licet tota terra ſit data oĩbus tribubus diuinitus: tñ iure humano quelibet acquiſiuit poſſeſſionẽ ſuã. Ioſue nãq; ⁊ eleaʒar partiti ſunt eis terrã Chanaã. Sed qꝛ in partitione tribuũ aliquid diuinũ accidit / concedatur illud ſpeciale in gente illa: maior eñi tribus maiorẽ terram vel fertiliorẽ in ſortẽ habuit: ⁊ hoſti fortiori pugnacior tribꝰ ꝓxima locuta eſt. Sic dicatur de vaſis Aegyptiorũ. dominiũ enim illarũ rerum deꝰ cõceſſit Hebreis. ipſe ei cuiuſlibet rei eſt dominus pricipalis: ⁊ transfert ſolus qñ vult: ſicut ſupplet cauſalitatẽ cauſarũ ſecundarũ ad nutũ: ⁊ ꝑmittit plerũ ꝑticulares dominos trãſferre dñia rerũ: ⁊ cũ illis trãſfert. ¶ Secũdo arguitur. de iure nature oĩa ſunt cõia in neceſſitate: prout dictũ eſt in cõcluſione ꝑcedente. ergo adhuc eſt partitio aliquarũ rerũ de iure nature. Preterea. xxiij. q. vij. ca. ſ. dꝛ ꝙ iure diuino aliquid poſſidetur. ¶ Reſpondetur. nolumus negare quin aliqua adhuc cõcedantur de iure nature: vt in caſu tacto. Etiam quod in nullius poteſtate eſt: id occupanti conceditur. Inſti. de re diui. §. Singulorũ. ⁊ ff. de acqui. re. do. l. Adeo §. Cũ quos. Ad aliđ extẽditur illic ius diuinũ ad ius canonicũ: vt dicit apparatꝰ.

Circa iſta dubitatur an dominiũ ſeruitutis ſit rationabiliter introductũ. Scđo dubitatur qua via reges ⁊ alij habuerint ſua regna ⁊ terras: ⁊ an habeant ita plenũ dominiũ in regno vt ego ĩ biblia mea. ¶ Ad ꝑmũ rñdetur: ꝙ nõ oẽs in ſtatu ĩnocẽtie fuiſſent equaliter ſapiẽtes. aliq̃ eñi alijs fuiſſent ĩgenioſiores laborioſiores / ⁊ exercitatiores: ⁊ plura ꝑ ſeniũ cognouiſſẽt experientia q̃ iuuenes: illi ſ̃ direxiſſẽt iuuenes nõ ꝓpter vtilitatẽ dirigẽtiũ ſicut nũc frequenter fit inter dominũ ⁊ ſeruũ: ⁊ ſic non fuiſſet talis ſeruitus ĩ ſtatu innocentie. Hinc Auguſt. xix. de ciui. dei. ca. xv. Rõnabile factũ ad imaginem ſuã voluit niſi rationibꝰ dominari nõ hominẽ homini ſed hominẽ pecori. Inde primi paſtores pecoruʒ magis q̃ reges hominum ſunt cõſtituti. Ad idem eſt gloſſa. Geneſis. ix. ſup illo verbo. Timor ac tremor. Nec tales fuiſſẽt trice ⁊ q̃ſtiones ĩterminabiles / q̃les ĩter cauſidicos ⁊ aduocatos iã repiuntur nec he diſſẽſiones ꝓ augẽdis ĩperijs / quas inter reges videmus: nec vnus alium inuaſiſſet. Ad quod alludit Ouiđ. primo Metamor. inquiens. Pena metuſq; aberãt nec verba minãtia fixo Aere ligabãtur: nec ſupplex turba timebat. Iudicis ora ſui: ſed erant ſine iudice tuti. At pro ſtatu nature lapſe opus erat ſeruis ſaltem mercẽnarijs: alioquin ꝑiret ordo ſubiectonis ad ſuperiores

opoꝛtet nãq; vnum pꝛecipere ⁊ alium parere. inſtrumen
ta enim non mouẽtur:ſicut Homerus dicit de Tripodi
bus Dedali aut Vulcani qui ſua ſponte opabant̃:vt vi
dere eſt ꝑmo Politicoꝝ apud Philoſophũ. ¶ Sed de
ſeruis legalibꝰ maioꝛ eſt difficultas:qui a dñopoſſident̃
moꝛe pecudis:⁊ q̇cq̇d lucrant̃ dño acquirũt. Nã ꝙ aliq̇
ſint dñi naturales ⁊ ſerui naturales:patet ꝑmi Poli.iij.
pollentes enim ingenio ⁊ potẽtes alios ipꝛudentes diri
gere naturaliter ſunt dñi rudiũ. ẽcõuerſo rudes ſunt ſer
ui naturales. Sed loquendo de ſeruitute legali dicit̃ ꝙ
ipã põt admitti:licet ſit onerosã:vt qñ q̇s ſeipm vẽdit vt
ſit particeps lucri: ⁊ leges in odiũ illius vẽdẽtis nõ ſuc
currũt ſue libertati:quomõ erat de ſeruis Hebꝛeoꝛum.
Vnde dicit̃ Exo.xxj.ꝙ ſeruum q̇ noluit decedere anno
ſeptimo de ſeruitute:debebat dñs offerre dijs:et appli
care eũ ad oſtium ⁊ poſtes:pfoꝛãdo aurẽ eius ſubula:⁊
debebat manere ſeruus i ſeculũ. Cuius cã eſt/qꝛ noluit
vti libertate ſua. Ex quo patet ꝙ ſeruitus legalis poteſt
admitti ſine pctõ. Nã in ꝑncipio eiuſdem cap̃.dicitur. Si
emeris ſeruũ Hebꝛeũ: ſex annis ſeruiet tibi:in ſeptimo
egredit̃ liber gratis. ergo ꝑ locũ a ꝯtrario ſenſu ſi eme
ris ſeruũ nõ Hebꝛeũ:potes eũ ꝑpetuo tenere. Itẽ aliq̇s
ꝯſtrictus paupꝰtate poterat vẽdere ſeipm. Leuitici.xxv.
vbi dicit̃. Si paupꝰtate cõpulſus vẽdiderit ſe tibi frater
tuus:nõ eũ oppꝛimes ſeruitute famuloꝝ:ſed quaſi mer
cẽnarius ⁊ colonus erit. Et paulopoſt. Seruus ⁊ ancil
la ſint vobis de nationibꝰ q̇ in circuitu veſtro ſunt:et de
aduenis q̇ pegrinant̃ apud vos:vel q̇ ex his nati fuerint
in terra veſtra. hos habebitis famulos ⁊ hereditario iu
re tranſmittetis ad poſteros ac poſſidebitis in eternum.
Hoc etiam patet de Gabaonitis q̇ erãt ſerui multitudi
nis. Joſue.ix. ⁊ Inſti. de iure pſo.§. Serui aũt. vbi dicit
diuus impatoꝛ. Serui fiunt cum homo liber maioꝛ.xx.
annis ad p̃ciũ participãdũ ſeſe venũdari paſſus eſt. Ex
q̇bꝰ oĩbꝰ habet̃ ꝙ ſeruitus legalis eſt rõnabilis quando
q̇s vẽdit ſeipm. ¶ Secundo ſeruitus poteſt eſſe rõnabi
lis qñ homo libertate ſua abutit̃:⁊ ſua libertas eſt reipu
blice inutilis. ¶ Tertio quando q̇s capit̃ in bello iuſto:⁊
tñ ſeruat̃ icolumis:melius eñ eſt illi cõſeruari in eſſe: q̃
occidi:melius eſt etiam victoꝛi et toti reipublice:et pꝛo
pterea dicunt̃ ſerui a ſeruãdo. ⁊ iſtud patet Inſti. de iu
re pſo.§. Serui. vbi dicit̃. Serui aũt ex eo appellati ſunt
ꝙ imperatoꝛes captiuos vẽdere iubẽt:ac ꝑ hoc ſeruare:
nec occidere ſolẽt:q̇ etiã mãcipia dicti ſunt:eo ꝙ ab ho
ſtibꝰ manu capiunt̃. Et ſic patet ꝙ ſeruus dicit̃ a ſeruã
do ⁊ nõ a ſeruiẽdo ſaltẽ ſeruus legalis. Et imediate ſe
quit̃ in.§. pꝛimo. Serui aũt aut naſcunt̃ aut fiũt. naſcũ
tur ex ancillis noſtris:fiunt autem iure gẽtium/id eſt ex
captiuitate:aut iure ciuili cum homo liber maioꝛ vigin
ti annis ad pꝛecium participãdum ſeſe venundari paſ
ſus eſt. Hinc eſt ꝙ i iure Ceſareo multi ſunt tituli de in
genuis/libertinis:et de ſeruoꝛum manumiſſione. ¶ Ex
omnibus his patet:ꝙ legalis ſeruitus non eſt dãnanda
quando eſt confoꝛmiter ad leges. Pꝛeterea infertur ꝙ
hec conſequentia eſt nulla. Soꝛtes nõ habet dominium
ſuper membꝛum ſui coꝛpoꝛis/ſic ſcilicet vt poſſit ipſum
ſine peccato ad placitum reſcindere:ergo non habet do
minium ſuper coꝛpus vt poſſit eum alienare. ſcõm enim
in caſu eſt licitum et a deo ei conceſſum: non autem pꝛi
mum: niſi in caſu in quo pꝛo coꝛpoꝛis ſalute opoꝛtet il
lud membꝛum abijcere. Alia pars eſt ꝙ hec ſeruitus eſt
onerosa:ꝙ ſcilicet homo rationale animal cui deus os
ſublime dedit:celumq; videre iuſſit: et erectos ad ſyde
ra tollere vultus:vẽdatur moꝛe pecudis in perpetuum.
In hoc laudo Bꝛitãnoꝛum moꝛem in vtroq; enim Bꝛi
tanni regno hec ſeruitus hactenus non eſt admiſſa. ſimi
liter nec in Gallia ferme tota.

¶ Contra hanc concluſionem argui
tur ſic. ſeruitus hec auſtera et dura eſt contra ius natu
re. ergo ipſa eſt irrationabilis. Aſſumptum. Inſti. de iu
re natu. gen. ⁊ ciui. §. Ius autem. vbi dicit imperatoꝛ ad
ꝓpoſitũ. Bella etem oꝛta ſunt:⁊ captiuitates ſequute:⁊
ſeruitutes:que ſunt naturali iuri contrarie. Iure enim
naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. et
Inſti. de iure pſo.§. Seruitus. dicit impatoꝛ. Seruitus
autẽ eſt conſtitutio iuris gentiũ qua quis dominio alie
no contra naturã ſubijcit̃. ⁊ Inſti. de libertinis.§.j. dici
tur. Que res a iure gentium oꝛiginem aſſumpſit: vtpu
ta cum iure naturali omnes homines liberi naſcerẽtur:
nec eſſet nota manumiſſio cum ſeruitus eſſet incognita.
ergo ſeruitus eſt cõtra ius nature. Ad has leges et ſimi
les dicatur. ꝙ Iuſtinianus quia erat fidelis:audiuerat
loqui de ſtatu innocẽtie in quo omnes erãt liberi. et hoc
patet ex hac dubitatione in varijs locis. Dicit̃ ſumma
tim ꝙ ſeruitus eſt contra legem nature hoc eſt contra le
gem hominis ꝑmo inſtituti: quia qui naſcuntur ex ancil
lis noſtris:licet patrẽ liberũ habeãt:fiunt ſerui. ⁊ ſic ali
qui naſcuntur ſerui. partus enim inſequitur matrem.
¶ Secũdo arguit̃. iniquum eſt vt ſeruus naturalis do
mino naturali pꝛeſit. vt vult Ariſtote. ſecundo Politi
coꝛum. Et oſtenditur ratione. ſit Titius rudis pugna
toꝛ in bello: tales enim pugnatioꝛes ſolent eſſe. capiat
Meuium dominum naturalem:hoc eſt optime natum.
hoc ſuppoſito:eſt pꝛeter rationem ꝙ Titius impꝛudens
nihil vel parum cognoſcens de agendis iperet Meuio.
Sapientis enim eſt dirigere.j. Metaphyſi. ¶ Reſpõde
tur. in illo caſu Titius dñs ciuilis et ſeruus naturalis:
debet vti conſilio Meuij ſi non habeat alium conſulẽtẽ:
et ſic Meuius erit motoꝛ et mobile. Et Titius ſi huma
nus fuerit: debet eum manumittere et nõ vacuum. Sic
ſi quis habeat ſeruum optime inſtitutum: ſtat ꝙ multũ
peccet tenẽdo eum etiã in ſubiectione legali. leges enim
dant̃ de his que plurimum cõtingũt. modo nos loq̇mur
de ſeruo ciuili optime nato:⁊ hoc volebat foꝛte Ariſto. ⁊
ſic iter eũ ⁊ leges nulla eſt ꝯtrarietas. ¶ Tertio arguit̃.
eſt contra vtilitatem ſerui ꝙ ſic vendat̃. ergo male facit.
¶ Rñdet̃. licet ꝯſequẽs ſit verꝫ ꝙ ipſe male faciat ſe ven
dẽdo: et ſit ꝯtra vtilitatẽ ſuã pꝛiuatã:nõ eſt tñ ꝯtra vtili
tatẽ publicã. magis eñ eſt habẽdus oculus ad vtilitatẽ
cõmunẽ q̃ ad vtilitatẽ vnius idiuidui. Secũdo antece
dẽs nõ eſt vtrobiq; verꝫ. Interdum nãq; expedit viro vẽ
dere ſe:quẽadmodum Paulinus Nolanus epiſcopus
vendidit ſe pie ꝓ redimendo filio vidue. Immo ſi q̇s vi
deret ſeipſum valde pꝛopenſum ad hoc vt male vteretur
libertate ſua pꝛeſtaret illi vendere ſe alicui pꝛudenti qui
eum dirigere poſſet. ¶ Quarto arguitur. ſeruus He
bꝛeus poterat redimere ſe. ſimiliter conſanguineus vel
affinis eius:vt patet Leuitici.xxv. contradicente domi
no. ergo idem erit de oĩbus ſeruis. ¶ Rñdet̃. conſequen
tia eſt nulla. dominus enim exercituum ſpeciale domi
nium tam in terra Judea q̃ in populo:ſibi pꝛo tempoꝛe
ſeruauit:hoc eſt pꝛo tempoꝛe legis Moſayce:vnde dicit
in fine illius cap̃. Mei enim ſunt ſerui filij Iſrael quos
eduxi de terra Aegypti. Ex iſto patet honeſtas liberta
tis ⁊ inhoneſtas ſeruitutis:quia populum ſuum noluit
deus hac turpi ſeruitute pꝛemi.

¶ Ad ſecundã dubitationem reſpon
det̃:ꝙ ad rex dominia diuidenda ſufficit lex iuſta. ſ. au
ctoꝛitas ⁊ pꝛudentia in legiſlatoꝛe vel in ſuis. hoc modo
Adã habuit dñium reſpectu filioꝝ ſuoꝛũ poſt lapſum:et
Noe reſpectu filioꝛum ⁊ nepotũ. poteſtas eniꝫ paterna
patris ad filiũ eſt de lege nature vbicũq; habitẽt.j. Po
liticoꝛũ. Alia eſt poteſtas politica:⁊ illa ꝯuenit homini:
ex eoꝛum cõſenſu ſuper quos habet talẽ poteſtatẽ/ ſiue
ab eo deſcenderint ſiue nõ: dũmodo ſimul cohabitent i
eius iuriſdictione. Quare lꝫ Adam ⁊ Noe ſicut ceteri
patres in filijs ſuis habuerint poteſtatẽ naturalẽ:pote
rant etiam habere poteſtatẽ politicã a ſuis liberis con
ceſſam. (Ille enim due poteſtates nõ repugnãt in eodẽ
ſuppoſito)quia poterant rogaſſe patrẽ vt ſibi varias poꝛ
tiones terre partiretur ſm ſuam pꝛudentiã: ⁊ ipſe viua
voce ipſis potuit obtemperare. Relicto pꝛimo parente
cuius tota poſteritas in diluuio ſubmerſa eſt/ demptis
octo:ad Noe veniamꝰ. Et veroſimile eſt ꝙ Noe vniuer
ſum oꝛbem ſuis filijs partitus fuerit. ſic eñ Hieronimꝰ
in libꝛo Hebꝛaicarũ queſtionum opinatur. ad qð Gene
ſeos.x. caput alludit. Illic nãq; ſcribit̃. He ſunt genera
tiones filioꝛũ Noe. Sem/ Cham/ ⁊ Japhet. vbi gloſſa
Alcuini. Sem Aſiam:Cham Aphꝛicã:⁊ Japhet Euro
pã accepit:licet aliquid in Aſia obtinuerit. ſ. ab Imao ⁊
Tauro montibus ad Tanaim fluuiũ: quia filij Japhet
ſeptentrionalẽ illam partẽ tenuerunt a Tauro ⁊ Imao
mõtibus Cilicie ⁊ Syꝛie. Et ſequit̃ in eodem.x. capite.
Filij Japhet Gomar/ ⁊ Magog/ Madai/ Janaꝫ ⁊ Tu
bal ⁊ Moſoch ⁊ Thiras vbi gloſſe ⁊ marginales ⁊ inter
lineares ex mente Hieronimi. Gomar. hoc eſt Galathe
hoc eſt Gallogreci dicũtur:⁊ eſt pꝛouĩcia Aſie minoꝛis
Magog:hoc eſt Scythe:qui ⁊ maſſagete. de quibꝰ Lu
canus ait. Maſſagetes quo fugit equo volucreſq; Ge
loni. Madai hoc eſt Medi. Janã/ Jones:qui ⁊ greci: a
quibus Joniũ mare dicitur:⁊ quarta lĩgua grecoꝛũ Jo
nica dicitur. Tubal Iberes:vel Hiſpani. Moſoch: Ca
padoces. Thiras: a quo Thꝛaces. Hec oĩa in ſententia
ponit Joſephus.j. li. Antiquitatũ ca.xj. Ex quo patet ꝙ
immediate filij Japhet parũ ceperũt in Europa. quod
eñ in nullius poteſtate eſt, id occupanti concedit̃:quare
poterãt capere terras nõ poſſeſſas. De filijs Sẽ/ ⁊ Chã
vide idem caput Geneſeos:quod relinquimus:ne i im
ptinens labi videamur. Sed hec ex induſtria de noſtre
gentis capite ſcilicet Japhet paucis perſtringere volui
Poterãt aũt homines ex communi ꝯſenſu alicui terre
ꝓpĩnqui inter ſe conuenire de illa terra nõ poſſeſſa par
tienda. ſicut Abꝛahã ⁊ Loth. Geñ.xiij. Abꝛaham dicit
ad Loth. Ecce vniuerſa terra corã te eſt:ſi ad ſiniſtram
ieris ego dextrã tenebo: ſi tu dextram elegeris: ego ad
ſiniſtram pergã. Et ſic adhuc poſſet fieri:vt ſi mille adin
uenirent vnam inſulam de nouo poſſent inter ſe conſti
tuere vnũ caput/ ⁊ in regia politia viuere/ dãdo ei pote
ſtatem inſulam diuidendi: vel ipſi inter ſe partiri poſſẽt
¶ Quo ad ſuperioꝛes:aliqui volebãt regi a paucis no
bilibus in moꝛibus ariſtocratice. alijs democratice vi
uere fuit coꝛdi. Alij autem volebant vnũ pꝛeeſſe reipu
blice. ⁊ hoc multifariã. Quidam electione pꝛo ſua vita
⁊ nõ heredibus:ſed noua fieret electio i eius moꝛte. Alij
vt Tapꝛobanenſes eligunt ſenẽ ſine liberis quem taliter
ſeruãt. Alijs vnũ caput qð pꝛeeſſet/ i loco eminẽtioꝛi cõ
ſtituere placuit:quod nihil poſſet facere in republica ſi
ne alioꝛum ꝯſilio. vt cõſul. Rome. dux apud Venetos.
Sed quo ad Politiam regalem erant pꝛimi aliqui qui
tyꝛannidẽ ⁊ violentia regimẽ ⁊ dominium ceperunt. vt
Nembꝛoch. Geneſeos.x. pꝛimus hominum qui politiã
regalem tentauit: ⁊ imperij ampliſſimi pariter ⁊ longiſ
ſimi Aſſyꝛioꝛum iecit fundamenta. ante eũ ei patreſfa
milias ꝑerant in ſuis familijs. aliq̇ autẽ reges ⁊ pluri
mi/ vt opinoꝛ/ introducti ſunt ꝯſenſu ppl̃i:⁊ ſiue violẽtia
ſiue aliter:nõ poterãt iuſte tenere regimẽ ſine populi cõ
ſenſu. videns enim populus ꝓ ſtatu nature lapſe ſi non
punirent̃ ſontes/ nõ poſſe politiã durare. cõſenſit in ali
quo pꝛudenti viro quẽ volebat habere curã ſuper toto
populo cũ omni poteſtate legitima ad puniendos male
factoꝛes:cõſtituens ei certa vectigalia/ ⁊ pꝛouentus/ et
cuſtodes alioquin maleſactoꝛes nõ tollerent de medio.
⁊ hec politia inter reliquas oẽs eſt pꝛecipua ⁊ diuturniſ
ſima. A pꝛincipio ergo reges habuerũt bonum pꝛĩcipiũ
⁊ adhuc ſi bene regant paterno moꝛe:a populo diligent̃
Judicium eſt boni regiminis in rege qñ ſub manibꝰ eiꝰ
⁊ ſuoꝛum regnũ cõſeruat̃. ſeu manutenetur in religione
quo ad deũ:iuſtitia viribꝰ: ⁊ bonis foꝛtune iuſto medio
acquiſitis. Ex quo patet ꝙ reges inſtituũtur ꝓ bono po
puli tanq; pꝛincipale mẽbꝛum totius. ⁊ nõ ecõuerſo. nõ
loquoꝛ de regibus Judee ⁊ Iſraelis qui aliter initium
habuere. Secundo ſequitur ꝙ totus populus eſt ſupꝛa
regẽ:⁊ in aliquo euentu poteſt eũ exauthoꝛare: quẽad
modum Romani Tarquiũ Superbum iperio exuerũt
ſed non põt de iure ſine maxima ⁊ euidẽtiſſima cã: quia
alioquĩ nouiſſimus erroꝛ eſſet peioꝛ pꝛioꝛe. Iſta que di
ximus de politijs:alias diffuſius deduximus. ¶ Sine
pꝛobatione multa ptranſeo:ponens aliquas pꝛopoſitio
nes quas arbitroꝛ apud ſapientes nõ egere magna pꝛo
batione. Quarum vna eſt. Rex nõ poteſt transferre ius
regni ſui ⁊ politiã regalẽ in quẽcũq; velit. illa eñ facul
tas nõ eſt ei cõceſſa a populo:ſed apud populuꝫ liberuꝫ
manet. Nã dato oppoſito ſequeret̃ ꝙ malus rex qui ha
beret populũ ſuũ inuiſum poſſet trãſferre ſceptrũ regni
ſui in quẽlibet hoſtẽ/ tyꝛãnũ famulũ ignobilẽ/ vel infide
lẽ. qð non eſt audiendũ. Iſtud eſt expꝛeſſũ de iure iurã.
ca. Intellecto de rege Hũgarie. ⁊ in ca. Licet. de voto:
de ducatu. pꝛopterea in dicto ca. Intellecto. infert ⁊ bñ
Panoꝛ. ꝙ rex nõ eſt merus dominus iuriũ regni:ſed po
tius pꝛepoſitus ⁊ adminiſtratoꝛ. Alterꝰ ſequitur ꝙ rex
vnus nõ poteſt pꝛetẽdere ius in regnũ alterius hoc ſolo
ꝙ alter rex ſine conſenſu populi cõtulit: conſenſu inquã
expꝛeſſo vel p̃ſupto. ¶ Alia pꝛopoſitio. his nõ obſtantibꝰ
donatio cõſtantini Syluestro pape facta quo ad terras
eccleſie fuit licita:⁊ illaꝝ terrarũ dominiũ manet penes
eccleſiã:quicq̇d Acurſiꝰ ⁊ multi legiſte dixerit:⁊ nouiſſi
me Laurẽtiꝰ Valla. nõ tñ qꝛ reſtituerit eccl̃ie qð ſuũerat
⁊ ꝙ rõanꝰ põtifex ſit caput imediatũ regũ in tpalibus.
illud ei nullo pacto eſt mihi ꝓbabile quicq̇d alij dicãt.
¶ Ex iſto pꝫ rñſio ad dubitationẽ ꝙ rex nõ habet ita li
berũ dominiũ in regno vt ego in biblia mea. rex ei nõ po
teſt ꝯferre regnũ alteri q̃ vero heredi ꝓximo: ⁊ ille non
ẽ ꝓpter ea rex:ſed cõſenſu populi interdũ reges eligen
tis:frequẽtius tñ ⁊ melius ius vni ⁊ toti poſteritati dan
tis. Ego aũt poſſũ meã bibliã dare cui volo ⁊ data eſt.
Vltimo ſequit̃ ꝙ debet rex oculũ conuertere in ſubdito
rũ vtilitatẽ:⁊ nõ ad ꝓpꝛiũ cõmodũ particulare:ne pul
chꝛam politiã regalẽ in tyꝛannidẽ cõuertat. Et licet eũ
alterꝰ ſpeciei (ꝑ modũ loquendi) vulgus exiſtimet:ſe tñ
putet habere ſolũ honoꝛificẽtiſſimum officiũ in republi
ca: ⁊ per cõſequens magis deuinctũ pꝛocurare totius
reipublice vtilitatẽ ad quam oꝛdinatur: quod ſi negli
gat:coꝛam deo rationem dabit.

¶ Tertio circa hãc queſtionẽ dubita
tur quõ feraꝝ acquirat̃ dñiũ. Rñſio. ſolũ iure hũano po
ſitiuo. ⁊ de aliquibus loquit̃ Imperatoꝛ. inſtitu. de re.
diui.§. Singuloꝛũ. ⁊ ſequentibꝰ. Vnde in.§. Fere dicit:
Quod eñ ante nullius eſt/ id naturali ratione occupã
ti cõceditur. Ex quo ſequitur ꝙ ingrediẽs in alienum
fundum gratia aucupandi aut venandi: ſiue dominus
ꝓhibeat ſiue non:quicquid in alieno fundo capitur ca

ꝑcientis efficitur:nec dominus debet auferre. ff. de acq̄. re. domi. l. iij. ⁊ Inſti. de re. diui. §. Apium. gloſſa autem que tenet contrarium nihil valet. ſed ꝓhibēte dn̄o ingrediētes: tenebris iniuriarū. Et ex illo rationabiliter ſequit̄ ꝙ ſi capias ceruū/apꝛū/vel aliā ferā in laqueo alterius/ ſiue alter vulnerauerit feram ſiue nō: hec fera tua eſt. et hoc ipm̄ patet Inſti. de re. diui. §. Illud q̄ſitū. q2 ſicut illic dicit̄: multa accidere potuiſſent ne eā cepiſſes. nam inſpicimꝰ qđ euenire poteſt qn̄ res eſt ad aliud naturaliter deſtinata. Venatores tn̄ cum ſit lex poſitiua poſſunt huic legi ꝑiudicare ꝑ conſuetudinē oppoſitā. ſed vbi nō eſt ꝯſuetudo: in caſu ancipiti ad hāc legē rationabilē recurrendū eſt. Et ex iſto patet ꝙ apes vel volucres in arboꝛe tua a me capte efficiūtur mee: q̄uis enim in hoꝛto tuo nidificēt/vel in arboꝛe tua conſederint: non ſunt tue quouſq3 eas ceperis. et ideo quicūq3 illas feras ceperit nō tenebit̄ furti: nec alia actione. §. Apium. Bene ſemꝑ tenebit̄ ibi iniuriaꝝ ſi anteq̄3 itraret cāpū tuū vel aſcēderet arboꝛē tuā/ꝓhibuiſti. tn̄ captū ab eo poſt ꝓhibitionē: ſuū efficit̄. Non loquoꝛ de apibꝰ in aluearibꝰ tuis recluſis q̄ abeūt ⁊ redeūt: nec de feris vt pauonibꝰ/columbis/vel ceruis/q̄ habēt ꝯſuetudinē eūdi ⁊ redeūdi: q2 in his eſt regula īꝑatoꝛia ⁊ rationabilis. §. Pauonū. q̄3diu habēt animū eūdi ⁊ redeūdi: ſunt ipſius poſſidētis. ſed ſi iſta animalia non reuertant̄ duabꝰ vicibꝰ: hoꝛis vel diebus ꝯſuetis: iā p̄ſumit̄ ꝙ depoſuerūt animū reuertēdi: ⁊ fiūt occupātis. vt dicit gloſ. in. l. De q̄bus. ff. de leg. Animalia tn̄ naturaliter māſueta quātūcūq3 fugerint ꝯſpectū antiqui dn̄i: ⁊ alio ſe trāſferāt: manēt antiqui domini: ⁊ ea capiens cā lucrādi lanā/pēnas/aut oua eoꝛum/ committit furtum.

Vltimo dubitatur: qa in huius queſtionis fronte diximus ꝙ dominium rei eſt vſus vel ius ipſius rei Metaphyſice loquendo: quomō illud ſit verū: cum vſuarius habeat ius in re: ſimiliter fructuarius: et tamen nō habet illius rei dominiū ſm̄ vulgo loquentes. Rn̄det̄. ſequēdo p̄ncipia realiū in Metaphyſica. dicēdū eēt ꝙ ius fundamētaliter eſt res poſſeſſa. Foꝛmaliter aūt eſt habitudo ⁊ relatio ipius poſſidentis ad rem poſſeſſam. Sed nominales ſectādo et has relationes negādo ſiue reales ſiue rationis: aliter dicēdum eſt ꝙ non opoꝛtet inniti in his materijs difficultatibꝰ talibꝰ: ſed loqui ſm̄ materiā ſubiectā. Nā eq̄ difficile eſt alijs: immo multo difficilius applicare materiā de qua loquimur ſuis poſitionibꝰ: q̄3 nomīalibꝰ. ꝓpterea talia paucis ſm̄ materiā occurrētē tāgam. Preſupponēs illas regulas Metaphyſicas alibi determinatas: dico ad rem partim cum Metaphyſica. Quicūq3 habet ius in aliqua re poteſt dici dn̄s illiꝰ rei vel in abſoluto ſermone vel ſm̄ qd. vt vſuarius habet dominium vſus: ⁊ vſufructuarius habet dominiū vſufructus. qđ patet a ſigno. ſi ab vſuario rē auferā: dicoꝛ facere furtū: ⁊ iniuriam furti. ergo tollo alienū inuito dn̄o. ergo aliquo mō vocat̄ dn̄s extēſo vocabulo. Alio mō capit̄ dominiū ꝓꝓꝛie et ſtricte: ⁊ ſic addit quādā pꝛeeminētiā. ⁊ ſic omne dominiū eſt ius: ſ3 nō ꝯtra. ſubditus eñ habet ius in dominum: ⁊ filius habet ius in patrē vt alant̄: ⁊ vxoꝛ in virū: nō autē dominium. Et ſic deſcribit̄. Dominiū eſt ius habendi/poſſidendi/⁊ vtēdi aliqua re ꝓ libito ſi non fuerit limitatio aliūde ꝑ legē poſitiuā ex quadā ſupioꝛitate ꝓueniēs. De iure pꝛopꝛio et non alieno loquoꝛ. pꝛocuratoꝛ enim vel famulus vtit̄ ⁊ fruit̄ licite rebꝰ dn̄i ſui: ſed nō iure ꝓpꝛio: quia nō poteſt vēdere/vel donare ſimpliciter rē: hoc autē poteſt fructuarius. (Si nō fuerit limitatio) poteſt enim lex oꝛdinare ꝙ nō liceat nobilibꝰ vēdere terras niſi in caſu vel nō niſi ꝯſanguineis vel ad certū tēpus. vt Hebꝛeis. Leuitici. xxv. p̄ceptū erat. Vſufructus autē eſt dominium īꝑfectū: ⁊ habet dominiū ſolū vtile: quēadmodum hab3 vaſallus vel emphiteota. q2 realiter iſta duo vltima dominia nō diſtinguunt̄ a dominio vſufructus: niſi penes aliqua accidētalia que plerūq3 ꝯtingūt: vtpote fructuarius nō poteſt ipm̄ ius vēdere: hoc aūt poteſt emphiteota ⁊ vaſallus. et dominia hec ſunt diuturnioꝛa ꝓut plurimū fiunt/q̄3 vſufructus. dominiū vtile qđ habet vaſallus nihil iuris addit vltra vſufructum. et vniuerſaliter quātum habeo de poteſtate licita in aliqua re: tātū habeo iuris in re ipā. Eſt ſophiſma materie quā tractamꝰ: inſiſtere in talibꝰ an ſequat̄. Soꝛtes habet dominiū vtile in hac re: ergo habet dominium ſimpliciter in hac re. Poteſtas/potētia licita/ius/dominiū/extenſo vocabulo coincidunt. Sed iam reſtitutionem aggrediamur.

Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio Vndecima.

PRima igitur de reſtitutione q̄ſtio erit hec. Vtrū homo teneat̄ reſtituere illa q̄ acq̄ſiuit ꝑ p̄ſcriptionē vel vſucapionem. Primo q̄ſtiōis termios explicabimꝰ: poſtea ꝯcluſiue rn̄debimꝰ. Termini explicādi ſunt pꝛeſcriptio ⁊ vſucapio. ⁊ licet interdum illi termini ꝯfundant̄ ſic vt vnus ſumat̄ ꝓ altero: ꝓꝓꝛie tn̄ diſcrimē habēt: vt p̄ſcriptio in īmobilibꝰ: ⁊ vſucapio in mobilibꝰ ſumat̄. Nec capit̄ mobile ſicut in philoſophia. q2 ſic q̄libet res creata eſt mobilis. cētrū enim terre ⁊ tota ſphera terre eſt de ſe mobilis. Sed capimus īmobile vulgariter ꝓ agris/edificijs/⁊ huiuſmodi q̄ nō ſolēt moueri nec ſe mouēt. Oppoſito modo mobile capit̄ ꝓ animalibus ſe mouētibꝰ: veſte/pecunia/⁊ alijs rebꝰ q̄ paſſim mouent̄. Preſcriptio autē ſic defint̄. Preſcriptio eſt quoddā ius tp̄e cōtinuo et auctoꝛitate legis vim capiēs: alicui dās dominiū īmobiliū in odiū negligētū: et ad dirimendas lites finaliter oꝛdinatum. Eodē modo definiat̄ Vſucapio hoc dēpto ꝙ ponat̄ (mobiliū) Decē autē anni ꝯtinui requirūtur ad p̄ſcribēdū inter p̄ſentes: viginti inter abſentes: ⁊ duo anni abſentie ꝓ vno p̄ſentie reputant̄. Dixi (continui). ſi q̄s enim aliquos agros quinquēnio poſſederit: et poſtea ꝑ totidē nō poſſideat: ſed ꝑ alios q̄nq3 poſtea poſſideat: is nō p̄ſcribit. ſed ſi q̄s vēdat agros in fine q̄nquēnij conditionaliter: ſi deficiēte ꝯditiōe ꝯditio reſoluat̄: illa tp̄a cōtinuant̄. Preſentes ſunt ī eadē ꝓuīcia degētes: ⁊ abſentes in alia. C. de p̄ſcrip. lon. temp. l. fi. Vſucapio autē fit in triēnio. Nulla eſt rō niſi voluntas legiſlatoꝛis ſtare in hoc annoꝛū curriculo pluſq̄3 alio. Sed iſti anni non ſeruant̄ in qualibet p̄ſcriptione: ſed ſunt iuris Ceſarei ⁊ cōmunes. Nā cōtra eccleſiā Romanā non currit minoꝛ q̄3 cētenaria in his q̄ ſpectāt p̄ncipaliter ad ipſam: vt patet ꝑ gloſ. in. c. Ad audiētiā. in co. niſi in caſu ca. ſcđi eiuſdē libꝛo. vj. vbi catholici p̄ſcribūt ꝯtra eccleſiā Romanā bona hereticoꝝ qui ignoꝛabant̄ in vita eſſe heretici: ſi ꝑ. xl. annos bona fide ea poſſederūt. Contra alias autē eccleſias requirūtur. xl. anni. vt patet in. c. De quarta. huius rubꝛice. Sed res patrimoniales clericoꝝ nō gaudēt iſto p̄uilegio q̄dragenario: ſed cōmuni ſpatio p̄ſcribuntur ſicut alie laicoꝝ: vt tenet gloſ. in. c. Poſſeſſiōes. xvj. q. iiij. Sed hoſpitale ⁊ alia pia loca requirūt. xl. ānos ad p̄ſcribēdū moꝛe eccleſie. Ad p̄ſcribēdū aūt tria req̄runt̄. ſ. iuſtus titulus: vt dicit̄ in. c. Si diligēti. co. nō eñ req̄rit̄ legitimus titulus: ſed ſufficit erroneus/putatus verus: vt patet. ff. ꝓ ſocio. l. fi. q2 ſi req̄reret̄ legitimus titulus: nūq̄3 dominium conferret p̄ſcriptio. Tempus de cuius initio memoꝛia non eſt: habet vim tituli. Secundo iſtud intelligit̄ quādo res non eſt pꝛeſcriptibilis a tali: vtpote ſp̄ūalia ⁊ ſp̄ūalibus annexa a laico. quare ſi laicus colligat decimas/pꝛimitias/oblatiōes/⁊ ius patronatus cōferat/eligat epiſcopos/⁊ huiuſmodi/toto tp̄e ſufficiēte ad p̄ſcribēdū: minime p̄ſcribit: q2 illiꝰ iuris nō eſt capax. Secūdū req̄ſitū ad p̄ſcribēdū eſt bona fides. et capit̄ ꝓ iudicio vel cōſciētia: ſicut capimus in cōmuni modo loquēdi. hoc eſt ꝙ durāte toto tp̄e p̄ſcriptiōis homo credat rē eē ſuā equalēter. hoc eſt/a p̄ncipio hoc credidit: nec poſtea habuit oppoſitū. poſſeſſoꝛ eñ male fidei nullo tp̄e p̄ſcribit. in eodē titu. c. Vigilāti. ⁊ ꝑ. c. Poſſeſſoꝛ. de reg. iur. lib. vj. ⁊ ſi q̄s tp̄e p̄ſcriptiōis habuerit ꝯſcientiā leſam ex cā legitima: īterrupta eſt p̄ſcriptio: et īcipit p̄ſcriptio cū ꝯſciētiā leſam refoꝛmauit. Ad hoc eſt argumētū in. c. De q̄rta. in co. ti. Si tn̄ ex leui cā ꝯſciētia fuit leſa: quā tn̄ refoꝛmauit ſufficiētibꝰ motiuis: nō īterrūpitur p̄ſcriptio. Eodem modo ſi q̄s habuerit ꝓbabile dubium: nō p̄ſcribit illo tp̄e. non enim ſufficit malam fidem abeſſe. et hoc videt̄ tutius in foꝛo anime. Dubitatio tamen vacillās ⁊ momētanea refoꝛmata ꝑ ſufficientia iudicia: nō impedit. ſicut nō omnis dubitās eſt hereticus: ſed fixe ⁊ deliberate dubitās. Tertiū requiſitū eſt ꝙ ꝓpꝛio nomine poſſideat: q2 ſi alieno nomīe vt p̄cario: vel ſi coloni fuerint: non p̄ſcribit̄. Aliqua etiam ſunt que nō poſſunt p̄ſcribi vtpote res vitioſa: quare res furtiua vel vi poſſeſſa nō poteſt p̄ſcribi in ſenſu compoſito: nō ſolum a fure ⁊ raptoꝛe q2 eſt male fidei poſſeſſoꝛ: ſed nec etiam ab alio: quouſq3 vitium purget̄. Iſtud patet Inſtitu. de vſucap. §. Furtiue. vbi dicitur. Furtiue quoq3 res ⁊ que vi poſſeſſe ſunt: nec ſi p̄dicto longo tp̄e bona fide poſſeſſe fuerint: vſucapi poſſunt. Nā furtiuaꝝ reꝝ lex. xij. tabulaꝝ: ⁊ lex Attilia inhibēt vſucapionem: vi poſſeſſaꝝ rerū lex Iulia ⁊ Plaucia. Qđ non eſt intelligēdum ꝙ res talis nunq̄3 p̄ſcribi poſſit: q2 in. §. ſequēti dicit̄. Nam ſi heres rē defuncto cōmodatā aut locatā apud eū depoſitā exiſtimās hereditariā eſſe: bona fide accipiēti vendiderit: aut donauerit: aut dotis nomine dederit: quin is qui accepit vſucaꝑe poſſit: dubium nō eſt. Quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: cum vtiq3 heres qui bona fide tāq̄3 ſuā alienauerit furtum non cōmittit. Succeſſoꝛ tamē ſingularis inuaſoꝛis non p̄ſcribit tp̄e decēnij ꝓpter vitium reale qđ ſequit̄ quēlibet poſſeſſoꝛē. l. Vitia. C. de acq̄. poſ. Succeſſoꝛ vniuerſalis non p̄ſcribit de iure ciuili ſi defunctus habuit malā fidē etiā ſine violētia: q2 cēſet̄ eadem ꝑſona cum defuncto. in auten. de iureiu. amo. p̄ſti. Et cum nō habeamus ius canonicum in oppoſitum: illic ſtādum eſt. Gloſſa in. c. Cum non liceat. eiuſdē titu. numerat multa alia que p̄ſcribi non poſſunt. vt eſt obedientia. in. c. dicto. in ꝓcuratiōe rōne viſitationis debite. in eodē. c. Cām. in m̄rimonio. de ꝯſang. c. Nō debet. in tributis. C. de p̄ſcrip. xxx. vel. xl. annoꝝ. l. Comperit liber homo. xvj. q. iij. §. Poteſt tp̄e ſacra res fiſci. pupillo non currit p̄ſcriptio. creditoꝛ non p̄ſcribit pignꝰ. ponuntur ad hoc v̄ſus. Hoſtis/ſchiſma/minoꝛ/cōſinia/res ſacra/dotes Eccleſie neruus/laicꝰ/res ſp̄ūalis. Viſito: cōiugiū: via publica: liber: obedit. Fūctio: res fiſci: publicū ius de repetūdis. Si vacat eccleſia: ſuſpēſo ſub p̄ſe natus. Vxoꝛ: cōditio: ſi res non poſſideant̄. Res pupillares his atq3 peculia iūges. Cōditio. hoc eſt in rebꝰ que ſub cōditione debent̄: non currit p̄ſcriptio: niſi a tēpoꝛe p̄ſcriptionis. quo fit vt interdū p̄ſcriptio nō currat ſed doꝛmiat. Nec tēpoꝛe peſtis currit p̄ſcriptio: vt dicit Bar. in. l. Naturaliter. ff. de vſucap. aut erit iuſta cā petēdi reſtitutionē in integrū ex clauſula gn̄ali. et ita vtrobiq3 qn̄ q̄s iuſte ipedit̄ ne petat rē ſuā. ff. ex quibus cau. maio. l. Que quidē. Preſcriptio eñ q2 eſt quodāmodo odioſa: ꝓpterea nō eſt laxāda. īmo ſi q̄s habuerit legitimum īpedimētū nō repetēdi ſuū: poterit petere reſtitutionē ad quatuoꝛ annos ſequētes vſq3: qui incipiūt a die ſciētie poſt ceſſationem īpedimēti legitimi. argumētum in. c. Eccleſia. vt lite penden.

Iſtis prælibatis pono concluſiones duas. Prima eſt. Preſcribēs aut vſucapiēs acq̄rit verum dominiū rei p̄ſcripte. Pꝛobat̄. diſtinctio dominioꝛum eſt de iure humano ex q̄ſtione p̄cedēte. ſed ꝑ ius ceſareum ⁊ pontificium qđ acceptat̄ ab alijs regibꝰ ⁊ legūlatoꝛibꝰ: hoc modo trāſfert̄ dominiū reꝝ. hoc notū euadit ex rubꝛicis et rubꝛicaꝝ capl'is huiꝰ materie tā in iure Ceſareo q̄3 in pōtificio. ⁊ ꝙ ab alijs legū latoꝛibꝰ accipiat̄: patet. q2 ſm̄ hoc ꝓcedunt in foꝛo exterioꝛi: ⁊ ad leges habēt recurſum vniuerſalē: niſi ſtatuāt lege ſcripta vel ꝯſuetudine aliq̄d in oppoſitū. Inſuꝑ ſi nō eēt trāſlatio dominioꝝ ꝑ p̄ſcriptionē vel vſucapionē: hoc ideo eēt q2 homo nō eſt p̄uādus re ſua ſine ſuo ꝯſenſu foꝛmali vel īterp̄tatiuo: ſed ſic eſt in ꝓpoſito. igit̄. Conſenſus īterp̄tatiuus eſt ꝯſentire in oēs leges rationabiles quas ſtatuit vel admittit legiſlatoꝛ in politia ſua. quilibet aūt debet rōnabiliter talibꝰ legibꝰ aſſentire. Non eñ req̄rit̄ aſſenſus īpꝛudētis cuiuſlibet: q̄ ſi nō aſſentiat vel decem alij: nō refert. ſed hec lex eſt rōnabilis: q2 īponit finē litibꝰ: et reddit homīes ꝓ ſuis rebꝰ vigilātes: ⁊ veternū de republica tollit. Foꝛte dicis. Req̄rit̄ conſenſus foꝛmalis ad hoc vt homo dominio rei ſue p̄uet̄. Contra hoc argumētoꝛ. hereticus reꝝ ſuaꝝ amittit dominiū. de hereticis. c. Vrgēte. ſine ſuo ꝯſenſu. ⁊ ſimiliter cōmittens crimen regie maieſtatis hoſtiliter regē ⁊ rēpublicam īuadēs ſine ſuo ꝯſenſu. Sed foꝛte dicis. hoc eſt ex eoꝝ culpis. Cōtra hoc argumētoꝛ de eoꝝ liberis quos ſtat eē īculpabiles: q̄ iuſte p̄uant̄ hereditate paterna. Sed dicis. nō habebāt dominiū reꝝ paternaꝝ q̄3q̄3 ꝓpe illud dominiū erāt: vel hoc depēdebat a culpa pꝛecedēte: ſed in p̄ſcriptione vel vſucapiōe ſtat ꝙ nulla culpa p̄ceſſerit: q2 ſi homo cognouiſſet res eas petiuiſſet: ⁊ eſt ei ignoꝛātia īuīcibilis: que excuſat a pctō. Licet ſit mihi veroſimilius ꝙ homo non debeat p̄uari re ſua ſine ſua neglīgētia: tn̄ tenētes oppoſitū nō poſſunt facile vinci hoc argumento. qđ patet ꝑ ſimile. in bello iuſto q̄s amittit dominium reꝝ ſuaꝝ: et ducit̄ captiuus ſine culpa ſua etiā licite ab alio. ⁊ ſimiliter in repꝛeſſalijs. īmo nō eſt incōueniēs ꝙ homo ſine culpa p̄uia p̄uet̄ rebꝰ ſuis: ⁊ alter reꝝ illius veꝝ acq̄rat dn̄ium. ſed non eſt idē. hic eñ homo poteſt habere recurſum ad recuperādas res ſuas. illo ergo relicto: de negligētia arguit̄ ad p̄ncipale. Niſi eñ p̄ſcriptio daret dn̄ium reꝝ: ſequit̄ ꝙ multi dānarent̄ tenētes alienū ꝑ quecūq3 longa tp̄a: q2 ꝑ te p̄ſcriptio nō dat eis dn̄ium. Sed dicis. ignorātia īuicibilis excuſat eos a pctō. ſed nō habēt dn̄ium illius rei: vt patet ante finē p̄ſcriptiōis. Cōtra. Si pater Titij: auus: pꝛoauus: abauus: et ſine memoꝛia initij maioꝛes tenuiſſent agros. Meuius poſſet accedere oſtēdēdo l̄ras ⁊ ſigillū authēticū: ꝙ deberet audiri in foꝛo ꝯtētioſo: ⁊ ager ſibi reſtitui. ⁊ ſic nemo ſciret ꝑ quātūcūq3 lōgā poſſeſſionem in bona fide: q̄s maneret verus dn̄s rei: qđ eſt īcōueniēs in republica: ⁊ ſpelūca ad nutriēdas lites īterminabiles. ergo relinquit̄ ꝯcluſio ſufficiēter ꝓbata: ꝙ p̄ſcribens aut vſucapiēs: rei p̄ſcripte aut vſucapte acq̄rit veꝝ dn̄ium: q̄ erat ꝯcluſio ꝓbāda. Secūda cōcluſio. Acq̄rēs dn̄ium ꝑ pꝛeſcriptionē vl' vſucapionē: ſana ꝯſciētia tenet acq̄ſitū: nec tenet̄ reſtituere. Pꝛobat̄. nullus habēs veꝝ dn̄ium in aliq̄ re tenet̄ illđ reſtituere:

pꝛeſcribens ⁊ vſucapiens eſt huiuſmodi.igiꝉ. Si dicas
maioꝛē pati inſtātiā in vſurario q̄ ſm̄ aliquos acq̄rit do
minium lucri vltra Soꝛtē:addaꝉ iuſte:modo vſurarius
nō acq̄rit iuſte dn̄ium illiꝰ lucri. Sed dicis adhuc:ꝓba
tio nō currit.patet ꝑ mutuariū:q̄ licet nō teneaꝉ reſtitue
re mutuū cū ex meo ſit tuū:tn̄ teneꝉ reſtituere eq̄ualēs.
Pꝛobaꝉ aliter ꝯcluſio.iure acq̄riꝉ dn̄ium rei p̄ſcripte ⁊
vſucapte.ſi iure/iuſte et bn̄.xiiij.q.iiij.Quid dicā.hoc
patet.ff.de vſuca.⁊.C.de quadri.p̄ſcri.Bene a zenone.
⁊ ꝑ totū. ¶ Ex p̄miſſis ſequunꝉ aliq̄ ꝓpoſitiōes. Qua-
rum Pꝛima eſt. Fructus ſoli citius vſucapiūtur q̄ ter-
ra p̄ſcribaꝉ.patet. Fructꝰ ſunt mobiles:et triēnio vſuca-
piunꝉ:terra autē eſt īmobilis.ergo ſolū eſt p̄ſcriptibilis.
iſtud etiā patet in.l.Sequiꝉ.§.Fructus.de vſucap.⁊ ꝑ
Bartho.illic. Nec obſtat ca.Grauis.de reſti.ſpolia.cū
notatis ibidē.ꝙ bone fidei poſſeſſoꝛ teneꝉ reſtituere fru
ctus extātes ante litē ꝯteſtatā:poſt litē vero cōteſtatam
vniuerſos.⁊ hoc etiā patet.C.de rei vēdi.Certum.quia
hoc ītelligitur niſi poſſeſſoꝛ bona fide triēnio poſſederit.
¶ Secundo ſequiꝉ ꝙ habēs malā fidē ante finem tp̄is
pꝛeſcriptionis in foꝛo anime tenetur reſtituere:licet non
poſſit ꝓbari ꝙ mala fide poſſederit in foꝛo ꝯtradictoꝛio.
¶ Tertio ſequiꝉ:ꝙ ſi antiquus dominꝰ peteret terrā de
qua agiꝉ ante finem tp̄is req̄ſiti ad p̄ſcribēdū/vel vſuca-
piendū:homo teneꝉ reſtituere petitū.ſed ſi tp̄e illo finito
pꝛimū venerit:nihil reſtitueꝉ illi:ſed diceꝉ tarde venere
bubulci. ¶ Quarto ſequiꝉ ꝙ in inſtāti termināte tēpus
p̄ſcriptiōis.Soꝛtes īcipit eſſe dn̄s illius rei ꝑ poſitiōem
de p̄ſenti ⁊ remotionē de p̄terito. ⁊ Plato deſinit eē dn̄s
eiuſdē rei ꝑ remotionē de p̄ſenti et poſitiōem de p̄terito:
etiā ſi Plato doꝛmiat.nimiꝝ vigilātibꝰ ⁊ nō doꝛmiētibꝰ
iura ſubueniūt. ¶ Quinto ſequiꝉ.ſi Soꝛtes foꝛmet cō-
ſciētiā erroneā ꝙ teneꝉ reſtituere legitime p̄ſcriptū:pōt
illā ꝯſcientiā deponere:cā rectificādo cū pꝛudētibꝰ:quā
ſi ex ſtultitia ſua excutere neq̄at:ne maneat in pctō reſti
tuat ſuū qđ credit eē alienū. ¶ Ecce q̄d p̄ſcriptio:⁊ ꝙ le
gitime p̄ſcribēs non teneꝉ rē p̄ſcriptā reſtituere:quēad-
modū vſucapiēs nō teneꝉ rē vſucaptā antiquo dn̄o da-
re. Pꝛeterea ꝙ nō eſt ꝯtra legē nature quēadmodū nec
ꝑditio dominioꝝ multis enim alijs modis dn̄ia amittū-
tur:⁊ aliquos in ꝓbatiōe ꝯcluſionū adduximꝰ. Siquis
aūt ꝓbet ſe detētū ab hoſtibꝰ:vel ꝙ nullo mō erat negli-
gēs:legiſlatoꝛ dabit ei remedium. Lex nāq̄ vniuerſalis
p̄ſcriptiōis patiꝉ expoſitiōes:⁊ rōni naturali īniti debet
iudex.rō em̄ eſt aīa legis:imo verius lex ipſa.l.Non du-
biū.C.de legibꝰ ⁊ ꝯſti.pn̄.⁊ finis p̄ſcriptiōis eſt litibꝰ finē
īponere:⁊ viros reddere vigilātes circa res ſuas cuſto-
diendas.ergo vbi legiſlatoꝛi(q̄ eſt lex aīata.v.Ethicoꝝ)
ꝯſtiterit:ꝙ Soꝛtes nō erat negligēs:puta erat aliūde le-
gitime īpeditus:vel q̄ſiuit diligēter rē ſuā:ſed rumoꝛ ad
Platonē nō ꝑuenit. Plato eſt cogēdus poſt tēpꝰ p̄ſcri-
ptionis antiquū dn̄ium Soꝛti reſtituere.et ſi hoc non fa
ciat iudex. Plato in foꝛo ꝯſciētie ad reſtitutionē teneꝉ.
Ulterius diximꝰ ꝙ homo nō teneꝉ reſtituere rē p̄ſcriptā
qn̄ nō eſt memoꝛia de tp̄e poſſeſſiōis:quacūq̄ vigilātia
vel lr̄is oſtēſis ꝓ antiquo dn̄o. Amplius patet ꝙ cā fina-
lis pꝛeſcriptiōis eſt euitare lites in politia:⁊ reddere ho
mines vigilātes. Cauſa autem efficiēs eſt auctoꝛitas le
giſlatoꝛis ſuꝑioꝛis in quem populus ꝯſentit. Cauſa foꝛ-
malis ſunt alia req̄ſita ad legitime p̄ſcribendū:⁊ potiſſi-
mum bona fides.qꝛ licet aliquis ſuꝑioꝛ poſſit ſtatuere ꝙ
ſufficiat bona fides in pꝛincipio:q̄uis ſit mala fides ī me-
dio:ad hoc vt homo pꝛeſcribat:tamē illa lex eſt nutriti-
ua pcti:⁊ ꝑ ꝯn̄s abijciēda. Pꝛimū ptꝫ.xvj.q.iij.c.Pla-
cuit.⁊.C.de pꝛeſcrip.xxx.vel.xl.ānoꝝ.l.Cū notiſſimi.§.
Qꝛ ſi mala fide.vbi diciꝉ.ꝙ ſi mala fide rē alienā q̄s poſ-
ſidere cepit:poſt.xxx.annos aduerſus oēm petētē excc-
ptione tutꝰ erit.ſicut ſi q̄s tenuerit diu equū furto abla-
tū:⁊ dn̄s equi ei equū ꝯtulerit:efficiꝉ dn̄s equi. Secun-
da pars:videlicet ꝙ pctm̄ nutriat:⁊ ꝑ ꝯn̄s rōne illius le-
gē alicuius regis vel īꝑatoꝛis irritare pōt Romanꝰ pon
tifex:quo non eſt ſuꝑioꝛ in tp̄alibus:patet ꝑ.c.Nouit.de
iudi.⁊ ꝑ.c.vlti.de foꝛo cōpetēti. Poteſt em̄ pōtifex irri-
tare legē regis ſibi nō ſubiecti in tēpoꝛalibꝰ vbi agiꝉ de
ꝑiculo anime:vt eſt hic. Cauſa autē materialis eſt circa
agros ⁊ fructus pꝛeſcriptos vel poſſeſſos.

## ¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xij.

SVperiore queſtione lo-
quuti ſumꝰ de vno modo acq̄ren
di dominij rex.ſ.pꝛeſcriptione et
vſucapione. Et qꝛ duplex eſt do-
miniū:quoddā directū ⁊ pꝛima-
riū:quoddā vero vtile:⁊ trita eſt
diſtinctio dn̄ij vtilis.ſ.de vſufru
ctu ⁊ vſu:q̄ crebꝛo occurrunt īter
homines gr̄a cuiꝰ expedit de illis paululū loq̄: ꝓpterea
querā ſine argumētoꝝ multiplicatiōe:vt in q̄ſtiōe pꝛece-
dēte fecimꝰ:quomodo ꝯueniāt ⁊ differāt vſufructus et
vſus:⁊ quomō finianꝉ. ¶ Pꝛo huiꝰ q̄ſtiōis ſolutiōe no-
tato ꝙ vſufructus ſic definiꝉ. Uſufructꝰ eſt ius alienis
vtēdi/fruēdi rebꝰ/ſalua reꝝ ſubſtātia. Hec definitio pa
tet Juſti.codē titu.§.Uſufructus.⁊.ff.codē.l.j.⁊.ij. Di-
ciꝉ(rebꝰ alienis). Jn re em̄ ꝓpꝛia nemo habet vſufructū
foꝛmalē:cauſalis tn̄ eſt in re ꝓpꝛ̄a. Dicitur(vtēdi)ad dif-
ferētiā creditoꝛis q̄ nō debet vti pignoꝛe. Patet Juſti.
de obli.q̄ ex delicto naſcunꝉ.§.Furtū. Diciꝉ(fruēdi)ad
diſcrimē nudi vſuarij q̄ vti pōt/ſed nō frui. (Salua reꝝ
ſubſtātia)id eſt/data cautiōe ne res ꝑeat.vel ſi res ꝑeat:
ſublatus eſt vſufructus. Uteꝉ aūt rebꝰ que nō ꝯſumun
tur vſu:arbitrio boni viri:⁊ ſicut q̄libet pꝛudēs vtereꝉ re
ꝓpꝛ̄a:et finito vſufructu reſtituet ꝓpꝛietatē vero dn̄o.qꝛ
ꝓpꝛietas ab vſufructu ſeparaꝉ. patet eo.§.Uſufructus.
Juſtitu.vbi dicit īꝑatoꝛ. Uſufructus a ꝓpꝛietate ſepa-
rationē recipit.idq̄ pluribꝰ modis accidit:vt ecce ſi q̄s
vſufructū alicui legauerit.nā heres nudā habet ꝓpꝛieta-
tē:legatarius ꝓ vſufructū. Et cōtra:ſi fundū legauerit
deducto vſufructu:legatarius nudā habet ꝓpꝛietatē:he
res ꝓ vſufructum. Jtē alij vſufructū:alij deducto eo
fundū legare poſſunt. Uſufructus em̄ in oībꝰ rebꝰ cōſti
tuiꝉ q̄ non ꝯſumunꝉ vſu:vt in hoꝛto fundo:edibꝰ:ſeruis:
iumētis:ſed nō ꝯſtituiꝉ in rebꝰ vſu ꝯſumptibilibꝰ:quēad
modū ſunt vinū:oleū:frumētū:veſtimētum:q̄bꝰ ꝓxima
eſt pecunia vt dicit īꝑatoꝛ. Et ne ꝓpꝛietas eſſet iutilis ſi
vſufructꝰ ſemꝑ duraret(dicit Juſtinianus)his modis
finiꝉ.ſ.moꝛte fructuarij:duabꝰ capitis diminutiōibꝰ.ſ.
maxima:⁊ media:⁊ nō minima:⁊ ꝯſolidatiōe. Maxima
diminutio capitis eſt cū aliq̄s ſimul ciuitatē ⁊ libertatē
amittit:qđ accidit ijs q̄ fiunt ſerui ꝑene ꝓpter delictum
ſuum:vel q̄ ꝓpter īgratitudinē rediguꝉ in ſeruitutem.
Media eſt cū ciuitas amittiꝉ ⁊ libertas retineꝉ:qđ acci
dit ei cui aqua ⁊ igni interdicitur:vel in inſulā depoꝛta-
tur. Minima eſt cū ciuitas et libertas retinetur:ſed ſta-
tus mutatur:qn̄ q̄ ſui iuris erāt facti ſunt iuris alieni:
vel ꝯtra. Juſti.de capi.diminutio. Pꝛime due ſunt moꝛ
tes ciuiles. ff. Pꝛo ſocio.l.Societas. Conſolidatio eſt
vbi fructuarius ꝓpꝛietatem rei acq̄ſiuerit. Etiā finitur
vſufructus cedēdo. Uſus aūt eſt ius tm̄ vtendi alienis
rebꝰ:ſalua reꝝ ſubſtātia:ſine facultate alienādi. Et pꝛo-
pterea minus iuris eſt in vſu q̄ vſufructu:vt dicit impe
ratoꝛ. Juſtitu.de vſu et habitatione.§.Minus autem.
¶ Ex iſto patet quomodo conueniāt ⁊ differant vſus et



vſufructus.interdum etiam pariſicantur/vt Accurſius
bene colligit in gloſſa.vt in fundo de quo tātum feni tol-
litur vt ſoli ſibi ſufficiat. Jtem in ſylua remota:ex qua
vterq̄ ligna vendere potuit.ff.eo.Diuus.alioquin vſus
eſſet viro inutilis:cum crebꝛo plus exponeret pꝛo adue-
ctione lignoꝛum q̄ valerent. ¶ Sed circa iſta dubitaꝉ.
Soꝛtes habeat vſum in tribus nemoꝛibus vel pꝛatis. Ar
guitur ſic. Aliquis vſus erit ei inutilis:vel poteſt vende-
re ſicut fructuarius:contra dicta. Jnſuper ſi relinqua-
tur vſufructus vniuerſitati:ille nunq̄ finietur:cum ſm̄
doctrinam politicam Ariſtotelis pꝛimo Politicoꝝ. ci-
uitas maneat eadē varijs hominibꝰ ſibi ſuccedentibus.
¶ Ad pꝛimū diciꝉ ꝙ Soꝛtes poteſt capere vſufructum
vbi velit:⁊ alijs gratificari. Ad ſcđm diciꝉ ꝙ vſufructus
legatꝰ ciuitati durabit ſpatio centum annoꝝ. ff.eo.l.An
vſufructū.vel deſinit eē ciuitas. ¶ Secūdo videꝉ ꝙ nō
erit ſalua ſubſtantia in vſufructu:nā Soꝛtes poteſt tol-
lere hoc lignum:⁊ illud:⁊ ſic de quolibet:⁊ tādē coꝛrum
petur nemus. nec valet currere ad radices arboꝛum:qꝛ
illic refugium habere non potes. Unam enim radicem
poteſt extrahere:et eadem ratione quālibet:et ſic nō ma
nebit nemus. Jnſuper ponatur vſufructus legatus ali-
cui donec filius pupillus ad pubertatem venerit:et ta-
lis moꝛiatur pupillus:tunc videtur inutilis pꝛopꝛietas.
Eodem modo:legatur fructus quouſq̄ iſte furioſus re-
ſipiſcat:et anteq̄ reſipiſcat moꝛitur. ¶ Reſpondeꝉ con-
cedendo ꝙ poteſt vnum lignum tollere:et equa eſt ratio
de q̄libet. ſꝫ ſtat ꝙ nō ſit eq̄ eſt rō de duobꝰ ⁊ vno:nec par
ratio de tribus ⁊ duobꝰ:⁊ ſic gradatim aſcendendo. Ad
aliud dico ꝙ vſufructus durabit ad etatem completam
vſq̄:non curando de moꝛte. Ad ſecūdam partem caſus
cum vſufructus eſt legatus ſub incerto tempoꝛe:dura-
bit tota vita vſufructuarij:qꝛ poſſibile fuit ꝙ toto eius
tēpoꝛe in furia ꝑſeueraſſet:vt in.l.Ambiguitatē.eodem.

## ¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xiij.

CIrca materiam ludo-
rum deinceps q̄ritur an lucrās
in ludo acq̄rat dominium rei la
crate:et potiſſimum in ludis ta-
xilloꝛum.et erit queſtio.xiij.hu-
ius diſtinctionis quītedecime.
¶ Ad queſtionem reſpondeꝉ ꝑ
cōcluſiones ſequentes. Pꝛima.
Jn aliquibus foꝛtuitis ludis lu
crās acquirit dominiū rei lucrate. Pꝛobatur.ad trāſla-
tionem dominij rerum vnius in alium ſufficit voluntas
transferentis ⁊ accipientis:⁊ ꝙ trāſferens habeat trāſla
tionem liberā huius rei:puta ſit dominus rei trāſferen-
de:vel liberam habeat tranſlationem per hunc vſum:ca
pacitas in acquirente dominium:et ꝙ non ſit pꝛohibita
tranſlatio ꝑ legem ſuperioꝛem.ſed ſic eſt in aliquibus lu
dis:vt currēdo in ſtadio in velocitate equoꝛum:in ludo
latrūculoꝛum quem Scacarium vulgo nomināt:⁊ mul
tis alijs ludis. Ludens enim eſt dominus rei quam ꝑ-
dit ludendo:et alius capax:et nulla eſt ꝓhibitio huma-
na:vel doceatur de illa. ¶ Secunda concluſio.lucrans
contra artem ludi:vel ab eo qui non potuit trāſferre do-
minium rei ludendo:non acquirit dominium rei lucra-
te:vel quā exiſtimat lucrari. Pꝛobaꝉ:quia non eſt inten
tio luſoꝛum transferre dominium mutuo niſi teneāt con
ditiones ludo non repugnantes.ſed peccans contra lu-
dum:vt accipiēs bonam chartā:vel mutans taxillū:vel
huiuſmodi quid faciens:clāculū capit rem alterius lu-
ſoꝛis inuito domino.ergo furtum committit:per defini-
tionem furti. quicūq̄ enim capit alienum inuito domi-
no clāculum:committit furtum. Clāculum in modo ca-
piēdi.licet enim alter luſoꝛ videat eum capere rem ſuā:
hoc non ſufficit:qꝛ capit ꝑ fallax medium. Non voco fal
lax medium quando homo caute ludit occultādo ſuum
ludū colludenti licite:ſed quando contra artem ludi ca-
pit. Filiuſfamilias autem ⁊ religioſus non habēt domi-
niū transferēdi notabilem ſummam pecunie:quare hoc
modo contra artem ludi ab his lucrās:non acquirit do-
minium rei lucrate.nec ſufficit conſenſus partiū ſed re-
quiriꝉ ꝙ ludens habeat dominiū rei vel adminiſtratio-
nem ad ſic exponēdum. ¶ Tertia concluſio. ꝓbabilius
oppoſito exiſtimo ꝙ lucrans ad taxillos pecuniam ab il
lo qui poteſt ꝑdere dūmodo non peccet contra artem lu
di:acq̄rit dominiū rei lucrate. Per taxillos omnē ludū
foꝛtuitū intelligo:vt eſt in taxillis:vel haſardo chartarū
(vt appellāt). Notāter(in haſardo)qꝛ aliq̄ ludi chartaꝝ
innituntur ingenio:et aliqui ludi egent maioꝛi ſollicitu-
dine et aliqui minoꝛe. Multi tamen theologi:oppoſi-
tum huius tenent:et canoniſte.de vita et honeſta.cleri.
in.c.Clerici officiū. Pꝛobaꝉ concluſio.ambo conſentiūt
ꝙ lucrās a ꝑdente habeat dominiū:⁊ ſic fit trāſlatio do-
minij in lucrātē.modo volūtas domini ſufficit ad trāſfe
rēdū dominiū.nihil em̄ eſt tā naturale q̄ vt acq̄ſitio fiat
ſm̄ volūtatē dn̄i tradētis. Juſti.de re.diuiſi.§.Per tra-
ditionē.⁊ conſuetudo illū cōſenſum explicat:eſto ꝑdens
dicat in fine ludi ſe nō intēdere abdicare dominiū rei lu
dēdo ꝑdite:lucrās enim nō teneꝉ ei credere in ſuū ꝑiudi
ciū:nec ei reſtituere:qꝛ lucrās eſt capax lucri:⁊ ꝑdēs do
minus rei ꝑdite. Si ergo lucrās non habeat dominium
rei ludendo ꝑdite.hoc non eſt niſi ꝓpter irritationem il-
lius contractus a legiſlatoꝛe.ſed hoc non impedit ꝓpo-
ſitū.igiꝉ. Reſtat ſolū ꝓbare minoꝛē.palam eſt ꝙ non eſt
ex legiſlatoꝛe deo:hoc eſt illius lucri dominium non eſt
vetitum a deo/nec per ius nature:nec ꝑ ius poſitiuum:
nec ꝑ ius pontificiū. Canones enim bene vetāt illum cō-
tractū:ſed ipm̄ non irritant. Jrritatio aūt legū nō ſuffi-
cit.ff.de condi.ob turpem cauſam.l.Si ob turpem.que
dicit lucrū eſſe pauꝑibꝰ erogandū.et ſi q̄s in alea rē ſuā
vendiderit non teneri euictione.ſimile habetur in.C.de
religio.⁊ ſumpti.funeꝝ.l.Aleaꝝ vſus. Jſte iquam leges
non ſufficiunt cū ꝙ ſtat aliq̄d eſſe repetēdū:⁊ tn̄ habens
nō teneaꝉ reſtituere āte ſentētiā datā a legiſlatoꝛe:vt ptꝫ
ꝑ gloſſam.xij.q.ij.c.Fraternitas.⁊ ptꝫ ī reſtitutiōe q̄dru-
pli vel dupli de furto manifeſto vel īmanifeſto qđ ante
cōdēnationē reſtituere nō opoꝛtet. Tū ſcđo ꝙ lucrās in
toꝛneamēto viginti ſcuta:licet peccet lucrādo:nō teneꝉ
reſtituere lucrum.ergo nec in ludo haſardi:hoc eſt quo-
cūq̄ ludo pure foꝛtuito. Sed dicis. Jn vno eſt macera-
tio coꝛpoꝛis:⁊ fit ꝓ vtilitate reipublice:non autē in alio.
Contra.nō eſt neceſſariū reſtituere lucrū in iactu retis:
vel crucis:aut partis oppoſite denarij:vel cū cultellus
ꝓijciꝉ in altū:nec lucrū acq̄ſitū ꝑ Soꝛtes:et tn̄ in his nō
domaꝉ coꝛpus nec exercitatio aliq̄d vtilitatis affert rei
publice. Sed dicis ⁊ apparēter.lex irritat hūc cōtractū
⁊ non aliū:qꝛ plura mala ad hūc ludū ſequunꝉ. Sed cō-
tra hoc arguiꝉ. Leges impiales non obligant omnes:qꝛ
vt dicit conterraneus in hac diſtinctione:pauci vel nul-
li hodie ſubijciunꝉ legibꝰ impialibꝰ. Jtali(inq̄t)qui con
ſueuerūt legibꝰ impialibꝰ initi:vtunꝉ legibus municipa
libꝰ relicta lege impiali. Bartho.itē ⁊ Bal.dicūt Vene-
tos in hoc iā p̄ſcripſiſſe.⁊ pōtifex dicit. Qui filij ſunt le-
gitimi.c.Per venerabilē.ꝙ rex Frācoꝝ nō cognoſcit ſu
perioꝛē in tp̄alibꝰ.nec valet gloſſa que dicit:de facto:et
nō de iure. Multe enim ſimiles gloſ.non ſunt ponderan-
de:qꝛ ſunt a Teutonibꝰ ⁊ antiq̄s Jtalis cōflate/q̄ cona-
ti ſunt ſuſtinere īꝑatoꝛem ſuper reges.qđ falſiſſimum

reputo. Si eñ rex Francoꝝ de iure cognouiſſet ſuꝑiorē lʒ nō de facto: hoc poterat ille nobilis de quo eſt queſtio etiā allegare ꝓ ſe: ꝙ de facto non cognoſceret. et ſic rñſio pontificia eēt nulla. Tunc ſic. Nulꝰ rex Chriſtianus non ſubijcit̄ impio. ergo nullus. Conſequentia licet arguat̄ a non diſtributo ad diſtributū eſt mihi clara. nō eñ ſufficit dicere ꝙ Frācus eſt exemptus ꝑ Romanū pontificē: qꝛ negamꝰ pontificē ipm̄ ſuꝑ Regē Frācoꝝ vel alios reges habere dñium in tꝑalibꝰ ad ſenſum poſterius declarādū in hoc quarto. Idē ſolet dici de rege Hiſpaniarum. Fulgo: vt videre potes in. ca. Sicut ⁊ infra. de iureiuran. in margine Panormitani quem quilibet habet pre manibus: dicit: ꝙ oratores regis Francorum et Hiſpaniarum publice in concilio Conſtantienſi proteſtati ſunt ſe veniſſe ad ſacroſanctā ſynodum tāq̄ Chriſtianos viros: ⁊ mēbra eccleſie: ⁊ non tāq̄ īꝑatori ſubiectos. Nūqd ꝑmogenitus īter nobiles ſuccedit toti hereditati parētū in vtroq̄ Britānoꝝ regno lege lata ab Arthuro rege: que in ducatu Britānie in Gallia adhuc ſeruat̄: ⁊ tñ nolūt hoc leges Ceſaree. Reges aūt alij ſuſcipiūt aliquas leges vtiles reipublice ſue: nō obligatorias in quātū īꝑiales/ ſed īquātū regales. Sed vix iſtud dicis ſufficere. nā reges in caſibꝰ ancipitibꝰ vbi nō habēt legē oppoſitā imꝑiali: oīa ꝑ imꝑialē tractāt. Sed ꝯtra. hec lex ꝑ alios nō eſt ſuſcepta: ⁊ ſiue ſit ſuſcepta ſiue nō: eſt ꝯſuetudo oppoſita. ⁊ ſicut in materia de ieiunio tractauimus: quelibet lex pure humana ſiue pōtificia ſiue īꝑialis ſiue regalis abrogat̄ ꝑ ꝯſuetudinē in oppoſitū: non habens vim qñ non approbat̄ moribus vtētiū. ſed lucrātes ludo fortuito paſſim non reſtituunt. ⁊ credo ꝙ leges Ceſaree nūq̄ in hoc ſeruabāt̄. Certū ē eñ eas in diebꝰ Alexādri Halēſis/ ⁊ beati Thome: a quoꝝ annis ferme fluxerunt trecenti anni/ fuiſſe abrogatas. ſed quicqd ſit: nunc ſunt abrogate. Nec valet rñſio Panoꝛ. in. c. penul. de vita et honeſta. cleri. dicētis ꝙ ꝯſuetudo īducēs pctm̄ non valet. c. Ex parte. de ꝯſue. ſed ex ludo iſto multa cōtingunt pctā. igit̄. Illud nāq̄ eſt dictū ſine rōne. debet eñ ꝓbare ꝙ ſit pctm̄ tenere lucrū. alioquin nihil facit: licet ſint pctā in ludo. Simile patet in pecunia ꝓſtibuli: vbi nullo modo poteſt exerceri actꝰ ſine pctō mortali: ⁊ tñ meretrix habet dominiū illius turpis lucri. homo autem prudens pōt ludere ſine pctō. ⁊ eſto nūq̄ ſit ſit ludus ſine peccato: nihil refert ad reſtitutionem. bene veꝝ eſt ꝙ aſſuefactio ludendi nō facit ad conſuetudinem ſufficientē. ſicut cōmunis vſus meretricis non inducit ꝯſuetudinē cā a pctō excuſantē. ſed vbi nulla eſt lex irritās ac acceptū qꝺ eſt poſitiuū humanū: ipſa efficit̄ dña accepti: dūmodo ipſa accipiat a potēte trāſferre dñium illa via. Eodē modo eſt in ꝓpoſito de lege illa poſitiua humana: vel nō ligāte non ſubditū: vel ꝑ oppoſitum abrogata/ vel nunq̄ admiſſa. Si dicas. non vſus non facit ad conſuetudinē. nā licet homo ceſſet ab actione legis Aquilie: poteſt tamen petere actionem ad nutū quocūq̄ tempore labēte. Dico etiā illud eē falſum ſi hoīes plurimū viuāt. Secūdo. illo dato habet̄ ꝙ homo non tenet̄ reſtituere niſi vbi cogit̄ in foro ꝯtētioſo. Tertio. adhuc in illo foro pōt excipere ꝑ ꝯtrariā ꝯſuetudinē: ⁊ ſm̄ alios ꝑ nō ſubiectionē legis īꝑialis. Forte dicis. Mali ⁊ filij Belial nō ſufficienter introducūt ꝯſuetudinē. modo ludentes ſunt vitioſi ⁊ mali. hoc nihil eſt dicere. Licet enim eremite: boni cenobite/ ⁊ multi alij non ludāt: tñ tā viri q̄ femine quos prudētes in ſeculo reputas: in quibꝰ iudicium rōnis nō eſt adhuc extinctū: ludūt nec reſtituūt lucrū. Preterea: ludāt Sortes ⁊ Plato ꝑ ītegrū diem: lucret̄ Sortes ante meridiē centū ſcuta. Plato lucret̄ eadē poſt meridiem. tūc ſic. hora duodecima Sortes habet cētū ſcuta: quoꝝ Plato amiſit dñium. ⁊ in turpi cā potior eſt ꝯditio poſſidētis. ſi Sortes ſit dñs lucri/ habeo ꝓpoſitum: ſi non habeat: nō oportet reſtituere Platoni: qꝛ ꝯditio poſſidētis eſt potior. Nec illa cētū ſunt pauperū in particulari vel in vniuerſali: nec eis debita ſub pena peccati. qꝺ ꝓbo. ſi Plato illa cētū ſcuta lucret̄ poſt meridiē/ Sortes tenebit̄ reſtituere paupibꝰ cētū ſcuta: cū in hora duodecima Sortes habuerit cētū ſcuta paupeꝝ: ⁊ poſt meridiem ludēdo ea amiſerit: nō ꝯſentiēte dño ſed potiꝰ cōtradicente: imo poſt meridiē ⁊ in die ſequēti manet obligatꝰ dare illa cētū ſcuta q̄ habeat hora duodecima/ paupibꝰ. Eodē mō in fine ludi amittēs amittit dñiū rei ꝑdite: cuiꝰ paupes īcipiūt eē dñi: ⁊ iterato lucrās nō pōt iteꝝ ludere ꝯtradicēte dño. Si dicas. finito ludo paupes īcipiūt eſſe dñi rei ꝑdite: et qñ homo decedit. Contra. ſtat ꝙ luſores maneāt in eadē domo. Si Sortes de quo mentionē fecimꝰ hora duodecima ꝓponat ampliꝰ nō ludere: et inter ſurgēdū mutet ꝓpoſitū: ſequit̄ ꝙ iſte Sortes tenet̄ reſtituere pecuniā lucratā paupibꝰ. Itē querit̄ abs te: quāta diſtātia poſt finē ludi faciat hāc pecuniā eē pauperibus debitam debito neceſſitatis. ⁊ dicere nō potes. Item pone ꝙ lucret̄ Sortes a Platone in die lune centum. Plato lucret̄ eadem die martis a Sorte. tūc quilibet eorum tenebitur reſtituere centum per te. quod non videtur dicendum.

## Contra ſecundam concluſionem argumētoꝛ.

Ex ea ſequit̄ ꝙ ꝑiculoſum ſit ludere cum religioſo. ſi enim laicus ꝑdiderit: amittit dominiū rei ſue: et nō acq̄rit dominiū a religioſo: cū nō habeat dominiū rei ꝑdēde. Inſuꝑ dānaremus religioſos oēs quātūcūq̄ paꝝ ludētes hos ludos. qꝺ duꝝ videt̄. Ad ꝑmū cōcedo ꝙ non eſt ſecurum ludere cū religioſo/ ſtulto/ ſeruo/ filiofamilias/ ꝓdigo/ cui de bonis alienādis īterdictū eſt: vel nihil habente niſi ex p̄rimonio crucifixi/ ⁊ hoc in magna quātitate. Sed licet religioſus nō habeat dominiū rei ludo acq̄ſite: qñ tñ rōnabiliter ludit: poteſt transferre dominiū in aliū: ſicut dat ſcutū vnū vel duo ſuo p̄ceptori vel illi q ſibi obſequit̄: qñ enim volūtas ſuꝑioris rōnabilis habet̄: vel ꝟiſimiliter habet̄: ſufficit ad trāſlationē dominij. At dicis. lucrās a religioſo tenet̄ lucrū abbati refundere: ergo ⁊ religioſus poteſt ꝑditum cape ab alio ſeculari lucrāte: cū nō habeat dominiū illius lucri. ⁊ eodē mō cū ſecularis nō acq̄rat dominiū rei ludēdo cū religioſo in magna quātitate: religioſus nō pōt hr̄e dominiū a ſeculari in magna quātitate: qꝛ ad paria iudicant̄. ⁊ ad hoc eſt ꝯſenſus ꝟtualis. Reſpondeas tu ipe. Ad aliud argumētū nego ꝙ ſemꝑ dānabimꝰ religioſos ludētes. Interdū enim abbas dat quoq̄ duodenos vni mimo gr̄a recreatiōis. ⁊ ꝯtigit ꝙ recreationē capiat maiorē in ludo chartaꝝ: ⁊ tali recreatione īdigeat: qꝛ laborat morbo vel triſtitia: vt vt ſubleuet aliū morbo vel triſtitia laborātē. ⁊ ſic parce ludētē ac honeſtatē ſeruātē in ludo ⁊ ſine ſcādalo/ nolo ꝯdēnare. Nec exiſtimes eē idē in paruo ⁊ in magno. licet eñ ludere ꝓ prādio. patet. ff. de alee luſu ⁊ aleato. l. Qꝛ in conuiuio. Non enim valet illud qꝺ Panoꝛ. dicit. ꝙ illud nō ꝓcedit in clericis q non debent facere cōuiuiū. nec illud. c. Nulli clerico. xliiij. diſti. eſt ꝓ eo. Nec credo ipm̄ hoc ſeruaſſe/ vel ad hoc deuinctū: q abbas ⁊ religioſus erat. ſed illic deponit̄ clericus q tabernam aut ergaſterium habere voluerit.

## Contra tertiam concluſionem argumētoꝛ.

galitate victus: et parcitate ſomni. Et propterea Vegetius primas partes ante nobiles videt̃ ĩpartire agricolis: ſed gloria et infamia que ſtimulant ad laudem: ſunt maiores in nobilib⁹: quemadmodum Lucanus de Ceſare et Pompeio dicit. Stimulos dedit emula virtus. Fabris item et Lanijs non horrentibus effuſionem ſanguinis fortitudo militarꝫ facile alludit. Hinc Angli vti intelleximus: iudicantes in cauſa ancipite: more Britãnico per aſſiſſium (vt vocant) renuunt capere lanios in ſuis iudicijs: vt in cauſa mortis. Calcifices autem/ſartores/tonſores ex ſua arte ſunt ſpurij martis/nec nati in Thracia. que enim proportio acus vel nouacule ad lanceam vel enſem? Dixi (ex ſua arte) non enim eo inficias aliquos iſtorum a natura aliquibus aulicis vel agricolis fortitudine preſtare: nã molliter educati magis ſunt milites Veneris ꝗ̃ Martis: vt Hector Paridi improperauit fugienti a Menelao: vt eſt apud Homerum. iij. Iliados dicẽtem. Etenim in hoc belli puluere nihil ad victoriam faciũt cithare cantus: dignitas forme: cõpti capilli: Veneris dona: ceteraqꝫ huiuſmodi. Propterea poete effinxerunt Achillem alitum ex neruis boum et non perdicum vel phaſianorum. et Guilielmus Wallas: vt noſtri annales perhibẽt: partes illas boum quas nouẽplicas vocant: et non perdices vel phaſianos in cibum petere ſolebat. ¶ Sequitur ſecundo ꝙ ſtat ſenem Neſtorem eſſe ita fortem vt Aiacẽ Thelamonium: imo eſt dubium. Probatur. quia forte Neſtor habuit habitum intenſiorem ꝗ̃ Aiax: vel actum/propter longã experientiam in rebus bellicis: ſed quia foris non ita patuit: nec inuadendo Troianos: nec expectando: dicim⁹ Aiacem fuiſſe fortiorem Neſtore. Nec hac fortitudine plus pollebat Hannibal dum Saguntũ obſideret. xxv. annos natus: ꝗ̃ cum Anthiochum Syrie regem reliquit iam ſeptuagenarius. ¶ Tertio ſequitur ꝙ vnus actus eſt vni fortitudo qui alteri eſſet temeritas. Patet. congredi cũ Hectore in duello fuit Aiaci Thelamonio fortitudo Menelao autẽ vel Vlyſſi fuiſſet temeritas. Tydeo congredi cum quinquaginta fuit fortitudo: audacia Therſiti. Similiter expectare in vno loco eſt fortitudo: in alio temeritas. ¶ Quarto ſequit̃ hanc conſequẽtiam nihil valere. Neſtor eſt fortior Achille: ergo debet vel põt pugnare cũ Hectore vel Telepho vt Achilles. ¶ Quinto ſequitur ꝙ fugere interdum eſt actus fortitudinis. Nam recta ratio dictat ꝙ quis debet interdum campũ deſerere: vt congredi. propterea aliqui noſtratũ qui de aliquibus viris heroicis dicunt ipſos periculum ſubterfugiſſe et nunꝗ̃ fugiſſe: in hoc ſiſtere non debent. ¶ Sexto ſequitur ꝙ cunctari eſt actus fortitudinis. ſicut aggredi. Patet. interdum ratio dictat hoſtẽ nõ eſſe inuadendũ ſed attenuandũ. vt fecit. Q. Fabius Maximus cõtra Hãnibalẽ: ſm illud Maronis. vj. Aeneidos. verba Ennij recitantis. Quo feſſum rapitis Fabij? tu maximus ille es. Vnus qui nobis cunctando reſtitues rem. Pro ſalute nãqꝫ patrie glorioſus dux aſpernabatur rumores vulgi: et lacerationem ſue fame ad tẽpus: vt ſuccurreret ſaluti reipublice. Quocirca Marcus Tullius primo Officiorũ idem carmen Ennij allegans carpit Callicratidem ducem Lacedemoniorum qui nolebat anteponere ſalutem reipublice rumori inani vulgi atenuãdo ſuam gloriam. iuxta cõſilium Magni Pompeij apud Lucanum. vij. Pharſalie. Fortiſſim⁹ ille eſt Qui promptus metuenda pati ſi comminus inſtent. Et differre poteſt. placet hec tam proſpera rerum Tradere fortune. Hinc vt dicitur in ſecundo eiuſdem: poſt orationem cum militibus habitam ad congrediendum cum Ceſare: non videns eos animatos reliquit bellum. Senſit et ipſe metum Magnus: placuit referri Signa: nec in tante diſcrimina mittere pugne. Sic diu Iugurtha peregit contra Metellum ⁊ Marium. ¶ Septimo ſequitur ꝙ illi non ſunt laudandi qui bellando alienas reſpublicas vſurpant et lacerant: ſed improbandi. Nam tales in hoc ſunt temerarij: et auari homicide imputabiliter: et bellue crudeles. Ob qđ Thomyris caput Cyri non ab re locauit in vtre: vt qui ſanguinem ſitiebat: ſanguinem biberet. ſtultum autem genus hominum magni facit tales iniquos: quorum anime tandem ſepeliuntur cum Plutone Ridiculum namqꝫ eſt Alexandrum Macedonem obdomitum orbem extollere. bene reſpondit pirata Diomedes. ego ſum latrũculus: tu autem maximus latro. Quas luerit penas ab Antipatri filijs peremptus: quem finem ſui imperiũ habuerit: voluta: vt nec ſuperſtites liberi: vxor: frater vel olympias mater maneret. ſi exitum negocij conſideraſſet (opinor) elegiſſet defendere propria et non inuadere aliena: niſi vbi iuſtam habuiſſet cauſam bellãdi: iuxta illud Lucani. ix. Pharſalie. Illic Pellei proles veſana Philippi Felix predo iacet terrarum vindice fato Raptus. Et paulopoſt. Nulloqꝫ herede relicto Totius fati lacerandas prebuit vrbes. Quocirca Baptiſta Romulum introducit orantem Pompeiam tueri Italiam et iura patrie: et non Ceſarem: quem Ceſari propterea prefert: inquiens. I magne meorum Immortalis honos et gloria ſumma nepotum. I cõmune bonũ ſerua: quoniam hec tibi ſemꝑ Cura fuit. Et paulo poſt. Te externi noſtriqꝫ duces venerantur: ⁊ ipſe Depoſitis odij cauſis liuore ſepulto Te prefert Ceſar: meliorem ſeqꝫ fatetur. Quandoquidem pietas et neſcia rumpere leges Dignior eſt ſceptro regni diademate virtus. Idem cenſeo de Iulio Ceſare: qui a Tullio tyrãnus ⁊ bene reputabatur qđ de pleriſqꝫ alijs quos ignobile vulgus ſuper aſtra euehit. ¶ Octauo ſequitur ꝙ non eſt actus fortitudinis ſe occidere propter quãcũqꝫ triſtitiã. Nam vt dicit Ariſto. tertij Ethi. vij. Mortem ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatem: aut amorem: aut moleſtũ aliquid: non fortis eſt hominis ſed timidi. eſt enim mollitudinis laborioſa fugere. Ex quo patet ꝙ Aiax Thelamonius quẽ Hector vincere non poterat: molliter et timide egit: ſuo mucrone ſe ſuffodiens. dicente Ouidio. xiij. Metamorphoſeos. Hectora qui ſolus ferrumqꝫ ignemqꝫ iouemqꝫ Suſtinuit totiẽs: vnã non ſuſtinet irã. Idem de Saule ſeſe occidente patet. primi Regum vltimo. Et quis putaret ſe populo dei eſſe ludibrio: peccauit in ſe ferrũ mittens. vt dicit Aug. in queſtionibus veteris et noui teſtamenti. cui litera Regum ſuffragatur. Non enim eſt veroſimile ꝙ hoc ĩſtinctu ſpiritus ſancti fecerit more Sanſonis. vt liquet ex circũſtãtijs litere. ſed ne eſſet populo dei contemptui: excuſatur a tanto. In hoc etiam Cato Vticenſis vituperandus eſt: quem tantopere. ix. Pharſalie laudat Luca. inquiẽs. Ecce parens verus patrie: digniſſimus aris Roma tuis: per quem nũqꝫ iurare pudebit. Et quem ſi ſteteritis vnqꝫ ceruice ſoluta Nunc olim factura deum. ſufficit ꝙ perperam egit ſe occidendo: quia in illo actu molliter egit. et Lucretia: que tantopere a romanis effertur. Nã vt arguit beatus Aug. j. de ciuitate dei. vel ipſa erat innocens: vel nocens: ſi primum/erat morte indigna: et male egit occidendo innocentem. ſi nocens: auctoritate propria nõ debuit ſe occidere. Nolo (inquit dominus) mortem peccatoris: ſed magis vt conuertatur et viuat. Ezechielis. xviij. hoc eſt nolo vt ſe occidat. Etiã in adulterio Tarquinij Superbi ipſa erat innocens. Idem poteſt inferri de Mithridate: et ſagaciſſimo pariter et bellicoſiſſimo Hannibale Ha-

milcaris filio. ¶ Nono ſequitur ꝙ iſti nebulones domi inter vicinos pugnantes non ſunt fortes ſed temerarij ⁊ ſimie fortium. Porro dicterium eſt. gallus pugnax in proprio fimo eſt inutilis in campo. Idem de hominibꝰ iactabundis intelligas prout vulgo iactatur. bonꝰ aſcriptor: nunq̃ fuit bonus equeſter. Hi nanq̃ verba ampulloſa in abſentia periculorum euomunt: ⁊ in preſentia eorūdem penitus tabeſcūt. qđ improperabat Aiax Vlyſſi inquiēs. Tutius eſt igitur fictis cōtēdere verbis. Quā pugnare manu. In quibus illud poeticum verificatur. Parturiēt mōtes: naſcet̄ ridiculꝰ mus. ⁊ Therſites numerum non vires auxit Achiuas Impos virtute: garrulitate potēs. Sed notabis: q̃q̃ apud aliquos dicitur ꝙ recupercutiēs facit bellum ⁊ nō primo pulſans: hoc parum efficacie habere. ratio quā vulgus aſſignat eſt hec. ſi non repercuteret non eſſet bellū: nemo enim ſolus bellat. profecto hoc eſt verum: ſed hec ratio concluderet pariter de primo cedēte alium: quia ſine primo non fuiſſet ortum bellum. primo itaq̃ inuadens multo grauius delinquit. ¶ Decimo ſequitur ꝙ fortis robore vel habens fortitudinem militarem eſt frequenter vtilior in bello q̃ vir fortis. patet quia aduerſario plus poteſt nocere: et nouit anfractus bellicos: decertat armatus contra inermem: vel ſicut ludi magiſter cōtra addiſcentem. prudētia enim iſtis tantum conducit quantum pugnacitas. propterea bene dixit Vlyſſes Aiaci Thelamonio. xiij. Metamorphoſeos. Qui nil niſi prelia noſti Quis tuꝰ vſus erat: nam ſi mea facta requiris Hoſtibus inſidiors foſſas munimine cingo. Conſolor ſocios vt longi tedia belli Mente ferant placida. et reliqua. Et paulo poſt recitatis geſtis ſuis concluſit. Que niſi feciſſem fruſtra fruſtra Thelamone creatus Geſtaſſet leua taurorum tergora ſeptem. Et ſequitur. Tu vires ſine mente geris: mihi cura futuri. Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum Eligit Atrides. et que ſequuntur. Experientia nanq̃ multum conducit et exercitatio. Non aliter dicit Vegetius Romanos viciſſe verſipelles Afros et totam bellicoſam Europam cum bona parte Aſie. nō aliter cognoſcitur plus prodeſſe percutere punctim q̃ ceſim cum minor ſit reſiſtentia: ſtare in forma rotunda reſiſtendo: inuadere in forma pyramidali: non tenere eūdem ſitum dum ferit hoſtis: vt minus ſolidetur ictus. Et licet. viij. Politi. dicat philoſophus ꝙ belllicoſitas et induſtria mentis requirunt modum contrarium: cum molles carne ſint apti mente. ij. de Anima. et ſint delicatiores: minus poſſunt perferre graues labores. vt videre eſt in Achille et Aiace Thelamonio: qui licet eſſent duo fulmina belli: neuter viſus eſt prudentiſſimus. Britanni quoq̃ et Germani: quia ſunt ſeptētrionales: ſunt bellicoſiores meridionalibus. vij. Poli. Hoc etiam habet Auicēna fen ſecunda doctrina ſecunda primi canonis. c. xj. et Vegetius lib. j. c. ij. Superabantur tamen a Ceſare et Romanis: ⁊ hoc ſolum propter exercitationē: et prudentiam in diſponendis aciebus. Aliqui autē cordati viri a natura redduntur ad bellum inhabiles vt deditti mulieribus. propterea puduit Pompeium dormire cū Cornelia propria vxore. dicente Lucan. v. Pharſalie. Nam me iā marte parato Securos cepiſſe pudet cum coniuge ſomnos. Et Maro dicit Aeneam ſua mora Teucros ſede in Italia ꝓmiſſa aliquādiu fraudaſſe propter amorem Eliſſe: ita vt vix dijs ſuadentibus potuerit auelli. Et ꝙ menia Carthaginis non erigebantur vt heri et nudiuſtertius a Didone ob Aenee amorē ceſſante. qđ Vergi. in. iiij. eneidos. ſic eleganter deſcribit. Non cepte aſſurgunt turres: non arma iuuentus Exercet: portuſve aut propugnacula bello Tuta parant. pendent opera interrupta mineq̃ Murorū ingentes/ equataq̃ machina celo. Sic animoſus Achilles. j. Iliados ob Briſeida a bello quieuit: que iactabat ſe magis animū viri fortis poſſe mulcere q̃ poſſet Vlyſſes aut Neſtor. dicente Ouidio. Plus ego q̃ Phenix: pluſq̃ facundus Vlyſſes Plꝰ ego q̃ Teucri credite frater agā. nunquid amore Polixene detētus Achilles ſinebat grecos occidi ad magnam deſtructionem nauiū vſq̃? Hoc deniq̃ perſpicuum eſt de Holopherne/ et Iudith/ et innumeris alijs hiſtorijs.

¶ Secundo notabis ꝙ duplex eſt bellum. quoddam eſt iuſtum: aliud iniuſtum. bellum iuſtū ſic definitur. eſt bellum legitima auctoritate introductū ex cauſa iuſta/ inteotione recta/ et cum moderamine debito geſtum. Quatuor autem ad bellum iuſtum requiruntur. primo perſona. non enim pertinet ad perſonam priuatam bellum mouere niſi hoc faciat in defenſionem ſui corporis. homo etiam habens ſuperiorem a quo poſſit iuſtitiam conſequi/ non poteſt indicere bellū: ſic enim reſpublica turbaretur. rex autē qui in ſuo regno eſt imperator. bellum indicere poteſt. ¶ Secundo iuſta cauſa requiritur. ſi enim poteſt ſine bello optatum cōſequi/ non habet iuſtam cauſam bellādi. Nā bellamus vt pacē habeamꝰ: pax enī eſt finis iuſti belli. Hinc Iudei pugnaturi primo habebant inquirere pacem. Deutero. xx. Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem: offeres ei primum pacem. In ſacris autē literis multis de cauſis bella cōcitata legimus. Primo motu diuino: velut qñ deus blaſphemat̄ ꝑ idololatriā. vt Deutero. xij. Subuertite omnia loca in quibus coluerūt gētes quas poſſeſſuri eſtis/ deos ſuos. Secundo propter diſceſſum a cultu dei: vt Deutero. xiij. Tertio quia fidelitas temporalis dominij deſerebatur. vt. iiij. Regū. iij. de Iorā ⁊ Ioſaphat mouentibus bellum contra Moab. Quarto ob rebellionem. ij. Regum. xx. cōtra Sibam filium Bochri. Quinto quia malefactor defendebatur. vt Iudicum. xx. de bello moto contra Gabaa. Sexto quia iniuria publica principi irrogabatur. ij. Regum. x. de bello Dauidis cōtra regem Anon qui fecerat radi dimidiam partem barbe nunciorum Dauidis in contemptum regis. Septimo quando ꝓpria res repetebat̄. ij. Regū. iij. de bello Dauidis contra Iſboſeth/ petentis regnum ſibi a deo conceſſum. Octauo vt hoſtis repellatur. ij. Regum. viij. de bello Dauidis cōtra Philiſteos. Nono vt hoſtis inſurgens in ſuis terminis contineatur: et vt habeatur via tranſeundi. Numeri. xxj. de bello filiorum Iſrael contra Seon/ et contra Og reges Ammorreorū. Decimo ad comprimendum illum per quem hoſtis roboratur. ij. Regum. viij. de bello Dauidis contra Syriā Damaſci eo ꝙ ferebat auxilium Adadezer. Vndecimo vt amicꝰ ab hoſtibꝰ eripiatur. Gen. xiiij. de bello Abrahe contra reges qui comprehenderant Loth nepotem eius. Duodecimo quia tyrannis a preſidente exercebatur: vt patet. j. Machabeorū de bello contra Antiochū. ¶ Tertium requiſitum ad bellum iuſtum eſt intētio recta: vt nō odio/ vel ira/ vel ſuperbia ſuſcipiatur bellum/ ſed zelo correctionionis vt addiſcant pacifice viuere in poſterum: et ne credant alios nō poſſe et nolle iniuriam punire. ¶ Quartū eſt: vt cū moderamine debito exerceatur: ne occidātur vel captiui ducantur infantes: ne matrone ſtupret̄: ne virgines violentur: ne ſacris mancipati et cogniti inſontes ledantur: aut loca ſacra ꝓphanentur. Si auem ſacerdotes vel religioſi bellum ingrediantur: vel fuerit arx in pinnacculo templi: licet in caſu omnia euertere. Si vrbs aut vicus incendatur et vento eccleſia cum reliquis domibus pereat: qui a inopinato et preter propoſitum fit: incenſoribus vrbis quibꝰ diſplicet non imputabitur: dūmodo delictum commiſſum ab hoſtibus talem penam mereatur. non occidātur tamen volentes ſe reddere captiuos niſi fuerint aliqui carnifices immanes qui hoc commeruerunt. His autem quatuor deficientibus vel aliquo illorum: bellum eſt iniuſtum: quia eſt non iuſtum: et quanto plura defuerint: tāto bellum eſt iniuſtius.

¶ Iſtis notatis pono cōcluſiones. Prima eſt. licitum et meritorium eſt bellare in bello iuſto. ¶ Secunda concluſio. ſurripiens res in bello iuſto non tenetur ad reſtitutionem dummodo capiat ſm̄ exigentiam culpe. ¶ Tertia cōcluſio. princeps et primores regni peccant pugnantes in bello iniuſto ſcito tali/ vel qđ ſcire tenentur. ¶ Quarta concluſio. ſicut inferiores alicuius principis dubitantes an bellum ſit iuſtum nec ne excuſantur a peccato: ſic non ſubditi in tali caſu pugnātes peccant. ¶ Quinta concluſio. licet auferens alienū intentione inordinata in bello alioquin iuſto peccet auferendo: non tamen tenetur ad reſtitutionem. ex quo cōſequens eſt non reſtituendum eſſe omne ablatum in bello iniuſto hoc mō. ¶ Prima ꝯcluſio ꝓbat̄. Ois actus deliberatus cadens ſuper obiectum debitum: cum ceteris circūſtantijs requiſitis eſt bonus. bellū eſt huiuſmodi. igitur. bellum enim proprie eſt actus voluntatis pugnandi: vt de alijs virtutibus dicimꝰ. minor patet: quia eſt actus fortitudinis. Preterea. facere actum iuſtitie eſt meritorium. ſed actus bellandi eſt actus iuſtitie. igitur. minor patet auctoritate Ambroſij ꝑmo libro de officijs dicentis. Fortitudo que bello tuetur a barbaris patriam vel domi defendit infirmos vel a latronibꝰ ſocios: plena iuſtitia eſt. Et. xxiij. q. iij. ca. Qui poteſt. dicitur. Qui poteſt obuiare et perturbare peruerſos et non facit: nihil eſt aliud q̃ fauere impietati eorum. Aug. item Pſal. lxxxj. idem habet. et recitatur cauſa et queſtione prefata in. c. Oſtendit. Inſuper illud eſt meritorium in habente gratiam in quo homines a ſtudioſis laudātur: bellum aliquod eſt huiuſmodi. igitur. In hoc Abrahā/ Ioſue/ Dauid/ Iudas Machabeus et fratres eiꝰ/ Carolus magnus/ Godofridus Bullonenſis: et fratres eiꝰ commendandi et extollendi ſunt. In hoc Ferdinādum inclytum Hiſpaniarum Regē laudo: qui in ſudore belli Mahumetanos a Regno Granate expulit. Inſuper illud eſt honeſtum et laudandum qđ a prudētiſſimis legum latoribus eſt ordinatum et pro quo magnum premium eſt conſtitutum. talis autē eſt militia in bello. igitur. minor patet: quia tam in teſtamentis condēdis q̃ in peculio caſtrenſi/ q̃ in multis alijs milites a iure Ceſareo ſunt priuilegiati: et filij eorum qui moriuntur in bello pro patria ſunt ex republica alendi: vt Hippodamus Mileſius Euriphontis filius docuit: teſte Ariſtote. ij. Politicorum. vj. et in eodē capite Ariſto. hoc aſſerit nō eſſe nouum: cum apud Athenas et alias ciuitates hoc pro lege ſancitum ſit. Et diuinus poeta dat eis locum eminentem in Elyſijs campis. vj. Aeneidos. inquiens. Hic manus ob patriam pugnando vulnera paſſi. Preterea Luce. iij. petentibus militibus quomodo ſaluarētur: reſpondit Ioannes Baptiſta. Neminem concutiatis: neq̃ calūniam faciatis: et contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Docuit militiam admittendam: duo prohibēs: ſcilicet pauperum oppreſſionem: ⁊ calūniam diuitibus intentandam pro acquirēdis eorum diuitijs iniuſte. Ac ſi diceret. erga miſeros in bello ſitis miſericordes: nec ſitis immanes et moleſti diuitibus in quorum domibus eſtis vel cum quibus conuerſamini. et ſitis contēti ſtipēdijs veſtris. Idem dicit Augu. ad Bonifacium comitē. Noli (inquit) exiſtimare neminem deo placere poſſe qui armis bellicis miniſtrat. quid enim culpat̄ in bello? an quia morimur: quando morituri ſumus: vt deueniatur ad pacem? hoc reprehendere timidorum eſt non religioſorum. Idem dicit. xxij. contra Fauſtum. capite. lxxiiij. Et Cato. Pugna (inquit) pro patria. Poſtremo ratione oſtenditur: ſi non eſſet militandum in bello iuſto defendendo innocētes: nulla poſſet ſeruari iuſtitia: que eſt virtutum preclariſſima. v. Ethicorum. j. Poteſt autem ſeruari cum belllo: in quo iterum eſt virtus cardinalis preclara: ſcilicet fortitudo cum militari prudentia. Militia etiam eſt ſola ars cui ſeculares nobiles inniti poſſunt: et quanto animoſiores et magis magnanimi ſunt: tanto amplius circa militiam inſudant et a prudētibus cōmendantur. Dico (a prudentibus) quia ignobile vulgus ſolos rerum publicarum raptores effert: quorū anime ſepeliuntur in orco. Prudentes autem turpe iudicant: ſumma auaritia aliorum ſurripere dominia. Scite. iij. offi. Marcus Tullius Ceſarem reprehēdit ꝙ ſemper haberet in ore grecos verſus Euripidis in Pheniſſis. Nam ſi violandum eſt ius: regnandi gratia violandum eſt. alijs in rebus pietatem colas. certe iſtud erat inſenſate dictum. ¶ Secūda concluſio patet. Nam hoſtis tenet alienum: nec vult rationi acquieſcere ipſum reſtituendo: nec eſt ſuperior in temporalibus ad quē poſſit habere recurſus. Preterea Sortes poteſt reſiſtere latroni in nemore ne res ſuas tollat: et ablatas poteſt ſtudere recuperare ne res ille pereant que alia via haberi non poſſunt. ſed ſimile eſt in propoſito noſtro. Si nanq̃ Polonus res Pānonum aufert quas nō vult reſtituere fauore vel precibus: pannonius poteſt bellum indicere pro his rebus vel equiualentibus recuperandis. alioquin eſſet inutilis rex in republica. ¶ Tertia concluſio ſatis eſt perſpicua cum dent opera ſcienter rei illicite. ¶ Quarta concluſio probatur. ſpectat ad eos ſupponere ꝙ maiores regni indaginem fecerunt an bellum ſit iuſtum an iniuſtum: nec debet vlteriorem facere explorationem: immo imprudenter facerent. Et confirmatur. quando inferior dubitat de cauſa ſuperioris ciuili vel criminali in vltimo ſuplicio: debet exequi mādatum ſuperioris: alioquin lictoris erit facere nouam idaginem: qđ penitus eſt abſurdum. alioquin non erit finit rei: nec inferior debite obedit. Dixi (quando dubitat) quia ſi inferior ſciret bellum eſſe iniuſtum: parere non debet: nam enim parendum eſt deo relictis hominibus. vnde beatus Auguſtinus contra Manicheos. Vir ergo iuſtus ſi forte ſub rege etiam homine ſacrilego militet: recte poteſt illo iubente bellare: ſi vice pacis ordinem ſeruās qđ ſibi iubetur vel non eſt contra dei preceptum faciat. Licet enim ſuperior peccet precipiendo: quando non conſtat de oppoſito ipſi inferiori/ inferior parens nō peccat. Qđ patet de iureiuran. Debitores. et. xix. diſt. In memoria. Nec iſti tenentur reſtituere ablata niſi cōſtet eis poſtea bellum fuiſſe iniuſtum. Secunda pars cōcluſionis patet de non ſubditis: cū enī obediētia nō ſit pro eis ſicut pro ſubditis qui parere habēt ſuperioribus: nō debent iuuare aliquem in caſu ancipiti in alterius partis perniciem. Vnde Ambroſius in lib. de officijs. Si non poteſt alicui ſubueniri quin grauetur alter: commodius eſt neutrum iuuari grauando alterum. ¶ Quinta concluſio eſt manifeſta dūmodo bellum ſit indictum pro rationabili cauſa ab habente poteſtatem: et moderate auferatur ſm̄ exigētiā culpe: hoc eſt ſm̄ exigentiā rex ablatax ex expenſax pro ipſis recuperandis. ſit ta

men interdum ablatio intentione deprauata ob inanem gloriã vel huiuſmodi. Secus eſt vbi bellũ eſſet iniuſtũ ex parte ſuperioris: vel eſſet cauſa iniuſta bellandi.

¶ Contra primam concluſionem argumentor probando ꝙ nõ liceat bellare. ſcribitur Matthei. v. Si quis te percuſſerit in dexteram maxillã tuã prebe illi et alterã. et Matthei. xxvj. Chriſtus dicit Petro. Conuerte gladium tuum in vaginã. et Matthei. xj. Si vos pſequuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliã. exẽplo ipſius Chriſti qui fugit ab Herode. Matthei. ij. cum reſiſtere poterat. et Joan. xviij. reſpondit Pilato. Regnum meum non eſt de hoc mundo. Multe quoqꝫ ſimiles auctoritates introduci poſſunt: pariter et geſta martyrum: qui reſiſtere poterant tyrannis mediate vel immediate: qui hoc minime fecerunt. ¶ Reſpondetur. circũſtantie ſcripturarum et geſta probatiſſimorum virorum illuminant intellectum. Ipſe nãqꝫ Chriſtus non impleuit iſta: nec apoſtoli/ ſm ſonum verboꝝ. propterea negatur ꝙ primum ſit de precepto. vult enim Chriſtus per illud ſuadere patientiam interiorem animi. vt Aug. dicit in ſermone de puero Centurionis. et expreſſe. xij. contra Fauſtum. c. lxxvj. Nam dum percuteretur Chriſtus Joan. xviij. reſpondit. Si male loquutus ſum: teſtimonium perhibe de malo: ſi autem bene quid me cedis? ergo non prebuit alteram maxillam. Poſſumus itaqꝫ hoc exemplo cognoſcere ꝙ non eſt de precepto nõ repercutere. Beatus Paulus Actuum. xxiij. Percuſſus reſpondit principi ſacerdotum. Percutiet te deus paries dealbate. Et tu ſedens iudicas me ſm legem: et cõtra legẽ iubes me percuti. Illud aũt Matthei. xxvj. Omnes qui acceperint gladium. debet intelligi extra auctoritatem legis. Ad illud Matthei. xj. ꝙ fugiẽdum eſt de vna ciuitate in aliam. diſtinguo ſi enim ſit perſequutio perſonalis: conceditur exemplo beati Pauli. Actuum. ix. fugientis Damaſco. tunc autem eſt perſequutio perſonalis quando queritur quia hec perſona non quia fidelis. Si ſit perſequutio quia fidelis: iterum diſtĩguo. vel videtur fore vtile eccleſie ꝙ expectet: et ꝙ aliqui conuertentur ad fidem: et tunc non eſt fugiendum: ſed intrepide mors toleranda: exemplo Heroicorũ martyrum qui manſerunt. vel eſt veroſimile ꝙ erit ſolum deriſio fidei ⁊ nullus profectus eccleſie: et tunc dãdus eſt locus ire. ſicut nunc contingere poteſt interdum inter Mahumetanos: non enim ſunt proijciende margarite inter porcos. Matthei. vij.

¶ Secũdo principaliter argumentor. homo in acie belli iuſti videns ſe eſſe occidendum ſi maneat erit cauſa ſue mortis. ergo tunc bellare non eſt meritoriũ: cũ homo teneatur ſuccurrere ſue vite. ¶ Inſuper fortitudo militaris eſt ſolum fortitudo ſimulata: et vitium. ſm Ariſto. iij. Ethicorum. et tamen eſt habitus genitus ex inuaſione et expectatione in bello. ergo fortitudo non eſt virtus. ¶ Ad primum iſtorum dico. vel homo in acie belli exiſtimat ꝙ ad ſuã fugam peribit reſpublica: et reliqui exercitus erunt trepidi et territi: et veroſimile eſt ꝙ relinquent pugnam in perniciem reipublice: et tunc ſm Ariſto. iij. Ethicorum. expectandum eſt: ⁊ peccat grauiter aufugiẽdo. quare recte dixit Aeneas ij. Aeneidos. Pulchrũqꝫ mori ſuccurrit in armis. ⁊ meticuloſis addit poeta epitheton (turpe) inquiens. Pars ingentem formidine turpi Scandunt rurſus equum. Per carentiam nãqꝫ timoris Dido ſorori Anne probare niſa eſt Aeneam eſſe de genere deorum: dicẽs. Degeneres animos timor arguit. et alibi dicit. Audaces fortuna iuuat. Nam crebro audacia pro fortitudine vſurpatur. et. xij. Aeneidos. Turnus dixit Juturne. Terga dabo: ⁊ Turnũ fugientẽ hec terra videbit? Uſque adeo ne mori miſerum eſt? Et primo Officioꝝ Marcus Tullius ſic ſcribit. Unicuiqꝫ noſtrum chari ſunt parentes/ chari liberi/ propinqui/ familiares: ſed omnes omnium charitates patria vna cõplexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortẽ oppetere ſi ei ſit profuturus? Hinc Marcus Regulus obiectauit caput ſuum periculis Penorum in primo bello punico: ratum habens ꝙ atrocia ſupplicia non euaderet. et in hoc non temere egit: vt Mar. Tullius. iij. offi. oſtẽdit. Nam octo milia Romanorum improbe captorum ab Hannibale noluit ſenatus redimere: teſte eodem: vt inſitum eſſet militib⁹ romanis aut vincere aut emori. Phileni duo fratres Carthaginenſes pro ampliandis finibus reipublice: ſe viuos ſepeliri permiſerunt. Timor nãqꝫ viri fortis turbat totam aciẽ. Quocirca Lucanus excuſat ſenatum ꝙ reliquerit Romam formidine Ceſaris: ob timorem ſcilicet Pompeij Magni. vnde primo Pharſalie ſic ait. Dãda tamen venia eſt tantorum danda pauorum. Pompeio fugiẽte timent. Stimulus autem pro augenda gloria patrie non eſt exiguus. Non me fugit quin multi in hoc exuperẽt: ſed hoc nihil turpitudinis habet reſpectu proditionis patrie. In ſolo enim lumine naturali loquendo expectãdũ eſt pro defenſione reipublice. multo itaqꝫ magis ſm veritatem nobis a deo reuelatam: cum ponenda ſit vita poſt hanc vitam. Talis autem ſic moriens eſt cauſa ſed non ĩputabilis ſue mortis: preſtat enim belle mori ꝙ̃ turpiter viuere: et cum ingloria eſt quotidiana mors/ aufugere vbi expectandum eſt. Et licet bellare propter honorem vel ad fugiendam turpitudinem non ſit actus fortitudinis bellice: ſed potius magnanimitatis: tamen nõ videtur vitium ſed virtus. Hinc vt Ariſto. iij. Ethico. ex Homero allegat. Hector ne eſſet inglorius aufugere noluit. Nec Diomedes. iij. Ethicorum. viij. dicit enim Hector. Nam me Polydamas ante omnes reprehendit. ⁊ Diomedes dicit. Troianos optimus Hector Tydides metuens puppis confugit ad altas. Si vero homo videat ꝙ commode recedere poſſit ab acie belli: ⁊ nihil mali cõtiget exercitui: nolo dicere ꝙ perperam agit abeundo. Ubi autem nulla eſſet ſpes victorie: vt quia vnus exercitus in multitudine incomparabili et apparatu bellico alium exuperet: illic ſtare eſt demẽtia: luces ⁊ ignominia reipubli. hoſtis enĩ ſic fit vicẽdo animoſior. ¶ Ad cõfirmationẽ de fortitudine militari. Fortitudo militaris poteſt bifariaꝫ accipi. Uno modo pro habitu quẽ habet miles pugnãdi in bello iuſto: ⁊ talis habitus eſt vera fortitudo. Ariſto. tñ ſic non capit. Alio modo capitur fortitudo militaris pro habitu quẽ quis habet potiẽdi victoria: ⁊ nõ ꝓpter finẽ honeſtũ ſed ſolũ qñ credit ſe potiturum victoria: ⁊ ſic capit philoſophus vbi dicit. Expectãt qui alios ledere nouerũt: ſed increbreſcẽte periculo milites primo fugã corripiũt. qḋ declarat per expectationem ciuiũ in Herueo ⁊ fugam militum.

¶ Tertio argumentor. finitimi Britanni ſine conſenſu regũ deprædãtur tam die ꝙ̃ noctu: ⁊ non reſtituunt: ⁊ tñ tale bellum eſt iniuſtũ/ nec eſt dicendum ꝙ. xx. vel. xxx. milia hoĩm ſic numero tam magno dãnentur: cũ raro reſtituãt. ¶ Reſpõdetur. interdũ immo plerũqꝫ qñ tñ eſt inter vtrũqꝫ Britãnoꝝ regnũ pax ⁊ concordia: finitimi plurimi ſubtrahũt clanculũ a ſe inuicem hoſtiliter noctu: imo a ſuis ſi cõmodius poſſint ꝙ̃ ab hoſtibus. tales q̃ fures ſunt ⁊ grauiter peccãt: ⁊ raro reſtituunt imo rariſſime: concedo a multis preteritis annis viuere in ſtatu dãnationis. Hoc nãqꝫ inter eos ita cõmune eſt: vt maiores ⁊ animoſiores predones putent valentiores viri: et in bona fama extollantur. et ſic ad latrocinia animantur. Reges vero in hoc ambo omittũt: et locum tenẽtes principes multo magis: quibus reges dant talium rerũ curã: ſed ſuis nimis indulgent: putant enĩ manutenere per hoc cordatos viros: q̃ ſi eos tẽpore pacis e medio tollerent/ deficerent viri tempore belli. Quãobrem in punitione iſtorum finitimoꝝ principum reges cõuenire deberent. Cum aũt eſt bellum indictũ a regibus: vtraqꝫ pars habet cõſenſum virtualem regum ad ſua repetẽda: que alia via haberi non poſſunt. Sed vnũ illic eſt ſummopere notãdũ: ꝙ ſcꝫ dñs finitimus primo frãgẽs federa pacis multũ delinqt: ⁊ eſt cã lõgi belli futuri. ꝓpterea debet puniri: vt ceteris cedat in exemplũ: ⁊ habeat pax in republica: forte enĩ vnus finitimus potẽs occaſione parua data ab aduerſarijs vel q̃ nõ cõtẽtus de ſuo rege: patriã viciñã oppoſitã ingreditur: aliquos vicos hoſtiliter ſpolians: ⁊ nobiles oppoſiti ablata recuperare ſtudẽtes ſimile faciũt. Ecce quomodo plerũqꝫ violat pax: et cũ iſti non puniunt a ſupioribus crebro hec attẽtãt in bonoꝝ viroꝝ iacturã. ita vt plurimi finitimi pace relicta et agroꝝ cultu: accingãt ſe ad arma. hinc furta/ rapine/ homicidia/ ⁊ multa mala ob negligẽtiam regum ⁊ locorum tenentium proueniunt.

¶ Quarto arguitur. ex dictis bellum eſſet iuſtũ vbi homo occidit inuaſorem ꝓ defenſione ſui corporis q̃ aliter euadere nõ poteſt. ꝯſequẽs eſt falſum: q̃ occidẽs eſt irregularis ſaltẽ ſi fuga poteſt ſibi ſuccurrere: ⁊ irregularitas nõ infligit niſi ꝓ pctõ. ¶ Pro ſolutione argumẽti notabis. ꝙ licet aliq̃ tenuerint nemini licere occidere ĩuaſorẽ ꝓ tuitione ſue vite. vt Hugo: hoc tñ nõ eſt rõnabile. Alij tenent ꝙ nõ licet eccleſiaſtico vel religioſo. Neutrum placet: q̃ vim vi repellere licet cum moderamine ĩculpate tutele. ff. de iuſti. ⁊ iur. l. Ut vim. vbi dicit imperator: vt vim atqꝫ iniuriã ꝓpulſemus. nã iure hoc euenit vt qḋ q̃ſqꝫ ob tutelã corporis ſui fecerit: iure feciſſe exiſtimet. Non valet gloſſa Accurſij dicentis hoc eſſe verum iure fori: ſed non iure poli. Dico et iure fori ⁊ iure poli. ꝓbat. rõnabilius eſt vt vita innocẽtis ſaluet ꝙ̃ nocẽtis q̃ inuadit. ⁊ ordo charitatis ſuffragat q̃ incipit ab habente. Hoc idẽ ptꝫ ad leg. Aquiliã. Sed ⁊ ſi q̃cũqꝫ. Idẽ eſt ob tutelã reꝝ ſuaꝝ. C. vnde vi. l. j. Itẽ niſi ſic: dabit occaſio maleuolis bonos ⁊ inoxios pimendi. ⁊ ſi aliter euadere nõ poſſit nullã irregularitatẽ ĩcurrit. vt patet de homicidio. Si furioſus. in Clemen. Ab iſto aũt iure naturali nulla lex poſitiua niſi eſſet ſpecialiter diuina excipit: ⁊ ꝓpterea hoc licitum eſt in eccleſia dato ꝙ pollueret: qḋ eſt falſum: cũ eccleſia poſſit reconciliari: homo aũt occiſus naturaliter nõ poteſt reſtitui. Q̃ illud ſit falſum patet. ad hoc vt polluat reqrit effuſio ſanguinis iniurioſi: vt notat in. c. vnico. de conſecra. eccle. lib. vj. Et iſtud eſt licitũ celebrãti ſi inuadat: ⁊ aliter euadere nõ poſſit. ratio eſt: q̃ ꝓpter ĩpedimẽtũ corporale ſupueniẽs: officiũ dimittit inexpletũ. vij. q. j. Illud. et. c. Nihil. ſed hic eſt grãde impedimẽtũ celebrãti: imo mortis piculũ. ergo licitũ eſt ꝑtermittere officiũ et liberare ſe a piculo occurrẽte. ⁊ ĩuadẽte occiſo põt reaſſumere officiũ/ ꝯtinuãdo vbi reliq̃t: q̃ nec peccauit nec irreglaritatẽ incurrit: vt dicit illa Clemẽtina Si furioſus. Moderamen aũt vocat inculpate tutele qñ homo ſic ſuum corpus tuet vt in eius tuitione non peccet: q̃ ſi excederet eẽt culpata tutela: nec eẽt moderamẽ. Et ptꝫ hoc amplius: ſit aliq̃s me inuaſurus de quo ꝓbabiliter multũ iudico ꝙ me occidet ĩiuſte ſi expectẽ: ſed ꝑuenio ictũ eius forte eũ occidẽdo: ſi iudicarẽ eũ daturũ mihi ſolã alapã: nõ debeo eũ occidere ad ſeruãdũ me ab illa alapa: quia illa tutela eſt culpata. niſi ſit veroſimile ꝙ ſit ita robuſt⁹ ⁊ ego ita debilis vt el⁹ alapa me occidat: tũc enĩ ferro poſſum ꝑuenire ictũ. ratio eſt: poſſum ſeruare meũ corp⁹ oĩ mõ mihi licito: ſuppono me nõ poſſe id facere ſine ferro. ſuppono ſẽp ꝙ recte iudicẽ vl' inuĩcibilr ꝙ ſub deo. propterea doctor ſubtilis: tam in Quarto/ ꝙ̃ in Tertio: dicit ꝙ plus debet viator cauere peccatuꝫ in ſe/ ꝙ̃ in humanitate Chriſti. ⁊ ſm ordinẽ charitatis debet plus homo ſe diligere ꝙ̃ quãcũqꝫ mortalem nũc creaturam: vt notũ eſt. ergo potius debet ſibi ipſi velle bonum tam in bonis fortune ꝙ̃ corporis: ꝙ̃ cuicũqꝫ alteri: et potiſſimũ anime ad merẽdum: ⁊ vt maiorẽ habeat beatitudinem. ſed mereri nõ poteſt niſi in corpore mortali: quia core ſublato aĩa ſeparata non eſt viatrix nec in ſtatu merendi: ergo debet homo eniti ſeruare ſuum corpus ne occidatur ab inuadente iniuſte: ⁊ potiſſimum ſi corpore in hac mortali vita bene vti ꝓponit. ¶ In oppoſitum arguitur. inuaſus potiſſimum ꝓbabiliter exiſtimãs ſe eſſe in gratia cõmiſeretur iniuſte inuadentis quẽ mortaliter delinquere nouit in illo actu inuadẽdi ⁊ volendi perimere inuaſum: cum ſm Pſalmographũ Mors peccatoꝝ peſſima. nec reſiſtit repercutiendo ꝙ̃uis nullus ſit alius modus ꝙ̃ repecutiendo ſui corporis ſeruandi. Durum certe videtur ꝙ iſte peccet potiſſimum vbi ita in intellectu iudicat: ⁊ illũ reipublice opinatur futurum vtilem. ¶ Propterea pro nũc reor talem paſſiue ſe habẽdo nullatenus delinquere: ꝙ̃uis in oppoſitum ſit color replice. et cum hoc tenendo (qḋ probabilius cenſeo) ſi ſint duo in extrema neceſſitate quorum vtriqꝫ eleemoſyna ſit danda de precepto: quorum vnum noui mortaliter malum ⁊ alterum bonum: ⁊ habeam ſolum quo vni ſuccurram: potius danda eſt eleemoſyna bono ꝙ̃ malo. ¶ Hoc iacto fundamento probabili ſuperaddo: mitius agẽdum eſſe cum amico ꝙ̃ cum extraneo: et cum benefactore ꝙ̃ cũ alio. Nã raro eſt ꝙ bñfactor licet excedat in ꝑcutiendo occidat vel enormiter mutilet: licet ſupiores nũꝙ̃ excedãt in ꝑcutiẽdo. Hec dico ne locũ dem⁹ ĩferiorib⁹ in ſupiores inſurgẽdi. ꝓpterea oẽs iſti habere debẽt rationem preminentie ſeu ſupioritatis. et dato ꝙ effugere nequeãt: nõ debẽt iudicare ſuos bñfactores velle ſe occidere. ꝙ ſi ita iudicent: fortaſſe ſatius eſt pati mortem. ¶ Secũdo ptꝫ ꝙ q̃libet debet iuuare viciñũ ne occidatur ſi põt ſine ſuo piculo/ etiã cũ aliq̃li corporis iactura: quẽadmodũ in caſu debeo ſuſtinere magnã ĩnediam ne frater moriat fame. q̃ eſt in extrema neceſſitate. ⁊ iſtud etiã ptꝫ. xxiij. q. iij. Nõ ĩferẽda. ⁊. lxxxiij. diſ. Error. etiã licet ſit ꝓbabile ꝙ aliquã paruã iacturã habebit in corpore ſi iudicet ꝙ alter aliter euadere nõ põt. Nã ſi eẽt in domo cõburẽd⁹: poſſum ⁊ debeo ei ſuccurrere ſi poſſim ſalua vita cũ aliq̃li corporis piculo. vñ Ambro. j. lib. de offi. Qui enĩ nõ repellit a ſocio iniuriã ſi põt: tã eſt in vitio ꝙ̃ ille qui facit. Ad hoc ĩtroducit factum Moyſi iuuãtis fratrẽ ꝯtra Aegyptiũ. Exodi. ij. ⁊ Prouer. xxiiij. ait Salomon. Eripe eũ q̃ ducit ad mortẽ. et hoc ſi iniuſte ducatur. ¶ Tertio ſequitur. ſi homo defendendo ſeipſum cum moderamine inculpate tutele ſe mutilet vel occidat: vitat penam irregularitatis: non aũt ſi alterum defenderet: etiã patrem vel matrẽ. vt dicit glo. ſup cap. Si furioſus. de homi. in cle. Sed iſtis penis canonicis non eſt inſiſtendum. et cauſa eſt: q̃ ego poſſum occidere inuadẽtem me cũ moderamine inculpate tutele in quocunqꝫ loco vel quocũqꝫ tempore: q̃ ſi non impediretur a me: me occideret iudicio prudẽtum: ⁊ me occiſo ei debetur vltimum ſuppliciũ ſm leges a legiſlatore publico la

taſ.ſuppono ꝙ nõ poſſim vitã meã tueri eũ tenẽdo/vel arma ab eo capiẽdo:qꝛ ſi hoc poſſim/male ago occidendo eũ:cũ aliter vitã ⁊ qdẽ honeſte tueri poſſim.⁊ cũ non adſit legiſlator nec aliqs aliꝰ ad miniſtrandã mihi iuſtitiã : ratio naturalis cõmittit mihi vices iudicis vt me tuear.reo enĩ nunq̃ꝫ denegatur defenſio etiã excõmunicato:ſecus eſt de actore.Nam cũ alter me inuadit:perſonã actoris etiã atrocitate quadã inuadit. Etiã rationabile eſt ꝙ nocẽtum peccata de medio tollãtur: innocẽtibus cõſeruatis:potius q̃ꝫ cõtra.modo reus eſt innocẽs: ſaltem eſt innocẽs ne hoc modo perimatur. ¶Quarto patet ꝙ peruerſus eſt mos alicubi ſeruatus:vt Pariſijs duobus pugnãtibus/vicinos ſe non interponere ad eos ſeparãdos:etiã vbi poſſint ſine diſcrimine vite. ¶Quinto ſequit̃ ꝙ homo poteſt et debet dulci eloquio inuaſorẽ mulcere ne ſe inuadat: niſi fuerit talis cuius eloquiũ ipſum loquentẽ timoris ⁊ infamie notaret.qd̃ eſt perrarũ: qꝛ cum ſuaui eloquio ſtat virũ intrepidũ in cõſpectu videntiũ aſſiſtere: ita vt iudicet̃ alio ⁊ prudẽtior ⁊ aĩoſior. vel poteſt addere verba per que ſua fama non denigret̃ quãtũcũq̃ꝫ nobilis fuerit:vt dicẽdo.frater mi:ſi in te peccauerim vel in tuos proboꝝ ſentẽtie paratus ſum acqeſcere:nec expedit mihi minari : qꝛ famam vite prefero:⁊ alterius noſtrum vita iacietur in alea:quod nec tibi nec mihi vellẽ. ¶Ultimo infero.ꝙ modus ille fugiendi eſt nullus qui in Britannia eſt ſatis cõis.dũ.ſ.eccl'iaſticus laicũ inuadit: ad triũ pedũ interuallũ laicus retrocedit trahẽs lineã ex trãſuerſo enſe vel baculo:ꝓhibẽs eccl'iaſtico ne appropinquet ſub pena que ſequetur.

¶**Quinto arguitur, ſequitur ex di**ctis ꝙ ſi fortes Hiſpanus bona Platonis Galli abſtulit : Plato Hiſpaniã ingrediẽs bona Ciceronis Hiſpani licite tollit:vt plerũq̃ꝫ in regionibus fit. ſed ꝓbo ꝙ male agit:qꝛ Cicero nõ nocuit ei nec cooperatus eſt forti ad ablationẽ bonoꝝ Platonis . ergo iniuſte Plato tollit eiꝰ bona. ¶Reſpõdet̃.cũ oẽs finitimi Hiſpani iuuẽt ſe mutuo:⁊ Plato nõ poſſit habere ſua bona a forte:tollit ea a cooperantibus vere vel preſumptiue. nec eſt ſimile: ſi tu fraudas me vno ſcuto ſophiſtico ꝙ ego poſſim illud ſcutum ponere in manus alterius innocentis.

¶**Contra tertiam concluſionem cum** parte quarte arguit̃ ſic.ex illis duabus concluſionibus ſequit̃ ꝙ aliquod bellũ eſt in parte iuſtum et in parte iniuſtum:cũ ex parte ſuperioꝝ ſit iniuſtum ⁊ ex parte inferioꝝ iuſtum. cõſequens eſt incõueniens:qꝛ quibus bellũ eſt iuſtum/vel tale putatũ:non tenentur reſtituere ablatum:alij aũt tenentur ablatũ reſtituere. ⁊ idẽ poteſt eſſe ex parte oppoſita. ¶Reſpondet̃ concedẽdo illatũ:⁊ poteſt eſſe ex parte duorũ exercituũ oppoſitoꝝ probabilis ignorãtia:interdũ quo ad ſuperiores ⁊ inferiores: interdũ quo ad ſubditos tñ. vt Lucanus de bello inter Ceſarem/et Põpeiũ dicere videt̃ primo Pharſalie. Quis iuſtius induat arma Scire nefas: magno ſe iudice quiſq̃ꝫ tuetur. ⁊ ij quibus eſt ignorãtia probabilis: non tenẽtur reſtituere:alij autem reſtituere deuinciuntur.

¶**Ecce quid eſt bellum: & quod iu**ſtum:⁊ qd̃ iniuſtũ : et ꝙ laicis pugnare in bello iuſto eſt honeſtum:non aũt clericis ꝓpter prohibitionẽ poſitiuã humanã ⁊ rationabilem: qꝛ enĩ ſunt mãcipati cultui diuino ſpecialiter:⁊ dei filiꝰ in noua lege incarnatus tãq̃ꝫ ouis ad occiſionẽ ſine reſiſtentia ductus eſt: rationabile eſt:vt ab hoc genere belli ſe contineant.Et cũ in bello ex parte alterius iniuſto rapiẽs nõ acquirat rei capte dominiũ:tenetur ad reſtitutionẽ rerũ quas rapuit. Sed ſi aliquis laicus clerico dono dederit rem acquiſitam in bello iuſto ex parte laici : hanc rem licite poſſidet clericus.Et ex illo pt5 ꝙ ſacerdotes Britãni potiſſimum noſtrates ⁊ in aliquibus diocesibus Anglie peccãt pugiones ferentes: etiã vbicũq̃ꝫ maneãt : vix tñ vnus inter viginti nõ fert.dãda eſt venia ꝙ iter equitãdũ enſem cum clypeo ferãt.nã opꝰ eſt armis defenſorijs ꝓ tpe et loco. Memorie mãdabis ꝙ in ablatione bonoꝝ nõ debet tolli vltra ablata et expẽſas eoꝝ qbꝰ illa bona recuperant̃: qꝛ ſi qſpiã debeat mihi cẽtũ:⁊ ego exponã decẽ ꝓ acqſitione eoꝝ:tenet̃ in foro ꝯſcientie mihi reſtituere decẽ vltra cẽtũ.Ampliꝰ diximꝰ parcẽdũ eſſe eccleſiaſticis:pauperibꝰ pueris ⁊ mulieribꝰ:nec vlla vis eis inferenda eſt. Hinc dicit̃ de treug.⁊ pa.c.ij.Innouamus vt pſbyteri/monachi/conuerſi/ꝑegrini/mercatores/ruſtici / euntes vel redeũtes/vel in agricultura exiſtẽtes:⁊ aĩalia qbus arãt/ſecuritate letent̃. Preterea cũ multa incõueniẽtia in bello ꝯtigere ſoleãt;vt rapine creberrime iniuſte:exceſſus in rapiẽdo:intẽperãtia:luxus : nulla vel pauca religio:qꝛ auctor pacis nõ colit̃ niſi tpe pacis: regũ intereſt paci ſtudere ⁊ ꝯſulere ſaluti ſubditoꝝ tã in terra q̃ꝫ i mari. Poſſunt tñ reges et debẽt remittere multa mala perpetrata:vt in bonis fortune:⁊ homicidia ꝓ pace habenda:vbi alia via haberi non poteſt. Et licet multis ſubditoꝝ hoc diſpliceat:ſufficit ꝙ diſplicere nõ debeat.regis nãq̃ꝫ eſt ĩtueri ſalutẽ totius reipublice etiã cum iniuria vnius partis:vbi enĩ aliter ꝓcedere nõ põt:vtiliter gerit negocia ſuoꝝ. Uideãt vlterius reges q̃ ꝓ ſuo arbitrio ⁊ vt animoſi p̃dicent̃ vel auctores ĩperij: mouẽt ꝯtra exteros bellũ vbi via pacis poſſent ſua bona et ſubditoꝝ recuperare:an grauiter delinquãt:⁊ hoc inueniẽt creberrime:⁊ preterea ꝙ reſtituere teneantur dãna que incurrunt ſubditi. nam qui occaſionem dãni dat: dãnum dediſſe videtur. de iniur. ⁊ dãno da.capi.vlt. Corã deo aũt et prudẽtibus magis magnificabũtur pacem alendo cũ proximis:ſtudendo ſubditoꝝ vtilitati/ q̃ꝫ temere mouendo bellũ:cuius euẽtus eſt fortuitus ⁊ incertus. Uarius enĩ eſt euẽtus belli:⁊ nunc hũc : nunc illum cõſumit gladius.ij. Reg.xj. qꝛ pro vtilitate reipublice que tempore pacis potiſſimum coaleſcit/inſtituuntur reges. et teſte Maſiniſſa apd̃ Salluſtiũ. Cõcordia parue res creſcũt: diſcordia magne dilabũtur. Nunq̃ꝫ ergo pugnandũ eſt qñ iniuria regi vel ſubditis illata poteſt alia via honeſtã q̃ꝫ bello recuperari. vbi tñ hoſtis eſt inſolẽs ⁊ ſuperbus: reſtitutionis negligẽs:pugnãdum eſt:vt doceatur poſſe habere parẽ. ¶Et ex iſtis datur aditus ad repreſſaliarum materiã:que ſunt licite aliquibus cõditionibus requiſitis ⁊ nõ aliter. Primo vt ſit notabilis iniuria ⁊ leſio iuſtitie : adeo vt ſuperior ledẽtis requiratur pro iuſtitia adminiſtrãda ſi adiri poteſt: puta qꝛ iniuria affectus nõ plus expẽdit eum adeũdo/ q̃ꝫ recuperare poſſit facta iuſtitia. Deide adeat ſupiorẽ ꝓpriũ ĩiuriã paſſus:⁊ ab eo ꝓcuret facultatẽ rapiẽdi tãtũdẽ bonoꝝ quãtũ amiſit:a quocũq̃ꝫ laico ſubiecto tali ſupiori negligẽti:⁊ nullo pacto auferat vltra dãnum qd̃ paſſus eſt et ſuum intereſſe (vt dicũt)alioqñ tenebit̃ ad reſtitutionẽ.Et idẽ eſt qd̃ in bello iuſto quo ad recupationẽ bonoꝝ ablatorũ. Declaro exẽplo . Hiſpanus in mari oceano tolit nauim ciuis Depenſis mercibꝰ onuſtam:querimonia facta eſt Regi Hiſpano:et mala iuſtitia miniſtrata vel nulla . Depẽſis mercator habita facultate:⁊ veritate cognita:vnas lr̃as a ſuo rege obtinet: quibus conceditˀ facultas a quocũq̃ꝫ Hiſpano tollendi equiualẽtia bona. ſi ſub hoc p̃textu a non ſubiectis Hiſpano regi qcq̃ꝫ tollat: vel ab Hiſpano vltra ſuum intereſſe et bona ablata:in foro anime tenet̃ reſtituere. Iſta enim materia/ qꝛ odioſa eſt / non debet extendi ad Hiſpanos extra Hiſpaniã cõmorantes.



¶Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio xxj.

**IN ſuperioribus duabus** queſtionibus de homicidio ⁊ bello loquuti ſumus:⁊ diximus aliquod homicidiũ eſſe licitũ ⁊ meritorium. Similiter aliqd̃ bellũ iuſtũ eſſe:⁊ aliquod iniuſtũ:⁊ bellũ nũq̃ꝫ ſuſcipiendũ eſſe diximus:vbi pace violata iuſtitia poteſt inſtaurari ſeu reordinari :et hoc ꝓpter abuſus qui paſſim in bello contingũt:vt virginũ ⁊ ceterarũ mulieꝝ violatio ſeu defloratio:inſontes plerũq̃ꝫ leſi: innocentuꝫ bona crebro ablata:ex diuitibus facti inopes/vitã ęrũnoſam coacti ducere homicidia ⁊ cetera id genus exercẽtes. Pax aũt q̃ eſt finis belli iuſti/oĩ ratione eſt q̃renda:⁊ inquiſita ꝑſequenda ẽm illud Pſalmographi. Inquire pacem ⁊ ꝑſequere eã , Pſalmo.xxxiij. ⁊ Ueritas de celo proſpexit:iuſtitia ⁊ pax oſculate ſunt. Pſalmo. lxxxiiij. Et Heſter.xiij. Ut abſq̃ꝫ vllo terrore vitã ſilentio tranſigentes/optata cunctis mortalibus pace fruerent̃. Sine pace enĩ non eſt iuſtitia. Propterea Saluator noſter Ioannis.xiiij.nobis hanc in teſtamẽto reliqt inquiens. Pacẽ relinquo vobis:pacẽ meam do vobis. Ut itaq̃ꝫ ſimus eius heredes/pacẽ in qua auctor pacis colitur ineamus nõ horrida bella/niſi vt pax habeatur/ ſuſpiciamus. Sed cũ nobis iuſtis occurrit materia bellandi:pugnare nõ eſt illicitum. Adhuc pro huius materie deductione. Tertio queritur an licitũ ſit Chriſtiano viro vocare in ſuũ auxiliũ infideles cõtra Chriſtianos.

¶**Pro ſolutione queſtionis pono hac** concluſionẽ affirmatiuã. Chriſtianis lꝫ in caſu accerſere infideles in ſuam opem. Probat̃. Iudei fideles inierunt pacẽ cum infidelibus:ergo chriſtiano fideli lꝫ inire pacẽ cũ infideli quatenus infidelis ſit ſibi auxilio. conſequẽtia eſt nota.quia eadem eſt ratio de Chriſtiano nũc qui ſolus fidelis eſt:⁊ de iudeis in lege Moſaica. Antecedens patet ſic. Machabei viri boni ⁊ timentes deum audientes magnas Romanorũ laudes ⁊ virtutes miſerunt ad eos:⁊ cũ eis percuſſerunt fedus. vt eſſent auxilio populo dei cõtra reges Syrie ⁊ vicinos. vt dicitur. p̃mi Macha.viij. vbi ſic ſcribitur. Et elegit Iudas Eupolemiũ filium Ioãnis filij Iacob:⁊ Iaſonẽ filiũ Eleazari:⁊ miſit eos Romã conſtituere cũ illis amicitiam ⁊ ſocietatem:⁊ vt auferẽt ab eis iugũ Grecorum:quia viderũt ꝙ i ſeruitutẽ premerẽt regnũ Iſrael. Et ſequitur in littera. Et hoc reſcriptũ quod reſcripſerũt(Romani) in tabulis ereis:⁊ miſerunt in Hieruſalem:vt eſſet apd̃ eos ibi memoriale pacis et ſocietatis. Bene ſit Romanis et genti Iudeorum in mari ⁊ in terra ineternũ/ gladiuſq̃ꝫ ⁊ hoſtis procul ſit ab eis/⁊ que ſequuntur. Et iterum cum Simone renouate ſunt ille amicitie. p̃mi Machabeorũ.xiiij. Et Ioſue inijt fedus cũ Gabaonitis. vt patet Ioſue.ix.⁊.x. Quia forte dicere poſſes ad primũ adductũ de Machabeis ꝙ ipſi inierunt pacem cuꝫ infidelibus:vt infidelibus reſiſterent a quibus opprimebãtur: probatur etiam contra fideles. nam primi Regum xxviij. Dauid inijt pacem cum Philiſteis:⁊ cum eoruꝫ rege ſcilicet Achis:vbi dicit̃. Dixitq̃ꝫ Dauid ad Achis nunc ſcies que facturus eſt ſeruus tuus : vbi gloſſa interlinea. Pro te contra hoſtes tuos. Sed dicis. illic Dauid intendebat cum ſexcentis viris ſuis opem ferre infideli viro cõtra populum dei:⁊ ita non eſt ad propoſitũ. Sed hoc nõ excludit argumentum : quia Dauid habebat ius in regno Iſrael celitus collatum a deo:et poterat illud acquirere virtute armorum nacta oportunitate:⁊ in tali bello iuſto poterat vti licite ope Philiſtinoꝝ. Nam erat ei probobile ſi Philiſtei haberent victoriã/ ꝙ Achis ſibi amiciſſimus ſe iuuaret ad poſſidendũ regnum:quia habita victoria Philiſtei illud regnum nõ poſſederunt: ſed in terram ſuam reuerſi ſunt. Iſtud pt5 ex Ambroſio:⁊ recitatur.xj.q.iij.cap. Iulianus. vbi dicitur. Julianꝰ Imperator q̃ꝫuis eſſet apoſtata : habuit tamen ſub ſe chriſtianos milites:quibꝰ cum dicebat: ꝓducite aciem cum defenſione reipublice obediebant ei. Item arguitur ratione. ſi fortes habeat verum ius ad a regnum qd̃ detinetur a Tyranno habet iuſtam cãm bellandi cõtra tyrannum pro ſui regni recuperatione:ergo quotũcũq̃ꝫ ope vti poteſt pro recuperatione illius regni Preterea ſi viginti fideles viri inuadãt fortem fidelem eũ occiſuri:fortes poteſt implorare opem infidelium ꝓpinquorũ: vt ſibi ferant ſuppetias pro defenſione ſui corporis . Sufficit enim ꝙ teneant ei fidelitatẽ in illo. Eodẽ modo poteſt accerſere infideles:vt ſint ſibi auxilio ꝓ rebus ſuis iniuſte ablatis incontinenti : quia hoc eſt vi vi repellere cum moderamine inculpate tutele / ex queſtione p̃cedente. ergo eodem modo poteſt vocare infideles pro recuperando ſuo regno. In hoc enĩ nulla lex poſitiua humana poteſt ei preiudicare.

¶**Sed cõtra hanc concluſionẽ argui**tur ſic. fideles adducti a Iuliano imperatore nolebant pugnare cõtra chriſtianos ſub ĩfideli imperatore :ergo nõ licet fideli capere auxilium ab infidelibus. Antecedens patet:qꝛ in dicto ca. Iulianus/ſtatĩ ſequit̃. cũ aũt diceret eis:producite arma in chriſtianos:tunc cognoſcebant imperatorem celi hoc eſt prodire nolebãt ad bellum cõtra chriſtianos. ¶Reſpondet̃. illud bellum erat iniuſtũ ex parte imperatoris:qui volebat tollere chriſtianos de rerũ natura eo ꝙ Chriſtum colerẽt. ſed tamen illi chriſtiani pugnare poterãt contra alios chriſtianos ſi peccaſſent in ĩperatorẽ. ſicut noſtri chriſtiani pugnãt iuſte cõtra alios chriſtianos:vt patet ex queſtione precedẽte. ¶Secũdo arguitur. Clemens quintus in concilio Uiennẽſi/prout habetur in Clementina vnica in .§. Porro. de iureiuran. dans formã regi Romanorum iurandi:dicit ſic iurandũ eſſe:ꝙ nũq̃ꝫ cũ Sarraceno/ Pagano/ſchiſmatico ſeu alio quolibet cõmunionẽ catholice fidei nõ habẽte aut cum aliquo alio p̃fate eccleſie inimico vel rebelli ſeu eidẽ manifeſte ſuſpecto vnionẽ quãlibet ſeu parentelã aut cõfederationem iiret. ¶Reſpõdeo dupliciter. Primo. licet Romanus põtifex ſit ſup imperatorem in terris eccleſie quas tenet pro defenſione eccleſie: non tamen eſt idem de alijs regibus : nec de ducatu Auſtrie quem non tenet ab eccleſia. Secundo dico ꝙ illa eſt lex poſitiua pontificis:et poteſt imperatorem in caſu ab illo iuramento abſoluere. ¶Tertio arguitur. ſecunde ad Corinthios.vj. ſcribitur. Nolite iugum ducere cũ infidelibus. Que enim participatio iuſtitie cum iniquitate: aut que ſocietas luci ad tenebras: que autem conuentio Chriſti ad Belial: aut que pars fidelis cum infideli: ergo ſi non licet fideli cohabitare cũ infideli/non licet cuiquã eos ſecum aſſumere in bello. ¶Reſpondetur. non eſt ex ſe maluꝫ verſari cum infideli:ſed gloſſa interli. ſup illo verbo(nolite iugum ducere) exponit nolite eſſe ſocij malorũ. hoc ẽ nolite ꝯmunicare cũ eis ĩ malitia:cũ fideles lucem Chriſtũ colant ⁊ ſaluti ferã doctrinam habeãt:alij autẽ tenebras. Epilogando dico ꝙ fidelis poteſt querere opem ab infideli cõtra

infidelem: quemadmodū Machabei/et noſtri Chriſtiani implorarunt opem Tāberlanis Perſarum regis pugnaciſſimi cōtra Pazaiten Turcarum principem. poſſunt etiam fideles in aliquo euentu implorare opem infidelium contra fideles: cauendo ne id cedat in iacturā reipu. chriſtiane. hoc eſt vocādo eos in pauco numero: ſic vt poſſemus eos opprimere ſi forte cōtra chriſtianos inſurgerent: et prouidendo ne eorum aduentus fieret pernicioſus quo ad ſequelam: ita vt aperiretur eis via in limitibus nos inuadendi: et cogendo eos ne contra fidem blaſphemarent: vt Iudeos nobiſcum cohabitantes cogimus.

DVbitatur circa iſta: an liceat vti inſidijs in bello. Secundo dubitatur an homo teneatur reſtituere ſua que furto vel rapina abſtulit ab iniuſto poſſeſſore. Tertio dubitatur de his que recuperantur ab hoſtibus per milites an ſint reſtituenda primis dominis: et quomodo bona in bello ſint partienda. ¶ Ad primum dicitur ꝙ inſidie ſunt licite in bello iuſto. nam Ioſue tetendit inſidias cōtra vrbem Hai/edoctus ab oraculo. Ioſue. viij. Homo etiā poteſt occultare verum qđ non tenetur dicere. quā materiam qꝛ alibi latius deduxi/non inſiſto. ſed tamen homo tenet̃ ſeruare promiſſum verbale hoſti. Propterea Sedechias. ij. Paralipo. xxxvj. arguitur. eo ꝙ fregit iuramētū qđ fecerat regi Nabuchodonoſor. Sic enim illic ſcribitur. A rege quoqꝫ Nabuchodonoſor receſſit q̄ adiurauerat eum per deum. ¶ Ad ſecundam dubitationem reſpondetur. ſuppoſito ꝙ Sortes a me abſtulit duos boues vel veſtē: ſi ſine interpolatione tēporis: hoc eſt incontinenti vt in queſtione precedente loquuti ſumus. argumento quarto: abſtulero violentia equū Sortis: non teneor reſtituere ei ſuū equū niſi ipſe mihi meos duos boues reſtituerit/niſi equus plus valeat: quia ſi equus eius valeat duo ſcuta vltra quinqꝫ boues: teneor dare ei quinqꝫ ſcuta. non tamen eſt idem incontinenti ⁊ cum interpolatione. patet per ſimile ex Deuteronomio. in cuius. xix. capi. ſcribitur. ꝙ ſi aliquis nō de induſtria interfecerit aliquem: propinquus occiſi impune poterit incontinēti occidere occiſorem dummodo dolore ſtimuletur: etiam dato ꝙ prior occiſor non fuerit reus mortis: multa enim perpetrata inſtante dolore remanent impunita: que ſi ceſſante dolore fierent/eſſent punienda. Sed ſi tempore īterpolato conetur rem ſuam recuperare per violentiam: improbe agit. Non enim oportet perturbare politiam et rempubli. et ſibiipſi miniſtrare iuſtitiam. Tamen non tenetur rem ſuam reſtituere illi qui nihil iuris habuit in re ſua: quia in caſu talis non aufert rē alienam ſed ſuam vel ſibi debitam: et per conſequens talis ablatio nec eſt furtum/nec rapina: cum non auferat illud animo lucrādi: nec noceat proximo. et ratio eſt: quia nullus tenetur ad reſtitutionē rei ſibi debite illi cui non debetur: quia fruſtra reſtitueret qđ iterato ſibi reſtitui debet. Et loquor de foro conſcientie. Aliter enim fieret in foro exteriore. tamen ſi fuerit condēnatus in foro contradictorio: perdet per modum pene: que tunc ſoluenda eſt cum eſt dānatus. ¶ Ad primam partem tertie dubitationis reſpondetur ꝙ debent reſtitui eis quorum primo erant. ff. de captiuis. l. j. et. ij. hoc eſt verum in rebus que habent poſtliminium: qđ eſt ius qđ debetur captiuis poſtq̄ a captiuitate liberati ſunt: vt ſunt equi: naues onerate/currus/et boues: et hoc niſi lex municipalis preiudicet. ¶ Ad ſecundam partem dubij dicitur ꝙ in multis locis captus in bello fit ſolius capientis. alia autem bona vt boues/oues/et equi diuiduntur a prefecto militū. Et quia leges conſuetudinarie in iſtis ſufficiūt: propterea circa tales leges humanas nō eſt inſiſtēdum.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxij.

QVæritur q̄rto adhuc continuando materiam belli et homicidij. An homo dānatus ad mortem poſſit aufugere licite. Pro queſtionis ſolutiōe ſcito ꝙ aliquis interdum eſt iniuſte damnatus: ⁊ hoc poteſt eſſe multifariā. vno modo quia iudex iniuſte procedit. Alio modo qꝛ eſt ꝓbatus nocens teſtibꝰ omni exceptione maioribꝰ: ⁊ iudex ſcit oppoſitū vt ꝑſona priuata iā ſm̄ opinionem ꝓbabiliorem iſte eſt iuſte condēnatus a iudice: ſed iniuſtitia venit a teſtibus tm̄. ¶ Pro oībꝰ his modis ponit̃ hec concluſio: ꝙ ſic dānatus ad mortem debet aufugere. iuxta illud Maronis. ij. Aeneidos. Eripui (fateor) leto me ⁊ vincula rupi. Probatur concluſio. Quilibet tenetur ſeruare ſuam vitam: niſi conſtet ꝙ occurrit cauſa abſoluēdi ſe a cōſeruatione vite: ſed in ꝓpoſito hoc non contingit: quia ſemper ſententia eſt iniqua: vel ex parte iudicis/vel ex parte teſtium: nec eſt in caſu fidei vt martyres: qui interdum de precepto erant abſoluti: interdū de conſilio: vt poſthac diſtinctiōe. xlix. huius dicemus. Sed vbi q̄s iuſte eſt condēnatus: eſt maior difficultas: ⁊ opinor illā partem ꝓbabilē ꝙ poteſt aufugere dūmodo nulli inferat iniuriam. cui aſtipulari videtur Canon Innocens. xxij. q. iiij. vbi dicitur ꝙ licet reo corrumpere aliquem ꝓ vita conſeruāda. Idem patet. ff. de bo. eorum qui mor. ſibi conſci. l. j. vbi dicit lex. Ignoſcendum cenſuerunt ei qui ſanguinē ſuum qualitercūqꝫ redēptū voluit. ⁊ hoc vbi putat̃ eſſe mors aut mutilatio. ¶ Sed contra hoc arguitur. Iſte non habet dominiū ſui corporis: ſed lex ⁊ reſpublica: ergo aufugiendo illud tollit qđ eſt legis. ¶ Inſup ſequit̃ ſi hoc ſit verum ꝙ poſſit infringere carcerē vt euadat: cū in extrema neceſſitate omnia ſint ei cōmunia: vt dictum eſt ad ſuccurrēdum ſue vite: ſi non poteſt aliter euadere: niſi frāgat oſtium. ergo hoc eſt ei licitum. qđ ſi concedas: poteſt inſurgere et bellare contra cuſtodē carceris eū occidendo ꝓ liberatione ſue vite: cū aliter non poſſit ſue vite ſuccurre. qđ ſi iterū concedas: contra. bellum eſt iniuſtum ex parte eius et iuſtum ex parte cuſtodis. ¶ Ad primum concedo ꝙ non plenum dominium ſui corporis habet actu: ſaltem tunc non habet vſum ſui corporis: ſed alius eū tenens. poſtq̄ autem aufugit: plenum dominium habet. Et eſt analogia de ſeruo. Inſtitu. de re. diui. §. Item ea que ex hoſtibus capimus: iure gentium ſtatim noſtra fiunt: adeo quidem vt et liberi homines in ſeruitutem noſtram deducātur: qui tamen ſi euaſerint a noſtra poteſtate: et ad ſuos reuerſi fuerint: priſtinum ſtatum recipiunt. Iſtud patet. ff. de capti. l. Nihil. et iure poſtliminij hoc recipiunt. Inſtitu. quibus mo. ius pa. po. ſoluitur. §. Si ab hoſtibus. Et nego ꝙ tollit illud qđ eſt legis: immo nec legi facit iniuriam. ſicut dominus conclauis qđ inhabito hoc eſt proprietarius: poteſt ipſum vendere vel aliter alienare: non autem ego habens ſolum vſum eius. ſic anima iſtius ſolum habet dominium ſuper corpus poſt deum: ergo anima tenetur et nutrire et conſeruare corpus in eſſe quātum poteſt: ſaltem poteſt hoc facere. Iudex autem quo ad aliquas operationes habet dominiū in corpus. ſ. detinendo in carcere et condēnando. et propterea non licet ei frangere carcerem: nec reſiſtere ſi inuadatur: quia bellum eſſet iniuſtum ex parte eius. Idē cenſeo ſi cuſtos deberet facere iacturam ex eius fuga. Sic autem aufugiendo: nec cuſtodi/nec iudici/nec reipub. facit iniuriam: ſed intendit emendare delictum ꝑpetratum/ꝓfitendo religionē vel ſancte viuendo. Iſtud enī debet habere. alioqui ſi intēdat euadere vt ſit graſſator/⁊ perperā viuat: peccat volendo abire ꝓpter illū finē. Sed rogas ſi illo malo fine euaſerit: an redire teneatur. Rn̄detur ꝙ nō: ſed peniteat de mala voluntate mutando ꝓpoſitum in bonū. poteſt dari analogia de fera quā habes: que ſi animū redeūdi deſerat: non amplius tua eſt. ita vt obiectiones currentes equaliter pungant contra iura in hoc exemplo. ¶ Ad ſecundū argumentū nego ꝙ poteſt infrigere carcerē: vel occidere cuſtodem licꝫ enī cuncta q̄ homo habet: dabit ꝓ anima ſua. Iob. ij. iuxta illud poete. Vt vitam redimas ferrum patieris ⁊ ignes: non tm̄ debet alteri nocere. nā bellū eſſet iniuſtum ex parte eius: vt dictū eſt. Eodē modo effringere carcerem eſſet violare rēpu. licet ſit argumētū ꝙ nō: qꝛ in extrema neceſſitate homo capit ⁊ rapit cibū: veſtē: ⁊ illa q̄ ſunt neceſſaria pro ſuſtentatione ſue vite. ergo ſi iſte carcere detentus frāgat carcerē poteſt illud licite facere ꝓ ſaluanda ſua vita/potiſſimū ſi intēdat eū reparare. Ad qđ rn̄detur ꝙ non eſt ſile: qꝛ iſte non eſt oīno liber. Aliqđ enī dn̄ium in corpꝰ iſtius habet reſpu. immo ſi e carcere fugiat: de iure ciuili eſt pena capitali puniendus: vt. ff. de effrac. l. j. ⁊. ij. Immo ſiquis iurauerit redire ad carcerē tenetur ſeruare iuramentū etiā ſi ſubſit periculum mortis: ſaltē ſi mors non fuerit iniurioſa. vt dicit gloſſa in Cle. Paſtoralis. de ſen. ⁊ re iudi. §. Nunquid. verſi. Per violentā iniuriā. exēplo Marci Reguli qui ad penas rediit poſt iuramentū q̄uis peteret̃ ad mortē. Sed ſi eſſet in quiete in terminō ad quē: acq̄reret plenā libertatem ſicut ſeruus manumiſſus. alio tamē eū ꝓſequente anteq̄ terminū ad quē attingat: redire debet qꝛ ex ꝑte eius bellum eſſet iniuſtum. Sed an damnatus ad mortem iuſte: cui patet via abeundi/teneatur diſcedere/maior eſt difficultas. ⁊ ꝓbabilius iudico ꝙ non tenet̃. qꝛ rationabilē excuſationē hꝫ de hoc vt ab illo p̄cepto ſit abſolutus. ſicut tpe martyrij de ꝯſilio. Et idē dico: ſi hō ſic iudicet̃ ad mortē ne vnq̄ comedat: ⁊ ponat̃ cibus ꝓpe eū: pōt abſtinere nihil comedendo ſicut pōt non aufugere. Et quicq̄d alij dicāt/idē eſt/nec diſcrimē vllū video. ſed ſi ſortes iuſte damnet̃ ad amiſſionē bonorū fortune: non eſt licitū aliq̄d de eis capere vltra illud qđ pōt ſuccurrere ſue vite: qꝛ acq̄ſitio taliū eſt de iure poſitiuo. Aliud enī dn̄iū habet in ſuā vitā: ſcilicet dn̄ium naturale.

CIrca hanc materiam mouebo aliquas dubitationes. Prima dubitatio. Sortes habet vnū pedem in compedibus quas frangere nequit: ponitur ſeorſum ab alijs et prope eum cultellus: ſi tibiam/manum/vl' aliud mēbrū abſcindat poteſt abire/⁊ ſue vite ſuccurrere. ſi maneat/morietur fame in compedibꝰ: quid opus eſt facto? Rn̄deo. non video aliud niſi vt membrum frangat: ſicut chirurgus abſcindit membrum putridum reliqua inficiēs vt compoſitum viuat. de duobus enim malis pene minus eſt eligendum. ¶ Secundo dubitatur. Sacerdos videt vnum paruulū baptizandū: ⁊ tyrannus eſt eū occiſurus ſi expectet: ſi aufugiat paruulus morietur: quia ponatur in periculo vite/vel ꝙ tyrannus occidet puulū quid debet ſacerdos ī iſto caſu facere? Reſpōdetur: baptizabit paruulum. ⁊ ratio eſt: qꝛ ſi ſacerdos ſit in bona diſpoſitione: ſolum morietur corpore. ſi vero nō ſit in bona diſpoſitione: poteſt in breui tēpore ſe diſponere. paruulus autem perpetuo damnabitur: qđ magis cauēdū eſt. ¶ Tertio dubitatur. ſit vnius aſſer in naue fracta: q̄ egre duos/ſꝫ vnū ſuſtinere poteſt: an poſſim ſociū meū pellere ne aſſerem lucret̃. Rn̄det̃ a principio poſſum ſe laborare aſſerem primo obtinere: ſed ipſo ab alio obtento/non debeo alium eijcere.

¶ Quarto dubitatur: an liceat occidere innocentē pro defendēda vita propria. ⁊ probat̃ ꝙ ſic poſito ꝙ eſſet nauis hominibus referta: ſic ſcilicet vt a principio non percipiatur ꝙ hominum nimia grauitas deprimet nauim ſub aquas/eā ſubmergēdo: ſed temporis ſucceſſu illud deprehēdit̃: tunc ſic. licet ſorti eijcere. Platonem ſue vite ſuccurrēdo. Sint quatuor gratia exempli in naui vel in nauicula: quia equa ē difficultas de mille in magna naui: ſed breuitati inſiſtendo ſint iſti quatuor a. b. c. d. melius eſt ꝙ duo maneāt incolumes. ſ. a. ⁊ b. q̄ꝫ oēs quatuor ſubmergantur. ſed nō omnes poſſunt eſſe ſuperſtites ex hypotheſi: ergo licitū erit duobꝰ eijcere alios duos. Nō valet dicere: implorādū eē diuinū auxilium et expectandum quouſqꝫ omnes ſubmergantur. hoc inquā non valet: quia debent modo humano ſuccurrere vite ſue omni modo licito. Non aliter namqꝫ Abraham Sarram vxorem dicebat eſſe ſororem ne mulieris gratia occideretur. Geneſis. xij. Eodem modo argumentari poteſt de duobus attingētibus coſtam nauis fracte: quos ſuſtinet coſta a principio. ſed nō in fine ob raritatē aque vel minorem profunditatem: vel vnam partem coſte fractam. ¶ Reſpondeo. debent mittere ſortem ſicut factum eſt cum Iona propheta: ⁊ illi ſuper quos cadet ſors/patienter habent ferre vt proijciantur in mare. Sed ſi omnes renitantur de ſorte mittenda: ⁊ dicant ſe velle expectare euentum rei ⁊ voluntatem dei: iam queſtio eſt an a. ⁊ b. poſſint eijcere c. ⁊ d. Videtur poſſe quod de iure pōt ſi ſic/licebit occidere innocentem ſcitum eſſe talem. Rn̄det̃. ſatius eſt duos ſubmergi q̄ꝫ oēs. Propterea apparet ꝙ a. ⁊ b. pōt eijcere c. ⁊ d. pro ſeruanda ſua vita: ſed eos non ſponte occidūt. etiam ſi oēs manſiſſent in naui/oēs periſſent. Nec hoc eſt cōtra dicta vbi dicebat̃ ꝙ q̄s poteſt occidere inuaſorē iniuſte pro defendenda ſua vita: qꝛ hic agitur vbi quis occidit innocentē vt ſaluet vitam propriam. vt patet de a. eijciente c. vbi eadem rōne c. poteſt occidere a. ſe inuadentē. Sed ꝯtra iſtud arguitur. ex iſto ſequitur ꝙ ſi tyrannus ſub pena mortis preciperet mihi occidere ſortem: hoc poſſem pro ſaluanda mea vita: dummodo aſſentiam ꝙ tyrannus hoc faciet: quod concedere videtur durū. ⁊ probo conſequentiam ex eodem fonte ex quo ſcatet ſolutio principalis. Etiam qua ratione poteſt a. eijcere c. poteſt ipſum occidere: qꝛ q̄d refert proijcere eū in mare in quo ſubmergetur: ⁊ ferro perimere? Rn̄det̃. color eſt in conceſſione oīm illorū: ſed ne locum carnificibus demus: poteſt dici non eſſe ſimile: quia multi proiecti in mare euadunt natando/vbi eſt mihi dubium an natare ſciat. Itē ego ſum in partiali poſſeſſione nauis: ſecus eſt de vita alterius. Si hec ſolutio tibi nimis pia videatur: dic quod voles.

¶ Quinto dubitatur: an clericus commiſſo homicidio perdat beneficium. Sexto dubitatur. vtrum aliquis ſit torquendus licite vt ex ſua confeſſione inferatur mors. ¶ Ad quintam dubitationem reſpōdetur ꝙ homicidium ſuperueniens habenti beneficiū nō priuat beneficiatū ſuo bn̄ficio ipſo facto: ſed opus ē ſententia. ad hoc eſt textꝰ in c. Clericis. ne clerici vel monachi. ſꝫ ſi homicidiū ſeu illa irregularitas poſitiua humana p̄ceſſit collationē: nō tꝫ collatio: qꝛ facta indigno ⁊ inhabili ad executionē officij. vt in ca. fina. de tēpo. ordi.

¶ Ad ſextam dubitationem dicitur ꝙ duo requirūtur ad torturam vel ad queſtiones qḋ idem eſt. primo ꝙ veritas aliter haberi non poſſit: quia queſtio fit cauſa indagande veritatis: ⁊ in ſubſidiū. v. q. v. in cap. illi. Secūdo requiritur ꝙ precedant aliqua indicia ſiue preſumptiones vel ſemiplene ꝓbationes. ſine indicijs enim non eſt inferenda q̄ſtio: vt. ff. de q̄ſtiōibꝰ. in. l. Ex libero. ⁊ de regulis iuris. ca. Cum in contemplatione. vbi dicit pontifex. In ipſo cauſe initio non eſt a queſtionibus inchoandum. vnus autem teſtis eſt ſufficiens ad faciendam ſemiplenā ꝓbationem: ⁊ ꝑ conſequens ad torquendum. ſi nullus fuerit teſtis: indicia arbitrio iudicis relinquantur. Sed confeſſio in tormentis erit nulla niſi in confeſſione perſeueret extra torturam: qꝛ videtur feciſſe metu tormentoꝝ. vt. xv. q. vj. c. j. ⁊. xxxj. q. ij. c. Lotharius. Si vero ꝑſeueret in confeſſione: tunc ſibi preiudicat. Dicitur aūt ꝑſeuerare quando iterū confitetur crimen ratificādo priorem confeſſionem extra locum tormentorum: ita vt non videat tormenta. ſi vero tunc neget / non debet amplius torqueri niſi reperiantur noua indicia: vtpote ſi in mendacio ſit compertus: vel veniāt preſumptiones aliūde. Ex quo patet ꝙ condēnās hominē ꝑ ſuam confeſſionem in tortura / male agit. nam aliqui magnos cruciatus in tātū abhorrēt: vt occidi malint. Aliqui tamen ſimplices credunt non eſſe peccatum confiteri falſum. vtrobiq̄ aūt quādo non cōſtat de cauſa ſanguinis reus eſt liberādus: et potiſſimum vbi alias fuit bone conuerſationis: vel reipu. videbit̄ vtilis. Preterea patet: et eſt de iure nature ꝙ non debet nimis grauiter torq̄ri ſuſpectus de crimine: ⁊ potiſſimū ſi fuerit talis cōditionis de qua loq̄mur. Multa itē alia poſitiua poſſunt circa materiā homicidij inquiri que de iure Ceſareo et pōtificio tanguntur: ſed non ſunt theologice conſiderationis.

¶ Vltimo dubitatur circa hāc queſtionē: quare ſit ꝙ alique regiones ſumma beniuolētia ſeſe ꝓſequātur: ⁊ alique maliuolentia. Reſpōdetur plerūq̄ regiones vicine non ꝓſequunt̄ ſeſe mutuo amore. ⁊ cauſa nō eſt remota: qꝛ certāt dilatare ſuos terminos et ſua imperia: qḋ non poteſt eſſe ſine iactura vera vel apparēte alterius. Certāt enim de honore pari: ⁊ qꝛ ſunt vicini: honos vnius in dedecus alterius redundare videt̄ vulgo: cum oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcant. iurgia aūt viciuoꝝ ſubditorum ignē belligerādi p̄bēt. Fac nāq̄ inductionē ꝑ totius Europe regna vicina: ⁊ cōmunē maliuolētiā inter illa inuenies. Hic verū habet verbum poete. Inuidet figulus figulo. Et non modo in varijs regnis hoc ꝓuenit: ſed nec duo domini vicini in eodem regno equales bene cōueniūt. Interdū tn̄ a prudētibus regibus ob matrimonium / vel inimicitiam in tertium vt Ariſtoteles loquit̄ de ſolertia / fit pax ad tēpus. ¶ Ex quo ſequit̄ ꝙ bellū plerūq̄ fieri inter hec duo regna: nō arguit hūc populū eſſe fallacē vel malum plus q̄ aliū. Si enim omnes homines eſſent boni: inter illos nō cōtingerēt bella. ſed non arguit̄ ſpecialis malitia: qꝛ nō cōſequit̄: Galli cū Hungaris cōueniūt: galli non ſic vnionē habent cū Italis: ergo Itali ſunt peiores Hungaris. ¶ Secūdo patet ꝙ ſoloꝝ prudentū regū eſt ſcire nutrire pacē in regnis vicinis. Cum enim magne ſint inclinationes ad bellū: difficile eſt illis obuiare. Hoc aūt īprudētibꝰ ⁊ temerarijs nō eſt datū: ⁊ ſi nullū interſtitiū mediet: vt mare / mōtes / vel obſtacula / tāto difficilꝰ eſt. ¶ Tertio patet. ꝙ reges debent ad hoc ſummopꝰe niti. Nā regū eſt ꝓcurare illud qḋ cōducit ad bonū anime ⁊ corporis in ſubditis et in ſeipſis: ſed hoc ꝑ pacem fit. In tēpore nāq̄ belli deuotio nulla: omnia ſunt in motu: iactura bonoꝝ fortune ſine mēſura. ⁊ plus reges in hoc ledunt̄ q̄ reliq. nā malefactores fugiētes iuſtitiā de vna regione in aliā vagant̄: reges ſua expēdūt: nūc leti ſi ſui victores extiterint: cras ob ſuos victos tabeſcent: ita vt extrema gaudij luctus occupet. ¶ Quarto patet ꝙ inter regna vicina eſt potiſſima cā diſpenſandi ꝓ mr̄imonio: ita vt hic pōtifex poſſit diſpēſare in oībꝰ gradibꝰ nō ꝓhibitis de iure nature. Hic eīn eſt auctoritas diſpenſantis ⁊ rōnabilis cā. Ulterius patet: nihil ponderis habere ꝙ hic populus gentē vicinā inſtabilē ⁊ malā reputat ⁊ ꝯtra. ratio eſt Sortes a. regni ſibi et ſuis afficit̄ facile credēs mala que de hoſte dicunt̄ ob piā affectiōem ad vnam partem: ⁊ prauam ad oppoſitam.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxiij.

VLtimo circa hāc materiā belloꝝ querit̄. an duellū ſit licitū. Pro elucidatiōe queſtionis aperiemꝰ quid nominis termini. poſtea vnā cōcluſionem fundare conabimur: eā paucis ratiōibus oppugnando: vt veritas lucidior euadat. Duellū eſt bellum quo in duabꝰ partibꝰ de victoria contēdētibus dimicat̄: nō ſolum duoꝝ / ſed multoꝝ: hoc eſt integrorum exercituum. Unde dicit Horatius. Grecia barbarie lento colliſa duello. et Plautus. Duellū inter Thebanos et Theleboos. tn̄ plerūq̄ accipimꝰ ꝓ ſingulari pugna duoꝝ. et ſic defīnit̄. Duellū eſt ſingularis pugna inter aliquos duos ad ꝓbationē veritatis alicuius occulti: qḋ aliter ꝑ viā humanā ꝓbari nō poteſt niſi ꝑ alterius victoriā. Sufficiat nobis definire terminū ꝓut plurimū vſurpat̄: licet ſtrēdū aliter ꝯtingere poſſit. nec tam exacta definitio eſt hic expetenda vt in metaphyſica. Dicit̄ aūt duellū q̄ſi duū vel duoꝝ bellū. grece μονομαχια a μονος qḋ eſt vnū ⁊ μαχια pugna: q̄ſi pugna vnica ⁊ ſingl̄aris. Et lꝫ q̄tuor vel q̄nq̄ ſimul cāpū ingrediantur: cū tamen vnus pugnat ꝯtra vnū duellū vocat̄. In duello aūt potiſſimū ſunt tres de quoꝝ peccatis ambigit̄: ⁊ de q̄bꝰ loquendū eſt. ſ. inuadens: defendens: ⁊ iudex.

¶ Pono vnicā concluſionem ꝓ omnibus. Et princeps facultatē certādi in duello prebēs et pugnātes in duello peccāt. Si cōcluſio debeat pati aliquā exceptionē: argumētoꝝ ſequētiū ſolutiōes explicabūt. Probat̄ ꝯcluſio: qꝛ iſti tētāt deū vt oſtendat̄ ꝟitas: vt fecit populus Iſraeliticꝰ in deſerto. Exodi. xvij. volēs videre an deus eſſet in eis. cōtra illud Deutero. vj. ⁊ Matthei. iiij. Non tētabis dn̄m deū tuum. Sed dicis. nec in duello pugnātes: nec aſſiſtētes dubitāt an deꝰ ſit īter illos: ſed expectāt vt ꝟitatē oſtēdat ꝑ talē pugnam. Hoc non valet. nā ille tētat deū q̄ vult habere aliqḋ occultū reſeratū: ⁊ nō adhibet omnē diligētiā quā poteſt. xxij. q. ij. Querit̄. Qḋ in ſe eſt faciat: ⁊ reliquum ad qḋ venire nō poteſt relinquat in manus dei. ita fecit Abraham: vti ſuperius meminimus. hoc fecit ſaluator noſter Matthei. iiij. cum diabolus ſuaſit ei vt mitteret ſe deorſum a pinnaculo tēpli. noluit eīn: ſed ꝑ gradus more cōmuni deſcēdit: dās nobis exēplū ſic faciēdi. Propterea Antoninus in tertia parte hiſtorie īter ceteras virtutes beati Ludouici recitat eū nūq̄ admiſiſſe duellū. Et licet Hiſpani leui occaſione ad hoc ītroducātur: vt Panor. dicit: tn̄ Ferdinandus hic nouiſſime viam vniuerſe carnis īgreſſus magnis regibꝰ cōparādis: hoc non ſinit. Ubi eīn eſt politia recta: vt in Frācia: nullo mō ꝑmittitur. interdum etiam confiſcant̄ bona victi. nō ſic tamen



fecit Aeneas de Dathete apud Maro. v. Aene. ſed Enſem atq̄ inſignē galeā ſolatia victo dedit. Rurſus plerunq̄ compertū eſt ꝙ habens iuſtā cauſā pugnādi fuerit victus: ⁊ iniquā hn̄s victor euaſerit. Tres cōtra tres pugnarūt ſucceſſiue ꝓ eadē materia: ⁊ tn̄ ex vtraq̄ pte aliq̄ erāt victi: ⁊ poſſum exēplis oſtendere ꝑ pugnantes in duello tēpore meo in Scotia: ⁊ ante hec tēpora ꝑ annales: ſed ꝓtrite ſunt hiſtorie. quare vinci nō arguit virū habere iuſtā cauſā. Aliter hoc ipm̄ declaro. Liquet apud Luca. vij. Pharſa. vbi Tullius incuſat Pōpeiū quare ꝓnus nō cōgreſſus ſit cū Ceſare cū iuſtā cauſam certādi haberet: īq̄ens. De ſupis igra te times cauſamq̄ ſenatꝰ Credere dijs dubitas: ⁊ paulo poſt Pōpe. dicit. Uincis apud ſupos votis me Ceſar iniq̄s. Propterea Lucanus dicit viros probos Pōpeio adheſiſſe: vt puta Catonē Uticēſem: Marcum Tulliū: ⁊ reliquū ſenatū: deos tamen fauiſſe Ceſari. ac ſi honeſte diceret. cā Pōpeij erat iuſta: dij tamen volebāt ꝙ ſuccumberet. Et ſecundo eneid. Cadit ⁊ Ripheus iuſtiſſimus vnus. Qui fuit in Teucris: ⁊ ſeruantiſſimus equi. Dijs aliter viſuꝫ Hic prudentia militaris ⁊ corporis robur creberrime inter pugnantes victoriam dat: quod ꝯſtat ꝑ Pittacuꝫ Mithylenēū qui Phrinonem Athenienſeꝫ inuoluit reti qḋ ſub clypeo furtim tenebat: ⁊ demū occidit. Prohibitio aūt eius ptꝫ. ij. q. v. Monomachiā. ⁊ de purg. vulgari. ca. Cura ſuſcepti. Sil'i rōne Honorius tertius ſcribens ad Tēplarios in Liuonia ꝓhibuit iudicium ferri candentis. cap. Dilecti. de purga. vul. ⁊ eadē rōne ꝓhibendū eſt iudiciū ſuper albam campanam de Ueddel. cāpanā ſancti keſſogi. ⁊. C. de gladiato. l. vnica dicit imperator. Cruenta ſpectacula in ocio ciuili ⁊ domeſtica q̄ete nō placēt: q̄propter oīno gladiatores eē ꝓhibemꝰ.

¶ Contra probationem concluſionis argumentor. Ezechias petijt ſignū a deo de ſua ſanatione. iiij. Regū. xx. ⁊ Eſaie. xxxviij. Idem patet de rore in vellere Gedeonis. Iudicū. vj. ⁊ in pleriſq̄ locis ſcripture. ⁊ tamē nō dicit̄ ꝙ iſti in hoc peccarūt. ergo q̄rere verum occultū a deo vbi aliter haberi non poteſt: nullū eſt peccatum. ¶ Preterea ſi habens iniuſtam cauſam interdum eſt victor: deus non bene regit euentus hominum. ſicut rex terrenus non iudicaretur bonus iudex ſi partem innocentem condemnaret. Deus enim eſt omnium ſapientiſſimus: ⁊ ſua ſapiētia omne poſſibile vidēs. ¶ Ad primum dico: ꝙ illi patres non fecerunt illud diffidentes de deo vel de eo dubitātes: ſed quadā familiaritate id fecerunt ex inſtinctu dei. nonne vides familiarē regis petere aliqua a rege que ſi tu peteres eſſes merito torquendus: vbi autē he veritates haberi non poſſunt cum non ſint neceſſarie ad ſalutem quieſcendum ē. ¶ Ad aliud nego conſequentiam: nunquid alie tribus habebant iuſtam cauſam bellandi contra Beniamin ꝓ turpi ſcelere commiſſo in Gabaa: Iudicum. xx. ⁊ tamē bis occubuere in bello propter aliqua ſcelera in eis impunita. Ad hoc in ſecunda queſtione Prologi reſpondimus ſufficienter: ad quem locū te remitto. Deus nāq̄ influentia generali cū bono ⁊ malo concurrit: ⁊ ſinit cauſas ſecundas. quare non mirum ſi debilioreꝫ vel minus exercitatum fortior vel exercitatior proſternat: niſi placeat ei miraculoſe interdum facere oppoſitum.

¶ Secūdo argumētor, Dauid pugnauit contra Goliam ſingulari certamine. i. Regum. xvij. ⁊ tamen in hoc non vituperat̄ immo laudatur. ergo hoc licet. Facta enim ſanctoruꝫ ſunt trahenda in exempluꝫ ob quam enim aliam cauſam coraꝫ principibus recitātur vite virorum illuſtriū: ⁊ coraꝫ deuotis vite patruꝫ: ⁊ hiſtorie ſanctorum: Huic argumento bifariam reſpondemus. primo ꝙ hoc Dauid habuit illuminatione ſpiritus ſancti: qui vbi vult ſpirat. quod patet ex ſerie litere Regū. Tu venis ad me in gladio ⁊ haſta ⁊ clypeo: ego autem venio ad te in noīe domini exercituū. ſicut Abrahā precipiente deo: filium occidendo vel volēdo perimere non peccauit. ſecus eſt auctoritate hoīs mortalis. Secundo dico: quando ſunt duo exercitus oppoſiti: licitum eſt duobus bellum ingredi vt tota lis belli dirimatur. Hoc enim fecit Alexāder Philippi cum Poro rege Indorū: ⁊ maior Aiax cū Hectore. Turnus ⁊ Aeneas in fine Aeneidos. Heraclius religioſus priceps cuꝫ filio Coſdroe regis Perſarū apud Iſtrū. Iſta enim pugna dūmodo bellum ſit iuſtū ex parte. duello pugnātis vel vtriq̄ anceps ⁊ lis non poteſt aliter terminari: non eſt reprobāda. Imitemur itaq̄ viros illuſtres in laudabilibus vbi ſimiles caſus contingunt.

¶ Tertio argumētor. Sortes prouocās platonē ad duellū ſcit platonē eē morte dignū ob aliqḋ crimen occultū in rēpublicā: ⁊ neſcit ꝓbare alia via hoc crimē: putās euadere victor. ergo offerens bellum in illo caſu nō peccat. Nō valet dicere ꝙ intendit deum tentare. Hoc eīn nō intēdit ſed ſcit aliū reū mortis: ⁊ ſpem ponit in armis ꝙ aliū vincet: ergo in illo caſu licebit mouere duellū. ¶ Rn̄det̄ ꝯcedēdo aīs. ſed nego ꝯn̄am: qꝛ illa ꝓbatio eſt inutilis: tuꝫ ꝙ dabit̄ palliatio temerarijs hac via (ſi id admittat̄) vt ꝑturbēt ex inuidētia innocentes. dicēt eīn eueſtigio ſe habere cās quare q̄s ſit morte dignꝰ: ⁊ hoc ꝓbabūt in duello. Tū ſecūdo ꝙ inuaſor: ſicut argumentū imaginat̄ eſt innocēs. q̄re ḡ ponit ſuā vitaꝫ in diſcrimine: non ſufficit dicere: hꝫ ſpē in armis: qꝛ exploratū eſt iam milles q̄ꝫ alea belli eſt anceps. Hector nāq̄ putabat Achillē mittere ad īferos: quē tn̄ occidit Achilles vt apḋ Darhetē ⁊ vulgꝰ oē notū eſt. Plerūq̄ eīn q̄ putabat̄ in exordio belli euadere glorioſus victor turpiter ſuccubuit. vnꝰ certe lapillꝰ vel ꝯcauitas ſeu foſſa in ſolo ſufficit virū armatū intentū circa mortē alterius ꝓſternere. qḋ viſuꝫ ē crebro in diebꝰ meis in Scotia ſub Iacobo tertio ⁊ q̄rto. Relinq̄tur ḡ iſte modꝰ ꝓbādi illegitimus. Nā ⁊ ꝓſequēs iudex dās facultatē ī illo caſu peccant ⁊ alij hoc iudici vel parti conſulentes.

¶ Quarto argumentor. ſint duo morte digni: ⁊ hoc cōſtet iudici ꝑ famā publicā: quēadmodum contigit de duobus noſtratibus finitimis qui alia via haberi nō poterāt ſub Iacobo quarto. Titius ⁊ Seius ſeſe ꝓſequunt̄ corā rege in duello: prodeſſet reipub. ꝙ tales tollerētur d̄ medio. Pricepѕ itaq̄ vtriq̄ dat facultatē vt ſit miniſter legis ad occidendum alterū. videtur ꝙ iudex hic nō peccet nec ipſi cōgrediētes: cū vtriq̄ detur facultas a iudice: ⁊ vterq̄ ſciat aliuꝫ reū ⁊ morte dignū. quēadmodum ſi eſſent duo cōdēnati ad mortē: licitū eſt iudici eos dānare vt ſe occidant. ¶ Rn̄deo: ē aliquid coloris in iſto caſu: ſed nec ipſum admittimꝰ. non eīn ſunt dānandi nocētes hac via: qꝛ hō circa mortē dꝫ ſe recolligere d̄teſtādo vitā male actā: cogitādo de deo. ſimiliter legis miniſter zelo iuſtitie ſine paſſione debet dānatū occidere. In iſto autem caſu hoc eſt alienū: naꝫ concitata ira ⁊ paſſione nec eſt fletus pctorū: nec patientia plerūq̄. Sententia quoq̄ illa videt̄ iniq̄ ⁊ horrēda Chriſtiano viro vt duo ſint carnifices mutuo. Sed contra iſtud arguitur. ſequit̄ ex ſolutione argumēti ꝙ nō liceret bellare ī bello iuſto ad mortē vſq̄. nec in martyrio liceret perpeti mortē ꝓ Xp̄o ⁊ Xp̄i lege ſeruanda. iſtud

eſt falſum ⁊ hereticū. ergo male dictū eſt. Nec valet dicere ꝙ hoc ꝯtingit in bello iuſto: non aūt hic, hoc inquā nō iuuat: qꝛ hoc duellū eſt iuſtū: iſte eñ eſt iuſte occidendus ⁊ auctoritate iudicis. ⁊ ponanṫ iuridice dānati: Titius licite poteſt occidere Seiū. nā miniſter legis licite occidit reū. ⁊ ecōuerſo Seius poteſt occidere Titiū. ergo iſti poſſunt ſe mutuo iuſte occidere. ⁊ ſicut dicit gloſſa īterli. Geñ. iiij. Euidētia ꝑpetrati ſceleris nō indiget clamore accuſatoris: ergo pñceps eos dānat eis inſcijs. Ad illud qđ afferṫ de martyrio dico nō eſſe ꝯtra pugnationē. et ſic argumētū non eſt ad ꝓpoſitū. etiā martyres equanimitatē ſeruabāt in aduerſis arduis ⁊ patiētiam habuerūt in gradu heroico. Iudex autē iniq̄ iudicaret reū mortis vt ſe iugulet vel ꝓprium cor extrahat: nec aliter tali ſentētie parere habet. Si eñ ꝯſtet ꝙ ſint rei mortis: occidanṫ more cōmuni. Omnia iſta etiā ſeruātur in bello iuſto: ⁊ cū hoc res non poteſt aliter terminari ſtantibꝰ circūſtātijs: qꝛ vna pars habet iuſtā cām defendendi patriā ⁊ gloriā reipublice Chriſtiane. Ubi vero res poſſet aliter terminari: male ageretur ſi exponerēt ſe homines bello. modo his duobꝰ poteſt adhibere remediū: cum ſint ſub eodē principe: alia via eos puniēdo ⁊ ꝓſcribendo. et non modo ad hoc tenetur rex: ſed primores regni peſſime faciunt iſtos fures et ſicarios incmendabiles abſtrahendo a iuſtitia: in luem non modicam totius reipublice: alias coram diſtricto iudice ſcilicet deo rationem reddituri.

¶ Quinto arguitur. rex permittit iſta duella fieri: ⁊ ei diſplicet: nec cōſulit eis duella cōmittere: ergo in hoc nō peccat. alioqñ peccaret eccleſiaſticus iudex ſinens īpudicas mulieres in vrbe. modo rex offert mouētibꝰ bellū ⁊ recipiētibꝰ/iuſtitiā. ⁊ ſic ſcimus fuiſſe factū diebꝰ his apud noſtrates. ¶ Preterea rex īterdū vel iudex ſubſtitutꝰ ꝓijcit virgā pacis vt neuter vincatur. in illo caſu ſeruaṫ vtriuſꝫ fama ⁊ neutri fit iniuria. ¶ Rñdeṫ ꝑ diſtinctionē de ꝑmittere in materia de libello repudij in antiqua lege: ſed vt ſufficit propoſito: nego loquēdo de ꝑmiſſione de qua argumētū ꝓcedit. nā tunc aliq̄d ꝑmittiṫ quādo nō poteſt adhiberi remediū: et homo nō poteſt ad oppoſitū. Exēplum de īpudicis mulieribus: que ſi tollerenṫ ab vrbe: caſte matrone ⁊ eaꝝ filie eſſent in maiori diſcrimine. Aliqua eñ minus mala tolleranṫ ne peiora eueniāt. Tolle dicit beatus Augu. meretrices ab vrbe: ⁊ oīa ꝑturbabis libidinibꝰ. ꝓpter inclinationē. ſ. et ꝓcliuitatem ad huiuſmodi vitia. Sufficit eñ ꝙ tales relinquanṫ punitioni dei: ⁊ abiecte reputentur: ⁊ ſuā familiā infamēt. etiā ſunt reijciēde a locis publicis ne ſuis malis exēplis noceāt caſtis. Secus eſt de iſtis duellis. nā reſpublica ſine eis poteſt bñ regi: vt patet in politijs bñ moderatis. potius aūt ſunt duella materia ſchiſmatis et iurgij ꝙ̄ ꝯcordie. Uictores enim hic honoranṫ. Honos aūt īpellit homines ad multa incōuenietia/ad duellū animanṫ: ⁊ de modo dimicādi eis conſuliṫ. ¶ Ad ſecūdum dico ꝙ virga pacis eſt penitentia Troianoꝝ vel ſinapi poſt prādium. nam abhinc paucos dies ꝙ̄ miſerrime vnus occidebatur apud noſtrates: vt nouerunt aſtātes. Inſup fortaſſe tertio ictu vel quarto alter occidiṫ mutilaṫ vel cadit: et manet tota vita apud populū ingloriꝰ: q̄ fortaſſe victori animoſitate ⁊ viribꝰ preſtat. Si nihil futurū ſit: quare fiunt tot īpenſe in loco certādi ⁊ ꝓ armis: et totū regnū illuſum gratis accedit ad certamē? ¶ Sexto argumētor: ꝓbādo ꝙ īterdū recipiēs bellū nō peccat. videat ꝙ inique ꝯdēnabiṫ ſi bellū recuſauerit: cū liceat vim vi repellere cum moderamine inculpate tutele: iā ꝓ ſeruāda vita licebit iſti pugnare. Forte dicis ⁊ ſic dicēdū puto. licebit huic duellū aggredi in caſu vbi tenebiṫ ꝓ conuicto ſi bellū recuſet/vel eſt ei certū certitudine morali ꝙ ꝯdēnabiṫ inique: ſi non ꝓdeat in bellū. Idem etiā videṫ ꝓ amiſſione reꝝ ſuaꝝ. Aliqs eñ iuſte aliū occidit ꝓ ꝯſeruatione bonoꝝ fortune iuſte a ſe poſſeſſoꝝ. Sed ꝯtra iſtud argumētor: ſequitur ꝙ aliqs poſſit pugnare in duello ne famā amittat. ſic eñ faciūt omnes ſuſcipiētes duellū: erubeſcūt recuſare pugnā cū inuadēte ne reputenṫ timidi in iacturam reꝝ et fame. ¶ Ad ſextū ꝯcediṫ ꝙ in illo caſu ſuſcipiens bellū non peccat vt inter arguēdū reſpondimus. Ad replicationem de amiſſione fame: nego ꝙ illa rōne periclitaṫ fama viri: qꝛ ſufficit ſi dicat: volo iuſtificari ꝑ iuſtitiā regis et regni: eſtimo me innocentē in caſu quē falſo mihi impingis. et ſi quid mihi habes dicere: alias nullo ꝑſente/vel equali numero cliētū intelliges qđ reſponſurus ſim: vel cōſule ſapiētes an licite in hoc caſu pugnare poſſim: qꝛ ſi ſic/nō recuſabo cāpum: ſcio ꝑ ampulloſa verba ⁊ alioꝝ ꝓuocationē in cāpū nō acquiri famā glorie. Parum enim laudis nactus eſt Hector in ꝓuocatiōe Aiacis ſi Homero crediṫ: puta nō eā quā putabat. Poſſum innumeros alios ciere noſtrates q̄ alios ꝓuocarunt: ⁊ victi turpiter ſuccubuerunt. ⁊ hoꝝ aliqui miſere vitā in mortē cōmutarunt in cāpo. O ſtultum genus hominum: poſt fecundos calices: paſſionem repētinam ire/inuidie/vel amoris muliebris: mouens pari vel maiori bellum in grande diſcrimen ignominioſe amittende fame. Poſtea nāꝫ turpis reputabitur penitentia belli oblati apud vulgus. Neſcis cum pare pugnare dubiū eſſe? ſi vincas minus eſtimatum: non cedet tibi ad gloriam. ſi magis/reuera nō erat te maior: ſed talis reputatus ⁊ delirus. at ſi vincas: diceṫ. lapſus eſt pes ex inaduertentia vel ꝑ ſortilegium. qđ eueniſſe inter Tor ⁊ eius ſocium apud omnes notum eſt: et cū iuuenis domi erā: ita ratus ſum. Si vincas ergo: parū vel nihil glorie cōparas: non enim tibi aſcribeṫ: et ſemꝑ tue anime inſidiabiṫ in poſterū victus. Si vero vincaris/ignominioſum eſt: fabula eris omnibꝰ mortalibus/ſubſānaberis a vicinis: timidus ⁊ ſpretus reputaberis ab vxore ⁊ liberis: cum maculam in eorum gloriā videaris imponere. fac indaginem imaginariam: ⁊ ſemꝑ īuenies tot reputatos fortes victoriā amiſiſſe quot obtinuiſſe: vt viſum eſt nouiſſime inter Oliferos ⁊ Turubulis: vbi a ſeptē contra ſeptē ſucceſſiue pugnatū eſt in duello. Memor ſis illiꝰ deuerbij: optimū eſſe aliena frui inſania. qđ vulgo dicere ſolemus. Felix quē faciunt aliena pericula cautum.

¶ Septimo argumentor. licet haſtis ludere vt paſſim fit apud principes in matrimonijs/vel primis ingreſſibus vrbiū: et hoc eſt certare in duello. igitur. aſſumptū patet. alioquin dānabimus multa facta a iuſtis et deuotis principibus. ¶ Ad ſeptimum conceditur aſſumptum: cum capitibus obtuſis vel alia ratiōe cauetur ne homines occidantur. Pauci enim hic occiduntur: nec eſt periclitatio fame. ꝙ enim ſocius meus frāgat lāceā et nō ego: vel ꝙ equus meus cadat: mihi nō imputabiṫ. Si dicas. torneamēta ꝓhibenṫ a pontifice in vtroꝫ capite eiuſdem rubrice. Ad hoc rñdeṫ multipliciter. Primo. ibi ꝓhibenṫ ad oſtētationē viriū: ⁊ potiſſimū in modo currēdi vbi plerūꝫ ſequiṫ mors. vt dicit. c. Felicis. Talis enim ludus tāꝙ̄ noxius prohibetur. ff. ad legem aquil. l. Nā ludus. ſed currendo ſicut apud multos curritur precauetur a morte: et ſi ſequatur mors (qđ eſt contingēs rariſſimum. vix enim vnus perimitur in vita hominis) occidēs non tenebiṫ. l. Atqui. ff. ad legem aquil. qua actione §. Si quis. Pugnatio vero debet ordinari in exercitatiōem viriū vt tpe belli iuſti defendaṫ reſpublica: licet īterdum incidat cupiditas inanis glorie. Nōne populo Iſraelitico ꝓcipiebaṫ hoc vt diſceret certare cum hoſtibus? Iudic. iij. Itē Scipio Naſica ⁊ aliquot prudentes Romani nolebant ꝓpterea Carthaginē Rome emulā euerti vt Romani in armis exercitarenṫ. quēadmodū māſerūt aliqui Philiſtinoꝝ in terra Chanaan ad exercitationē populi dei. Scđo. nō ſꝑ verba legis ſeruanda ſunt/⁊ potiſſimum legis pure humane: ſʒ intētio veriſimilis legiſlatoris. ſicut eñ turpe eſt nō tueri regnū iuſte poſſeſſum: ſic eadē turpitudine indecoꝝ eſt non prouidere de medijs cōgruentibus: vt haſtis ludere vt homines animoſiores ⁊ exercitatiores tēpore belli reddantur. ſecꝰ eſt de ſingulari certamine concurrentibꝰ.

¶ Octauo arguitur. lex Federici ꝑmittit duellū licitum qñ quis dicit ſe hoīem occidiſſe in defenſione ſui/⁊ non ſunt ad hoc teſtes. vt habeṫ. C. de pace tenēda ⁊ eius violatoribꝰ. l. Federicus. libro. §. Si quis hominē (inquit imperator) infra pacem conſtitutā occiderit: capitalem ſubeat ſententiā niſi per duellū hoc ꝓbare poſſit ꝙ vitam ſuam defendendo illuʒ occidit. ſʒ non peccamus legis auctoritate. ¶ Reſpondeṫ hec lex non eſt lex. dico negatiuaʒ: quia nulla eſt lex humana niſi conformis diuine: quādo aūt illi dignoſcitur repugnare/explodenda eſt: nec meretur dici lex. ſed eſt error contra canones ⁊ ius nature ſic probare innocentiam. Concedo ꝙ non peccatur legis auctoritate: ſed cum aliquid eſt canonibus inimicū vel iuri diuino/non eſt lex. nec oē ſcriptuʒ in iure Ceſareo eſt lex. Si dicas. ergo nō erit ſolidum argumentum ex legibus ſi aliquid erroneuʒ inueniatur in illis. Reſpondeṫ. ꝯñā eſt nulla. licet eñ Ariſtoteles ſacrilege īterdum loquutꝰ ſit: vt de ꝑpetuitate mūdi: non ſolemus cum in rebus ambiguis vel rationabilibus negare. In legibus itaꝫ ſic tu potes argumentari. Ius Ceſareuʒ hoc precipit vel prohibet: admittit licitū ⁊ non eſt cōtra legē diuinā legum deam: nec cōtra canones vel cōſuetudinē approbataʒ. ergo ſic eſt iudicandū. patet iſtud de multitudine teſtium in teſtamētis: de cōcubinatu/vel de noſtro duello. ſicut nō ſequitur: Ariſtoteles ita opinatus eſt/ergo ita eſt. ſed ſic arguendum eſt. hec ſententia Ariſtotelis fidei ⁊ doctrine ſanctorū in rōne vel auctoritate fundatis non eſt contraria: ⁊ nullus ē philoſophus tante auctoritatis in oppoſitū. ergo ita eſt. vel ſaltem eſt ſuſpitio vehemens ꝙ oppoſitum ſit falſum Dixi (in ratione vel auctoritate fundatis) qꝛ non cuilibʒ ſanctorum eſt maior fides adhibenda in imꝑtinentibus fidei ꝙ̄ ariſtoteli. plus eñ credendū eſt philoſopho dicēti alimentū conuerti in alitum/ꝙ̄ Magiſtro ſententiaꝝ oppoſitum aſſerenti. ⁊ ita in alijs materijs de viris multo maioribus magiſtro/hoc liquet: quia ſanctitati nō repugnat de lege error in intellectu in philoſophia: ſicut nec ſꝑ bonum iudiciū in intellectu concomitatur deuotio ⁊ ſanctitas. Dixi (⁊ nullus eſt philoſophus tāte ⁊c.) quare medici dicūt/qñ Ariſtoteles ⁊ Galenꝰ in materia medicinali cōtradicunt: difficile eſſe reperire veritateʒ. Sufficit aūt vtrāꝫ ꝑtem tunc tueri probabilem. Iſtud ex ſcđa q̄ſtione prologi ꝑſpicuum euadit. Ex quo ſequitur applicādo ad ꝓpoſitū/anꝙ̄ quis capiat ſolidum argumentū ex legibus oportere cōſiderare ius diuinum ⁊ canones. Nō ſꝑ tñ addimꝰ tm̄ in aūte fundādo argumēta in Ariſtotele/⁊ legibꝰ quārū adiecimꝰ. ¶ Peris quō prudentiſſimi reges iſtud admittant. dico: nūc pauci reges hac tempeſtate ſinunt duella. non venit mihi in mentem vnius: cum explorauerim mente/extra Scotiā: vbi frequēter exerceṫ duellū cruētū. lʒ quōdā in Hiſpania (⁊ quidem male) duella eſſent in vſu. Secūdo dico ꝙ reges cordati decorum cenſent in audaciam labi vt elōgētur a fediore vitio ſcilicet vecordia. Tertio. non oēs reges ſunt eruditi vt dextrum a ſiniſtro/⁊ rectum a curuo ſeiungant. vtunṫ inſuꝑ cōſilio iuuenum nobiliū qui hoc ſuggerunt ⁊ non ſapientum. ⁊ ſi polleāt in claris naturalibus ⁊ eruditione: excuſatos ſe ꝑ leges ciuiles ⁊ cōſuetudines maiorum exiſtimant. ¶ Cōcludendo dico: officiū theologorum ⁊ viroꝝ deuotoꝝ eſſe tpe quo hec duella ſuſcepta ſunt/regem odire/cū monendo ex ꝑte dei ne hec duella ꝑmittat. Poſtea pugnaturos adeant/inconuenientia ⁊ infortunia q̄ accidere poſſunt oſtendendo: et quomodo mortaliter deū offendāt certamen aggrediendo/⁊ in ꝑiculoſo ſtatu decedāt. Illi quoꝫ ad quos hoc offiñ ſpectat alijs denūciādi: ſi omittāt/grauiṫ peccāt.

¶ Diſtinctionis Decimequinte Queſtio. xxiiij.

Superioribus queſtionibus loquuti ſumus de partibus ſatiſfactionis cōmuniter enumeratis: ſcilicet ieiunio et eleemoſyna ⁊ cū rectū ſit iudex obliqui de anima: nō poteramꝰ cōmode tractare de ſpeciebus reſtitutionis: niſi de dominijs rerum primeuis nonnihil tangeremus/⁊ eorū annexis. Poſtea de reſtitutionibꝰ triū bonoꝝ de quibus loquiṫ Ariſtoteles primo Ethicoꝝ. ſ. bonis anime/corporis/⁊ fortune/eo ordine quo ſe habēt in dignitate loquuti ſumus. Bona eñ fortune lʒ vulgus ea cum primis eſtimet: ſunt minima bona: ⁊ parui apud ſapientes momenti: iuxta dictum Biantis ſapientis citatum in Paradoxis a Mar. Tul. Oīa mea mecū porto. inſinuantis alia parum ad ſe attinere. Sed quia humanum genus auide inhiat per fas ⁊ nefas hec bona accumulare: aliquid dicemus circa ea: inchoātes a vulpino fure/trium litterarū viro: Quattuor circa hāc materiam queſituri. Primo/an furto aliena ſubtrahēs peccet. Secūda queſtio erit de cauillatione quadā nodoſa furti. Tertia de reſtitutione furti. Et quia aliqui nō bene capiūt quomodo ꝓ furto ſimplici/hoc eſt vt diſtinguitur cōtra rapinā/infligatur mors. Quarto queram an liceat. Et hec erunt de furto ꝓprie dicto. Primo ergo queriṫ/an furto aliena aſportans peccet. ¶ Pro ſolutione queſtionis animaduerte: ꝙ ꝑ furtū interdū intelligimus rapinam/⁊ oē illicite detentū: quo mō capitur ī ꝓhibitione decalogi. ⁊. xiiij. q. v. Penale. Sic ſimoniacus nō īgrediēs ꝑ oſtiū eſt fur. xxij. q. iiij. Tres ꝑſonas Sic etiā vſuraria pecunia eſt furtū. Si ꝓprie capiaṫ. ē volitio capiendi qđ putatur alienū/clanculū inuito domino/aīo lucrādi. Hec definitio quadrat cū ea quā dat Imperator. Inſtit. de obli. q̄ ex delict. naſ. §. Furtum. vbi ⁊ nominis etymologiā explicat. Addūt aliqui mobile ⁊ corporale/per hoc ſimoniā et vſurā excludētes. ſed facile eſt hec impugnare ꝑ metaphyſicaʒ/petendo quomodo ſit vſura ſpiritualis vel circa rem ſpiritualem. ſed nō inſiſto. Definitionē aggredior. in qua volitio ponitur loco gñis: nō vt verū genus: cum furtum cōnotationem peregrinā habeat reſpectu termini volitio: ſed vt meliꝰ rem ipſam capiamus: placuit ita dicere. Dicitur (quod putaṫ alienū) ⁊ nō alienū: qꝛ ſi reʒ meā capio quā credo eſſe alienam: furtum committo. ⁊ hic capitur alienum ſiue ad vſum ſiue ad proprietatem: vt ſi quis rem meam ex pignore vel hyppotheca habet: et ego clanculum ſurripiam furtum cōmitto: quia capio quod ſcio eſſe alienum: ſcio ei aliū in hoc ius aliquod habere. Dicitur (inuito dño) qꝛ ſi dominus conſentiret vel eſt veroſimile ꝑſu-

denti ꝙ conſentiret: ſiue conſentiat ſiue non: nullo modo eſt furtum. et intelligo per dominum rei illum qui in re auctoritatem habet: ſiue ſit dominus inferior vt cauſa ſecunda: cui dominus ſuperior conſentit: ſiue dominus ſuperior: qui omniū poteſtatem in rem accipit: vt deſpoliationem Aegypti. Exodi. xj. hoc idem patet. xiiij. q. v. Dixit dominus. Dicitur (animo lucrandi) quia ſiquis rem auferat vt alium reddat cautiorem vel gratia ioci: non cōmittit furtum. ¶ Ex hac definitione conſequuntur alique ꝓpoſitiones. Prima eſt. Aliquis peccat peccato furti ⁊ nihil furatur: vt ille ꝗ vult ſubtrahere alienū/ ſed non poteſt habere. ¶ Ex qua propoſitione ſecundo ſequitur ꝙ non omnis fur tenetur ad reſtitutionem furti. qđ patet de fure dato: ille enim non ſolum peccat peccato furti/ ſed eſt fur. ¶ Tertio ſequitur ꝙ furtum a rapina differt penes clāculum ⁊ manifeſtum: ſecundo modo capiendo. ¶ Quarto ſequitur ꝙ ego auferens meū ab illo a quo alia via habere nō poſſum iuridice: coram deo nō cōmitto furtum. Patet: quia aufero meum: ⁊ ille nullum ius in illud habet. nec videtur eſſe in hoc peccatum. ſecus eſt ſi poſſim probare rem eſſe meam: ⁊ eam iuridice habere. tunc enim male ago rem meam clāculum ſurripiēdo. Si autem ſciam rem eſſe meam: ⁊ ꝓbare neſciam rem meam: nō debeo rapere: quia hoc cederet in detrimētum reipublice. Si clāculum habere poſſum: non videtur eſſe peccatum. tūc enim non leditur ille a quo capio/ nec reſpublica. ¶ Quinto ſequitur ꝙ exiſtens in extrema neceſſitate capiens neceſſaria pro ſuo nutrimento nō peccat peccato furti. hoc in materia eleemoſyne ſuperius patuit. ¶ Sexto. Qui alienum capit vt faciat eleemoſynam committit furtum: quia capit alienum: et actus cadit ſup obiectum malū: licet circūſtātia finis ſit bona. ſed hoc non ſufficit. et iſtud habetur. xiiij. queſtione. v. Forte. ⁊. xxxij. q. iiij. Sic nō ſunt. ¶ Septimo ſequitur ꝙ quātūcūqꝫ quis parū accipiat qđ putatur eſſe alienum contradicēte domino rationabiliter/ eſt furtum. patet per totam definitionem furti. et. xiiij. q. vj. ca. finali. et de peniten. diſti. j. §. Vulgaris. ¶ Octauo ſequitur nō omne furtum deliberatum eſſe peccatū mortale. Patet de furto alicuius qđ non eſt notabilis dāni. Furtum enim mortale eſt volitio auferēdi notabile bonum. ¶ Nono ſequitur. Furtum eſt auaritia. Furtum eſt vſura. ¶ Decimo ſequitur aliquod furtum eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime cum rapina. Patet. habeā ego hāc volitionem. volo capere hoc. demonſtrādo illud qđ credo eſſe alienum nullo ſciente: poſtea ſuperueniente domino rei et reſiſtente ego rapiēdo rem poſſum continuare volitionem meam preuiā que prius erat latens: nunc vero aperta. ergo idem actus voluntatis numero qui prius erat furtum: poſtea efficitur rapina. Immo ſtat ꝙ nunc primo ſit furtū mortale: ⁊ poſtea idem actus numero erit meritum: ſed hoc nō erit ſimul. Patet. habeam ego hāc volitionem. volo ſurripere hūc librum ꝓpter deum: demonſtrando librū tuum. iam eſt furtum ꝑ ſextū corollarium. cōtinuo illum actum: et in medio tempore tu das mihi illum librum: iā iſte actus eſt meritum: ⁊ poſſum eſſe in gratia: ſaltem eſt actus bonus moraliter. Qui tamen habet caput refertum doctrina cōmuni aliquorum quā ſpeculationem putat: aliter cenſet ⁊ male. ¶ Vndecimo ſequitur ꝙ ſtat equaliter furari ab eodem equali intenſione graduali actus: ⁊ inequaliter peccare. Patet. ſi Sortes preciſe haberet centum ſcuta ſibi neceſſaria: et primo furarer ab eo viginti ſcuta: ⁊ poſtea alia viginti: plus pecco ſecundo/ ꝗ̃ primo: quia Sortes plus eget: et plus tertio ꝗ̃ ſecundo. ſed frangendo arcam primo: et auferens viginti ſcuta plus pecco ꝗ̃ auferens tantūdem poſt me: quia ſum occaſio ſecundi furti: et hoc ſi non fuerit exceſſus ꝑ inopiā in ſecundo. ¶ Duodecimo ſequitur ꝙ hec conſequētia eſt nulla. equalis pecunia eſt ab his duobus ablata. ergo equaliter peccatur. quia ſtat vnum eſſe pauperem ⁊ alium diuitem. ¶ Et ex illo Decimotertio ſequitur per calculationem ꝙ malus eſt peccatum furto ſubtrahere duo ſcuta a paupere ꝗ̃ vigiti a rege: ſed ad minorem reſtitutiōem eſt obnoxius. ¶ Decimoquarto ſequitur ꝙ dando ſcienter malam pecuniam loco bone cōmittitur furtum: ſiue in lumine cādele ſiue in lumine diei alter non cognoſcat. et licet ego accipiā illā malam pecuniam ab alio: poſſum tamē licite dare clāculum illi qui me fefellit. ¶ Decimoquinto ſequitur ꝙ ſi Sortes habeat vſum equi mei: et ego clanculum illum equum auferam: furtum facio. licet enim ſit res mea quo ad proprietatem: non tamen quo ad vſum. ¶ Decimoſexto. Si habeam veſtem Sortis in pignore: ipſa vtendo furtum cōmitto niſi eius voluntatem expreſſam vel rationabiliter preſumptam habeam. ¶ Decimoſeptimo ſequitur ꝙ agricola cōmittit furtum partem agelli vicini ſui ſibi adijciens: per definitionem. ¶ Decimooctauo ſequitur ꝙ hoc peccato peccat qui radit pecuniam plus equo: ſic vt nō maneat iuſti pōderis. ¶ Decimonono ſequitur ꝙ filius interdum cōmittit furtū contra patrem et matrē: quia ſurripit alienū clāculū inuito dn̄o. ¶ Vigeſimo et vltimo. ſi datur mihi vſus equi ad decem milia paſſuum et non vltra: et ego vtar equo ad duodecim vel vltra/ cōmitto furtū. ſecus eſt ſi haberē facultatem domini preſumptam.

## ¶ Definitione furti & corollariis definitionis declaratiuis premiſſis:

pono concluſiones titulo queſtionis reſponſiuas. quarum Prima eſt. Omne furtū eſt peccatū. patet. Furtum prohibetur. Exodi. xx. Non furtū facies. ⁊ in ꝓceptis decalogi. ¶ Secūda cōcluſio. Aliquod furtū etiā deliberatū eſt ſolum veniale peccatū. Probatur. Aliquod furtū eſt qđ non eſt notabilis bonitatis: nec notabilē malitiā infert domino rei: ergo tale furtū eſt ſolū venialiter ꝓhibitū. Inſuꝑ arguitur ad idē extremū ſuppliciū non infertur in foro humano ꝓ quolibet delicto: ſed pro grandioribus: ergo deus non quodlibet delictū imputat mortaliter in ſuo foro. Preterea ſi quodlibet furtum eſſet mortale peccatum hoc eſſet propterea quia furtum ꝓhibetur in precepto vno decalogi/ vel Exodi. xx. ſed hoc non arguit eſſe mortale: vt patet de luxu aliquo inter coniuges veniali: ⁊ trāſgreſſionibꝰ alijs deliberatis contra alia precepta venialibꝰ. ⁊ patet manifeſte de mendacio iocoſo vel officioſo. ¶ Tertia cōcluſio. Aliquod furtū eſt mortale. Probatur. Aliquo furto notabiliter leditur ꝓximus. aut melius ꝓ rege loquendo: in aliquo furto aufertur ꝓximo notabile bonū: ergo aliquod furtū eſt mortale peccatum. Inſuper pro aliquo furto infligitur iuſte mors: vt iā in hac materia dicemus. ⁊ pro ſolo veniali nunꝗ̃ mors licite infertur. igitur. ¶ Quarta concluſio. Aliquod furtum mortale eſt alio furto mortali multo grauius. Patet. quia grauius eſt peccatū furti furari a paupere ꝗ̃ a diuite: nā maius nocumentum ei infertur circa bona que ſunt ei magis neceſſaria: ⁊ maioris triſtitie materia ei datur ꝗ̃ diuiti. igitur. Secūdo probatur idem. aliquod furtū eſt ſacrilegiū: vt auferendo ſacrū de ſacro: vel nō ſacrum de ſacro: vel ſacrū de non ſacro loco: quia hoc habet ſpecialē prohibitionē. ſic de abigeatu: diſꝑgēdo gregē ⁊ inde furendo pecus. ſic de plagio: hominē liberū vendendo: et de peculatu hominem religioſum vel publicum alienādo. xxiij. q. iiij. Quid ergo. Aliquod autē eſt furtū ſimplex mortale. Itē eſt maius peccatum: furto aſportare mille ſcuta ꝗ̃ partē eorū: et vtrūqꝫ eſt mortale: ergo aliquod furtum mortale aliud excedit. ¶ Quinta concluſio. Furtū ex parte obiecti ſiue ex genere non eſt ita magnū peccatū vt homicidiū vel fornicatio. Probatur. Furtū eſt circa bona fortune que ſunt bona inania: vt in frōte huius queſtionis diximus. Homicidiū autē ⁊ fornicatio ſunt circa bona corporis. igitur. Cum hoc tamē ſtat ꝙ ſit aliquod furtum tante malitie ⁊ maioris ꝗ̃ ſimplex fornicatio: imo ꝗ̃ hoc homicidiū. Dabile nāqꝫ eſt furtū minoris malitie ꝗ̃ fornicatio ſimplex: et furtū maioris malitie ꝗ̃ fornicatio ſimplex: ergo etiam poteſt dari furtū equalis malitie cum fornicatione ſimplici. licet in hac illatione vniuerſaliter intelligendo poſſit inſtari. ſicut Campanus inſtat in. xv. Tertij Euclidis. ſed imprudentis eſſet tales angulos cōtingētie extrinſecos in noſtra materia texere. Preterea ad aliquod furtum rerū neceſſariarū homini ſequitur homicidiū: ergo tale furtū cū effectualiter homicidiū includat/ eſt ita graue vt homicidiū. ¶ Sexta concluſio. rapina eſt maius peccatū ꝗ̃ furtū ceteris paribꝰ. ſi cetera ſint paria: equales ſunt actus voluntatis: et equaliter ablata: et omnia alia ſunt paria: hoc dempto ꝙ vnus capit clāculum decē ⁊ alter totidē rapit. ſed cum hoc raptor violentiam et iniuriam actualem et manifeſtam infert ꝯtra dn̄m rei. ergo plus peccat. non ſic fur. Inſuꝑ ꝓ rapina ſm̄ leges ciuiles infligitur vltimum ſupplicium. patet. ff. de penis. l. Capitaliū. §. Famoſos. Talis autē pena ꝓ furto non infligitur: vt poſthac dicemus.

## ¶ Contra primam concluſionem arguitur.

Capiēs racemos ex vineis in calore non peccat: vel capiens pyrū in cāpis: ⁊ talis facit furtū: cū capiat alienū nō conſentiēte dn̄o: quia de eius volūtate nihil ſcit. ¶ Reſpondetur. quia contingit virū pati ſitim cui difficile ſit abſtinere: nego ꝙ tūc faciat furtū. Dominus enim ſi ſciret circūſtantiā rei conſentiret vel conſentire deberet vt ita caperet: aut ſi dominꝰ illic eſſet: iſte emeret ab eo racemū: ⁊ cū non ſit pn̄ſens/ capit. Domino enim vitiū ⁊ alijs in ſimilibꝰ eſt iſte capiēs ſubiectus: ſi non habeat vites/ nō eſt hac lege oneratus. Et hominū conſuetudo vbi eſt copia vitiū hec parua admittit. in ſignum cuius in pleriſqꝫ locis nō ponuntur vitiū cuſtodes. homo tamen poteſt hic venialiter peccare capiēdo plus ꝗ̃ oporteat: ⁊ non notabile bonum: ⁊ etiam mortaliter.

## ¶ Contra ſecundam & tertiam concluſionē arguitur.

Magnitudo obiecti nō ponit mortale ſuꝑ veniale: vt videre licet in homicidio/ adulterio/ et fornicatione ſimplici: ergo nec in furto. ¶ Reſpondetur. antecedēs eſt falſum: poteſt enim homo ꝑcutiendo virū peccare venialiter. ⁊ conſequētia eſt nulla: quia actus deliberatꝰ dormiēdi cū nō ſua ſemꝑ eſt mortalis: ſed nō eſt idē de ablatione bonorum fortune que ſunt minora bona. ¶ Secūdo arguitur ꝯtra eādē ꝯcluſionē ponēdo ꝙ Sortes furetur vt det paupibꝰ: iā ipſe minꝰ peccat ꝗ̃ ille ꝗ furatur vt ſibi retineat. vt dicit Magiſter diſtinctione. xl. ſecundi. et Augu. in enchiridio. ꝙ peius eſt mētiri libidine mētiēdi ꝗ̃ recreationis cā: ⁊ peius recreatiōis cā ꝗ̃ ad ſaluāda bona tēporalia ꝓximi. vt habetur. xxij. q. ij. c. Primū. Et tūc ſic. Vna bona circūſtātia vel finis bonꝰ partialis diminuit vnū gradū malitie: ergo additio alterius bone circūſtātie vel plurium diminuit totā malitiā actꝰ. ⁊ ꝑ ꝯſequēs tale furtum nō erit pctm̄. Non valet dicere. cū malitia ex parte obiecti maneat: licet malitia circūſtantiaꝝ diminuatur: adhuc actus erit malus. quia actus ꝓpter circūſtantiā ſiue cadentem in ratione obiecti: ſiue circūſtantē ꝑ vnā bonā circūſtātiā/ erit minus malus. Si dicas. prima circūſtantia plus tollit de culpa ꝗ̃ de ſecūda: ⁊ ſic gradatim deſcendēdo. Ponantur omnes circūſtātie ſimul. ¶ Reſpondetur. non deſunt dicētes bonū finē vel circūſtātiā non alleuiare malitiā actus mali. qđ non credo. Adhuc tm̄ ſemꝑ actus iſte erit malus. nā ad diminutionē malitie actus nō ſufficit diminuere malitiā circūſtātiarum ſtante malitia obiecti. Etiā non oportet ſi circūſtantia vna diminuit vnū gradum de malitia actus ꝙ circūſtātia in duplo melior in duplo diminuat. Vlteriꝰ dico ꝙ circūſtātia bona plus diminuit de actu peiori ꝗ̃ minus malo. Ex quo patet ꝙ hec ꝯſequentia nihil valet. quicquid malitie eſt in obiecto quo Sortes vult capē decē ſcuta: hoc includitur in obiecto quo Plato vult capē totidē ꝓpter deum: ergo actus Sortis eſt ita malus vt actus Platonis. ſed ad bn̄ ꝯcludēdū oportet in antecedēte addere. et nihil peccatū diminuens eſt in actu Platonis. Et ſi dicas. xiiij. q. v. c. forte. ex Augu. dicitur in fine capitis. Nā ſi totū tribuat paupibus qđ abſtulerat: addit potius pctm̄ ꝗ̃ minuat. Reſpondetur. hoc eſt verum ꝓpter duo pctā: vnum auferendo: aliud dando alienum pauperi inuito domino. ſed auferre decem vt ſuccurram pauperi eſt actus minus malus ꝗ̃ volitio qua quis vult auferre decē non habendo finem bonum. Ex toto ergo iſto non habes aliquod furtum non imputabile.

## ¶ Contra quintam concluſionem arguitur.

Furtum expreſſe ꝓhibetur iure diuino: non autē fornicatio ſimplex: ergo furtū eſt maius peccatū. Martinus Magiſter ꝓpter hanc rationē in ſuo libro de temperātia in materia luxus tenet furtū eē a genere maius peccatū ꝗ̃ fornicationē. Sed illud alibi ꝓlixius reprobamus. Pro nunc dico an̄s eſſe falſum. Nam. j. ad Corinth. vij. prohibetur fornicatio ſimplex: vt pꝫ illud caput conſiderāti. Sc̄do dico ꝯn̄am eſſe nullam. nōne vides ꝙ rapina non eſt expreſſe ꝓhibita: ⁊ tm̄ rapina eſt grauius peccatum ꝗ̃ furtum proprie dictum.

## ¶ Contra ſextā concluſionem arguitur.

Homo plꝰ erubeſcit de furto ꝗ̃ de rapina: ergo furtum eſt maius peccatū. ¶ Sc̄do arguitur. Percutiēs hoīem clanculum ⁊ eum occidēs a tergo: plus peccat ꝗ̃ hoīem occidēs a fronte ⁊ manifeſte: ergo per ſimile fur plus peccat ꝗ̃ raptor. ¶ Concedo an̄s: ⁊ nego cōſequētiam. Ratio eſt: quia erubeſcit interdū de non peccato vel minori peccato. Videtur autē aliquid animoſitatis includi in rapina et nihil eſt animoſitatis/ ſed multum timiditatis in furto: et propterea vulpi aſſimilatur. Hinc non mirabere ſi de furto erubeſcit vir plus ꝗ̃ de rapina. Aliqui autem homicide in bello iniuſto putant ſe eſſe in fama/ et gloriam apud ignobile vulgus conſequi illa via. ¶ Ad ſc̄dm argumētum cōcedo antecedens. talis cū proditorie hominē occidit more vulpis ⁊ timidi: nec dat viro inducias fugiendi et velocitate pedum ſe preſeruandi: vel expectādi et defendendi ſuum corpus. ſemper autē taliter occidēs preſumitur timidus: ⁊ ꝙ non auderet alteri mouere barbam. propterea clanculum ferit a tergo: ⁊ maiorem iniuriam facit occiſo ꝗ̃ ſi a fronte percuteret. ¶ Tertio arguitur. Actus aliquis furti eſt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cum actu rapine. ergo nō eſt minus grauis. Reſpōdetur negando ꝯn̄am. nam poteſt antecedēs eſſe verum: licet plerūqꝫ illi actus diſtinguātur ſpecie. ¶ Quarto arguitur. Furta apud Scythas

maxime puniuntur: ⁊ maiori pena q̃ rapina: ergo furtū eſt maius. Reſpondet ꝙ cōſequutio non eſt valida. Lex enī eſt rationabilis apud eos: q̃ in pleriſqꝫ locis non habent domos: ſed oīa vehūt in curribus. Propterea ſi nō acriter punirēt furta: nihil eis remaneret. Ideoqꝫ precipit Ariſtoteles in problematibus vt puniantur multum furātes e balneo/ vel taberna vel e locis publicis.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxv.

QVeritur ſecūdo de furto (et eſt huius quītedecime diſtinctionis q̄ſtio vigeſimaquinta) an furtū ſit veniale an mortale in caſu ſequēti ſatis vulgari: ſed quē nō vidimꝰ plene reſolutū: ⁊ fortaſſe nec nos penitus omnē difficultatē in argumēto emergentē reſerabimꝰ. Et quia ipm̄ eſt nodoſum: tāgamꝰ ꝓ modulo q̃ occurrūt nobis: primo venam argumēti aperiendo. Sit vnus cumulus granorū in horreo Melros. auferat Sortes omnia grana ſenſim: nūqꝫ duo ſimul/ ſed ſemꝑ vnicū. habeat tot volitiones diſtictas quot ſunt grana: ſic. ſ. volo caꝑe a. granū. volo caꝑe b. granū. ⁊ quandocūqꝫ aufert vnū granū habeat volitionē particularē cadētē ſolū ſuꝑ illud granū: nūqꝫ habēdo volitionē cadentē in plura grana totalia. Tunc ſic. in caſu verū eſt dicere/ Sortes euacuauit horreū ſenſim auferendo grana: ⁊ tn̄ nō peccauit mortaliter: ⁊ ſi in hoc caſu nō peccauit mortaliter nō inuenies furtū mortale. Si dicas nō peccauit mortaliter: in fine ſic callide ſubtrahēdo dabis occaſionē auferēdi oīa bona ſine mortali. Itē habēs diſtinctas volitiones occidēdi tres viros plus peccat/ q̃ habens volitionem occidēdi tres copulatim. alioqn volens occidere infinitos infinite peccaret. ergo habens plures volitiones diſtinctas cadētes ſuꝑ plura grana plus peccat q̃ habēs vnā cadētē ſuꝑ magnā cōgeriē granoꝝ. ſed auferēs cōgeriē ſic ꝑ vnū actum/ duos/ vel tres mortaliter peccat: ergo ⁊c.

¶ Iam ꝓbemꝰ ꝙ non peccauit mortaliter. vel in ablatione primi grani ⁊ hoc nō/ vt ꝯſtat: nec in ablatione ſcd̄i grani q̃ eadem eſt ratio: ⁊ ſic de qualibet alia volitione eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime: que volitiones cadunt in obiecta ſimilia: ⁊ dependēt a ſimilibꝰ notitijs abſtractiuis vel intuitiuis. Forte dicis. ablatio decimi grani eſt pctm̄ mortale: hoc eſt volitio auferēdi decimi in virtute p̄cedētiū: ſicut vltima gutta cauat lapidē in virtute precedētiū. Sed ꝯtra. decima eſt eiuſdē ſpeciei vt dictū eſt cū alijs volitiōibꝰ: ⁊ ſi fuiſſet p̄ma nō fuiſſet mortalis: ergo nec in vltimo loco: alioqn auferēs poſt nouem alios/ mortaliter peccaret. Itē analogia de cauatione lapidū nō cōducit. Et q̃ ꝑ illā forte effugiū q̄ris: ⁊ eſt in omniū ore: eam impugnabimus. ⁊ hoc ſic. Vel prima gutta aliquid a lapide aufert: vel nihil. ſi ſecundum: pari forma nec ſecunda gutta aufert/ nec tertia: cum ſit par ratio: ergo nulla gutta cauat. Dicis. prima et ſecunda diſponunt ad cauationem: ſed vlima virtute illius diſpoſitionis cauat. Quero que ſit iſta diſpoſitio vel molificatio. nam lapis nō videtur mollior ſolito. et cum nulla forma ſubſtātialis ꝓducatur: non eſt aliqua preuia diſpoſitio. Reſpondetur concedendo ꝙ quelibet illaꝝ volitionum eſt eiuſdē ſpeciei eſſentialis entitatiue: ſed nō ſunt eiuſdem ſpeciei ī genere malitie. ¶ Oportet aūt videre ſm̄ iudicium prudētum qn̄ ſit notabile dānum illatum proximo / vel potius notabile bonum ablatū a proximo. vt auferre a rege Francoꝝ tres vel duos duodenos nō eſt ei nocere notabiliter: ſed aufertur ab eo notabile bonū: q̃ per illam pecuniā poterat mereri: eam dando pauperi. Conſiderandum eſt itaqꝫ ſi eſſet prudens/ vel aliquis iuſtus propinquus/ diceret: non eſt notabile bonū ablatum adhuc: licet male actū. ⁊ interdum diceret: nūc eſt notabile bonū ablatum: q̃ mediat inſtans inter notabile bonum ⁊ nō notabile: in quo quidē inſtanti verum eſt dicere: nunc eſt primo notabile bonū ablatum: vel nunc non eſt notabile bonum ablatum: ſed īmediate poſt hoc erit notabile bonū ablatum. Et do ſcd̄m: alioquin dabis minimū mortale circa talem materiā cum tali intēſione graduali ⁊ circūſtantijs. Prudens ergo diceret Sorti. nunc deſiſte: ſi aliud vltra auferas: mortaliter peccabis. Et lꝫ nos lateat an in fine ablatiōis iſtius grani ſit maximum non dānificans/ vel illius: tn̄ ſcimus eſſe ſtatum in fine alicuius. frequēter enī ſcimus indefinitā: ⁊ de qualibet ſingulari dubitamꝰ. vt hec eſt ſcita a me: in die aliqua ſtella eſt ſupra nos: et quelibet ſingularis mihi dubia. Si conſciētia viri dictet, ei ꝙ ſi auferat plus notabiliter aufert ⁊ mortaliter peccat: tunc mortaliter peccat contrauenīēdo conſcientie erronee. Si non notabile bonum in rei veritate ſit ablatum: idem eſt. licet peccatum ſit minus ſi vehementer dubitet. ſin habeat ſcrupulum leuem: nō oportet. Si vero aufert notabile bonum: dato ꝙ cōſcientia ei dictet ꝙ non eſt notabile bonum: mortaliter peccat cōtrauenīendo precepto dei de furto. ¶ Ex iſto ſequitur: ꝙ qn̄ maximū non dānificans eſt ablatū: ſi aliquid vltra auferatur quātūcūqꝫ puſillū: eſt mortale peccatum: ⁊ ſic ablatio vniꝰ grani immo cuiuſcūqꝫ partis ꝓportionalis vnius grani facit mortale peccatū non abſolute ſed in virtute precedentium. Quo fit vt non ſit idē in ablatione primi grani ⁊ vndecimi. vocemus decē grana gratia exēpli maximam multitudinē non dānificantē: vt eſt de cauatione lapidū. Item ſi poſt ablationē decem granoꝝ peniteat intēdens reſtituere: ſed reuocetur mox nolēdo reſtituere: ſed auferēdo vltra aliud mortaliter peccat: q̃ capit notabile bonū. Sed quo ad analogiam impugnatam dicitur: ꝙ quelibet gutta aliquid de lapide tollit ſed primū ablatum eſt inſenſibile: ſcd̄m etiā inſenſibile: ⁊ ſtat totum ablatū adhuc eſſe inſenſibile. deinde in fine quarti vel quinti caſus erit vnū ſenſibile: ⁊ tūc erit cauatio parua. In ſcd̄o autem caſu ſemper plus cauatur q̃ in primo ꝓpter maiorē intercapedinē inter guttā ⁊ terminum ad quem: ⁊ meliorē vnionem in recipiendo. Si dicas. tunc tandem lapis perforaretur. conceditur quātūcūqꝫ ſpiſſus ⁊ firmus. ſicut non quelibet depreſſio naſi denominat virum ſimū: ſed notabilis depreſſio. ¶ Sed cōtra iſtud arguitur. oportet ergo dicere ꝙ Sortes peccat venialiter ⁊ mortaliter ſic auferēdo. hoc eſt incōueniens: igitur. ꝙ ſequatur ptꝫ. aſcēdendo a non peccato prius tranſit per veniale tanqꝫ per mediū q̃ per mortale: ergo ablatio quinti grani (gratia exēpli) erit venialis: et ſic de quolibet grano ad decem vſqꝫ incluſiue: et ablatio vndecimi grani erit mortalis. et ſic ablatio eius erit peior q̃ decem volitiones precedētes. immo ablatio minimi naturalis vndecimi grani. ¶ Reſpōdetur primo ad materiā argumēti: ꝙ ſtat capere decem grana / vel racemos ſine peccato: vtꝫ propter ſitim vel famē/ vel ad videndā naturam terre: qn̄ dn̄s rōnabiliter vellet illud ſi eſſet preſens / vel rōnabiliter velle deberet ſi ſciret: tūc enī non pecco quoquo pacto. Et ponamus ꝙ quinqꝫ grana vel ſpicas capiam ſine peccato: ibi dandū eſt maximū non dānificans citra veniale: rurſus a quinqꝫ ad decem maximū non dānificans quo ad mortale: ita vt ablatio cuiuſlibet grani ſub quinqꝫ vel quinti ſit non peccatum: cuiuſlibet aūt ablatio inter quinqꝫ ⁊ decem: etiā decimi ſit venialis: ⁊ ſupra decimum mortalis. Et licet ſint duo maxima non dānificantia: vnum citra veniale: alterū citra mortale: de ſcd̄o tn̄ potiſſimū loquor. Quis etiā non procedat ſemper a non peccato ad mortale per veniale tanqꝫ per medium: tn̄ hic ꝓceditur dato ꝙ fuerit conſenſus deliberatus auferēdi alienum paruum. Conceditur ergo ꝙ ablatio minimi naturalis ſupra decē erit peior/ q̃ ablationes oīm partium precedētium: q̃ in eo aufert notabile bonum. pro mortali vocetur b. primū notabile bonum: pro veniali a. ſed hoc eſt ꝓpter habitudinē ad precedentia grana. Et eodē modo oportet dicere ꝙ ablatio decimi grani eſt peior/ q̃ ablatio noni: ⁊ ablatio noni peior/ q̃ octaui: et ſic ad quintum vſqꝫ: vbi eſt non peccatū. Et concedo ꝙ ſic auferens mortaliter ⁊ venialiter peccat. Forte dicis. non incōuenit mortale integrari ex venialibus precise: ſicut magnū pōdus ex paruis conflatur. ⁊ hoc vult Alanus inquiēs. De minimis granis ſit maxima ſumma caballi. De minimis mēdis non veniale malū. Si intelligat vt verba ſonāt: delirat/ nec de eius errore curo. venialia enī frequēter diſponunt ad mortale. An aūt quelibet pars peccati mortalis ſit mortalis: alibi inquirimus. ¶ Sed dicis: ponamus ꝙ aliquis eliciat in inſtāti vndecim volitiōes diſtinctas auferēdi vndecim grana: non poſſum tunc recurrere ad vnum actū in virtute precedētiū: cum nullus actus precedat: ergo in illo caſu quilibet actus erit venialis: ⁊ neceſſariū eſt dicere ꝙ auferēs totū cumulum ſolū peccat venialiter / vel ꝙ mortale ex ſolis venialibus conflatur. ¶ Reſpōdetur. admitto caſum. licet enim volūtas non poſſit habere vndecim actus diſtincte ſimul: non euitatur difficultas capiēdo obiecta maiora vel grana: ſicut malū punicum eſt in duplo maiꝰ in Aegypto/ q̃ in Vaſconia. tunc enī poteſt habere quinqꝫ/ vel ſex actus: ⁊ dico quēlibet illorū actuū eſſe mortalem: q̃ equa eſt ratio in oībus ⁊ ſi vnus ſit nō peccatum/ vel venialis: eadē eſt ratio de oībus. ¶ Ex iſto aūt non ſequitur quod tangitur inter arguēdum de decem volitionibus ſucceſſiue elicitis: ꝙ mortale ex venialibus cōponatur. cum quilibet illorum actuū: de quibꝰ in vltima obiectione: ſit venialis: q̃ ſic decedēs puniretur ſolū per finitum tēpus in purgatorio/ vel in inferno. ſed non datur actus cōmiſſionis quoquo pacto ex venialibus reſultās. Ratio quare illorum quilibet eſt mortalis: eſt: q̃ nunc leditur ꝓximus notabiliter: ⁊ hoc mihi cōſtat. et de equalitate rōnis actuū hanc cauſam addiderim: alioquin dicere oportebit ꝙ a principio intēdens ſucceſſiue habere decē actus ꝑ cautelā: per quēlibet actum peccaret mortaliter. Sed cum poſſit dari diſcrimē in actibus: non apparet eſſe idē: ſed iſte ſic intēdens a principio peccaret mortaliter ꝑ vnum actū. ſcꝫ volo auferre vndecim grana ſucceſſiue ꝑ diſtinctos actus vndecim: vt ſit ſophiſma. ⁊ iterum in. xj. actu peccaret mortaliter. ſed ſic quēlibet alium actū volūtatis ſecluderet habendo illos vndecim actus ſucceſſiue: vndecimꝰ aūt actus primo eſſet mortalis. Iſtud poteſt colorari per id quod dicitur. ff. ad le. Aquil. l. Itē. §. Sed et ſi ſeruum. vbi ſimilis caſus de ꝑcuſſione incidit. Sed dicis. ſi cum vnus. ſ. Sortes habet vndecim actus in eodem inſtanti elicitos circa totidē grana: quilibet eſt mortalis: ⁊ cum Plato ſucceſſiue elicuit vndecim actus: vndecimus primo eſt mortalis: Sortes vndecies plus peccaret/ q̃ Plato: non ſtemus in venialibus Platonis cū exceſſus mortalis ſuper veniale ſit ſicut linea ad punctum. Dicitur hoc non oportere: quia ſtat vnum mortale eſſe peius alijs duodecim. Poteſt tamen homo non inſulſe dicere de eo qui intendit ſophiſtice ſic grana auferre: dato ꝙ ſucceſſiue actus voluntatis habeat: ꝙ quilibet eorum ſit mortalis: ⁊ idem ſit inſtantanee ⁊ partibiliter illos actus habere.

¶ Sed contra totum iſtud arguitur. ſi Sortes auferat a cumulo decē grana. Plato ſuperueniens auferēs vnum granum peccaret mortaliter. cum auferat notabile bonum. Item ponatur ꝙ vnus auferat a varijs cumulis congeriem granorum pro onere caballi: ſic ſcilicet vt a quolibet auferat precise vnum granum videtur ꝙ non peccabit ſaltem mortaliter: cū a nullo capiat notabile bonum. ¶ Ad primū dico. vel Plato ſcit Sortem tunc abſtuliſſe decē: et ſic concedo ꝙ peccet mortaliter. et ita apparet ꝙ quilibet auferens vnum granum ſi ſciant de ſe inuicem/ peccat mortaliter. ſi neſciat/ non oportet: quia neſcit de ablatione notabili. et Sortes ſolum peccauit venialiter. Interdum enim minus auferens plus peccat: vt ſi Sortes in campis habeat tres panes: quorū quilibet ſufficiat ſuccurrere ſue extreme neceſſitati. Plato p̄rio auferat ei duos: poſtea Cicero vnum: hic plus peccat q̃ ille. Sed dicis. Ponamus ꝙ nolint reſtituere. Sortes dicat: ego peccaui ſolum venialiter auferēdo: nec teneor reſtituere ſub pena peccati mortalis. Plato dicat: minꝰ abſtuli q̃ Sortes: ſed ipſe non tenetur reſtituere ſub pena peccati mortalis: ergo nec ego. Dico ꝙ Sortes in illo caſu tenetur reſtituere ſub pena peccati mortalis/ licet ſolum peccauerit venialiter auferendo. nam ſi mille abſtulerūt mille grana ab vno cumulo: quilibet eoꝝ peccauit venialiter auferendo/ vel forte non peccauit. et ſi poſtea ſciuerint de ſe inuicem ꝙ paterfamilias notabiliter leſus ſit: tenentur omnes reſtituere ſub pena peccati mortalis. alioquin fraudaretur innocens ſuis bonis. Sed ſi omnes reſtituerent vno dempto: et ipſe clāculum abiret cū ſuo grano: non oportet ipſum peccare mortaliter hoc retinendo. ¶ Ad aliud vbi ponis vnum callide furari a varijs/ puta Cacum: talem non excuſo. Alioquin auferēs a cōmunitate Venetoꝝ ⁊ Romanoꝝ in diebus quibus Roma floruit: et nunc a cenobitis noſtris/ non peccaret: cum a nullo capiat notabile bonum/ ſed a cōmunitate. Si dicas. habēt ſubordinationem ad quādā vnitatem: vt cenobite ad abbatem. Veneti ⁊ Romani ad ſenatum ⁊ ad patricios. Idem dico vbi nulla eſſet ſubordinatio: quia ſufficit ꝙ ſit notabile bonum ablatum de ſe. furari tamē a pauperie eſt maius peccatum ceteris paribus. ¶ Pro tota hac materia capiatur hec ſcala aſcendēdi ad intelligendā ſolutionem. Percutiat Alexāder Macedo Clitū vndecies: ita vt primus ictus non ſit ad mortem vſqꝫ/ ſed parū ledat: ſic vt ſtet eſſe veniale peccatū: ⁊ ſic de alijs ictibus. interim videns chariſſimum Clitum debilitatum in decimo ictu: iudicat vel ſapiens iudicaret: ſi amplius ꝑcutiat: occidet vel notabiliter ledet amicum Clitum. Vel ſi cōſtat ꝙ non omnis perforatio carnis inducit mortem: ponatur ꝙ penetratio decem partium non inducat mortē/ ſed bene vndecim ſenſim: Brutus mittat pugionem in cor Iulij Ceſaris/ ⁊ cōſtet Bruto ꝑ reuelationem ab Aeſculapio vel Hippocrate: tunc poſterius ſemper amplius peccat. Et idem eſt in ꝓpoſito argumenti principalis: hoc dempto ꝙ vnum peccatum eſt circa maius obiectum ⁊ peius q̃ aliud. ¶ Sed contra totum illud arguitur. Volitio vndecima eſt improportionabiliter maior decima: ſicut mortale tranſcēdit veniale: quia notabile bonum aufertur: ergo duodecima volitio erit mortalis improportionabiliter maior vndecima volitione/ q̃ videtur eadem ratio. ¶ Reſpōdetur negando conſequētiam. ſicut aliqua concauitas naſi nō ſufficit denominare virum ſimum: et ponatur ꝙ decem parue depreſſiones non ſufficiant: et vndecima

primo ſufficiat/vel decima depreſſio eſt vltima nõ ſufficiens:non quelibet ſequens vndecimam depreſſionem: ſimitatis ſic variat denominationem. ¶ Interdum pro ſolutione argumenti aliter imaginatus ſum/videlicet ꝙ ſic furans grana peccabat peccato omiſſionis mortaliter:et mouebat ex illo/quia videbatur mihi equalis ratio de qualibet volitione cadente ſuper vnum granum ſiue primo loco/vltimo/vel medio. et quia non videbatur ratio ꝙ totiẽs peccaret mortaliter quot eſſent actꝰ: vel ꝙ nullo modo peccaret mortaliter: incidi in hoc ꝙ peccat peccato omiſſionis: cum nulla cõmiſſio ſufficere videretur. Omiſſio fuit hoc modo. tenebatur in p̃ſentia obiectorũ habere vnum nolle efficax auferendi alienum:qd̓ quia non habet peccat mortaliter omittendo. ſicut occidens in ebrietate vel in dementia exterius peccat ſm̃ vnum modum dicendi: et actus exterior eſt malus:et tamen nullus actus interior malus reſpõdet. vbi videtur eſſe confugiẽdum ad vnã puram omiſſionem. ¶ Sed contra iſtud arguitur. tũc ſequitur ꝙ q̃ primũ tu venires in bibliothecã meã: tenereris habere vnum nolle auferendi libros meos: et in foro vel in templo reſpectu cuiuſlibet obiecti concupiti eſſes deuinctus habere tot nolitiones. quod videtur abſurdum et falſum. Pari forma quando haberes actum malum voluntatis:peccares peccato omiſſionis. patet:quia eſſes obligatus non habere iſtum actum:⁊ cum habes:igitur. Licet hec argumenta viderentur reſponſioni imponere ſilentium:niſus ſum tamen reſpondere. Ad primum nego conſequentiam quando obiectum preſentatur in preſentia locali:ſecus eſt quando preſentatur obiectiue:quando homo exit in actum exteriorem: qui quidem actus non habet tam malum actum interiorem q̃ eſt exterior reputatus a prudentibus. modo exterior acceptio alieni eſt mortalis:et nõ videtur quis actus interior ſit mortalis in caſu. Secundum argumentum ferme equaliter ꝓcedit contra opinionem. concedo ꝙ tenetur non habere illum actum: et qui eum habet peccat peccato commiſſionis. tũc autem ſolum homo peccat peccato omiſſionis quando omittit habere actum quem tenetur habere:qd̓ non contingit in propoſito. non enim tenetur habere nolle: quãdo eſt actus interior tãte malitie quante exterior reputatur a ſapientibus. Siquis voluerit conformiter huic modo dicere:dicat. placent mihi magis prius dicta. Poſſumus enim ſeruare tãtã malitiam in actu interiore vt ſuperius niſi ſumus oſtendere:quãta a prudentibus ponitur in exteriore. Malitia nãqꝫ actus exterioris ab iteriore pendet. Propterea ſatius eſt in radice loquendo confugere ad interiorem.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xxvj.

TErtio circa materiã furti quero. an fur teneatur ad reſtitutiõem omniũ que furto habuit. Reſpondetur affirmatiue. probatur per verbum illud vulgatum Auguſtini ad Macedonium. Non remittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. Secũdo probatur. Omnis habens alienum inuito domino tenetur illud vero domĩo reſtituere: fur eſt huiuſmodi. igitur. Inſuper non ꝓhibetur furtum niſi propter detentionẽ: vt non teneatur alienũ. ſed furtum Exodi.xx. eſt ꝓhibitum. ergo a fortiori detẽtio alieni alio inuito.

¶ Contra hanc cõcluſionem affirmatiuã ſic arguo. Preceptum de furto eſt negatiuum:ſed precepta negatiua poſſunt impleri nullum actũ habendo. patet:quia nunq̃ homo tenetur elicere actum furti: puta ſi nunq̃ furetur: et ita alia precepta negatiua homo adimplet ſufficienter. ¶ Reſpondetur cõcedẽdo. licet enim precepta negatiua ſemꝑ ⁊ ꝓ ſemꝑ obligent:tamen homo non ſemꝑ tenet̃ elicere actus preceptorũ negatiuorum:ſed ſufficit ꝙ taliter ſe habeat qualiter ꝑ negatiua precepta importatur. ſ. vt nunq̃ fureur: nũq̃ occidat. ſed ſi furetur neceſſarium eſt elicere actum poſitiuum reſtituendi:niſi habeat rationabilem cauſam nõ reſtituendi. et peccat contra preceptum legis nature. Matthei.vij. faciendo alteri qd̓ nollet ſibi fieri:detinendo. ſ. alienũ. ¶ Sed contra hoc argumẽtor. vel in qualibet parte temporis quo tenet alienũ: peccat noua imputabilitate:vel ſolum vno peccato tenendo per totam vitam. non ſecũdum:quia ſic non grauius peccaret tenẽs equum furto ablatum.xx. annis q̃ eum detinens duobus diebus. qd̓ non eſt dicẽdum. Nec primum:quia ſic infinite peccabit fur:qd̓ non eſt dicendum. ¶ Reſpõdetur negando hanc diſiunctiuam pro vtraqꝫ ſui parte. qꝛ nec detinens furtum peccat nouo peccato in quolibet inſtãti vel tempore quo alienum detinet: nec peccat ſolum vno peccato toto tempore quo alienum tenet in magno tempore:ſed peccat quando conſiderat vel conſiderare tenetur de reſtitutione et non reſtituit:nec habet rationabilem cauſam non reſtituendi.

¶ Secũdo arguitur. ponendo ꝙ vnus exercitus veniat ad vineam Naboth: et quilibet capiat vnum racemum quouſqꝫ tota vinea ſit ablata. hoc ſuppoſito ſic argumentor. Nullus iſtorum tenetur ad reſtitutionem nec omnes iſti: ergo furtum non eſt de neceſſitate reſtituendum. ꝙ nullus iſtorum teneatur ad reſtitutionem de neceſſitate ſalutis:patet. nullus iſtorum peccauit:vel ſaltem ſolum venialiter peccauit: ergo non eſt de neceſſitate ſalutis reſtituere ablatũ. Forte dicis. tota multitudo mortaliter peccauit: et tenetur de neceſſitate ſalutis ad reſtitutionem: et nullus iſtorum tenetur ad reſtitutionem. et ratio eſt:quia tota multitudo aſportat notabile bonum a Naboth:et tamen nullus abſtulit notabile bonũ. Contra. ponatur ꝙ nullus reſtituat:tunc ꝑ te tota multitudo dãnabit̃:⁊ nullus totius multitudinis dãnabit̃. qd̓ nõ eſt poſſibile. ¶ Reſpondet̃. vel multi auferunt omnes racemos vel grana racemorum integri acerui:⁊ nullus ſcit de alio tẽpore ablationis vel poſtea: et tunc dico ꝙ nullus peccat mortaliter: nec tenetur ad reſtitutionem:nec tota multitudo:licet notabile dãnum intulerit ipſi Naboth:quia non fecerunt hoc ſcienter: vnus enim neſciuit de alio:licet tota multitudo hec grana ceperit ſcienter:quia Sortes accepit vnum granum ſcienter: Plato vnum granum ſcienter:⁊ quilibet abſtulit vnũ granũ ſciẽter:⁊ ꝑ ꝯñs tota multitudo rõne diuerſarum ꝑtiũ abſtulit totũ cumulũ ſciẽter. ſed cũ nemo ſciuerit de alio: nullꝰ peccauit mortal̓r auferẽdo vel detinendo:plus q̃ ſi fuiſſet vnus ſolus. quia eodem modo ſe habet quilibet in tota ſocietate ac ſi ſolus eſſet. Vel quilibet inſtigat alium ad auferẽdum omnes racemos:et ſic licet quilibet acceperit vnum ſolũ granum:quilibet peccauit mortaliter:cum quilibet habuerit virtualiter animum in ablationem totius. et ſic quilibet tenetur reſtituere hoc qd̓ accepit:et totum ſi alij non reſtituant. hoc eſt:quilibet tenetur in ſolidum: quia volitio auferendi effectualiter cecidit in totã vineam. Tertio modo poſſunt ſe habere ſic vt ſciant de ſe inuicem:ſed nullus aliũ exhortetur ad capiendũ aliquid: quilibet tamen capiat vnum granum:et hoc ſciat Sortes de alijs complicibꝰ ſuis: et idem ſciat Plato: et ſic de quolibet alio. Hoc membrum eſt magis anceps. quilibet enim iſtorum ſcit



ꝙ Naboth notabiliter dãnificabitur. dubium eſt ergo an quilibet ſolum venialiter peccet. et apparet ꝙ ſic. ſi vnus abſtuliſſet preciſe vnum granum ſolus: venialiter peccaſſet:vel non peccaſſet. pro nũc non facio vim:quia idem eſt quo ad nõ peccare mortaliter. et nullus alium inſtigat ad capienda grana. ergo nullus peccat mortaliter. oppoſito autem dato:malum eſſet furto aſportare in ſocietatem. In oppoſitũ arguitur:quilibet ſcit ꝙ Naboth notabiliter dãnificabit̃. In primis dico ꝙ ſub pena peccati mortalis quilibet tenetur reſtituere granum qd̓ abſtulit. Probatur. ſi vnus non teneatur reſtituere ſuum granum:nullus ſuum granum tenetur reſtituere: et ſic nulla erit reſtitutio in grãdem iacturã Naboth: et ꝑ conſequẽs ſufficeret multis ſic auferre totã vineã ſine mortali peccato. Eodẽ modo opinor: ꝙ quilibet capiẽs ſuũ granũ peccauit mortaliter: ⁊ q̇ videbat erat partialis cã ablationis totius:ſed q̇libet debuit ſignificare ſocio ſuo iniquũ eſſe aliq̇d auferre: quia hac via Naboth grauẽ iacturã haberet. ſed cũ nemo iſtigauit aliũ ad capiendũ ſufficit vni ſuũ granũ qd̓ furto abſtulit reſtituere. Sed hic eſt alia obiectio. ſi Sortes videat ꝙ oẽs alij reſtituerũt iã ſua grana:ipſe nõ tenet̃ ſuũ granũ reſtituere de neceſſitate ſalutis:ergo nec antea. ſꝫ nego ꝯñtiam.

¶ Tertio arguitur. præcipiens famulo furto ſubtrahere equũ: nõ tenet̃ illũ equũ reſtituere: ergo ꝯcluſio eſt falſa. Antecedẽs patet:ſtat ꝙ famulus equũ habeat ⁊ nolit dño equũ dare. tũc ſic. famulus tenetur equum reſtituere: et ſi dominus tenetur reſtituere:tam famulus q̃ dominus tenetur equum reſtituere: et ita dominus cuius equus eſt ablatus ꝓ vno habebit duos. ⁊ ſi cẽtũ recepiſſet: pari rõne haberet cẽtũ equos. qd̓ nõ eſt dicẽdũ. ¶ Pro ſolutione iſtius argumẽti ponent̃ modi currẽdi cum fure: ſm̃ illud Pſalmographi. Pſalmo.xlix. Si videbas furẽ currebas cũ eo. Poſtea rñdebit̃ ad vim argumẽti. Quo ad primũ dicit̃ ꝙ multi ſunt modi currẽdi cũ fure: vt ptꝫ ꝑ carmina vulgaria. Iuſſio/conſiliũ/ꝯſenſus/palpo/recurſus/ Participãs/ mutus/nõ obſtãs/nõ manifeſtãs. Iuſſio. qñ ſuperior ꝑcipit inferiori. Conſiliũ. ꝯſulẽs facere furtũ ſine cuius ꝯſilio nõ fuiſſet illud furtũ ꝑpetratũ. Cõſenſus. ſine cuius ꝯſenſu fur nõ ſubtraheret alienũ. Si aũt ꝯſenſus non ſit cã furti ꝯſentiẽs licet mortaliter peccet ꝯſentiẽdo pctõ: nõ tñ tenet̃ ad reſtitutionẽ. Palpo. q̇ adulat̃ furi quaſi ſtrenue egiſſet:cuiꝰ cõmẽdatio eſt cã auferendi vel amplius auferẽdi. Recurſus. hoc eſt ille q̇ furẽ tuet̃ apud iudicẽ.xj.q.iij. Qui ꝯſentit peccãtibꝰ. Participãs. faciẽs foramina in oſtio:ſcalas/vel vncos ad extrahẽdas veſtes. Mutꝰ. nõ mouẽs furẽ ad reſtitutionẽ. q̇ ſua monitiõe poterat reſtitutionẽ ꝓcurare. contra quos loquitur dñs Eſaie.lvj. Canes muti non valent latrare. Non obſtãs. hoc eſt nõ reſiſtẽs vbi reſiſtere põt ſine grauiore iactura rerum ꝓpriarum vel corporis. Non manifeſtãs. nõ dicẽs vero dño de furto. Cõueniũt aũt oẽs in ſex ꝑmis modis: ꝙ q̇libet iſtorum tenet̃ ad reſtitutionẽ. Ratio eſt:quia quilibet iſtorum eſt partialis cã iſtigatiua ad auferẽdũ totũ. Sed ſi fur voluit ſine me furari ſolũ vigiti:⁊ facio eũ furari.xxx. teneor ſolũ ad reſtitutionẽ decẽ:⁊ nõ ſum vlo mõ cã aliorum viginti. ¶ Redeũdo ergo ad q̃ſtionẽ: vbi ſuadeo cape totũ: teneor reſtituere totũ: cũ ſim partialis cã inſtigatiua auferẽdi illius totiꝰ:ergo vno nõ ſoluẽte aliꝰ obligat̃ ſoluere totũ: ⁊ cõtra vno ſoluẽte alij ſunt abſoluti. Iſtud ptꝫ Inſtitu. de oblig. q̃ ex delicto naſ.§. Interdũ quoqꝫ. Et rõ naturalis eſt ad hoc. Nam ſuaſu tuo Sortes abſtulit a me cẽtũ et tu es cã dãni mei:ergo teneris ad ꝓcurãdã mihi reſtitutionẽ. Et ptꝫ de iniur. ⁊ dã. dato.c.finali. Et vbi alter ſoluere noluerit:tu teneberis ſoluere:ſiue cẽtũ mea habeas ſiue nõ. ⁊ ſi ipſe.l. habeat:et tu alia.l. non ſufficit tibi:dare mihi.l. ſed teneris ad alia.l. quorũ eras partialis cã auferẽdi: ſi alter dare noluerit. Sed ſi das mihi mea cẽtũ:alter habẽs.l. tenet̃ tibi reſtituere.l. q̃ habet. Exẽplũ de illa obligatiõe in ſolidũ:⁊ vbi vno nõ ſoluẽte habebo actionẽ cõtra aliũ. do cẽtũ ſcuta mutuo Titio ⁊ Meuio: q̇ ſe ad ſolutionẽ obligãt in ſolidũ:licet vterqꝫ eorum habeat ſolũ medietatẽ illiꝰ pecunie: vtrũlibet iſtorum que volo:ꝯuenio corã iudice ꝓ itegris cẽtũ: qꝛ ad hoc ſe obligarunt: ⁊ q̇libet eſt fideiuſſor ꝯtualiter ꝓ ſocio. In tribꝰ vero vltimis modis q̃uis multi dicãt illos nõ teneri ad reſtitutionẽ: lꝫ male agãt: mihi tñ nõ placet. q̃uis eñ nõ ſint ꝑſone publice: vbi poterãt tenebant̃ manifeſtare furẽ: ſaltẽ furtũ ſi nõ furẽ. ⁊ ſi nõ fecerũt:tenent̃ ad reſtitutionẽ. q̇libet eñ ſm̃ legem charitatis eſt obligatus ꝓſeruare fratrẽ in corpore ⁊ in bonis ne iacturã incurrat notabilem:cui facile obuiare põt. Si vero habebãt rõnabilẽ cãm non reuelãdi vel reſiſtẽdi: vtpote fuiſſet in ſuã grãdẽ iacturã vel rei publice:tñ non tenentur. Ex his patet ſolutio ad argumentũ.

DVbitatur: ad quid obligetur emẽs rẽ furtiuã vel raptã. Rñdet̃ diſtinguẽdo. vel eñ q̇s emit ſciẽter rẽ furtiuã:vel ignoranter ignorãtia inuincibili. ſi primũ: etiã ſi rẽ in foro publico emerit: fur tenet̃ rem furtiuã reſtituere ſi eam habeat. ⁊ ſi rẽ ipſam alienauerit vel res ipſa perijt: ꝑciũ reſtituere tenet̃ ſm̃ optimum ſtatum rei. hoc eſt ſm̃ ꝙ plus valuit poſteaq̃ fuit ab ipſo empta. Qd̓ ꝓbat̃ ꝑ.c. Grauis. de reſti. ſpolia. Fur eñ ſemꝑ eſt in mora. l. ſi ꝓ fure. ff. de ꝯdi. fur. niſi rẽ dño vero/tẽpore et loco obtulerit: et dñs rẽ recuſauerit: tũc enim fur purgauit morã. et propterea ſi tũc ꝑeat ſine culpa furis nõ tenebit̃ ad reſtitutionẽ. tenet̃ etiã reſtituere fructꝰ q̇ ꝑcipi poterãt tẽpore quo rẽ ipſam habuit: qꝛ hoc eſt de lege nature. Quoad expẽſas ſolũ habebit illas quas fecit grã fructuũ q̃rendorum ⁊ ꝯgregãdorum. ⁊ hoc de iuris rigore. Inſtitu. de rerum di.§. Ex diuerſo. In bona eñ eq̇tate põt petere et cape expẽſas quas fecit in ꝯſeruationẽ rei: vt equũ paſcendo niſi eũ locauerit: tãtũdẽ captẽs quãtum dedit pro equo paſcẽdo. Vel ſi curauit equũ q̇ erat morboſus: inquãtũ vtiliter geſſit negociũ dñi: rõne illiꝰ põt petere expẽſas. Poteſt itaqꝫ poſcere expẽſas neceſſarias vel vtiles. ſine ꝑmis eñ res non fuiſſet: cũ ſcdis res melior efficit̃. nihil tñ dabit̃ ꝓ expẽſis voluntarijs: q̇ ſolũ rẽ ornãt ⁊ eã non meliorẽ reddũt. Si vero q̇s emit rem furtiuã nõ animo detinẽdi: ſed emit modico ere vt rẽ ipſam dño reſtituat: qꝛ alioq̇n res ipſa ꝑiret: dñs in foro ꝯſcientie ſi hoc ꝯſtiterit/debet ei ſoluere: ⁊ illa q̃ prudẽter expoſuit circa rem ipſam cõpẽſare. Ratio eſt: qꝛ fideliter geſſit negocia dñi: ⁊ ſi res poſtea ꝑiret ſine ſua culpa: nõ tenebit̃ in foro aĩe ad reſtitutionẽ. nõ eñ debet puniri ſine culpa. modo nõ peccauit adhuc: ſed prudẽter ꝓ vero domĩo laborauit. Dixi(in foro anime) qꝛ in foro ꝯtẽtioſo talibꝰ emptoribꝰ non habebit̃ fides vlla: nec eſt facile adhibẽda niſi clare illud ꝓbẽt. ¶ Si ſecũdũ: puta q̇s emit rẽ furtiuã bona fide putãs ꝙ erat res poſſeſſa a vẽdẽte vl̓ ab amico ſuo: durãte bona fide nõ tenet̃ rẽ reſtituere quã inuincibiliter credit eſſe ſuam: ⁊ ſi perijt nõ dabit equiualẽs. C. de fur.l.ij. Etiã nõ dabit fructꝰ ꝯſumptos durãte illa fide: ſed ſolũ extãtes: niſi ꝓ quãto factus eſt ditior. ſed vtrobiqꝫ dñs rei dũ rẽ ſuã ꝓbauerit/eã habebit: ſiue alter occupans bona fide ſiue mala rem acquiſiuit. Et ſi dicas: emptor bone fidei ledit̃ ſine ſua culpa. Reſpõdet̃. oportet vt dñs ſine culpa ledat̃ vel emptor. Rationabilꝰ eſt

autem ꝙ emptor ledatur. multi enim fingunt ſe ignorantia probabili res aliorum emere/ quia habēt vili precio: quibus non eſt talis ignorantia. iniquum nāqꝫ foret admittere legem priuantem verum dominium rebus ſuis dādo dominium illi qui rem ipſam emit. ¶ Ecce quomodo fur ad reſtitutionem alieni detinetur. Fur manifeſtus ad reſtitutionem quadrupli tenetur: et immanifeſtus ad reſtitutionem dupli. Inſtitu. de obli. que ex delic. naſc. §. Conceptum. et §. fi. et hoc ſi agatur ciuiliter. et poſt condēnationem a iudice. Nam in foro cōſciētie ante condēnationem ſufficit reſtituere ablatum cum indēnitate veri domini. Si quis enim abſtulit equum a domino quem tenuit dimidio anno: in quo dominus incurrebat iacturam decem ſcutorum: vltra expenſas et cuſtodiam equi non ſufficit in foro conſcientie equum reſtituere: ſed oportet cum hoc dare decem ſcuta etiam ante condēnationē. ſed ſi fuerit condēnatio in foro exteriori: non eſt opus hec decem ſcuta dare. ratio eſt: quia dabitur ei in foro exteriori plus q̄ʒ illud ad qḋ tenet̄ de lege nature. Si vero agatur crimīaliter: pena eſt vt fur fuſtigetur vel exulet vel alio modo puniat̄ arbitrio iudicis. Patet. C. de ſer. fugi. autē. Sed nouo iure. Et qꝛ a iure ceſareo non admittitur pena mortis pro furto: et aliquibus theologis viſum eſt fures non debere occidi ob ſolū furtum: de hoc quarta erit queſtio huius materie: eamqꝫ pauciſſimis abſoluemus.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxvij.

QVarto igitur quero: an iuſte pro furto infligatur mors. Reſpondetur per tres concluſiones. quarum Prima eſt. in nulla lege vniuerſali ſcriptum eſt ꝙ ꝓ furto fur occidatur. Probat̄. nō eſt de iure nature. ꝙ enim fur puniatur: eſt de lege nature: ſed ꝙ vltimo ſupplicio puniatur non eſt de lege nature: ſed ſolum de iure poſitiuo. non enim eſt per ius poſitiuum diuinum de nouo teſtamento: vt clarum eſt: quia nullum locum ad hoc introducere potes: nec erat de lege Moſaica quando conſtabat ꝙ non venit ad occidendum: vt patet Exodi. xxij. nec de iure ceſareo: imo hoc iure ꝓhibetur. vt. C. de ſer. fu. l. Sed nouo iure. palam eſt etiam ꝙ canones non infligunt mortem: et non ſunt plures autentice leges vniuerſales. ergo licet ſit lex ſcripta in aliqua regione: non infringitur concluſio. ¶ His nō obſtātibus ponitur hec Secūda cōcluſio. Iuſte ꝓ furto ſimplici vbi preſumitur fur incorrigibilis infligitur mors. Probat̄. ſi non liceret: hoc maxime eſſet quia illud non precipit lex immo potius vetat: ſed hoc non obſtat. nam cōſuetudo vbi eſt ſtabilita: legem humanam poſitiuam tollit: et oppoſitum ponit. ſed ſic de furto ſimplici cōſuetudo obtinuit ꝙ fures occidātur. vt videre licet in multis regionibus. ⁊ iſtud eſt rationabile: cum oporteat tollere de medio incorrigibiles perturbatores reipublice: et impedientes pacificam vitam et vnionem hominum inter ſe. quales ſunt fures aliena auferētes: pro quibus lites et iurgia oriuntur. Non ſemper autem maiora peccata grauius puniuntur ab homine: nec enim ſuperbus pro ſuperbia: nec inuidus pro inuidia occiditur: quia talis non perturbat pacificam vitam ciuilem. ſecus eſt de furto: qḋ eſt multo minus peccatum a genere. Et ſm̄ ꝙ res ſubiacet maiori periculo furti: tāto magis pena augetur. Propterea Exodi. xxij. pro ouib⁹ erat preceptū reſtituere quadruplum et non pro alijs rebus domeſticis: quia oues maiori diſcrimini exponebantur. et quia boues non ita gregatim viuunt vt oues: maiori diſpendio ſubijciebantur: quare quinqꝫ boues erant reddendi pro vno boue. Apud Schytas quoqꝫ nullum ſcelus iſto crudelius punitur. ⁊ ratio ſuffragatur: ꝙ in curribus viuant et domorum ſint expertes. Et iſtud oſtendit etiam Philoſophus. xxix. particula problematum. vbi querit: quā ob cauſam qui ex balneis furatus eſt: aut paleſtra: aut ex foro: aut ex aliquo eiuſmodi loco morte mulctetur: qui autem ex domo priuata: furti preciū duplū exoluit. Inter multas cauſas dat illam primā quā dedimus: et eſt potiſſima. an' quia in domibus rem cuſtodire melius poſſumus: nam et paries firmus et clauis eſt: et familiaribus res domeſtice cure omnibus ſunt vt tuto ſeruentur. at in balneis ceteriſqꝫ publicis locis facilis cuiqꝫ facinoris perpetratio eſt. Nil enim ad cuſtodiam ſatis qui ſua poſuerit: habet preter oculos. et que ſequuntur. Preterea arguitur ad hanc concluſionē ſic. omnis incorrigibiliter perturbās rēpublicam eſt e medio tollendus. fur incorrigibilis eſt huiuſmodi. igitur. conſequentia eſt nota. et maior patet. quia non ob aliam cauſam raptor eſt occidendus: et multi alij pro alijs ſceleribus. minor patet: quoniam plures ſunt lites pro bonis fortune q̄ʒ pro hominum corporibus et animab⁹. ergo licitum eſt et expediens reipublice imponere penam cohibitiuam illius peccati qḋ rempublicam perturbat: ſcilicet vltimum ſupplicium. Preterea. pena non imponitur in politia niſi vt coerceatur temeraria improbitas malefactorum. ſed per ſolam reſtitutionem non ſufficiēter reprimitur furtum qḋ rēpublicam multum perturbat: et multo melius arcetur per vltimum ſupplicium. igitur. Inſuper. non obſtante extremo ſupplicio multi reperiuntur fures: ſi ergo minor eſſet pena: multiplicarentur ſine numero. ¶ Tertia concluſio. Poteſt eſſe lex ſcripta in vno regno vel quolibet: ꝙ pro tertio furto certe quantitatis infligatur mors. Probatur. conſuetudo ferme vbiqꝫ eſt iam ad hoc: ſed omnis conſuetudo licita poteſt literis mandari. igitur.

¶ Contra duas vltimas concluſiones arguitur. Lex diuina non impoſuit hanc penam: nec ceſarea: ergo illa nō eſt imponenda. ¶ Reſpondetur ꝙ cōſequentia eſt nulla. notū eſt enim multas eſſe penas impoſitas iure humano extra legem diuinam Moſaicam vel euangelicam. Deus enim auctoritatem hominibus dedit condendi leges quatenus reipublice conduceret. et licet leges ceſaree hanc penam non impoſuerint ſed vetuerunt: ſucceſſu tamen temporis creſcēte hominum improborum malitia inuentum eſt plurimum expedire huius criminis auctores vltimo ferire ſupplicio. alioqn mali furarentur continuo: omnia abſumpturi: a quibus reſtitutionem fruſtra expectaueris. et ſi bis moniti ſe nō corrigant: eſt argumentum non expectandam eſſe emendationem. cum enim plaries euaſerunt: ſperant ſe ſemp euaſuros impune.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxviij.

ABſoluta materia furti proprie dicti: priuſq̄ʒ ad vſuras trāſeam: dicam nōnihil de reſtitutione vniuerſali. Et vt multa paucis verbis complectamur: queritur titulus queſtionis in hoc verborum tenore. Vtrum ſicut quilibet dānum vicino preſtans tenetur illud dānū reſarcire: ſic quilibet alienum detinens teneatur illud domino reddere ſub pena peccati. ¶ Reſpondetur ad queſtionem per vnicam cōcluſionem affirmatiuā ꝓ vtraqꝫ parte. Prior pars patet. de iniur. et dā. dato. ca. vltimo. vbi ſcribitur. Si culpa tua datum eſt dānum vel īiuria irrogata ſeu alijs irrogātib⁹ opem forte tuliſti: aut hec imperitia tua ſiue negligentia euenerint: iure ſuper his ſatiſfacere te oportet: nec ignorantia te excuſat ſi ſcire debuiſti ex facto tuo iniuriā poſſe contingere vel iacturā. Et Exodi. xxj. Si qs aperuerit ciſternā et foderit: et nō operuerit eā: cecideritqꝫ bos aut aſinus in eā: reddet dñs ciſterne p̄ciū iumētoꝝ. hoc illic et in. c. xxij. ad lōgū videas. Alia pars patet. qꝛ nō reddens facit furtū. Unde beatus Auguſtinus in queſtionibus Exodi. et recitat̄. xiiij. q. v. ca. Penale. Furti eñ nomine bene intelligit̄ oīs illicita vſurpatio rei aliene. nō eñ rapinā ꝑmiſit q̄ furtū ꝓhibuit. Et. q. vj. eiuſdē cauſe. c. ij. ex eodem diuo Auguſtino in epiſtola ad Macedoniū ſic ſcribit̄. Si res aliena ꝓpter quā peccatū eſt reddi poſſit ⁊ non redditur: penitētia nō agit̄ ſed ſimulatur. Quilibet aūt talis contra iuſtitiam et fraternam charitatem peccat.

¶ Ex hac concluſione corollaria infero. Primū. qui non ſoluit debitū ꝓ tēpore ⁊ loco: inuito dño: ⁊ eſt ſoluēdo: peccat. Patet. qꝛ facit furtū: ⁊ īiuriā etiā facit ꝓximo: cū alienū inuito dño detineat. Probatur etiā ꝑ Apoſtolū ad Roma. xiij. Nemini qcq̄ʒ debeatis: cui vectigal vectigal ⁊c̄. Dixi ſoluendo: qꝛ ſi debitor eſſet poſitus in illa inopia qua creditor teneretur ei mutuo dare vel donare: ꝓ tūc nō teneret̄ in foro aīe ſoluere debitum. ¶ Et ex illo ſequit̄ aliud corollarium: ꝙ multi ſunt dānati nō ſoluētes debitū et de hoc nō facientes ꝯſciētiā: credētes illud eis licere: niſi cōuincant̄ in ſtrepitu forēſi. ¶ Tertio ſequit̄ ꝙ debitor tenet̄ ſatiſfacere creditori de expenſis iuſtis quas facit ꝓ habenda ſolutione quā debet ei. qꝛ eñ debitor nō ſoluit tēpore ⁊ loco: dat cauſam dāni creditori: et tenet̄ eū ab hoc releuare. ¶ Quarto ſequit̄ ꝙ idē eſt quo ad detētionē iniuſtam mutuate pecunie ⁊ ſimilis pecunie furto ſubtracte: licʒ furtū habuerit inhoneſtā originē: mutuū aūt initiū honeſtū et amicum. ¶ Quinto ſequit̄. ꝙ diues potēs ſine iactura ſtatim ſoluere totū: ſed non volēs: ſed ſolū partē in p̄ſenti: et ſucceſſiue reliquā partē ꝑ varios terminos inuito dño: nō eſt in ſtatu ſalutis. Hoc corollariū ꝓbat dictū Auguſtini modo allegatum in cap̄. Si res aliena ꝓpter quā peccatū eſt reddi poſſit: ⁊ nō reddit̄ penitentia non agit̄ ſed ſimulat̄. ¶ Sexto ex hoc ſequit̄: ꝙ illi de q̄bus eſt mētio: nolētes efficaciter ſoluere ꝓ tp̄e ⁊ loco: non ſunt abſoluendi. ꝓbat̄. nullus manēs in mortali pctō eſt abſoluēdus: q̄libet iſtorū eſt huiuſmodi. igitur. ¶ Septimo ſequit̄: ꝙ ſi ſoluere poſſit ⁊ dñs det dilationē ſoluēdi: nō peccat nō ſoluēdo: qꝛ tūc non tenet alienū inuito dño. ¶ Octauo ſequit̄. ſi debitor nō poſſit ſoluere niſi vendēdo inſtrumēta ſue artis q̄b⁹ ſe/ liberos/ ⁊ famulos nutrit: nō tenet̄ ꝓ tunc ſoluere q̄ʒuis dñs ꝯtradicat. Ratio eſt: qꝛ creditor tūc tenet̄ velle nō capere cum hac circūſtantia: ⁊ dare ei mutuo vel dono potius q̄ʒ inſtrumēta vendat. Et ſi dicas creditor non tenet̄ dare ei mutuo pluſq̄ʒ alius. Quicq̄d ſit de illo: cū pecuniā creditoris habet nō tenet̄ ſoluere ꝓ tūc: ſed ſufficit habere ꝓpoſitū ſatiſfaciēdi loco ⁊ tp̄e. Etiā vbi debitor īcurreret grauem iacturā ſtatim ſoluēdo: et creditor eſt diues ex dilatione nullā faciēs iacturā: non eſt neceſſe ꝓ tunc ſoluere. at ſi ambo pecunia bñ egeāt: tā creditor q̄ʒ debitor: tūc debitor tenet̄ ſoluere. ⁊ q̄ʒuis iacturā īcurrat: nō debet īcōmodū ſuū euitare cū īcōmodo alieno. Similiter cū creditor eſt in tāta p̄ſſura cōſtitutus quāta debitor: ⁊ debitū duplici iure debet habere: debitor tenetur ſoluere: potiſſimū cū nō ſunt in extrema neceſſitate: in q̄ ſi ambo eēnt: nō eſt īprobabile: ꝙ ꝓ tūc nō tenet̄ ſoluere: licet oppoſitum ſit probabile iuxta dicta in materia de eleemoſyna. ¶ Secūdo p̄ncipaliter īfero ꝙ tenēs inuētū qñ nō eſt veroſimile ip̄m haberi ꝓ derelicto: ⁊ nō reſtituēs vero dño cognito peccat. Probat̄: qꝛ detinet alienū clāculū: ergo facit furtū. Unde Auguſtin⁹ in quadā Homilia. ⁊ recitat̄. xiiij. q. v. Si q̄d (aut) īueniſti ⁊ nō reddidiſti: rapuiſti: quātū potuiſti feciſti: qꝛ plus non inueniſti: ideo plus nō rapuiſti. Sed qñ inuētor ignorat cuius ſit: debet facere explorationē ſono cāpane ꝑ vrbem/ vel in tēplo vel ꝑ ſchedulas in viarū cōpitis affixas: occultādo aliq̄ ſigna rei īuēte ꝑ que app̄hēdet̄ ver⁹ dñs ⁊ nō alius. alioqn ꝓ re īuēta multos haberet dños. ſed vero dño īuēto: rē ei reſtituere debet. ꝙ ſi nō īueniat̄: pauperib⁹ erogabit̄. ⁊ ſi poſtea dñs aduētauerit: nihil ei dabit̄: qꝛ pecunia vel res alia eſt iā expēſa ꝓ ip̄o: ſed cōtentus manebit: ⁊ in hoc merebit̄. Si ꝟo iueniat̄ dñs multū abeſſe: ⁊ tota pecunia vel ferme tota exponeret̄ āteq̄ʒ poſſet eā habere ꝑ tabellariū: nō eſt reſtituēda quouſqꝫ habita fuerit oportunitas: ne expendat̄ pecunia ꝓ opa nūcij. ⁊ ſi nunq̄ʒ offerat̄ nuncius: nūq̄ʒ reſtituerit illi: ſed dabit̄ paupib⁹: ⁊ debet dñs rei id velle: vt ſi īuēta ſint viginti ſcuta ſolū: ⁊ tātū dare oporteat nūcio vel. xix. cum ſemis: hoc nollet dñs rei ſed potius vellet dari in pios vſus. Si autē dñs rei ſit mortuus: fiat reſtitutio ꝓximo heredi. Si vero ſit veroſimile ꝙ īuētū habeat̄ ꝓ derelicto: tūc p̄mo occupāti ꝯcedit̄: vt qñ liber ꝓijcit̄ in mare apt⁹. In hoc aūt corollario loquut⁹ ſum de re inuēta q̄ de ꝓpinquo erat in alterius dño. Dico (que de propinquo erat in alterius dño) qꝛ illa que in nulli⁹ poteſtate vnq̄ʒ erāt: occupāti ꝯcedunt̄ de iure nature. Inſtitu. de re. diui. §. Fere. Sed de his q̄ fuerūt īterdū in alicuius poteſtate ſed ab antiquo: vt ſunt theſauri īuēti: q̄ cuius ſunt neſcit̄: vtpote eſt alia moneta vel ali⁹ vſus vaſoꝝ q̄ʒ ſit in dieb⁹ noſtris: eſt dubiū. Et quantū ad hoc dicit̄ ꝙ ſi repiat̄ theſaur⁹ in ſolo ꝓprio: fit occupātis. vt patet ꝑ parabolā euāgelicā. Matthei. xiij. Idē eſt aūt ſiue īueniat̄ in loco ſacro ſiue religioſo/ caſu fortuito. Inſti. de re. diui. §. Theſauros. At ſi q̄s in alieno loco nō data ad hoc opa/ ſed fortuito īuenerit: dimidiū dño ſoli ꝯceſſit: ⁊ dimidiū īuētori. Si ꝟo īuenit data ad hoc opa: tot⁹ theſaur⁹ efficit̄ dñi agri: niſi ꝯſuetudo aliud habeat de oppoſito. Iſta eñ ſunt de iure humano: ⁊ ꝑ ꝯſequēs mutabilia ꝑ ꝯſuetudinē. ¶ Ex iſto iteꝝ ſequit̄. ꝙ ſi aliquid e plauſtro cadat ⁊ aliq̄s hoc capiat animo detinendi: furtum cōmittit. ¶ Secūdo ſequit̄: ꝙ ſi mercator merces ꝓijciat in mare grā exonerāde nauis: illas inueniēs debet eaſdē mercatori reſtituere q̄ʒ primū eas repetiuerit: quia tunc manifeſtum eſt ſignum ꝙ non erāt derelicte. ¶ Tertio ſequit̄. ꝙ graue eſt pctm̄ auferre animo detinēdi bona fideliū mercatoꝝ qñ nauis frāgit̄: ⁊ bona per ebullitiōem maris eijciunt̄ ad littus. Nam aufert̄ illic alienū inuito domino. Iſtud patet. ff. ad Rho. de iact. l. Dep̄catio. ⁊ p̄ter hoc aggrauat̄ pctm̄: qꝛ afflicto dat̄ noua afflictio: multa bona ꝑeūt: laborat in ꝑiculo vite mercator ꝓ vtilitate reipublice inſudans: cui ex pietate ſuccurrēdū eſt: q̄re graue eſt pctm̄ naufragoꝝ bona detinere. Nec pōt eē ꝯſuetudo vel p̄ſcriptio auferēdi has res: ſed eſt diabolica ⁊ auara rapina excogitata ꝯtra ius gētiū ⁊ oēm eq̄tatē naturalē. Quis rex (dic o auare qui ei conſulis in tuā et illius perniciem) poteſt legē cōſtituere ꝙ bona fractarū nauiū in mari ſint cuiuſuis domini pluſq̄ʒ integraꝝ? Hec vero bona tenēs eſt excōmunicatus niſi protinus ea reſtituat. de rapto. c. Excōicationi.

port⁹ obligare ſub pena mor⁹ peccati ꝛ̄. illud tollit quin poſt ꝑcipere aliquid ſub pena capitis extra caſus exceptos / contra ꝛ̄ · ꝙ lꝫ · qui ſuſpecti · nõ lꝫ ... ſuppono illud ꝛ̄ ... fur. ... nõ facit ꝛ̄ ꝙ legẽ humanam ...

ſcot · di · 15 · q · 4 · q ·
3 · ſc̃e · 22ᵉ · q · 64
ar · 2ᵒ ·



nit in vtilitatem reipublice. et ſtat q reſpublica quotan
nis ex illis lucretur .lx. frācos: forte quinquaginta dās
orphano: quia prudens vir poterat emiſſe vnam poſſeſ
ſionem pro orphano quotannis valētem quinquaginta.
Iſtud patebit amplius ex varijs q̄ſtionibus huius ma
terie cum earum ſolutionibus.

¶ Nono: ponendo q Sortes det Pla
toni mutuo cētū ſcuta ea ꝯditiōe vt ſuas merces emat:



alioquin mutuo non daturus: ſic argumentor. Sortes
capit aliquid eſtimabile precio vltra ſortē vt mutui: er
go vſuram cōmitit cōſequentia eſt nota. & antecedēs pz
quia mercator libenter daret duo ſcuta immo interdū
decem vel vigīti vt vēdat merces ſuas. nō alia ratione
dat viliori precio vēdēdo in groſſo (vt dicūt) niſi vt ſuas
merces vēdat. ſed q nō peccet oſtēdit: quia dat merces
valentes pecuniā quā alter daturus eſt ꝓ mercibus: er
go in hoc nō peccat: & capiendo ſolutionē ꝓ mutuo nō
peccat: ergo hic nullo mō peccat. ¶ Ad nonum reſpon
det caſu admiſſo: vel ſortes dat merces nō valentes pre
cium datū a Platone: & iam eſt manifeſta vſura: & tene
tur reſtituere Platoni illud qd̄ capit vltra valorē mer
cium. vel dat Platoni merces valētes preciū quod dat
Plato: ſic ſcilicet vt Plato nihil p dat ſi prudenter ven
dat: & tn̄ adhuc Sortes capit aliquid eſtimabile pecu
nia: hic nō ita clare cōſtat an ſit vſura & probabilis ē ps
affirmatiua q eſt vſura: cū aliquid eſtimabile pecunia
capiat/ potiſſimum quādo non cōſtat q Plato non ha
bebit lucrum vendendo pro ſuis laboribus.

¶ Decimo arguitur. habeo mille fran
cos quos ad aliquā negociationē applicare intendo. ac
cedis ad me petens quingentos mutuo/ ꝓmittens tan
tum quantū lucrabor ex alijs quīgentis ſi illos tibi tra
dā mutuo. hoc ſuppoſito arguitur ſic. ego lucror .lx. frā
cos vltra ſortem: ergo tantūdem ex hypoteſi a te capere
poſſum rōne intereſſe. ſed ꝓbo q non. Primo. ego poſſū
plus lucrari quingētis francis meis q̄ erat veroſimile
q lucrarer a principio: & euaſi pericula: & res in p̄ncipio
minus valuit ratione periculi veriſimilis. Secūdo. ha
beo labores in quingentis frācis quos penes me teneo:
& nullos in quingentis frācis tibi mutuo traditis: ergo
nō eſt rationabile tantūdē abs te capere quātū ex meis
quingentis lucror. ¶ Reſpondet. ſtat q nō plus laborē
emēdo merces ꝓ mille q̄ quīgētis: & ſi fuerit magnus la
bor oportet illum ſubtrahere: nō enī eſt lucrū niſi expen
ſe fuerint abſtracte. & ſi plus lucratus ſum & euaſi peri
cula caſu: ab initio tn̄ erat dubiū. nā poterā incidere in
latrones & amittere lucrū oīne. & ſic virtute caſus nō te
neberis dare aliquid vltra ſortē. & licet plus q̄ alij iā lu
cratus ſim: hoc erat incertū ab initio: quia etiā amittere
poteram. Et ex toto iſto patet q caſus nō eſt vſurarius.
Eodēmō ſi habeā bis mille francos quos negociationi
applicare intendo ad emēdas aliquas poſſeſſiones fru
ctiferas: te rogāte do tibi alterā partē mutuo ea lege vt
tantū lucri mihi quotānis des quantū lucrabor ex poſ
ſeſſionibus meis ānuis: deductis laboribus & īpenſis.

¶ Vndecimo arguitur. omne peccatū
eſt contra aliquod preceptū decalogi: vſura nō eſt ꝯtra
aliquod preceptū decalogi: ergo non eſt peccatum. cō
ſequentia tenet in Baroco. ¶ Reſpondet. argumentū
peccat in materia: quia tam maior q̄ minor eſt falſa. nā
volo male agere/ eſt peccatū, & contra nullū preceptum
decalogi. ſimiliter tranſgreſſiones humanarum legum.
quartū enim preceptum de parentū honore nō ponit ꝓ
ſuperioribus. Secundo minor eſt falſa: quia eſt furtū:
quod capitur bifariam: vt ſuperius patuit.

¶ Duodecimo arguitur. lex Ceſarea
vſuram admittit nō ſolū admiſſione ſimplicis tolerātie
ſed quarto modo recitato diſt. xxxij. q. ij. huius. patet. ī
C. de vſuris. l. j. ij. iij. cēteſima: dimidia cēteſime: tertia
ps cēteſime cū multis alijs admittebāt. Centeſima aūt
fuit illa q per annū ſuo toti equiualebat: vbi ſi darē tibi
.xx. mutuo nunc in auguſto: vt in Auguſto ſequenti mi
hi dares .xl. Dimidia cēteſime quādo in fine termini da
res medietatē ſortis vt ſi mutue tibi .xx. dabis in fine an
ni .xxx. & lex ciuilis fundat in lumine naturali: ergo ac
cipere ad vſuram nō eſt contra legem nature: & per cōſe
quens probatio concluſionis nulla. ¶ Reſpōdet. argu
mentū bene probat q vſura vniuerſaliter nō eſt contra
legem naturalē ꝓprie dictā. nec eſt valde euidēs q oīs
vſura ſit contra legē naturalē: licet apud clarū ingeniū
quelibet ſit cōtra legē naturalē aliquo modo. Lex autē
diuina a poſteriore oſtendit nobis aliqua eſſe contra le
gē naturalē in hac acceptione: ſicut lex euāgelica mul
torum locorū legis Moſaice verā intelligētiā aperit: lz
non ſm̄ iudeorum exiſtimationem. & ex tali ſenſu cōtra
eos non adducit apparens argumentū. Sed dicis. Iu
ſtinianus pro tempore cōpoſitiōis codicis erat chriſtia
nus: ergo cōcedens vſuras. cōtra legē euangelicā in he
reſim labitur eſt hereticus. Reſpondeo. Imperator de
ſumma tri. & fi. catho. l. Cūctos populos. p̄cipit viuere
& verſari in religione tradita a beato Petro. qd̄ ītelligit
non mō de ſumma trinitate: ſed de tota fide catholica. &
in libro poſtremo iuris ciuilis: authētica de eccleſiaſti
cis. mādans ſeruare decreta .iiij. conciliorū/ ſic ait. Sā
cimus vicem legū obtinere ſāctas eccleſiaſticas regulas
q a ſanctis quatuor ꝯcilijs expoſite ſunt aut firmate de
concilio Niceno Cōſtantinopolitano: Epheſino: & Chal
cedonenſi (vt illic dicit) intelligit. ſed in cōcilio Niceno:
vt patet .xlvij. diſt. c. Qm̄. vſura reprobata eſt: & Canon
ad hoc ſcripturas allegat per quā quelibet vſura reſpe
ctu cuiuſlibet reprobata eſt. Sed contra. In autēticis
collatione nona vſurā nauticam admittit: ergo impera
tor non reuocat dicta de vſuris. Aliqui ꝓpter iſta impa
torē dicunt non poſſe excuſari. ſed dico q imperator
non peccat vllo modo in hoc: ſed bono aīo laborauit pro
legibus dandis vt populus ſibi ſubiectus viueret ī trā
quillitate: q2 ipſe ī ꝓpria has leges nō cōpoſuit: nec eas
in p̄ticulari vidit vel recognouit: ſed auctoritatē ſolum
addidit: vti p̄emet dicit. Oīa merita nr̄a facimus: q2 ex
nobis oīs impartit eis auctoritas. C. de veter. iu. enu.
Imperator d2 habere leges in pectore ſuo in prudētibus ſi
bi aſſiſtētibus: qui ſunt eius pectus: vt Plutarchus de cor
pore myſtico & eius p̄tibus exponit. nec illas leges cōpo
nētes & ſi chriſtiani erāt peccarūt licet hereſim tenuerit
q2 poſſibile eſt interdū vtrāq; partē contradictionis ha
bere a lege nature fulcimentū ob varias circūſtantias
& cauſas: & tunc tenendo hāc partē vel illā nō eſt pecca
tum: vbi nō cōſtat de veritate p aliam legē quā hō non
tenetur ſcire. Cuius ſimile frequenter cōtigit inter theo
logos: vt vtrū deus ſine cauſa p̄deſtinet/ nec ne. vbi ſapiē
tes contraria probabiliter tenent. & hi & illi ſuas opinio
nes a iuris diuini fontibus deducere moliūtur & q ſue
aſſertiones cum eiſdem quadrant. ¶ Secūdo. ſtat ali
quid vocari vſuram: & tamen non non verbaliter: vt que
ſtione .iij. huius materie dicetur. leges namq; illas com
ponentes habuerunt oculum ad intereſſe: & illud nō no
minabant: ſed omnia ſub vſure nomine admiſerunt. et
ſic in authenti. de nauti. fenore. excuſatur imperator.
Per imperatorem autem intelligo leges componentes
viderunt enim illi prudentes viri ſe poſſe falli vel aliq̄d
ſtatuere contra dei legem: & propterea dicebāt in varijs
locis ſe velle illam legē: et ſanctorum determinationes
amplecti: q magis verſabant in lege dei q̄ ipſi & ſic īdi
recte oīa ꝯtra legē cui ſtatuta reuocarūt. quēadmodum
ſi Francorū rex aliquas leges cū ſuis aulicis prudētibus
ſtatueret: & ſtatuēdo aliq̄d ꝯtra ius diuinū vel pōtificiū



+ itaq; in principio et erat dubiū an
cum illis quingentis eēt aliquid lucratus
vel nō. et ſi nil lucratus fuiſſet nil
vltra ſortem. ... ab alio quam nullū
lucri vltra ſortē potuit ...

diceret in vna ſuaꝝ ꝯſtitutionum. quicquid ſtatuero: qꝛ ego ⁊ mei errare poſſumꝰ: volumꝰ vt ſi qd cõtra legẽ dei vel pontificũ ex ignorãtia ſtatuamus: robur nõ habeat. ¶ Sed cõtra hoc arguũt aliq̃ tã ĩgnatorẽ ꝙ̃ leges reprobãtes, ſi excuſarent/ maxime hoc eẽt: qꝛ leges datas de vſuris reuocarũt: ſed hoc non excuſat eos. qd ꝓbat̃ dupliciter. Primo: qꝛ ſaltẽ ante illã reuocationẽ eſſent ĩexcuſabiles: ꝙ ante reuocationẽ ſcirẽt vſurã eſſe ꝯtra legẽ euãgelicã vel neſcirẽt. Si primũ: multũ peccarũt. Si ſecũdũ: ius diuinũ nulli catholico licet ignorare. Secundo. poſt reuocationẽ redierũt ad vomitum. ¶ Rñdeo. omnia ſufficiẽter ⁊ prudẽtiſſime ĩdirecte et mediate reuocarũt: ſicut ĩ analogia iã diximꝰ. Et ad argumẽtũ dico ꝙ ante reuocationem ⁊ poſt erãt excuſati: qd patebit ex ſolutõe argumẽti. ⁊ dico ꝙ neſciebãt vſurã quã admiſerũt/ eẽ ꝯtra legẽ diuinã. Et qñ dicis. nulli catholico licet legẽ diuinã. certe miror taliter arguẽtes. quis eñ diceret ꝙ mater mea catholica teneatur ſcire in particulari quodlibet ius diuinũ: qꝛ autẽ crebro ſuꝑ hoc loquutus ſum: relinquo argumẽtũ tanꝙ̃ inutile. ⁊ dico ꝙ illi periti viri q̃ leges Ceſareas cõponebãt: non tenebant̃ ſcire explicite illã dei legẽ. Luce. vj. Saltẽ in ſenſu in quo ipſa eſt intelligenda. nec eſt veroſimile ſi fuiſſet eis oſtenſa ꝙ ſuis legibꝰ adheſiſſent: aut ſaltẽ eas rõne ĩtereſſe vel aliter/ ſicut nos/ expoſuiſſent. Quo fit vt licet tenuerint hereſim: qꝛ nõ tenuerũt cum ꝑtinacia/ non ſint heretici. nec qd amplius eſt: conſtat ꝙ peccarunt.

¶ Ex his patet quid ſit vſura: quia volitio capiendi tẽporalis lucri ꝑncipaliter vi mutui. Ille aũt capit vi mutui q̃ nullo alio iuſto titulo capit lucrũ: cũ ſit ditior in fine ꝙ̃ erat in ꝑncipio: ſaltẽ rõne iſtius cõtractꝰ. hoc dixerim: qꝛ ſi nauis eiꝰ ĩterea ſubmergat̃: vel aliũde ꝑdat: nihil ad a. ſed ſi habeat̃ aliq̃s titulus aliꝰ a mutuo quare habeat lucrum vel ſit ditior in fine ꝙ̃ eſt in ꝑncipio: oportet dicere q̃cq̃d ipſe dicat: hoc eẽ vi mutui. Lucrũ aũt eſt ĩcremẽtũ qd ex volũtaria cõmutatiõe habet vltra illa que priꝰ erãt ſua vel ſibi debita. Preterea diximꝰ ꝙ licet vxorũ pluralitas ⁊ libellus repudij in lege Moſayca eẽt licitꝰ: tñ ꝓbabile eſt ꝙ vſura erat illicita Hebreis ꝓ tꝑe illius legis. qd oſtẽdit̃ ꝑ Pſalmographũ ⁊ alios poſteriores ꝓphetas q̃ ꝓ illiꝰ legis tꝑe erãt: qui vſurã illicitã reputabãt: ⁊ grande nefas nolle ab ea abſtinere: ſiue inter ſuos: ſiue ĩter alios gẽtiles: qui res a deo alijs ꝯceſſas nõ detinebãt. Inſuꝑ diximꝰ deũ poſſe de vſura diſpẽſare: ⁊ ꝙ poſſibile ſit vſurã bñ fieri in ſenſu cõpoſito. Alteriꝰ dictũ eſt nõ poſſe deduci euidẽter in lumine naturali ꝙ oĩs vſura ſit reprobãda: qd ptꝫ ꝑ illos prudẽtes ⁊ vigilãtes ſcriptores legũ Ceſareaꝝ q̃ aliquas vſuras admiſerunt. tñ multo ꝓbabiliꝰ põt deduci in lumĩe naturali ꝙ̃ oppoſitũ: ꝙ oĩs vſura ſit reprobãda. cui parti Ariſtoteles et Marcus Tullius adheſerunt. Ampliꝰ diximꝰ ꝙ capiẽdo aliq̃d qd eſt mihi alioq̃n debitũ: licet vltra Sortẽ capiã/ nõ eſt vſura: qꝛ nõ capit̃ lucrũ. ⁊ ꝓpterea ꝯſequẽs eſt: ſi dedi Sorti mutuo. xx. ⁊ nõ habeã ſecuritatẽ vel teſtimoniũ: me poſſe dare ei. xx. mutuo vi det mihi. xl. ⁊ ſecuritatem: hoc eſt: det mihi. xx. et det acceptilationẽ vel ſecuritatem aliã ſoluẽdi alia. xx. Sed de debito ꝯgruitatis hoc eſt de illo qd eſt licitũ capere ſine mutuo: nõ eſt ita certũ me poſſe cũ illo paciſci: vt qñ do colono mutuo. xl. vt colat meos agros ſoluẽdo ei rõnabiliter tãtũ quãtũ poteſt ab alijs lucrari ſimiliter colẽdo. Simile erat de ſcholaſtico cui do mutuo: dãdo ei ꝑncipaliter vt vicino in neceſſitate ſuccurrã: ⁊ minus ꝑncipaliter vt meã lectionẽ viſitet: nõ tñ daturus ei mutuo niſi lectionẽ meam viſitet: qꝛ eſt mihi honori: fortaſſe alliciẽdo notos ſibi ad meã regulã: ex q̃bus lucrũ in fine capio: ſed hoc eſt rõne laboꝝ quos circa eum applico: tã vtiliter ꝙ̃ alter applicaret. ⁊ ſi vſura ſit: nõ teneor ei reſtituere q̃cq̃: qꝛ capio Sortẽ ꝓ Sorte mutuo data: vt capio nouẽ ſcuta rõne totius curſus: quẽadmodũ ab alio cõmẽſali magno caperẽ. Sed tñ ꝓbabiliꝰ teneo ꝙ in talibꝰ nullo pacto cõmittit̃ vſura. Ultimo multiplicem recitauimꝰ penã. ſ. dãni: qd grã mutui incurrit̃/ rõne lucri ceſſantis: qꝛ vtrũq̃ illorũ eſt mutuatori penale. Tertia eſt pena ꝯuẽtionalis quã appono vt vigilet in ſoluẽdo: que debet eſſe moderata: nõ nimis tenuis: nec nimis exceſſiua. primũ vt illiꝰ pene timore ſtudeat in termino ꝑfixo ſoluẽre. ſecũdum ne de vſura ſit mala ꝑſumptio. hãc aũt penã vltra Sortẽ accipe poſſum ſi in termino ꝑfixo negligẽter ſoluat. hoc eſt ſua ĩcuria nõ ſoluat: ⁊ hoc ſi malo vel ita libẽter volo meã ſortem in termino ſignato mihi ſolui: ꝙ̃ eũ illã penã incurrere. ſed ſi partem ſortis ſoluerit ante terminum ꝑfixũ vel in termĩo: nõ debeo totã penã recipe. Affectio autẽ ad pecuniã habẽdã ſub ĩtereſſe põt. et ſi addat̃ hec pena: ꝙ in quolibet mẽſe poſt terminũ ꝑfixũ ſi nõ ſoluat/ dabit ſcutum: poteſt fieri vt nullo pacto ſit vſura: ſemꝑ ſtãte hac maxima ꝙ in rei veritate malo vel tã libẽter volo ſolutionẽ ſortis ſine ſuo ſcuto vel ſua pena ꝙ̃ ipm penã ĩcurrere. ſẽꝑ eñ eſt ꝓtuale mutuũ de mẽſe in mẽſem. Alia eſt pena legalis vel ſtatuti municipalis. In q̃ſtione autẽ ſequẽte addemus aliquas circũſtãtias req̃ſitas non ſolum in q̃ſtione ſequẽti ſed in hac: ⁊ in qualibet alia: ⁊ illas circũſtãtias ſemꝑ ꝓ repetitis habebimus: licet ꝓpter breuitatem eas in ſingulis locis non reſumpſero.

q̃ lic̃ pluralitas uxorũ et libellꝰ repudij fuer̃ licit̃ in lege moyſi tñ ꝓbabile vſuras nõ fuiſſe licitas

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxx.

SEcundo circa hãc materiam querit̃: an iſte caſus ſit vſurarius. do tibi nunc in Auguſto centum ſcuta mutuo ad natalẽ dñi vſq̃. interea temporis venit creditor meus et petit a me centũ ſcuta que cogor illi dare. et ꝓpterea vendo res meas minoris ꝙ̃ valeãt. xv. ſcutis. vel nõ poſſum habere pecuniã niſi cepero ad vſurã: ſicut cogar dare. xv. vltra ſortẽ. Et arguit̃ ſic. cã tui hãc iacturã facio: qꝛ tu das mihi hanc occaſionẽ: ⁊ es cã q̃re hoc reꝝ meaꝝ incõmodũ incurrã: ergo teneris me ſeruare indẽnẽ de iure nature: ergo poſſum abs te cape. xv. vltra ſortẽ: ⁊ hoc ſolũ vi mutui: qꝛ nullo alio iuſto titulo illoꝝ. xv. ſcutorũ dñium acquiro. ¶ Rñdet̃. de ĩtereſſe in q̃ſtiõe ꝑcedẽte ex ĩduſtria ne q̃ſtio in ĩmenſum turgeret: ſicco pede ꝑteriui. Dico igit̃ ꝙ caſus eſt licitꝰ: et nego ꝙ cõmittã vſurã: qꝛ nõ capio illa. xv. ſcuta vltra ſortem vi mutui ſed vi ĩtereſſe. hoc eſt rõne iacture quã facio: cuius iacture tu es cã: et ꝑ ꝯſequẽs teneris mihi ſatiſfacere. Intereſſe aũt in hac materia eſt terminus vulgatiſſimus: ⁊ tantũ valet ac ſi diceretur. capio ratiõe illius qd mea intereſt. Eſt eñ oratio truncata vt crebro ſit ꝓpter breuitatẽ. vt dici de oĩ ⁊ dici de nullo. Ad me aũt pertinet ne meaꝝ reꝝ iacturã faciã: vel ꝙ lucrũ meũ rõnabile ceſſet: ⁊ ꝓpterea q̃cq̃d ego poſſum cape rõne incõmodi qd incurro ex meaꝝ reꝝ mutuo/ vel rõne lucri rõnabilis mei ceſſantis: dicor capere ratione mei intereſſe.

¶ Et pro complemento iſtius aliqua ſunt declaranda. Primo alique circũſtãtie ſunt cõſiderande anteꝙ̃ licite poſſim capere ratione intereſſe. Secundo an poſſim capere ratione lucri ceſſantis ſicut dãni qd incurro: videndum eſt. ¶ Quantum ad primum: he circũſtantie ſunt premittende: ꝙ ſit verum intereſſe: hoc eſt/ non capiat quis plus ꝙ̃ dãnum qd incurrit: vel lucrum ceſſans ſm iudicium prudẽtum ratione illius mutuationis: quia ſi ſua negligẽtia aliquid amittat: vel ſi cepit ſub vſura quando poterat recepiſſe mutuo ſine vſura: vel ex malitia ſua hoc fecit vt cogeret mutuatarium ſoluere illam vſuram: iam nõ eſt verum intereſſe. Ex quo patet ꝙ ſi perdidit ratione mutuationis preciſe quinq̃ ſcuta: et non ceſſauit aliquod lucrum capiendo ſex ſcuta vltra ſortem: facit vſuram in vno ſcuto. probatur: quia vi mutui accipit ſextum ſcutũ. nullo enim alio titulo accipit ipſum: quinq̃ autem ſcuta recipit ratione veri intereſſe ex hypotheſi. Noli afferre tales vepres lacerantes tuum ſanguinem: in quinq̃ ſcutis nõ eſt vſura: et eadem eſt ratio in quibuſcunq̃ illorum ſex: ergo in nullo illorum eſt vſura. ¶ Secundo requiritur ꝙ nõ ſit mutuum dandum de precepto: quia in extrema neceſſitate homo tenetur dare ſua: licet patiatur dãnum temporale: ergo a fortiori tenetur eſſe contentus de ſorte ſaluãda vel parte eius. Quid aũt extremam neceſſitatem vocauerim: in materia eleemoſyne prius in hac diſtinctione vidiſti. et tanta poteſt eſſe abundantia bonorum fortune in mutatore: et tanta indigentia in mutuatario vt interdum partem ſortis ſicut diximus cum intereſſe toto teneatur remittere. nonnunꝙ̃ non tenetur remittere ſortem: ſed intereſſe nonnunꝙ̃ partem ĩtereſſe ſolum. aliquando nihil de intereſſe: vt quando mutuator nõ eſt multum opulentus ſm ſtatum ſuum: et alter non multũ indigus. Interdum non tenetur remittere tempore mutuationis: ſed poſterius: quando ſcilicet ex culpa vel ſine culpa in inopiam grandem incidit mutuatarius: vbi antea mediocribus bonis fortune ſtipatus erat: et tunc idẽ eſt de illo ac ſi fuiſſet inops in caſu in quo eſt a principio omni promiſſione inter me et ipſum facta. ſemper intelligit̃ mutuatario ſtãte in eodem ſtatu in quo prius erat quando cepit mutuo. ¶ Tertio requiritur vt mutuator malit habere ſuam pecuniam vel ſaltem ita libẽter vellet. ſed ſecurius eſt ꝙ mallet ꝙ̃ dare mutuatario: ſed ſolum intuitu pietatis relicto lucro tẽporali aliquo modo hoc facit. Ex quo patet ꝙ conſcientia mutuatoris potiſſimum vbi eſt prudens mercãdo: eſt in hac parte ponderãda. ¶ Quarta cõditio: ꝙ intereſſe lucri ceſſantis capiat tãtũ preciſe quãtum iudicio prudentũ poteſt lucrari vltra expenſas/ induſtriã/ ⁊ labores. Hoc ſic declaro. habeo mille ſcuta que ꝓponebã mecũ deferre Lugdunũ iã tẽpore nundinaꝝ. iudicio prudentum mercatorum illuc euntium lucratus fuiſſem centum ſcuta: ſed in itinere eundo et redeundo expoſuiſſem cum equo meo. xx. ſcuta: ⁊ ſolũmodo quinq̃ domi vltra impenſas quas facit familia: forte mea ꝑ̃ſentia tãtũ ꝓdeſt quãtũ expono domi: fortaſſe non. etiã noluiſſem habere tot labores pro decem ſcutis niſi ſim talis qui malo equitare in campis ꝙ̃ domi manere. Preterea dediſſem ratione periculi tollẽdi decem ſcuta: quia res extra periculum eſt maioris precij ꝙ̃ in ꝑiculo ex natura rei. vt ſi due naues eſſent onuſte cum equalibus mercibus: quarũ vna venit ꝑ loca ꝑiculoſiſſima tã maris ꝙ̃ hoſtium: altera ꝑ loca non diſcriminoſa: ſi prudẽs mercator deberet emere merces vtriuſq̃ nauis cum ꝑiculo: plus daret ꝓ naui que minori vel nulli ſubiecta eſt ꝑiculo. ergo mercator de quo loquimur in iſta quarta circũſtantia debet demere de lucro centum ſcutorum. xxxv. ſcuta. xv. ratione expenſarum. x. ratione laborum. ⁊. x. ratione periculi. ergo ipſe poteſt capere. lxv. ſcuta et nõ amplius a mutuatario ratione lucri ceſſantis. ¶ Quinto requiritur vt conſulat ſue fame. ſtat eñ ꝙ nõ cõmittit vſurã: tñ in rei veritate ꝓpter ꝑiculũ ꝑditionis ſue fame tenet̃ ſub pena peccati mortalis nihil cape rõne ĩtereſſe. hoc eſt nõ mutuare/ vel nihil capiẽdo. Probat̃: qꝛ ꝓpter ſcãdalũ actiuũ puſilloꝝ: opꝰ qd non eſt ꝑcepti/ eſt omittẽdũ. Inſuꝑ ſi ſit mala fama de ſorte q̃ moniales aliquas nõ incluſas viſitat: eſto ſit caſtus: tenet̃ abſtinere. ⁊ quãto maioris fame eſt: tãto magis abſtinere tenet̃. vel ſi habeat iuuenẽ mulierẽ ſecũ in domo ꝯſanguineã vel nõ ꝯſanguineã: tenet̃ eam eijcere ꝓ ſeruãda ſua fama. vt ꝑcipit̃. de ꝯſe. diſt. j. Iubemꝰ. ⁊ illud ex materia de ſcandalo. diſtin. xxxviij. huiꝰ notius euadet. ¶ Ultima circũſtantia eſt: ꝙ nõ capiat̃ intereſſe in ipſa mutuatiõe: cũ mutuator adhuc nõ patiat̃ ĩtereſſe: ꝙ̃uis poſtea paſſurꝰ ſit: qꝛ mutuatarius nõ tenet̃ ſoluere mutuatori ĩtereſſe anteꝙ̃ ſit poſitum in reꝝ natura vel in effectu. Dixi in q̃ſtione ꝑcedẽte ꝙ has circũſtantias in q̃libet q̃ſtiõe ⁊ caſu ꝑ̃ſupponã ſm exigẽtiã materie. ⁊ ex induſtria vt hoc nõ negligas repeto: ꝙ ſemꝑ mutuator ſue fame ſit memor: nec ꝓximũ ſcãdalizet: ⁊ declinet ad miſericordiã mutui relicto ĩtereſſe: qñ vicinus eſt in ꝓbabili neceſſitate extrema. ¶ Stantibꝰ his circũſtãtijs ⁊ argumẽto ĩ capite q̃ſtiõis facto: ꝯſpicuum eſt ꝙ mutuatarius tenet̃ dare mutuatori rõne intereſſe. probo: qꝛ quicũq̃ dat occaſionẽ dãni ꝓximo qd ꝓximꝰ ꝓ eo ſubire nõ tenet̃: ⁊ qd ꝓximꝰ nõ vult ei dimittere: tenet̃ ꝓximũ releuare ab illo dãno. ſed ſi q̃s petit a mutuatore vt ſibi mutuet in caſu in quo mutuare nõ eſt ꝑcepti: ⁊ mutuãs cogat̃ mutuatiõis occaſiõe ꝑdere bonũ aliq̃d: tunc petẽs ⁊ recipiẽs mutuũ dat mutuãti efficacẽ occaſionẽ dãni. igit̃ mutuatariꝰ tenet̃ releuare mutuãtẽ ab illo dãno: et dare ei tãtundẽ quãtũ aliꝰ coactus fuit ꝑdere: ſi dãnũ ſibi nõ vult remittere. Preterea licet mutuãti exigere a mutuatario id qd obligat̃ ſibi dare: ⁊ cum ipſo paciſci ꝙ refundet ſibi mutuãti ꝓ ſuo dãno qd ĩcurrit rõne mutuatiõis: hoc eſt vt eũ in hoc releuet. qd ĩtelligit̃ ſiue mutuãs patiat̃ ĩtereſſe ante morã mutuatarij: hoc eſt patiat̃ illã iacturã ãte terminũ ꝑfixũ ſoluẽdi a debitore: dato ꝙ ipſe debitor ſoluat mutuanti in termino quẽ aſſignauit: hoc eſt: anteꝙ̃ mutuatarius ſit negligẽs ſoluẽdo: qꝛ ſuus terminꝰ nõdũ venit: ſiue poſt morã debitoris: hoc eſt ex dilatione ſolutiõis mutui in termino de quo ꝯuenerũt. Hoc ſic declaro in terminis. mutuatꝰ ſum a ſorte nũc in auguſto cẽtũ: q̃ ꝓmiſi ſoluere in calẽdis Ianuarij ꝓximi: ſuꝑuenit vnꝰ caſus vel creditor ſortis/ vel vectigal a rege opinatũ vel nõ opinatũ: nõ refert: ãte calẽdas Ianuarij ꝑ̃fatas: ſic vt ipſe q̃ nõ habꝫ ſua cẽtũ ſcuta q̃ ab eo mutuatꝰ ſum: ĩcurrat iacturã decẽ ſcutorũ: ſi nõ accepiſſem ab eo cẽtũ ſcuta mutuo: non feciſſet illã iacturã: decẽ ſcuta ſunt ĩtereſſe q̃ patit̃ ante morã. Si vero poſt calẽdas Ianuarij paſſus fuiſſet iacturã grã mutuatiõis mihi facte: vocat̃ ĩtereſſe ex mora vł poſt morã: qꝛ illã iacturã patit̃ mei cã: ⁊ forte mea culpa: ſiue ſit ꝯuẽtio tꝑe mutuatiõis ꝙ tenebo ipſius intereſſe ſaluũ: ſiue poſt mutuationem: in idem redit. qꝛ iã actualiter iacturã reꝝ ſuaꝝ ĩcurrit. et ſi poterat mecum paciſci ãteꝙ̃ pateret̃ ĩcõmodũ in rebꝰ ſuis vt tenerẽ eũ indẽnẽ ⁊ ei refunderẽ tꝑe quo iacturã faceret: a fortiore poteſt a me petere recõpẽſationẽ diſpẽdij iã ꝑ̃ſentis: qꝛ grã mee mutuationis ĩcurrit: in foro ꝯſciẽtie: licet nõ poſſit me cogere in foro contradictorio.

¶ Sed quia de intereſſe damni omnes cõuenerũt: ꝓbat̃ etiã ꝙ intereſſe conſiſtit in lucro ceſſante. hoc eſt: licite poteſt cape rõne lucri ceſſantis. Probatur ſic. ſi ego tollã a fabro inſtrumẽta ſue artis/ incudẽ/ malleũ: et cetera id genꝰ aliquot diebꝰ: ego teneor in fo-

ro conſcientie non ſolū reſtituere inſtrumenta ſue artis:
ſed aliquid ei refundere ratione lucri ceſſantis: licet nō
tātū quātū lucratus fuiſſet:qꝛ non oportet ipm tātū ha-
bere ſine labore quātū cū labore. ⁊ ſi iterea qꝛ nō habuit
inſtrumēta ſue artis adiuit cauponā:ſuā pecuniā expo-
nēdo:nō teneor refundere illā:qꝛ hoc eſt ex ſua culpa vel
negligētia. Nec iuuat dicere ꝙ violētia eius inſtrumen
ta aufero:nō autē eſt ſic inter mutuatorē ⁊ mutuatariū.
qꝛ redit in idē. Si nāq cum fabro ꝯuenirē ꝙ daret mihi
omnia inſtrumēta ſua qb⁹ opaꝛ ꝓ tpe quo nō teneꝛ:iā ſi
ipſe vellet poſſet cape aliqd ratione ſui lucri ceſſantis:⁊
etiā ego poſſem cū ipo paciſci.ſed omnino ſic eſt in ꝓpo
ſito:qꝛ pecunia eſt inſtrumētū negociatoris: ⁊ induſtria
eius artificiū. ergo ſi mutuatarius debitor venit ad mu
tuātē creditorē petēdo inſtrumēta artis.ſ.pecuniā:po-
teſt cum eo paciſci:vt aliqd habeat rōne lucri ceſſantis:
ſicut de fabro diximꝰ. Nec valet dicere ꝙ adhuc habet
aliquā pecuniā: ⁊ ꝑ ꝯſequēs adhuc aliqua inſtrumenta
ad operādū.qꝛ ſtat ꝙ non habeat maiorē pecuniā nego-
ciationi applicādā.vel ſi habeat:nō pōt tātū lucrari. er-
go rōne illius parui lucri ceſſantis teneor refundere. Et
eſt ſimile omnino: ſi faber habeat duo famulos et tres
malleos ꝓ ſe et eis: ⁊ aliqs auferat duos malleos ab eo
relinquendo ei tertiū quo poteſt opari:teneꝛ aliqd lucri
ceſſantis refundere: licet nō tātū quātū ſi oēs tres mal-
leos abſtuliſſet. Secūdo arguiꝛ ad idē ſemꝑ ſuppoſitis
circūſtātijs de qb⁹ loquuti ſumꝰ:niſi ꝯcluſio quā intēdi-
mus eſſet vera ſtabit crebro ꝙ mutuator mediocris for-
tune ab aliquo notabili lucro veroſimili priuabiꝛ:⁊ etiā
mutuatarius mediocriter diues.patet. Mutuatarius
ſcit aliqꝺ lucrum in duplo maius ſi poſſet pecuniā mu-
tuatoris habere:⁊ illud nō fugit mutuatorē: ⁊ ſperat il-
lud poſſe ꝓuenire ex mutuo. Sicut igiꝛ pietas inclinat
mutuatorē ad mutuādū ꝓximo:vt ꝓximus aſſequaꝛ il
lud magnū lucrū:ſic econtrario eqtas ſuadet vt indēnis
ſeruēꝛ mutuator:qui renūciabit ſuo lucro veroſimili: vt
ꝓximꝰ etiā lucreꝛ ſecum. Hoc ſic declaro in terminis.
Sortes tenēs tabernā vinariā Pariſijs iturus in Bur-
gūdiā iudicio prudētum cum ſuis mille ſcutis emendo
vina lucrabiꝛ vltra laborem/periculū/et impenſas/du-
cētos frācos.accedit ad eum Plato vicinus eius oſtē-
dēs ei ſe poſſe lucrari ducētos frācos exponendo mille
aureos:⁊ hoc ſciat Sortes: nunqd melius eſt ꝙ Plato
lucreꝛ ducētos/⁊ Sortes ducētos/ꝗ̄ ſolus Sortes lu-
creꝛ ducētos:qꝛ ſi des oppoſitū ꝯcluſionis ꝙ non liceat
mutuatori illā pactionē facere:tūc ex quo ſine pctō pōt
dimittere mutuationē:⁊ ſuū lucrū ducētoꝝ frācoꝝ ꝯſe
queꝛ:⁊ Plato toto lucro ſpato ꝑuabiꝛ. ſed iſtud non eſt
tā pietati ꝯſonū vt vnus ſolus lucreꝛ ꝗ̄ ambo:igiꝛ hec
pars eſt vera: ꝙ itereſſe ꝯſiſtit nō modo in dāno qꝺ quis
incurrit:ſed in lucro qꝺ iudicio prudētum ꝯſeq̄ poſſet vl
tra labores/ꝑicula ⁊ ipēſas. Propterea hāc ꝯcluſionē
tāꝗ̄ cōmuniorem ⁊ rationabiliorem teneo.

¶ Sed contra hanc concluſionem ar-
guiꝛ ſic.ꝑ iſtū modū dicēdi dabiꝛ palliatio vſurarijs:qꝛ
ſemꝑ dicēt ſe cape rōne lucri ceſſantis:⁊ ſic nō poterunt
cōuinci eſſe vſurarij. hoc fuit motiuū Innocētij q̄rti.c.
finali.de vſuris.vt teneret oppoſitū iſtius ꝯcluſionis. et
Joan. Andree Innocētium ſequentis in parte.ſ.de in-
tereſſe lucri ceſſantis ante morā.dicit tn̄ ꝙ pōt ſumi ali-
quid vltra ſortem pro itereſſe lucri ceſſantis poſt morā.
¶ Rn̄deꝛ refellēdo argumētum:qꝛ ſm oēs licet capere
rōne dāni qꝺ qs icurrit.⁊ ſm Joan. Andreā rōne itereſ-
ſe poſt morā.⁊ ſic de iactura quā icurrūt vel de itereſſe
poſt morā poſſunt palliare tergiuerſando. De vſura aūt

iudex habet iquirere:⁊ extirpare feneratores a republi-
ca:⁊ inquirere qui ſint illi:cum ꝓbationib⁹ ad cōuincē-
dum aliquē vſurarium. Si vero aliqs de ꝑ accidens ca
piat occaſionē mali ex vero:nō eſt mirādū. nec ꝓpterea
a vero ⁊ licito eſt deſiſtendū:queādmodum ſcandalum
Phariſeoꝝ non eſt ponderandū:ſm reſpōſionē Chriſti.
Matthei.xv. Sinite eos/ceci ſunt et duces cecorū. Et
dato ꝙ eſſet ſcandalum:nō tn̄ ſequiꝛ ꝙ ſit falſum/vel ꝙ
ſit vſura. Si tn̄ putaꝛ ꝙ ex eius ꝑdicatione multi occa-
ſionem mali ſuſcipient:nō eſt coram talib⁹ predicandū.
nam non omne verum eſt vbicūq dicendum. Sed dici-
mus:vbi aliquis venerit ad te: in confeſſione recitando
tibi talem caſum cum circūſtantijs premiſſis:ſi eius ſu-
perior fueris:debes ipſas obſeruare.

¶ Secundo arguitur. In materia mo-
rum ſecurior pars eſt tenenda. iam diximus Innocen-
tium ⁊ Joan. Andreā.quē Joan. Caldernus inſequiꝛ:
tenere partē oppoſitam:et multi putant ſanctum Tho-
mam in.ij.ij.q.lxij.articu.iiij. et cōterraneum in hac di-
ſtinctione illam partē amplecti:ergo cū valentes Theo
logi et canoniſte partem oppoſitam teneant: eſt expone-
re ſe periculo confundenti et obruenti tenere concluſio-
nem quā inſequimur. ¶ Ad ſecundū reſpōdeꝛ. quando
opiniones ſunt in equali dubio: ſemꝑ ſecurior pars eſt
tenēda:alias nō oportet. vtraq autē pars eſt ſatis ſecu-
ra:et concluſio quā inſequimur vt puto eſt verior:⁊ eam
ſequēs ſm eius intelligētiam cum circūſtantijs poſitis
eſt in conſcientia ſecurus. ⁊ licet multo plures ſequeren
tur partē oppoſitam:hoc non ſufficeret:cum ad conclu-
ſionem quā inſequimur ſint rationes multo apparētio-
res ꝗ̄ ad oppoſitum. modo pauce apparētiſſime ratio-
nes multoꝝ teſtimonio ſunt pferende. Secundo dico:ꝙ
multo plures et canoniſte et theologi hanc partem am-
plectunꝛ. Hoſtienſis in.c. Salubriter. de vſuris. ⁊ Po-
trus Anconeū.ſuper cle. Ex graui. de vſuris. hoc idem
tenet. ⁊ Panor.in.c. Conqueſtus. et fere omnes theolo-
gi neoterici hanc partem tanꝗ̄ magis rationi conſenta-
neam imitanꝛ. Ubi duos graues theologos adduxiſti
in argumēto: dico vtrūq iſtoꝝ tenuiſſe ꝯcluſionē quam
inſequimur.hoc ſic declaro. Dicit beatus Tho.in loco
ꝑallegato.ꝙ dupliciter aliqs dānificaꝛ. Uno modo qꝛ
auferꝛ ei id qꝺ actu habebat:⁊ tale dānū ſemꝑ reſtituē
dum eſt ſm recōpenſationē equalē: vt diruēs domū ali
cuius teneꝛ ad tātū quātū valet domus. Alio modo qs
dānificat aliquē ipediendo ne adipiſcaꝛ qꝺ ꝓxime erat
habiturus. ⁊ tale dānū nō oportet recōpenſare ex equo:
qꝛ minus eſt habere aliqd in virtute ꝗ̄ habere actu. qui
aūt eſt in via adipiſcēdi aliqd:habet illud ſolū ſm virtu
tē ⁊ potētiā. ⁊ ideo ſi redderēꝛ ei vt haberet hoc in actu
reſtitueręꝛ ei qꝺ eſt ablatū nō ſimplū ſed multiplicatū:
qꝺ nō eſt de neceſſitate reſtitutionis. teneꝛ tn̄ aliquā re-
cōpēſationē facere ſm ꝯditionē ꝑſonaꝝ ⁊ negocioꝝ. Ex
qb⁹ vult ꝙ dānificās aliquē teneꝛ ad recōpenſationem
dāni. qꝺ veꝝ eſt tā de dāno emergēti ꝗ̄ de lucro ceſſan-
te:ſed nō equaliter in lucro ceſſante ⁊ in actuali damno.
Nec oportet reſtituere omne illud qꝺ erat in potētia: qꝛ
multa poſſunt ꝓuenire ipedimēta ne ad actū cōpletū il
la potentia reducatur. declaro in terminis. Sortes de-
ſtruat in agro fertili tuū triticū ſeminatū in quo iterdū
collegiſti in autūno ex vno grano ſeptem:totū ſemen de-
ſtruēs nō teneꝛ ad reſtitutionē ſeptē granorū:qꝛ in anno
granis ꝓpitio tantam copiam alias collegiſti:ſed opor-
tet habere reſpectū ad aſpectū celi felicē vel infelicem:
difformitatē ad aliqꝺ tēperamētū reducēdo/ꝑicula/la-
bores/⁊ ipenſas:⁊ ſm hoc reſtitutionē facere. ⁊ hoc idē



in hac queſtione volumus. De doctore Subtili palam
eſt ꝙ hanc partem expreſſe teneat:dicit tn̄. Si habeam
triticum in feſto natiuitatis venale:et ipſum erā conſer-
uaturus ad feſtū natiuitatis Joannis Baptiſte in quo
frumentū ſolet eſſe carius:poſſum in hyeme tāti ipſum
vendere quāti in feſto Joānis Baptiſte: et hoc non ni-
ſi ratione lucri ceſſantis. Item de pena dicit: ſi aliquis
mutuatus eſt abs te certā pecunie molem ad a.feſtum
vſq:potes penam conuentionalem capere ſi terminum
ſignatum negligenter preterea:hac cōditione adiecta
ꝙ malis ſolutionē habere pecunie tuc ꝗ̄ penā:⁊ hoc nō
eſt niſi ratione lucri ceſſantis. Hoc idem Gregoriū Ari
minenſem tenuiſſe aſſerūt in quodā tractatu quē nuſꝗ̄
vidimus de monte Florentie. Conferendo cū hn̄ exerci
tatis paucos ingenioſos viros viuentes habebis(quib⁹
non minor fides habenda eſt ꝗ̄ mortuis) qui hāc cōclu
ſionem tāꝗ̄ rationabiliorem non admittāt.

¶ Tertio arguitur. ex iſta concluſione
ſequitur ꝙ Scotus mercator Rothomagi poſſit cape-
re.xx.libras pariſienſes dādo ſtudenti Pariſijs mutuo
xx.frācos dūmodo iudicio prudentum poſſit tātum lu-
crari in.xx.frācoꝝ expoſitione:qꝛ capit ratione itereſſe
ꝑ te q̄nq ꝓ frāco:qꝺ ſi concedas:pono ꝙ nauis inter Ca
leſiā ⁊ Douerum ſit ſubmerſa:iā nō lucraꝛ quatuor ſoli-
dos ꝓ frāco:igiꝛ nihil cape poteſt. ¶ Rn̄deꝛ. ſi iudicēt
mercatores periti ꝙ res empte cētū frācis Rothomagi
nō valebūt cētū libras vltra ꝑiculū ⁊ ipenſas Edinbur-
gi:tātum capit a ſcholaſtico:qꝛ nō debet cape vl-
tra latitudinē totalē quā prudētes mercatores iudicāt
eū ꝟiſimiliter lucratuꝝ vltra ipēſas ⁊ ꝑiculū:ſed tātum
capere poteſt. nec refert ſi nauis pereat in vndis:aut ca-
piaꝛ a piratis:qꝛ ſufficit ꝙ prudēs mercator tātū dediſ-
ſet ei Rothomagi reſpiciēdo ad ꝑiculū:etiā faciēdo ex-
pēſas illaꝝ reꝝ cētū frācis emptarum. Nunꝗ̄ oculum
ꝯuertas ad reale lucrū ſed ad veroſimile futuꝝ iudicio
prudētū. ⁊ ſi plus illo capias:vſuram cōmittis:vt ſi ven-
das mihi doliū vini vno ſcuto expectando ſolutionē:qꝺ
iudicio prudētum non erit ita caꝝ:ſed ſolum valebit ad
ſummū triginta duodenos:licet ob deſtructionem vitiū
doliū valeat duo ſcuta:teneris totū acceptum vltra tri-
ginta duodenos refundere ꝓpter vſuras quā cōmiſiſti.
¶ Et ex hac ſolutione infero propoſitiones.quaꝝ Pri-
ma eſt. Mercator plus poteſt cape vltra capitale in re-
gione in qua plus lucraꝛ ꝗ̄ in alia in qua minus lucra-
tur. Secundo ſequiꝛ ꝙ tēpore hoſtili vel in hyeme min⁹
poteſt cape vltra Sortē ꝗ̄ tēpore ſereno ⁊ pacifico. ptꝫ:
qꝛ res min⁹ valet cū ꝑiculo ꝗ̄ ſine ꝑiculo: ⁊ cum maiori
ꝑiculo min⁹ valet ꝗ̄ cū paruo. Tertio ſequiꝛ. ſi Sortes
det Platoni mille ſcuta vno mēſe vel.xiiij.ſolū diebus:
capit iuſte in fine illoꝝ.lxx.vel.lxxx.vltra capitale.ptꝫ:
qꝛ Sortes Lugduni dat Platoni mille q̄ vadit Lāde-
tū ad emēdas merces in qb⁹ lucraꝛ ſupra centū etiā de-
ductis expēſis:quā pecuniam ſortes lucratꝰ fuiſſet ⁊ lu
crari ꝓpoſuit Lugduni ⁊ alibi iterim. Quarto ſequiꝛ:
ꝙ induſtrius mercator ⁊ gnarus in ꝯtractib⁹ plus iuſte
recipit ꝗ̄ paꝝ tritus in ea arte. ꝓbaꝛ:qꝛ ſm iudiciū pru
dētū plus lucraturus erat. Quinto ſequiꝛ:ſi ſortes mit
tat mille ſcuta cū ſuo famulo ad Callicutū ad mercan-
dū:⁊ det Platoni mutuo totidem:tn̄ capit iuſte a Pla
tone cū pacto vel ſine pacto vltra ſortē quantū lucratur
de alijs mille expoſitis ad mercaturam. ſemper itelligo
deducto labore/ipēſis/⁊ ꝑiculo:⁊ ꝓptic nō oportet exci
pere expenſas:qꝛ lucrū hoc ꝓſupponit. Sexto ſequiꝛ:ſi
homo lucreꝛ.xx. ꝓ centū:⁊ tn̄ exponat in itinere: ꝓptic
nō habet lucrū.ptꝫ:ſi nō dediſſet Platoni mutuo expo-

ſuiſſet ad mercaturam illa ſcuta:immo forte nihil lucra
tur de ꝓprijs mille ſcutis:⁊ nauis perit. ¶ Quarto ar-
guiꝛ. mutuator poteſt tn̄ cape quantū ꝟiſimiliter lucra
turus eſt vltra ipēſas ⁊ laborē ꝑ te: etiam dato ꝙ ſit pru
dēs ⁊ nō ampli⁹ lucrari pōt mutuatarius:ergo mutua-
tio ꝑdicta erit in iacturam mutuatarij: et ꝑ ꝯñs illicita.
¶ Ad quartū cōcediꝛ aſſumptū:et cū hoc veriſimiliter
poteſt lucrari mutuatarius, put in ꝓbatione ꝯcluſionis
diximus. Stat enim ꝙ ſit prudētior mutuante:⁊ ꝙ pau
ciora exponat:vel occurrat ei vn⁹ caſus lucri q̄ mutuan
tem fugit:vel damni qꝺ incurrit/niſi habeat mutuum.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xxxj.

L Oquuti ſumus de defi-
nitiōe vſure:⁊ de itereſſe ⁊ pena ra
tione quoꝝ capiꝛ lucrum vltra for
tem. ſupeſt ꝓ materie intelligentia
adhuc nōnullos caſus explicare:
vidēdo an ſint labe vſure aſꝑſi nec
ne. Propono igiꝛ hanc q̄ſtionē:an
mutuator poſſit mutuare ad vſu-
ram vel recipe vltra ſortē aliqd. ¶ Rn̄deꝛ ꝑ duas ꝯclu-
ſiones. Prima eſt:nullus mutuator poteſt mutuare ad
vſuram. voco poſſe qꝺ de iure poteſt. Probaꝛ cōcluſio.
bn̄ ſequiꝛ: Sortes mutuat ad vſuram: ergo capit lucrū
vltra ſortē vi mutui. ſed antecedens eſt licitū:ergo ⁊ ꝯſe
quēs:ſicut eīm ex vero nō ſequiꝛ falſum:ita ex licito non
ſequiꝛ illicitū:bn̄ aūt ecōuerſo. ¶ Secunda ꝯcluſio. in
multis caſib⁹ licet recipe vltra ſortē:vt in caſibus iſtorū
carminū quos ponit gloſſa. de vſuris.c. Conqueſtus. et
in aliqb⁹ alijs. Feuda/fideiuſſor/ꝓ dote/ſtipēdia cleri: quib9 casib9 liceat accipere vlt^a sortem.
Uenditio fruct⁹:cui velles iure nocere: Uēdēs ſub du-
bio:ꝑciū poſt tēpora ſoluēs. Pena ne in fraudē:lex cō-
miſſoria gratis Dās focijs:ꝑōpa:plus forte modis daꝛ
iſtis. ¶ Prim⁹ caſus eſt qn̄ eccleſia mutuat aliqd ſuo
vaſallo:⁊ ꝑ illo mutuo vaſallus ipignorat eccleſie id qꝺ
in feudum ab eccleſia habet. caſus eſt expſſus in.c. Con
queſt⁹. de vſuris. et eadē eſt rō ſiue mutuator ſit cleric⁹
ſiue laic⁹: licet illic ſolū fiat ſermo de clerico:⁊ gloſſa di-
cat hoc eſſe fauore eccleſie. Probaꝛ ꝯcluſio. ſi illud non
liceat ſeculari dn̄o reſpectu ſui vaſalli: hoc maxime eēt
qꝛ eēt vſura/ſed hoc nō:ergo licet ſeculari. Conſequētia
tenet a tota ꝯditionali cum deſtructione ꝯſequētis: qꝛ ſi
eſſet vſura reſpectu laici:eēt etiā vſura reſpectu clerici.
qꝛ vſura eſt ꝯtra legē nature ⁊ diuinam. vt in q̄ſtione pri
ma hui⁹ materie diximꝰ. ⁊ ꝑ ꝯſequēs nō plus licebit ec-
cleſie ꝗ̄ ſeculari dn̄o. Sed forte hic dices. Maxim⁹ pō-
tifex cōcedit dn̄ium fructuū pignoris vaſalli quo ad ec-
cleſiam:⁊ nō ipi laico. hoc nō valet. Eccleſia eīm non po-
teſt ad nutum eius transferre dn̄ia reꝝ. Secundo ꝓbaꝛ
hec ꝯcluſio. dn̄s feudi habet dn̄ium directum reſpectu
agroꝝ vaſallo ꝯceſſoꝝ:⁊ vaſallus habet ſolū dn̄ium vtile
qꝺ in multis caſib⁹ extinguiꝛ:⁊ pingue dn̄ium ⁊ integrū
ad dn̄ium redit. tūc qn̄ vaſall⁹ ipignorat agros dn̄o feu
di:concedit ei dn̄ium vtile ⁊ rōnabiliter vt erga gratiſſi-
mū viꝝ ſit grat⁹. imo in ꝑma ꝯceſſione in feudū dn̄s feu
di voluit illam ꝯditionē ineſſe:⁊ ſic nō eſt vaſall⁹ q̄ aliqd
dat dn̄o: queādmodū voluit vaſallū cadere a dn̄io vti-
li in pleriſq caſibus. vt ſi vaſall⁹ alienauerit feudū totū
vel maiorē ptē:ꝑdit feudū:⁊ dn̄s a quolibet poſſeſſore
pōt illud reuocare. vt in libro Feu. qui. mo. feu. amit. §.
ij.⁊.iij. ⁊ ꝙ dn̄o fideliter ꝓbeat ꝯſilium:auxilium:⁊ fauo
rē:nec faciat aliqd cōtra honeſtatē dn̄i maculando vxo
rē vel filiam ei⁹:vel famam dicto/facto/vel cōſenſu: ⁊ ſi
vaſall⁹ dn̄ium in ꝑlio dimittat nō mortuū vel ad mortē
vulneratum: feudum amittit: ergo dn̄s poterat addere

hanc conditionem rationabiliter: ꝙ ſi feudum ſibi impi
gnoꝛetur a vaſallo: fructus nõ ſupputabit in ſoꝛtem: ſed
pꝛo illo tempoꝛe non tenetur ei inſeruire. de feu.c.j. Nec
ſequitur ꝙ dominus nõ teneatur reſtituere feudum va-
ſallo ſoluẽte mutuum: cum plenum dominium ſit apud
dominũ feudi: quia tempoꝛe illo vaſallus habet domi-
nium vtile ligatum vel ſuſpenſum: ⁊ in habitu: dominus
autem habet dominium vtile quo ad actum. ſed vaſal-
lus ſoluto pꝛecio vſumfructũ eiꝰ de habitu educit in
actum: vel tollit ſuſpenſionem dominij vtilis: ⁊ tunc ite-
rato tenet̃ ad ſeruitium: ⁊ ad eaſdẽ leges ad quas pꝛius
tenebat̃. Ecce ꝓbatã ſecũdã ꝯcluſionẽ. eãdem etiã in ca
ſus ſequẽtes ꝓbabunt. ¶ Secũdus caſus eſt in fideiuſ-
ſoꝛe mutuante debitoꝛi ꝓ quo fideiuſſit. vt ſi ego fideiu-
beã ꝓ te ſoꝛti in .xx. ſcutis: ⁊ tu nõ ſoluas in termino con
uentionis ipſi Soꝛti: Soꝛtes cogit me ſoluere: nõ habeo
pecuniã in pꝛomptu: nec poſſum mutuo habere ab ali-
quo: vẽdo res meas minoꝛis ꝙ̃ valeãt: vel capio ad vſu-
rã rõne fideiuſſiõis tue ⁊ inertie. iã in lumĩe naturali pe
to abs te .xx. ſcuta q̃ gr̃a tui amiſi: ⁊ dedi ego virtualiter
tibi mutuo .xx. ſcuta q̃ exigo abs te tãꝙ̃ ſoꝛtẽ mutuatã:
et ꝗꝗ̃ q̃ gr̃a tui amiſi. Et iſtud ptꝫ expꝛſſe in .c. Perue-
nit. ⁊ in .c. Cõſtitutꝰ. de fideiuſſoꝛibꝰ. ¶ Tertiꝰ caſus eſt
in genero. ⁊ habet̃ de vſur. c. Salubꝛiter. vbi dicit̃. Sa
ne generꝝ ad fructꝰ poſſeſſionũ q̃ ſibi a ſocero ſunt ꝓ nu-
merata dote pignoꝛi obligate: computãdos in ſoꝛtẽ non
credimꝰ cõpellẽdũ: cũ frequẽter dotis fructꝰ non ſuffi-
ciãt ad onera mr̃imonij ſuppoꝛtãda. Sed ꝓ intelligẽtia
iſtiꝰ notabis: ꝙ ſi gener duxit filiã ſoceri cũ hoc pacto ꝙ
velit ſocerꝝ ꝯſtituere debitoꝛẽ ad ſoluẽdã dotẽ: puta mil
le francos ad duos annos futuros: et ſocer det aliquos
agros in pignoꝛe genero: ab initio illic nõ eſt mutuatio.
ratio eſt: q2 ager nõ eſt vſu conſumptibilis nec ad talem
vſum ꝯceſſus: ergo non eſt res mutuatiua. ꝯſequẽtia te-
net ex dictis q̃ſtiõe pꝛĩa huius materie. Sc̃do eſt vera
ĩpignoꝛatio: ergo nõ eſt mutuatio. ꝯſequẽtia tenet: quia
iſti ꝯtractꝰ ſunt diſtincti. Tertio. ꝑiculũ poſſeſſiõis ſpe-
cta ad ſocerũ: ergo nõ mutuauit poſſeſſionẽ genero. Si
ꝟo ſocer moꝝ ꝯſtituit̃ debitoꝛ tp̃e ꝯtractus mr̃imonij: et
nõ dat genero mille frãcos nec coꝝ partem in pꝛomptu:
ſed recipit illã poſſeſſionem. ſ. q̃dã arpẽta vini/pꝛati/vel
tritici: tũc ꝓpꝛie nõ eſt ĩpignoꝛatio illiꝰ poſſeſſionis: ſed
gener recipit de ſuo quotãnis .l. frãcos. ⁊ virtualiter mu
tuauit ſocero mille francos. Hoc ſic declaro. hodie in
pꝛĩcipio Auguſti Soꝛtes ꝯtraxit matrimoniũ cum filia
Platonis nobilis nõ habẽtis mille frãcos in pꝛomptu:
ſed ꝓmiſit Soꝛti tp̃e ꝯtractus mr̃imonij mille frãcos: et
dat ei ſub nomĩe pignoꝛis: licet ꝓpꝛie nõ ſit ĩpignoꝛatio:
iſtas poſſeſſiones: ac ſi Soꝛtes mutuaret ei mille frãcos:
quos ſi in pꝛõptu haberet: poſſet emere poſſeſſiõem an-
nuã .l. frãcoꝝ. ſic virtualiter iſte poſſeſſiones ſunt empte
a ſoꝛte valẽtes annuatim .l. frãcos. data facultate Pla
toni ſocero ꝙ poſſit redimere hanc poſſeſſionẽ qñ dabit
mille frãcos integre. ⁊ idẽ fuiſſet in pecunia ſi Soꝛtes cõ-
traxiſſet mr̃imoniũ cum filia Platonis mercatoꝛis in
pꝛĩcipio Auguſti qñ debebat recipe mille: poterat enim
Soꝛtes ad petitionẽ ſoceri eos relinquere capiẽdo ãnuẽ.
.l. frãcos. rõne iſtoꝝ mille frãcoꝝ ⁊ rõne veri intereſſe: ca
pitali dote ſemp remanẽte ĩtegra. Et idẽ licet heredibꝰ
generi iam moꝛtui: puta recipe .l. ac ſi maritus mulieris
fuiſſet iã ſupſtes. rõ eſt: q2 tenent̃ mulierẽ alere quouſꝗ̃
dos ei reſtituat̃: ⁊ cum dos fuerit ei reſtituta: põt vidua
tp̃e viduitatis vel ſc̃di mr̃imonij ſimilẽ pẽſionẽ cape an-
nualẽ .l. frãcoꝝ. ſiue a parentibꝰ ꝓpꝛijs ſiue a mariti ſui
heredibus rõne veri intereſſe: q2 ſi haberet pecuniam in
pꝛõptu: poſſet emere poſſeſſionẽ valẽtẽ quotãnis .l. fran

cos. Mirandum eſt de Joãne Andrea/ ⁊ de Joãne Li-
gnano tenentibꝰ oppoſitũ. Sed illud Joãni Andree ac-
cedit ꝙ nõ licet cape rõne lucri ceſſantis ante moꝛã. qḋ
falſum ⁊ minus pꝛobabile reputo. Nec opus eſt rñdere
coꝝ argumẽtis: tũ q2 nulliꝰ apparẽtie ſunt tenẽdo illa q̃
tenemus in q̃ſtiõe p̃cedẽte. Tũ q2 ſimiles rõnes ſoluunt
in emptione vitalitioꝝ ⁊ redditũ: de q̃bꝰ poſtea futurꝰ
eſt ſermo. Si vero gener ꝯceſſit illos mille frãcos a pꝛin
cipio ſocero irreuocabiliter aſſumptis agris: non eſt mu
tuatio. q2 adiecta eſt circũſtãtia irreuocabilitatꝭ ſubſtã
tie mutuatiõis repugnãs ⁊ faciens eã in aliã ſpeciẽ con
tractꝰ. ſ. emptiõis ĩcidere. Neꝗ̃ opoꝛtet loq̃ de iſta dote
in Bꝛitannia: in q̃ relicta cuiuſcũꝗ̃ nobilis habet tertiã
partẽ totiꝰ pr̃imonij mariti ꝓ vita: ſed ſufficit regionis
conſuetudo. Jn Meſopotamia Syrie pr̃iarcha Jacob
dedit pecuniã equalẽtẽ ꝓ vxoꝛibꝰ ſeruiẽdo: non autem
in Europa. ¶ Quartus caſus in clerico. vt ptꝫ. c. j. de
vſuris. vbi habet̃. Si laicus iniuſte tenet poſſeſſionẽ ec
cleſie: et eã impignoꝛat rectoꝛi eccleſie: licite abſꝗ̃ vitio
vſure rectoꝛ eccleſie põt recipe fructꝰ extra ſoꝛtẽ. ⁊ licet
eccleſia mẽtionẽ faciat de clerico: idẽ eſt iudiciũ ſi laicꝰ
iniuſte detineat rẽ laici: q2 eſt eadẽ rõ. ¶ Quintꝰ caſus
eſt vẽdẽdo fructꝰ alicuiꝰ p̃dij ad aliquos certos annos
ꝓuẽturos. nã poſt illos certos annos recipit p̃diũ tãꝙ̃
ſoꝛtẽ: ⁊ interim ꝑcipit p̃ciũ ꝓ fructibꝰ venditis. Et licet
vẽdẽs fructꝰ nõ mutet ſed vẽdat: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ꝯtrahitur
extra ſedẽ vſure. ſ. mutuũ: q2 tñ cõtractꝰ habet aliquod
velamẽ vſure: ĩter reliquos caſus computat̃: q2 in nullo
iſtoꝝ vſura cõmittit̃: ſed ſolũ ſimilitudinarie. Jn his au-
tẽ que multũ cõducũt ꝓ vſure intelligẽtia ĩmoꝛãdũ eſt:
in alijs ſuccincte trãſeũdũ. ¶ Sextus caſus. qñ q̃s mu
tuat hoſti iniuſto q̃ tãtũ retinet de ſuo vt recupare alia
via nõ poſſit: tũc mutuãs capit vltra ſoꝛtẽ tãtũ quãtũ al
ter ab eo tenet: ſed hoc nõ eſt vi mutui/ſed recuperandi
ꝓpꝛia q̃ alia via recupare nõ põt. nõ tñ debet mutuare
hoſti ad vſurã: nec cape lucrũ vi mutui: q2 ſic peccaret.
ſed alia vi: q2 hoſtis iniuſte detinet ſuũ: vel ſibi debitum.
ꝓpterea dat mutuo vt recupet ſuũ. ¶ Septimꝰ caſus.
ſi q̃s nũc habet merces quas modo nõ vult vendere ſed
ſeruare in aliud tẽpꝰ in quo veriſimiliter plus valebũt: ⁊
capit nunc aliq̃d vltra pꝛeciũ cõmune: nõ eſt vſura. ⁊ de
hoc caſu adhuc in ſpeciali queſtio ſequens foꝛmabitur.
¶ Octauus caſus tãgit̃ cum dicit̃ (pꝛeciũ poſt tẽpoꝛa
ſoluẽs) hoc eſt rõne ĩtereſſe mutuatoꝛ illiꝰ ĩcurrit dãnũ:
vel a lucro ceſſante impedit̃. ¶ Nonus caſus. qñ cogit̃
q̃s ſoluere aliq̃d vltra ſoꝛtem nomĩe pene: ⁊ mauult mu-
tuãs habere ſolutiõem ꝙ̃ mutuatarius penã incurrat.
¶ Decimus caſus tãgit̃ cum dicit̃ (lex cõmiſſoꝛia) vt ſi
vẽdã tibi fundũ iuſto p̃cio ea conditione vt quãdocũꝗ̃
ſoluero tibi p̃ciũ qḋ mihi dediſti: fundus ad me reuerta
tur: cũ fundũ redemero: tu rehabebis p̃ciũ: ⁊ vltra p̃ciũ
retinebis fructus fundi ĩterea ꝑceptos: ⁊ licet in hoc ca
ſu nõ ſit exẽplũ vbi capiat̃ lucrũ vltra ſoꝛtẽ in mutuo: q2
eſt vera emptio: tñ mutuatiõis vſurarie eſt aliqua vm-
bꝛa: ⁊ hoc in his caſibꝰ ſufficit. ¶ Undecimus caſus ſo
cietatis. de quo in ſequẽtibꝰ latiꝰ dicet̃. ¶ Duodecimꝰ
caſus tãgit̃ cũ dicit̃ (pompa) vt ſi q̃s tradat alicui pecu
niã nõ vt eã diſtrahat: ſed ea ad oſtẽtationẽ/pompã/vel
ad aliũ finẽ rõnabilẽ vtat̃ quatenus mutuatarius cre-
dat̃ diues: ⁊ vt creditoꝛes de eo non dubitẽt: puta vt ha-
beat diuitẽ vxoꝛẽ/pompã/vel hmõi. Et ſi dãs illã pecu-
niã ꝯtra vitiũ vſure capiat aliq̃d vltra pecuniã traditã:
ſtat ꝙ peccet cooperando pctõ. poteſt etiã non peccare:
vtpote ſi ſit diues ſufficiẽter: ſꝫ ſuas opes dedit mutuo:
vel non habet p̃ſentes: ⁊ vult pecuniã habere: vt oſtẽdat̃
diues vt eſt. Licet eñ ſit minꝰ diues: eſt vxoꝛe quã cupit

dignus. fingẽdo autem ſe ditioꝛem ꝙ̃ ſit: peccat quidem
mentiendo: non tamen volẽdo mulierem talem habere.
ſed dato ꝙ peccet non committit vſuram: quia nõ capit
illud lucrũ ratione mutui. alius enim tradens ei pecu-
niã nõ mutuat/ſed locat: quia mutuare eſt tradere rem
vſu conſumptibilem ad talem vſum qui eſt eius cõſum-
ptio. modo licet pecunia tradita ſit res vſu cõſumptibi-
lis puta quãdo diſtrahitur: tamen tradens non dedit ei
pecuniam ſuam ad illum vſum: ſed ad oſtẽtationem: re-
ſeruando penes ſe dominium et pꝛopꝛietatem rei: locan
do alteri vſum illius pecunie. ſicut ſit Pariſijs de va-
ſis argenteis in actibus theologicis vel alijs actibꝰ: vbi
locans vaſoꝛum vſum conuiuantibus concedit: vt con-
uiuans in vaſis bibat: non vt ea permutet vel diſtrahat.
Et reſtituenda eſt eadem pecunia vero domino: niſi pꝛo
quanto dominus ratum habet habere equiualentẽ: mo
do inter ſimilia fruſta auri vel argẽti parum intereſt: vt
inter ſcutum et ſcutum. Ex illo patet ꝙ licet pꝛo pꝛima-
rio vſu pecunie qui eſt eius diſtractio nihil liceat acci-
pere: tamen pꝛo eius ſecũdario vſu qui eſt ad pompam
vel curare a moꝛbo: aliquid licet accipere ſine nota vſu-
re. Sed dicis. ex illo datur palliatio vſure. nã mutuãs
vel vſurarius dicet: cõcedam tibi vſum pecunie mee ad
oſtentationem: vel ad curandum a lepꝛa ⁊ pꝛo illius vſu
aliquid reddes: nolo tibi mutuare. Reſpõdetur. crebꝛo
eſt difficile diſcernere an ſit vſura: ſed contra ſic loquen
tem erit vſure pꝛeſumptio. et videndum eſt an locãs ha
beat neceſſitatem pecuniam locandi: quia ſi non: ſtatim
cognoſcetur eſſe vſura palliata. et certe vſurarius non
impoꝛtabit hac via multum lucri ab eis qui oſtentatio-
nem querunt: qui foꝛte decedent cum toto. ſed ſi detur
cautio cum pecunia: parum vitiabitur ſeu deterioꝛabi-
tur in illo vſu: et parum eſt capiẽdũ ratione illius vſus:
ſicut parum capitur pꝛo equo quando ad paruã diſtan
tiam vadit: quia parum in hoc equus vitiatur. ¶ Deci
muſtertius caſus ſine vſura: quando quis ſine vlla inten
tione lucri mutuat: et mutuatarius vltra ſoꝛtem dat ali
quid mutuatoꝛi ex mera liberalitate: ⁊ mutuatoꝛ etiam
tali intentione recipit: ⁊ non aliter. Pꝛo cuius intelligẽ
tia notato: ꝙ ſi mutuatarius mutuãti dat aliquid libe-
rali dono: et hoc cognoſcit mutuans et tali animo reci-
pit: non peccat: quia per mutuum non eſt deterioꝛis con
ditionis ꝙ̃ ſi non mutuaret: ſed ſi nõ mutuaret: nemo di-
ceret quin dono poſſet illud recipere. igitur. ita in ꝓpo-
ſito. Sed ſi mutuatarius non vt verum donum det mu-
tuãti. nec ex mera liberalitate: ſed timens incurrere ma
liuolentiam mutuantis: ne alias det ſibi mutuo: et ſic
mixta volitione cum nolito dat aliquid mutuanti: ⁊ mu
tuans exiſtimat ꝙ liberaliter dat: et tanꝙ̃ tale oblatum
recipit: in illo caſu mutuãs non habet dominium illius
rei oblate: quia conſenſus purus recipiẽtis non ſufficit
ad habendum dominium illius rei niſi ponatur alter cõ
ſenſus etiã liber. alioq̃n raptoꝛ acq̃ret dñium rei quã ra
pit: inferẽs moꝛtẽ illi a quo rapit: niſi conſentiat: vt pꝛĩa
q̃ſtione huius materie diximus. qḋ diceret nemo. nõ tñ
tenetur ad reſtitutionem durante illo pꝛobabili erroꝛe.
Exemplum in ſimili. ſi quis daret mihi libꝛũ furto abla
tum quem credo tradentis: nõ acquiro verum illius rei
dominium: ſed ſolum putatũ: qḋ me a peccato excuſat.
ſed vbi ei conſtat ꝙ alter non mere gratis in illã tranſla-
tionem conſenſit: tenetur rem oblatam reſtituere: ſi non
habeat rẽ ipſam aliquo alio iuſto titulo: puta noua col-
latione libera/vſucapione/vel aliũde. ¶ Ecce duos ca
ſus in quibus capitur oblatum ſine peccato. in pꝛioꝛe ca
ſu mutuans acquirit rei oblate verum dominium: ⁊ nul
lo modo tenetur ipſum reſtituere. Jn ſecundo caſu non

acquirit verum dominium: ſed durante pꝛobabili erro-
re rem oblatã nõ tenetur reſtituere. Tertio modo: quan
do mutuatarius vt pꝛecium mutuationis dat mutuãti
vel vt pꝛecium redimende vexationis offert: et illud/cõ-
ſtat mutuatoꝛi ꝓbabiliter: tunc mutuans capiens ⁊ de-
tinens/peccat. Quarto modo: quãdo mutuatarius ali-
quid ex mera liberalitate dat: ſed mutuatoꝛ ꝓbabili cre
dulitate exiſtimat mutuatarium nõ liberaliter dare: in
iſto caſu mutuatoꝛ peccat: ſicut in membꝛo immediate
pꝛecedente: quia ſi mutuatarius nõ liberaliter det. ⁊ mu
tuatoꝛ illud credat non dari ſibi liberaliter: non licet ei
illud recipere: vt nuperrime dictum eſt. igitur et in hoc
caſu. tenet conſequẽtia: quia cauſa cur caſus pꝛecedẽs
erat illicitus fundabatur in conſcientia pꝛobabili reci-
pientis: igitur eadem conſcientia pꝛobabili durante ma
nebit eadẽ ratio illiciti. Et eſt ſimile. non licet mihi abs
te dono recipere rem quam credam eſſe furtiuam licet
non ſit furtiua. ergo etiam lucrum oblatum non licet mi
hi recipere ſi ipſum non liberaliter oblatum exiſtimem:
licet reuera ſit liberaliter oblatum. tenet conſequentia:
quia eque pꝛohibetur vnum vt reliquum: ſi in vtroꝗ̃ ve
ritas credulitatis ſubſit. igitur etiam ſi in vno nõ ſubeſt
veritas: et tamen non licet ob credulitatem pꝛobabilem
oblatum recipere: etiam a reliquo pꝛopter ſimilem cre-
dulitatem non exiſtente etiam veritate recipere non li-
cebit. Poteſt etiam contingere ꝙ mutuatarius ex me-
ra liberalitate offerat: et mutuatoꝛ hoc idem pꝛobabili-
ter credat: illud ſibi taliter offerri: ſed ex ĩpꝛudentia mu
tuans non vult iſto titulo oblatum recipere: ſed hoc ti-
tulo inutili ſcilicet vt pꝛecium mutuationis: nolens vt
donum purum recipere: tunc mutuatoꝛ peccat recipiẽ-
do. nec hac via acquiſiti acquirit dominiũ: quia ad do-
nationem non ſufficit conſenſus liber in donante: ſed cũ
hoc requirit̃ ꝙ donatarius illud vt tale donum recipe-
re velit. Exemplum in ſimili. ſi Soꝛtes Platoni mittat
equum dono: et Plato in itinere equum a nũcio rapiat
volens ipſum capere vt ſpolium nihil ſciens de dono:
Plato non efficitur dominus illius equi ꝙ̃diu non mu-
tat intentionem. ſecus eſt ſi poſtea intẽtionem mutet ac-
cipiendo equũ a Soꝛte miſſum tãꝙ̃ veꝝ donũ. Jn his au
tem receptionibꝰ p̃ſupponimꝰ circũſtãtias in ſc̃da que-
ſtione recitatas: ⁊ potiſſimum ꝙ homo ſue fame ſit me-
moꝛ: ⁊ nõ ſcãdalizet alios: ſ̃m doctrinã Apoſtoli pꝛime
ad Theſſalonicenſes. v. Ab omni ſpecie mala abſtinete
vos. Nã poteſt cõtingere ꝙ mutuãs ſibi affectus nimis
facile aſſentiat mutuatariũ dare ſibi aliq̃d puro dono:
qñ tñ inuitꝰ dat ei. ⁊ ꝓpterea in confeſſione debet circũ
ſtãtias confeſſoꝛi pꝛudenti ꝓpalare: vtpote ſi verbo vel
geſtu dedit intelligere mutuatario ſe velle aliq̃d habe-
re vi mutui. Foꝛte etiã eſt fama de eo ꝙ non libẽter dat
mutuo niſi aliq̃d incremẽti ſupꝛa ſoꝛtem recipiat. Conſi
deret̃ etiã inopia ⁊ tenacitas mutuatarij. Alterutrũ eñ
iſtoꝝ eſt p̃ſumptio non liberalis doni. ergo tenacitas et
inopia magnã p̃ſumptionẽ faciũt ⁊ vehementem non li-
beralis doni. Confeſſoꝛ aũt omnibꝰ hincinde collectis: q̃
eſt vir neuter ĩter mutuãtem ⁊ mutuatariũ: habet caſti-
gare iudiciũ ĩpꝛudens mutuãtis ſi nimis facile aſſenſit
ꝙ mutuatarius dedit ſibi incrementũ liberali dono/vel
iudiciũ eiꝰ appꝛobare ſi rectũ fuerit. ¶ Decimuſquar-
tus caſus eſt in quo q̃s occaſione mutui cogit̃ ſubire la-
boꝛẽ: ⁊ ita vltra ſoꝛtẽ mutuatã recipit aliq̃d a mutuata-
rio: nõ ꝓ re mutuata: ſed ꝓ laboꝛe quem habuit in pecu
nia numerãda quã mutuare volebat: vt quãdo magnã
molẽ pecunie minute mutuare habet: tunc numeratio
eſt tedioſa ⁊ laboꝛe plena. ꝓ illo aũt laboꝛe quẽ mutua-
tario ꝑ ſe vel ꝑ ſuũ famulũ ĩpẽdit: aliq̃d licite capit tãꝙ̃

dubiũ eſt hoc [illegible] iſte tranſfert a ſe domi
niũ n̄ vt quis acqui
rat n̄ [illegible] alig cui dat

ſuoꝝ laboꝝ p̄miū. Exēplū in ſimili. Si ego exiſtens Pariſijs mutuo dē tibi Rothomagi mille aureos nūmos: quos ad te ab vrbe Pariſieſi defero: capiā aliq̄d ꝓ ipēſis ⁊ laborib⁹ itineris. ¶ Decimuſquintus caſus ⁊ vltimus ꝓ nūc eſt rōne ꝑiculi ſubeūdi. ſed an q̄s poſſit licite ſubire ꝑiculū: ⁊ rōne illius cape pecuniā i oī caſu: eſt dubiū. et diſtinguiť de ſuſcipiēte in ſe ꝑiculū. Aut enim ſuſcipiēs ꝑiculū ſimul apponit operā ꝓ vitādis ꝑiculis mercis: vtpote ſi ſuſcipiēs ꝑiculū eſt rector nauis ſi per mare merx ducať: aut auriga ſi in curru ꝑ terram merx vehať. Aut nō apponit operā vllā: puta nihil faciendo ad hoc vt merx ſit ſalua: vt verbi cauſa: eſt nauis Londino itura Vlixbonā Luſitanie: Sortes ſuſcipit Londini ꝑiculū merciū totius nauis: ꝓ mille Sterlingoꝝ libris grā exēpli: nihil operando ad hoc vt merx ſit ſalua. Prim⁹ caſus eſt licit⁹ in quo eſt duplex ꝯtract⁹. vn⁹ locatiōis: in quo ꝑiculū ſubiēs ſuā operā locat ⁊ ſollicitudinē ne merx ꝑicliteť. Secūdus caſus eſt innoīat⁹: vt facio ſi des. hoc eſt ſi des mihi mille libras ſterlingoꝝ: ſubibo ꝑiculū ꝑdēde mercis. Qꝛ prim⁹ ꝯtract⁹ ſit licit⁹: nulli cadit in dubiū. nā vtilitatē tā ꝓuatā q̄ȝ publicā affert: ⁊ nulla apparet iniq̄tas: qꝛ facit viꝝ magis ſollicitū ꝓ ſeruāda re vicini ſui: q̄ȝ vbi obligat⁹ fuiſſet ſolum ad culpā leuē: ad leuiſſimā eñ nūc ſe obligat: ⁊ ad oīa pericula ſubeūda q̄ humana iduſtria caueri poſſunt: et hoc dño mercis et reipublice expedit ꝓ rebus ſaluis ad patriā ducēdis. Qꝛ hoc liceat oſtendo. nō aliter bellatores trāſeūtes in nauib⁹ armatis iuſte ſuſcipiūt pecuniā a diuitib⁹ mercatorib⁹ ꝑ mare: q̄ten⁹ eis ſuccurrāt in diſcrimine: ⁊ eoꝝ res teneāt ſaluas. ſicut crebro vſuuenit apd̄ Anglos tā inter mercatores q̄ȝ iter piſcatores dū nauiū claſſem annuā ad Iſlādiā: vltra Orcades mittūt. Sed idē eſt in caſu nr̄o in p̄mo mēbro. ¶ In ſcd̄o aūt caſu eſt maior difficultas: ⁊ vtrinq̄ȝ argumentabor. Periculum ſubiēs reipublice nullā vtilitatē affert: res ꝓ patria ꝓcurādo. nec videť q̄ vllā vtilitatē ꝓuatā mercatori afferat: qꝛ licet ꝑiculū in ſe ſubeat nihil vtilitatis vel ſecuritatis ipſi merci affert. Inſuꝑ hic mod⁹ viuēdi: ludo fortuito ⁊ taxillis aſſimilať: q̄ oī lege poſitiua ⁊ icōueniētibus ſecluſis q̄ in eo accidere ſolēt: videť ꝓhibitus: eo q̄ ludēs vult facere artē viuēdi in ocio: excutiēdo a ſe on⁹ Ade et poſteritati ei⁹ īpoſitū: q̄ in ſudore vult⁹ veſcereť ſuo pane: ⁊ q̄ homo nat⁹ eſt ad laborē ſicut auis ad volādū. Iob. v. In oppoſitū arguiť: vltimū argumētū refellēdo. plerīq̄ȝ ſunt diuitijs parētū viuētes: q̄ in iucūditate ⁊ labore nullo vel modico extra recreationem viuunt: quos dānare nō poteſ: mō p̄cepta dei ⁊ hominū ſeruēt: non eñ eſt p̄ceptū ad lr̄am in ſudore vult⁹ lucrari panē: vt pꝫ de multis obtuſis regib⁹ ⁊ p̄ncipib⁹ ⁊ multis opulētoꝝ liberis rudib⁹: quos/ſi aliūde bñ viuāt: dānare nō debem⁹. nec ꝯſtat vllo pacto q̄ taxilloꝝ lud⁹ eēt in lumine naturali ꝓhibēdus ſecluſis malis q̄ ſupius in hac diſtinctiōe recitauim⁹. Scd̄o arguiť ꝯtra argumētū p̄cedēs. ꝑiculū ſubiens crebro vicino triſti ſuccurrit: ⁊ eius merorem euacuat: ergo eſt vtilis ꝑſone ꝓuate: ⁊ ex conſequēti toti reipublice categorematice rōne ꝑtis. Aſſumptū pꝫ. cū nauis in termīo ſtatuto nō redit tot diſcriminibus maris et pirataꝝ expoſita: ſollicitudine ⁊ merore mercator laborat: ergo vt ſubleueť cōducit ei habere capitale ſaluū cū mediocri lucro: poti⁹ q̄ȝ maneat in toto illo tp̄e quo nauis nō venit in termīo p̄fixo in merore: qꝛ illud eſt eſtimabile p̄cio. cōducit ergo dño mercis ⁊ familie ſue poti⁹ dare ducētos ducatos q̄ȝ manere vno mēſe vel duob⁹ in tedioſa anxietate ⁊ cura nauis periture ab India vel Alexādria Aegypti. Itē ſi capitale ſit ab hoſtib⁹ ablatū: habebit ſortē ſaluā cū partiali lucro. nec videť ꝯditio ei⁹ melior q̄ȝ cū ſecuꝝ faciētis: nec econuerſo ſm̄ iudiciū prudētū. ⁊ ꝯtract⁹ iſte nulla lege poſitiua eſt ꝓhibit⁹: imo vix lege naturali eius ꝓhibitio oſtēdi pōt. igiť. ¶ Rn̄deť. primū membrū admitto vt ab omnibus paſſim admittiť. Et ex illo pōt duci argumētū ꝓ ſecundo membro: qꝛ ſimiliter ſtat q̄ ſine culpa naute vbi etiā via humana ꝓuidere poterat: bona ſunt ablata: ⁊ tūc magiſter nauis aliquo modo īnitiť fortune. Inſuꝑ ꝓbabile eſt q̄ magiſter nauis poteſt ſubire ꝑiculum mercis a quocūq̄ȝ fonte ꝑiculū ſcateat: et ita innitiť fortune: ergo ſcd̄m membrū eſt licitū. Secūdo dico: ſiue ſit licitū/ſiue nō/hac via lucrās nō teneť reſtituere lucrū: qꝛ vterq̄ȝ cōſentit in ꝑiculū et in lucrū: nec ꝯtract⁹ aliq̄ lege naturali vel poſitiua eſt irrit⁹. ¶ Tertio dico ꝓbabile eſſe q̄ modus ſic lucrādi nō eſt inhoneſtus in multis caſib⁹. qd̄ patet ꝑ ſolutiones rationū in oppoſitum. non conſulo tñ vti hoc mō: ſed ad aliquā artem honeſtā de cui⁹ honeſtate apud oēs cōſtat: vis ingenij applicāda eſt. Barcinone tñ in Hiſpania vt ītellexi: ⁊ in Italia hic modus faciendi eſt in vſu. et quēdā alienigenā intellexi in Normania explorare nauiū aduentus ⁊ laborare ꝓ intelligenda cā de mora nauiū q̄ vbi cognouit ꝑiculū nō īminere/facit ſpargi rumores auctore incerto de nauium periculo: et poſtea doloſe cū mercatorib⁹ cōuenit de mercis ſecuritate p̄cio accepto. Sed hic caſus eſt particularis: et doloſus. ſtat tñ q̄ nihil ſciri poſſit de nauiū ꝑiculo: vel ſtatim initur hic contractus poſt nauiū deceſſum: vbi neutra pars doloſe ꝓcedit: ſed prudētibus vtrinq̄ȝ collectis neſciť vter habeat partem apparentiorem. ¶ Sed contra iſtud arguiť. in. c. Nauigāti. de vſuris. reprobať cōtractus mutui cū ꝑiculo: ergo nullo mō licet ſubire periculū. Rn̄deť. in. c. illo. Nauigāti. non ꝓhibet Romanus pontifex ꝑiculi ſuſceptionem: ſed reprobat illū q̄ noluit dare mutuo niſi ſuſcipet in ſe ꝑiculū. Gloſſa ordinaria in illa parte diffuſe ꝓcedit: q̄ indiſtincte vult q̄ mutuāti etiā recipiēti in ſe periculū non licet aliquid vltra ſortem recipere etiā ſi in recompenſationem illius periculi ſuſcipiat. cauſa eſt/dicit: qꝛ excedit naturam mutui. licet enim hoc ſit veꝝ: non tñ excedit naturā lucri ratione periculi. Ecce verba textus. Nauigāti vel eūti ad nundinas certā mutuās pecunie quantitatem eo q̄ ſuſcipit in ſe periculum: recepturus aliquid vltra ſortem vſurarius eſt cenſendus. Ex rotundis verbis textus patet q̄ iſte noluit dare mutuo niſi in ſe ſuſciperet periculum: et ſic non gratis dare mutuo. et forte paruum erat periculum: licet non ſit mentio in textu: pro quo īmoderatū petiuit lucrum. Propterea cepit aliquid vltra ſortē vi mutui: et ita erat vſurarius. Sed vbi ego darē ſorti mutuo mille ducatos q̄s ꝓ mercib⁹ habēdis exponit: magiſter nauis poteſt ꝓ pecunia ſubire illud periculum: et ꝓbabiliter alius extra nauim. ⁊ qꝛ ego nō ſum deterioris cōditiōis ꝓpter meum mutuum datum q̄ȝ alter: ideo poſſum ſubire periculum: ſc. ſ. vt maneant duo contractus diſtincti. Primo mutuum qd̄ gratis do ei: ſecundo rogat me ſubire periculum: qd̄ ad eius petitionem et meū cōmodum ſubeo. Ex quo patet q̄ ſi ceperim lucrum vi mutui ⁊ etiā vi ꝑiculi: ⁊ lucratus ſim cētum: non teneor reſtituere illa cētū: ſed ſolū illud lucrum qd̄ vi mutui cōſequutus ſum. Iuſte enim lucratus ſum aliquid ratione periculi ſuſcepti. ¶ Ecce varios caſus in quibus vltra ſortē capiť incremētū: interdum in mutuo: nōnunq̄ȝ in ſimulato mutuo. Et licet in. xij. caſu liceat viro dono capere vltra ſortē: nō tñ licet hoc paciſci: qꝛ iā ex mutuo vellet mutuatariū eſſe ſibi nō tm̄ naturaliter/ſed etiā ciuiliter obligatū ad aliq̄d donādū. modo illa ciuilis obligatio eſt q̄d eſtimabile p̄cio: ⁊ ei indebitū. in alijs aūt caſibus poteſt paciſci: ſeruando tamen ſemper circūſtantias facientes ad propoſitum: quas in queſtione ſecūda huius materie recitauimus.



¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xxxij.

QVarto quæritur circa hanc vſure materiam an iſte caſus ſit vſurari⁹. ego habeo vnū corū tritici/in feſto ſcti Martini valentē. xx. quē volo ſeruare ad Auguſtū in quo triticum ſolet eſſe carius apud Britānos. vel ecōtrario ducať caſus apd̄ bis colligētes fruct⁹ ānue: vt fit apud habitātes īter tropicos ⁊ ꝓpe eos. ⁊ ducať ꝓportionabiliter caſus. licet eñ bis colligant ſegetes: tñ propter ſitū terre nōnunq̄ȝ habēt annos ſteriles: vt patet ex Geñ. xl. ca. de Aegypto. etiā vno tp̄e ꝓpinquo vel vicino collectiōi ſegetū habēt ānonā cariorē vel min⁹ carā. accedit ad me Petr⁹ volēs emere a. corū petēs dilationē ſolutiōis: ego capio. xxx. ꝓ auguſto: ergo lucrum vltra ſortē: ⁊ tñ nō pecco qd̄ ꝓbo: qꝛ poſſum ꝯſulere cōmoditati mee ſine detrimēto alicui⁹ cui non obligor ſub pena pcti. ſed ego intendebā ſeruare a. corū ad auguſtum vſq̄ȝ. igiť. ¶ Rn̄deo. vel ego erā vēditur⁹ nūc meū corū ſi haberē ſolutionem in prōptu ſm̄ p̄ciū vſitatū ſeu currēs: vel erā expectatur⁹ Auguſtū in quo triticū ſolet eſſe cariſſimū. Si p̄mū: ſum vſurari⁹. Si ſecūdum: nō ſum. Iſtud patet de vſuris. Nauigāti. vbi dicit Roman⁹ pōtifex. Ille quoq̄ȝ q̄ dat decē ſolidos: vt alio tp̄e totidē ſibi grani/vini/vel olei mēſure reddanť: q̄ licet tunc plus valeāt: vtrū pl⁹ vel min⁹ ſolutiōis tp̄e fuerīt valiture: veriſimiľr dubitať: nō debet ex hoc vſurari⁹ reputari. Ratione hui⁹ dubij etiā excuſať q̄ pānos/frumentū/vinū/oleū/vel alias merces vēdit: vt āpli⁹ q̄ȝ tūc valeāt: in certo termīo recipiat ꝓ eiſdē: ſi tñ ea tp̄e ꝯtract⁹ non fuerat vēditur⁹. Dico igiť q̄ ego poſſum multifariā me hr̄e erga Petrū. Vel nūc īponendo ei certū p̄ciū puta de dādis. xxx. ⁊ ſi illo tp̄e āni corus īterdū valeat. iiij. vel. v. vltra: nōnunq̄ȝ min⁹: rōne dubij poſſum vēdere. xxx. tenendo medium rōne dubitatiōis non ſolum mathematicū: ſed morale: ita vt apud prudētes dubium ſit: vter noſtrū habeat caſum ſecuriorē: vel certum ſit q̄ nō decidim⁹ a medio morali. ⁊ eodē mō me habebo dādo cētū aureos mutuo quoꝝ aſcēſus vel deſcēſus manet dubi⁹. In his oīb⁹ rō eſt: qꝛ ego nō teneo me in tuto ⁊ alium in diſcrimine: ſed ꝓ vtroq̄ȝ noſtrum eſt eq̄le diſcrimē. Vel nō limito certum p̄cium: ſed ordino ſolutionē ꝓ vno tp̄e. et hoc dupliciter: vel vno determinato die: quē ego volo eligere ad nutum meum in quo vt ego iudico triticū carius vēdeť: dicēs. Petr⁹ dabit mihi p̄cium currēs in die ſabbati Hadingtone īmediate ante diē feſtum aſſumptionis Chriſtifere v̄gīs. ⁊ ſic iteꝝ nō facio vſurā: qꝛ erā illo die vēditur⁹ ſi nō ſupueniſſet Petr⁹. vel teneo me ī pluribus dieb⁹: puta, ꝓut vendiť cari⁹ in tota eſtate vel in toto illo mēſe: ⁊ tunc me teneo in ſecuro et alium in īcerto: ⁊ committo vſurā: qꝛ ſi tenuiſſem triticum penes me: neceſſe fuiſſet exponere triticum venditioni vno die determinato. Hinc emanauit deuerbium apud noſtrates in vituperium vſurarioꝝ. iſte vendit vt farina carius incidit hoc anno. ¶ Ex iſto conſequunť nōnulla. Primum eſt. ſi nunc in hyeme p̄cium cōmune cori tritici ſit. xx. ego nūc vēdēs coꝝ capio iuſte ꝓ eſtate. xxx. ¶ Secundo ſequiť q̄ licite vēdo duos coros eodē die: ⁊ ꝓ vno recipio xx. tm̄: ⁊ ꝓ alio. xxx. pꝫ: qꝛ intēdebā vnū coꝝ ſeruare ad Auguſtū ad ſoluēdum meſſorib⁹: ⁊ alium nunc ad ſatiſfaciēdum domino ſoli de firma ſcti Martini. vtor more noſtratum loquēdo de firma. ¶ Tertio ſequiť q̄ vn⁹ ꝓ vno coro capit tres coros iuſte. qd̄ ꝓbo ſic. venit ad me Petr⁹ egēs coro tritici in Auguſto valēte. xl. ob ſterilitatem iſtius anni: vendo ei expectādo precium ad diem ſcti Martini: cum corus valet decem: ⁊ ꝑ conſequens capio ab eo quatuor ꝓ vno: ſed licet plus in quātitate mathematica capiā: nō tñ pl⁹ in valore. Et ſi eſt veroſimile q̄ in hyeme corus valebit decē: poſſum cum ipſo paciſci vt det mihi quatuor coros vel tātū frumēti quo ad valeat. xl. ſolidos. Licet enim pl⁹ in quātitate molis ⁊ mathematica det: nō tñ pl⁹ in quātitate ciuili et morali: vt pꝫ de groſſo boue ⁊ ſex ducatis: nā equaliter vendiť ei nunc frumētum: ⁊ mutuať precium gratis: qꝛ volo mihi reſtitui eq̄le in frumēto tp̄e ſolutionis. Et eodē mō mutuās frumētum vet⁹ receptur⁹ nouum: licite pōt exigere q̄ nouum ſibi dādum deť in maiore quātitate q̄ȝ ipſe de veteri dederit: mō hoc faciat nō ſpe lucri/ſed ratiōe dāni vitādi: qd̄ ſibi accideret ſi nouum in eq̄li mēſura acciperet. Si enim mutuās intēdebat ſuū vetus frumētū detinere eo q̄ erat bonum/q̄ȝdiu adhuc cōſeruari poterat: ⁊ recipe nouum in equali mēſura: ipſe pateretur p̄iudicium: q̄ ꝯſeruādo nouum loco veteris in fine conſeruationis min⁹ inueniret frumenti noui: qꝛ areſcit cōtinuo ad maximā denſitatem poſſibilem ſi agentia condenſatiua ſufficienter applicenť: vel ſaltem ab agentib⁹ a q̄b⁹ indurať/ꝯdenſať: ⁊ minorem locum occupat. ¶ Quarto ſequiť q̄ magnā gratiam facit colono diues: in eſtate dās ei vnum coꝝ mutuo pro ſimili coro in quātitate ſoluēdo in hyeme. qd̄ pꝫ: qꝛ ꝯcedit ei de ſuo lucro qd̄ iuſte ꝯſeq̄ poterat. ¶ Quinto ſequiť q̄ facit ei grām capiendo duos coros ꝓ vno: qꝛ expectauit ſolutionē: ⁊ non petit maiorem q̄ȝ in promptu habere poterat.

¶ Sed remanent duo pūcta excutienda in ſolutione primi. probo q̄ volens expectare ad Auguſtum poteſt ſtatuere ei vnum menſem. nam poteſt ſtatuere duos vicinos dies: ⁊ qua ratione duos/eadem ratione tres: quatuor/ſine ſtatu. de duobus patet. qꝛ in die ſancti Michaelis ⁊ poſtridie durat indictum ſcti Michaelis Hadingtone. eodē mō de tribus vel q̄tuor: vt in indicto omniū ſanctoꝝ Edinburgi. vel octo dieb⁹ continuis: vt in indicto Cātebrigie: ſcꝫ Strubech. Similiter ponať q̄ eſſem venditur⁹ coꝝ meum partibiliter: videlꝫ quartā partem ei⁹ primo die nundinaꝝ eiuſdem mēſis: et ſic de alijs duab⁹ quartis. tunc poſſum tibi aſſignare quatuor dies. ¶ Secundo ꝓbať q̄ non potes accipere tātum quantū in vno die ſignato: ⁊ hoc ſic. tu habes modium tritici nunc in hyeme: vel collecta ſegete primo: tu vendes Petro (dictum eſt iuſte) tanti quāti ſimile triticum venditum eſt Hadingtone in vno certo die: qꝛ tunc eſſes venditur⁹. Contra. modi⁹ tu⁹ in hyeme areſcet ante eſtatē: ergo deficiet ante Auguſtū vna cēteſima pars modij vel decimaſexta pars: ergo ſi conſeruares/minus in quātitate haberes. Inſuꝑ haberes curā ⁊ ſollicitudinem pro conſeruatione: ⁊ forte dares pecuniā pro domo in qua eſt: ergo iniuſte tātū capis in hyeme quātū ſi venderet in Auguſto. ¶ Ad primum nego q̄ poteſt ſtatuere duos dies: ⁊ hoc ſi erat expoſitur⁹ coꝝ vēditioni vnico die. ſed min⁹ incōueniēs eſt ꝓ duob⁹ q̄ȝ ꝓ trib⁹: ⁊ ſic aſcēdēdo. ⁊ licet poterat quolibet die nūdinaꝝ triticum exponere vēditioni: tñ ſolū vnico die vendidiſſet. Forte dicis. in eodē die p̄ciū mutať. Menſura enim frumenti q̄ hora nona valet. xij. hora. xij. xiij. hora quarta. xv. ergo incōueniēs eſt cape integrum diē. Rn̄deo. raro ſolet eſſe notabile diſcrimen in eodem die: et ſi diſcrimen ſit:

via humana nõ poteſt poni exactum remedium. in iſtis autem cõmutationib⁹ ſufficit vti rudi Minerua: et his que plurimum eueniũt: non deſcendẽdo ad partes diei: q: ſic duceres anfractus ad partes minutas hore. Sed veniendo ad punctum reducatur ad medium extremorum illius diei qđ eſt .xiij. in quo eſt tantũ apparentie lucri quãtũ dãni: ⁊ eatur ad precium medium. et ita facile eſt reducere totum ad iuſtam equalitatem ſi ante meridiem fuit venditio .xij. ⁊ poſt meridiem continuo propter inopinatã ſortem .xiiij. eundo conſequenter ad .xiij. Sed tangitur ꝙ vendens intendat quadripartiti venditionẽ: ad qđ dico ꝙ pro qualibet parte poteſt capere precium vſitatum ſeu currens illius diei: ⁊ non pro toto. ſic dices: pro hac quarta modij dabis ſicut precium currit tali die. pro ſecunda quarta dabis ſm̃ precium currens die nũdinarum ĩmediate ſequenti: et ſic vlterius. ¶ Ad ſecundum iudicio meo argumentũ rationabiliter oſtendit ꝙ vendẽs debet deducere ſeu defalcare diminutionẽ frumenti qđ fuiſſet minoris menſure in Auguſto. Et ſic intelligo prius dicta: vt ego in hyeme vendẽs triticũ qđ ſeruare proponebã ad primã Auguſti vſq₃: accipere poſſum tãtũ quãti triticum vendiť in illo die reſpiciẽdo ad diminutionẽ ipſius. Sed dicis. Forte minus in quãtitate tritici arefacti dabit tãtũ farine quãtũ plus tritici non arefacti. ſicut eadem menſura tritici plus farine dat ex feraci ſolo q̃₃ ſterili ob tritici dẽſitatem. Illud nõ ſufficit cum menſuram ſit repleturus tritico in eſtate et non farina niſi eſſem in farina venditurus. tunc enim nihil diminuã. et ſi mihi eſſet voluptati et non laborioſum quotidie inuiſere triticum quod in domo mea ſeruo et puluerẽ excutere: nihil ratiõe illius diminuã. Q: equales menſure tritici inequales dant menſuras farine dubitãt piſtor nullus. hoc autẽ prouenit a ſoliditate et corpulentia vnius grani ſup aliud: ⁊ modicus aer includiť inter grana. ¶ Sed cõtra. nõ erit notabile dãnũ: ſed nõ cõputãdum. pbať: q: nõ ratione a. grani arefacti: ⁊ ſimiliter ratione b. ſpice arefacte. ergo tota condenſatio modij erit nõ notabilis detrimẽti. Rurſus in octo mẽſib⁹ a die ſcti Martini ad Auguſtũ vſq₃ forte diminueť vna ſextadecia pars modij: ſi ḡ ꝓpoſuiſſẽ ſeruare ſeptẽãnis: oporteret defalcare ſeptẽ ſextadecias modij. et põt eſſe ꝙ ego vellẽ ſeruare: q: pſcius future ſterilitatis ſicut Joſeph vel ꝑ curſus ſyderũ more Thaletis oſtẽdẽtis Philoſophum facile poſſe ditari. quia licet nemo poſſit cognoſcere effectus futuros dependentes ex libero arbitrio: tamen poteſt cognoſcere fertilitatem vel ſterilitatẽ terre per aſpectus celeſtes ſerenos vel obliquos: immo eiuſdem anni fertilitatem prognoſticant Aegyptij a cremento. Nili ad certos limites. ergo a fortiori ex celo. ¶ Reſpondeť. licet cuiuſlibet grani ſi non notabile dãnũ: bene tamen totius multitudinis eſt notabile dãnũ. ſicut in paruo tempore non cognoſcitur motus in horologio: vel vmbre facte a perpendiculo: in magno tamen tẽpore illud dignoſcitur. Nec oportet in equalibus temporibus ſemper granum proportionabiliter areſieri ⁊ condenſari: quia ſic in ſedecim annis totus modius condenſabitur ad ĩdiuiſibile: qđ eſt falſum. quia datur maxima denſitas tritici poſſibilis naturaliter. ¶ Ex quo patet ꝙ ſi frumentum non poſſit ſeruari: nõ potes vendere ſm̃ exigentiã magni temporis futuri / vt ſolet eſſe de frumẽto allato ex Sicilia per mare ad Maioricas. ſed potes capere precium ſm̃ quãtitatem temporis per qđ poteſt durare: et q̃₃diu intẽdebas illud ſeruare. Sed dicis. ponamus ꝙ Sortes vendens modium in hyeme quem ſeruaſſet ad Auguſtum .xl. vbi tamen ſm̃ iudicium prudẽtum precium non excedet toto iſto anno .xxx. tũc cõmittit vſuram: quia capit vltra precium veriſimile toto iſto futuro tempore. Sed contra. ponatur ꝙ inopinato deſtruatur frumentum in agris ab abundantia aquarum vt ſit in locis decliuibus: vel a ſiccitate in terra arenoſa vel montoſa: ſic vt facile futurus ſit exceſſus modij ad quinquaginta: tunc Petrus nihil perdet: ponatur ꝙ tenet penes ſe totum frumentum: ſed ſuplucrať. Reſpondetur. Sortes non excuſatur ab vſura trãſcẽdẽs preciũ veriſimile ſm̃ iudicium prudentum. Sed rogas an teneatur reſtituere lucrum: puta illa decem que capit vltra Sortẽ. Si dicas non tenetur: quia petrus nihil perdit: ſed ſuperlucratur. Reſpondeo ꝙ hoc non ſufficit: ſicut frequenter vſu eſt ꝙ mutuatarius lucratur: quo nõ obſtante mutuator lucrum capiens tenetur ipſum reſtituere mutuatario. ¶ Ex omnibus dictis liquet ꝙ quis poteſt emere frumentum in agris vel iam recenter ſeminatum ſine labe vſure: dummodo det moderatum precium non tantum quanti eſtimatur in horreo colectum: quia eſt ſubiectum multis diſcriminibus / pluuie ſiccitati / zizanie / lolijs / ⁊ carduis: ⁊ huiuſmodi. iuxta illđ Maronis .j. Georgi. vbi poſt multa ſegetibus inimica et nociua enumerata dicit. Q: niſi ⁊ aſſiduis terram inſectabere raſtris. Et ſonitu terrebis aues: et ruris opaci Falce premes vmbras: votiſq₃ vocaueris imbrem. Heu magnum alterius fruſtra ſpectabis aceruum. Oportet eñi detrahere ſeu defalcare precium ad quantitatem laborum paſſorum anteq̃₃ colligatur ad horreum: et periculũ celi vel hoſtiũ. Et rurſus in horreo ſubiacebit diſcrimini teſte Marone dicente. Tum varie illudunt peſtes: ſepe exiguus mus Sub terris poſuitq₃ domos: atq₃ horrea fecit. Aut oculis capti fodere cubilia talpe. Inuentuſq₃ cauis buffo: et que plurima terre Monſtra ferũt: populatq₃ ingentem farris aceruum Curculio: atq₃ inopi metuẽs formica ſenecte. Si dicas hominem ſe poſſe facile tueri ab his ſm̃ conſilium poete dicentis. Area tũ primũ ingenti eſt equanda cylindro. Et vertenda manu: et creta ſolidãda tenaci. Ne ſubeant herbe: neu puluere victa fatiſcat. hoc non obſtat: quia in toto hoc artificio opus eſt materia et labore. Et licet det ſigna prognoſtica quibus cognoſcamus fertilitatem frumẽti per amygdalum: inquiens. Contemplator item: cum ſe nux plurima ſyluis Induet in florem: ⁊ ramos curuabit olẽtes. Si ſuperant fet⁹: pariter frumenta ſequentur. Magnaq₃ cum magno veniet tritura calore. nũq̃₃ tamen vacabis periculo et improbo labore. Q: liceat iſta emere: patet. quia venditor eſt in ea neceſſitate qua vẽdere cõpelliť: tũ ꝓpter inopiã: tũ ꝓpter deceſſum ad loca remota: tũ nec ipſe nec eius famuli audẽt laborare ꝓpter crudelitatẽ tyrãni vicini. Videať aũt quãtũ frumenti ſolet colligi ex hac terra in mediocri anno hoc eſt nec vberrimo nec ſteriliſſimo: ⁊ tollať aliquid ratiõe laboris ⁊ impenſarꝫ faciendarꝫ ꝓ frumẽto colligẽdo: prudẽtum colonorꝫ iudicio: ⁊ ſic non erit error. Ex iſto patet ꝙ arpentum frumenti minus valet in agris Suyntovveñ. et Norem / q₃ in Coldingam et Bãbruch. ſ. propter occurſum hoſtium tempore belli. idem patet de vvalachie et Raguſie agris. Secundo patet ꝙ frumentum proxime colligendum plus valet q̃₃ quãdo primo ferebat fructũ in culmo: ⁊ tunc magis q̃₃ quando ſeminabatur. Tertio patet ꝙ licet emptorem iſtius frumẽti moderate lucrari ⁊ iuſte: quia ſi non eſſet ſpes lucri non aſſumeret hunc laborem. Pro lucro tu pone diẽ quocũq₃ laboras. Nec ꝓpterea ſequiť ꝙ vẽdẽs ꝑdat: ſed ſtat vtrũq₃ eque participare lucrũ: licet hoc non requirať ad mediũ emptionis et venditionis. ſufficit aũt ꝙ nihil inique fiat in contractu. Si vero emptor caperet hic exceſſiuũ lucrũ: eẽt vſura ſub mutuo interp̃tatiuo ratione tẽporis. ¶ Ex oĩbus patet ꝙ mercator licite põt ꝓ ſua merce plus capere q̃₃ merx nunc valeat in foro: dũmodo duo ponantur. Primũ eſt ꝙ nõ intendat nunc vẽdere ſuã mercẽ: ſed expectare tẽpus quo veroſimiliter ipſa plus valebit. Secundũ eſt ꝙ non capiat vltra preciũ veroſimile futurũ iudicio prudentũ mercatorum. Si eñi plus capiat / vſuram ꝯmittit: ⁊ illud reſtituere tenetur dato ꝙ merx ipſa carior fuerit emptori ⁊ multũ ſuplucretur: vt ſi vendam tibi iuuenẽ equũ viginti ſcutis expectãdo pecuniã / qui iudicio oĩm nõ valet vltra quĩdecim: teneor tibi reſtituere quinq₃ ſcuta: dato ꝙ ob aliorum equorum mortẽ iſte valeat .xl. Vltimo ex dictis habetur ꝙ triticum cõdenſatur ad certam denſitatem: ſic vt amplius in illa ſpecie non poſſit naturaliter condenſari.

## ¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio .xxxiij.

Queritur quinto an iſte caſus ſit vſurari⁹. Sortes dat platoni bis mille libras ſterlingorũ mutuo / capiens a. pagũ annuẽ valentẽ centũ ſterlingorũ libras in pignore. Sortes tenet a. pagũ ⁊ fructus eius colligit .xx. annos. ⁊ demũ ſuas bis mille libras recipit. Iſto caſu ſuppoſito vtriq₃ argumentor. Ad partẽ negatiuã ꝑ deſinitionem vſure: quia capit lucrũ vltra ſortem vi mutui: quotãnis eñi percipit centũ. ⁊ hoc viginti annis: ergo colligit bis mille libras ſterlingorũ in illo tẽpore que octodecies mille francos valẽt ⁊ amplius: ⁊ in fine capit ſortẽ ⁊ hoc facit ratione mutui: q: ab oĩbus mutuũ appellatur. Ad partẽ affirmatiuã argumentor. hic caſus paſſim inter viros honeſtos admittitur: nec a ſapiẽtibus reprobatur: ergo eſt licitus.

## ¶ Pro ſolutione queſtionis ꝑponam ꝓpoſitiones.

Quarũ Prima eſt mutuans põt capere pignus ad ſecuritatẽ: vt ſit ſecur⁹ de re habenda ſorte: vł tenere equiualẽs vel chirographũ: ⁊ etiã a fideiuſſore ⁊ mutuatarij põt accipi pignus. probať cõcluſio. ſi nõ liceret recipere pignus vel hypothecã: hoc eẽt ideo: q: capiendo cõmitteret vſurã: ſed hoc eſt falſum: quia nõ capit dominiũ recepti vi mutuationis: cum dominiũ penes mutuatariũ / vel fideiuſſorem maneat: ⁊ non recipit vi mutui: ſed vi ſecuritatis: ⁊ vt ſeruetur indẽnis modo multi magnã iacturã mutuando fecerunt. ipſe aũt vult ſe ab illo p̃ſeruare ſolum ꝓximo faciens gratiã de mutuo. Sic Thobias cepit a Gabello pignus Thobie primo. ⁊ ꝓuerb. xx. dicitur. Tolle veſtimentum eius qui fideiuſſor extitit alieni. ⁊ pro extraneis aufer pignus ab eo. hoc eſt licite tollere potes. ⁊ hoc niſi mutuatarius ſit in illo caſu in quo mutuans teneť ei mutuare. de quo caſu eſt illud. Exodi. xxij. Si pignus a ꝓximo tuo acceperis veſtimentũ: ante ſolis occaſum reddes ei. Ipm̃ enim eſt ſolũ quo operitur indumentũ carnis eius: nec habet aliud in quo dormiat. Littera ſatis explicat ꝙ neceſſarium eſt mutuatario habere pign⁹ tp̃e nocturno. Idem habeť. Leuitici. xxv. ⁊ Deute. xxiiij. ⁊ de vſuris capi. j. Ex quo colligitur ꝙ lꝫ accipere pign⁹: ⁊ extra neceſſitatem mutuarij ipꝰ detinere. Si vero ſit in neceſſitate / eſt ei ꝓ tẽpore illo reddendũ: ⁊ poſtea ab ipſo accipiẽdum: qñ eſt extra neceſſitatem. Si aũt vaſa argẽtea / torquem aureã aut annulos in pignore habeas: q: hec nõ ſunt ꝓximo neceſſaria: nõ teneris ei illa reſtituere / quo ad ſolutionẽ mutui tui habeas. Secũda cõcluſio. ſi ſit vera ratio impignorationis in titulo q̃ſtionis Sortes cõmittiť vſurã. Dico (vera ratio ĩpignorationis) quia ſi pignus ad mutuantem de iure ſpectet: vel q: habet ꝓprietatem in pignore: ⁊ mutuatarius dñium vtile: iã nõ eſt vera ratio ĩpignorationis: ⁊ hoc cũ intereſſe ⁊ pena ſufficienter in queſtione p̃cedẽte excluſum eſt: q: ponimus ꝙ fruct⁹ in ſortẽ nõ ſupputet: iã ſi illos ſupputet põt fruct⁹ colligere: vt diciť Leuitici. xxv. ⁊ de vſu. cap. j. quia ſic per fructũ collectionẽ ãnuã ſors attenuabiť: ſic. ſ. vt in fine vigeſimi anni teneať reſtituere pign⁹. ⁊ hoc ſi vltra labores ⁊ impẽſas ⁊ ſortem colligat: q: hoc eſt cõe ꝙ expẽſe que ſiũt gratia fructuũ colligendorũ ⁊ cõſeruandorum a male fidei poſſeſſore: deducãtur vt pꝫ de reſti. ſpolia. c. Grauis. Probať. cõcluſio iã capit lucrũ extra ſortẽ vi mutui: q: nulla alia rõne accepit vt ſuppono. ¶ Tertia cõcluſio. p̃fatus caſus in titulo q̃ſtionis ꝓpoſitus cũ circũſtantijs que in p̃dicto caſu addi ſolent: nõ eſt vſurarius: ſed eſt vera emptio annui reddit⁹. ꝓbať. nullo mõ eſt mutuũ: ergo eſt alius cõtractus ⁊ nõ niſi emptionis ergo eſt vera emptio. ꝙ nõ ſit mutuũ. probať: vel hoc eẽt q: apud vulgo loquentes vocatur mutuũ: vel ob aliqđ aliud. ſed nec hoc nec illud / igitur. Non ſcđm vt in prolequutione probabitur. nec primum. naꝫ. iiij. Regum. vj. quidã cõmodato acceperat ſecurim a ꝓximo: ⁊ tamen dicebat Heliſeo. Heu heu domine mi / ⁊ hoc ipſum mutuo acceperã. modo ſecuris nõ erat res vſu cõſumptibilis: ergo nõ erat mutuũ. ⁊. iiij. Regũ. iiij Heliſe⁹ dixit viduc. Vade ⁊ pete mutuo ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua nõ pauca. ⁊ de hoc crebro eſt ſermo in ſcriptura ſancta: vt Luce ſexto. Commoda mihi tres panes. ⁊ tñ in panibus eſt mutuũ. ⁊ modus loquendi cõtingere poterat / q: forte in hebreo idẽ termin⁹ / licet equiuoce. commodationẽ ⁊ mutuũ importat. ſicut crebro in lingua gallica ⁊ britannica euẽnit. ergo ſi ex parte obiecti cõcluditur aliquis cõtractus eẽ alius q̃₃ nomineť: idẽ erit ex pte circũſtantiarũ: cũ circa idem obiectũ non mõ ſpecie ſed numero dentur virtutes ſpecie diſtincte / ⁊ vitia ſimiliter ſm̃ Hilariũ. ⁊ habeť de verbo. ſig. ca. Intelligentia. vbi ſcribiť. Intelligẽtia dictorũ ex cauſis eſt aſſumenda dicẽdi: q: nõ ſermoni res ſed rei eſt ſermo ſubiectus. ſemp ei debem⁹ attẽdere intẽtionẽ loquẽtis ⁊ nõ verba. ff. de ver. ſig. l. Nepos Proculo. ⁊. ff. de reg. iu. Sẽp in ſtipulationibus ad cauſam dicti recurrendũ ẽ. de accu. Cuꝫ dilecti. ⁊ Aug. in lib. de duab⁹ aĩabus ait. Nõ eſt facienda ꝯtrouerſia in v̓bis cũ res ꝯſtet. Stat ergo ꝙ vocetur mutuũ a loq̃ntibus ⁊ nõ ſit mutuũ. Hec ei ꝯñã nõ valet vocať a vulgo hic cõtractus mutuũ: ergo eſt mutuum. Stat ergo oppoſitũ cõſequẽtis cũ añcedẽte ꝙ nõ ẽ mutuũ: ⁊ tamen voceť mutuũ: ſicut non ſequitur iſte vocať leo. ergo eſt leo. vel ego vocor maior vel magnus. ergo ſum talis. ¶ Inſuper ratione argumentor. hic cõtractus habet aliqđ repugnãs cõtractui mutui vel contra ei⁹ ſubſtantiam: ergo nullo modo eſt mutuũ. Tenet conſequentia: quia licet vn⁹ contractus poſſit habere aliqđ preter ſuã naturã: nõ tamen põt habere aliqđ cõtra ſuã ſubſtantiã: ⁊ ſibi repugnãns. Aſſumptum patet: quia in mutuo mutuatari⁹ eſt obligat⁹ reſtituere ſortem in iſto autem contractu dans agros ⁊ recipiẽs pecuniam nullo modo eſt obligatus reſtituere ſortem a cõmuni hoĩm conſuetudine. ſed põt redimere quãdo reſtituit ſortem: hoc eſt: datur ei facultas vt iterato emat qñ vult ꝙ mutuatarius ſit obligatus reſtituere ſortẽ. qđ patet. quia ẽ plus ciuiliter mutuanti obligatus q̃₃ donatarius donatori qui naturaliter ad viciſſitudinem obligatur. Si ergo mutuatarius plus ciuiliter mutuanti obligatur: mutuator habet cõtra eũ actionem: quia obligatio ciuilis

eſt mater actionis. modo nō videt̄ alia actio niſi ius repetendi ſortem: ⁊ ad hoc in foro cōtradictorio cogetur. Et quia de donatione incidit ſermo: patet ratio per ſil'e ſi darē mutuo tibi. xx. aureos nummos. ea lege vt eos abs te nūq̄ repetā nec eris mihi obligatus eos reſtituere. nec equiualēs: nec aliq̄d loco eorū. Q̄uis enī ille vocetur cōtractus mutui: in re tamen eſt pura donatio. Cuȝ enī liberaliter ſeu gratuite tibi. xx. aurei tradant̄ ⁊ ciuiliter: nō es obligatus reſtituere aliquid loco eorum. Sȝ quia in ꝓpoſito additur illa circūſtantia pignoris/ ⁊ ꝑceptio fructuum receptorū: non poteſt eſſe donatio. nec eſt impignoratio ꝓprie dicta: quia licite colligātur fructus quos colligens nō computat in ſortē: ⁊ pignus in manu domini perit. ſed hic ſi vocatū pignus pereat cōſuetudine hominū: mutuans nihil aliud vnq̄ habebit a mutuatario: ergo dn̄iuȝ rei eſt in ipſo, emēte vel vocato mutuāte. Nec videtur aliquis alius cōtractus dabilis q̄ȝ emptionis: ergo eſt cōtractus emptionis. ¶ Preterea. ſi ſortes dicat platoni: emo abs te ius recipiendorū quot ānis quinq̄ ſcutorū dando tibi mille ſcuta tāq̄ p̄ciū mercis empte: ⁊ dādo tibi facultatē redimēdi illud ius/ cū mille dederis/ ⁊ plato conſenſerit: nemo dubitat quin ille ſit cōtractus emptionis licitus. ergo ſi Titius dicat Meuio. Meui mutuo tibi mille aureos irreuocabiliter niſi redimere volueris/ ea lege vt quotānis. l. recipiā dando tibi facultatem ius illud extinguēdi cū mihi mille meos. ſ. capitale vel mutuū dederis. ⁊ Meuius aſſentiat. Tūc ſic. prior cōtractus eſt licitus. ergo ⁊ poſterior. tenet cōſequentia. quia ſolo noīe a priore diſtat. nā perſone cōtrahentes ſunt eedē ſpecie. vel pone q̄ ſint eedē numero/ hos duos cōtractus faciētes: pecunie et ius recipiendi ſimiles. ⁊ pacta cū quibus res ⁊ pecunie ſunt tranſlate/ ſunt eadem: igitur contractus ſunt iidem tenet cōſequentia: quia ſola vocis mutatio ſi nihil in re mutetur non pōt facere rerū mutationē. Qꝫ iſte ꝯtract⁹ ſit licitus patet. qꝛ nō eſt melior cōditio vnius q̄ȝ alteri⁹ iudicio prudentū: nec cōtractus eſt aliquo iure naturali vel poſitiuo irritatus. igitur eſt licitus. De iure naturali hoc ſequit̄ ex ꝓbatione prioris partis: qꝛ ſi ſic/ hoc maxime eſſet qꝛ eſt vſura. ſed hoc nō: qꝛ nec eſt mutuum nec vera īpignoratio: ſed eſt emptio: vel habet circūſtātias aliquas ab hominū conſuetudine: qꝺ cū emptione maxime cōuenit. Qꝫ autē vtriuſq̄ ꝯditio ſit equalis pꝫ. vulgo ſic vocatus mutuator dat. xx. ꝓ vno: centū ꝓ quinq̄ mille ꝓ quinquaginta. modo hoīes emere pn̄t terras ſic irredimibiles nā idē eſt in valore habere mille in prōptu ſm̄ hominū prudentiā pecuniā ad honeſta negocia ſcientiū applicare: ⁊ habere ius recipiendi annue. l. vt ē in ꝓpoſito. Propterea iſtū cōtractū voco licitū: in quo vnus diues alteri mutuat verbaliter pecuniā ad aliqꝺ officiū applicādā cū ꝯditionibus expꝛſſis ⁊ tacitis cōtractui inherentibus: vt pote mutuās ꝓ. xx. habebit ius recipiēdi quotannis vnum: nec mutuatarius cogi poteſt ad reſtituendum. datur tamen ei facultas redimendi: ⁊ illud ius extinguendi dando tantum mutuāti quantuȝ ab eo accepit in vocato mutuo. ⁊ ſi ager vocatus pign⁹ quocūq̄ caſu peat: incēdio/ hoſtibus/ vel alluuione: mutuator nō habebit aliud: quia res perit in manu domini tamen ipſe domin⁹ illius agri poteſt ab illo dominio inuitus deponi qn̄ ſoluitur ei ſors pꝛīcipalis. Do tibi analogiam. obligo me tibi vt dē tibi hos meos agros in fine anni valētes annue. xv. qn̄ dabis mihi mille. tu non habes pecuniā in prōptu: ſed in fine anni colliges mille: ſȝ interea tp̄is hoſtis inuadit regnū ⁊ meos agros: ⁊ ſic pereunt in manu mea qui eraȝ verus dn̄s: ⁊ tū habebas ius illos a me emendi. Ex iſto patet q̄ ſi mutuē tibi centum ſcuta cū hac cōditione vt ea ad libitū tuum teneas: ⁊ tū ſingulis annis q̄bus ea tenebis/ dabis mihi quinq̄ ſaluo capitali: ille cōtractus eſt licitus ⁊ nullo modo vſurari⁹ nā cum ponatur irreuocabilitas in cōtractu: renuncio repetitioni: nec teneris dare capitale niſi volueris. non enim poſſum te ad hoc cogere.

¶ Contra hanc ſolutionem arguitur ſic. neuter cōtrahentium. nec. ſ. emptor nec venditor vel nec mutuās nec mutuator: quocūq̄ nomine voces nō refert: propter noſtrū enim appellare nō mutatur ſpecies cōtractus: ſicut ꝓpter noſtrum affirmare vel negare nihil mutatur in re. Primo Perihermenias. ⁊ cōtractus a mutuo ratione circūſtantiarum diſtrahitur: ſicut homo mortuus a vera ratiōe hominis. Neuter inquā iſtorum cogitauit de emptione ⁊ venditione: ergo nō cōſenſerunt in emptionem ⁊ venditionem. cōſequentia tenet/ quia volūtas nō fertur in icognitum. mō conſenſus eſt actus volūtatis. ¶ Reſpondet̄. licet cōſenſus ⁊ termini importantes actū anime interiorē intellectus vel voluntatis appellent ſuam ꝓpriā rationē logice loquēdo: talibus nexibus nō eſt innitendū. Diſtinguo q̄ nō cogitant vel conſentiunt in emptione. vel formaliter/ ⁊ ſic cōcedo: vel equiualenter: ⁊ ſic nego: qꝛ volūt ambo contrahere cōtractu (recitatis circūſtātiis) qui eſt licitus ⁊ vera emptio: licet vocet̄ mutuum. ꝓpterea equiualenter cōſentiunt in emptione ⁊ hoc ſufficit: ſiue hoc ſciant/ ſiue eos lateat. Exēplum. ſcis illud a remotis eē animal: ſed de qua ſpecie te fugit: ſit gratia exempli aſin⁹. bene ſequitur hoc animal vides: ergo hūc aſinum vides. ⁊ ſiliter hoc animal emere vis: ergo hunc aſinum emere vis. eſto te fugiat q̄ ſit aſinus. ſicut logice loquendo: aſinum vis emere ⁊ nō vis emere aſinum. ⁊ hunc aſinū ſcis eſſe animal: ſed hoc animal neſcis eſſe aſinum. Et licet ꝯtrahentes credāt/ hoc eſt aſſentiant q̄ hic cōtractus ſit mutuum: nō tū oportet q̄ peccent. nā queſtione tertia vidimus q̄ crebro homo licite capit vltra ſortē aliquid etiā in mutuo: ſed hoc non eſt vi mutui: ſed vi alterius lucri. poſſunt autem credere hunc contractum eē de numero illorum. Et ex iſto poteſt ingenium habēs ſoluere ꝓ magna p̄te q̄ſtioneȝ de mōte Florētinorū. ſed qꝛ aliqua ſunt adhuc huic queſtioni impertinentia: adhuc queſtioneȝ ſequentem ſubnectam.

Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio xxxiiij.

SExto quæritur vtrum ciuitas indigens pecuniis poſſit licite cōpellere ciues ſubiectos ad mutuandum ſibi certam quātitatem pecunie offerendo ſe ad dandum cuilibet ciuium pecuniam mutuantium annuam penſionem donec ei ſors ſoluatur: dando tamen preciſe. xxviij. ducatos loco ſortis centum ducatorum communitati mutuantium cum circunſtātiis fieri ſolitis in aliquibus Italie ciuitatibus/ preſertim. Venetiis/ Florentie/ ⁊ Genue: que circunſtantie ex dicendis note euadēt. ⁊ idem poteſt aliquis rex facere reſpectu ſubditorum. ſed quia tallias (vt vulgo appellāt) reges cum indiguerint imponere ſolent/ nō vtuntur hac praxi. he autem ciuitates iam a multis retroactis ānis Ariſtocratice vixerunt/ ſuperiorem vix verbo cognoſcētes in temporalibus/ ſaltem due prime. Propterea ſupponitur q̄ hanc impoſitionem pro rationabili cauſa iuſte imponere poſſint. ⁊ licet ſuperiorem haberent in temporalib⁹/ qꝺ apparentiſſime negabunt: tamen vnaqueq̄ ciuitas et vniuerſitas ꝓ neceſſitate ſibi incumbente ſpecialē collectā indicere poteſt. C. de ope. pub. l. Omnes. ſicut Pariſiis ꝓ ponte ſup̱ Sequanā extruēdo abhinc paucos annos patuit. Latētius tamen in cōmeatu ſeu eſibilibus. ¶ Accedēdo ad ꝓpoſitum: alique ponūtur circūſtātie. Prima eſt: q̄ ciuitas indigēs pecuniis īponit ciuibus ſibi ſubiectis p̄dicta onera ad que quelibet ſoluēda cōpellitur etiā inuitus. Statuit interim q̄ tempore quo ciuitas nō reſtituit Sortē ciui: vt habeat vnū de. xx. hoc eſt quinq̄ pro centum: ſicut queſtione precedente recitauimus: ⁊ ꝑ conſequens ciuis dās centū habet ius ſup̱ bonis ciuitatis ad exigendum ⁊ accipiendū annuatim a ciuitate quinq̄ ꝓ centum mutuatis: et non poteſt reuocare vllo pacto ſuū capitale. ſed ciuitas ipſa poteſt ius qꝺ habet ciuis extinguere ad libitū etiā dando partem ſortis mutuate ab ipſo ciue. et communiter xxviij. ſolum reſtituit ei qui cētum ciuitati mutuauit. ⁊ ſic extinguit ius predictum: et ſors reputabitur totaliter reſtituta. et per redditionem partis ſortis hec queſtio a precedente differt. Alia circūſtantia. annuas penſiones predictas quas ciuibus ciuitas aſſignat: vult dare ꝓ recuſſione intereſſe qꝺ ciues patiunt̄ ex ſuarum pecuniarum ſic mutuatarum carentia: ſiue illud intereſſe ſit dāni emergentis ſiue lucri ceſſantis: aut ſi nullum intereſſe patiant̄ vult illas penſiones dare liberali ⁊ ſpontaneo dono: tāq̄ ad tale beneficium donationis eiatum pendendum: ſed tamen ciuitas ꝓuocata eſt ex eorū beneficio: ita vt velit eos eſſe tutos in vtroq̄ foro. ſ. dei et fori. Vult p̄terea ciuitas q̄ quilibet ciuiu poſſit ius ſuū qꝺ habet alienare ſup̱ bonis ciuitatis dādo illud alteri dono vel vēditione: ita tū vt ciuitati liceat illud redimere etiā ab illo alio: ⁊ eodē p̄cio. ſcilicet dando. xxviij. pro centū m. ⁊ ille alius tenebitur reuēdere ciuitati: ſicut tenebatur primus: retētis etiā illis penſionibus quas ꝑcepit a ciuitate abſq̄ vlla reſtitutionis obligatiōe. Interdum tū quādo conditio ciuitatis eſt deterior facta: non dat quinq̄ ꝓ centum. quādoq̄ etiā dat vltra quinq̄ ꝓ centum. Venetiis enim vt referunt dant̄ quādoq̄ octo vel nouem ꝓ cētum. et interdum etiam non dat ciuitas xxviij. ꝓ redimēda ſorte: ſed. xxvij. vel minus. Cum his ſtat q̄ aliquis ciuis recipit vltra ſortem in prouentibus annuis ⁊ poſtea. xxviij. aliquis minus recipit q̄ȝ Sortē: aliquis equaliter. Ex his vides q̄ alicui ciui non eſt ſatiſfactum dē intereſſe nec vnq̄ ſatiſfiet: immo irreparabiliter deductus eſt ad maximā inopiā: cum ſit compulſus mutuare et nequeat ſeipſum releuare. Aliud eſt hic q̄ aliqui ciues non cōpulſi ſed ꝓprio motu ⁊ ſua ſponte mutuāt p̄dicto modo ciuitati: vt habeāt lucrū: et coniectant q̄ non patientur vllum dānum: nec ceſſabit ſibi lucrum: ſed plus lucri hac via conſequentur q̄ȝ alio pacto conſequi poſſent. vt quādo dātur octo vel nouē: vt diximus fieri Venetiis. Ex his ꝑcipe potes harum ciuitatum praxim. Mutuātes autem pecuniā ciuitati Venetiis vocātur habētes īpreſtita. Florētie creditores montis appellātur. Genue habētes loca. Qꝺ de vna ciuitate ⁊ vno modo appellādi dicimus: de aliis intelligi poteſt. ſed quia monticuli noſtri gratius Florentinorū vocabulo vtentur de creditoribus montis: illum modum loquendi pre aliis proſequar.

¶ Iſtis ſuppoſitis & hiſtorice (quia eſt queſtio facti) recitatis: pono hāc cōcluſionē. Florentia licite poteſt denarios mōtis tot īponere quot ſufficiunt ꝓ amotiōe illius mali qꝺ reipublice ciuitatis imminet: dūmodo illud malum ſit peius vel ꝑniciouſius reipubli. q̄ȝ ſit hoc qꝺ eſt ciues cogi ad tales denarios ſoluēdos. Probat̄. qꝛ ad hoc ciues tenentur. Et declaro in terminis. ponamus q̄ Veneti vel rex Parthenopeus iuadat Florētiā: ita vt ciuitas Florētina habeat iuſtā cauſam belli: ſed nō habet pecuniā in prōptu: et pecunia eſt neruus belli: nā q̄libet ciuis tenet̄ reſiſtere corpore ſi opus fuerit: ergo et pecunia. cōſequētia eſt nota: qꝛ ſi tenet̄ in maiore/ et in minore tenebit̄. ſicut enī manus exponit ſe ꝑiculo ꝓ ſalute capitis ⁊ integritate totius corporis vere: ſic debet eſſe in corpore myſtico ipſius ciuitatis. ergo ciuitas pōt ſuis ſubditis hoc tributum ſeu/ vt dicūt: collectā īponere. Dicit̄ in ꝯcluſione (dūmodo illud malū ſit peius ⁊c̄.) qꝛ ſi ſecus ſit: nō pōt ciuitas eos cōpellere ad hoc: nec ad hoc tenent̄: et ratio eſt: qꝛ nemo tenet̄ ꝓ īpediēdo minore malo ab aliquo corpore illud agere qꝺ eſt peius malū eidē corpori: modo cū reſpublica non ſit niſi ciuium cōgeries: tātus pōt eſſe denarius mōtis: vt eſſet ꝑnicioſior reipubli. q̄ȝ eſſet rēpublicā pati aliud malum iminēs: ꝓ cuius amotione talis denarius mōtis īponitur. Ex iſto cuilibet intelligēti liquet q̄ ciuitas pōt tāta calamitate eſſe preſſa: vt ſufficiat reſtituere decē ducatos ꝓ cētū: imo vt nihil teneat̄. reſtituere. Secūdo. ſeq̄tur q̄ peccāt optimates ciuitatis īponētes plus tributi cuilibet q̄ȝ opus ſit ad ſuccurrendū neceſſitati ciuitatis īminēti: nā cū debeāt eſſe ciuitatis patres: plurimū delinquūt ſi poſſint aliter ciuitati ſuccurrere q̄ȝ grauando ſubditos ad quorū iacturā reſpublica grauat̄. licet enī reſpub. illa dicatur Ariſtocratica: tū auctoritatē habet a tota multitudine. ⁊ ſicut populus inſtituit reges ꝓ bono cōmuni: ſic optimates vrbis populi liberi auctoritatē habēt a toto populo. quare caueāt īponere collectas exceſſiuas in ceruices plebis ne in rebellionē inſurgat: ſicut plebs crebro fecit Rome cōtra ſenatum: dū politia eorꝫ Ariſtocratica viguit. Vlterius patet q̄ ciuitas illicite tales denarios indicit ꝓ bellis iniuſtis: vtpote pro aliorꝫ terris inuadēdis: vel pro ciuitatis vana gloria: qꝛ nō ſunt eneruāda mēbra naturalis corporis ꝓ eius decore accidētali. vnde Ariſto. iij. topicorꝫ. Sanitas eſt eligibilior q̄ȝ pulchritudo vel decor corporis. ſic nec in corpore myſtico.

¶ His prehabitis: queſtiōem pauciſſimis (licet varii circa eā multa ꝓdige dixerint) abſoluā. Ciuitas ꝓ rōnabili cā pōt tales denarios mōtis īponere ciuib⁹ ad ſuccurrēdū neceſſitati occurrēti: ⁊ non amplius. hec aūt neceſſitas cum eſt circa magnā pecuniā nō ꝯſiſtit in indiuiſibili. ſed nō pōt īpont ꝓ vana pompa ciuitatis vel optimatū faſtu vel ꝓ bello iniuſto. ciues autē nō mutuāt pecuniā ciuitati: ſȝ annuos reddit⁹ emūt. qꝺ ex q̄ſtione p̄cedēte ꝓbatū relinquo: et hoc ſiue ciues ſint cōpulſi ad mutuādū: mutuādū inquā verbo tenus: ſiue ſe paratos offerant: quēadmodum homo ſe paratū oſtendit ad emendos alios annuos redditus. Et qꝛ circa vitalitia ⁊ varios alios cōtractus argumēta aduerſariorꝫ ſoluuntur: ſupuacuum eſt verba multiplicare: et paruo pedi magnum calceum aptare. ¶ Ex his dictis ⁊ queſtione precedenti patet ciues poſſe emere annuos redditus a ciuitate vel a particulari viro et ſi taliter faciāt in his ciuitatibus ciues: non peccāt vllo mō quādo ſunt cōpulſi: qꝺ luciduſſimum eſt. Idē dico qn̄ ſua ſpōte petunt: qꝛ emere redditus licet. Vlterius quando optimates ciuitatis imponūt ciuibus pecuniā mutuādā ſiue preſtādā ciuitati pro rationabili cauſa non peccant. nec eſt facile creditu q̄ vrbis primores et ciuium patres preter rationem collectam imponant: ſed vbi ſecus faciunt: in ciues delinquunt.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xxxv.

QVęritur ſeptimo: an liceat ad vſuram capere. Pro ſolutione queſtionis notato: ꝙ petens ad vſuram poteſt duobus modis ſe habere. vel nō habet neceſſaria pro ſuo ſtatu: vel habet ſufficientiam pro ſuo ſtatu. quid ſit ſufficientia nature ⁊ ſtatus: ſupius in hac diſtinctione retulimus. ¶ Iſto notato pono duas concluſiones. Prior eſt. Non habēs neceſſaria pro ſuo ſtatu poteſt capere pecuniā mutuo: eſto opinet mutuatorē nō daturū mutuo ſine vſura: concurrentibus tribus. Primum: ꝙ non poſſit aliūde habere mutuo. Secundum: ꝙ non peтat mutuo ad vſuram: nec ſe offerat paratū accipere ad vſuram. Tertium: ꝙ ratiōabiliter egeat pecunia. ſed ex verbis concluſionis hoc ſatis colligitur. Probatur cōcluſio. quicūq; facit illud qḋ ſibi et ſuis ſm rationem naturalem incumbit/ non peccat hoc faciendo: ſed iſte de quo loquimur eſt huiuſmodi. Eget enim pecunia pro ſe et amico ſuo: ergo licitum eſt ei accipere mutuo cū aliter ſibi ſuccurrere non poſſit: ſed nullum inuenit niſi vſurarium. igitur. Secundo probatur idem. ſi peccaret petendo mutuo: hoc eſſet quia daret mutuatori occaſionē peccati: ſed hoc non. nam illa occaſio eſt indirecte data ab eo: et diſplicet ei ꝙ alter dat ad vſuram: mallet enim ꝙ gratis daret et diſplicet ei etiam ſe eſſe in illo ſtatu vt pro ſui ſuſtentatione cogatur petere mutuo. ergo nō peccat. Et patet per ſimile: et eſt ratio ad concluſionem. mulier cognoſcens ꝙ aliquis ex aſpectu ſui mouetur ad libidinem inordinate: poteſt eccleſiam adire vel forū pro tempore ⁊ loco: eſto iudicet alios peccaturos: quia ipſa facit qḋ ſuo officio incumbit. ¶ Secunda cōcluſio. petens mutuum ab illo quē iudicat vel iudicare debet nō daturum mutuo niſi ad vſuram: non ſtātibus his circūſtantijs peccat. Dixi (quem iudicat vel iudicare debet) nam ſtat ꝙ ſit ignorantia inuincibilis ne cognoſcat mores illius quem adijt. Probatio concluſionis. quicūq; dat alteri occaſionem peccandi proponendo ei materiā vnde alter ſumit occaſionem peccandi vbi non habet iuſtam et rationabilem cauſam materiam proponēdi peccat. ſed quilibet petens non ſtantibꝰ his circūſtantijs eſt huiuſmodi. igitur. et patet per ſimile de muliere de qua mentionem fecimus in priore concluſione. Si enim ipſa exhibeat ſe quando non habet rationabilē cauſam aſpectu illius quem credit caſurum in libidinem inordinatam: ipſa peccat: infideliter cum proximo agens. Eccl. xvij. Vnicuiq; mandauit deus de proximo ſuo.

¶ Contra priorem concluſionem arguitur. mutuatarius eſt cauſa quare mutuans peccat: ergo ipſe peccat. Antecedens patet: quia forte mutuās erat in templo orans vel in lecto cubās de nullo malo cogitans. ¶ Secundo arguitur ad idem. dās ad vſuram peccat: ergo accipiens ad vſuram peccat. Tenet conſequentia: quia dare ad vſuram et accipere ad vſurā relatiue et correlatiue ſe habent. Nemo enim poteſt dare ad vſuram niſi aliquis accipiat ad vſuram: et econuerſo. ergo ſi dare ad vſuram eſt peccatum: accipere ad vſuram eſt peccatum. ¶ Ad primum diſtinguo ꝙ ſit cauſa peccati alterius. vel occaſionalis et indirecta: et ſic cōcedo: vel directa: et ſic nego. modo primum non eſt peccatum: ſed vti malo alterius ad bonum finem. ſicut patriarcha Iacob vſus eſt iuramento Laban per idola. Gen. xxxi. pro pace iter ſe ⁊ Laban faciēda: et tñ ſciebat ꝙ Laban grauiter in hoc peccaret. ¶ Ad ſecūdū negat ꝯſequentia. queadmodū nō ſequit. pater eſt peccator: ergo filiꝰ eſt talis. Conſequentia aūt valet in ꝓpoſitione de eſt ſecūdo adiacēte: vt ſi pater eſt/ filius eſt. vel ſi aliqd eſt pater/ aliquid eſt filius. hoc eſt/ ſi vnū relatiuū verificetur de trāſcēdēte: reliquū affirmabit de eodē. ſic in ꝓpoſito: ſi dans ad vſuram eſt/ accipiens ad vſuram eſt. Nonne vides ꝙ raptor a rapto capiens pecuniā peccat: ⁊ tamen ille a quo pecunia rapitur dans pecuniam illam non peccat?

¶ Secundo arguitur. negociator negociando intendit lucrū: ſed hoc eſt illicitū. ergo. Fortaſſis dices. nō eſt incōueniens. quia illud lucrū in aliquē finē vlteriorē eſt referibile: ⁊ hoc eſt licitū. Contra. vel ē ſtatus in lucro: id eſt poteſt velle negociando habere cētū ⁊ nō vltra: vel mille ⁊ nō vltra. vel myriada ſeu millionem vt dicunt. ⁊ nō vltra: ſi ponat ſtatū: ergo volēdo amplius lucrari mercādo peccat: cū per te nō poſſit habere vltra. ſi ſic. poteſt ſemper velle aliquid vltra negociādo lucrari. Contra hoc ſurgit a cupiditate: ⁊ ex radice infecta oriꝛ: ſcꝫ ex oculorum ꝯcupiſcentia. ¶ Rn̄detur ſicut inter arguendū dictū eſt: hō poteſt lucrū intēdere ꝓ ſuſtentatione ſui ⁊ familie ſue. nā parētes debent theſaurizare filijs. ij. ad Corinth. xij. ⁊ prime ad Timoth. v. Si quis ſuoꝝ ⁊ maxime domeſticoꝝ curā nō habet fidē negauit ⁊ eſt infideli deterior. velēt vt ſuccurrat alijs cauſis. ad Ephe. iiij. Laboret homo manibus ſuis ꝙ bonū eſt vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patienti ⁊ ſtat ꝙ aliā artē nō nouit q̄ꝫ negociationē. Et ad obiectionē in qua eſt nodus argumenti/ dico ꝙ nō eſt ſtatus in acquiſitione bonorum fortune: q: dato quocūqꝫ numero queſ. ſortes licite poteſt habere negociādo puta mille exemplis: lucrādo vltra illud nullo pacto video ꝙ peccet: quēadmodū dono poteſt vltra illum numerū ſignificatū capere: vel poteſt ei accedere aliquid per hereditatē: ꝑ cognatoꝝ vel agnatoꝝ mortem: q̄d etiā pōt accipere: ſed imprudentis eſt nimis ardenter circa hec caduca bona inſudare.

¶ Tertio arguitur. ſortes habens vnū equum monoculū etiam vitio occulto laborantē quem eſt vēditurus/ nō teneꝛ illud vitium emptori detegere: alioquin nō bene venderet: quēadmodum Marcus Tulius. iij. Officiorum allegat ex Diogenis Babylonij ꝑſona inquiens. Quid vero ſtultius ꝙ venditorē eiꝰ rei quē vendit vitia narrare? Quid autē tam abſurdū q̄ꝫ ſi domini iuſſu ita preco predicet: domum peſtilentē vendo? Licitū erit ergo vēditori ſe tenere indemnē. forte ēt emit ita care/ ⁊ in eo emendo fallabatur. Et ſi cōcedas: occurrit Ambroſius in libro de officijs dicens. In contractibꝰ vitia eoꝝ q̄ veneūt ꝓdi iubenꝛ. at niſi intimauerit venditor q̄ꝫuis in ius emptoris trāſierit doli actione euacuanꝛ. Itē ſic circūueniꝛ proximus. cōtra Apoſtolū dicētē pme ad Theſſa. iiij. Neqꝫ q̄s ſuꝑgrediaꝛ neqꝫ circūueniat in negocio fratrē ſuū: q̄m vindex eſt dn̄s de his oībꝰ. ¶ Rn̄deꝛ. ſi dolus eſt patēs et veroſimile eſt vēditori ꝙ hoc nō fugit emptorē: nō teneꝛ illud vitiū emptori detegere. cū eñ putet aliuꝫ hoc ſcire: inaniter illud ei apiret. Si vero eū exiſtimat neſcire: eſt eadē difficultas ac ſi defectus eſſet occultus: q: emptori eſt occultꝰ: vel talis putatus. Et tūc diſtinguo. vel putat emptorē mercē nō emptuꝝ ſi cognoſceret vitiū: ⁊ ſic teneꝛ illud vitiū alteri detegere: alioq̄n fratrē circūueniret: ⁊ fratri faceret q̄d ſibi nō vellet fieri. Nihil eſt q̄d aſſumiꝛ in argumēto: tenet ſe indēnē ⁊ fallebaꝛ ab alio. q: ſi aliq̄s iniuſte te leſit vel dedit tibi malū ſcutū: peccas iniuſte me ledēdo ⁊ dādo mihi illud loco boni ſcuti. Uerbi grā. Uideo ſortē de Tvvenidalia equū īpigrū emere volētē vt hoſtem ocyſſime īuadat vl' īpigre aufugiat q̄n oportet. ſi equus meus nō ſit talis: teneor ei vitium illud apire. nā alioq̄n non erat empturꝰ. ſic eñ dolus dedit cām ꝯtractui. Uel video ꝙ iſte eſt mercē meā empturꝰ ⁊ vitiū aliquod ſeu aliquē defectū occultū mea merx habet: ſi crederem ꝙ iſte nimis diminueret de p̄cio vitiū occultū cognoſcēs: nō teneor ei illud vitiū apire: dū tñ diminuo ſm̄ exigen-

tiam defectus. fortaſſis enim paulominus valet equus ille. dolus hic incidit in contractu: vel magis ꝓprie occultatio rei quā non teneor ei dicere: q2 aliud eſt tacere verum aliud oſtendere falſum verbo vel facto. Declaro exemplo. ſi tollam pilos albos ab equo meo nigro vt occultem annos quos habet: ⁊ videam ꝙ equus non eſt ei minus vtilis: vel eque antiquus ac apparet cum illis pilis: non pecco/ſed mee indēnitati conſulo. ſecus eſt ſi facerem eum deglutire anguillam: vel tollerē illud ab equorum dentibus quo cognoſcitur eorum etas eo fine vt appareat iuuenis. Sicut in ſimili mulier adhibet pāniculum cicatrici frontis vt eam occultet ſine peccato: peccat tamen ſimulando et mentiēdo ſigno ſi faciat hoc vt pulchrior videatur: hoc enim eſt mentiri per ſignum. Ex iſto patet ꝙ iniquum eſt dicere. iſte equus tali vitio laborat patēti ſi īdagaueris: ⁊ oculus tuus eſt tibi mercator: et ego vendo tibi illum equum ac ſi illud vitium nō haberet. quod ſupponimus multum nocere bonitati equi. Et huius ſententie fuit Antipater diſcipulus Diogenis Babylonij. In qua re Hecatonem Panetij diſcipulum carpit M. Tullius. Ex his patet ꝙ non ſufficit venditori dicere. do tibi rem ſicuti eſt: explora diligēter qualis ſit. Secundo ſequitur. ꝙ debeo ei nude veritatē detegere quando dolus dat cauſam contractui: et non amphibologice. immo hoc eſt caute occultare. Patet exemplariter de equo omnes indifferēter mordēte: quē dico nimis comedere. tu dicis illud eſſe bonum: et ꝙ ſit vorax comeſtor feni ⁊ auene. vel addo quatuor vel quinqꝫ vitia quorum aliqua emptor viderit falſa. et dico ei vitium etiam occultum: ſed per multa falſa eum circūuenio. Aliud exemplum. habeo equum optime plaſmatū: paruo capite/longo collo/colore vue rubre: habentē ſtellam albam in fronte / vel habentem pedem remotiorem extremum album: claudicat tamen cū friget/ vel in terra dura vt in platea: ſed non cum eſt calefactus. Recito mercatori ꝙ habet caput male plaſmatum: eſt male coloratus et ſic de alijs indicijs patentibus malorū equorum: addens/⁊ claudicat. cū dico ei multa falſa patentia: exiſtimat me irriſorie loqui: ⁊ ſic eum circūuenio.

Quarto arguitur. vlnam panni ſcutum valentem Pariſijs eſtimant tibi duobus ſcutis: et non eſt dicēdum ꝙ omnes ſic peccent rem in duplo precio eſtimantes. Si dicas. eſt conſuetudo ſic eſtimādi. ſi enim verum precium primo verbo proponeretur non reperirent emptorem. dicunt autem dabis ſi placeat duo ſcuta cum dimidio vel ſimile: et non dicunt ꝙ valet duo ſcuta. Reſpondeo. male agunt ſic facientes: nec ſic ſe elongant a vero precio niſi quatenus incautum mercatorem circūueniant. etiam ad locum tenebroſum antequā pannum tibi vendant te adducent: certe non modo vt occultent verum qđ tenentur dicere: ſed vt fallant. In aliquibus tamen locis Frācie prima fronte precio appropinquabunt: immo intrabunt latitudinem iuſti precij et ſtati. quales duos bibliopola in vendendis libris Pariſijs nouimus. Non ſufficit dicere. ſi tales prima fronte vltra pontes rem eſtimarent in latitudine iuſti precij: nō venderent. Item ſi dicerēt primo verbo ſuam conſuetudinem eſſe talem: et dicerent emptori: accede alios: et ſi non melius feceris redeas: ante duos menſes eſſent cogniti ab omnibus: ⁊ plus ab eis emeretur quā ab alijs.

Quinto arguitur. diues dat pauperi inſtitori pro re circūforanea duos duodenos valente: quinqꝫ duodenos: ergo ſic vendens peccat cum ſit extra latitudinem iuſti p̄cij. Reſpondetur. diues dono dat vltra precium vt alter animetur ad laborandum: et non torpeat ocio vel mendicet. et ſi hoc conſtet vēditori probabiliter: non peccat: dummodo venditor conſentiat in donationem: et partem vnam pecunie tanquā donationem accipiat: aliam vero loco precij. ſed ſi nō conſentiat in donationem: ſed vult totū accipere tanquā precium rei vendite: cum illic ſit exceſſus: ipſum reſtituere tenetur.

Sexto arguitur. paruus exceſſus a latitudine medij non eſt peccatum. tum ob ignorantiam: tum ꝙ Ariſtote. ij. Ethico. vt Martinus. q. vj. de temperantia cum introducit: dicat ꝙ non quilibet exceſſus a medio vitium facit. Sed dico ꝙ Ariſtote. hoc nō habet ſecundi Ethico. vltimo. ſed ſic dicit. Nos eos qui deficiunt interdum laudamus et mites dicimus eſſe: infenſos appellamus viriles. Immediate ſequitur. Uerum qui parū a peccato exorbitat nō capitur: ſiue ad exuperationem ſiue ad defectionem ſe flectat: qui vero multum/vituperatur. et ſequitur cauſa. non enim latet. facile autem non eſt excipere ratione quouſqꝫ: et ad quātum a recto quiſqꝫ egreſſus/carpēdus eſt. volens dicere: nō eſſe facile reperire mediū. qđ dico expreſſe habet Ariſt. iiij. Ethico. v. in fine. Ecce verba Argyropili. Exuperationes autem defectioneſqꝫ vituperādas: atqꝫ ſi parum diſtent a medio leuiter: ſi plus/magis: ſi nimium/vehementer eſſe carpēdas. Si cōſideraſſet Martius Ariſto. in his locis: nō ita cenſuiſſet. Propter laudari enim nō ſequitur quin actus ſit vitioſus. quemadmodum eſt modus loquendi apud aliquos Pariſijs in fine prandij: dicere patremfamilias vel facientem cōuiuium prodigum fuiſſe: ex quo ſequitur ꝙ vitioſe agit: tamen quātum ad reputationem hominum non carpitur. Sed ad formam argumenti dico ꝙ medium morale ex rudibus eſt menſurandum: et ignorantia inuincibilis actum voluntatis metitur ad hoc vt actus voluntatis ſit bonus. vt quando inuincibiliter putatur ꝙ Sortes non comedet vltra illud qđ ſibi ſufficit: quāuis in rei veritate plus comedat: volitio taliter comedendi eſt actus bonus: quia ab ignorantia inuincibili regulatus. et hoc ſufficit ad medium morale licet non ad medium phyſicum. hoc eſt ſi phyſicus adeſſet qui complexionem et cibum aſſumptum cognoſceret: iudicaret comedentem eſſe extra medium. et poteſt eſſe ꝙ infirmitas ſequens ex illa comeſtione eum arguat medium phyſicum tranſcendiſſe: ſed illius medij exceſſus ſequens non arguit actum preteritum fuiſſe malum. Sed punctum argumēti eſt de medio cognito. de quo dico/quēcūqꝫ exceſſum quātūcūqꝫ paruum eſſe peccatum in temperantia et etiā in contractu. Sed pro regula ſeruetur: quando exceſſus non eſt notabilis: eſt peccatum veniale: ſi notabilis fuerit: eſt mortalis noxa: niſi emētes ⁊ vēdētes a conſuetudine habeant aliqđ ſibi inuicem velle de paruo exceſſu remittere et donare vltra totam illam latitudinem ſignatam.

Septimo arguitur. Licet mercatori capere aliquid ratione intereſſe. vt ſecunda. q. de vſura diximus. mercator ergo vendat vni pannum pro tunica in prompta pecunia decem ſcutis precio extremo ſeu rigidiſſimo. alteri det dimidij anni dilationem vendendo ei de eodem panno tunicam tante quantitatis: et ponatur pati intereſſe ratione lucri ceſſantis/vnius ſcuti iacturam. tunc ſic. Sortes mercator Platoni vendēs tunicam vndecim ſcutis/tranſcēdit totam latitudinem iuſti precij: et tamen non peccat ſic vendendo. Reſpondetur concedendo ꝙ nullo pacto peccat ſuppoſitis illic dictis: quia non capit illud vndecimum ſcutum ratione venditionis: ſed ratione lucri ceſſantis. vel ſic: et non eſt diſcrimen in ſententia. decem ſcuta ſunt precium extremum incluſiue totius latitudinis precij ſi pecunia detur in promptu. Et quia iſtud reputo tanquā corollarium ſequens ex dictis illic: qui oppoſitum iſtius cum illic conceſſis admittit: acies in ſe oppoſitas molitur. nec opus eſt aliorum obiectionibus reſpondere. Sed cōtra iſtud arguitur. ſi procedas ſm̄ dicta illic: ſequitur ꝙ ſi iudicē me habiturum lites in foro contentioſo contra emptorē quia eſt malus ſolutor: poſſum vltra īntereſſe augere precium ſm̄ eſtimationem expendendorum in lite. Reſpondetur concedendo dummodo venditor ſit illius propoſiti: ꝙ ſi alter ſoluat in termino prefixo reſtituetur ei totum qđ capiebatur ſuper intereſſe. et ſi non ſoluat: tenebitur illud incrementum ſuper intereſſe ſi ita ſit in rei veritate ꝙ tantum expendam: vel ſi dimidium incrementi expendam: reliquum reſtituere cogetur. Contra hoc arguitur. diximus in materia de vſuris queſtiōe prima ꝙ homo ratione pene poteſt capere lucrum vltra īntereſſe: quia afficitur multum ſue pecunie. et quia torquetur in carentia eius: ratione illius pene poteſt aliquid accipere. ergo ſi mercator iſte in rei veritate mallet carere iſto timore quem habet de ſolutione: et pena quā iudicat ſe habiturum pro conſequenda ſolutione ab iſto: quā habere ſummam quā ponit ſuꝑ intereſſe: poſſet licite illud capere. Reſpōdetur. neſcirem indubie talem dānare: ſemper ſuppono circūſtantias quas in queſtione ſecūda de vſuris poſui: et maneāt iſte due theorice tanquā principia: ſcilicet de vero intereſſe: et ꝙ mallet vel ita libēter vellet tenere ſuam pecuniam quā ſic negociari et caueat a laceratione ſue fame. Ex quib9 patet ꝙ mercator in principio anni omnē lanā a domino ouiū emēs dās ei pecuniā ꝑ annū ante tempus poteſt minoris emere lanā quā ſi eā in promptu haberet ratione intereſſe qđ patit. Eodē modo de frumento emendo. Et ſit analogia. ſi emerem decem arpenta terre a Sorte que concedā ei pro ſua vita/vel pro duobus annis: minus dabo quā ſi haberem illa arpēta in promptu: quorum fructus ſtatim colligerem. Preterea patet: ꝙ ſi Paulus teneat dare Petro in fine vnius anni cētū florenos/Petrus indigēs prompta pecunia lapſo vno mēſe petat a Paulo. xcv. et remittat ei. v. ſi Paulus velit ſibi quinqꝫ remitti ratione veri intereſſe: ⁊ in rei veritate ſi non eſſet paratus ad ſuccurrendum: non vellet nunc dare pecuniam in promptu: nullo modo eſt peccatum nec vſura. et omnes qui tenent fundamenta que puto vera: in hoc conueniūt: licet quidam verba ſolum vltra alios multiplicās ſuper hoc tres modos recitet: ⁊ ſanctū Thomā impugnet contra eius mētem. omnes enim hoc volunt. Eodem modo Petrus licite poteſt vendere ius emendi illos cētū florenos Joāni: vel dare Joannis habendi et capiēdi illos centū aureos: et Joannes licite cum ipſo cōuenire: etiam ſuppoſito ꝙ ſe habeat ſicut Paulus. Et licite ille quatuor opiniones ſuꝑ hoc prolixe recitet: nulla eſt alia difficultas. oēs eñ opiniones volūt idem dicere ſi recte intelligant. Ulterius ex iſtis fundamētis ſequit ꝙ ſi venditor inducat emptorem ad merces ſuas emēdas q̄ nō vult eas emere: ſed venditor offert ei merces in tā cōpetenti ⁊ vili precio vt emptor aduertat: et diminutio precij tātū alliciat ad emēdum quātum ſuadet nolitio ad reſiliendum a contractu: ſic vt mallet non emere quā emere vel ita libēter non emere in conſciētia ſua: poteſt dare illud preciū diminutum: puta qđ multi diminutū reputarent: et hoc ſi venditorem prudētem mercatorem iudicet: quia ſi ſit prudens et non preſſus neceſſitate (qđ ſuppono) poteſt emptor licite iudicare venditorem habere motiuum rationabile quare velit ita vendere: vtpote vult eius amicitiam inire et dare ei aliquid dono: modo licitum eſt capere donum. fortaſſe iniuſte habet aliquid ab emptore: vel ab his quibus emptor ſuccedit in hereditate.

Octauo arguitur. licet decipere in emendo et vendendo ad dimidium iuſti precij vſqꝫ. probatur: quia iura non dant remedium niſi ſit deceptio vltra dimidium iuſti precij. vt patet. C. de reſcin. ven. l. ij. et de emp. et vendi. Cum dilecti. Reſpondetur. in foro conſciētie peccat vendens vltra latitudinē iuſti precij cognitā talem: pariter et ſic emens. ſecludo exceptiones de quibus in argumētis et in precedētibus loquuti ſumus. etiam omnia illa reputata licita ad latitudinem iuſti precij reducūtur: ſiue ſit deceptio vltra medietatē iuſti precij ſiue non. qđ probatur: quia iuſtitia commutatiua extrema commutatiōis requirit equalitatē: puta ꝙ verum precium non excedat merx nec contra: et ſemper intelligo de tota latitudine. ſed ſi mercem excedat precium aut contra: nō ſeruatur hec equalitas. ⁊ iſtud perſpicuum eſt ſm̄ doctrinam Ariſto. v. Ethico. Si vnus habet de lucro in fine contractus: et alter de dāno: oportet reſecare lucrum vnius et addere dāno alterius quouſqꝫ redeāt ad equalitatem. ſicut perbelle exemplificat de duabus lineis inequalibus maiore et minore: oportet enim tollere exceſſum a maiore ⁊ minori addere: ⁊ ſic facere eas equales. Uerbi gratia. Si ego emendo abs te librum circūuenior in decē vltra latitudinē iuſti precij: in lumine naturali diceret Ariſto. cum tu ſis ditior in fine contractus ꝑ decē: abs te tollere oportebit illa decē tanquā exceſſum: ⁊ mihi addere et ſic remanebimus equales. alioquin tu detines alienum. vnde Auguſti. xiij. de trini. c. iij. Scio hominem cum oblatus fuiſſet ei codex: precijqꝫ eius ignarum: et cum venditorem cerneret exiguum petere: iuſtum precium qđ multo amplius erat inopināti venditori dedit. Imaginor ꝙ de ſeipſo loquebatur. ergo vult dicere ꝙ venditio ⁊ emptio debent conſiſtere in quadā equalitate ita vt merces tātum valeant quātū precium. Ulterius. emptio et venditio ſunt inſtituta ꝓ cōmuni vtilitate tam emētis quā vendētis. modo quando preciū excedēs valorē ꝑ venditorē exigitur: nō ſeruat vtriuſqꝫ partis vtilitas. Ex iſto patet aliū decipiēs ſciēter vltra latitudinē iuſti p̄cij/non acq̄rit lucri dominiū: ſed ipm̄ tenet reſtituere vero dño: qui nec formaliter nec virtualiter in tale lucrū conſenſit. Secūdo ſequit ꝙ ſi ignorantia affectata lucrum acquirit: tenetur illud reſtituere. patet. quia ignorantia vincibilis neminē excuſat: et ꝑ conſequēs nec affectata. Tertio ſequit. ſi vēditor ⁊ emptor ex ignorantia inuincibili totā latitudinem iuſti p̄cij traſcēdāt: cum cōſtabit vēditori: poſterius tenebit totū lucrum reſtituere. lucrum voco exceſſum totalē iuſti p̄cij. Non valet qđ aliqui dicūt: ꝙ non tenet reſtituere niſi alius petierit: vt de reſtitutione quadrupli in furto manifeſto. q2 nō eſt ſimile: illud enim eſt ius pure poſitiuū humanum cui homo tenet parere ſolum ſi alter pro reſtitutione inſtiterit. Et ſimile habet in diſtin. xxviij. huius de religioſo alicui ſtatuto regule cōtrauenientē: qui tenet ſuſcipe penā ſi a ſuperiorib9 inferat/⁊ nō aliter. modo tenere lucrū vltra totā latitudinē iuſti p̄cij eſt cōtra equitatē naturalē. Iſtis dictis reſpōdeo ad formā argumēti negādo ꝙ liceat in foro cōſciētie decipe ad dimidium iuſti p̄cij. ſed bñ verū eſt ꝙ in foro exteriore non dabit actio ſi citra dimidiū iuſti p̄cij fuerit deceptio. aliā autē deceptiōem minorem ꝑmittit lex ſimplici tolerātie ꝑmiſſione: ⁊ quidē rōnabiliter. q2 ſi in qualibet deceptiōe daret actio decepto: eſſent mul-

ti ꝓceſſus inutiles reipublice : et oporteret mercatores
multos ciere ad cognoſcēdā totā latitudinem iuſti p̄cij:
cū forte deceptio eēt parui faciēda. et creberrime iſtud
ↄtingeret:ac iudex ⁊ ↄtrahētes ⁊ multi alij eſſent his nu
gis plerūqꝫ inutilibꝰ inuoluti:qḋ reipublice nō expedit:
oportet eīn talia parua errata punitioni dei atqꝫ con-
ſcientijs hominū relinquere . Sed in foro ↄſciētie tales
deceptores nō debet abſoluere ↄfeſſor: ſed debet eis ve-
ritatē detegere:q̄uis exterior iudex eos toleret.nec hoc
eſt mirādū.ſicut pleriqꝫ prudētes ↄfeſſores ⁊ deū timē-
tes pleroſqꝫ bn̄ficiorū plurales nolūt abſoluere: imo nec
in confeſſione audire: niſi aliqua illorum relinquāt que
contra eq̄tatē tenēt : et tn̄ in foro exteriore nemo accuſat
eos. Pari forma officialis cōpellit Sortem in caſu ma-
trimoniali adherere Berte ꝑ ꝓbata in foro cōtētioſo:et
eū excōmunicat niſi id fecerit: ⁊ tn̄ ↄfeſſor circūſpectus
ↄſulit oppoſitum in foro ſecreto . Sed dicis:multi ergo
mercatores ſunt in ꝑiculo dānationis . Reſpōdeo:nulli
dubiū eſt. Nam Eccle.xxvj. ſcribit̄. Due ſpecies diffici
les et piculoſe mihi apparuerūt: difficile exuitur nego-
ciās a neglıgētia: ⁊ nō iuſtificabit̄ caupo a pctīs labio-
rū.⁊ Leo papa: vt citatur de penitentia diſt.v.c. Qua-
litas. Difficile eſt(inq̄t)inter emētis vēdētiſqꝫ cōmerciū
nō īteruenire pctm̄ . Et ratio eſt;q: negociatio plurimū
mētē ſecularibꝰ rebꝰ applicat: et ꝑ ↄſequēs a ſpūalibus
retrahit. qn̄ eīn mens multū imergit̄ circa vnū obiectū:
ab alijs diſtrahit̄ . ꝓpterea dicit Apoſtolus. Nemo mi-
litans deo implicat ſe negocijs ſecularibus.ſecunde ad
Timoth.ij.et tota rubrica Ne clerici vel monachi nego-
cijs ſe īmiſceāt:diſſuadet hec officia ſecularia . Hoc nō
obſtāte homo prudēs poteſt ab his pctīs cauere que ne-
gociādo cōtingūt:et nō diſcedere a latitudine iuſti p̄cij:
abſtinere a mēdacijs:ac ꝑiurijs:⁊ huiuſmodi . Sed di-
cis.tātū valet res quātı vēdi poteſt. Similiter q̄libet eſt
arbiter ⁊ moderator rei ſue.ff. Mādati.l. In re manda-
ta . Rn̄det̄.hoc poſſumus qḋ de iure poſſumꝰ.ſi capias
illud dictū vt iacet:poſſem caꝑe vltra dimidiū iuſti pre-
cij. Ad aliud dicit̄ q̄ lex habet ſecū gloſſam annexam.
Debet eſſe moderator.hoc eſt tenere latitudinē ⁊ mode-
rationem iuſti p̄cij . ¶ Sed vt cognoſcas quādo datur
actio in foro exteriore:capiat̄ tota latitudo iuſti p̄cij : et
ponat̄ a ſedecim incluſiue ad.xviij.ſi quis fallat̄ in.viij.
vel nouē duodenis/ſeptē/ſex/vel quinqꝫ:non decipit̄ vl-
tra dimidiū iuſti p̄cij. ⁊ ſic in foro ↄtradictorio non cōpe
tit ei actio . ſed ſi in nouem duodenis cū vno turono vel
aliqua pecunia maiore deceptꝰ fuerit : cōpetit ei actio:
q: tunc eſt deceptus vltra dimidiū iuſti p̄cij. Nec capit̄
hic mediū mathematicū ſed mediū morale. Sed vt vi-
deas cui dabitur electio reſcindēdi cōtractū quādo eſt
deceptio vltra dimidium iuſti p̄cij: vide ſi vendēs deci-
piatur vltra dimidium iuſti p̄cij:et tunc agere poteſt vt
res ſibi reſtituatur vel ſuppleatur p̄cium:⁊ in hoc eſt ele
ctio emptoris.hoc patet de emp.⁊ vendi.c. Cum cauſa.
venditio tamen tenet.c. Cum dilecti.in eadem rubrica.
Oppoſito modo quādo res emitur minus dimidio iuſti
precij ꝑ locum a contrario ſenſu. Tamen ſi Plato dixiſ-
ſet ab initio.ſcio hanc rem non valere vltra decem: ⁊ do
tibi libere ſex vltra iuſtum precium : talis ↄtractus non
eſſet reſcindendus:cum ſit hic donum iunctum emptio-
ni ⁊ venditioni . Oportet etiā conſiderare tēpus quādo
res vendebatur . nam arpentum terre nūc valens.xx.in
diebus Noe:⁊ Abrahe vix valuiſſet vnum. Et iſtud eſt
rationabile:cum dolus non dedit cauſam cōtractui:ſed
vterqꝫ volebat contrahere ſimpliciter : hic vendere:ille
emere.ergo rationabile eſt q̄ principalis cōtractus ma
neat:⁊ ſuppleatur iuſtum precium. nam vtile per inuti-
le non debet vitiari. ¶ Ecce quid eſt negociatio:⁊ quot
modis accipitur:et q̄ ad hoc vt ſit licita requiritur obie
ctum debitum cum circumſtantiarum omnium poſitio-
ne.et potiſſimum eſt negociando: ne circūueniatur pro-
ximus:totam latitudinē iuſti precij tranſcendēdo ſcien
ter vel ignorantia vincibili. Et diximus q̄ mercator po
teſt vni vendere carius q̄ꝫ alteri : dummodo maneat in
latitudine iuſti precij: et expectando pecuniam ſoluen-
dam ratione intereſſe.latitudo enim iuſti precij eſt mul-
to maior q̄ꝫ ſi haberetur pecunia in promptu . Quid ſit
deceptio vltra latitudinem iuſti precij: quid citra:oſten
ſum eſt : et q̄ queſibet deceptio vltra latitudinem iuſti
precij ſcienter eſt peccatum : ſi capiatur precium preci-
ſe ratione mercis:et econuerſo. ſecus eſt ſi dono vel alia
ratione . Ulterius patuit q̄ mercatio eſt reipublice ad-
modum vtilis:ſed quo ad ſalutem anime mirum in mo-
dum periculoſa.et quanto magis negociationi ſe accō-
modat:tanto magis a ſpiritualibus retrahitur. Cauea-
tur ne ſit deceptio in pondere / menſura / ſubſtantia/ et
qualitate:q̄ non faciat quod nolit ſm̄ rectam rationem
ſibi fieri. Sed vt cognoſcatur quomodo mercator ſe de-
beat habere in cognoſcenda hac latitudine iuſti precij
vel valoris vſualis et forenſis : et quas circumſtantias
vel motiua conſiderare habeat : ad valorem rei natura-
lem non eſt habendus oculus:quia ille conſiſtit in per-
fectione rei:ſic vt quodlibet viuens quolibet non viuen-
te ſit melius:vel qḋ non eſt vita. et per conſequens mus
toto tritico Normannie preſtaret. Sed de valore vſuali
loqui propono. quare adhuc queram queſtione ſequen-
ti:penes quid latitudo talis valoris menſuretur.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xlj.

SEcūdo quæritur ma
teriā emptiōis ⁊ venditiōis cō
tinuādo:que circūſtātie cōſide
rāde ſint ad hoc vt talis cōtra-
ctus ſit licitus . Rn̄det̄.alique
res venales hn̄t p̄ciū determi-
natum ꝑ leges municipales:vt
puta q̄ pinta ceruiſie vēdatur
vno denario vel tribꝰ obolis.et
ſic de libra panis. In talibꝰ facile eſt cognoſcere iuſtum
p̄ciū.nā legū latores habent oculū ad vtilitatē publicā
⁊ lucrū tēporale huius vēditoris. In aliq̄bꝰ p̄ciū eſt in-
certū:vt in vēditione pāni ꝓpter magnā varietatem in
pāno:⁊ in aliquibꝰ mercibus raris ex remotis partibus
adductis. In talibꝰ nō habēdus eſt oculus ad bonitatē
entitatiuā:alioquin catus preſtaret toti tritico Sicilie
vel toti thuri Sabeorū:cū viuēs p̄ſtet nō viuēti.nec opor
tet reſpicere ſolū ad lucrū qḋ cōſequit̄ emēs:q: ſic potio
euacuatiua valeret cēties mille libras q̄ liberet patiētē.
¶ Sed ponā aliq̄s cōcluſiōes. Pria eſt. ꝓdeſt ꝑ leges
municipales īponere p̄ciū in pane/ceruiſia/⁊ ceteris re-
bus comeſtibilibꝰ ⁊ potabilibꝰ nō nimis altū:⁊ trāſgreſ-
ſores punire qn̄ trāſcēdūt p̄ciū vēdēdo: vel qn̄ non iudi-
cat̄ ſufficiēs a iuratis examinatoribꝰ. Hec ↄcluſio ꝓꝫ.
Nā legiſlatoris intereſt īponere certiores leges vbi pul-
lulat maior error:ſed ſic eſt in rebꝰ potabilibꝰ ⁊ comeſti-
bilibꝰ.igit̄. veſtitus eīn ſufficit ꝓ anno vel duobꝰ cōmu
ni plebi:ſed quolibet die comedit̄/ interdū bis vel ter:et
ſenſualitas ad hoc tēdit effrenis ſi non cohibeat̄ rōne.et
cū maior ſit īclinatio emēdi cibū ⁊ potū quātīcūqꝫ vēda
tur q̄ꝫ aliā mercē:par eſt īponere leges certiores. Nō eſt
idē de ceruiſia artificiali ⁊ vino ꝓpter varietatē vini in
bonitate.nec pōt īponi vna lex vniuerſalis:ſed q̄libet re-
linquit̄ arbiter ſui.in ceruiſia nāqꝫ modicū eſt diſcrimē ī



vigore:ex equali grano equales capiendo menſuras po
tus . Dixi (in vigore) quia interdum propter aquam aſ-
ſumptam ceruiſia coloratur:nunc ad rubedinem : vt in
ſancto Andrea et in varijs locis Anglie: nunc ad alium
colorem:ita vt aliqua loca principatum habeant in tali-
bus:vt ceruiſia Hadingtone/ Plebis/ Cantebrigie:ſiue
ab vſtrino igne:ſiue grano proueniat/non refert : modi-
cum eſt diſcrimen in vigore . Dicebam ex equali grano
q̄ꝫ.vt.ſ.lagena(eorum more loquendo)venundetur.viij.
denarijs cum minus hordei conſumitur . vbi enim po-
tus eſt fortis:plus granorum conſumitur:et ſic opus eſt
maiore hordeo : et ad conſumptionem hordei diminui-
tur triticum et ſit annona carior. non eīn habentur hec
grana vt in Longobardia:vbi vites et fructus in ſulcis
non impediunt triticum.nec fas eſſet vlli vendere pintā
duobus denarijs vbi paſſim venditur vno:q: ſic omnes
propter intemperantiam(ad quā homines ſunt ꝓpenſi)
ad cariorem potum aſpirabunt : et potiſſimum mecha-
nici:et pecuniam conſumētes nec domi laborātes. nam
patrefamilias exiſtente in taberna famuli minus labo-
rant: et vno inconuenienti dato in patrefamilias:multa
ſequuntur in vxore/liberis/⁊ familia. Et iſtud debet ſer
uari potiſſimum apud ſeptētrionales qui meridionali-
bus ſunt propenſiores ad intemperantiam : cum robu-
ſtiores ſint ob frigus circūſtans. et ſic per antipariſtaſin
eorū calor vnitur. Nec valet dicere. diuites poſſunt ha-
bere potum cariorem q̄ꝫ pauperes: et nobiles q̄ꝫ ignobi-
les:cum non ſit eadem latitudo ſobrietatis his et illis in
quantitate vel qualitate: ergo pro illis debet eſſe potus
melior.quia illo dato:vt ſupra oſtenſum eſt: omnes ad il
lum currerent ſi eſſet venalis. habeant itaqꝫ diuites pro
ſe potum non venalem non ex domo cauponis ſed do-
mi:ne ſit fraus in lege municipali. ¶ Secunda conclu-
ſio.in alijs rebus venalibus cōmunibus ſufficit tenere
viam cōmunem tam emendo q̄ꝫ vendendo. vt ego vidēs
quomodo prudentes in foro vendunt talem tritici men-
ſuram:tales vlnas panni:eodem modo debeo vendere.⁊
ita de alijs rebus que plurimum in vſum veniunt . Eo-
dem modo in emendo:vt ego ſtans prope prudētes emē
tes pannū:video quanti emunt: et quia ſcio eos eſſe pru
dētes in arte:et q̄ non circūuenientur:emo de eodem ſi-
mili precio. ſed illic cauendum eſt ne ſint conſocij vendi
toris:et fingant ſe dare amplius pro re q̄ꝫ valeat: vt aſſi-
ſtentes emant . Sed petis.quid dicendum ſit de primo
vendente in foro:vt in primo die primas collectas ſege-
tes vendente. Reſpondet̄.loquutus ſum de his que plu
rimum eueniunt . ſed Sortes agricola habebit oculum
ad annos preteritos:paucitatem vel abundantiam fru-
menti:et ſm̄ hoc poteſt moderari precium rationabile.
Gemmas autem raras ſoli opulenti et non preſſi penu-
ria emunt.et licet poſſit in his fieri deceptio:ea rara eſt:
nec occurrit aliqua regula.conſultent ſeu practicent cū
diuitibꝰ mercatores vt poterūt. De lana caprina reipu-
blice parum vtili non eſt diſceptandum. ¶ Conſideran
da ſunt hec que ſequuntur.quantum dedit mercator ꝓ
merce prudenter emēdo: tātum vt minimum poteſt pro
merce accipere.ſi enim ex ſtultitia ſua : vel prodigalita-
te plus dederit q̄ꝫ valeat:non oportet. expenſe aūt quas
fecit pro emptione talis mercis cōpenſari debēt.etiā in
conſeruatione labor eſt. Hinc dicit Saluator. Luce.x.
Dignus eſt operarius mercede ſua. Et Apoſtolus p̄me
ad Corinth.ix. Quis militat ſuis ſtipendijs vnq̄ꝫ? nulla
eīn eſt ratio quare calcifex vel pictor poſſit capere pre-
cium pro arte et labore ſuo/et mercator non:ob ingētem
ſollicitudinem et pericula que paſſus eſt ꝑ terras/ꝑ ma-
re. Eccleſiaſtici.xliij. Qui nauigat mare enarrat peri-
cula eius.omnia autem iſta eſtimabilia ſunt pecunia.ſe
pe enim mercator magnam pecunie molem daret ꝓ eui
tandis periculis:tam in corpore ne ſubmergatur / q̄ꝫ in
mercibus:cum tribus digitis vix ab aqua diſtat:nunc in
precipitium fluctibus oceani/ vel maris mediterranei
agitatus.hoſtes inſuper et piratas timet. Quapropter
vbi plus eſt periculi ſi mercator euadat/plus capere pō
teſt ceteris paribus:⁊ ſi ſine ſua culpa magnam partem
bonorum amiſit vel eſt abductus captiuus:plus capere
poteſt pro rebus ſuis. ratio in omnibus eſt.quia merca-
tores ex queſtione precedente ſunt reipublice vtiles .
Porro rex prudens vel reſpublica deberet dare merca-
tori expenſas cum lucro pro ſollicitudine/induſtria/la-
bore/periculis:vt ſe et ſuos alere poſſit . ſed cum nullus
ei dat:poteſt tantum licite capere a republica et a tota
multitudine cui vendit.indigentia enim humana eſt na
turalis mēſura cōmutabiliū.v. Ethi. Indigētia inquā
multitudinis et non indiuidualis.q: niſi ſic:pauꝑ poſſet
notabiliter vēdere carius q̄ꝫ diues: qḋ non oportet.indi
gentia enim rerū eſt nō ſolū quo ad naturā/ſed etiā quo
ad ſtatū. ¶ Ex iſto ſequunt̄ ꝓpoſitiones. Prima.tēpo-
re veris ⁊ autūni Sortes ingrediēs mare plus lucri ca-
pere poteſt q̄ꝫ nauigās in eſtate ceteris paribꝰ. ſicut eīn
dicit Ariſto.iij. Meteororū.tūc fiunt maiores venti. Dixi
ceteris paribꝰ . nā ſtatim tūc ducunt̄ vēto ad portum ſi
ventus ſit ꝓpitius:⁊ hoſtes vix ſe diſcrimini maris au-
dent exponere. ſed in eſtate plurimū morātur:⁊ ſic cete-
ra ſunt imparia. Secundo ſequitur q̄ nauigās a Depa
ad Ulixbonā vel Londinū plus lucri caꝑe poteſt q̄ꝫ pe-
tens Mediolanū vel Trecas ceteris paribꝰ.patet:quia
plus ꝑiculi eſt ⁊ anxietatis. Tertio ſequitur q̄ prudens
mercator plus lucri capere poteſt q̄ꝫ imprudens.proba-
tur:quia ſi vterqꝫ deberet habere ſtipēdia a republica:
plus daretur prudenti negociatori q̄ꝫ imprudenti:et cū
nemo ei det:capit ipſemet . Quarto ſequitur q̄ merca-
tor cui fortuna arridet et cuius bona ꝓſpe ad portū ac-
cedūt:minus poteſt caꝑe q̄ꝫ ille q̄ multa bona amiſit.qḋ
ꝓbo:q: equaliter ꝓ republica(hoc ſuppono)laborarūt.
prior multo plus habet q̄ꝫ alter : et eſt ditior in decuplo:
equaliter expoſuerūt . ſuppono cetera que corollarium
ꝓmouent:hoc dempto q̄ vnus paſſus eſt ſine ſua culpa
naufragiū bis vel ter in bonis. Quinto ſequit̄.licet mi-
nus negociando homo lucret̄ ꝑ terrā q̄ꝫ mare:tamen ſe-
curius lucrat̄ in terra. ꝓpterea apud noſtrates mariti-
mos ꝓuerbialiter dicit̄.oſculādus eſt denarius in pro-
prio acq̄ſitus.⁊ nimirū totiēs bona ꝓximorum ꝑdita:et
ſubmerſos vicinos vident. Sexto ſequit̄ q̄ merx extrin
ſece melior efficitur ex hoc q̄ ſimiles merces pereūt . qḋ
patet:quia tunc eſt penuria eius.

¶ Sed cōtra iſta nouiſſime dicta & cō
cluſionē principalē de emptione in queſtione precedēte
nōnullis inſtabimus ratiōibus.ſequitur ex dictis q̄ cui
nauis ſine culpa ſua eſt fracta et pene omnia bona con-
ſumpta:q̄ decies mille aureos amiſit:poſſit capere decē
ſcuta ꝓ vno pileo/ vel ꝓ horis noſtre domine. hoc eſt in-
cōueniēs.igit̄.patet ſequela:q: ſi eſſet cōductus a rege:
teneretur rex dare ei decies mille ſcuta: ⁊ tātū poteſt ca
pere ꝑ dicta a republica: ⁊ nihil habet vēdibile niſi has
paucas merces:ex q̄bꝰ nō habebit ſuū . Idē eſt iudiciū
de illo q̄ triticū vel alias merces habet ꝓ republica cu-
ſtodiēdas:cuius domus eſt ſine ſua culpa exuſta . For-
te dicis.ſit cautior in poſterum lucrādo:⁊ ſic ꝑditū recu
perabit. Cōtra.ſtat q̄ ex hoc naufragio iſte paſſus ſit ir-
recupabile dānū. ¶ Rn̄det̄.ſi ille mercator vēderet re-
gi:apparet mihi p̄ma frōte ↄcedēdū q̄ poſſet ab eo caꝑe

tātū quātū amiſit: ⁊ vltra hoc moderatū lucrū: ⁊ ꝑ conſequēs poſſet capē ab eo decies mille ſcuta ⁊ vltra ꝓ pectine eburneo vix in foro valente quatuor ſolidos. Quare (prima fronte) dixerim mox apparebit. ¶ Contra hoc argumētor. ſeq̄ret̃ ꝙ quilibet laborās ꝓ vtilitate reipublice cuius bona ſine ſua culpa ſunt amiſſa. ꝓportionabiliter poſſet capē a rege ſm iacturā quā facit: ⁊ ſic vendendo ei vnā acū poſſet Plato ab eo decies mille ſcuta accipere. Similiter qñ aliqua magna vrbs aliquo caſu inopinato ſine culpa inhabitātiū eſſet exuſta: inhabitantes vēdētes foliū papyri regi poſſent capē valorē totius vrbis: ⁊ ſic nihil regi relinquerēt. Inſup ſi ſolutio eēt vera q̄libet poſſet habere actionē ꝯtra regē vt ſibi ſuam iacturā quā ꝓ reipublice vtilitate ꝑpeſſus eſt cōpenſet: in qua rex ſuccūberet. Illud non eſt veroſimile quia iā diu fuiſſet attētatum a mercatorib⁹ ſi illud putaſſent. Sed ad hāc rationē dicet̃: ꝙ aliq̄s interdū poteſt vēdere alicui aliq̄d aliquo ꝑcio: ⁊ nō poteſt eū ad hoc cogere. Preterea, rex nō dedit eis cōmiſſionē ſpecialē vt mercarentur: ſed a ſeipſis miſſi ſunt: ergo ad nihil tenebit̃ rex/ſed ſibiipſis iputētur ſint cautiores in poſterū. ¶ Propter has rōnes teneo ꝙ rex non tenet̃ eis ſuccurrere in tanto quātū ꝑdiderunt. cū enim nihil de lucro plus q̄ alijs ei cōmunicēt: quare participabit cū eis in dāno ⁊ nō in lucro? Et nego ꝙ mercator de quo eſt mētio in argumēto/ poſſit vēdere pectinē ſignatū decies mille ſcutis regi: licet multo carius ei q̄ alteri. Sed ꝯtra. in hac diſtinctione ſupius recitauim⁹ ꝙ filij quoꝝ parētes ꝓ defenſione reipu. in bello occiſi ſunt: a republica ſunt alendi. modo iſti non minus reipublice ſunt vtiles q̄ pugnātes in bello ꝓ patria. Rūdet̃ dupliciter. Primo. illa eſt lex poſitiua humana ⁊ non diuina vel naturalis: ⁊ non eſt ſanctio ſup iſto lata. Secundo pugnare in formidādo bello pro reipu. vtilitate/eſt difficilius. Propterea tertio Ethicorū dicit Ariſto. Fortitudo nō eſt circa oīa ꝑicula: qꝛ non circa ꝑicula maris. Idcirco vt hoīes ad illū actū fortitudinis difficilē ꝓ defenſione patrie allicerent̃ prudenter eſt hec lex lata. ſimilis aūt lex hic eſſet inutilis/quia daret̃ occaſio mercatorib⁹ ꝓdige viuēdi ⁊ ſine ſolicitudine: poſtea efficturis contra rēpu. cauſas inutiles. ſed vbi q̄s in bello fortiter pugnās occidit̃ non eſt mala preſumptio. Vicini aūt ⁊ potiſſimū ꝯſanguinei mercatoris de q̄b⁹ loquuti ſumus: in principali deberēt ei ſuffragari eū releuādo: et ipſe ſi eſt prudēs lucrabit̃ poſtmodum eis redditurus. Si vero aliqua bona in mediocri quantitate mercatori relicta fuerint: poteſt ex illis oīb⁹ capere ſue iacture releuamē: vt ꝓ pileo q̄ ab alijs vendit̃ decē/duodecim: ⁊ ſic de m̃tis alijs reb⁹ minutis: quouſqȝ totū ſuū dānum a tota repu. cui fideliter īſeruit: vtcūqȝ recupauerit. Hoc enim q̄libet alioꝝ debet velle: ſiue carius ad tēpus vēdat/ſiue nō/nihil refert: qꝛ nō capit ratione dilatiōis tēporanee/ſed rōne ītereſſe. Et iterū patet: qꝛ tpe caritatis mercator prudēter emēs vt ſit reipu. vtilis: ſi ſupueniat ex alio loco inopinata vbertas quam prudēs nō cogitaſſet: poteſt alijs carius vēdere: quoddā tēperamētū ſm precium ⁊ ſuā iacturā tenendo. Et ex illo ſequit̃. qñ irreparabile dānū q̄s patit̃ niſi ei ſuffragetur: boni vicini bñficiati ⁊ laici debent ei donare et dare mutuo ad tempus vt ab inopia releuet̃. et poteſt eſſe ſic preſſus ⁊ tales circūſtātie occurrere poſſunt: vt ſub pena mortalis pctī multū grauis teneant̃. huic etiā bona eccleſie debēt applicari: eſto eccleſia ſit in reparatiōe: et ſerius ꝑficiat̃. Vnū eñ eſt tēplū dei materiale: aliud tēplum dei viuū. ¶ Sed cōtra iſtud arguit̃. ꝑ ſolutiōem datā habēs aliqua bona ⁊ multa amittēs poteſt carius vendere ſua bona q̄ alter: ergo licet tranſcēdere totā latitudinem iuſti precij contra dicta in queſtione precedēte. verbi grā. pileus iſte ſm iudicium prudētum mercatoꝝ nihil valet vltra decem: ⁊ iſte vendēs capit .xij. ergo totam latitudinem iuſti ꝑcij trāſcēdit. Item hac via datur palliatio doloſis viris q̄ dicēt ſe capē vltra cōmune precium ratione reꝝ ꝑditaꝝ. ¶ Ad primum reſpōdetur ꝙ dicta in ꝑcedēte queſtione intelligūtur extra hunc caſum et ſimiles. et ſi diuites emptores totum negociū cognoſcerent: vellent ita ab eo emere contenti ſinguli parū ꝑdere vt iteꝝ ille releuet̃: ſaltem ſic velle debent: quod ei ſufficit. Ad ſecundum negatur ꝙ detur eis via palliādi: qꝛ ſupponimus ita eſſe in rei veritate. Si quis enim ex ſua negligētia omnia ſua bona amiſit: non poteſt ita vendere vt dicimus: quemadmodum rex nihil ei daret/ſed eum puniret. vel ſi ſit diues non poteſt ſic vendere. ratio eſt: qꝛ ſicut nunc multa in naufragio amiſit: ita alias plurima mercando lucratus eſt. Recompenſet itaqȝ lucrū cum damno.

¶ Secundo ſuppoſito tali caſu. eſt caritas tritici Londini ita vt a. menſura tritici valeat decem. ſortes hodie a Depa ſe appellit a Londiniorū portem: ſed plurimas naues ſcit a finibus Normānie craſtina luce Londinū venturas: ob quas iudicat a. menſurā cras non valituram vltra octo. Arguitur ſic. Sortes hodie vendit a. menſurā tritici decem Londini: et non peccat ꝑ concluſionem queſtionis precedentis: cum vendat in latitudine iuſti ꝑcij hoc die vſitati ſeu currentis. Nō ſi concedas cū ſancto Tho. arguitur ſic. iudicat ꝙ cras precium erit .viij. ꝓpter aduentum ſimilis mercis: ⁊ decipit emptores: qꝛ ſi hoc ſcirēt nollēt ſic emere. Forte dicis. non refert de ꝑcio ſubſequentis diei. ⁊ ratio eſt: quia hodie vendit menſurā a. vt decem ſm preciū currens: ⁊ ſtat ob caſum inopinatum ꝙ aliqui multa bona habentes occulte ea venditioni exponentes facient preciū minui cras ad octo. tūc cras nō licebit vendere vltra octo: nec venditio huius diei vt .x. propter nouam mutationē ſubſequentis diei inopinatā vt .viij. reddit̃ illicita. Sed contra non eſt idem: qꝛ illic in caſu tuo hoc fugit emptorē et venditorē: ſecus eſt in caſu argumēti. et eſt ſimile. ſi quis in ꝑncipio Maij emat .xx. dolia vini: quodlibet .v. frācis: ⁊ magna pars vinearum gelu (vt fieri interdū illo tempore ſolet) pereat: adhuc contractus in die ſequēti eſt licitus: qꝛ enim iſte caſus nec a vēditore nec ab emptore fuit preſcitus homines admittunt ipſum licitum. ſecus eſt ſi aſtrologus vt Thales Mileſius huius preſcius ſic emiſſet: qꝛ de hoc vertit̃ nodus argumēti. vel ſi eueniret qđ ſub Heliſeo ꝓpheta in obſidione Samarie euenit: tempore quo quarta pars cabi ſtercoris colūbarum (hoc eſt granoꝝ comeſtoꝝ ab eis ⁊ reptoꝝ in earum pectore ⁊ ſtomacho) quinqȝ argenteis vēdebatur. vt ſcribitur .iiij. Regū. vj. et poſtridie eius diei modius ſimile vno ſtatere vendebatur. Reſpondetur. iſtud nō vincere reſponſionem datā: qꝛ dicetur ꝙ non refert ſiue vēditor ſit preſcius alterius precij ſiue nō: dūmodo ſm latitudinem ꝑcij fori in tali lucro conſueti ſeu currentis vendat. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit̃ ſequeret̃ ꝙ ſi Pariſijs vinū eēt carū: et aliq̄s ſciēs vinū eſſe abūdās in Burgūdia/vel in loco ꝓpinquo vrbi Pariſieñ: poſſet vēdere vina ſm precium currens Pariſijs. Dico ſi ſciat ꝙ notabiliter diminuet̃ preciū die ſequēte ꝓpter aduētū nauiū vino repletaꝝ ꝑ Sequanā deſcēdētiū: hoc iteꝝ ꝯcedo. Omnia eñ iſta ſunt ꝓbabilia. Secus eſt ſi quis vltra precium currens Pariſijs ſimplici ipſum ignorāti venderet. Is eñ tranſcenderet totam latitudinem precij currētis in hoc loco. Secundo dici poteſt ad caſum argumenti ꝙ mercator preſcius ꝙ ꝑdet niſi a. menſurā vendat .x. eo ꝙ ipſe .ix. emit: ⁊ habuit ꝑicula cum laboribus: ⁊ fecit impēſas potius ſe ſeruabit idemnē q̄ alios. Vnde ſi ſit certamē inter emptorem ⁊ venditorem de ſolo vitando dāno: vēditor poteſt poti⁹ velle emptorē incurrere illud damnuȝ q̄ ſeipſum. Ratio eſt: quia ſi neceſſe eſt ꝓximum vel me damnū incurrere: licitū eſt mihi me de dāno eripere. et dato ꝙ dānum alter incurrat: mihi: licet promouere me ipſum ad lucrū ꝓximo neglecto. Sed ſi venditor de lucro certet ⁊ emptor de vitando dāno deliquit venditor: ratio eſt. quia cū alterius iactura nemo debet locupletari: ſed damnū emptoris eſt eius iactura: ⁊ venditorem cōſequi lucrum: eſt eū locupletari: igit̃ non lȝ venditori conſequi lucrū cū emptoris damno. Huc autē dicendi modū priorē paulo equiorē reputo. proprie capio cōparatiuū. Non enim ſum ita ſtricte cōſcientie vt vendentē ſm priorē ſolutionē totaliter dānem. Hūc ſm modū ſicut ⁊ primum. Conradus impugnat. ⁊ inutiliter vtrūqȝ vt circa primū modum ſancti Thome inter arguenduȝ diximus. Secūdū ſic impugnat. nō eſt licitū facere cōtra iuſtitiā cōmutatiuā vel vendere rē maiori precio q̄ valeat etiam ſi vendens id faciat ꝓ ſuo dāno vitādo vel lucro cōſequendo ſi hoc cedat in damnū emptoris. relliquo verborum ꝓlixitatem tangēs neruum argumenti. Dico ꝙ ille vendēs nō fecit cōtra iuſtitiā cōmutatiuā: vt patet ex argumenti ꝑcedentis ſolutione: ⁊ dānum eſt rationabile in emptore. Rationabiliter eñ emptor pōt illud velle ꝙ euitē plus in me damnū q̄ in eo: ſimile nāqȝ mihi faceret. Exēplum. eſt vnus aſſer ad vni ſoli ſuccurrendū in Sequana nauicula fracta: poſſum eniti illū primo adire vt mihi ſuccurram ⁊ vt periculū mortis euitē: nulli in hoc iniuriaȝ faciēs. ſecus ſi ab eo auferā: ſi eñ habeat eſt rapina. Similiter cū damnū icuram niſi vendā decē/nō eſt neceſſe velle emptorē lucrum conſequi cū mea iactura. ⁊ hoc ſi nō habui ante exceſſiuum lucrū in quo mihi ſatiſfacio ꝓ illo damno. ⁊ etiam dato ꝙ ante mercādo lucratus fuiſſem: nō ſufficit dicere ī poſterū/capiam lucrū. Eſſem eñ tunc imprudens relinq̄ndo lucrū mihi licitum ꝑſens ad manus ꝓ incerto futuro: nam optȝ me mihi ⁊ familie mee ꝓuidere. Sed vt omnia ſecludantur pone ꝙ nūc primo ille mercari incipiat: ⁊ has opes habeat pro toto matrimonio a maiorib⁹ relicto: ⁊ ſit mediocris quātitatis nauis. Sed de magnitudine nō refert in ꝓpoſito argumenti. Nō reſpōdeo ad vlteriores iſtius rationes: qꝛ ex dictis quilȝ pōt eas eluere: ac rigidā eius ſententiā que non placet facile īpugnarē niſi breuitati ſtuderē. Eodē modo dicendū eſt ad tales caſus. ſcio ſecreto per rectores reipub. ꝙ cras panis vel frumētum carius vendet̃ vel minoris/an res meas vēdere poſſim. Et ſimile eſt de caſu Thaletis mileſij oliuas ementis vbertatis tpe qui poſtea effectus ē diues: vt Ariſt. in ꝓblematibus recitat/oſtendēs philoſophum ditari poſſe ſi vellet ⁊ tū ⁊ Thales ⁊ Ariſt. hoc licitum reputarunt eſto Thales preſciuerit. Et ideȝ eſt preſcire dimidio anno ⁊ anno. Aliud fortaſſe iudicareȝ in caſu quem in pueritia mea apud noſtrates ſub Iacobo tertio euenire noui. qui monetā quandā nouam more denariorum Pariſieñſium cudit: hoc eſt ſimilis monete. ⁊ quia in plebe cōſtans erat opinio ꝙ pecunia illa peſſum iret vt tandē factū eſt: an debitores poterāt in ſana conſcientia creditoribus ſatiſfacere: cū illam pecuniaȝ quam creditoribus dederāt ſcirēt in ꝓximo futuram inutilem. Vtriqȝ ſunt rationes: ⁊ oculat⁹ vir debet circūſtātias varias in materia cōſiderare. ⁊ vt mihi nunc raptim ſcribenti occurrit: rex debebat totam pecuniā populi colligere/aliam monetam dando toti etiaȝ plebi ꝓportionabiliter imponendo ſummā dandā ne lederetur ipſe rex. Sed hic caſus ſolutioni argumēti ē īpertinēs.

¶ Tertio arguitur. Collegiorum primarij moderatores vendūt vinū aqua dilutiſſimū ſcholaſticis quos portioniſtas vocāt cum ex ꝯſuetudine magnis debeāt in prādio menſuram vſitatā quam dicunt copinā dare: ſed vna tertia aut medietas eſt aqua. ⁊ nō eſt dicendū ꝙ viri illi deū timētes peccēt: cū circa iuuenes ſint ita ſollciti vt ſepties vel octies in anno eis confeſſores ꝓcurent. ⁊ optimos regētes/vt in itellectu ⁊ affectu illuminent̃. Forte dicis. vnū tangit eorū tēporale cōmodū: aliud aūt non. Nihil enim datur cōfeſſoribus preter vnicū prandiū. nā ſi iuuenes minutiſſima dēt: nihil ad primariorum marſupia. Forte dicis. ⁊ ita dicendum cēſeo. ꝙ primarij reſpectu portioniſtarū ſunt tāq̄ prudentes patres ſcientes vinū purū iuuenibus multū nocere: tū quo ad ſtudium: tū ꝙ ſit ignē igni ſuperaddere. Propterea Socrates in ſuis legibus vino iuuenib⁹ interdixit. Nec ꝑmarij vendūt eis copinā vini: ſed portionem collegij talē qualem ꝓprijs liberis ſi haberēt darent. Cōtra. nō potes eos excuſare in miniſtrādo tali vino ſenioribus regētibus ⁊ viris ꝓuectis qui crebro coguntur potiſſimum in eſtate mittere in vrbē ꝓ vino habendo: Et eodē modo argumentari poſſum de cibarijs iuuenibus miniſtrandis: vbi interdū oua ⁊ cibi putridi apponūt̃ ipſis ⁊ ex malo tritico panis: ⁊ quia ex eiſdē ſumus ⁊ nutrimur: ex bono cibo bonus chimus ⁊ chillus generant̃: ⁊ ex conſequenti maior aptitudo ad litteras. Dicis: in ꝓcuratoribus cōfidunt. Cōtra: ad nutū ꝓcuratores eis parēt. Reſpōdeo licet in hac materia me m̃to circūſpectiores ſint primarij: aliqui tū paucis dicam. Aliqua requirunt̃ ad bene inſtituēdū collegiū ad eius manutenentiā. Secūdū eñ non eſt multo facili⁹ primo iuxta illud vulgatū. Nō minor eſt virtus q̄ querere parta tueri. Primum vt habeātur eruditi preceptores: in moribus graues: ⁊ in puniendo tenentes mediū iuſtitie punitiue: neqȝ nimis neqȝ minus. qui primarijs ſint obedientes. quod facile fiet. mō primarius ſit prudēs. Secundū: vt tā magiſtris q̄ ſcolaſticis bona miniſtret̃ portio: vt pote cib⁹ purus nō corruptus ſm ꝯſuetudinē bonorū collegiorū. vinum puerorū aqua diluat̃. non autē magiſtrorum: aquam eñ imponēt ꝓut rō poſtulat. certe ſi ꝑmarij hoc faciāt ſucceſſu tēporis nihil amittēt. ſȝ aliqui eorū ſunt eius moris ⁊ cōditionis vt plus ponderēt turonū ꝑſentē ſuaſu ꝓcuratorū q̄ ſcutū futurū: qđ eſſent conſequuturi dummō ꝓcidere rem agerent.

¶ Quarto arguitur. aliqui emunt vt poſtea vendant: ⁊ intendūt proprio lucro/bono communi neglecto. emūt enim magnam cōgeriē vini tritici/vel lignorū vt Pariſijs videm⁹: ⁊ faciūt eos qui economice emere debēt/hoc ꝓ ſua ſola familia /oīa habere cariora: qꝛ ipſi forum preoccupāt. ¶ Rūdet̃. ſi iſti emptores emūt vt ſeruent ꝓ vtilitate reipublice ⁊ vendāt tēpore quo erit taliū rerum penuria: qꝛ plebecula ī lignis vino tritico ⁊ piſcibus dū habent̃ vili ꝑcio nō facit prouiſionem: vel ꝓpter imprudentiam: vel ꝓpter pecunie īopiā: nam multi ſua arte in diē viuunt: tūc vendēdo carius q̄ emerūt non peccant: niſi ſciant vel ſcire teneant̃ cetera vendibilia propter ſuā ꝓuiſionē eē cariora. Nō nunq̄ tamē ſunt ita ſollicitī ī reb⁹ emēdis vt faciāt ꝑciū augeri ⁊ cogant alios emere a ſe tanq̄ a ſecunda manu ⁊ per conſequens carius: ⁊ ſic peccāt. Nec ſufficit eis intentio qua dicunt ſe reipublice inſeruire: quia non ſola intentio ſufficit ad bonitatem actus multo enim am-

pluꝰ reipu. hoc modo nocēt ꝙ̄ ꝓſūt. deberēt in primis pati economice emptores prius emere: vel ſecum emere: quando ipſi emūt etiam economice pro ſua familia/ non vt rurſus vendant. Declaro exemplariter. emuntur ligna in eſtate in Grauia vt vulgus appellat: a pribuſſa milias ꝓ hyeme futura: qn̄ ligna ſunt rara: ⁊ ꝑ ꝯſequens cara. tū ꝓpter inundātiā Sequane. tū ꝓpter eius cōgelationē. debēt iſti lignoꝝ mercatores ſinere curſum eſtatis ꝑterire in qua patresfamilias ſibi ꝓuidere ſolēt: ⁊ in illiꝰ tēporis fine emere quatenꝰ vēdāt. quēadmodū non licet in Halis aſſantibꝰ carnes vel paſtillarijs emere carnes ante determinatā horā minuta eñi plebs prudenter mauult caponē duobꝰ turonis minoris vēdere ꝙ̄ abeſſe domo ⁊ omittere operā duabꝰ vel tribꝰ horis. Sic lignorū vēditores a Burgūdia deſcendētes in eſtate laborāt vt aliqd ꝓ ſuis laboribꝰ lucrenṫ: licet minꝰ habeant ꝙ̄ in hyeme. ſed iſti nebulones ligna in Burgūdia emūt in nemoribꝰ: ⁊ tota eſtate faciūt omnia cara: ac ꝓ parua vtilitate quā reipu. afferūt grauiſſimā iacturā eidē inferūt. ſicut chirurgus q̄ digitū curat/ et grauē morbum principalibus mēbris corporis viri inducit. Non tamen velim dicere ꝙ non debeat eſſe vigilātia ꝓ paupibus ſicut ꝓ diuitibꝰ ꝓportionabiliter: ſed ab economice emētibꝰ paupes opē habēt: et nō ab iſtis vafris negociatoribus: q̄ plerūqꝫ faciunt ꝑciū lignoꝝ ita increſcere vt pauperes ligna emere nequeant: ſed ignis defectu in rigida hyeme aliq̄ pcāt: ⁊ plurīū vita notabiliter abbreuietur. Iſti reipu. fures grauiſſime peccāt: ⁊ teneṅ ad reſtitutionē reipu. et qꝛ neſciṫ in particulari qbꝰ reſtituere ſunt obnoxij: tenentur hoſpitalibus publicis ⁊ in primis domui dei ⁊ alijs locis pijs reſtituere. Qđ dico de lignis: idē in alijs intelligo. Ex iſto patet: ꝙ is q̄ nullo mō eſt in cā quare ligna ſunt cariora: ſed ea emit in eſtate quatenus ea in hyeme minute plebi vēdat: et reipu. inſeruiat: ꝓbe agit. ⁊ ſi lucrū intēdat: hoc eſt rōnabile. cū eñi curā habeat reipu. ⁊ ſollicitudinē: ⁊ non teneaṫ ꝓprijs ſtipendijs militare: rōnabiliter ſicut alij mercatores poteſt lucrū cape ſiue a diuitibꝰ ſiue ab inopibꝰ: qbꝰ nō teneṫ dare ſub ꝑcepto: ⁊ qꝛ minutatim vuedēdo habet multos labores: ſtat ꝙ a ſecunda vel tertia manu emens vt vēdat non peccat. patet exemplariter. a dominis boum ⁊ arietū lanij boues ⁊ arietes emūt: et rurſus a lanijs quedam mulicrcule carnes emunt: quatenꝰ carnes ⁊ oſſam ſcholaſticis dictis martinetis: ⁊ pauca habētibus vēdāt. ſic de fructibus contingere ſolet. ⁊ iſta nō ſunt reipu. inutilia: vt res habeatur in promptu ſcholaſticis et emptoribus. tedioſum enim foret ꝓ iſtis rebꝰ minutis emendis magnā loci itercapedinē ꝑtrāſire. Et ſimiliter inſtitores q̄ minutas res circūforaneas in promptu vēdēdas afferūt: in bono ſtatu ſm̄ ſuam paruā conditionem viuunt. Pro iſtis enim minutis in repu. nulla iactura: ſed potiꝰ vtilitas accreſcit. Sic ⁊ iſti q̄ emūt in groſſo ⁊ in groſſo vendunt ⁊ non aliter: poſſunt excuſari adiecta illa cōditione quā recitauimꝰ de emēdis lignis: ne ſint cauſa incrementi precij emibilium in plebe.

¶ Quinto arguitur. Sortes dat Platoni librū vendendū decē: quem Plato. xij. vendit Ciceroni. iſto caſu ſuppoſito Plato Sortē in duobꝰ decipit: ⁊ tñ non teneṫ eos ipſi reſtituere: qꝛ aſſignauit ei ꝑciū. x. ex hypotheſi. ¶ Rn̄deṫ. ſi Plato capit illa duo vltra iuſtū ꝑciū teneṫ illa duo reſtituere illi cui librū vendidit. ſi vero ex induſtria duo habuit/ adhuc manēdo in latitudine iuſti ꝑcij: diſtinguēdū eſt: vel imediatus venditor eſt famulus principalis vendētis: ⁊ tūc tenetur illa duo ſuo magiſtro dare: qꝛ illū tenet tāꝙ̄ induſtriū ⁊ ſibi fidelem: et qui ſufficientem ſibi dat mercedem: nō talem daturus ſi de eius induſtria non conſideret. vel vendēs nō eſt famulus: ⁊ tunc poteſt duo tenere pro ſe. ſed ſi principalis venditor non aſſignaſſet determinatū ꝑciū: immediatus venditor teneretur totum precium dare domino libri qui ſibi pro laboribus ſatiſfaciet. Et ſic in emptione quando Sortes mittit Platonē ad emēdū: niſi vēditor det ementi ſecundario aliquid gratis: et hoc illi conſtet: nō tenetur illud refundere principali emptori. Dixi (conſtet) quia nō ſufficit ꝙ vēditor dicat/ amore tui duo vel tria remitto: eſto hoc iureiurādo affirmet. hoc enim omnibus emptoribus dicere ſolet venditor: et his quos emendo circumuenit. Ex his patet ſolutio ad queſtionem vnius famuli ex Hiſpania ad Flandriam miſſi et illic commorantis vt fideliter res domini curet: qui vnā partem pecunie domini ſui applicat ad aliquas merces pro ſeipſo.

DVbitatur: an eccleſiaſtici poſſint negociari. Reſpondetur ꝙ non. loquēdo de negociatiōe lucratiua ꝓpter dicta qđ patet ex queſtione ꝑcedēte: ⁊ ſignanter ex ſolutione octaui argumēti. Qui autem negociātur debent excōmunicari. ne clerici vel monachi. c. Secundū inſtituta ꝑdeceſſoꝝ noſtrorū ſub interminatione anathematis ꝓhibemꝰ ne monachi vel clerici cauſa lucri negocientur. Sed ꝯtra hoc arguiṫ auctoritate Hierony. ad Ruſticū monachū: ⁊ habeṫ de ꝯſe. diſt. v. c. Nūꝙ̄. dicentis. Si apoſtoli habētes poteſtatē de euāgelio viuere laborabāt manibꝰ ſuis ne quēꝙ̄ grauarēt: et alijs tribuebāt refrigeria quoꝝ ꝓ ſpūalibus debebāt metere carnalia: cur tu in vſus tuos neceſſaria nō ꝑpares: vel fiſcellam texere iūco: vel caniſtrum lētis plecte viminibus. ⁊ paulopoſt. Apū fabrica aluearia ad quas te mittūt ꝓuerbia Salomonis. Monaſterioꝝ ordinem ac regiā diſciplinā in paruis diſce corporibꝰ ⁊c̄. Rn̄deṫ. iſte labor non eſt lucratiuus: q̄ eis ꝓhibeṫ qñ totus valor in forma ꝯſiſtit et modicus in materia: vt in cratibꝰ et his de qbꝰ exēplificat elegāter Hierony. Iſta aūt ꝓhibitio eſt poſitiua et humana clericis: ⁊ nō poteſt dari vna regula oſtēdēs q̄ negociatio ſit clericis iterdicta. Licet enim eis materie applicare formā artificialē vt vendāt: vt tabulas pingere: libros ſcribere: ⁊ cetera q̄ eodem loco explicat Hieronymus ſubdens. Texantur et lina capiendis piſcibus. Scribanṫ ⁊ libri vt et manus opeṫ cibos et anima ſaturet lectiōe. In deſiderijs aūt eſt oīs ocioſus. Aegyptiorū monaſteria hūc morē tenēt: vt nullū abſqꝫ ope ⁊ labore ſuſcipiāt: nō tā ꝓpter victus neceſſaria ꝙ̄ ꝓpter anime ſalutē ne vagentur ꝑnicioſis cogitationibꝰ ⁊c̄. Dicit illic agriculturam eſſe eis licitam: ⁊ ꝙ inſerant arbores. nā Actuū. xviij. de doctore gentiū q̄ epiſcopus erat: ſcribiṫ ꝙ exercuit artificiū artis ſcenofactorie: hoc eſt fuit funiū ⁊ tētorioꝝ factor. Dicit eñi beatus Lucas in litera: imo deus ꝑ os Luce: ꝙ Paulus acceſſit ad Aquilā ⁊ Priſcillam: et manebat apud eos quia eiuſdem artis erat et operabatur. Et ipſemet dicit. ij. ad Theſſal. iij. Neqꝫ gratis panem manducauimus ab aliquo: ſed in labore et fatigatione nocte ac die operantes: ne quem veſtrum grauaremus. Sed hic non eſt emptio vt vendatur. Preterea ſi quis pullum in iuuentute emat vt quādo adoleuerit vendat: non eſt peccatum. ſemper ſupponimus ꝙ nō negligat diuinum officium ad quod aſtringitur. ¶ Ecce illa que conſideranda ſunt pro iuſti precij latitudine metienda: et ꝙ̄ deteſtabiles ſunt iſti nebulones politiam publicam defraudantes: multa penes ſe colligentes: facientes merces eſſe caras: ⁊ cogentes reliquos emere. Ex diuerſo probe faciunt ſolū ementes cū alijs pro ſuſtentatione ſui: ⁊ ſuorum: ⁊ cum prouiſionem economicam ab alijs factam intelligunt/ emunt: vt pro vtilitate reip. cōſeruent/ ⁊ potiſſimum negligētibus ⁊ inopibus q̄ neſciūt vel nō pñt ſibi an tp̄s penurie ꝓuidere ⁊ equū eſt vt cōpetens habeāt ꝓ laboribus ⁊ ſollicitudine lucrū. Iterū declaro exēplo. in allecibꝰ ī auguſto potiſſimum apud ſeptētrionales vbertatē habes: aliqui ei alleca ſale cōdiūt: ⁊ ad hyemē in quadrageſimā vſqꝫ ſeruant in dolijs ſuis: ⁊ exteris ꝓuidēt. Et lꝫ ita ſit vt arbitror frequēter tñ hanc operam ⁊ ſollicitudinem nō referunt actualiter vltra ſuū lucrū ⁊ ſui ſuſtentationē: ⁊ adhuc bene agūt: qꝛ actus ille aliunde eſt in bonū finē referibilis: ⁊ virtualiter referūt: ſed multo melius agerent ī vtilitatē publicā actualiter referētes. quod vt faciāt a cōcionatore edoceri debēt. Ulterius diximus ꝙ ſacerdotes poſſūt operari ⁊ vendere laborū ſuorum fructus ſicut ꝑbelle ⁊ ingenioſiſſime ad Ruſticū monachū ſcribit Hiero. de plantādis: ⁊ inſerendis arboribus vt tandē laboris ſui dulcia poma carpāt ⁊ māducēt. ⁊ qđ maxime notandū eſt apoſtolus arte reſtiaria laborare non erubuit. ⁊ hoc voluit per os Luce deus ceteris aperire. Nō valet dicere ꝙ nō habuit aliūde prouiſionē ſicut noſtri epiſcopi. fateor quidē/ ſed aliunde poterat habere. nā pauca ei ſufficiebant. Si vero fuiſſet idecorū epiſcopo laborare/ nūꝙ̄ ita operatus fuiſſet. Ex iſto patet cuꝫ ratione adiūcta/ ꝙ̄ ꝓ frumento ſuo colligendo: ⁊ ire ad opera ruralia. vt habetur expꝛ̄ſſe de celebra. miſſa. ca. j. Ulterius patet ꝙ artificiolo pōt victum querere. xcj. diſtinctione. c. Clericus ex cōſilio Carthaginēſi. vbi diciṫ Clericus quilibet verbo eruditus artificiolo victū querat. In ꝯclaui aūt lignipedia/ pilea emat aſſeres/ faciat arcas ⁊ lecticas ꝓmptuaria/ ſcamna ⁊ cetera id genus: ⁊ inſtrumenta ꝓ aratro. Qꝛ autē liceat ei pro ſe ⁊ ſua familia emere/ dubitat nemo. Unde dicit Apoſtolus prie ad Thimoth. iij. Oportet epiſcopum eſſe ſue domui bñ prepoſitū. Ex his ptꝫ ꝙ̄ delire in multis ſentiat vulgus ſacerdotes officia ⁊ labores a patribus admiſſos faciētes irridens: nō autē frequentantes tabernas.

¶ Diſtinctionis Decimequinte Queſtio xlij.

TErtio circa materiā negociationis proprie dicte queritur. an redditūꝫ emptio ſit licita. Reſpōdetur per cōcluſiones ſequentes. quarū Prima eſt. Illicitum eſt emere agros. ¶ Secunda cōcluſio. licitum eſt emere agrorum redditus fructuarios. ¶ Tertia concluſio. licite poſſunt emi redditus pecuniarij.

¶ Prima concluſio non eget probatione. Ita enim fit ⁊ practicatur apud omnes: ⁊ nemo ſapiens vnꝙ̄ hoc reuocauit in dubium. ¶ Probatio ſecunde cōcluſionis. licet emere fructus ex agris colligēdos: ergo licet emere redditus fructuarios tenet cōſequentia. quia redditꝰ fructuarij non ſunt niſi fructus colligendi. Secundo ꝓbatur idem. redditus fructuarius poteſt eſſe obiectum debitum emptionis: qꝛ eſt res temporalis in ſe ꝓphana ⁊ ꝑcio eſtimabilis. ſuppono ꝙ nō ſit ſpiritualibus annexus. ergo ſequitur ꝙ eſt emibilis. Si cōſequentiam negaueris/ das mihi occaſionem negādi ꝙ veſtis vel equꝰ ſit emibilis. ¶ Tertia cōcluſio probatur. aliquis vendit licite agros ſibi ſeruando penſionem annuam: puta de recipiendis centum francis quotannis: ⁊ aliquis poteſt illam penſionem emere: ergo redditus pecuniarius eſt vendibilis: ergo quis licite pōt ipſum emere. Secundo probatur idem. ſi non liceat emere redditū pecuniarium: hoc erit ꝓpter rationes aduerſariorum ⁊ potiſſimum Henrici Gandēſis. Sed ille rationes nullius ſūt momenti vt poſtea dicetur. Iſtud patebit amplius ex dicendis in materia reddituum. Tertio probo ſic. ſi tibi donaui reditum pecuniarium: illum vēdere potes: ⁊ aliquis poteſt illum abs te emere/ vt Henricus cōcedit: ergo eadem ratione anteꝙ̄ eum tibi donauerā potuiſſem tibi vel alteri vendere. Conſequentia patet: quia non videtur ratio diuerſitatis inter me habere illum redditūꝫ anteꝙ̄ eum tibi donaui: ⁊ te habere quando tibi donaui niſi ꝙ poſt donationē tu habes eū formaliter ⁊ expreſſe ⁊ ego eum habebā virtualiter ⁊ cauſaliter/ more legiſtarum loquendo. Ille autem modus habendi non poteſt hāc differentiā facere vt tibi liceat illū vēdere ⁊ mihi nō liceat. Sed quia determinatio ſummorum pontificum de redditus pecuniarij emptione eſt expreſſa/ non oportet pluralitati rationum inniti contra Henricum. ꝙ̄ꝙ̄ ſapientes theologi ⁊ canoniſte ante pontificum determinationem agminatim et rationabiliter tenuerunt contra Henricum.

¶ Contra tertiam cōcluſionem argumentor ſic. bene ſequitur. quis pōt licite emere redditꝰ pecuniarios per tertiam cōcluſionem: ſed redditus pecuniarij ſunt pecunia: ergo quis licite pōt emere pecuniam. cōſequens eſt cōtra dicta in prima queſtione de vſura. ꝓbatur minor. ſi non ſit pecunia quero qbꝫ te que res ſit redditus pecuniarius: vel que res erit vel fuit. more nominaliū loquendo ꝓ quo ſupponit terminus ipſe. Hic cōmuniter reſpondeṫ ꝙ nō emitur pecunia/ ſed ius recipiendi pecuniam ſed a nominali queriṫ que res ſit illud ius. nō poteſt dicere ꝙ eſt reſpectus rationis fundatus in emptore: ⁊ terminatus in pecunia vel cōtra. Etiā reales inſectando talis reſpectus nihil eſt/ nec ſubſtātia nec accidens. ſed ꝓnūc non ꝯducit tales poſitiones īpugnare. Nominalis autē ſic loquēs ſeipm̄ nō intelligit. ſubriſi fateor dn̄ Henricū de Hoyta in ſuo tractatu de cōtractibus ad hoc argumentū cōe ita reſpōdentē legi. Cōcedo ergo ꝙ emiṫ ius recipiendi: ⁊ cōceditur etiam ꝙ emitur pecunia: licet nulla eſſet in rerū natura. Emo eñ importat actū animi interiorē: ⁊ ampliat ad multas differētias tēporū: vt ex logica noſti: cui in hac materia īmorari indecorum eſt. ¶ Sed ꝯtra hoc quadrupliciter inſtat. Conrādus. primo. ille redditꝰ eſt ius ꝑcipiēdi pecuniam: nō illud ius nō eſt pecunia: cū illud ius ſit quiddā incorporale ⁊ inherens ipſi ementi completa emptione. Pecunia autē eſt res corporalis: ⁊ nō inheret ementi cōpleta emptione. Totum argumentum in hoc conſiſtit ꝙ illud ius eſt quiddam incorporale: quia domini legiſte ita loquunṫ. ſed hoc nō poteſt iuuare arguentem. nā reſpectus rationis nihil eſt: ⁊ tamen ſm̄ legiſtas illō ius eſt aliquid. nos iam metaphyſice loquimur: ⁊ niſi faceret ad ſolutionē argumēti: repēte decederē. Dico ꝙ illud ius cōcludit in ſuo ꝯnotato aliquid ſpirituale quod tamen eſt emibile: qꝛ ſpirituale prophanū/ ⁊ nō ſpirituale ſicut capitur in definitione ſimonie. Poſtꝙ̄ ei ex actibus volūtatis eſt cōſentio ſufficienter facta de tranſlatione dn̄ij per emptionē/ donationem/ vel alium titulūꝫ hoc fit mediante actu voluntatis qui eſt quiddam ſpirituale. ⁊ ſiue ſoluatur redditus: ſiue nō: habeo ius percipiendorum reddituum. ¶ Secūdo arguitur: quia ſtat ꝙ cōpleta emptione non ſit pecunia aliqua apud vēditorē in rerū natura: ⁊ tamen tūc ius ꝑcipiendi eā ē in rerū natura: qꝛ cōpleta emptione ipſe emptor habet ius illam exigendi: ergo ſeparanṫ in exiſtentia. igiṫ nō ſūt idē realiter. Dico ꝙ me habere ius ꝑcipiēdi pecuniaꝫ nihil aliud eſt ꝙ̄ me iuridice poſſe pecuniam petere. et ſicut

emo pecuniã que nõ eſt in reꝝ natura:ſic iuſte peto pecuniã ꝙ nõ eſt in reꝝ natura. ⁊ ſic apud vulgares dicoꝛ habere ius recipiẽdi pecuniã: eodẽ mõ quo reales aduerſarij dicerẽt fundamẽto vel termĩo. Iſtud opoꝛtet nominalẽ dicere:vel ꝙ ſit ipſe emẽs/actus volũtatis/vel pecunia empta:qḋ eſt rõnabiliꝰ. ¶ Tertio ſic. redditꝰ cõputat̃ iter bona immobilia. vt pꝫ in cle. Exiui de paradiſo. de ꝟboꝝ ſigni. Pecunia aũt iter mobilia computat̃. Jam reſpondimus ad pꝛimum: que reſponſio ſufficit. ¶ Quarto arguit̃. ſi emo ſeruitutẽ vehẽdi vel poꝛtãdi res meas vel trãſeũdi ꝑ agrũ tuũ:nõ emo ipſam vecturã vel trãſitũ: qꝛ illũ actum habeo virtualiter in me anteꝙ̃ emã:nec emo agrũ tuum:ſed ius vehẽdi et trãſeũdi:cui rñdet obligatio in ipſo agro tuo ⁊ etiã in pſona tua:qꝛ tu es mihi obligatus vt patiaris me tranſire ꝑ agrũ tuum. Rñdet̃. reducere modũ loquẽdi. vulgarẽ ad metaphyſicã in re:non eſt vſquequaꝗ facile. vt pꝫ in ſimili. Quis eñ hãc ꝓpoſitionẽ ⁊ ſimiles ſine diſputatiõe ꝑuia cõcederet vnꝗ̃ ſoꝛtẽ currere eſt ſoꝛtẽ eſſe bꝛitãnũ vel album: ſed in ꝓpoſito dico ꝙ ius trãſeũdi ꝑ agrũ tuũ ſupponit ꝓ agro tuo: cõnotãdo ꝙ tu teneris me pati ire ꝑ agrum tuũ:nec ſequit̃/emo ius trãſeundi ꝑ agrum tuum:⁊ ius trãſeũdi ꝑ agrũ tuũ eſt ager tuus:ergo emo agrũ tuum. nõ ſtes in hoc ꝙ ager eſt quale qͥd:qꝛ et ſi eſſet hoc aliqͥd: in idẽ rediret. queãdmodũ nõ ſequit̃. ſoꝛtes emit hãc locationẽ paſſiuã huiꝰ domꝰ:⁊ hec locatio paſſiua eſt hec domꝰ:ergo ſoꝛtes emit hãc domũ vel hanc domũ ſoꝛtes emit. vel emo hũc vſum equi tui: vel hãc locationẽ equi tui vel hanc equitationem equi tui: et hec equitatio eſt equus tuus:ergo equũ tuũ emo. loquoꝛ de equitatione paſſiua. nec ſequit̃:facio ſoꝛtẽ eſſe hũc doctũ ſcholaſticũ:⁊ hic doctus ſcholaſticus eſt ſoꝛtes:ergo facio ſoꝛtẽ. ⁊ ſicut dicimꝰ non ſeq̃:cognoſco hominẽ: ergo cognoſco riſibile: ſic eſſet de emptiõe cũ terminis ꝯuertibilibꝰ faltẽ a parte poſterioꝛe. ¶ Rñdeo ergo ad foꝛmã argumẽti ꝯcedẽdo ꝙ licet emere redditꝰ pecuniarios: ⁊ redditꝰ pecuniariꝰ ſit pecunia: tñ nõ ſequit̃ ꝓpt erea ꝙ emã pecuniã. nõ eñ emo pecuniã abſolute: ſed pecuniã taliter denomĩatã:puta ꝙ iuſte accipio ius colligendi quotannis. xx. aureos dãdo ꝗdringẽtos ⁊ ſic emo. xx. aureos taliter denomĩatos vel ꝗlificatos. Secundo ꝓ argumẽti ſolutiõe dico ꝙ pecunia cõmuniter nõ eſt terminus contractus ſed mediũ: vt videre eſt vbilibet in foꝛo. Poteſt tñ in emptiõe reddituũ pecuniarioꝝ (ꝗ ſunt rari cõparatiue) eſſe terminus: ergo licet pecuniã emere. vbi vero alter arguẽdo dicit rei veritatẽ eſſe ꝙ res artificialis a naturali diſtĩguat̃: bñ video ꝙ vicũ ſtraminis nõ viſitauit: nec ſupputauit cũ hoſpite nomĩali. ſed in extrinſecis tẽpoꝛibus ꝑterito ⁊ futuro iſte ſunt ꝯcedẽde. pecuniã ſoꝛtes emit. patet. hoc aurum ſoꝛtes emit: hoc aurũ eſt vel fuit pecunia (redigat̃ in maſſam vel in non pecuniã hoc qḋ ante fuit pecunia) ergo ſoꝛtes pecuniã emit. Similiter/hic aureus fuit in Tago vel creuit in mõte. ⁊ cũ pecunia ⁊ non pecunia ſint eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue: ⁊ vnũ licite emo: nullo iure vetitũ eſt quin aliud licite emere poſſim: iure eñ nature et diuino non eſt vetitũ: ſed ꝑmiſſum taꝗ̃ licitũ: etiã iure humano vt ĩferiꝰ dicet̃. Caſus aũt Ariſto. ꝑmi Politicoꝝ. vj. adductꝰ nõ eſt cõtra hoc ꝓpoſitum: qꝛ habet ꝓ incõueniẽte ꝙ pecunia in mutuo pecuniã pariat. non dubiũ eſt quin in Grecia viderit multos redditꝰ pecuniarios: ⁊ cenſuerit coꝝ collectoꝛes iuſte colligere: ſed qꝛ illic pecunia nõ dabat̃ ſubito in toto ſoluẽda: ſed ꝓ iure pecunie colligẽde ſucceſſu tẽpoꝛis: et nõ vidit ſubito ſolutionem. non vocauit hanc acquiſitionem pecuniariã et oboliſticã. Sed quia probauimus redditus pecuniarij emptionem pecuniã: opoꝛtet dicere ꝙ pecunia alicuiꝰ emptionis vel alterius contractus (non refert) ſit terminus immediatus. Sed dicis. tunc duplex habet officiũ pecunia: quia eſt adinuenta vt ſit precium in cõmutationibus: ergo non eſt nata eſſe merx vel res cõmutanda immediate. conſequentia eſt nulla. multiplex enim officium habet pecunia: licet vnum habeat pꝛincipale ⁊ pꝛecipuum. ſ. vt ſit mediũ in cõmutationibus. nã valet ad põpã aurũ etiã moneta ꝑcuſſum: ⁊ ad curãdum a lepꝛa: ſicut cõtra frigoꝛa ⁊ caloꝛes valẽt de ꝑ ſe longa veſtis: ⁊ de ꝑ accidens ad occultãdas graciles et defoꝛmes tibias. ¶ Ulterius dico ꝙ quis poteſt emere pecuniam etiam de virtute ſermonis vt cõnotatio termini emere in cõnotatum termini pecunia cadat. et dato ꝙ res artificialis a re naturali diſtinguatur: qḋ poteſt ab addicto ſecte defendi pꝛout domini reales tenẽt: adhuc illa foꝛma artificialis poteſt emi: quia eſt ꝗd eſtimabile ꝑcio ⁊ ꝓphanũ. hoc eſt non eſt vetitum emi ſicut obiectũ ſimonie ſpirituale vel ſpirituali annexum. nã fabꝛi aurarij ⁊ campſoꝛes emunt auruꝫ ⁊ pecuniã aliaꝝ regionum incognitam: quia nõ videtur quo alio cõtractu pecunie incognite dñium acquirãt. ⁊ in commutatione albe pecunie ꝓ auro eſt emptio pecunie. ¶ Sed dicis. eſt cãbiũ: ⁊ illic non eſt merx: qꝛ merx ꝓpꝛie eſt res vtilis: vt res vtilis diſtinguit̃ a pecunia: qꝛ niſi ſic: non videret̃ ratio quare in tali contractu magis vnus diceret̃ emere ꝙ̃ alius vẽdere. qui enim tradit florenum ꝓ minuta moneta: nõ plus videt̃ vendere florenũ ꝓ moneta ꝙ̃ emere monetã ꝓ floꝛeno. Secũdo hoc pꝛobãt a ſimili ſic. cõmutatio duaꝝ reꝝ vtilium diſtinctarũ a pecunia nõ poteſt eſſe emptio: ſed eſt ꝑmutatio que ponit̃ inter contractus innominatos: ⁊ tñ qua ratione vbi vtrũꝗ commutabile eſt pecunia/poſſet dici eſſe emptio eadẽ ratione poſſet dici ibi eſſe emptio vbi vtrũꝗ extremũ eſt res vtilis. tenet conſequentia. quia eque neceſſario requirit̃ ad cõtractũ emptiõis merx ac ꝑciũ cõſiſtẽs in numiſmate ⁊ cõtra. ideo ſicut coincidente merce cum ꝑcio vel pecunia puta qꝛ vtrũꝗ eſt pecunia: qs contẽderet ſaluare ꝙ ibi adhuc eſſet emptio: ſic etiam ſi coincideret pꝛecium eum merce ſic vt vtrꝗ res vtilis ſit merx maxime eiuſdẽ ſpeciei/vt aſinus ꝓ aſino: ſuſtineret̃ ibi eſſe emptio. que oĩa ſunt etiã ꝯtra vſum loquẽdi iuris ciuilis: vt patet in. l. j. ff. de ꝯtrahen. emp. ⁊ vendi. Sed iſte ratiões nõ ꝯcludũt: immo nominali eſt neceſſarium eas ſoluere. ¶ Sed ꝓ eis adhuc addã apparentioꝛẽ auctoritatem iuris Ceſarei. Juſtinianꝰ enim Inſti. de emp. et vendi. §. Itẽ ꝑciũ. ⁊. §. Diuerſe ſchole. dicit ꝙ Sabinꝰ ⁊ Caſſius moti aliqͥbꝰ rõnibꝰ ⁊ verſibus Homericis dixerũt reꝝ ꝑmutationẽ eſſe emptionem ⁊ venditionẽ. Sed ⁊ Pꝛoculus ſtipatus aliqͥbꝰ ꝟſibꝰ eiuſdẽ Homeri. ſententiam aũt Pꝛoculi imperatoꝛ cõfirmauit. ¶ Reſpondetur. in pꝛimis pꝛo indubitato tenemus contractum licitum: ⁊ ſi eſſet mutuum: eſſet vſura ab oĩbꝰ cõtractum approbantibus ⁊ vocat̃ emptio iuris recipiendi quotãnis pecuniam. Sed quia illud ius pecuniam dicimus. Ad pꝛimum argumentum vbi dicitur. illic nõ eſt merx. hoc nego. dico ꝙ pecunia quã ego emo ꝑ quotas annuas et menſtruas colligendum: eſt merx. nec ſemper opoꝛtet mercem a pecunia diſtingui. et hoc capiendo mercem pꝛo oĩ illo qḋ emitur. Interdum enim apud dominos legiſtas ſolum res mobilis vendibilis dicitur merx. ff. de verbo. ſigni. l. Mercis appellatio. et quicquid ſit de cambio non refert. ſufficit nobis in pꝛopoſito noſtro ꝙ ſꝫm aduerſarios ius recipiendi pecuniam ſit merx: et pecunia in pꝛomptu data ſit pꝛecium. et nos dicimus id ius eſſe pecuniam exiſtentem vel futuram. hoc eſt moꝛe legiſtarum pecuniam in ſpe. Et in cambio potes dicere ꝙ vtrũꝗ extremũ eſt merx ⁊ pꝛeciũ: ⁊ ꝙ dans albam pecuniã emit aurũ: ⁊ ſic eſt emptoꝛ auri: alter auri venditoꝛ: ⁊ albe pecunie emptoꝛ. ¶ Ad ſecundũ dicitur ꝙ cõmutatio duaruꝫ rerũ vtiliũ põt vocari emptio: ⁊ vterꝗ eſt emptoꝛ ⁊ venditoꝛ reſpectu diuerſoꝛuꝫ. vt agricola dans triticũ ꝓ vino emit vinũ: ⁊ vendit triticũ pꝛo vino emit vinũ: ⁊ vendit triticũ. merx eius empta eſt vinũ: et pꝛecium datum eſt triticũ. ecõuerſo reſpectu alterius. Et ꝙ iſtud ſit dicendũ cõfoꝛmiter ad ꝓpoſitũ noſtrum: declaro. da ſoꝛti in pꝛõptu quadrigẽtos aſinos ea ſtipulatione vt mihi quotãnis det. xx. aſinos redimibiliter: vel irredimibiliter: nõ refert/tũ quero ab aduerſario: an iſte cõtractus ſit mutuũ. ⁊ mox dicet ꝙ nõ: ſed dicet ꝙ ẽ emptio iuris recipiendi quotãnis. xx. aſinos: qḋ ius ego dico aſinos recipiendos. ⁊ ſic alicuius rei nõ vſu cõſumptibilis pꝛo ſimilibus rebꝰ tradita eſt emptio ⁊ venditio ⁊ quadrigẽti aſini in pꝛõptu dati pꝛeciũ ſunt: reliqui vero aſini ꝑtialiter recipiendi ſunt vel erunt merx. ¶ Ad tertiũ argumẽtũ dico ꝙ ipſum eſt ꝓ dictis. Cũ eñ imperatoꝛ dicat: ꝙ diuerſe ſchole doctoꝛes cõtra ſentiebãt: ⁊ ita diſceptabãt an ꝑmutatio eſſet emptio: ergo iter prudentiſſimos legiſtas cõtrarie erant opiniones. ⁊ lꝫ imperatoꝛ alterã opinionẽ appꝛobauerit: nobis non eſt neceſſariũ illã recipere. Secũdo dico ⁊ melius: quia facile nõ ſunt cõtemnẽde leges ꝙ imperatoꝛ loquitur cõmuniter extra materiã reddituũ. Iſtud dicere opoꝛtet: vel ꝙ eſt cõtractus innominatus cõtra oẽs. Sed difficultas ẽ de termino ⁊ dico ꝙ ſtat dare duos ꝯtractus quorum vnꝰ ſit emptio ⁊ vẽditio: ⁊ alter cambiũ vel ꝑmutatio/que ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime ẽtitatiue. Hoc ſic declaro. capio duo fruſtra auri eiuſdẽ generis moꝛe legiſtarũ loquẽdo: hoc eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime moꝛe philoſophi: ⁊ duo fruſta argenti etiã eiuſdem generis. in vno fruſto argẽti fabꝛicetur moneta: det ſoꝛtes multas partes illius albe monete pꝛo vno ſcuto auri dicẽdo: do tibi hec ꝓ illo. illic eſt ꝑmutatio ⁊ cambium. dicat Petrus Paulo. do tibi hec pꝛo illo. ꝑ pꝛonomẽ hec demõſtrando ꝑtes fruſti argẽtei nõ ꝑcuſſi moneta: ⁊ per ꝓnomẽ illo demõſtrando fruſtũ auri nõ ꝑcuſſum moneta: illi actus interioꝛes habẽt ſimilia extrema ⁊ obiecta: ⁊ cetera ad idẽtitatẽ ſpecificã requiſita: ergo ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue. ⁊ vnꝰ contractus eſt emptio ⁊ vẽditio foꝛmalis ⁊ abſtractiue: ⁊ alter permutatio. emptio actiua ẽ emptoꝛ: emptio paſſiua merx empta. vnus actus volũtatis emptio: alter vẽditio. Non eñ ponimus relationem diſtĩgui a fundamẽto ⁊ termino. Ulterius dico: quãdo cõmuniter datur res vtilis ꝓ vtili eſt permutatio. ⁊ quãdo datur pecunia ꝓ pecunia: eſt cambium. ſecus eſt in hoc ſpeciali cõtractu de emptiõe redditus: vt ſuperius ad Ariſto. reſpõdimus. Speciale enim interdũ habet aliquid annexum ab his que communiter cõtingunt. ſicut in aliquo cõtractu emptionis requiritur ſcriptũ: ⁊ cõtractus nõ eſt completus quouſꝗ omnia reducãtur in mundũ: tñ hoc nõ requirit̃ in cõtractu emptionis ⁊ venditionis communi.

## ¶ Secundo arguitur contra concluſionem

ſuppoſito ꝙ tradidi centũ aureos platoni ꝓ quinꝗ aureis quotãnis colligẽdis. Joannes a Platone emit quinꝗ aureos. ⁊ iſti aurei ſunt oẽs aurei: ergo Joannes emit iſtos. v. aureos vel illos quinꝗ aureos: ⁊ ſic de ſingulis. cõſequens eſt falſum. nã quibuſcũꝗ quinꝗ aureis demonſtratis: Plato non eſt deuinctus illos dare. Ad hoc argumentum in appellationibus in ſimili reſpõdimus de hac debeo tibi equum/⁊ logicam in hac graui materia inſerere pudet. nec vllo pacto iſta que artes ſapiunt cum legibus ⁊ theologia inſeruiſſemus: niſi ꝓ materie diſcutione fuiſſet neceſſarium.

## ¶ Tertio arguitur. iſte contractus eſt

vſurarius: quod ꝓbatur: quia tradidi Platoni centum aureos quod dabit mihi vel meis heredibus integros ĩ fine. xx. annoꝛuꝫ vt ſuppono. tũc ergo capio lucrũ vltra ſoꝛtem: quia centum aureos iſtis. xx. annis recipio: ⁊ in fine totam ſoꝛtẽ. ¶ Reſpõdetur negando ꝙ ſit vſura: qꝛ nõ eſt mutuum: nec poſſum eũ cogere ad reſtituendam ſoꝛtem: quod eſt contra rationẽ mutui: vt dictum eſt in materia de vſura. Sed contra. erit ſolũ palliatio vſure: ⁊ occaſio oppꝛimendi inopes: vt ſi quis inopia pꝛeſſꝰ petat a me mutuo centum: dicã non dabo tibi mutuo: ſed emam annuum reddituũ quinꝗ aureoꝛũ pꝛo centum aureis quos tibi tradam nunc in pꝛõptu. Ad replicationẽ reſpondetur negãdo ꝙ ſit vſure palliatio vel occaſio inopis oppꝛimendi: vt facile eſt videre per emptionem rerum iſtius tam mobilium ꝙ̃ immobilium. Dicam enim non dabo tibi mutuo centum aureos: ſed emam abs te talem fundum valẽtem. v. quotãnis: vel emam abs te boues ⁊ oues valẽtes centum in pꝛomptu: alioquin nõ daturus pecuniam. Et hoc ſuppoſito ꝙ non ſis hac inopia pꝛeſſus vt ſim obnoxius tibi dare mutuo de pꝛecepto. nonne vides emptionem tam mobilium ꝙ̃ immobilium quam tu cum omnibus concedis licitam: quã eodem modo erit vſure velamen/⁊ occaſio oppꝛimẽdi miſeros: qḋ non cõcedis: ergo nec iſtud te mouere debet.

## ¶ Quarto arguitur. non igredioꝛ latitudinem

iuſti ꝑcij dãdo centũ pꝛo iure quotãnis ꝑcipiẽdi quinꝗ. nã colligo. xx. annoꝛum curriculo centũ/⁊ vltra capitale meum. ¶ Quinto. teneo me in tuto. quia foꝛtaſſis centũ aureos quos ei tradidi: negociationi exponit: in qua partẽ vel totũ amittit. quo nõ obſtãte opoꝛtet det mihi quotãnis quinꝗ de ſuo. ¶ Ad quartũ nego aſſumptum: quia centum tantũ valent in pꝛomptu prudentũ viroꝛũ iudicio: quantũ habere ius colligẽdi quotannis. v. Et ꝙ ita ſit oſtẽdo. in qualibet regione pꝛo. xx. plerumꝗ recipit̃ vnũ: immo in emẽdis agris/vel redditibus perpetuis Pariſijs ꝓ duodecim habebis vnũ. et cum nõ pꝛeſſi ĩopia hoc mõ contrahẽdi vtant̃: latitudinem iuſti pꝛecij ingredioꝛ. ⁊ ſic in hoc non pecco. ¶ Ad quintũ dico ꝙ nõ teneo me plus in tuto ꝙ̃ eum: qꝛ eius iudicio pꝛudentũ iudicabatur equiualere ꝑti mee. hoc eſt pꝛecium ei datũ iudicabatur tantũ valere quãtum mea merx de. v. quotãnis recipiendis. hoc eſt ſuã partẽ pꝛudentes eque bonã ac meam iudicarẽt: licet ꝑs mea ſit in maioꝛi ſecuritate collata ſi in fũdis vel in omnibꝰ bonis eius collocetur. nec hoc inficit emptionẽ redditꝰ. nã in emptione emens agros licet nõ capiat plus ꝙ̃ vendens ſꝫm vſualem curſum emptionis et venditionis: tamen ſoꝛs eius quãdo res immobilis emitur eſt ſecurioꝛ ꝙ̃ vendentis. ſed hoc in emptione nullo modo ꝓbat cõtractum eſſe illicituꝫ: ergo nec hic: ⁊ cõcedo ꝙ ſucceſſu tempoꝛis vltra meam ſoꝛtem in redditum in emptione colligo: ſed accipio de meo: et non de bonis illius a quo habeo ius colligendi quotannis quinꝗ aureos. Non tamen opinaberis ꝙ emens redditum huius agri: ipſius agri pꝛopꝛietatem emit. ſed quendam partialẽ vſumfructũ talis agri: ⁊ vẽditoꝛ habet adhuc in agro in quo ꝯſtituit̃ redditꝰ/ꝓpꝛietatẽ: in quo emptoꝛ partialẽ vſũfructum habet. ſicut decima pꝛedialis eſt redditꝰ eccleſie debitus: ⁊ tñ pꝛopꝛietas pꝛedioꝛum manet penes laicos. queãdmodũ emẽs agros mille libꝛis ſterlingoꝛum

quotannis colligit ſummam.l.librarum:immo cum in-
duſtria in fructibus quotannis forte colliget centum li-
bras eiuſdem monete: ſed has colligit de ſuo: et de inclu
ſis in ventre mercis ſue vt ita loquar. quemadmodum
fetus vacce mee in fructu vacce mee includitur. nec ha
bendus eſt vllus reſpectus ad collectiōem ſucceſſiuam
fructuum: qui ſi ſimul eſſent collecti plus valerent in de-
cuplo in me: et in heredibus meis ſi non redimantur: ꝙ
erat pecunia mea qua ego hos predictos redditus emi.
Nunquid Ariſto. ⁊ multi gentiles philoſophi ꝑpetuita-
tem mundi ponentes ſimiles contractus iudicarunt ra-
tionabiles: et ſtat ꝙ apud eos in agris ꝑpetuis pro.xx.
emebatur vnum. ⁊ tamē emptor in ſe et in heredib⁹ ſuis
eorū eſtimatione in infinitū ſyncategorematice collige-
ret maiorem pecuniam ꝙ erat capitale quo illos agros
emit: licet in nullo inſtanti vel tēpore finito erit infinitus
fructus ab aliquo ⁊ ab oīb⁹ eū ꝑcedētib⁹ collectus. Ho
mines enim minus curāt de filijs ꝙ de ſeipis minus de
nepotib⁹ ꝙ de filijs: minus de pronepotib⁹ ꝙ de nepoti-
bus. ⁊ ſic ꝑ abnepotes trinepotes et in abyſſum in poſte-
ritate decreſcit amor etiam plus valet mediocris pecu-
nia ſimul collecta ꝙ ſimilis ſucceſſiue collecta ſiue ad
emēdas poſſeſſiones ſiue merces. ⁊ ita in multis alijs. ⁊
ꝓpterea minori ꝑcio negociator vēdit illi q̄ multa ſimul
in prōpta pecunia emit ꝙ eis q̄ plura ſeparatim emunt:
nō ſolū habēdo reſpectū ad maiorē laborē vendēdo plu
ribus: ſed etiam ad vtilitatem pecunie ſimul collecte.
¶ Ecce quomodo redditus tā fructuarij ꝙ pecuniarij
emptio eſt licita ſi det̄ ꝑciū equiualēs merci ſm̄ eſtima-
tionē prudētū loci ⁊ tēporis. Signanter loci/⁊ tēporis.
nā vbi ager eſt ſterilis ⁊ homines rari: minoris emit̄ red
ditus. ſicut totus ipſe ager multo minoris emitur: ꝙ vbi
terra eſt vberis glebe/⁊ hominū eſt freq̄uēs multitudo:
nā ſtatim a principio orbis cōditi quilibet ad arbitrium
terras ⁊ poſſeſſiones ſibi vēdicauit. poſtea hominū mul
titudine creſcēte agros modico ere vēdere inceperūt:
⁊ poſtea paulatim ob emptorū multitudinē: et agrorum
penuriā carius vendidere. et ita fieret ſine ſtatu: niſi re-
pētina mōrs peſte vel bello homines vnius regionis at-
tenuaret. Si enim hoc anno ſint plures adulti nō ducē-
tes vitā celibē ꝙ erāt ſeptēnio ꝑterito: iſti multiplicāt: ⁊
itē multiplicatū multiplicant: vt recte patet de multi-
plicatione arithmetica. ſed ob bella tā inteſtina ꝙ exter-
na et peſtes vno anno plures moriunt̄ forte ꝙ in decem
āmis alijs: ⁊ illō toti reipublice vnius regni nō eſt inutile.
que deus ꝓ ſupbia principum ⁊ populi ⁊ alijs peccatis
immittit. ſcit enim ex malis bona elicere: quatenus nos
neſcim⁹. ſicut fecit ꝙ vēditio culpabilis fratrū Joſeph
tā patri ꝙ fratribus cederet ad vtilitatē cōmunem. ſic
omniſciēs deus peccatorēs punit vt reliquis ad vtilita-
tē cedat. ꝙ ſi nō peccarēt et multiplicarētur modo iuſte
viuerēt: eos omnes paſceret. ſicut vno anno plura conce
dit ꝙ trib⁹ alijs. Continuādo ꝓpoſitū q: vna regio non
ſufficit infinitis miniſtrare victum: nec iuuat dicere ꝙ
oportet habere ab alijs: q: niſi homines in alijs regioni-
bus morerent̄: eadem eſſet difficultas: licet vna regio ſit
alia fertilior: ꝓpterea quādo eſt q̄ſtio vtrū aliq̄d vende-
bat̄ ſub medio iuſti ꝑcij: illius tēporis in quo erat vēdi-
tio: oportet habere reſpectū. Ulterius redditum pecu-
niariū pecuniā dixim⁹: ſicut redditū fructuariū fructū.
⁊ licet ille fructus non ſit: tñ ille fructus emit̄. quēadmo
dū aliq̄s hereditatē Titij emit: anteꝙ aliq̄s illā heredi-
tatē adit. Dixim⁹ ꝑterea ꝙ licet pecunia nō debeat eſſe
terminus emptionis cōmunis ſed mediū: poteſt tñ eſſe
terminus licitus pecuniarij redditus: qui licet inter di-
uites ſit cōmunis: non tamen inter omnes. ſicut Ariſto.

dicit in predicamentis. Qui ſunt multi in theatro: pau-
ci ſunt in foro. Inſuper oſtenſum eſt nullum argumentū
probare redditus illicitos ſiue ex parte certitudinis ſi-
ue ex parte palliationis contractus vſurarij: quin idem
argumentum probabit emptionem tam bonorum mobi
lium ꝙ immobilium eſſe illicitam. qō dicere verebuntur
aduerſarij. ergo in talibus argumentis tanꝙ baculis
arundineis confidere non audebunt.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio.xliij.

Uarto circa materiam
emptionis et venditionis queri-
tur: an redditus depraue‍tur per
hoc ꝙ eſt irredimibilis vel perpe
tuus. Pro ſolutione queſtionis
pono cōcluſiones. ¶ Prima cō-
cluſio. Redditus per hoc nō infi-
citur ꝙ eſt perpetuus ⁊ irredimi
bilis. Probatur. aliquis emit agros in perpetuum: ex
omniū hominū cōceſſione. ſed talis virtualiter ⁊ īplicite
emit redditum ꝑpetuum ⁊ irredimibilem: q: eſt virtua-
lis vſuſfructus ſeu cauſalis: vt dicunt domini legiſte. et
hoc ſupius patuit in hac diſtinctione. Secūdo illud eſt
quid temporale eſtimale ꝑcio: ergo poteſt eſſe terminus
emptionis vel obiectū eius. Tertio. licite poſſum agros
quos a Sorte emi dare tibi et tuis heredib⁹: in ꝑpetuū:
cū illo onere: vt mihi ſis obligatus ⁊ meis heredibus in
aliqua parte fructuū annuatim ſoluēdoꝝ. ergo etiā lici-
ta eſt emptio qua do tibi tātā pecuniā quātā valēt ꝑdi-
cti agri ꝓ cōli onere dādi aliquā tā partē fructuum mo
do ꝑfato. conſequentia tenet: q: nō eſt ratio diuerſitatis
niſi ꝙ prima cōmutatio eſt cōtractus permutationis: et
ſecūda emptionis: qō nō impedit. quemadmodum cum
licite poſſim dare vnam tunicarum mearum pro biblia
tua: licite poſſum dare pecuniam tunice equiualentem
pro eadem biblia. ſublatis enim redditibus ꝑpetuis ⁊ ir
redimibilib⁹: magnas penſiones ⁊ fructus qb⁹ ſuſtētan
tur eccleſiaſtici/de medio tolles. ¶ Secūda concluſio.
Redditus ꝑpetuus nō deprauat̄ ꝑ hoc ꝙ venditor obli-
gat emptorem ad reuendendum redditum illum ſibi
venditori vel ſuis ſucceſſoribus: cum datur equale pre-
cium emptori vel eius ſucceſſoribus quale emptor ipſi
venditori ab initio dedit. Probat̄ hec cōcluſio. emptor
agri vel redditus vel cuiuſcūꝗ alterius mercis poteſt
reuendere ipſi venditori illam mercem ipſo dante equa-
le precium quale dedit venditori ab initio: ergo pote-
rat cum ipſo paciſci ab initio vt teneretur ſibi reuende-
re redditum ſuū quotienſcūꝗ daretur ei equale preciū.
Secundo ꝓbat̄ idem. non eſt neceſſe ꝙ Sortes domin⁹
tradat omne ius qō habet vēdēdo vel donādo alteri: ſed
poteſt partē iuris ſibi reſeruare: reliquā in aliū trāſferē
do: vt dominus feudi in vaſallū dominiū vtile tranſmit-
tit: retēta ꝓprietate: ergo Sortes q̄ habet redditus ꝑpe
tuos poteſt eos vendere: reſeruato ſibi illo iure: ꝙ cum
voluerit ipſe vel ſui heredes: poſſint ius illud extingue-
re. Iſtud patebit ꝑ determinationem Martini Quinti
⁊ Calliſti Tertij: quā poſt queſtionē ſubijciemus. cōclu
ſio tñ paſſim ante pontificum determinationē a ſapiēti-
bus tenebatur: et ipſa eſt ferme cuilibet ingenioſo nota:
licet Henricus Gandēſis ſolus inter doctores tenuerit
oppoſitum. motiua tamen eius non ſunt ponderāda. cō
tra quem a diebus eius non ceſſarunt: et merito/ſapien-
tes ſcribere.

¶ Contra ſecundam concluſionem ar
tur ſic. vel emens dans facultatem venditori redimendi



debet tantū dare ꝓ tali redditu ſic qualificato/quantū
ſi nō poneret̄ illa conditio: vel nō: neutrū eſt dicendum
ꝙ nō debeat dare minus/oſtendit̄ ſic. vel vendēs nunꝙ
repetet: ⁊ ſic tantū valebit emptori ac ſi nō eſſet redimi
bilis. vel ſi repetet: hoc nō erit ꝑiudiciale emptori: quia
recipiet tm̄ ꝑcij quantū expoſuit. Ideo ſi tantū ꝑcij pro
eo dediſſet quātū ꝓ irredimibili: illud etiā iam rehabe-
ret. Sed ꝙ non teneat̄ tantū dare: probat̄ ſic. illa condi-
tio adiecta facit mercē minus valere ipſi emptori: ergo
nō tenetur tantū dare ꝓ merce. cōſequentia eſt nota. et
aſſumptum ꝓbo: q: nō ſic terrā impinguat: nec arbores
plantāt/nec domos extruit/cū quibus ager vel reddit⁹
plus valeret ipſi emptori ſi eſſet ager emptus/vt ſi ꝑmit
tas librū tuū penes me tota vita mea: nō eſt mihi adeo
vtilis ac ſi meus eſſet: q: tūc notatiunculas margineas
ſm̄ cōceptiones animi inter legendū occurrētes ſcripto
mandarē. De redditu in vſufructu cōſtituto eodem mō
argumētabor. ſit gratia exempli equus: venditor habet
ꝓprietatē in illo equo: ergo pōt cogere me reuendere ad
nutū ſuum: nec ego poſſum donare/locare/commutare
equū in vtilitatē meā: quia ſi ſic nō poſſem ſeruare illud
ad quod me obligaui emēdo. nā ſtat ꝙ me parato ad eq̄
tandū: vel in medio itinere exiſtente: cogeret me equum
reuendere: qō eſſet in meā ementis iacturā. Inſuper qū
quis habet dominiū imꝑfectius in re ⁊ cū maiori onere
tanto ei minus valet: ſed ſic eſt ob cōditionē adiectam.
igitur. Rurſus. interea cogitat ⁊ ſollicitus manet quid
faciet de pecunia ſua quando venditor agros venditos
redimet: que animi ſollicitudo eſt ſic emptori oneroſa vt
eius ablatio ſit precio eſtimabilis. ¶ Reſpōdet̄. res mi
nus valet cū illo onere adiecto de reuenditione vl̄ de re
dēptione/qō idē eſt dicere: nā cū emptor tenetur reuen-
dere/reuēditio vocatur: ⁊ reuēditio vocatur: ⁊ redem-
ptio ex parte illius qui cogit iterato vendere. ⁊ hoc ſiue
ematur ꝓprietas rei ſiue redditus in ꝓprietate funda-
tus. hoc eſt cōſtitutus: nō enim eſt hic ſermo de relatio
ne ⁊ eius fundamēto. tunc ei ſm̄ iudicia prudentū op3
tantūdē ꝑcij tollere a merce quā emo quāto minus va-
leret ſi nō adderet̄ illa cōditio de reuendendo. Declaro
exemplariter. emo duas merces equalis valoris ex pte
earū a. merx eſt irredimibiliter mea b. merx habet cōdi-
tionē reuēditionis adiectā. Priorē mercē mille ſcutis
emo: ſecūda minus valet cētū ſcutis. hoc in rei veritate
ſuppono. tūc dando nōgenta ꝓ b. merce: iuſte eā emo ꝓ
pter cōditionem adiectam. ⁊ dato ꝙ nūꝗ redimatur: tñ
quia mercē emi cū illo onere: iudicio prudentū negocia
torū a principio minus valet. nec euētus ſequens illum
contractū in bonitate vel malitia contingit: hoc / ex illo
euentu ſequenti nō redditur bon⁹ vel malus. quēadmo-
dum ſi nūc emerē equū. xx. ſcutis: ⁊ poſt. viij. dies vale-
ret. xl. ꝓpter multos alios ductos ad bellum. vel aliter
mortuos. Poſſum etiam vſum illum de quo eſt ſermo ī
argumēto. alienare: ſed cū ſuo onere res alienata mane
bit: ⁊ ille ſecūdus emptor qui a me emit: primo venditori
reuendere tenebitur. nemo eñ dat ꝙ nō habet. quare nō
poſſū maius dominiū in emptorē transferre ꝙ habeā.
Sed ſi ego primo emendo obligarē me reuendere rem
ſic emptā in q̄tolibet tp̄e quantūcūꝗ breui venditor vo
luerit: nō eſſem circūſpectus negociator niſi valde no-
tabiliter demeret̄ de ꝑcio ratione illius cōditionis adie
cte. Et ꝓ iſtius vlteriore intelligentia notato ꝙ poſſum
multifariā me habere in illa ꝯditione adiecta. Uno mō
poſſum addere cōditionem in principio cōtractus talē:
ꝙ ſi mercē tuā nō redimas infra certū tempus/vt pote
duorū vel triū annorū: manebit merx ipſa in ꝑpetuū ir-
redimibilis. ſicut Leuitici. xxv. ſcribit̄. Si q̄s vēdebat

domū exiſtentē intra muros: poterat eā primo anno re
dimere: ſed primo anno extincto domus redimi nō pote
rat: nec etiā in iubileo ad venditorē redibat. quia ſi red
ditus pōt emi irredimibilis poſt determinatū tēpus: et
quāto minus tp̄is do vēditori ad redimendū ceteris pa
ribus: tāto plus res valet. quēadmodū ex oppoſito ſi dē
ei facultatē redimēdi qū velit in quantūlibet minuto tē
pore: tūc minime valet. ſed cōditionē addere poſſum ꝙ
quouſꝗ prefixū aliquod tp̄s expiret: nullo pacto liceat
venditori redimere ſuā mercē: vt me indēnē ſeruē. alio-
quin vēditor poſſet me grauare: vt ſi in autūno redditū
emi de ꝑcipiēdis certis fructibus agri tui do tibi facul
tatem redimēdi. Appropiquante aūt meſſe ſi velles redi
mere redditū ⁊ colligere fructus oēs: inique mecū age-
res ſi nō ratione intereſſe mei aliq̄d de fructib⁹ tuis col
ligā. Poſſum ergo tecū paciſci ꝙ ꝑdicte mihi ad deter
minatū tp̄s/puta ad annū vel ad dimidiū anni vt mee ī
demnitati cōſulā. vt pt3 inter arguendū de equo.

¶ Secundo arguitur. In iſta venditio
ne nō ſeruatur iuſtitia cōmutatiua: cū non ſeruet̄ equa
litas in cōtractu: plus enī emptor obligatur ꝙ venditor
⁊ ꝑ cōſequens onerat̄ ⁊ grauatur. preciū enim nō tene-
tur venditor reſtituere niſi velit: ⁊ tñ mercē reuendere vi
cōtractus cogetur emptor. ¶ Tertio emptor eſt domi-
nus rei empte: ergo de ea diſponere ad nutū: ⁊ per conſe
quens non erit obligatus reuendere / petente debitore.
¶ Ad ſecundū nego ꝙ nō ſeruet̄ iuſtitia cōmutatiua ī
hoc cōtractu. ſi enim emptor aliqua obligatione ſit obli
gatus/quſa nō venditor: nō tamē iniuſte: q: ꝓ illo onere
aliquid de precio remiſit venditor: vt ipſe emptor illud
onus ſubiret. etiā recipit fructus quotānis ab ipſo ven
ditore: ⁊ ſuū ꝑciū in fine vltra fructus ⁊ ſignum eſt ꝙ nō
fallat̄ emptor. cū opulēti viri ſatis libēter ⁊ nullo pacto
coacte huiuſmodi redditus emāt. modo ſcienti ⁊ volen
ti nō fit dolus neꝗ fraus. quinto Ethicoꝝ. ⁊ hoc volitio
ne pure ſpōtanea. ¶ Ad tertiū/cōcedo aūs ⁊ nego cōſe
quentiā. nā ego ſum biblie mee dñs: ⁊ tñ poſſum paciſci
tecū: ꝙ quotienſcūꝗ dederis mihi ſeptē aureos: oēs
libri biblie cū ꝯmentarijs tui erunt: tūc autē quouſꝗ pe
cuniā tradideris: ego ſum dominus libroꝝ: ⁊ tñ vi pacti
teneor tibi vendere. ſic in caſu noſtro emptor manet dñs
quouſꝗ reuenditio cōpleta fuerit. ¶ Quarto arguit̄.
poteſt emi redditus. v. aureoꝝ. c. aureis cū conditione
adiecta de redimibilitate: eadē ratione pōt quis emere
ediuerſo ius emēdi. xx. aureos in prōptu cū vno aureo
annuatī ſoluēdo: q: vtrobiꝗ eſt par ratio/ſc3 ad illa tria
ꝑciū/merx/⁊ ſile pactū. ſicut eñ ius emendi quotannis
vnū aureū eſt merx emibilis: ſic ius emēdi. xx. aureos ī
prōptu. ¶ Reſpōdeo ꝯſequenter ad notata in ꝑma que
ſtione ꝑcedēte: ꝯcedēdo ꝙ ille cōtractus ſit licit⁹ ⁊ vera
ēptio. Preciū ei ē illud ius aurei quotānis dādi: qō ni-
hil aliud ē iuxta illic notata ꝙ aurei ptialiter dādi. Et
nego hoc qō dicūt/ꝙ illō ius nō eſt illi aurei nec numiſ-
ma. ſil'r nego ꝙ ſit q̄d imobile ⁊ incorpale. nō ſtes in hoc
ꝙ nō ſunt: q: hoc eſſet materiā ꝑ logicas argutias ꝯfun
dere. Quo mō aut ſi icorporale/ſupius diximus ⁊ quia
ius cōmuniter eſt ꝑmanſiuū: vocat̄ imobile phyſice. q:
ſic nihil niſi ſolus deus eſſet imobile. Et qū dicis. Pre-
ciū d3 cōſiſtere in certa quātitate pecunie. Ad hoc du-
pliciter dico. Uno mō ꝯcedēdo ita eſſe. l3 nos fugiat: ſi
cut ⁊ finis mūdi: vel ꝑditio ꝓprietatis in qua hic reddi
t⁹ ꝯſtituit̄: ſicut poſſū cape abs te vnū librū ꝓ oīb⁹ pecu
nijs in burſa mea: eſto me fugiat quantum pecuniarum
in ea habeatur. ¶ Secundo ſi haberem infinitos de-
narios: poſſem eos omnes dare pro aliqua mercede.

¶ Epilogando patet ꝙ licitus eſt redditus irredimibilis. non quin conſentiẽte emptore redimi poſſit: ſed quia non poteſt per legem cõmunem ad vendendum cogi. an etiam pro ſua culpa/ vel pro reipublice vtilitate ad hoc poſſit cogi: pro nunc non intereſt: quia non poteſt ſm legem communem. Quid cõtractus redimibilis: et ꝙ eſt licitus: et gratioſus ſi emptor det tantum venditori vel paulo minus ac ſi eſſet irremidibilis: ſed non tãtum valet ager vel redditus data conditione apud emptorem vt ipſe vel ſui poſſint repetere quando velint: ſicut inter arguendum et in ſolutione ad primum dictum eſt. Sicut autem emptor de quo eſt ſermo in ſecunda concluſione colligit fructus non alienos ſed ſuos: licet ex agro alterius: quando eſt emptio redditus in agro fundati: ſic vẽditor vtitur precio in ſuam vtilitatem: nec fructus illius pecunie que eſt precium in parte vel in toto dat emptori. et ſicut venditori emptor concedit facultatem redimendi: ſiue agrum/ ſiue redditus in agros fũdatos: ita vẽditor remittit aliquid de precio/ vel remittere debet pro illo qđ emptor incurrit. nec tantum capit ab eo illa conditione adiecta quantum ſi redditus eſſet irredimibilis. Videmus ergo ꝙ aliqua eſt venditio irredimibilis: vt patet ex prima concluſione. aliqua etiam eſt redimibilis: in qua datur facultas venditori: oblato precio qđ dedit emptor ab initio: redimendi cõtractũ. Pari forma dari poteſt aliqua venditio in qua daretur facultas emptori cogendi venditorem ſi ſibi libeat iterato emere mercem venditam: ſed tunc oportet vt plus det venditori ratione illius oneris quod venditor ſubit ad hoc: vt ſit latitudo iuſti precij: niſi venditor hoc ei remittat. Quarta poteſt eſſe emptio in qua vtriq; daretur facultas: puta venditori redimere mercem venditam ſi velit: et emptori vt cogat venditorem iterato emere mercẽ ſi voluerit. ſemper ſupponimus ꝙ teneant latitudinem iuſti precij ſm prudẽtum diſcretionem: ſic ſcilicet vt minus detur pro merce cum onere q̃ ſine onere: ⁊ ſeruetur equalitas inter onera: vel ſi vẽditor plus habeat de onere q̃ emptor: emptor tenebitur ei refundere in pecunia vel equiualente: et econuerſo. Poſt epilogationem factam ponantur determinationes duoꝝ ſummorũ Pontificũ: ſcilicet Martini Quinti: ⁊ Calliſti Tertij: de huiuſcemodi redditibus tã fructuarijs q̃ pecuniarijs.

¶ Sequitur Copia Bulle Martini Pape Quinti.

Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Venerabilibus fratribus Treuerenſi et Lubicinenſi ac Olmicenſi epiſcopis Salutem et apoſtolicã benedictionem. Hodie ſiquidem literas noſtras conceſſimus: tenorem qui ſequitur continentes. Martinus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad futuram rei memoriam. Regimini vniuerſalis eccleſie (q̃q̃ immeriti) diſponente dño preſidentes: curis angimur aſſiduis: vt iuxta credite nobis diſpenſationis officium: ſubditorum quorũlibet et paci et quieti: quantum nobis ex alto conceditur/ intendamus: ⁊ dubia que inter eos oriuntur ꝓ tempore (ne litium anfractus ſeu ſcãdalorum parturiãt fomentum) noſtro moderamine declarẽtur. Sane petitio dilectorum filiorum vniuerſorum/ cleri/ nobilium/ incolarum: et habitatoꝝ ciuitatis et dioceſis vvratiſlavieñ. nobis exhibita continebat: ꝙ licet a centum annis citra et ſupra: et a tanto tempore: ⁊ per tantum tempus cuius contrarij memoria hominum non exiſtit: in eiſdem ciuitate et dioceſi ac partibus alijs vicinis quedam conſuetudo rationabilis obſeruata/ preſcripta/ ac moribus vtẽtium approbata ad cõmunem hominũ vtilitatem introducta fuiſſet: ꝙ quilibet princeps/ baro/ miles/ ciuis/ ſiue oppidanus partium earũdem cum hoc expedire videbatur: melius pro tunc non valens ſibi conſulere: perſone eccleſiaſtice aut ſeculari collegio: aut vniuerſitati: oppido vel ciuitati ſuper bonis ſuis: dominijs: oppidis: terris: agris: predijs: domibus: et hereditatibus vendere conſueuit et vendidit annuos cenſus vnius vel plurium marcarum aut groſſorum Pragẽſium nũmi Ponei/ et pagamenti conſueti ad rationem: et pro qualibet marca annui cenſus decem/ vndecim/ tredecim/ quatuordecim marce: aut plus vel minus ſm tẽporis qualitatem (prout ipſi contrahentes tũc inter ſe conuenerint) ipſi vẽditori tũc integraliter in pecunia numerata ſolui conſueuerunt: bonis in ipſo contractu tũc expreſſis pro ipſius cenſus annui exolutione in perpetuum obligatis: et ſemper in ipſis contractibus expreſſe ipſis venditoribus data fuit facultas atq; gratia: ꝙ ipſum annuũ cenſuum in toto vel in parte pro eadem ſumma denariorũ quã ab ipſis emptoribus receperunt: quãdocũq; vellẽt libere abſq; alicuius requiſitione contradictione vel aſſenſu poſſent extinguere et redimere: ac ſe ab ipſius cenſus ſolutione ex tunc penitus liberare. ſed ad hoc huiuſmodi cenſus venditores inuiti nequaq̃ per emptores arctari vel aſtringi valerent: etiam ipſis poſſeſſionibus et bonis obligatis penitus interemptis ſeu deſtructis. Fuitq; et eſt talis contractus emptionis ⁊ venditionis per epiſcos vvratiſlauienſes pro tempore exiſtentes et eorum officiales: necnon per diuerſos dominos temporales locorum et terrarum in quibus cenſus huiuſmodi conſtituti exiſtunt: tanq̃ licitus et communi vtilitati deſeruiens: ſepius confirmatus pariter et approbatus. Q;q; etiam ſuper huiuſmodi cenſus plura beneficia eccleſiaſtica: collegia: canonicatus et prebende: dignitates: perſonatus: et officia: vicarie: altaria: numero plus q̃ duo milia de expreſſo conſenſu et voluntate dominorum temporalium: ſub quorum territorijs dicta bona obligata conſiſtunt: erecta/ dotata et fundata. Q;q; etiã venditores eorũdem cenſuum ſe nonnunq̃ ad ipſorum cenſuum ſolutionem penis et cenſuris eccleſiaſticis ordinariorum locorum ſpõte et libere ſubmiſerunt. ſicuti etiam aliqui eorum tractu temporis compulſi fuerũt et compelli conſueuerunt. Tamen nonnulli ex venditoribꝰ ipſis in arcum prauum conuerſi: cupientes cũ alterius iactura locupletari/ huiuſmodi cenſus hucuſq; per eos libere et abſq; vlla contradictione ſolutos/ eiſdẽ emptoribus tam eccleſiaſticis q̃ ſecularibus ſoluere contradicunt et recuſant: confingentes huiuſmodi emptionis et venditionis contractus fore et eſſe vſurarios et illicitos. ipſos emptores eccleſiaſticos et ſeculares: necnon collegia et canonicatus et prebendas: dignitates: perſonatus: ⁊ officia vicarias ⁊ altaria ac beneficia huiuſmodi: ipſorum annuorum cenſuum ſpoliant perceptione: ⁊ detinent ſpoliatos in animarum ſuarum periculum: eorũdẽq; emptorum preiudicium: dãnum/ et grauamen. Et propterea an contractus emptionis ⁊ venditiõis huiuſmodi liciti exiſtãt a nonnullis heſitatur. Quare pro parte eorũdem cleri: nobilium: incolarum: et habitatorum ciuitatis et dioceſis vvratiſlavieñ. nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt an cõtractus huiuſmodi liciti vel illiciti cenſeri debeant: declarare et alias eiſdem in premiſſis opportune ꝓuidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati: quia etiam ex relatione dilecti filij noſtri Guilielmi tituli ſancti Marci preſbyteri Cardinalis cui negocium huiuſmodi cum peritorum conſilio commiſimus examinandum: comperimus contractus huiuſmodi iuridicos: et iuxta determinationem doctorum licitos fore. Ad huiuſmodi ergo ambiguitatis tollendũ dubium in premiſſis: prefatos contractus licitos et iuri cõmuni conformes: ac ipſorum cenſuum venditores ad illorum ſolutiones remoto contradictionis obſtaculo: obligari auctoritate apoſtolica/ tenore preſentium ex certa ſcientia declaramus: non obſtantibus premiſſis: ceteriſq; cõtrarijs quibuſcũq;. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã noſtre declarationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare preſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ac beatorũ Petri et Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datũ Rome apud ſanctos apoſtolos. vj. nonas Iulij/ pontificatus noſtri anno octauo. Volẽtes itaq; ꝙ predicte litere noſtre debitum ſortiantur effectũ: fraternitati veſtre ꝑ apoſtolica ſcripta mandamus: quatenus vos vel duo aut vnus veſtrum per vos vel alium ſeu alios prefatis emptoribus in premiſſis opportuni fauoris pſidium efficaciter ĩpendentes: dictaſq; literas/ vbi/ quando/ et quoties expedire videritis: auctoritate noſtra ſolẽniter publicantes/ faciatis eadem auctoritate eiſdem emptoribus vel ipſorum procuratoribus eorum nominibus: per venditores ſeu debitores cenſuum huiuſmodi/ de prefatis cenſibus iuxta contractuum et conuẽtionũ inter ipſos habitarum formam et tenorem plenam ⁊ debitam ſatiſfactionem impendi: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcẽdo. Non obſtante ſi aliquibus communiter vel diuiſim a ſede apoſtolica ſit indultum ꝙ interdici/ ſuſpendi/ vel excommunicari non poſſint per literas apoſtolicas non facientes plenam et expreſſam de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionẽ. Datũ Rome apud ſctõs apoſtolos. vj. nonas Iulij. Põtificatus noſtri anno. viij

¶ Sequitur Copia Bulle Calliſti Pape Tertij.

Calliſtus Epiſcopus ſeruus ſeruoꝝ dei dilectis filijs Magdeburgẽſis/ ⁊ Hyvẽburgeñ. et Halberſtateñ. eccleſiarũ decanis: ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Hodie literas conceſſimus: tenorem qui ſequitur continentes. Calliſtus epiſcopus ſeruus ſeruorum dei ad perpetuam rei memoriã. Regimini vniuerſalis eccleſie (q̃q̃ immeriti) diſponẽte domino preſidẽtes: curis angimur aſſiduis/ vt iuxta nobis crediti diſpenſationem officij: ſubditorum quorũlibet paci ⁊ q̃eti quantũ nobis ex alto ꝯcedit̃: intẽdamꝰ: ⁊ dubia q̃ inter eos oriunt̃ ꝓ tp̃e: ne litium anfractꝰ exinde ſeu ſcãdala ꝓueniãt: ꝓut iuſtitia ꝑſuaſerit: declaratiõis noſtre miniſterio ſopiant̃. Sane ꝓ pte venerabilis fratris nr̃i Ioãnis epi Merſpurgeñ. nobis nuꝑ exhibita petitio ꝯtinebat: ꝙ licet a tanto tp̃e: cuiꝰ cõtrarij memoria non exiſtit: in diuerſis Alemanie partibꝰ: ꝓ cõmuni hominũ vtilitate ĩter habitatores et incolas partiũ earũdẽ talis ĩoleuerit: hactenuſq; obſeruata fuerit/ legitime pſcripta: ac moribꝰ vtẽtiũ ⁊ etiã ordinarioꝝ ꝑmiſſiõe/ ⁊ plerũq; expſſa ratificatione approbata ꝯſuetudo: ꝙ ipſi habitatores ⁊ incole: ſiue illi ex eis qbꝰ id ꝓ ſuis ſtatu ⁊ idẽnitatibꝰ expedire viſum fuerit: ſuꝑ eoꝝ bonis: domibꝰ: agris: poſſeſſiõibꝰ: et hereditatibus: ãnuos marcaꝝ: florenoꝝ: ſeu groſſoꝝ monete in partibꝰ illis currẽtis redditꝰ ſeu cenſus vẽdẽtes: ꝓ ſingulis ex marcis: florenis: ſiue groſſis hm̃oi ab eis q̃ illas vel illos ſiue redditꝰ ſiue cenſus ĩpos emerint: certũ cõpetẽs pciũ innumerata pecunia ſm tp̃is q̃litatẽ (ꝓut ipi vẽdẽtes et emẽtes in ꝯtractibꝰ ſuꝑ his ĩter ſe firmauerint) recipe ſoliti fuere: illa ex domibꝰ: agris: pdijs: poſſeſſionibus: ⁊ hereditatibꝰ pdictis q̃ in hm̃oi ꝯtractibꝰ expreſſa fuerũt dictoꝝ ſolutiõe reddituũ ⁊ cẽſuũ efficaciter obligãtes: in illoꝝ vẽdẽtiũ fauorẽ hoc adiecto: ꝙ ipſi ꝓ rata qua hm̃oi ꝑ eos recepta dictis emẽtibꝰ reſtituerũt in toto vel in parte pecuniã: a ſolutiõe reddituũ ſeu cenſuũ: hm̃oi reſtitutã pecuniã ꝯtingẽtiũ: liberi forẽt penitus ⁊ imunes: ſed ydẽ emẽtes etiã ſi bona/ domus/ terre/ agri/ poſſeſſiões/ et hereditates hm̃oi ꝓceſſu tp̃is ad oĩmode deſtructiõis ſiue deſolatiõis reducerent̃ opprobriũ: pecuniã ipam agẽdo repetere non valerẽt. Apud aliquos tñ heſitatiõis ꝟſat̃ ſcrupulꝰ: an hm̃oi ꝯtractus liciti ſint cẽſendi. Unde nõnulli illos vſurarios fore ꝯtẽdẽtes: occaſionẽ q̃rũt redditꝰ/ et cenſus hm̃oi ab eis debitos non ſoluẽdi. Quare ꝓ pte epi et cleri pdictoꝝ aſſerẽtiũ ꝙ in talibꝰ ſic emptis cenſibꝰ ⁊ redditibꝰ: fructus: redditꝰ: et ꝓuẽtꝰ pluriũ eccleſiaꝝ: monaſterioꝝ: hoſpitaliũ: ⁊ eccleſiaſticoꝝ bñficioꝝ ciuitatis ⁊ dioceſis ac ptiũ pdictarũ: necnõ fere oẽs quotidiane diſtributiões: q̃ in pleriſq; eccleſijs ipis diuinis ĩtereſſentibꝰ miniſtrari ſolẽt: ꝯſiſtere noſcũtur: nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt ſuꝑ his apoſtolice declaratiõis oraculũ ĩpartiri ⁊ adducere paterna dilectiõe curaremꝰ. Nos igit̃ hm̃oi in hac pte ſupplicatiõibꝰ ĩclinati: ⁊ factas ex cõmiſſione felicis recordatiõis Martini pape q̃nti pdeceſſoris nr̃i deſuꝑ examinatiões/ et eiuſdẽ pdeceſſoris nr̃i declarationẽ attentius ꝯſtringẽtes ſuiſq; veſtigijs inherentes: ad omne ſuꝑ his ambiguitatis tollẽdũ dubiũ: pfatos cõtractꝰ licitos: iuriq; ꝯformes: ⁊ vẽdẽtes eoſdẽ ad ipoꝝ ſolutionẽ cenſuũ ⁊ reddituũ: iuxta dictoꝝ ꝯtractuũ tenores: remoto contradictiõis obſtaculo: efficaciter teneri auctoritate apoſtolica pſentiũ ſerie declaramꝰ. Nulli ergo hominum liceat hãc paginã nr̃e declaratiõis infringere/ vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si q̃s autẽ hoc attẽtare pſumpſerit: idignationẽ oĩpotẽtis dei ⁊ btõꝝ Petri ⁊ Pauli apl'oꝝ eiꝰ: ſe nouerit ĩcurſurũ. Datũ Rome apud ſctm̃ Petrũ. pdie nonas Maij. Pontificatꝰ nr̃i anno pmo. Volẽtes itaq; ꝙ pdicte lr̃e debitũ ſortiant̃ effectum: fraternitati veſtre ꝑ apoſtolica ſcripta mãdamus quatenus vos vel duo aut vnus veſtrũ ꝑ vos vel aliũ ſeu alios: quibuſuis epõ ⁊ clero pdictis opportuno defenſionis pſidio aſſiſtẽtes: dictas lr̃as vbi/ quando/ et quoties expedire videritis: auctoritate noſtra ſolẽniter publicari faciatis: ⁊ eadẽ auctoritate ꝑ vẽditores/ ſeu debitores reddituum et cenſuum hm̃oi dictis emptoribꝰ ſeu illis qbꝰ ipſoꝝ redditũ ſeu cenſuũ ſolutio pſtãda fuerit: de eiſdem cẽſibꝰ iuxta ꝯtractuũ ⁊ ꝯuẽtionũ ſuꝑ his habitoꝝ formã et tenorẽ: plenã ⁊ debitã ſatiſfactionẽ ĩpẽdi: ꝯtradictores vero ꝑ cenſurã eccleſiaſticã appellatione poſtpoſita compeſcẽdo: nõ obſtãte ſi aliqbꝰ cõmuniter vel diuiſim a ſede apoſtolica indultũ exiſtat: ꝙ ĩterdici/ ſuſpẽdi/ vel excõmunicari nõ poſſint ꝑ lr̃as apoſtolicas: non facientes plenã et expſſam: ac de verbo ad ꝟbũ de indulto ad huiuſmodi mentionẽ. Datũ Rome apud ſanctũ Petrum pridie nonas Maij. Pontificatus noſtri anno primo.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xliiij.

Quinto & vltimo circa emptionẽ ⁊ vẽditionẽ ac tertio ⁊ vltimo circa materiã reddituum q̃rit̃: an liceat emere vitalitiũ/ hoc eſt ſuſtẽtationẽ pro vita vel ꝓ victu. ſed de pmo intẽdimꝰ loq;. ¶ Rñdet̃ affirmatiue ad titulũ q̃ſtiõis. Probatur. licet emere redditus perpetuos ⁊ tẽporaneos redimibiles et irredimibiles ex queſtionibꝰ pcedẽtibꝰ: ergo emere redditus de ſe: hoc eſt in

cōmuni ſi habeat circūſtantias requiſitas et ſufficiētes: eſt actus bonus. hoc eſt/actus volūtatis quo quis vult talem redditum emere: nec habet circūſtātiam malam: ſaltem non oportet. qđ probatur: quia aliqui ſunt quibꝰ reſpublica debet debito cōgruitatis: et aliqui ſunt quibus debet debito neceſſitatis prouidere de victu et veſtitu: hoc eſt de omnibus neceſſarijs ad viuendum et ſi eis non prouideatur ex reipublice ſegnitie: homo poteſt ſibi in his prouidere. aſſumptum patet de intētis alicui bono ſpirituali pro reipublice vtilitate: quibus ⁊ reipublice nocet ꝙ ſecularibus negocijs vacent. qđ patebit in ſolutione primi argumenti. Secūdo probatur. licitum eſt alicui contractum precariarum facere: igitur etiam emere vitalitium. tenet conſequentia: quia contractus precariarum eſt contractus non gratuitus quo aliquis pro aliquo qđ precio equiualet/acquirit vitalitiū. modo idem eſt acquirere per pecuniam: quia hoc diſcrimē non poteſt facere vnum contractum illicitum et aliū licitum. Oſtendo exemplo. Sortes habēs predium mox dat illud eccleſie in proprietatem: ſic ſcilicet vt eccleſia Sorti ad vitam tria predia aſſignet ad vſufructuandū: quorum quodlibet ſuo predio equiualet. et ſi ſuum predium tenere voluerit: duo predia equiualentia eccleſia aſſignare tenetur. Iſtud expreſſe habetur. x. q. ij. ca. Precarie. Illud autem qđ Sortes per predictum cōtractū acquirit: ſolū eſt pro vitalitio vt ſuſtētetur pro vita ſua: vel pro aliquo maiore qđ vitalitiū includit. ſit ergo Sortes dans predium. xl. aureos valens eccleſie: eccleſia aſſignabit ei tria ſimilia predia que valent quadrageſies mille libras ſterlingorum quotannis pro ſui ſuſtentatione honeſta. nec requiritur ꝙ ſemper contractus precariarum ſit gratuitus ex parte vtriuſqꝫ partis contrahentis: vtpote Sortes titulo donatiōis dat ſuum predium eccleſie: ⁊ ecōuerſo eccleſia titulo donationis dat vſumfructum Sorti. Illum enim contractum approbat ius pontificium. vt patet in loco aſſignato. ⁊. x. q. ij. in. c. Caſellas. §. Si economus. idem patet in iure Ceſareo in auth. de non alię. §. Si quis autem. Ergo eodem modo Plato poteſt dare eccleſie ſuum predium ſimile vel tantum in pecunia quantum valet predium Sortis vt detur ſibi ſimiliter triplex predium cum predio Sortis vt inde viuat. Tertio probatur idem. Sortes poteſt licite agrum ſuum locare ad vitam Platonis: et licite poteſt Plato eum conducere. vt in vtroqꝫ regno Britānorum ſatis vſitate ſit. locatio enim et conductio fit pro penſione annua quā locāti conductor dare debet. tunc Plato pro penſione annua acquirit ius percipiendi fructus illius agri: immo plerūqꝫ conductores agrorū procurant ſibi in ſenectute a dominis locantibus ius tale vt ſic maneant per vitam: ergo eodem modo poteſt aliquis emere ſibi vitalitium dando ſimul alicui illud qđ iudicatur equiualere penſioni annue.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. vel cuilibet licet emere vitalitium: vel alicui et alicui non. Secundum non videtur dicendum: quia nulla apparet ratio diſcriminis. nec primum: quia tunc homines torperent ocio: et nulli laborarent pro fructibus terre colligendis. Similiter ſi Titius ⁊ vxor ſua darent omnia bona ſua alicui cenobio ꝓ vitalitijs/ſuis relictis liberis quibus habent theſaurizare: improbe agerēt. igitur. ¶ Ad argumentum concedo ſecūdam partem ꝙ alicui licet et alicui non. alicui enim eſt valde illicitum ſicut exemplificauimus in caſu. et ſtat ꝙ aliquibus ſit licitū: nullo pacto tamen expediens: multa nāqꝫ licent que non expediunt: ſm Apoſtolum. vnde actus indifferens ſm ponentes ipſum eſt illicitus: vel ſiue negetur actus indifferens ſiue non: minus bonum maiori bono comparatum alicui eſt licitum: et tamen nō expedit. quia ad maius bonū non promouet. Aliqui etiam ſunt qui licet poſſint emere vitalitia: tamen magis cōducit ꝙ honeſto labore vitam degant. Tertij ſunt quibus plurimum cōducit emere vitalitia vel ea habere. ſi vero habeant prouiſionem iam ſibi a republica collatam: ſtultum eſt vitalitium velle emere. hoc autem ſolum erit vocatum vitalitium: cum vitalitium iam habeant. Exempla de generibus hominum quibus expedit vitalitia emere. habemus ex lege diuia veteri Nume. xviij. et Deutero. xviij. ꝙ Leuitis ⁊ ſacerdotibus filij Iſrael dabant primitias et decimas: qꝛ erāt cultui diuino mācipati. et Deutero. xxv. dicitur. Non ligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Per bouem itelligitur verbi dei declamator: populum in ſpiritualibus inſtruens. vt Apoſtolus prime ad Corinth. ix. exponit. ⁊ Apoſtolus in prima epiſtola ad Timoth. ca. v. Qui bene preſunt (inquit) preſbyteri: duplici honore digni habeantur: maxime qui laborāt in verbo ⁊ doctrina. vbi gloſſa dicit. Duplici honore. ſpiritualiter eis obediāt: ⁊ exteriora miniſtrēt. Propterea beneficia in noua lege additis cultui diuino a maioribꝰ noſtris deputata ſunt: vt homines ab eis capiant ſpiritualia bona: ſm illud Pſalmographi. Sumite pſalterium et date tympanum. per pſalterium ſpiritualia: et tympanum temporalia intelliguntur. Eodem modo de religioſis qui mundo abrenunciarunt: contēplationi vacantes: pro ſe et reliquis orantes. ſaltem hoc ex officio incumbit. Tertij ſunt in republica vtiliſſimi: vt qui vacant ſcientiarum ſtudio: et potiſſimum vtiles ad illuminandum intellectum: ⁊ ad inflammandum affectum: ſic vt illuminatio ſit ad inflāmationem preparatio ⁊ diſpoſitio/ſicut qualitatiue diſpoſitiones requiruntur in materia ad introductionē forme ſubſtantialis. Hi olim habebant a republica ſtipendia quibus dabantur alimenta e publicis regum horreis. teſte philoſophorum principe primo Metaphyſice. Vetus nāqꝫ eſt prouerbium. bonus in foro: malus in ſtudio. Ergo ne in caducis bonis fortune occupentur: ſi ſint ingenioſi/laborioſi/et prudentes pro alijs tam in ſpeculatiuis q̄ in practicis laborantes: nunc vulgo ad populum declamantes: nūc theologiam doctis legentes et predicatores promouentes: ⁊ cum eis a republica nō fiat prouiſio: quare negabis eos ſibi poſſe emere vitalitia vt cōſequēter adhuc reipublice proprijs laboribus inſeruiāt: more doctoris gentium nocte manibus laborantis et interdiu predicantis: et ab his quibus predicabat ſuſtentationem non capientis. Quarti ſunt pauperes et impotentes quibus ꝓpria nō ſufficiunt bona: quibus habentes bona poſſunt dare ſicut et ipſi accipere/vitalitia/ et Chriſto in eorum perſonis dederint. Alij ſunt rectores reipublice in temporalibus: quibus e republica prouidendum eſt.

¶ Secūdo arguitur. emens vitalitium dat venditori occaſionem peccādi: ergo vitalitiū emere eſt illicitum. conſequentia patet: et aſſumptum probatur: quia eſt cauſa quare ſepe venditor optat emptorem mortuum: et gauderet de morte eius. ¶ Reſpondetur. ſi ita ſit: eſt occaſio accepta et non data. ſed poteſt vitalitij emptor emere vitalitium ab illo vel illis qui de ſua morte nullo pacto gaudebunt: ſemper enim debet emere a melioribus: vtpote a cōmunitatibꝰ: et p̄ſertim ab illa cōmunitate in qua ſunt viri prudentes et deū timentes: vt a bonis religioſis vel alijs prudentibus ſecularibus. et ſi vir valens ſit prudētia: inueniet qui ꝓ modico



ere dabunt ſibi vitalitium: immo gratis: vt gratis diſtinguntur contra temporale bonum. In rebus nāqꝫ ambiguis eis conſulet: cum in ſeculari habitu non minus religioſe viuat q̄ alij in religioſo habitu. Nec eſt dicēdum ꝙ emptor vitalitij ſit nimis ſollicitus vt ſibi prouideat: immo facit iſta prudenter ne circa temporalia fiat ſollicitus: exemplo pauperis ſcholaſtici caponem preſente Carolo magno in fine prandij capientis: qui cū a prudentiſſimo et magnanimo rege gratia ioci argueretur ꝙ feciſſet contra verbum euangelicum vetans virū eſſe ſollicitum de craſtino: prudenter reſpōdit ſcholaſticus. Feci (inquit) inuictiſſime Imperator mihi ꝓuiſionē in manica mediocrem: ne de craſtino eſſem nimis ſollicitus. Stat tamen vnū auarum a quo vitalitiū emitur: ſi prudentiam vllam habeat dolere de morte emptoris vitalitij: et gaudere de liberatione a vitalitio: licet vnum ad aliud conſequatur. ſicut ſm vulgationem theologorū poſitionem non ſtat quēpiam eſſe epiſcopum ſi non fuerit ſacerdos. tamen poteſt velle eſſe epiſcopus: nolendo eſſe ſacerdos.

¶ Tertio arguitur. emptio vitalitii aſſimilatur ludo fortune/qui eſt illicitus: ergo etiam vitalitium eſt illicitum: quia ſi vitalitium emens: vnum ⁊ nonaginta annos viuat more Platonis: multa perdit venditor: et per conſequens bene lucratur emptor. ſin viuat annos Alexandri Macedonis: erit econuerſo. modo eiꝰ longa vita vel breuis eſt eque anceps ac alee ludus. ¶ Reſpondetur. aliquem ludum fortune inniti: hoc eſt caſui fortuito: poteſt intelligi duobus modis. Vno modo ꝙ homo faciat actum cadentem ſuꝑ obiectum debitum ſufficienter circūſtātionatum: in quo quidem actu eſt equilibris apparentia dāni et lucri. et hoc non eſt inconueniens. hoc liquet in bello iuſto: negociando ꝑ mare inter Scyllam et Carybdim: ventum et procellam/ ⁊ medios hoſtes. ſepe periculum (vt aiunt) nō vincitur niſi periculo. Etiam patet in cōtractu emptionis communiter. vbi tam emptor q̄ venditor ſunt circūſpecti viri in arte negociandi: et tā ipſi q̄ aſſiſtentes negociatores dubitans quis lucraturus ſit et quis perditurus. quando enim eſt magna merx poſſunt iudicare vtrūqꝫ lucraturum. Alio modo aliquid innititur fortune quando innititur alicui obiecto contrahentibus inutili. quemadmodum eſt in taxillorum ludo: vt in ſua materia latius deduximus: ſic in eſt in propoſito.

¶ Quarto arguitur. Ponamus duos ſortem ſexagenarium ementem vitalitium in capitulo noſtre domine Pariſienſi: quia illud reputo ita ſecurū vt emere ab vno conuentu religioſorum quorūcūqꝫ: det Sortes ducentas libras pariſienſes pro iure recipiendi quotannis quadraginta francos: qui non putatur poſſe viuere vltra decem annos: ſed propter periculum ſtat ꝙ non tantum viuat. Tunc Plato vigenarius a Carthuſia vitalitium emens: de quo eſt veroſimile ꝙ viuet tot annos ꝓportionabiliter quot Sortes: debet dare quater amplius q̄ Sortes. patet: quia qualis eſt proportio annorum Sortis et Platonis inter ſe: talis debet eſſe precij ad precium. conſequens eſt falſum et contra corū praxim qui vitalitia emunt. ¶ Reſpondetur. non ſequitur vt patet ex ſolutione ad quartum prime queſtionis de emptione reddituum. nec eſt apparentia ꝙ Plato proportionabiliter tādiu viuet q̄ Sortes. Oppoſitum enim eſt multo veroſimilius: quia prius in magno annorum numero etiam iuuenis moritur q̄ in paruo ſenex. Deuerbio nāqꝫ cōmuni dicimus. pellis agnina fertur ad forum ſicut antique ouis pellis. Etiam magna pecunia ſimul collecta eſt melior habenti q̄ maior pecunia ſucceſſiue acquiſita. Propterea in ſolutione ad illud argumentum diximus: ꝙ mercator minoris vendit quālibet vlnam panni venditi negociatori qui multa emit q̄ illi qui pauca. Et cum ambiguum ſit de vita iuuenis q̄diu viuet: non oporteat tantum in quantitate capere pro vitalitio a vigenario quantum a ſexagenario. ſicut etiam mercator vendit minoris ementi multa: q̄ multis tantūdem emētibus ſeparatim. dico ſeparatim: quia ſi vnus conueniret pro omnibus: et poſtea inter ſe merces partirentur: eque vili precio haberent vt vnus emens. ¶ Ex his patet ꝙ vitalitij emptio ⁊ venditio aliquibus eſt illicita: aliquibus honeſta ⁊ expediens: aliquibꝰ etiā non neganda. et habendus eſt oculus ad complexionē/ temperantiam/vel intemperantiam/et ad paſſiones anime ipſius emētis. nam ſanguineus et ab his qui diu viuunt ꝓcreatus/temperatus/⁊ iucundus diutius viuit q̄ alius diuerſus. Seruetur autē latitudo iuſti ꝓcij: ſic ſcilicet/conſiderando quot annos homo poſſit viuere. et quia multa poſſunt occurrere ne tādiu viuat: capiatur quoddam temperamētum: vt homo poteſt pro. cccc. aureis habere redditus ꝑpetuos. xx. aureorū. et iſte redditus non eſt emptori ſic oneroſus ac ſi venditor vitalitij eſſet venditor ſimilis redditus: quia ſemꝑ habebit ꝓbabilitatē ꝙ multis modis iſte poteſt mori. Vlterius ſuademus ne ab vno viro ematur vitalitiū: vel portio a coniugato ⁊ vxorem habente: quia bonam portionem in malam cōmutabit. a cōmunitatibus autē poteſt audacter emere ſcripto authentico ſuꝑ hoc fabricato ne ſit poſtea ſollicitus. ¶ Ex omnibus patet quid ſit redditus: tam fructuarius q̄ pecuniarius: et ꝙ vterqꝫ poteſt eſſe redimibilis et irredimibilis: ad nutum venditoris tantum: emptoris ſolum: ⁊ ad vtriuſqꝫ arbitrium. Nec eſt inconueniēs ꝙ redditꝰ ſit ſecurior et tutior ex parte ipſius q̄ fructus a precio vel precium ipſum: ſed ſufficit ꝙ a principio contractus iudicio prudentum erat latitudo iuſti precij: qđ ſemꝑ ſupponimus: et reliquas circunſtantias omnes: nullus enim cōtractus eſt vite humane ita ꝓprius quin aliqua mala circūſtātia poſſit ipſum vitiare: vt eſt emptio panis ꝓpter malum finē. non enim ſufficit obiecti ⁊ omnitū circūſtātiarū ad bonitatē actus requiſitarum poſitio/ſi ponatur aliqua circūſtātia mala actum vitiās. Ex his patet ꝙ hec cōſequētia eſt nulla. iſte redditus eſt fundatus in omnibꝰ bonis iſtius domini: ⁊ dominꝰ emit equos ad bellū ꝑcio: ergo iniuſte eſt fundatus. quēadmodū ager aliqs iuſte emitur in cētro vnius regni: licet pluris q̄ in circūferētia ꝓpe hoſtes. De redditu q̄ poteſt fundari in ꝑſona: qꝛ eſt rarus ⁊ inutilis: parum loquor: licet redditus pecuniarius in ꝑſona conſtitui poſſit. quēadmodum capitur decima ꝑſonalis de lucro hominis vbi eſt conſuetudo: et aliqui ſerui legales dant ſuis dominis quolibet die vnam certā quotā: quā quis a domino emere poteſt. Et hec de redditibus ſuccincte dixiſſe ſufficiat.

¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xlv.

REliquum eſt aliquos alios cōtractus qbꝰ hoies vtuntur: cōpēdioſe abſoluere. Quero itaqꝫ Vtrū contractus locationis ⁊ cōductiōis ſint liciti. que eſt quinta ſupra quadrageſimā huius diſtinctionis queſtio. Pro ſolutione queſtiōis notabis: ꝙ Locatio eſt cōtractus quo quis vſum alicuius rei ſibi ꝓprietate ſeruata in aliū trāſfertur ꝓ mercede. Conductio vero eſt cōtractus quo quis ꝓ mercede ab alio recipit vſum

et non proprietatem.⁊ hic capio vſum:vt vſumfructum includat. Declaro exemplo. Sortes dominus habens pagum vel agros:vtpote Glecornum: concedit Platoni vſumfructum huius agri pro mercede et dicitur locator:et Plato illius agri conductor dicitur colonus.ſicut domum conducens dicitur Inquilinus in vtroq; regno Britannie.iſtud enim inter eos eſt frequẽtiſſimũ: et merces apud eos vocatur firma. vnde Innocentius Tertius cuidam abbati dioceſis Londonienſis.de Locato et conducto.c.ij.dicit. Veſtra nobis relatio declarat ꝙ cum ad firmam fructus veſtrarum dare cõſueueritis decimarũ.et infra.vbi Panor.ait. Illud eſt vulgare Anglorũ. Proprietas manet apud dominũ.ꝑ mercedẽ diſtinguit᷑ a cõmodatione:cuius vſus conceditur gratis. Dicit᷑ enim cõmodatũ quaſi vtentis cõmodo datũ. Ex quo patet ꝙ meſſor vel ꝗcũq; operã ſuã ꝓ mercede alteri exhibet/dicit᷑ ſe locare.qꝛ ſibiipſi retinet ꝓprietatẽ ſui:⁊ fructus ſuos id eſt operam cõductori locat. Ex iſto patet:ꝙ ſi Plato de quo loquuti ſumꝰ cõducit Glecornũ a domino:et ab eodẽ domino ꝓ aliquo labore pecuniam capiat:eſt etiã reſpectu illius laboris locator/⁊ dominus conductor.

## His duorum vocabulorum ſignificãtijs

paucis explanatis: reſpõdetur affirmatiue ad titulũ queſtionis. Probat᷑ cõcluſio affirmatiua.vẽditio eſt licita:ergo ⁊ locatio.tenet ↄſequẽtia:qꝛ locatio nihil aliud eſt ꝙ̃ vẽditio huius rei:ita vt locãs virtualiter vẽdat ⁊ trãſferat vſum rei ſue in alterũ ꝓ determinata pecunia.vt loco tibi equũ meũ vt eas et redeas ad ſanctũ Fiacrium: ⁊ capio ab te quatuor duodenos ꝓ quolibet die. Secũdo ꝓbat᷑ idẽ locatio quo ad actũ ſuũ cadit ſuper obiectũ debitũ.ſ.vſum equi:qui eſt tibi vtilis: et pecunia mihi vtilis:⁊ facile accidere poſſunt oẽs circũſtãtie ad bonitatem actus requiſite:quas in oibꝰ ſuppono: igit᷑. Tertio ꝓbat᷑.ſi locatio ⁊ conductio eſſent illicite in politia humana;eſſet in ea magna iactura:quia ſine his nõ poſſunt manutenere tẽplorũ/põtiũ/⁊ vrbiũ cõſtructores:⁊ eis inſeruiẽtes q̃ ſuas opas locãt ⁊ quas alij cõducũt.eodẽ mõ in bello iuſto milites ſuas opas belligerantibus locant:quas bellum gerentes conducunt.

## Contra hanc concluſionem & eius

fundamenta arguit᷑.ego locans tibi equũ meum nouẽ paruis albis/vel quatuor duodenis quotidie:non vẽdo tibi vſum equi mei retẽto dominio:ergo fundamẽtũ ꝓbationũ nullũ. Antecedẽs ꝓbo.vendo tibi equũ meũ qꝛ vẽdo tibi eius vſum.ſed vſus illius equi eſt equus ipſe. vel vẽdo tibi motũ localem ipſius equi:modo motus localis eſt ipm mobile qḋ mouet᷑:vt ꝓ nũc ſupponit᷑. ⁊ tũc ſic.hũc motũ localẽ huius equi tibi vẽdo: hic motus localis huius equi eſt ipſe equus.ergo iſtũ equũ tibi vẽdo. vel da ſingularẽ iſtius:vſum huius equi tibi vendo: ſingularẽ inquã ex parte termini(vſum) qꝛ illa ꝓpoſitio eſt ſingularis ex parte modi enũciãdi.tũc ſic.hũc vſum huius equi tibi vẽdo:hic vſus huius equi eſt hic equus.ergo hũc equũ tibi vẽdo.ↄſequẽtia eſt ſyllogiſmus expoſitorius:⁊ maior ab oibꝰ cõceſſa. ambiguitas minoris excludit᷑ q̃rẽdo abs te q̃ res ſit vſus illius equi. non res reſpectiua:qꝛ nullũ reſpectũ a fundamẽto ⁊ termĩo diſtinctũ clara et igenioſa nominaliũ ſchola admittit.non potes ergo ſignare qḋ accidens ſit ille vſus equi. Si dicas: qualitas.q̃rit᷑ de qua ſpecie qualitatis. et currendo per oẽs arguens facile te in capiſtrũ deducet. Rñdet᷑ vt omne verũ omni vero ↄſonet:dicamꝰ ⁊ ad intẽtionẽ vulgo loquẽtium:⁊ metaphyſice ſimul. Dico ꝑmo ꝓbabile eſſe etiã apud nominalẽ:ꝙ motus localis diſtinguit᷑ a mobili:⁊ tũc dico ꝙ emo motũ localẽ iſtius equi nouem paruis albis. Oppoſitũ etiã eſt ita ꝓbabile:⁊ nego ꝙ tu emis equũ meũ. emptio eñ nõ cadit in equũ:ſed in taliter ſe habere equi:qḋ tñ taliter ſe habere eſt ipſe equus:⁊ emis equũ meũ ſm q̇d: hoc eſt tali addito. Ad ſyllogiſmũ expoſitoriũ dico ipm eſſe bonũ: et ſicut ↄcluſionẽ nego:ita ipſam maiorẽ.ſ.hũc vſum emis:ſed bñ emis hunc vſum.ꝑ ꝑmã eñ denotat᷑ ꝙ hãc rẽ q̃ eſt vſus emis: q̃ eſt emptio abſolute ipſius equi.ꝑ ſecũdã autem denotatur emptio ſm q̇d. Sic locatio actiua eſt ipſe rei locator:paſſiua eſt res locata:abſtractiua vero locatio eſt cõſenſus locãtis ⁊ cõductoris.hoc eſt: iſte terminꝰ locatio abſtractiua ꝓ talibꝰ cõſenſibꝰ ſupponit;cõnotãdo reliqua que ad talẽ ↄtractũ ſufficiũt et req̃runt᷑.ſicut nomĩalis dicere ſolet ꝙ calefactio paſſiua aque eſt aqua calefacta:calefactio actiua eſt ignis calefaciens: et calor eſt calefactio abſtractiua.q̃uis etiã dicat᷑ actiua:nihil eſt ĩpedimẽti. Ecce quo ad metaphyſicam moraliter loquendo. poſſum vti equitatione equi vno die vel pluribꝰ diebus abſq; hoc ꝙ corrũpat᷑ ꝓprietas eius. ſicut homo poteſt vti auro ad põpã:⁊ etiã locare vinũ ⁊ triticũ ad põpã.et talis vſus nõ eſt eius diſtractio: ſed dñium rei abſolutũ manet penes locantẽ:⁊ dñium rei ſm q̇d ſiue diminutũ apud cõductorẽ.⁊ ſic cõductor habet vtile dñium diminutũ:diurnũ/vel hebdomadale:qḋ eſt ei vtile: et dñium abſolutũ manet penes locãtẽ. ꝓpterea vſus dicit᷑ poſſe ſeparari a dominio:⁊ ſic ſemꝑ intelligo extra hanc materiã:ſemꝑ tñ vt plures loquuturus. Qui velit ſibi ſingularẽ modum loquẽdi fabricare:nõ oportet colloquatur alijs:ſed ad antra deſerti aufugiat.

## Secũdo arguitur.ſi locem tibi equũ

meũ:vt veharis ad ſctm̃ Fiacriũ et tu accedas ad bellũ vel ad locũ ꝑiculoſiſſimũ: et a ꝑdonibꝰ rapiatur abs te: equus ꝑibit in manu tua ⁊ nõ mea:vt habet᷑ in.l.Cõtractus.ff.de regu.iur.modo res perit in manu illiꝰ q̇ proprietatẽ in re ipſa habet:alioq̇n mutuatariꝰ nõ tenebitur ſubire ꝑiculũ mutui niſi qꝛ mutuũ eſt ſuũ.⁊ idẽ eſt ſi dolo malo machinatus ſim mortẽ equi tui:agitãdo eũ celeriter:ꝑ diẽ naturalẽ non miniſtrãdo ei potũ neq; cibum quatenꝰ moriat᷑. Et poſſum eodẽ mõ argumẽtari de cõmodato ſic.vt in fronte huiꝰ q̃ſtiõis diximꝰ:cõmodatio ↄuenit cum locatiõe in hoc ꝙ in vtroq; ſeruat᷑ ꝓprietas vſu in aliũ trãſlato:⁊ vnũ fit gratis.modo maximus pontifex de cõmoda.c.vnico.dicit ꝙ in cõmodatione cõmodãs de leuiſſima culpa tenet᷑. Ad ſcdm̃ rñdet᷑ ꝙ rem perire in manu alicuiꝰ nõ arguit illũ illiꝰ rei habere proprietatẽ:ſed quo ad mutuatariũ dicit᷑ ꝙ mutuũ eſt eius q̃litercũq; ꝑeat:leuiſſima:leui/⁊ lata culpa ⁊ dolo:vel ſi remittat ad me ꝑ quẽcũq; ſollicitiſſimũ nunciũ: ſemꝑ in manu ſua ꝑibit quouſq; effectualiter mihi mutuũ reſtituerit. Sed qꝛ tacite aliq̇bꝰ ↄtractibꝰ de iure gẽtiũ aliq̃ ↄditiones inſunt/vel a iure humano legi naturali maxime ↄformi ꝓ reipublice vtilitate:in illis ↄtractibꝰ oportet illas ↄditiões cõmuniter ſeruare. Si eñ in oẽm euẽtum res in manu dñi ꝑiret:fur ⁊ raptor nõ tenerent᷑ reſtituere ablatũ:nec cõductor equi ducẽs equũ ſuꝑ põtem vnũ dũtaxat lignũ habẽtẽ in quo equus frãgit tibiam: vel ſi qñ venit ad hoſpitiũ deſcẽdẽs ex equo in mediam areã:ſtatim ſit ablatꝰ. Et ſic in cõmodatiõe et apud depoſitariũ. Si eñ iſti reparare dãnũ nõ cogerent᷑:nullus vnq̃ rẽ ſuã penes aliũ deponeret: vel alteri rẽ ſuã locaret vel cõmodaret: qḋ eſſet in reipublice maximã iacturã. ꝓpterea aliq̃ ſunt rõni maxime ↄſentanea q̃ talibꝰ cõtractibꝰ a iure humano applicant᷑:vt in cõmodatiõe hõ



de leuiſſima teneat᷑ culpa. Et ratio pontificis eſt bona: qꝛ cũ gr̃a ſui tm̃ q̇s cõmodatũ accepit: de leuiſſima etiã culpa tenet᷑. In ꝓpoſito aũt culpa non eſt pctm̃ homini ĩputabile:ſic.ſ.vt ſi mox decederet vita: illiꝰ gr̃a in inferno vel purgatorio puniret᷑. Si vero gr̃a dãtis tm̃ cõmodatũ det᷑:tũc venit dolus ⁊ lata culpa. ff.de cõmo.l.Si vt certo.§.Interdum.⁊.l.Si mei cauſa.ff.de act.⁊ obli. l.j §.Is quoq; apud quẽ. Si vero gratia vtriuſq;:tunc ꝑſtat dolũ ⁊ latã culpã.nã dolus vt ſuꝑius diximꝰ inter arguẽdũ:cõmittit᷑ qñ q̇s ex iduſtria facit vel omittit aliquid gr̃a cuius res alterius perit. Culpa autẽ eſt actus vel omiſſio in quã q̇s icidit: que ꝑ hominũ diligẽtiã ꝓuideri poterat. Per vltimã particulã diſtiguit᷑ a caſu fortuito:a quo diligẽtiſſimus cauere nõ poterat: vt ſi mihi familiariſſimꝰ ⁊ ab oibꝰ reputatꝰ ꝓbiſſimꝰ rem meam ſubtrahit. Culpa lata eſt quã q̇s ĩcurrit ex negligentia ſua omittẽdo diligẽtiã quã plurimũ hoĩes illiꝰ ꝓfeſſionis exhibere ſolẽt:ꝑter etiã ſuã intẽtionem. vt ſi toto die naturali nõ dediſti equo potũ:cuiꝰ defectu ſi moriat᷑:tu es in lata culpa.nã eq̃tes norũt ꝙ equo ſit dandus potꝰ. mors tñ equi eſt ꝑter tuã intẽtionẽ.⁊ ꝑ hoc diſtinguit᷑ a dolo. Eodẽ modo leuis culpa definiat᷑:ꝑter hoc ꝙ loco huiꝰ(plurimũ hoĩes):ponat᷑(hoĩes diligẽtes) ⁊ in q̇d nominis leuiſſime culpe:hoĩes diligẽtiſſimi. Et ſicut diximus in cõmodatiõe:ꝓportiõabiliter in locatiõe dicat᷑. Res itaq; locata eſt in ꝑiculo locatoris:ita vt ſi res ipſa ꝑeat ſine dolo:lata vel leui culpa conductoris: vtpote ꝑ culpã leuiſſimã: caſum fortuitũ/a natura/vel ꝑ diuinũ iudiciũ:res ipſa locatori ꝑibit:neq; cõductor tenebit᷑ locatori vllã refuſionẽ facere,ꝓ eadẽ re:qꝛ regula eſt/ſicut nũc in cõmodatiõe allegauimꝰ:ꝙ in ↄtractibꝰ q̇ ſiũt gr̃a vtriuſq; ↄtrahẽtis:recipiẽs tenet᷑ dolo:lata culpa: et leui:nõ aũt leuiſſima. Et ex illo ſequit᷑:ꝙ ſi cõductor remiſit locatori rẽ locatã ꝑ nunciũ diligẽtẽ: ⁊ res in via ꝑeat caſu fortuito:nõ tenebit᷑ cõductor ad reſtitutionẽ:ſed ille caſus ĩputabit᷑ dñõ rei. Et idem eſt de cõmodatiõe et depoſitiõe: vt ſi depoſitariꝰ et cõmodatariꝰ rẽ depoſitã vel cõmodatã ꝑ nũciũ q̇ vſus eſt diligẽtia/remiſit:res in manu dñi ꝑit.ſecꝰ eſt ſi nũcius negligẽs fuerit. Et rõ eſt in iſtis:qꝛ conductor adhibuit illã diligẽtiã quã viri circũſpecti tali rei cuſtodiẽde adhibẽt: q̃re nõ debet ei ĩputari. Sed cõtra iſta arguit᷑.ſi nõ habuiſſes equũ meũ cõductũ:⁊ equus fuiſſet in ſtabulo:fuiſſet mihi ſaluus: ergo quacũq; culpa ĩcidẽte etiã leuiſſima: cõductor eſt in cã ꝑditiõis eq̇ mei:⁊ ꝑ ↄſequẽs ipſe tenebit᷑ reſtituere. Preterea ſi pactũ ĩteruenerit de leuiſſima culpa vel caſu fortuito:res ꝑit in manu cõductoris.ergo nõ eſt naturale in ↄtractu locatiõis ⁊ cõductionis ꝙ in leuiſſima culpa ⁊ caſu fortuito in manu locãtis res ꝑeat.tenet cõſequẽtia: qꝛ nulla circũſtãtia vel pactio valet ↄtra naturã alicuius ↄtractꝰ:qꝛ ↄtractũ deſtruit pactio: ⁊ eſt ↄtra eiꝰ naturã ⁊ ſubſtãtiã.aſſumptũ habet᷑ de cõmodato.c. vnico.§.Licet.vbi dicit Gregoriꝰ nonꝰ. Licet caſus fortuitꝰ(niſi acciderit culpa ſua/vel ĩteruenerit pactũ: ſeu in mora fuiſſet)ſibi nõ debeat ĩputari. Vult pontifex dicere ꝙ in tribꝰ caſibus cõductor leuiſſima culpa ⁊ caſu fortuito tenet᷑. Primo ſi equũ meũ locaui tibi ad certũ vſum:vtpote ad eq̃tandũ Rothomagũ:⁊ tu eũ ducis ad bellũ.ſi equus leuiſſima culpa vel caſu fortuito ꝑeat:teneberis eũ reſtituere vel equalẽs:⁊ furtũ cõmittis equo ad aliũ vſum vtẽdo q̃ ad illũ ad quẽ tibi locatꝰ eſt. Secũdo.ſi pactũ interuenit quo cõductor in ſe ꝑiculũ ſuſcipit tã culpe leuiſſime q̃ etiã caſus fortuiti: tñ hoc ĩtelligit᷑ qñ in pacto ponit᷑ expꝛeſſe aliq̇s caſus fortuitꝰ:tũc eñ de illo tenet᷑: ⁊ non de alijs niſi ſit adiecta clauſula generalis de caſibꝰ fortuitis. et ſi illa ſit adiecta:adhuc ſolũ tenebit᷑ de caſibꝰ fortuitis cõſimilibꝰ ei q̇ fuit ſpecificatus:nõ autem de illis q̇ ſunt maiores eodẽ: qꝛ in odioſis clauſula generalis non cõprehẽdit maiora expreſſis. vt in cle.Non poteſt.de ꝓcurato. ſecus in nõ odioſis:vt in inſtitutione ꝓcuratoris:in qua expꝛeſſis aliq̇bꝰ req̇rẽtibꝰ ſpeciale mandatũ:⁊ ſubiecta clauſula generali:veniunt caſus maiores expꝛeſſis. Et ꝓpterea ſi cõductorẽ habere voluerit locator ad caſus fortuitos obligatũ etiã maiores illo ſpecificato:opꝰ erit illos expꝛeſſi adijcere. Tertiꝰ eſt ſi mora ꝓceſſit caſum:vtpote locaui tibi equũ:die iouis vel quocũq; alio die certo mihi reddendũ:⁊ tu vltra diẽ aſſignatũ equũ detinuiſti.ſi q̇d ei tũc acciderit:teneberis:etiã ſi culpa leuiſſima/ vel a fortuna illud acciderit. Rñdet᷑ ↄcedẽdo illud aſſumptũ.ſi fuiſſet ĩ ſtabulo nõ fuiſſet ablatꝰ.ſed cum conductor non eſt in dolo: ⁊ adhibet operã ꝓ cuſtodiẽdo equo quã diligẽtes adhibẽt:nõ eſſet rõni ↄſentaneũ ꝙ equus ꝑiret in manu eiꝰ ⁊ non in manu dñi: qꝛ argumẽtũ ꝓbaret eodẽ mõ de caſu fortuito ſicut de leuiſſima culpa. nã ſortes ducit equũ in pulchro itinere cũ alijs eq̃tibꝰ:⁊ equus vacillãdo frãgit collũ:q̃re ꝑibit in manu cõductoris:quatuor duodeni etiã tãtũ valẽt in die cum ꝑiculo leuiſſime culpe ⁊ caſus fortuiti:quãtũ vſus valet cõductori. Stat etiã quãdo dolo vel culpa equus in manu cõductoris perit: vbi cõductor tenet᷑ ad reparationẽ equi ꝑditis:ꝙ equus in ſtabulo locantis periſſet:et tunc locãs nihil habuiſſet. Ad ſecũdũ argumẽtũ ↄcedo antecedẽs:⁊ nego cõſequẽtiã.⁊ ad ꝓbationẽ de illis tribꝰ caſibus aſſumptis q̇ ſunt ↄtra naturã locationis:dico ꝙ nõ ſunt ↄtra eiꝰ ſubſtãtiã. Unde aliqua ſunt ↄtra ſubſtãtiã alicuiꝰ ↄtractꝰ: hoc eſt ↄtra entitatẽ ↄtractꝰ:ita ꝙ ſi illa ↄditio alicui cõtractui addat᷑:ponit ↄtractũ ipm:vel totũ aggregatũ in aliã ſpeciẽ cõtractꝰ mutat. Declaro exẽplariter.ſi dicã. dono tibi equũ ea ↄditiõe vt des mihi.xx.aureos nummos ⁊ nõ aliter:illa cõditio facit ꝙ ille ↄtractꝰ nullo pacto ſit donatiõis:ſed emptiõis et vẽditionis:qꝛ in donatione donatariꝰ nihil tenet᷑ dare donatori. Similiter ſi dicã do tibi equũ meum cõmodato q̃tuor diebꝰ ꝓ.xiiij. duodenis: ꝑ hoc ꝙ ego addo.xiiij.duodenos ꝓ mercede.nõ eſt commodatio:ſed locatio ⁊ cõductio:⁊ alia ſpecies ↄtractꝰ. Alia ſunt ↄtra naturã cõtractꝰ:hoc eſt ſunt ↄtra illa q̃ alicui ↄtractui ex iure gentiũ/ vel iure humano multũ in rõne fundato ↄuenire dicant᷑:ſed ſi ↄtractui addãtur nõ variãt ſpeciẽ ↄtractꝰ:q̃ interdũ ↄtractum faciũt licitũ:iterdũ vero illicitũ. Exẽpli cã: de natura mutui eſt ꝙ fiat gratis:ſi addatur ei hec ↄditio ꝙ capiatur lucrũ vi mutui:iã illa ↄditio adiecta nõ mutat ſpeciem mutui:ſed mutuũ licitũ in illicitum mutat. Prima aũt q̃ſtiõe de vſura ꝓbare niſi ſumꝰ ꝙ mutuũ debet eſſe cõtractꝰ gratuitꝰ de iure nature.⁊ licet in illis rõnibꝰ poſſit eſſe aliqua tergiuerſatio: tñ ꝓ ſua materia morali ꝓbatiões ſunt ſufficiẽtes:nec poſſumꝰ facile ꝓbare multas alias ꝓprietates multorũ aliorũ ↄtractuũ eſſe ita naturales. Sed ſi ponatur:mutuo tibi centũ irreuocabiliter:ita vt nullũ ius maneat penes me ad reuocãda illa cẽtũ:iã illa ↄditio adiecta eſt ↄtra ſubſtãtiã mutui. Aliqua etiã ↄtingẽter alicui cõtractui addũtur: q̃ nec ſunt de eiꝰ natura:nec cõtra eiꝰ naturã. quẽadmodũ in philoſophia dicimꝰ ꝙ calor repugnat nature aque:hoc eſt: cõtra naturalẽ diſpoſitionẽ aq̃ eſt:et ſi ſue nature aqua relinquatur:calorẽ expellit:⁊ tñ nõ repugnat calor ſubſtãtie aq̃: ſic in ꝓpoſito ſi nõ adderẽtur iſte conditiones adiecte:capiamꝰ vnã ꝙ conductor in ſe ſuſcipiat omne ꝑiculũ in culpa leuiſſima et in caſu fortuito:vi cõtractꝰ ꝑiculũ eſſet penes locatorẽ. licet poſſit nõ inſulſe dici ꝙ illud pactũ cõtinet aliũ cõtractũ in ſubſtãtia a locatiõe

et conductione innominatum nomine ſpeciali. Conductor autem in ſe ſuſcipit omne periculum ratione diminutionis precij: puta dicẽdo: ſuſcipio omne periculum in me etiã ex culpa leuiſſima et caſu fortuito ꝓ hoc dic: ſi mihi. viij. turonos vel Carolum dederis: quia peccaret locator contra conductorem ſi vellet eum in ſe omne periculum ſuſcipere: ad qđ non tenetur: eum onerando: niſi refunderet in equiualenti illi periculo ad qđ nõ obligatur: vtpote minus de precio capiendo: vel dãdo ei aliquid equiualẽs tali oneri: forte carolum. ſi enim equus moriatur: ducẽtos carolos et vltra amitteret. ſed in ducentis vel trecentis diebus non petit vnus equus caſu fortuito vel in caſu aliquo in quo non tenetur cõductor. Etiam ipſe erit diligentiſſimus in equo cuſtodiendo: et ſic cauebit ne in culpam leuiſſimam incidat.

¶ Tertio arguitur. Si aliquis aromatarius tibi vel alteri vaſa ſua argentea in doctoratu vel in alio prãdio locauerit: qualitercũq3 aliquod vas perit: ad reſtitutiõem teneberis: aliquos enim in noſtra facultate magiſtros hoc expertos fuiſſe nouimus. ¶ Reſpõdetur. alique ſunt res que diligentiſſimam curam exigunt. vt vaſa argentea vel aurea: in quibus contractui ex circunſtantia rei ineſt illud ꝙ conductor tenetur leuiſſima culpa. et hoc patet in. l. Si merces §. qui colũnam. ff. de locato. vbi dicitur. Culpa autem abeſt ſi oĩa facta ſunt que diligẽtiſſimus quiſq3 obſeruaturus fuiſſet. Simile poteſt eſſe circa lapidum precioſorum laborem: aut circa vitra precioſa aut conſimilia. Sed ſi res locanda talis non fuerit: puta nec facile corruptibilis nec magni momẽti: que poteſt facile clãculum tolli: homo non tenetur ad leuiſſimam culpã. Et ad illud qđ dicitur de facultate noſtra: aliquid prudentius faciũt dãdo aromatario ipſi omne periculum ſuorum vaſorum ꝓ certa pecunie quantitate vt preſens ſit vel aliquis famulorum eius. His nouiſſimis annis tamen multo melius actum eſt vitris: que ſunt tam munda et honeſta q̃ vaſa argentea: nec cibariorum appoſitionem impediũt: et horum vſum maximi honoris inſignibus decorãdus quatuor vel quinq3 ſolidis habebit.

¶ Quarto arguitur ad idem. probando ꝙ homo teneatur ad leuiſſimam culpam: et hoc ſic. quando locator eſtimat rem locatam: et ſic eam eſtimatam cõductori tradit: vtpote eſtimat equum locatitium decem vel duodecim francis: ſi ex leuiſſima culpa perit equus: conductor tenetur eum refundere. ¶ Reſpõdetur tenendo opinionem Joan. Andree: que in hac parte placet: negando ꝙ teneatur conductor poſt eſtimationẽ ad leuiſſimam culpam: quia ſicut dicit Joan. et erudite: recipiens non plus tenetur q̃ expoſcat natura contractus: ſed eſtimatio ſolum hoc operatur vt ſciatur verum precium rei in caſu quo res perderetur aut deterior efficeretur: vt ſic dominus rei releuetur ab onere probandi verum precium rei. Et hunc modum Panor. inſequitur in. c. vnico ſuperius allegato. ¶ Ecce quid eſt locatio et conductio: in quibus vſus rei pro mercede venditur et emitur: proprietate penes locatorem manente. et ꝙ locatio et conductio eſt politie humane admodũ vtilis. Quãuis autem vſus rei metaphyſice loquendo ſit ꝓprietas realiter et idẽtice: tñ moraliter loquendo (niſi hec difficultas vel conſimilis tangatur) non expedit illo modo loquendi vti. Preterea patet ꝙ licet mutuum in manu mutuatarij ſemꝑ pereat qui eſt dominus mutui: tamen res locatitia: cuius locator eſt proprietarius non ſemper perit in manu locantis ſed locatarij: vt quando locatari⁹ eſt in dolo/lata culpa: vel leui. Et ex dictis facile deprehendere potes quomodo culpa accipiatur: et per quid dolus ab omnibus ſpecieb⁹ culpe ſegregetur. Ulterius habes: quo modo aliquid eſt de ſubſtantia cõtractus: et aliquid eſt contractui naturale: non ſemper de lege nature: ſed crebro de lege humana. Aliquid etiã eſt contractui accidentale. et ſic aliquid eſt ꝯtra ſubſtãtiam contractus: et aliquid contra naturam eius. ſed cõtractus cõmuniter eſt indifferens ad hec accidentia et ſua oppoſita: ſicut metaphyſice loquendo contingit de ſubiecto et accidentibus eius. Rurſus diximus ꝙ in aliquibus rebus locatis leuiſſima culpa conductori imputabitur ob precioſitatem rei locate: vel facilem eius corruptibilitatem. ſi enim ita non fieret: harum rerum poſſeſſores et ꝓprietarij eas non locarent. ¶ Ex his patet ꝙ ſtat dare aliquem contractum in ſua naturali puritate: hoc eſt ſine pactis exiſtentib⁹ contra naturalia illius contractus. aliquando fit impure: hoc eſt cum circũſtãtijs contra naturalia ipſius contractus. Secũdo ſequitur: inane eſſe locatori paciſci cum conductore de cõditionibus naturalibus contractus. probatur: quia naturalia cõtractus tacite ex eius natura inſunt: ergo inaniter fit de eis conuentio. et eodem modo in conductione: et in reliquis contractibus. Tertio ſequit̃ non ꝓpterea aliquem contractum eſſe illicitum ꝙ ei apponitur cõditio vel conditiones preter vel contra naturam ipſius: vt ſi conductor teneatur pena leuiſſima ex pacto: dũmodo locator conductorem releuet in aliquo illi oneri equali. immo dato ꝙ eſſet contra ſubſtantiam contractus: et eſſet mutatio in alium cõtractum ob pactum oppoſitum: non propterea ſequitur ꝙ contractus erit illicitus. ſtat etiam ꝙ ille ſecundus contractus ſit licitus: vt ſi dicam: dono tibi hunc equum. xx. aureis et non aliter: iam mutatio mutatur in emptiõem licitam. Quarto ſequitur ꝙ ſi quis teneatur ſiue vi cõtractus: ſiue ex pacto de culpa leuiſſima: etiam ſuperioribus erit obnoxius. ſ. culpa leui et aſcendendo: inferius enim includit ſuperius. Ex his que de mutuo/emptione/locatione/et conductione dicta ſunt: multi animalium contractus dilui poſſunt. Sed adhuc pro maiori intelligẽtia deciditur ſuper hoc queſtio ſequens.

## ¶ Diſtinctionis Decimequinte. Queſtio. xlvj.

AN contractus ſocidarũ quibus ruſtici in animalibus inniturtur/ſit licitus. Reſpõdetur. multifariam ruſtici contrahere poſſunt. et anteq̃ dãnetur vel reprobetur aliquis talis contractus: conſiderandum eſt ſub qua ſpecie contractus includatur: et an ſit contractus purus et ſimplex: puta nihil habens contra naturalia illius. et tũc facilius erit iudicare: an habeat conditiones contra naturam contractus. Uideatur itaq3: an ſi vnus obligetur ad aliquid contra naturam cõtractus: alter tñ eum releuet: an non. ſi ſecundum: dicatur contractus illicitus. ſi primum: contractus eſt licitus: dummodo non addatur aliqua alia circũſtãtia contractum inficiẽs. Audiat autem confeſſor vel alius prudens extra confeſſionẽ cõtractum ipſum cum omnibus circũſtantijs requiſitis: et inquirat a confitente vel alio conſulente de circũſtãtijs que contractum iuſtificare vel inficere poſſunt. et ante omnia audita: non precipitet ſententiam: nec eũ pudeat geminam audire relationem more ſapientis reſpondentis tam in theologia q̃ in artibus: primo argumentum integre et nitide recitantis: et ſecundo ad formã reſpondentis. et ſi caſus potiſſimum in confeſſione fuerit implicitus et difficilis: capiat inducias a reſpondente bidui vel tridui ſm ipſius difficultatis exigentiam: et interea induciarum tempore et mortuos et viuos doctores conſulat: ne cecus cecum in foueam ducat. et niſi diligentiã ſuper eiuſmodi negocijs fecerit: erit ei craſſa ignorantia et vincibilis: neminẽ a culpa excuſans. Et licet abſoluat confitentem et caſum iuſtificet a caſu: adhuc non excuſatur: quia licet iuſtum faciat: non tamen iuſte. quẽadmodum. ij. Ethico. dicit Philoſophus ꝙ quis loquit̃ grãmaticam et non grammatice: quia non ex habitu artis. Hec dixerim propter aliquos pauca principia in theologia habentes: qui caſus more lororum Gordij implicitos mox abſoluunt vel reprobant: tam in cõfeſſione q̃ extra confeſſionem: quod eſt etiam peccato ſecluſo contra viri famam. quia inquiſitione poſterius facta (vt pleruq3 fit) reſolutionis eius inuenietur oppoſitum. Ulterius conſiderabis: ſi opulenti paſſim ac inopes tali contractu vtantur: nam ſi ita compertum fuerit: liciti contractus indicium eſt: et ꝙ nõ ſolum preſſi ob inopia nullum contractum ineant. Ultra hec conſiderandum eſt an vtentes tali contractu non depauperentur. ſi eñ vna pars contrahens plerũq3 deterior fiat: et alia melior: argumẽtũ eſt ꝙ eſt iniqu⁹. Sane dũ lares patrios abhinc quadriennium viſerem et eſſem apud cenobiũ Melros de quo Beda in libro eccleſie gentis Anglorum mẽtionem facit: hunc caſum percrebrum inueni. Nam abbas illius loci locat ſibi ſubiecti oues. ſunt enim illic optima paſcua: et conductoribus earum apponitur cõditio oĩs periculi ſubeũdi. me autem ex religioſis et alijs rogante: an conductores eſſent ita opulenti vt ante iſtum cõtractũ: a nouiſſimis abbatib⁹ cõpertum eſt vbi quondam erant opulenti et egregij paſtores ouium artem patriarcharum imitantes: nunc eſſe penitus depauperatos: et dira preſſos iopia ſine ſua culpa: et multos ceſſiſſe loco. illud certe euidentiſſime apud rudes debuit contractũ oſtendere iniquum.

¶ His præambulis vtcũq3 in generali poſitis que ingenioſo quodammodo ſufficerẽt: in ſpeciali aliquos caſus citabo: ex quorum ſolutionibus ſimiles enodare poteris. In primis notum eſſe debet ꝙ ſicut frequenter quis in predijs ſuis retenta eorum ꝓprietate pro mercede concedit alteri vſumfructum ſeu ius vtẽdi et fruendi illis ſeu percipiendi commoditates et fructus eorum: ſalua eorum ſubſtãtia: et ita locare dicitur: et alter conducere: ex queſtione precedente: ſic poteſt fieri in animalibus: quia etiam ex eis ſalua eorum ſubſtantia fructus admodum vtiles haberi ſolent: vt in bobus: ouibus: capris: equis: aſinis: et ceteris id genus. hec enim opes ſunt naturales quib⁹ patres noſtri ab initio orbis conditi: et poſtea patriarche/Job/et ceteri boni viri vſi ſunt. Ex ouibus nãq3 animalibus manſuetiſſimis (quibus Chriſtus comparatus eſt) lac et ex conſequenti butyrum et caſeum: lanam et carnes habes: pariter fimum ad terram impinguandam vtiliſſimũ. ob hoc enim agriculture periti in campo ſterili includũt oues ſeptis/aliquod dieb⁹ quoad terra impinguetur: et poſtea ad cõſimile ſolum ſterile eaſdẽ cum ſeptis ad terre impinguationem transferunt. ſimiles ex bobus commoditates habes: ex vaccis lac: et ex boum tergoribus calceos: ſicut ex ouium lana veſtes. ſolis etiam bobus in pleriſq3 locis vt in vtroq3 regno Britannorum colitur terra. Animalium commoditates ita agricolis note ſunt: vt eas apud ipſos recitare ſit ſuperuacuũ. ¶ Sed animalia tradẽs retinet crebro eorum dominium: et conducenti ruſtico pro certa mercede vſumfructum concedit: et ita eſt locatio ex parte tradentis: et conductio ex parte recipientis. et ille eſt primus modus. ¶ Secundo interdum eſt locatio perſone ex parte ruſtici recipientis animalia: et conductio perſone ex parte tradentis ea: hoc eſt/animalia tradens conducit ruſticum in ratione paſtoris pro mercede vt oues ad paſcua minet paſcat: et cuſtodiat. nam opera hominis eſt eius fructus. vt. l. iij. ff. de ope. ſeruorum. Interdum paſcuntur in terra tradentis animalia: interdum in terra ruſtici. Primum apud Britãnos eſt frequens: vbi inuenies virum quater vel quinquies mille francos et eo amplius in redditib⁹ annuis habentem: ſupra ſeptem milia ouium Job: nonnũq̃ decem milia poſſidentẽ. et hoc bene fit in pleriſq3 locis vbi terra eſt mõtoſa: tritico inidonea. Ob frigora enim nullibi in Britannia creſcunt vites: quãobrẽ congruit illic paſcere oues et vaccas: quibus terra non eſt minus vtilis q̃ ſit triticum: et mõtoſa alijs terris melior. nã vnum miliare mõtis: quatuor vel quinq3 miliaria paſcuorum valet ob montium altitudinem: et ad mõtium maximas altitudines oues et capre illeſe conſcendunt et deſcẽdũt. talia enim paſcua ſunt animalibus iſtis optima: vt ꝑ caſeos Aruernie Pariſijs videre eſt: qui inter caſeos gallicos primas partes habere dicuntur. Tunc autem ſolet dominus ſeni alicui artis paſcẽdi oues perito: duos vel tres ouium greges (quadringẽtas autem et octoginta oues grex cõtinere dicitur) pro mercede dare: addẽs paſtori facultatem paſcendi centum vel ducẽtas oues pro ipſo. aliquot item vaccas cum equis vel equabus et earum fetibus: et aliquot agellos ꝓ eius grege nutriendo. Nonnunq̃ etiam paſcũtur oues in terra ruſtici: terra inquã quã habet conductitiã: et tunc nutrimentum et labores animalibus miniſtrat. ¶ Tertio aliquãdo contrahunt ſic. tradens animalia recipiẽtem obligat ad reſtituendum ea poſt lapſum alicuius temporis: vtpote poſt duos vel tres annos tot animalia et eiuſdem valoris: etiam ſi apud recipientẽ periſſent caſu fortuito vel qualitercũq3. et tempore intermedio pro quo fit traditio: recipiẽs animalia poteſt ea diſtrahere aut aliter eis vti ad libitum. et aliquando tradendo ea eſtimat vt eorum cognoſcatur valor. et hic apparet eſſe mutuatio: quia ſi ſic ea tibi tradidero: de meo facio tuum/transferẽdo in te dominium et ꝓprietatem: quatenus poſſis eis vti ad vſum qui eſt eorum conſumptio: et obligo te vt illa reſtituas: nõ ſm numeralem idẽtitatem: ſed ſm idẽtitatem ſpecificam. iſta autem ſunt ſubſtãtialia et naturalia mutuationis: igitur ibi eſt mutuatio. nã perinde eſt ac ſi tradens animalia daret ipſi recipienti animalia tantam pecuniam quantam valent animalia: ſed ſi tãtam pecuniã predicto modo daret: eſſet vera mutuatio. Nec potes ꝑ hoc effugere ꝙ animalia non ſunt res mutuabiles: eo ꝙ res mutuabilis debet habere vſum q̄ eſt eius ꝯſumptio. Sic enim eſt in ꝓpoſito: quia datur tibi facultas ad diſtrahenda ipſa animalia. ſicut enim pecunia diſtractione conſumitur: ſic animalia: quia comeſtio animaliũ eſt eorum conſumptio: et ad talem vſum cõceduntur in iſto caſu. ¶ Quarto interdum conueniunt vt alter pro aliquo temporali animalia ſua tradat alteri/transferendo eorum dominium in alterum: faciendo alium condominum: et alter tot animalia viciſſim tradat vel equiualẽs. ¶ Quito vnus retinet ſibiipſi ꝓprietatem animalium ſuorum: et cõmunicat alteri vſum ipſorum: et facit eum conſuarium: hoc eſt: recipiens transfert ſimili modo aliquid temporale in tradentem: faciendo ipſum participem in eodem temporali: qđ ſibi viciſſim communicat:

etiam nō abdicādo a ſe illud tēporale. ⁊ hic ꝯtractus eſt ſocietas: q2 ſocietas eſt cōtractus in quo aliqs res ſuas cōmunicat alteri/ faciēdo eum participem dominij vel vſuſfructus earūdē ꝓ aliquo alio tēporali ſibi ſimili modo cōmunicādo. nō eīn eſt mutuatio/ locatio/ cōductio/ aut ꝑmutatio: ⁊ ſic de alijs ꝯtractibꝰ: ⁊ eſt ꝯtractus ſimplex: ergo a ſufficiēte diuiſione eſt ſocietas. Multa hic que in facto cōſiſtūt recitauimus. ❡ Sed ad reſpondēdū de tribꝰ ꝑmis modis nihil oportet vltra dicta addere. nā homo poteſt locare corpus ſuū ad operādū: et ad animalia cuſtodiēda: ⁊ hoc alter licite cōducere poteſt. ſimiliter homo poteſt locare ſua animalia: ⁊ alter cōducere. ſi ergo ſeruet iuſtitia cōmutatiua ſm iudiciū prudētū: cōtractus eſt licitus. ſemꝑ intelligo prudētes in illa materia. in varijs nāqꝫ materijs varie ſunt prudentie. ſenes aūt paſtores ⁊ ruſtici qui in his verſati ſunt: in hac materia prudentes ſunt. Si vero aliqd capiat in tertio ꝯtractu: eſt vſura: q2 reputo illū cōtractū mutuū: ꝓpter circūſtātias additas. recipiēs eīn tenet de omni periculo: ⁊ poteſt diſtrahere animalia interea: ergo nō tenetur ad reſtituenda eadē: ſed cōpleto tēpore pactionis tenet reſtituere ſimilia. modo iſta eſſentialiter mutuum edificāt: ſicut partes hominis hominē. De ſocietate autē in queſtione ſequenti tractabimus.

❡ Ponamꝰ nūc aliquos caſus (vt aiūt) practicādos: eorū morē imitātes qui ob logicas regulas plenius intelligēdas ſophiſmata cōpoſuerūt: ⁊ ſimiliter in medicina ſpeculatiua ⁊ practica. Primꝰ ſit iſte. Sortes tradit Platoni cētū oues: aūt quot volueris ad annū vſqꝫ: tali cōditione vt Plato teneat eas ⁊ earū fetus cū diligētia paſcere ⁊ ſeruare expēſis ſuis: ⁊ fetuū fideliter Sorti dimidiū aſſignabit: et in fine tēporis eaſdem oues vel ſimiles. diuini iudicij vel caſus fortuiti periculū Sortes ſubibit: reliqua ipſe Plato. Cum doctus vidit cōtractū ſecluſis circūſtātijs eſſe licitū: querat a conſitēte vel prudēte ruſtico: an dimidia pars fetuū expēſis Platonis ⁊ laboribꝰ cū onere ꝑiculi equiualeat/ necne: ⁊ ſm hoc reſpondeat. ❡ Secundus caſus. aliqs locat alteri animalia ficta: vtpote Sortes pauꝑ ruſticus a diuite petit mutuum. cui diues ait. Nō mutuabo ſed abs te vnā vaccā emā: ⁊ ſic habebis pecuniā: quā vaccā tibi mox locabo: ⁊ dimittā eā apud te tāq̄ meā ꝓ certa annua mercede. Cum diues ſciat pauperem nō habere vaccā: nō poteſt vaccā ab eo emere: ⁊ ꝑ ꝯſequēs non poteſt locare ei vaccā: ratione cuius annuā penſionē recipiat: ſed eſt mutuatio vſuraria. cū eīn diues nihil dederit pauꝑi niſi pecuniā: ſequit q̄ ex pecunia tradita annuā penſionem recipit: igit de pecunia mutuata recipit lucrū. ⁊ eodē mō dicat de ꝑdijs fictis emptis. nō tamen peccaret ſi putaret pauperē habere vaccā capiēdo penſionem iuſtā. ❡ Tertius caſus. Sortes tradit Platoni .xx. vaccas hoc mō vt vacce ſint firme: ſic ſcꝫ vt velit eas vel earū valorē habere ſi pereāt quomodocūqꝫ: vel deteriores efficiant. cum hoc vult q̄ Plato habeat omne lucrū vel emolumētū inde ꝓueniēs: ſicut vult omne dānū ⁊ ꝑiculū eſſe Platonis. nec vult aliqd ratione iſtius cōtractus habere a Platone. Iſte cōtractus eſt licitus: et mutuū/ ac ſi Sortes daret tātā pecuniā Platoni quantā valēt .xx. vacce ad tēpus: poſt qd vult ſuā pecuniam repetere etiā ſi in manu Platonis perijſſet. ❡ Quartꝰ caſus. a. tradit duo animalia b. ꝑ annū: volēs habere ab eo aliquot ſextarios frumēti vel aliquā aliā vtilitatē in pecunia vel in rebꝰ cōſiſtētē: ⁊ omne ꝑiculū illorū animaliū īponit b. ita vt b. debeat ſolus ſuſtinere ꝑiculū tā deprauationis ⁊ mortis que ex culpa lata vel leui prouenerit: ſed etiā eius que ex eius leuiſſima culpa: imo etiā que ſine culpa: ſic ſcꝫ fortuna vel diuino iudicio mors animalibꝰ ꝯtigerit. ❡ Hunc cōtractū Conradus vſurariū dicit: ⁊ loquit qn̄ in tēpore intermedio quo b. vtit animalibus: nō poteſt ea diſtrahere. Argumēta autem cōtra ſe facit quibꝰ nullo pacto ſatiſfacit. Ego q̄ breuiſſime vt in tota iſta materia inſtitui: rē expediā. Dico igit illum contractū nullo mō vſurariū. ſed eſt cōtractus locationis ⁊ cōductionis cū b. nō poſſit diſtrahere animalia/ vēdere ⁊ comedere ante finē tēporis de reſtitutiōe. nec vllo pacto eſt mutuū. Et licet reſpondēdo ad primū argumētū qd facit ꝯtra ſe/ dicat. q̄uis a. vocaliter non tradat ei ea ad vſum qui ſit eorū cōſumptio: tn̄ ipſe ſic ei ea tradit. nā ꝓ quāto omne ꝑiculū imponit b. videt ei ea cōcedere vt eis vtat etiā eo vſu quo pereāt ⁊ cōſumātur. Iſtud nihil eſt. tū q2 cōtra caſum. tū q2 cōmodator eſt dn̄s rei cōmodate: et tn̄ poteſt paciſci q̄ cōmodatarius ad caſum fortuitū ⁊ ad omne ꝑiculū teneat: vt dicit Romanꝰ pontifex in .c. Cum gratia ſui. de cōmodato. ergo b. ſuſcipeꝛ omne ꝑiculū in ſe: nō arguit ipſum eſſe dominū rei: et ꝑ conſequens non eſt mutuū. Nec poteſt eis vti poſt mortem comedēdo vel vendēdo: vt ſi bos ſubmergeret: quia diſtraheret alienū: ⁊ faceret furtū. Multo minus valet qd dicit reſpōdēdo ad illud idem primum argumētum: vbi ſecūdo dicit. dato q̄ a. vellet expſſe b. ea nō cōſumere: ſed tātūmō eis vteret in laboribus: ⁊ nihilominus ſic ei omne periculum impoſuiſſet: non ꝓpter hoc poſſet a. excuſari ab iniquo contractu: quia etſi non poſſet dānari vſurarie prauitatis: vtputa q2 non poſſet ſatis apparenter conuinci de mutuo animaliū: tn̄ minus iuſte ageret cū b. nā ſi ea ad omnem vſum cōceſſiſſet vel mutuaſſet: ⁊ aliquid acciperet nomīe mercedis ab eo: diceretur inique agere contra b. ergo multo magis condēnandus eſt a. iniquitatis: quādo ei non ad omnē vſum: ſed ad reſtrictiorē vſum cōcedit: ⁊ nihilominus vult habere mercedem ab eo. Hoc inquā minus valet: ⁊ ratio eſt: q2 tunc eſſet verū mutuum: gratia cuius nihil licet accipeꝛ vltra ſortem. nunc autē eſt locatio īpura: hoc eſt habet conditionem adiectā contra ſua naturalia. vel eſt duorum cōtractuū mixtio. et idem eſt in ſententia. modo licet aliqd capere ratione locatiōis ſm omnes. Nec valet qd tertio dicit: q̄ etſi non poſſet conuinci a. mutuaſſe animalia: tamen cōuinceretur equiualēter pecuniā equiualētē animalibus mutuaſſe. Si ꝓbet contractus locationis/ vel mixtio duorū contractuum licitorū tā ſeparatim q̄ coniunctorū: non potes per virtuale mutuum aufugere. et ſi ꝓteruiēdo quis euadere ſtudeat: dabitur occaſio ſic cū dyſcolia quoſcūqꝫ caſus licitos reprobandi ratione virtualis mutui. Dico ergo ſicut dicebā a principio q̄ eſt duorū caſuum licitorū mixtio: vel locatio īpura. hoc eſt cū conditionibus contra naturā locationis. qd idem valet. nā a. locat duo animalia ipſi b. vt habeat .xij. ſextarios frumēti/ gratia exempli: tūc doli ⁊ late culpe tenet b. virtute contractus locationis a. paciſcit ⁊ facit nouū contractū cū b. vel addit aliqua non pugnātia cum contractu locationis. ac ſi diceret. domine b. tu teneris mihi reſtituere meos duos boues vel eorum valorē ſi dolo vel lata culpa pereāt: ⁊ dare mihi etiam ratione mercedis in locatione .xij. ſextarios frumenti: gratia exempli hoc pono: et q̄ ſit iuſtum precium. ſum contentus diminuere vnam portiōem precij ea lege vt omne periculum boum ſuſcipias: ita q̄ qualitercūqꝫ pereant: mihi ad reſtitutionem teneberis. poteſt autem fieri vt rariſſime boues in tali loco pereāt ſine dolo. quare/ cur licite nō poſſint paciſci mutuo ſuꝑ diminutione ꝑcij dādi ipſi a. non



video: cum hoc q̄ b. omne periculum ſubibit: ita vt iudicio prudentū colonum iudicetur caſus b. melior vel tam bonus rōne diminutionis mercedis q̄ ratione oneris quod ſubit: ⁊ cum nec ſit mutuū nec cōtra iudicium prudentū colonorum: illud eſt licitum cēſendum. Facile eſt oſtēdere q̄ nullum argumentum quod cōtra ſe facit in parte ſoluat. Sed ne in hoc incidā in quo alios de verborū prodigalitate (vbi res paucis expediri poteſt) arguere ſoleo: ſingulas eius ſolutiones refellere eſt inutile. ❡ Nūc ſolum duo eius argumenta quibus ꝓbat intentum ſuū: ſinem impoſiturus. Arguit ſic a. cenſet predicta animalia mutuaſſe b. ex quo a. vult eſſe immunis ab omni periculo animalium: nō minus q̄ ſi tantūdem pecunie mutuaſſet b. ⁊ omne periculum impoſuiſſet b. quale mutuatarius tante pecunie haberet ſubire. Ad iſtud argumētū iam reſponſum eſt: q̄ nullo pacto ē mutuatio. Secundo arguit. tenendo oppoſitum aperitur via vſurarijs. nā cum homines videāt ſibi nō licere mutuare ſuas pecunias ſub certa mercede: omnē ſuam pecuniam expendēt ꝓ animalibus emēdis vel ꝓ domibꝰ ⁊ dicent ſe huiuſmodi locare alijs pro certa mercede. at tamen illis imponēt omne periculum eodem modo ac ſi tantam pecuniam quantam expenderunt ꝓ animalibus vel domibus: eis mutuaſſent. Reſpondetur. negando q̄ aperitur via vſurarijs. certe multo magis aperit admittēdo q̄ liceat capere ratione lucri ceſſantis vltra ſortem: ⁊ ratione pene cōuentionalis vel ſollicitudinis quam homo habet ex ſue pecunie carentia. quod ipſe ⁊ recte opinione mea inſequitur ſicut ⁊ ego. ⁊ nulli dubiū eſt quin prudens tantum lucretur ſine vſura quantum imprudens vſurarius cum fenore. hoc patet in emēdis agris irredimibilibus vel redditibus. Ad oculū exēplificabo de duobus primarijs collegiorum moderatoribꝰ quorum vnus ꝓcurat bonos regentes: ⁊ bonam politiā ſeruat in collegio: vt habeat lucrū: illic preciſe ſiſtendo. alter facit vt bene paſcat gregem ſibi cōmiſſum: ⁊ nō ob ſpem lucri: lucrum tamen occurrens non recuſat. ſecūdus hic tantum lucrat quantum prior. Sed forte iterū argumentaris. ſi a cōceſſiſſet b. animalia ſic ſcilicet vt b poſſet illa diſtrahere quandocūqꝫ vellet: ⁊ cum obligaretur ſubire omne periculū ⁊ cogeretur reſtituere ſimilia animalia ſi perirent: iam eſſet mutuum: ⁊ eſſet vſura ſi caperetur aliquid ratione iſtius contractus: ergo eodem modo ſi non poſſit diſtrahere illa animalia. Reſpōdeo. vides conſequentiam nullam ex dictis: cum in vno ſit mutuum: nō autē in alio. Et eodem modo conſequēter dicēdum eſt: ſi a. tradit b. .xx. animalia eſtimata .xx. libris: ⁊ b. debet habere medietatem medietatis fructuum ⁊ fetuum prouenientium: ita tamen vt b. teneatur a. reddere dimidiam partem illorum animalium in valore qualitercunqꝫ pereant. vbi ipſe dicit eſſe duos cōtractus/ ſcilicet ſocietatis ⁊ mutui. nam a. cēſetur mutuaſſe .x. animalia de predicto numero .b. pro quanto vult a. b. poſſe repetere decem animalia vel eorum valorem qualitercunqꝫ pereant. Dico illud eſſe falſum: ⁊ conſequenter ad illa que iam dixi: ſunt duo contractus quorum vnus nullo modo eſt mutuum virtute illius caſus ſed vnus eſt locatio: et alter eſt contractus innominatꝰ: ſcilicet dabo tibi quartam partem fructus iſtorum animalium ea lege vt ſubeas periculum de eis reſtituēdis qualitercunqꝫ pereant. ⁊ ſi illud lucrum iudicetur a prudentibus ruſticis tam expetibile quam eſt onus periculi fugibile: contractus non eſt reprobandus. Et ita pleriqꝫ alij caſus conformiter ad iſtos in materia ſolidarū: et ſocietatis terminandi ſunt: oppoſito modo ad aliorū dicendi modum: quia hoc quod nunc diximus eſt ad multa alia dicenda radix ⁊ clauis.

❡ Diſtinctionis Decimequinte.

Queſtio Quadrageſimaſeptima.

QVeritur vlterius: an cōtractus ſocietatis ſit licitꝰ. Societas eſt coniunctio pluriū gratia lucri contracta. ⁊ poteſt eſſe q̄ vnus ſolum pecuniam ponat: ⁊ alter operam tantum: vel vterqꝫ pecuniam et operam: vel vnꝰ pecuniam ⁊ alter operam cū pecunia. ⁊ vnus poteſt plus de pecunia ponere ⁊ alter minus. ❡ Reſpondetur q̄ eſt licitus ſi habeat circunſtantias omnes ad bonitatem actꝰ requiſitas/ et obiectum debitum: quas cuilibet materie in particulari longum ⁊ inutile foret applicare: cum ei alicui materie ſemel applicate ſunt: alijs facile proportionabiliter applicari poſſunt. Actus ex parte obiecti ī propoſito vt notum eſt/ nullam cōtrahit maculam. ſuppono etiam q̄ ars vel negociatio ſit licita. ⁊ ſic poteſt per ſingulas circunſtantias in genere oſtendi. Affirmatiue ergo ad titulum queſtionis reſpōdetur. probatur reſpōſio. ſocietas tam iure pontificio q̄ Ceſareo eſt approbata. in iure Ceſareo. ff. pro ſocio. per totum titulum. ⁊ Inſtitu. in eodem. In iure autem pōtificio in capitu. Per veſtras de donationibus inter virum et vxorem. cuius caſus alibi: vt dicit Panor. in iure pontificio mētio nō habetur. Ratione arguitur ſic. licitū eſt viro capere fructum pecunie ſue: ſed in ſocietate homo non abdicat a ſe dominium pecunie ſue. igitur. fructꝰ autem pecunie patet agros emendo vel aliter negociādo. licet enim nuda pecunia fructum non habeat: tamen ipſa cōtractui alicui applicata fructum parit: vel eſt inſtrumentū quo mercator fructum acquirit: ⁊ eſt eadem ſententia.

❡ Sed pro cōtractus intelligentia proponemus aliquas regulas rationi conſentaneas: quas pre occulis habebis quando caſus anceps ſocietatis ī medium affertur. poſtea nōnullos caſus in ꝓprimo afferemus: vt ex eorum ſolutionibus ſimiles eluere poſſis. ⁊ quia per variarum circunſtantiarum appoſitionē vel diminutionem in infinitum variari poſſunt: licet circunſtantie in genere finite fuerint: nō eſt poſſibile caſus oēs tangere: nec expediēs plurimos ꝓpter prolixitatem artis nouercam aggregare. In primis conſiderabis: an in ꝯtrahenda ſocietate ſint in latitudine iuſticie cōtrahentes: hoc mō. Si equaliter poſuerūt in ſocietatē de capitali: ſcꝫ Sortes ⁊ Plato: vterqꝫ centum aureos: tunc ſi capiāt equale lucrū: opꝫ videre an Plato ex his ducētis aureis negociabat: ⁊ in ꝑmis tollere eius expenſas moderatas maiores q̄ domi faceret. ⁊ opꝫ videre quātū plus expendiat rationabiliter gratia iſtorum centū ducentorū ſcutorum vltra pecuniā quā domi exponit: ⁊ illam oīno tollere anteq̄ de lucro aliquid inter ſe diuidāt ⁊ etiā ꝓ laboribus Platonis niſi eos remittat: alioquin caſꝰ Sortis eēt melior q̄ Platōis. ⁊ loquor de meliore extra totā latitudinē iuſtitie. ſi ei oporteret ſubtrahere omnes īpenſas Platonis in negociando factas: caſus Platonis eſſet melior q̄ caſus Sortis q̄ domi expēdit ⁊ Platonē expendere oportuiſſet domi: niſi pn̄tia ſua domi/ vel aliqd ſimile tn̄ ſibi valuiſſet quantum impēſe iſte extra domū facte: vel ſi expenſas ab amicorum aliq̄ gratis domi haberet. Et de rationabilibꝰ et moderatis expenſis loquutus ſum. nam ſi Plato prodige exponat: qd ad ſortē? His ſubtractis oportet partiri lucrum re-

manens inter eos equaliter:et etiam capitale equaliter.
et ſi vnus poſuit plus de capitali:ea ꝓportione plus ha-
bebit lucri ceteris paribꝰ:⁊ tunc oportet duplũ in expen
ſis facere:ꝙ ⁊ duplici capitali ⁊ lucro perdẽdo ſit ſubie-
ctus. Si ſortes plus ponens in capitale ꝙ̃ plato permit-
tit platonẽ tãtũ ſecum participare de lucro:ſed tamẽ ra
tione illius lucri maioris vult platonem eſſe ſubiectum
maiori periculo: vtpote quando eſſet obligatus vi ꝯtra-
ctus.de dolo ⁊ de aliqua culpa:⁊ cũ obligaret ad leuiſſi
mam culpam ſubeundã/ vel ad aliquid ad quod non te-
netur vi contractus ſocietatis: tunc ſi prudentum nego-
ciatorum iudicio lucrum veroſimile quod ei offert ſor-
tes/ſit ita expetibile vt dãnum offerendum eſt fugibile:
ita vt dubium ſit apud illos prudentes: vtra pars ſit eli-
genda a platone:vel ꝓbabiliter partes non iudicant ini-
quas:adhuc cõtractus ſocietatis eſt licitus. Et do hoc
documentum: contractum ancipitem ſocietatis ineun-
tibus ſumme obſeruandum:tum ne fallantur:tum ne vi
deatur eſſe ſpecies mali. Congregẽtur tres vel quatuor
prudentes negociatores in initio contractus: viri bone
fame inter ſuos cum erudito viro vno vel duobus ſm
exigentiam arduitatis contractus ſi fieri poteſt:apud
quos ſingule circunſtantie contractus recitentur. No-
tanter de erudito viro loquutus ſum: quia ſicut ad lu-
crum ſocius ſocium iuuat:ſic in hoc contractu licite cõ-
trahendo negociatores eruditi.nam ſicut pro recta ſen-
tentia ferenda in queſtionibus facti lucri vel damni/ve-
roſimilis:negociatoribꝰ eruditi credent: ita e diuerſo an
contractus ſit vſurarius vel alicui legi diuine vel huma
ne contrauenienſ:iudicabũt eruditi. Ulterius ſi aliqui
ſocietatem ineant et non ſpecificent circunſtantias con-
tractus inter ſe:tunc ſtandum eſt conſuetudini regionis
ſi non ſit iniqua/vel legi communi aduerſa. Secundo:
quia vnus crebro dũtaxat operam ponit et alter pecu-
niam:conſiderãdum eſt an illa opera minus valeat ꝙ̃ pe
cunia poſita:magis/an equaliter: quia vt dicitur in.l.j.
ff.pro ſocio. Sepe opera alicuius pro pecunia valet.
contingit enim ꝙ ſortes in arte negociãdi ſit ita gnarus
et circunſpectus:vt ſi operas ſuas ad negociationẽ exer
cendam applicare voluerit:poſſit annue pro mercede vl
tra omnes expenſas et pericula conſequi centũ aureos:
quia eſt bona indole/qui diu negociatori inſeruiuit: vel
ſenex negociando ſine ſua culpa magnam partem ſuo-
rum bonorum amiſit/aut ſi ſit opulentus:cognoſcitur a
vicinis negociatoribus. ꝙ ſi nihil haberet: et inſeruire
vellet pro mercede: promereretur centũ aureos quotan
nis. Hanc induſtriam cognoſcẽtes prouidi negociato-
res ſepe ſuas filias libentius eiuſmodi etiam nihil habẽ
tibus tradunt ꝙ̃ bis mille aureos habenti a maioribus
relictos. Poteſt etiam eſſe aliquis qui vix annue cõqui
reret centum francos:alius quinquaginta:et ſic ꝯſequẽ-
ter ducentos aureos. tunc Plato in fine anni centũ au-
reos quos poſuit in capitale ſubtrahet: et ſortes tãtũdẽ
ſubtrahet: quia opera eius tantum valet ex hypotheſi:
et per conſequens vterqꝫ eorum habebit quinquaginta.
ſi enim Plato plus pecuniarum applicuiſſet:plus Sor
tes lucri conſequutus fuiſſet. Sed ſi Sortes poſſet in-
uenire aliquos alios qui darẽt ſibi quinquaginta etiam
ad eos adiuuandos: quia centum aurei quos ei dedit
Plato non ſufficienter eum occupant:tunc ſolũ debent
computari Platoni in capitale quinquaginta: quia nõ
applicuit extremum conatum laborum ſuorum:hoc eſt
tantum quantum rationabiliter poterat facere:quia de
virtute ſermonis non eſt dabilis extremus labor quẽ fa-
cere põt.ſed ſi Plato poneret bis mille ducatos:⁊ Sor-
tes poſſet negociari ſufficienter ex illis: Plato bis mille

ducatos ſubtraheret:⁊ Sortes cẽtum ducatos.et ratio
eſt:qꝛ poniuꝰ operã Sortis ꝑciſe valere centũ ducatos.

¶ His dictis aliquos caſus ſubiungã.
Primus eſt. a. poſuit centũ aureos in ſocietate:⁊ b. ope-
ras. lucrũ ⁊ capitale ſimul aggregata trecentos aureos
valẽt. dubium eſt quomõ hec pecunia ſit partiẽda in ſo
cietate. ¶ Reſpondet. ſi valor opaꝝ b. ſimpliciter pecu-
nie a. equiualeat: vterqꝫ in fine anni ꝑmo debet equalem
partem pecunie tã ꝙ̃ capitale ſubtrahere. ratio eſt:qꝛ b.
ꝓ labore habet ꝑmo cẽtũ aureos ⁊ q̃nquagita ꝓ lucro:
⁊ tãtũ habebit b. vltra capitale. deinde interuſoriũ:hoc
eſt lucrũ de ſocietate habitũ equa lãce inter eos partien
dũ eſt. ſi vero opa b. ſolũ dimidio interuſorij equiualeat:
lucrum ſolũ eſt inter eos partiẽdũ vbi a. ſuum capitale
prius a toto abſtraxit. ſed ſi opa b. interuſorij dimidieta
tẽ exuperet:ſed nõ equiualeat pecunie ꝑmo in ſortẽ miſſe:
tãto maior pars lucri debet cedere b. quãto opa b. ꝑua-
let interuſorio pecunie:prius tamen ſubtracta capitali
pecunia ꝓ ſolo a. proportionabiliter ſi opera b. ſit vilior.
¶ Secundus caſus. a. tradit b. aliquot oues eo pacto
vt omne ꝑiculũ eaꝝ ſit vtriuſqꝫ qualitercũqꝫ ꝑeãt. a. vnã
dimidietatẽ ꝑiculi ſubibit:et b. aliã. ſi aũt nõ ꝑeãt: a. de-
bet priꝰ ſuũ capitale retrahere:⁊ poſtea oues erũt cõmu
nes vtriqꝫ equaliter. ¶ Diſtinguo:vel ope b. equiualent
cõmunicationi ouiũ a. aut nõ. ſi primũ:cũ a. nõ teneatur
ſuſcipe partẽ ꝑiculi ex lata vel leui culpa ipſiꝰ b. ſi ſuſci-
pere dimidiũ illius ꝑiculi ad qḋ non tenet a. equiualeat
exceſſui quẽ habet a. ſup b. contractus eſt licitus: ſi non
equiualeat:ꝯtractus eſt illicitus:⁊ a. plus habet ꝙ̃ b. nã
cũ capitale ipſius b. ſcꝫ opa eius tãtum valeat quãtum
oues ipſius a. iuſtũ eſt ꝙ ſolum tãtũdẽ ꝑiculi ſuſtineat:
ſilicet vt ſolum dimidium totius capitalis aggregati ex
vtriſqꝫ capitalibus ſuſtineat, et ſic ſufficiet b. ſuſtinere
ꝑditionẽ opaꝝ ſuaꝝ. ⁊ ꝑ cõſequẽs nõ erit equum vt etiã
ſoluat dimidium ꝑcij ouium a. ⁊ iterũ quia ex equo tan-
tũdem poſuit ad capitale totale quãtum a. equum eſt vt
tãtũdem vtilitatis percipiat quantum a. ⁊ ꝑ cõſequens
non licebit a. ante omnia velle trahere ſuũ capitale etiã
ſi ſolũ velit trahere illud in caſu quo ſuperuixerint oues
in tanto tempore: donec ex fructibus earũ illud trahat.
reliqua membra ſunt clara. ¶ Tertius caſus. Sortes
poſuit centum aureos nummos in ſocietatem: et b. ope-
ram tantũ. capitalis pecunia eſt perdita ſine vllo lucro.
iã dubitat: an Plato debeat refundere. l. aureos ſorti.
¶ Reſpondetur diſtinguendo. aut opa Platonis equi-
ualet pecunie ſorti: ſic ſcilicet vt non ſolum lucrum: ſed
etiam centum aurei fuiſſent partiendi in ſocietate: aut
preualuerunt opere etiam centum aureis: et lucro in fi-
ne diuidendis: aut non equiualuerunt. Si primum: hoc
bifariam contingit: aut pecunia ante vllam operã Pla-
tonis vel nõ notabilem operam eſt perdita: aut poſt ope-
ras:⁊ hoc poteſt eſſe ſine culpa Platoni imputabili: vel
cum culpa ei imputabili. ſi primũ Plato tenebitur da-
re ſorti. l. aureos. aut debet valorem operarum quas de-
buit in ſocietate iſta ponere/applicare: et dare ſorti il-
larum operarum dimidium. ⁊ ratio eſt clara: quia perin
de eſt acſi Plato poſuiſſet centum aureos in vna naui:
et Sortes centum in alia naui. modo perditis centum
aureis ſortis: et non perditis centum Platonis: Plato
tenetur Sorti refundere. l. vel. l. cum lucro inde proue-
niente. modo opera Platonis in principio ſocietatis nõ
eſt applicata: et per conſequens non eſt perdita. Si ve-
ro pecunia ſit perdita poſt completas operas Plato-
nis: Plato nihil tenebitur refundere a. quia tãtum ami
ſit quantum a. quod patet in exemplo vbi centum aurei

aurei viij



Secundo arguitur ad idem. pactum quod non eſt ꝯtra
ſubſtãtiã: ſed ꝓter naturã ꝯtractus valet. vt. ff. de po. l. j.
⁊ in cap. vnico de cõmo. Inſuper Romanus põtifex in
cap. Per veſtras de donatio. inter virũ ⁊ vxorẽ. dicit ꝙ
dos mulieris poteſt cõmitti alicui mercatori: vt de par-
te honeſti lucri vir onera matrimonij poſſit ſuſtentare.
Nõ valet qḋ alij dicunt. nõ tamẽ debet reſtitui dos ſi pe
reat ſine culpa mercatoris. hoc inquã nõ valet. ⁊ ratio ẽ
qꝛ in illo ca. certabatur ꝙ maritus eius ſatiſdaret de do
te ſeruãda: qui erat ĩopia preſſus. ⁊ Innocẽtius mãdat
vt det cautionẽ quam poteſt maritus: vel ſaltẽ mercato
ri alicui dos cõmittat: qui tamen nõ eſſet obligatus in
omnẽ euentũ ſeruare mulieris pecuniã: peius forte age
retur cũ illa ꝙ̃ cũ marito: nec voluiſſet põtifex ſufficiẽ-
ter ꝓuidere mulieri quod ẽ incõueniens. ⁊ ſi hoc liceat
mulieri: nõ erit vllo mõ vſura. ⁊ alijs licebit. igit. Prete
rea ad idẽ eſt lex. Si nõ fuerit. ff. pro ſocio. ⁊ inſtitu. De
ſocie. §. De illa. ¶ Tertia eſt opinio iſtius Cõradi Su-
mẽhart neoterici cõtractum aſſerẽtis eſſe illicitum cũ
prima opinione: etiã ſi a. minimã partẽ lucri velit habe-
re. ratio ẽ: quia habet ſpeciẽ mutui vſurarij. quia tradi-
tio illa ꝙ̃tũ eſt ex forma ſua eſt forma in qua fit mutua-
tio: nõ ſit ꝓpria ſoli mutuationi. ⁊ licet fictio poſſit face
re ꝙ nõ ſit mutuatio: tamẽ illa nõ conſtat hominibus. ⁊ iõ
ille cõtractus natus eſt infamare a. de crimine vſure. ⁊
ſic a. cõtrahendo agit cõtra charitatẽ ſui ipſiꝰ. Dicit in-
ſuper ꝙ ille cõtractus natus eſt ſcãdalizare ꝓximũ: qꝛ
ex hoc accipiet proximꝰ occaſionẽ etiã cõtractũ qui eſt
mutuũ vſurarium exercẽdi. Itẽ ſi admitteret ille ꝯtra-
ctus: aperta eſſet ianua omibꝰ vſurarijs. Dico hãc opi-
nionẽ nullam: quia pari facilitate dicã ꝙ nõ licet cape-
re aliquid vltra ſortem in mutuo ratione intereſſe lucri
ceſſantis: cũ multo maiori colore ꝙ̃ ipſe hic dicat. imo
ratione dãni qḋ me fingam incurriſſe: viã vſurarijs ape
riã. Has rationes in ſecũda. q. de vſura eluimus. nunc
autẽ breuitati ſtudẽdũ eſt. Introduxi duas leges quas
Hoſtienſis/⁊ Joannes Andreas pro ſe allegarũt: quia
parti cum eis cõuenio. Reſpõdet iſte ad. §. De illa. In-
ſtitut. de ſoci. vbi dicit ꝙ valet pactũ vt alter nõ ſentiat
de dãno ſed de lucro. dicens hoc intelligi ꝙ licitũ ſit po
nenti operã paciſci vt nõ ſentiat dãnum pecunie capita
lis: ſed ponẽs pecuniã non põt ſic paciſci. Hoc nõ eſt rõ
nabile ꝙ liceat ponenti operã magis paciſci ꝙ̃ ponenti
pecuniam: et eque erit ſpecies mali in vno vt in alio. nõ
tamẽ me fugit ꝙ licitũ ſit aliquid accipere ⁊ honeſtũ: et
nõ paciſci de illo accipiendo: vt ſuperius de vſura exẽ-
plificauimus/ꝙ mutuator poteſt gratis oblatũ capere
a mutuatario: ſed nõ ſuper hoc paciſci. verũ hoc eſt pro
pter ſpeciale in ſua materia. ⁊ ſi donator paciſcat cũ do
natario vt donatarius ſibi aliqḋ det gratis: iã eſt egreſ-
ſus extra limites donationis: cũ donum ſm Ariſto. iiij.
Topicoruꝫ/ſit datio irredibilis: id eſt/ẽ datio facta nõ
propter equiualẽs reddendũ datori. Dicit preterea ali-
ud: ꝙ a. preter damnum quod expectat in pecunia capi
tali in toto vel in parte ſi perdat: habet expectare etiam
damnũ in interuſorio/etiam ſi pecunia nõ perdat. ſicut
contra b. ſentit damnum perditionis operarum ſi conti
gat. Et concludit ꝙ hec ſolutio eſt valida: non autem il-
la quam dat Joan. Cal. dicens ꝙ §. ille intelligitur non
de capitali ſed de damnis ⁊ lucris contingẽtibus ſaluo
capitali. Contra Calderinum argumentatur Conradꝰ
⁊ bene. ſi equitati ſocietatis non obſtat ꝙ in lucris conti
gentibus ex interuſorio pecunie ⁊ operarum ſint ita in-
equales vt vnus: vt puta etiam ille qui dat pecuniam/
ſentiat lucrum ſine damno oppoſito tali lucro: et hoc nõ
poſſit eſſe niſi alter ſcilicet a. alteri ſcilicet b. refundat

onus alia via. ergo eadem ratione etiaꝫ fieri poterit ſine
incurſu iniquitatis/ꝙ alter ſcilicet a. ſentiat lucruꝫ ſine
vllo damno capitalis pecunie: dummodo a. refũdat b.
onꝰ periculi capitalis ei impoſitum. Dico ꝙ etiam hoc
argumentum factorem iugulat: ⁊ probat ſolutionẽ nul-
lam quam dicit eſſe validam. dicit ꝙ non. quia a: pre-
ter damnum quod expectat in pecunia capitali in toto
vel in parte ſi perdatur/habet expectare etiam damnũ
in interuſorio eiuſdem pecunie/etiam ſi pecunia nõ per
datur. Hoc totum eſt verum / ſed nodus rei eſt ⁊ pondꝰ
totius argumenti quo quilibet vteretur arguendo: cui
non eſt ſatiſfactum. hoc totum eſt redimibile precio. et
poteſt a. releuare b. in hoc ꝙ obligat ipſum b. ad omnia
onera periculi ſubeũda per lucri diminutionem. quem-
admodum per ſortem pariſienſem ratione ⁊ exemplo ar
gumentati ſumus.

¶ Epilogando conuenientiam & diſ-
crimen inter has opiniones: meã opinionem recẽſere et
fulcire libebit. Aſo ⁊ Accurſius contractum nominatũ
in titulo queſtionis dicũt illicitum. non reſpondi omni-
bus rationibus eorum: quia pondus omnium cõſiſtit in
hoc quod dixi ſoluendo argumentum eorum vnicum.
Alia eſt poſitio Hoſtienſis ⁊ Joan. Andree. ſed iſte con
temporaneus noſter Conradus contra eos arguens di-
cit eos ſibi cõtradicere: quia dicunt pactuꝫ valere ꝙ po
nens pecuniam nõ ſentiat damnum in capitali. ſi tamen
capitale eſſet perditum in caſu fortuito: tũc qui poſuit
capitale deberet in foro anime remittere. Ipſe ſemꝑ ſuo
more nõ modo nõ capit opiniones aliorũ/ſed nec appa-
renter mentem eorũ: verum ſparſim dicta ſine intellectu
ponentium impugnat. palam eſt ꝙ iſti profundi iuriſꝑi
ti ſeu Canoniſte volũt dicere ꝙ licet paciſci / excipiẽdo
tamen caſum fortuitum/vel qui de equitate naturali ẽ
excipiendus. Hoſtienſis ergo ⁊ Joan. Andreas dicunt
contractum eſſe illicitum ſi in caſu fortuito ſit pactio. et
ex iſto patet ꝙ ſibi nõ contradicunt. nec argumenta con
tra eos directa ſunt ad eorum mẽtem. Iſte tertius Con
radus dicit contractũ eſſe illicitum propter ſpeciẽ vſu-
re: licet interdũ incidat in hoc ꝙ eſt cõtra iuſtitiam com
mutatiuã. Dico ergo contractum eſſe licitum etiam in
caſu fortuito et quocunqꝫ alio. ¶ Sed contra iſtum
quartum modum adhuc argumentabor pro Hoſtienſe
et Joanne Andrea. ſtante toto caſu inter a. ⁊ b. vel inter
ſortem et platonem Pariſijs/ſtat ꝙ animalia in itinere
aliquem morbum contrahant: frigore vel fulmine pere-
ant. vel multis alijs modis. ergo eſt contra iuſtitiam cõ
mutatiuam a platone capere ducẽtos vel trecentos frã
cos fixos platone nihil lucrante. Fortaſſe alicui videbi
tur in hoc argumento color. ſed cõſideratis illis que cre
bro ante diximus/argumentum non habet apparentiã
vllam. ratio eſt: quia concludit contra verum ſicut ⁊ cõ
tra falſum: ergo eſt elenchus ſophiſticus ⁊ non ponderã
dus. aſſumptum probo. concludit contra vnum contra-
ctum quem quilibet diceret licitum/ ſicut contra hunc
contractum. ergo ſi contra vnum non concludit: vt huiꝰ
rationis contractum non damnabis. Quod probatur:
ſi dem mille aureos mutuo ſorti: ipſe tenetur dare mihi
ratione intereſſe quadraginta aureos: ipe enim eſt nego
ciator. fures poſt duos dies ex quo egreſſus eſt domo
mea tollunt totum capitale: adhuc tenebitur mihi dare
vltra capitale. xl. niſi inopia preſſus fuerit tanta vt lici-
te non poſſim habere actionem contra eũ repetendi. nul
lo mõ enĩ eſt habendꝰ reſpectus ad illud qḋ ſequit: ſed
ad illud qḋ erat veroſile iudicio prudẽtũ ĩ pncipio ꝯtra-
ctꝰ: vt ſepiuſcule añ hac diximꝰ. Sꝫ dicis mutuatariꝰ ẽ

dñs mutui:⁊ mutuũ in manu dñi perit. Contra. idẽ contingit in cõmodato: vt dicit romanus pontifex in.c.vnico illius tituli. ⁊ tñ cõmodãs eſt dñs:tūc ſi dem centum equos meos tibi cõmodato cũ hoc pacto vt ſis ſubiect⁹ omni periculo/qđ accidere poteſt:⁊ ſi ſine culpa tua oẽs ĩ die ſequẽti peãt more bonoꝝ Iob:vel aliter(nõ refert) teneberis mihi ad reſtitutionẽ:ꝗuis ego ſim illarũ rerũ dñs. ¶ Dico ergo ad formã argumẽti. poſtq̃ aliqs contractus eſt licitus ab initio et equus iudicio prudẽtũ in illa arte:vtraqꝫ pars ꝯtrahẽtiũ habet apparẽs lucrũ. licet eñ altera pars poſtea/ ſiue ſine culpa/ſiue cũ culpa in ſua negociatione deterior fiat:hoc nõ inficit cõtractũ priſtinũ:nec arguit ipm fuiſſe illicitũ. qđ nobis ſufficit. ⁊ qđ amplius eſt:nõ tenet reſarcire dãnũ parti que ipſum dẽter negociata eſt/vel caſu fortuito icidit in ſuaꝝ rerũ iacturã. ¶ Secũdo arguit. nõ licet a. cape a b. nec ſorti a platone:de qb⁹ exẽplificauimus iter arguẽdũ ⁊ in caſu q̃ſtiõis:ducẽtos vel trecẽtos frãcos. pbat ſic. nulli licet cape lucrũ de pecunia alterius. ſed b. et Plato ſunt dñi iſtius pecunie:ergo nõ licet a. ⁊ ſorti aliqđ capere ratione illius pecunie. ¶ Rñdetur:a. ⁊ ſortes adhuc ſunt dñi iſtius pecunie:quẽadmodũ ponẽs in ſocietatem pecuniã/facit ſociũ ſuũ cõdominũ. ſicut econuerſo ſi alter ponat pecuniã:alter etiã dat ei condominiũ: ita vt pecunia ſit vtriuſqꝫ indiſtincte: quẽadmodum oĩa bona erãt Ade:et Eue ab initio orbis cõditi. vel ſi ſortes ponit pecuniã ⁊ Plato operã/Plato eſt condominus illius pecunie:de qua accipit partiale lucrũ. ꝙ autẽ cõdominiũ tradidit ei ſortes:⁊ iterato ſortes eſt cõdominus operaꝝ platonis in illa negociatiõe exhibitarũ. patet:qꝛ ponẽs pecuniã in ſocietatẽ nõ exuit a ſe totale dominium pecunie ſue:⁊ ppterea nõ recipit de alieno ponens ſolã pecuniã in ſortẽ:ſed de ſuo. nõ enim ſequit:pecunia eſt conſocij Platonis:ergo eſt alienum. hoc eſt nullo modo eius. quemadmodũ de equo in ſtatu innocẽtie/qui fuit Eue: nõ tñ ſequit ꝙ erat alienum ab Adã/id eſt nõ eius:licet alienũ ĩproprie valde loquẽdo:id eſt non ſolus eius. Dico etiã ꝙ rẽ aſſecurari ab alio nõ arguit aſſecuritatẽ in re illa habere dominiũ vllum:imo ſtat ꝙ aſſecuratus ſolus habeat dominiũ:et aſſecurãs nõ habeat:ſed hoc nõ eſt in ſocietate pecuniaria. Hoc ſic declaro. cũ aromatarius tradidit mihi ſua vaſa argẽtea in prandio doctoratus mei:tenebar ex lege ceſarea: vt in locatiõe allegauimus:⁊ ex lege cõſuetudinaria Pariſijs obſeruata reſtituere quodcũqꝫ vas pditũ q̃litercũqꝫ piſſet:et tamen aromatarius vaſoꝝ ſolus erat dñs:ego aũt aſſecurans: nõ dñs. Sed dicis. ponẽs operã in ſocietatẽ/poſt ſocietatis cõplemẽtũ crebertime refundit totum capitale pecuniã ponẽti:vtputa ſi aggregatũ ex capitali et iteruſorio nõ ſit in fine partiẽdũ: ergo ponens operã nec eſt dñs nec cõdominus illius pecunie. ¶ Rñdeo. ꝯſequẽtia eſt nulla. nonne vides ꝙ mutuatarius mutuũ reſtituere eſt obſtrictus:⁊ tñ eſt ſolus dñs mutui:qꝛ in mutatiõe mutuator dominio ceſſit. Si queras an ſequatur:ſortes eſt condominus in ſocietate iſtius totius pecunie : ergo eſt dñs iſtius totius. Dico ſiue ſequat ſiue nõ qđ ad a:ſed illã cõcedo : alioquin Adã in ſtatu innocẽtie nullius rei fuiſſet dñs ſimpliciter. ſimpliciter autẽ dico qđ ſine addito dico. pmo Prioꝝ. Sed niſi nobis eſſet fixus anim⁹ diuerſum ab hac materia ſeu ĩpertinẽs nõ aggrediẽdi: mẽte occurrit replicatio de religioſorũ bonis. Nã quilibet. xxx. canonicoꝝ ſancte Genoueſe eſt cõdominus bonorum cenobij : et tamen non dicimus quẽlibet illorum bonorum eſſe dominum. Ex his patet additus ad deciſionem cuiuſdam queſtionis quam doctiſſimus Joannes Eckius gymnaſij Jngolſtadienſis procancellarius optime meritus:ad noſtram facultatem tranſmiſit.

¶ Diſtinctionis Decimequinte.
Queſtio Quadrageſimanona.

G Ermanus quidam doctor Theolog⁹ eruditiſſim⁹:de quo in queſtiõis pcedẽtis calce mẽtionẽ fecim⁹:quãdã q̃ſtionẽ ſup quodã ꝯtractu ad facultatẽ noſtrã trãſmiſit vt ipſum vel reprobaret vel approbaret. ſed qꝛ ob varia ĩpedimẽta noſtre facultatis doctores ſuper hoc nõ fuerũt ꝯgregati:nihil eſt ab eadẽ ſacra facultate definitũ. Dicã cũ benigna pmiſſione ſeu ſupportatiõe opinionẽ meã particularẽ in hac parte:prius tñ caſum ppõendo/qui eſt iſte. Petrus conſignat cẽtum florenos apud Paulũ mercatorẽ : et ei p parte lucri ſui capitali ſaluo aſſignat p annũ q̃nqꝫ florenos:reſiduo lucri Paulo ſeruato. Vel caſus ſic clarius pponitur vt ipſum proponit Joãnes Crotus de mõte ferrato:iuris pontificij lector ordinarius Bononie. Nã Bononie pſente pfato Croto Joãnes Eckius hãc queſtionem in publico diſputauit conſeſſu:quare veroſimile eſt eos in caſus poſitione conuenire. ſic apud Joannẽ Crotũ figurat caſus:vt ſcripto in hãc vrbẽ miſit Joãnes Eckius. Titius habens certã ſummã pecunie negociationis expers:in illa ſe exercere nõ audet:ne ex ĩperitia ſuũ patrimonium diminuatur: nec reperit annuos cenſus prediales ſibi idoneos q̇ ſint vendibiles. Jdeo puidus ⁊ circũſpectus circa ſubſtantie ſue conſeruationem dictam quantitatem committit Gaio honeſto ⁊ probo mercatori ſua induſtria plurimũ ſolito lucrari:quẽ rogat vt ex ea negocietur. Gaius autem ex certis cauſis ſuum animum mouentibus nolens eũ acceptare ad lucrum et ad dãnum/paciſcitur cum Titio vt capitali ſaluo accipiat pro portiõe lucri ſui cuius quantitas incerta eſt:florenos quinqꝫ p ſingulis centum. Fit etiam conuentio vt vtriqꝫ contrahentium liberum ſit hunc ſocietatis contractum diſſoluere cum placuerit:dũmodo vnus ab altero certior ſuper hoc fiat in quarta anni. Sup hoc caſu contentio eſt:an iſte contractus ſit equus ⁊ licitus:ita vt Titius ad reſtitutiõem illorum quinqꝫ non teneatur in foro anime.

¶ Super hac quæſtione duas ponam cõcluſiones. Prior eſt. Cõtractus iſte nõ eſt vſurarius: ſed licitus. pbat pars affirmatiua:puta ꝙ cõtract⁹ eſt licitus:qꝛ ſequitur ex queſtione precedẽti. Secũdo probatur idem. Jſte cõtractus equiualet copulatiue ex tribus contractibus licitis ſibi mutuo non aduerſis cõflate:ergo iſte contractus eſt licitus. conſequẽtia eſt nota: antecedẽs pbatur:quia equiualet tribus contractibus quorum vnus eſt ſocietas:ſecundus eſt contractus aſſecurationis: et tertius eſt venditio lucri incerti pro lucro certo:quorum quilibet eſt licitus. ſiue ergo dicatur ſocietas mixta/vel contractus mixtus/non magis denominatus ſocietas q̃ aliorum duorum contractuum/vel ſocietas habens conditiones contra naturam ſocietatis:et non contra eius ſubſtantiam:in idem redit:et eadem eſt ſententia quo ad eſſe licitum et illicitum. quẽadmodum in artibus licet hec propoſitio tãtum homo eſt animal/dicatur categorica ſimplex/vel hypothetica ex varijs categoricis conflata : in idem redit quo ad veritatem et falſitatem. ſic in propoſito. ſed de hoc in ſecunda concluſione loquar. Aſſumptum patet. quia ſocietas eſt licita / dummodo ſit citra monopolium:



vnius fuiſſent in vna naui:⁊ cẽtuꝫ aurei alterius in alia ſi ei ambe periſſent/Plato tãtũdẽ iacture feciſſet quãtuꝫ ſortes. Tertia ppoſitio. ſi pecunia ſortis eſt perdita poſt operã platonis nõ plene preſtitã:gratia exẽpli poſtq̃ Plato ſuam operã dimidio anno poſt cõuentionem tpis preſtitit:tunc Plato tenet ſufferre dimidiatã dimidietatẽ perditionis pecunie ſortis. hoc eſt. xxv. aureoꝝ: ⁊ ſic erit deobligat⁹ a poſitione reliq̃ dimidietatis operarum:vel reliquã dimidietatẽ operaꝝ applicare in vtilitatẽ cõmunem. ⁊ hoc eſt idẽ. Eodem modo dicatur pportionabiliter ſi Plato pluſq̃ dimidietatẽ ope applicuit. Eodẽ mõ facillimuꝫ eſt iudicare ſi opere platonis fuiſſent preſtãtiores pecunia ſortis/vel viliores etiã cũ toto lucro. Et eodẽ modo facile dicẽdũ eſt ſi opera platonis non equiualuiſſet pecunie ſortis:ſed ſolũ interuſorio ſine pecunia:quia vel pecunia ſortis eſt perdita ante operas:vel nõ operas plene vel non plene preſtitas. Et conſequenter dicas pportionabiliter ad dicta:ſi pecunia eſt perdita per culpam platonis:vel opere platonis fuerunt plene preſtite/aut nõ. De culpa leuiſſima loquiꝛ nõ oportet ſi nõ fuerit ſuper hoc pactio:quia cum ſocietas fiat gratia vtriuſqꝫ:Plato nõ tenet de ea ſorti pluſq̃ de caſu fortuito. ſed in illo ad nullã refuſionem tenet plato. loquendũ eſt. ergo de culpa lata vel leui:⁊ ſi plato fuerit ĩ tali vbi opera platonis equiualet preciſe interuſorio:plato tenetur reſtituere:quia ſortes dãnuꝫ intulit in toto. nec refert ꝙ pecunia tpe ſocietatis erat tã in dominio platonis q̃ ſortis:quia licet ita ſit:debet tota redire ad ſortem finita ſocietate:modo q̃ñ eſt perdita/ finita eſt ſocietas. ergo plato tenet ad totius pecunie refuſionẽ. ⁊ hoc ſi opera platonis tm̃ equiualeat iteruſorio. Si autẽ opera platonis eſſet equalis centum aureis:ſic ſcꝫ vt tã capitale q̃ lucrũ equaliter diuideret in fine:⁊ plato per culpã latam vel leueꝫ perdidit capitale añ operã preſtitã:tũc ſi plato nõ velit ponere valorẽ operarũ ponendarũ/⁊ illum cũ ſorte diuidere : tenebitur ad totius pecunie refuſionẽ:⁊ per cõſequens tenebit dare ſorti cẽtum aureos. vbi tamen capitale fuiſſet perditũ ſine culpa leui vel lata platonis:fuiſſet ſolum obligatus refundere. l. ⁊ ad ponendũ valorem operarũ. l. valentium. rõ iſtoruꝫ eſt. quia in fine ſocietatis ſortes debet habere dimidium capitalis/⁊ dimidium valoris operarũ platonis. ⁊ ſic centũ aureos debet habere ſortes. modo plato per culpam ſuã priuauit ſortem pmis. l. aureis:⁊ qꝛ non ponit operas cũ pecunia ſit perdita circa quã laborare debebat:tenebitur ipſi ſorti dimidiũ valoris operarum ſuarum applicare. ꝙ ſi velit totuꝫ valorẽ operarũ applicare:ille eſt diuidẽdus equaliter:⁊ iterũ habebit ſortes .l. aureos de manu platonis:⁊ per conſequẽs habebit centum. Sed ſi opera platonis ſit equalis capitali/⁊ pecunia ſit perdita poſt operam platonis completam:tũc plato tenebitur ad refuſionem dimidietatis pecunie:et per cõſequens tenebitur ſorti dare. l. aureos. vbi alioqꝫ ſine ſua culpa fuiſſet perdita:nõ fuiſſet obligatus ad refuſionem vllius partis perditionis pecunie. ratio eſt:qꝛ ſortes de pecunia debuit tantũ habere dimidium in fine ſi culpa platonis non fuiſſet perdita. igitur cũ plato ſua culpa dederit occaſionem damni in dimidio:debet refundere dimidium damni. loquor quo ad ipſum capitale. nam quo ad ipſum capitale. nam de lucro vel intereſſe nõ loquor. alia oĩa membra liquẽt aĩaduertẽti. Sic etiam facile dicere potes ſi pars capitalis ſit amiſſa.

¶ Quarto dubitatur de iſto caſu ſocietatis:an ſit licitus. a cõmunicat b. fideliter ⁊ ſocialiter trigita florenos ⁊ b. recõmunicat operas ſuas negociando ex illis trigita florenis:ita vt a. velit habere tertiã partẽ lucri prouenientis ex negociatione/⁊ etiam ſuſtinere ſolũ tertiã ptem damni pueniẽtis ex ea:⁊ per conſequẽs vult vigiti florenos qualitercũqꝫ pereant ſibi eſſe ſaluos. Conradus dicit ꝙ a. mutuauit b. viginti florenos:quia trãſtulit eos in dominiũ b. cũ omni periculo eorũdem : ⁊ obligauit b. ad reſtituendũ eos vel equiualẽtes. Sed reſpõdeo ſicut ſuperius reſpõdi in ſimili caſu in ſocietate:dato ꝙ a. velit vigiti florenos eſſe ſaluos/nõ ſequitur ꝙ ſit mutuũ. poteſt eñ eſſe duplex cõtractus:vnus de ſoluẽdis. xx. qualitercũqꝫ pereant. ⁊ ſi a. tãto minus capit de lucro quod iuſte cõſequi poteſt:vt in hoc releuet b. tot⁹ ꝯtractus eſt licitus. hoc amplius etiã patebit ex duab⁹ queſtionibus ſequẽtibus. ¶ Dubitatur quinto. vtrum ſequens cõtractus ſocietatis ſit licitus a. tradidit centũ florenos b. vt eos expẽderet in negociationibus:⁊ b. tm̃ ponit operas:⁊ totum periculũ centuꝫ florenorũ manet in periculo a. ita vt qualitercũqꝫ perdant ſine culpa ipſius b. nihil tenetur b. a. reſtituere p illis a. autẽ vult ꝙ b. reſpondeat de lucro fixo p illis centũ florenis. Conrad⁹ hic recitat duas opiniones:quarũ vna tenet illum contractum licitum pliſſime ſuo more:⁊ aliorũ rationes non ſane ad eorũ mentẽ euacuare elaborat. Jn fine addit ſuam:in qua dicit tutius eſſe ab iſto ꝯtractu abſtinere. Dico eius opinionem nullius eſſe momenti:quia pari ratione/immo multo apparentiori dixiſſet tutius eẽ abſtinere a lucro ceſſante. Nõ me fugit qui eruditi ⁊ zelum cõſcientie/⁊ nõ ſcientie habẽtes ſimilia dicta libenter amplectant:⁊ de lucro ceſſante ⁊ ſimilibus omnib⁹. Sed via regia pcedẽdũ eſt:qꝛ periculoſa eſt plus iuſto ſtricta cõſcientia. nec debemus arctare viã dei vbi mẽtũ rationabiliter oſtẽditur aliquid eſſe licitũ. Breuiter ergo dico cõtractũ eſſe licitũ ⁊ ſicut ipſe recitat ex aliorũ modo dicendi:illic eſt duplex cõtractus:⁊ vterqꝫ licitus:nec alteri repugnans. prior cõtractus eſt ſocietatis licitus. ſecũdus emptio lucri veriſimilis iudicio prudẽtuꝫ. vt pecunia mea applicata negociationi importabit mihi. xvj. aureos(ponat ita gratia exẽpli:)⁊ qꝛ res ſubiecta periculo nõ eſt tãti emolumẽti ſuapte natura quãti eſt res extra periculũ:poſſum vẽdere alteri ius meuꝫ illius lucri veriſimilis decẽ aureis. xvj. iſti aurei in ſpe habendi(ponatur magna ſpes)dicuntur valere decem in burſa a prudentibus. quare ergo non poſſum vendere ius meum pro ſex vel ſeptem/ſicut poſſum emere hereditatem tuam futuram: Nec hic aperitur via vſurarijs:quia ſane non dabunt lucrum ita apparẽs pro tam exigua pecunia. Et q̃uis non eſſet ibi niſi cõtractus ſocietatis:tamen cõditio vnius poteſt eſſe melior cõditione alterius in vno dummodo alia via refũdatur per pactum etiam exiſtens contra naturale ſocietatis. Et ſic diceretur eſſe hic:quia q̃uis de natura ſocietatis ipſi a non debeatur fixum lucrum:tamẽ ſi dimittit ipſi b. maiorem partem lucri veriſimilis:vt ſibi detur fixum lucrũ ſeruando equalitatem iudicio prudentum nihil mali ẽ. quia dicere ꝙ eſt duplex contractus. vel aliquid contra naturam ſocietatis/et non contra eius ſubſtantiam eſt tam magnum diſcrimen quam inter ſpeciem ſpecialiſſimam moralis philoſophie/et legiſtarum genus. Et quando arguens querit:ſub quo termino et animo a. cõtrahit cum b. non debebat talibus inſiſtere. Sed dico ꝙ contrahens debet animo inire ſocietatem : et verbo. Etiam ratio eius nihil valet de verbo propter vicinitatem. numquid ipſe concedit cum communi doctorum opinione ⁊ bene:ꝙ iſte contractus eſt licitus : mutuo tibi mille ſuper pagum tuum/ et tenebo pagum quouſqꝫ reſtituas:de quo caſu in materia vſure queſtione quinta in libris ſterlingorum loquuti ſumus.

¶ Diſtinctionis Decimequinte.
Queſtio Quadrageſimaoctaua.

QVæritur ſecũdo. Vtrũ
iſte cõtractus tãq̃ſ ſocietatis ſit
licitus: a. tradidit b. centũ flore-
nos vt eos expẽdat in negocia-
torib⁹ ita vt b. teneat̃ a. reddere
cẽtũ florenos q̃litercũq̃ꝫ pcẽat. ⁊
ſi qđ lucrum inde obuenerit: de-
beat b. dare a. aliquotã partem
quã a. ꝓ tũc ſpecificat: ſcꝫ dimi
diũ vel huiuſmodi: aut dimittit quãtitatẽ huius pende
re in bñplacito b. ſi aũt nullũ lucrũ obueniat: nihil tenea
tur b. dare a. niſi capitalẽ pecuniã. ¶ Circa p̄dictũ con-
tractũ tres cõperio modos dicẽdi. et q̃ꝛ nullus illoꝝ mi-
hi placet: quartũ modũ ponere ꝓpono. Prim⁹ modus
dicẽdi eſt Aſonis/ ⁊ Accurſij auditoris eius in. l. Si nõ
fuerit. ff. Pro ſocio. ⁊ ſequit̃ Panoꝛ. in. c. Per veſtras.
de donatiõib⁹ iter viꝝ ⁊ vxorẽ. Poſitio aũt eoꝝ in ꝓpo-
ſitionib⁹ ſequẽtibus ſtat. nõ eſt ſocietas ſed veꝝ mutuũ:
⁊ a. capit lucrũ a b. rõne illius ꝯtractus: ergo ꝯtract⁹ eſt
vſurarius. vis argumẽti eſt ꝓbare q̄ nõ eſt ſocietas. qđ
ſic ꝓbãt. pactũ adiectũ eſt cõtra naturã ſocietatis: igit̃
nõ eſt ſocietas. antecedẽs ꝓbat̃: q̃ꝛ de natura ſocietatis
eſt q̄ ſocioꝝ partes ſint equales niſi aliud ſit dictũ. Non
negat̃ quin agi poſſit in cõtractu q̄ ad vnũ ꝑtineãt due
partes lucri ⁊ ad aliũ tertia: ſi is qui plus debet habere/
plus cõtulit ſocietati vel pecunie vel ope cuiuſcũq̃ꝫ ar-
tis: alioquin nõ oportet. Ratio aſſumpti eſt: q̃ꝛ ſocietas
eſt quoddã ius fraternitatis. ⁊ hec eſt rõ ſpecialis qua-
re ex vi pacti talis ſocietas nõ valet q̃uis in alijs cõtra-
ctib⁹ pactũ oppoſitũ teneat. Hoc dictũ ⁊ ei⁹ ꝓbationẽ/
Aſonis/ ⁊ Accurſij ſequit̃ Hoſ. ⁊ Joã. Cal. in repetitio-
ne ca. Nauiganti. de vſuris. Sed hec ratio eſt nulla. nã
iſti capiũt naturã ꝓ ſubſtãtia actus. ⁊ ꝓpterea nõ opor-
tet diſtinguere de natura: vt eſt ꝯtractui naturalis: et nõ
cõtra eius ſubſtãtiã: ⁊ de natura vt eſt contra ſubſtãtiã
cõtractus. Sed ad eoꝝ intẽtionem loquẽdo dico: q̄ non
ꝓbãt qđ dicũt: q̄ ſcꝫ pactũ qđ in caſu ponit̃: ſit ꝯtra ſub-
ſtãtiã ſocietatis: puta q̄ eſſentiale ſit ponẽti pecuniã in
ſocietate eſſe ſubiectũ ꝑiculo. nã mutuatarius vi cõtra-
ctus ſine pluri debet ſubire ꝑiculũ: quia mutuũ eſt ſuũ:
quo nõ obſtãte põt paciſci q̄ ꝑiculũ penes mutuantem
maneat. ſicut ſupius q̃ſtiõe tertia de vſuris. ad ca. Na-
uigãti. diximus. ⁊ hoc in cõmodato ex intẽtione Roma
ni põtificis expſſa oſtẽſum eſt: q̄ ſcꝫ cõmodãs poteſt pa-
ciſci cũ cõmodatario: vt omne ꝑiculũ ſubeat. ſic etiã in
locatiõe ⁊ cõductiõe oſtẽdimus ſupius. et cum ita ſit in
alijs cõtractib⁹ omnibus/ q̄ pactũ appoſitũ nõ eſt cõtra
ſubſtãtiã contractus: ſed ſolũ p̄ter eius naturam (vt ver-
bis Panoꝛ. ⁊ alioꝝ vtar) ergo dicere q̄ eſt vnum ſpecia-
le in ſocietate: eſt dictũ voluntariũ et ſine colo ⁊c. quead-
modum tu poſſes dicere q̄ nõ poteſt eſſe aſſecuratio in
locatione: tamẽ poteſt eſſe in ſocietate. Preterea argui-
tur imperatoꝛ. Inſtitu. de ſoci. §. De illa. reprobata opi-
nione Quinti Mutij approbat opinionẽ Seruij Sul-
pitij dicentis q̄ ſocietas eſt licita dato q̄ vnus habeat
duas partes lucri: ⁊ alter ſolã vnam partem dãni: q̃ꝛ po
teſt eſſe refuſio ꝑ equiualẽs. Inſup in eodem loco impe-
ratoꝛ ꝯtra Quintũ Mutiũ dicit q̄ valet pactio ſocieta-
tis vt quis partem lucri ferat ⁊ de dãno non teneatur: ⁊
dicit hoc intelligi quãdo tale dãnum cõpenſatur. Si di
cas. ſocietas eſt quoddã ius fraternitatis: ⁊ in fraterni-
tate vnus nõ poteſt ſuſcipe totum ꝑiculũ. hec euaſio eſt
nulla: nã ponens pecuniã poteſt ſuſcipe totũ ꝑiculũ ca-
pitalis: dato q̄ capitale in fine ſit partiendum cum in-
teruſoꝛio ponente operas. et poteſt eſſe q̄ ponens operã
ſit extra omne periculũ: quia alter poteſt eſſe obligatus
omne periculum ſubire. ergo non opoꝛtet equaliter par-
tiri omne periculum. Secundo. ponẽs operam tenetur
lata ⁊ leui culpa. capiãtur reliqua ꝑicula omnia: ſcꝫ de
caſu foꝛtuito et culpa leuiſſima. tunc ſic arguo. illud pe-
riculum ſubire nõ eſt infinite fugibilitatis: ergo dabile
eſt aliquid tãte expetibilitatis: puta tam grãde lucrum:
quãte illud eſt fugibilitatis: ergo cum ſubire tale peri-
culum ſit eſtimabile p̄cio: poteſt pecuniam ponẽs da-
re ponenti operas tãtum lucri vt libentiſſime omne peri
culum ſubeat: ⁊ ſic ponens pecuniam ſeruabit rationem
optime fraternitatis: dãdo ponenti operam: partem eli-
gibilioꝛem. Vis ne melioꝛem fraternitatem q̃ꝫ dare tibi
optionem de melioꝛe parte ſumenda? Hac autem ratio
ne ſoluta non opus eſt reſpõdere ad rationem Baldi in
l. j. C. Pro ſocio. quia p̄obatio tendit ad hoc q̄ non eſt
ſocietas/ ſed mutuum. aliud pondus p̄obationum non
affert. Panoꝛ. adducit gloſſam in. c. Plerique. xiiij. q. iij.
dicentem. ad hoc vt ſocietas ſit licita ⁊ honeſta inter po
nentem pecuniam: ⁊ ponentem operam: opoꝛtere q̄ po-
nens pecuniam/ ſentiat de lucro et de dãno. ſed gloſſa ſa
tis communiter negatur. licet poſſit exponi vt intelliga-
tur communiter. vel ſic: a. non habet maius apparẽs lu-
crum q̃ꝫ damnum .. ¶ Secunda poſitio eſt Hoſtieñ. et
Joan. Andree rationabilioꝛ: q̄ contractus eſt licitus ſi
capitale non ſit perditũ caſu foꝛtuito: quia dicũt q̄ tunc
ille qui poſuit pecuniam deberet in foꝛo anime remitte-
re. Hec opinio etiã non placet in ſecundo dicto: ſcilicet/
ſi capitale eſſet perditum caſu foꝛtuito q̄ ponens pecu-
niam teneatur refundere ponenti operam. Alia autem
pars placet. vnde ſic argumẽtoꝛ: ſicut iam ſoluendo ar-
gumentum p̄ime poſitionis argumentatus ſum. Illud
periculum non eſt infinite fugibilitatis. dabile eſt ergo
aliquid tante expetibilitatis: ⁊ ꝑ cõſequẽs illud pericu-
lum eſt redimibile pecunia. hoc ſic declaro. pono q̄ ſoꝛ-
tes Pariſienſis ſocietatem ineat cum platone Britone
ſolertiſſimo in arte negociandi: hac conditione. Primo
dabit ei decies mille aureos: vt ad paruã Britãniã eat
empturus boues/ oues/ ⁊ equos qui vili p̄cio in Britan-
nia habẽtur: ⁊ dabit ei tertiã partẽ lucri interuſoꝛij. Alij
multi etiã Pariſienſes fideles viri vadũt cum illo cõſo
cij ad ſimilia emenda ꝓ ſeipſis. et ſuppono q̄ p̄udentes
iudicabunt lucrum futurum vltra impenſas et laboꝛes
conſiſtere in mille francis. gratia exempli. Plato tene-
tur lata culpa et leui: et talibus periculis eſt ſubiectus.
Plato quẽ ſupponimus circũſpectiſſimũ poteſt habe-
re pecuniam ſuam Manẽtis ꝑ trapezitas ſeu bãcarios.
pone ita eſſe. et pono q̄ Soꝛtes inter cenandum cum
Platone et alijs peritis negociatoꝛibus Pariſienſibus
paratis ire ad Britãniã loquat̃ de lucro vẽturo: ⁊ Cice
ro offerat ſoꝛti ſexcẽtos francos ꝓ lucro in fine quatuoꝛ
mẽſiũ ſoluẽdos: quare ſoꝛtes nõ poterit hoc ꝯcedere pla
toni cõſocio hoc rogãti: et pone q̄ ſoꝛte dicẽte eſſe ꝑicu-
lum tam in lucro q̃ꝫ in capitali: dicat Cicero ſe paratum
ſubire omne ꝑiculũ gr̃a trecentoꝝ frãcoꝝ: ꝑiculũ inquã
ad qđ nõ tenet̃ Plato: ⁊ hoc idẽ offerat Plato libẽter: ⁊
cũ hoc magnã ſibi reputabit factã gr̃am. Si ponas hec
animalia moꝛti naturali et caſui foꝛtuito eſſe ſubiecta:
hoc eſt falſum dũmodo vigiles paſtoꝛes ea in itinere mi
nẽt/ vel pone in ſpeciebus/ vel alijs mercibus p̄cioſis ⁊
raris: ⁊ quas facile eſt adducere: quas abuſq̃ꝫ Tropico
capꝛicoꝛni heſperij occidui ad Britãniã paruã nauigio
attulerũt. Hec ratio mihi perſuadet contractũ non eſſe
vſurarium: ſed pono finem debitum: et cetera requiſita.

2° arḡ



ſimiliter aſſecuratio vt in materia vſure diximus. pari
foꝛma licitum eſt vẽdere lucrũ incertũ maius ꝓ lucro
minoꝛi incerto. ⁊ iſta nõ repugnãt ſocietati vel alicui cõ
tractui licito quocũq̃ꝫ nomine vocetur. ⁊ pꝫ exẽplo: vt
in queſtione p̄cedenti ꝓceſſimus. Habeo mille ſcuta
a maioꝛibus relicta: negociari nequeo: nec terras vẽ-
dibiles inuenio mihi idoneas. gnarũ mercatoꝛem adeo
cupiẽs inire cũ eo ſocietatẽ: ⁊ participare lucrum ⁊ dã-
nũ. ⁊ ſi pecunia eſſet poſita in ſocietate: iudicio p̄uden-
tũ mercatoꝛũ in fine anni lucrarer centũ frãcos: ⁊ ita mi
hi referũt aſtãtes. obijcio de periculo dãni. me obijciẽ-
te ſoꝛtes ꝓ viginti francis (gratia exẽpli) ſubit oẽ pericu
lum. eſſe ei ſubiectũ ꝑiculo eſt redimibile p̄cio. Poſ-
ſum offerre adeo parũ vt iudicio p̄udẽtum mercatoꝝ
pars mea ſit melioꝛ q̃ꝫ ſoꝛtis. poſſum gradatim aſcende
re offerẽdo pecuniã ſoꝛti exceſſiuam vt periculũ ſubeat
⁊ ſi iudicio p̄udẽtuꝫ nimis offerã: iudicabitur pars ſoꝛ
tis melioꝛ q̃ꝫ mea. offerã ergo tm̃ manendo in latitudine
iuſte oblationis vel maius. illo eñ caſu ſum ſecurus de
dãno euitando: quocũq̃ꝫ caſu dãnum ꝯtigerit. Tũc ſic.
veroſimile eſt iudicio p̄udẽtũ q̄ in lucro habebo. lxxx.
francos in fine negociationis: quia ſocius meus eſt pe-
ritus ſciẽs vbi res vili p̄cio emũt̃ ⁊ care vẽdunt̃ quas
p̄udenter ⁊ circũſpecte ſeruare didicit. tũc ſic inter pñã
dẽdũ dico certã euitationẽ mei dãni ⁊ q̄ ꝓbabile lucrũ
lxx. francoꝝ gratia exẽpli ex pecto. Plato hoc audiẽs
offert mihi de lucro certo. xl. francos: relinquẽdo ſibi lu
crũ incertum ⁊ ꝓbabile. lxxx. frãcoꝝ. Hec eñ nullus audi-
Secūdo arguitur. Matthei.xi.dicit Chriſtus. Jugū meū ſuaue eſt:⁊ onus meū leue.ſed cōfeſſio vt dicebať inter arguēdū/eſt difficilis.ergo nō eſt ex inſtitutiōe Chriſti. Rūdeo.alique auctoritates legē Chriſti īſinuāt facilē: alique vero difficilē.vt Q2 anguſta porta ⁊ arcta via eſt:que ducit ad vitam:et pauci ſunt qui inueniūt eā. Matthei.vij. Amātibꝰ autē deū et prudētibꝰ/ipa eſt facilis:vt exponit Aug. Joan.v.ſup illo ꝟbo. Mandata eius grauia nō ſunt. Etiā ipa ſicut eſt relicta a Chriſto:eſt lege Moſaica facilior:iudicio beati Petri Actuū.xv.dicētis. Quid tētatis īponere iugū ſup ceruicē diſcipuloꝝ qđ nec nos nec patres noſtri portare potuimus? Imprudētibꝰ tñ ipa eſt difficilis:difficultate in quā nō ꝓueniēte ex parte legis. Vel ſic. Principiū legis grē:q2 ad virtutē dirigit/eſt arctū . oppoſito aūt mō eſt de p̄ditiōis via:vt in litera Pythagore notari ſolet.ſed cū q̄s in lege gratie parūper ſtudioſe ꝟſatus fuerit:eā facilē inueniet. Iſtud tñ reputo vnū difficillimū in lege grē:⁊ in hoc cum cōterraneo in fine tertij ſentio. Et addo ꝙ eſt p̄ceptū optimū ⁊ generi humano maxime propitiū:⁊ retractiuū multū a pctīs. Homines eñi in ſecreto/ſolo deo cognoſcēte peccare nō erubeſcūt.ſed cā quedā occaſionalis nō peccādi eſt verecūdia qua homo afficiť in ꝯfeſſione:⁊ ille actus nō eſt malus.nā licet Hector vt dicit.iij.Ethi.nō fecerit actum fortitudinis: nolēdo aufugere a bello ne dedecus incurreret:tñ fecit actū virtutis. Secūdo eſt cā reſtitutionū.plerique eñi putāt multos ꝯtractus iniquos/licitos/⁊ reſtitutioni ſe nō obnoxios:q̄ ꝯtrariū in ꝯfeſſiōe dep̄hēdūt.et etiā notitiā pctōꝝ que ante ꝯfeſſionē licita putabāt:illic aſſequunť. homo etiā fragilitatē ꝓpriā cognoſcit per pctōꝝ repetitionē:ac ꝑ hoc ad humilitatē moueť.ergo hec confeſſio vocalis eſt hominū multitudini admodum vtilis: ⁊ foꝝ ſecretiſſimum.quare prudenti nō eſt difficilis:ob ſecretum ſeruandū ⁊ vtilitatē inde prouenientem.nec decuit in lege Moſaica hanc legē ꝑfectā inſtituere:quia vt ad Hebreos.xj.dicitur. Nihil ad perfectum adducit lex.

Tertio arguitur. Aliqui ſunt muti q̄ nō poſſunt facere ꝯfeſſionē vocalē:vt ſunt omnes nati ſurdi q̄ nullū idioma loquunť:⁊ multi nō ſurdi elingues. Idē pt3 de detētis in carcere apud Mahumetanos tota vita.mō ad impoſſibile nemo obligať. Quarto arguiť. Petrus nō ꝯfeſſus eſt.ſic eñi ſcribit Ambroſius ſuper Lucā. Peccatū Petri lego:cōfeſſionē aūt eius nō lego. Ad tertiū rūdeť ꝙ p̄ceptū Chriſti eſt rōnabile:⁊ nō obligat ad īpoſſibile quēpiā. Qui eñi poteſt ſcripto ſua pctā patefacere ⁊ nō ꝟbo:nō teneť ſua pctā occulta ꝯfiteri ſaltē in abſentia ſacerdotis:quia iſtud foꝝ debet eſſe ſecretiſſimū:⁊ ſcriptum de ſe īter abſentes eſt publicū:⁊ pōt vergere in infamiā pctōris:cuiꝰ oppoſitū deus p̄cipit:puta ſeruare famam via licita.⁊ illud eſt de iure nature:qđ ius in cordibꝰ noſtris ſcripſit deus. modo q̄ñ ſunt due leges que videnť oppoſite:lex minor maiori cedit:⁊ ꝑ legē maiorem exponēda eſt: ſic vt īter illas leges nō ſit pugna. Sed ſi ꝯfeſſor fuerit p̄ſens:et confitēs ſciat ſcribere ⁊ nō poſſit loq̄: d3 chartā tradere ſacerdoti:⁊ lectā minutatim lacerare.vel ꝓ ſecuritate in propria manu tenere/dū ſacerdos legit. Si vero ꝑ nutus ſciat ꝯfiteri ⁊ non ꝑ verba: vt ſi religioſus fiat elinguis q̄ nutu ſuā mētē explicet:teneť ꝑ nutus ꝯfiteri. In oibꝰ eñi iſtis ſeruať rō legis:et detectio pcti in foro ſecretiſſimo:hoc eſt ſoli ſacerdoti. Ex iſtis pt3 ꝙ nō debet ꝑ iterp̄tē ꝯfiteri:q2 foꝝ nō eſſet ſecretiſſimū. Secūdo ſequiť ꝙ ꝯfeſſio vocatur vocalis nō ꝙ q̄libet fiat in voce:q̄dā eñi nutu:q̄dam ſcripto fit:vt iā diximꝰ/ſed q2 vox īter illa q̄ rep̄ſentāt cōceptū mētis noſtre:obtinet p̄matū. vt dicit Auguū.primo de doctrina chriſtiana. Cōfeſſio eñi in abſoluto modo loquendi vocať vocalis:ſicut Ariſto.p̄mo Peri hermenias dicit:nomē eſt vox.ſimiliter de verbo ⁊ oratiōe loquiť. Et tñ nomē mētale eſt nomē veriſſimū. Si vero more angelico nos ītelligeremꝰ:cōfeſſio mētalis ſufficeret. Sed ꝯtra iſtud de foro ſecretiſſimo arguiť.multi ſacerdotes poſſunt audire vnū in ꝯfeſſione:⁊ q̄libet eum abſoluere:q̄ ꝯfeſſio eſt ſufficiēs:⁊ tñ foꝝ nō eſt ſecretiſſimū. Q2 multi poſſint vnū abſoluere. ꝓbať:q2 multi poſſunt eūdē baptizare:et eādē hoſtiā ꝯſecrare:prout in de baptiſmo ⁊ Euchariſtia dictū eſt.eodem mō pōt fieri in ꝯfirmatiōe:⁊ in collatiōe ordinū:ergo ⁊ in penitētia. Et pōt ꝓbari rōne:q2 illic eſt ꝯfeſſor/cōfitēs/⁊ intētio ſufficiēs. Inſup vnus abſoluit:et qua rōne vnus/q̄libet:ſuppoſito ꝙ ſimul deſināt ꝓferre. Reſpōdeť dupliciter. Primo.adhuc illud foꝝ eſt ſecretiſſimū/q2 ſacerdotale: ⁊ q̄libet teneť ſeruare ſecretū vt alter:⁊ q̄libet abſoluit ſiue ſucceſſiue vt in caſibꝰ reſeruatis:vel de eiſdē pctīs:ſiue multi ſacerdotes ſimul.vt ꝓbauimꝰ in alijs ſacramētis. Secūdo dico ꝙ nō expedit ſic ꝯfiteri pluribꝰ ſimul: etiā ꝓ meliori ꝯſilio habēdo. Poteſt eñi homo conferre de pctīs ſuis cū doctis extra ꝯfeſſionē ac ſi eſſent alioꝝ caſus:vel ꝯfiteri ſucceſſiue doctis viris. Sed cōtra hoc adhuc arguiť.ſint multi in vna naui ſtatim ſubmergenda:ꝯfeſſor illic nō pōt audire oēs ſucceſſiue:ergo cū q̄libet coꝝ teneať ꝯfiteri ſacerdoti:iſtud foꝝ non debet eſſe ſecretū.⁊ ſic ꝓbatio de ꝯfeſſione faciēda ꝑ chartā in abſentia fuit nulla.ꝙ q̄libet teneať ꝯfiteri.pt3:q2 eſt copia ꝯfeſſoris:⁊ q̄libet eſt pctō īplicitus.⁊ pone ꝙ ſint aliqui infideles nūq̄ȝ antea ꝯfeſſi q̄ primo fidē ꝓfiteanť.ꝙ autē licitū ſit ſic ꝯfiteri.ꝓbať:q2 ita īterdū actū eſt:⁊ referunt ꝙ q̄libet oblitus eſt pctā alteriꝰ cū ad portū maris ꝑuenerit. Reſpōdeo.nō confiterer in illo caſu in publico.ſed

adeat



tem.et ſi non concedat:nec eſt facilis acceſſus ad ſuperiorem: vel non eſt plebano melior: homo poteſt alium adire. Deberet enim curatus hic cōcedere facultatem. Sacerdos autē tenetur iuuare ſimplices in confeſſione facienda:quia ſine ope recte confiteri neſciunt:quemadmodum ſunt multi ſimplices etiam adulti.ad nullum tamen ordinem confitendi tenetur confitens : et per conſequens nec confeſſor:vtile eſt tamen cōfeſſori ſeruare aliquem ordinem vt omnia memorie cōmendet:a q̄nque ſenſibus vt cōmuniter fit exordiendo:ſeptem peccata mortalia ſubnectendo:cum decem decalogi preceptis : articulis.xij.fidei:de ſeptem ſacramentis eccleſie: de operibus miſericordie ⁊ eorum tranſgreſſionibus. Videat in primis confeſſor:cuius ſtatus et cōditionis ſit confitēs: peccata que in tali ſtatu contingere ſolent inquirat:vt a clerico de ſuperfluitate beneficiorum/ſimonia/ et omiſſione horarum. A mercatore de vſura/fraude/periurio/ emendo et vendendo : et ſic de ceteris id genus . caueat inquirere ſpeciem peccati potiſſimum carnis ne ſcandalizetur cōfitens:vel addiſcat aliquid mali. Peracta autem confeſſione ſi ſit penitens:et reſtituere voluerit aliena efficaciter:et abſtinere a peccato et a mala ſocietate: eum abſoluet . Si vero noluerit:eum non abſoluet:et ſi abſoluere tētet/nihil agit:⁊ cum hoc peccat. Nec refert ſiue penitentia fuerit iniuncta ante abſolutionem ſiue poſt:quicquid dicant alij:licet penitentia ponatur ante abſolutionem in cle. Dudum.de ſepul. In fine aūt abſoluendo dicat.abſoluo te a peccatis tuis . vel abſoluo te. Si enim ab aliquibꝰ mortalibus eſt abſolutus: ab oibꝰ erit abſolutus. reliqua verba ſm̄ conſuetudinem hominum quibus conuiuis dicere potes. Ex ſequiť in decretali(et iniunctā ſibi penitentiam pro viribus ſtudeat adimplere)hic penitentia pro ſatiſfactione capitur. Si autem penitentia quā confeſſor iniungit ſit irrationabilis:non tenetur cōfitens illā ſubire:vtpote ſi īponat pauperi largas eleemoſynas dādas.ſed ſi imponat rationabilem ⁊ moderatam:tenetur eam ſuſcipere ſub pena peccati.ratio eſt:quia quilibet tenetur ſui iudicis iuſtā ſententiam obſeruare.ad hoc eſt argumētum in.c. Statuimus.de maledi.vbi dicitur. Si penitentiā renuerit peccator inflictam a ſacerdote: interdicatur ei ingreſſus eccleſie:⁊ vltimo careat eccleſiaſtica ſepultura nullam miſericordiam habiturus. Tamen condeſcendat confeſſor penitenti quātum poteſt:⁊ non imponat ei inuito penitētiam:q2 melius eſt de miſericordia reddere rationem q̄ȝ de crudelitate.xxvj.q.vij.c. Alligāt.quia ſi penitēs aſſumeret magnā penitentiā quā poſtea ex negligentia non adimpleret/mortaliter peccaret ſi deliberate illud faceret. Et licet ex antiquis canonibus pro quolibet mortali debeatur ſeptēnis penitentia: vt habetur.xxxiij.q.ij. Hoc ipſum.⁊.xxij.q.j. Predicādum.quia tamen homines non ſunt ſic puri ⁊ feruentes vt erāt in primitiua eccleſia:arbitraria eſt penitentia.vt patet in.c. Significauit.de peniten.⁊ remiſ.⁊.c. Deus.eodem.t. Hic animaduertas domine confeſſor vt parua penitetia imponatur cōfitēti de p̄cepto:⁊ magna de cōſilio:q2 trāſgreſſor p̄cepti peccat:⁊ nō cōſilij. Secundo.nō iniungas varias penitētias diuiſim acceptas:in quo plerique īprudētes deficiunt:ſcholaſticis iniungētes duos vel tres pſalmos ſeparatos cum collectis et verſiculis p̄egrinis.quā penitentiā iniūctā homo ſtatim tradit obliuioni.melius autē eſt iniungere decies oratiōem dominicā : vel ſeptē pſalmos vel tres pſalmos ordinate dicendos. Et memorie mandabis ꝙ opus ſatiſfactorium eſt eque meritoriū ac nō ſatiſfactorium.vt in.xv.diſtin.ſuperius diximus. Doceatur etiam penitēs facere opa penalia cōſilij in remiſſionē peccatoꝝ ſuoꝝ. Inſup imponātur penitētie cōgruētes vt ſint quaſi cauteriū ⁊ frenū quo cohibeatur a peccatis ſuis. Curet cōfeſſor cōtraria cōtrarijs.vt auaro diuiti iniungat eleemoſynā faciendā:ſupbo oratione ⁊ alia humilitatis ꝓmotiua:luxurioſo abſtinētiā ⁊ ieiuniū:pigro laborē. Nec iniungat vagari ꝑegre more multoꝝ ⁊ potiſſimū mulieribꝰ:quibꝰ opinione mea nullo pacto cōducit ꝓficiſci ꝑegre ſine mariti p̄ſentia:⁊ forte nec tūc:neque decet in cāpis vagari virgines. Sanctos enim domi videre poſſunt. Contra reciduū autē pcti obiter ponunť documēta aliqua. In primis cū q̄s vehemēter tētatur de aliquo peccato ꝑpetrādo:recurrat ad deū vel ad aliquē ſanctoꝝ vt deus faciat cū tētatione ꝓuentū. Cogitet inſup penā inferni qua dignus efficiť ratione illius ſceleris cōmittēdi:aſpectū mentis quātū poterit fingendo in atrocitate acerbitatis pene:⁊ ꝑpetuitate eius. Videmꝰ enim multos abſtinere a luxu et furto ne dep̄hēſi vltimū ſuppliciū patiātur. Et ſi ei occurrat penitētia poſtmodū faciēda: ⁊ ꝙ deus miſericors ſibi peccatū remittet:mente reuoluat ⁊ recolat multos q̄ ſubito moriuntur igne/aqua homicidio/peſte vel alio infelici exitu:ſm̄ hiſtoriā Luce.xij.de diuite dicēte anime ſue. Anima mea habes multa bona poſita in ānos plurimos quieſce/comede/bibe/epulare. Cui dictū eſt:ſtulte hac nocte animā tuā repetent a te. Et ſequiť in eodē cap̄. Et vos eſtote parati:q2 qua hora nō putatis filius hominis veniet. Unde Prouerbioꝝ.j. Vocaui ⁊ renuiſtis:extendi manū meā ⁊ nō fuit q̄ aſpiceret. Deſpexiſtis omne cōſilium meum : et increpationes meas negleꝶiſtis . Ego quoque in īteritu veſtro ridebo ⁊c̄. Preterea quādo quis eſt aliquo pctō illaqueatus:ꝓponat firmiter vel voueat ſi tale pctm̄ fecerit:ſe facturū opus penitētiale in illius emendationē.vtpote ꝙ ieiunabit intra tres dies poſtea: vel talē ſummā dabit in eleemoſynā:vel cōfitebitur ītra duos vel tres dies.licet eñi pctm̄ nō ſit materia voti quo ad ꝑpetrare:tñ ipſum ſic deteſtari eſt voti materia. Voueat ergo vnū iſtoꝝ vel multa.ſed potiſſimū ꝯfeſſionē:et ſignāter prudēti ſacerdoti faciēdā:q̄ ſibi optimum dabit cōfitēri ꝯſiliū. Et ſequiť in textu(ſuſcipiēs reuerēter ad minus in paſcha Euchariſtie ſacramētum). Ex quo ſequiť ꝙ homo nō teneť cōfiteri in paſcha:qđ patet:ſi q̄s in frōte quadrageſime ꝯfiteať ⁊ nō mortaliter peccet tota q̄ddrageſima:⁊ ſumat Euchariſtiā in paſcha:hoc eſt ī die Jouis hebdomade ſcē/in vigilia paſche:in paſcha vel octauis eius. Ecce quomō ꝯfeſſio eſt faciēda ſemel in anno ei q̄ peccauit mortaliter: ⁊ non aliter. ⁊ ſufficit cōfiteri quocūque tēpore anni.ſed ſi poſt illā ꝯfeſſiōem q̄s in peccatū mortale labať:teneť ꝯfiteri vt digne ſuſcipiat ſacramētū Euchariſtie in paſcha ad ſenſum datū. Et animaduerte ꝙ homo pōt pro rōnabili cā deſiſtere a ſumptione ſacramēti Euchariſtie in paſcha:etiā capiēdo paſcha ꝓut nos limitauimus . ſed hoc erit de cōſilio ꝓprij ſacerdotis forte plebani/vel ordinarij ſuperioris. vtpote ſi ſit excōicatꝰ:⁊ nō poſſit abſolui. vel habeat rancorē ꝯtra aliquē viciñū quē deponere nō pōt: q2 nō vult ex ſua malitia . Sed ſi nō ſuſcipit Euchariſtiā octauis paſche lapſis:nolo dicere ꝙ nō teneať ampliꝰ in illo āno ſacramētū Euchariſtie ſumere. īmo teneť q̄ȝprimū pōt cōmode feſtis paſchalibꝰ lapſis:ſe ad hoc ſacramētum ſumēdum diſponere.alioquin non eſt deobligatus a cōfeſſione facienda ſemel in anno.

Sed hic dubitatur:quia ſuperius dictū eſt ꝙ regulariter homo nō teneť niſi ſemel in āno ꝯfiteri:q̄re dicit regulariter. Reſpondeť:q2 ſtat ꝙ alias homo ad vocalem cōfeſſionē teneať etiā laicus de quo lo-

quoꝝ: in aliquibꝰ caſibus. vtpote quãdo ꝗs vult ſuſcipe Euchariſtiã: ⁊ forte ita eſt in ordine et mrĩmonio: vt cõmuniter obſeruaẜ. niſi ꝗs non poſſit habere copiã ſacerdotis: vel ſacerdotis idonei ſolũ: ⁊ celebrare expediat vel cõmunicare. Secundus caſus eſt rõne ꝑiculi: vt in magna egritudine: vel vt generalius dicã/in ꝑiculo vite. vt bellũ iuſtũ ingreſſurus: vel itineri ꝑiculoſo ꝑ terrã vel ꝑ mare ſe accingẽs: in quo plerũqȝ hoĩes ꝑire ſolent: vel in amẽtiã veroſimiliter caſurus. Tertius caſus ratiõe dubij: quãdo homo ꝓbabiliter iudicat ꝙ amplius illo anno nõ occurret ſibi copia ↄfeſſoris valẽtis nexus ſui pcti diſſoluere: vel a caſibꝰ reſeruatis: vel ab excõmunicatiõe: ⁊ iã habet talẽ pſentẽ. Quartus caſus eſt rõne cõſciẽtie: vt qñ habet ↄſciẽtiã ꝙ teneẜ ſtatim poſt peccatũ cõmiſſum ↄfiteri: tũc ſi cõtraueniat ſue cõſciẽtie/peccat. Ipſe enim iudicat ſi nõ ↄfiteaẜ in hac hora ſe mortaliter peccare: ⁊ ↄformare ſe ſue conſciẽtie in hoc caſu nõ eſt malũ: cũ nõ ſit cõtra aliqđ pceptũ. Quintus caſus. ſi exiſtimet ſe nõ poſſe cõmẽdare memorie oĩa pctã ſua: ſȝ timeat ſe incurſurũ pctm̃ omiſſiõis mortale ſi nõ ↄfiteaẜ pluries: tũc de ꝑ accidẽs videẜ teneri pluries in ãno ↄfiteri vt ſe ab huiuſmodi trãſgreſſione pſeruet. Si vero in charta vel aliter poſſit ſua pctã memorie cõmẽdare: nõ oportet. Sextus caſus. ſi homo voueat ꝙ pluries in ãno ↄfitebiẜ ſi peccet mortaliter. ¶ In hac q̃ſtiõe capitulũ Omnis. de peni. ⁊ remiſ. vtcũqȝ ſuccincte expoſuimꝰ: dicẽtes nullũ eſſe obnoxiũ ſola venialia ↄfiteri: ſiue mortalibꝰ iũganẜ/ſiue nõ. Diximꝰ etiã ꝙ mortale eſt prius deteſtãdũ q̃ȝ homo obligeẜ ipm̃ ↄfiteri: et (vt opinor) homo teneẜ deteſtari ſuũ mortale cõmiſſum qñ ei (ſaltẽ primo) occurrit pfecta notitia illius. ſecus eſt de cõfeſſione vocali: vt ſupius diximus. Et qȝ circa materiã pfati capitis nõnulle dubitationes occurrunt: equũ cenſui eas in medium proferre.

¶ Diſtinctionis Decimeſeptime.
Queſtio Tertia.

Tertio igitur pro maiori intelligẽtia dictoꝝ q̃riẜ. an ꝗlibet adultꝰ teneaẜ ↄfiteri oĩa ſua pctã ꝓprio ſacerdoti. Et ſit cõcluſio affirmatiua pcedentis q̃ſtionis ex. c. Omnis. Contra quã ↄcluſionẽ aliq̃bꝰ rõnibus inſtabimus. Prima ratio que ex parte pctõꝝ oblitoꝝ ſumiẜ/eſt talis. Sortes cõmiſit centũ pctã mortalia in iſto ãno: quoꝝ viginti ſua memoria exciderũt poſt oẽm pctõꝝ explorationẽ. Hec ergo qȝ ſue menti nõ occurrũt: nõ teneẜ ea cõfiteri: alioq̃n ad impoſſibilẽ obligaretur. ¶ Rñdeẜ. homo pꝰus q̃ȝ ↄfeſſorem adit debet de pctis a ſe poſt vltimã ↄfeſſionẽ cõmiſſis magnã facere idaginẽ: vt oĩa ſue menti occurrãt: ac ſi ſermonẽ latine ad eruditos auditores eſſet facturus: vel rõnẽ de lõga ⁊ diuturna pecunia expoſita auaro dño ⁊ vigilãti redditurus. et ſi poſt idaginẽ aliq̃ pctã ei nõ occurrãt: nõ iputabunẜ ei deinceps. Si vero a multo tpe nõ fuit ↄfeſſus vel tarde fuerit memorie: ad maiorẽ tenetur idaginẽ niſi mortalia cõmiſſa ſucceſſiue mãdauerit ſcripto prout perpetrata ſunt: ſeruãs ſcriptũ in loco ſecretiſſimo: vel ſic ſcribẽs vt nullus alius a ſe legere valeat: vel literã pro certis pctis reponẽs: vt a. ꝓ ſupbia. b. ꝓ iuidia. c. ꝓ fornicatiõe ſimplici. d. ꝓ adulterio. ⁊ ſic in alijs pctis. ⁊ licet ſcribat circũſtãtias ⁊ oĩa q̃ ad grauitatẽ pcti faciũt: nullus tamen alius itelliget ſcripturã. Et hoc mõ tota vita ſua vti poteſt. ⁊ ſi ſolũ ſemel in anno ↄfiteaẜ ⁊ pluries peccet: circa iſtud euigilare debet more ꝓcuratoꝝ longã rõnẽ in fine anni colligẽtiũ. ¶ Accedẽdo igiẜ ad ꝓpoſitũ argumẽti pono hãc maximã. Nemo ex q̃cũqȝ culpa pcedẽte rõnis cõpos/ad ipoſſibile obligaẜ: quin ei pateat noua via ſalutis. Pleriſqȝ enĩ q̃bꝰ impoſſibile eſt reuocare oĩa pctã pterita in particulari ad mentẽ: ſufficit poſt pctõꝝ venationẽ de q̃ loquuti ſumꝰ recitare ea q̃ occurrũt: ⁊ deteſtari oĩa in generali q̃ cõmiſerũt. et negligẽtiã ↄfiteãtur ad cautelã: qȝ nõ cõmendauerint oĩa ſua pctã mortalia memorie: parati reliq̃ cõfiteri: ſi occurrerẽt: etiã ſi a viginti annis pteritis nõ fuerũt ↄfeſſi. ⁊ hoc qđ diximus faciãt ꝓpter deũ: quẽ offenderũt: ꝓponẽtes ẜm ſua fragilitatẽ in poſterũ ab oĩbꝰ pctis abſtinere: volẽtes efficaciter ſatiſfacere q̃bus teneanẜ. Omnes nãqȝ ſic faciẽtes nõ ſunt amplꝰ in pctõ mortali vllo iputabili ꝑ theoricã quã recitaui. Nemo eſt rõnis compos etiã ex q̃cũqȝ culpa vel culpis pcedẽtibus cui non pateat via ſalutis. Signater (rõnis cõpos) ꝓpter cadentes in veſaniã ꝑpetuã ex culpa mortali pcedẽte: vel ſine culpa in amentiã ꝑpetuã cadentes: ſuppoſito ꝙ erãt in mortali aliũde. ſed de hoc in q̃ſtiõe ſupma huius diſtinctiõis dicemꝰ. Si vero a multo tpe homo remãſit nõ ↄfeſſus: vtpote vno anno vel pluribꝰ: ſtatũ ſuũ pteritũ recogitet: in quo officio: in qua ſocietate verſatus ſit: ⁊ pctã oĩa mortalia in mẽtem recolligat. ⁊ ſi neſciat numerũ pctõꝝ diſtinctum aſſerere: accedat pctõꝝ numero q̃ȝ ꝓxime poterit. et ↄfiteatur etiã ad cautelã ꝙ numerũ pctõꝝ diſtinctũ attingere nequeat. ⁊ hoc ſufficit ei ad ſalutem: quãtũcũqȝ etiã enormia pctã ab eo cõmiſſa fuerint: ꝑiuria deliberata: quicũqȝ luxus: vel homicida põtificũ aut regũ: vel q̃liũcũqȝ excõmunicationũ nexus vel irregularitatis iciderint. ¶ Forte dicis. In illo iſtãti homo deteſtatur oĩa ſua pctã. Poteſt enĩ fieri ꝙ itellectus eius q̃ eſt finite capacitatis actiue termineẜ in ſex vel ſeptẽ actibꝰ: etiã quacũqȝ remiſſione actuũ data. alioquin iſinitos actus remiſſos homo poſſet habere: ſyncategorematice ſaltẽ capiẽdo infinitum. Tunc ſic. quãdo pmo occurrebãt ei ſeptem illa pctã: nõ ſunt ei dimiſſa. Impiũ nãqȝ eſt a deo dimidiã ſpare veniã. ẜm Auguſtinũ. Cum vero rimaẜ alia. vij. iſta ſeptẽ more fluctis aq̃ labunẜ. ergo veniẽdo ad vltima ſeptem quãdo erit indago ſufficiens facta: pmo erit extra pctã. vel ipoſſibile eſt ẜm legẽ vt ponat ſe extra pctã. ¶ Rñdetur. ſi pctõr ſit prudẽs: deteſtabiẜ pctm̃ q̃ȝ primũ ipm̃ eſt cõmiſſum. Ad hoc enĩ teneẜ quãdo habet plenã notitiã pcti. vt nuperrime diximus. et ita faciet de oĩbus pctis ſuis. xxx. vel. xl. in ãno cõmiſſis: qđ faciẽdo nũqȝ erit in duobꝰ pctis ſimul. ⁊ licet peccauerit. xl. pctis in iſto anno: in nullo inſtãti vel parte determinata iſtius anni verꝰ eſt dicere: iſte eſt in. xl. pctis. ſemꝑ de mortalibꝰ totalibꝰ loquor. Aliqui tñ ineruditi poſt mortale cõmiſſum credũt ſe in pctõ eſſe quoad ↄfeſſi fuerint: q̃bꝰ oſtẽdaẜ contrariũ: ꝙ ſcȝ ſufficiat eis habere diſplicẽtiã de pctõ ꝑpetrato ꝓpter deũ: cũ his q̃ ſupius diximus. Si cũ prudẽtia nõ ſtet pctm̃ mortale cõmitti: paucos in mundo prudẽtes dabis. Et vbi homo ſic deteſtatus eſt omnia pctã ſua: in nullo eſt pctõ. quo nõ obſtãte debet illa ↄfiteri. nõ tñ teneẜ (vt opinor) iterato quodlibet in particulari deteſtari: ſed ſufficit vna generalis omnium deteſtatio. Et eſt color licet ad ↄfeſſionẽ teneaẜ ꝙ nõ teneaẜ ad contritionẽ de ſingulis: cũ quodlibet ſit ↄtritione extinctũ quo ad culpã. Sed ſi non erat prudẽs: nec deteſtatus eſt oĩa pctã poſt eorum cõmiſſionẽ/ſed manet in pluribꝰ: ſi tria memorie occurrãt ſimul qđ eſt poſſibile: ſufficit (vt reor) vna deteſtatio ſuꝑ illa tria ſimul cadẽs: et nõ requirunẜ tres particulares deteſtatiões. ⁊ ſi oĩa ſua pctã ei ſubito occurrãt: vna deteſtatio illa oĩa tollit quo ad culpã. immo poſtq̃ȝ ꝓponit ꝗs oĩa ſua pctã idagare: ⁊ deteſtatur oĩa iquãtũ dei offenſiua: omne dei offenſiuũ deteſtaẜ: qȝ ꝓpoſitionẽ vniuerſalẽ illa reduplicatiua ifert. et itẽdẽs reddere Ceſari que Ceſaris ſunt/ ⁊ deo que dei ſunt: et confiteri ẜm preceptum eccleſie: non eſt amplius in peccato mortali vllo. ⁊ ſi tũc moriatur/ſaluabitur. Nullus tamẽ eſt tam imprudens qui tempore quo ſua peccata ſuo ſacerdoti recitat: illa formaliter vel virtualiter deteſtetur. ¶ Sed cõtra iſta arguitur. Peccator teneẜ peccata obliuioni data confiteri: ſi poſtea menti occurrant: ergo oblita peccata nõ erãt ei dimiſſa. Forte dices ⁊ bene ꝙ hõ creberrime tenetur cõfiteri peccata dimiſſa. ſȝ contra hoc nõ ſufficit. Nemo enĩ teneẜ cõfiteri peccata a quibus eſt abſolutus. ſed pleriqȝ prudentes confeſſores dicunt. abſoluo te ab omnibꝰ peccatis tuis cõfeſſis ⁊ oblitis. igitur. Reſpondeẜ. homo tenetur cõfiteri peccata ſua oblita que ſibi occurrũt/ eodem precepto quo tenebaẜ cõfiteri alia peccata ſua. Abſolutus aũt erat categorice quo ad culpã ab oĩbus peccatis tam confeſſis q̃ȝ non confeſſis: ſed opinor ꝙ virtute clauis nõ dimittitur portio pene debite peccatis non cõfeſſis. ſed reliqua peccata poſt occurrẽtia homo teneẜ confiteri. alioquin in nouũ peccatũ labiẜ/ſcilicet omiſſionis. Et ſi aliqua peccata occurrant ſtatĩ poſt confeſſionem: ⁊ preſentia ſacerdotis habeaẜ ꝙ reliqua audiuit: pctm̃ poſt confeſſionem occurrens vel plura ſi occurrant/ ei cõfiteberis. Si vero nõ habeatur idẽ ſacerdos: peccata occurrẽtia alteri ſacerdoti cõfitearis. ⁊ ſi aliqua peccata fuerĩt cõmiſſa poſt primã confeſſionẽ: iſta cum illis pariter confiteberis. Sed dicis. tunc licita eſt peccatorum partitio. diſtinguo/ vel hõ partitur cõfeſſionem vt appareat melior q̃ȝ ſit/ vel ex verecũdia: ⁊ ſic nego. hoc ei eſt hypocriſis ⁊ inique actum. vel eſt rationabilis cauſa partiendi vt poſt indaginẽ ſufficientẽ factam. ⁊ ſic ↄcedo. nec hoc eſt inconueniens: Signanter (ſufficientem indaginem) quia ſi eſſet inſufficiens indago: homo teneretur iterato omnia confiteri vnẜ: niſi preſens occurreret ille qui audiuit reliqua peccata. ex labore aũt aſſumpto. poteſt homo in ſeipſo deprehẽdere melius q̃ȝ alter/ an indaginem ſufficientẽ de ſuis peccatis fecerit. Et eſt ſermo de mortalibus: quia ſcienter põt homo vnũ veniale ↄfiteri/ de alijs tacendo: cũ non obligeẜ aliqđ veniale cõfiteri.

¶ Secundo arguitur probando ꝙ teneor cõfiteri venialia: ſiue mortalibus iuncta fuerint ſiue non: ⁊ per cõſequens male diximus in queſtione precedente ꝙ (omnia) diſtribuit terminũ (peccata) pro ſolis mortalibus. Aſſumptũ probatur ſic. quodlȝ mortale in particulari occurrens mẽti homo tenetur confiteri/ aliquod veniale eſt huiuſmodi. igitur. Conſequẽtia tenet ĩ Darij: cum huiuſmodi includat medium. Minor patȝ. demonſtrãdo actum quo volo occidere ⁊ mẽtiri iocoſe: per illum actum ego facio aliquid qđ eſt prohibitũ ſub pena peccati mortalis/ ⁊ venialis: ergo ⁊ mortaliter ⁊ ve venialiter pecco: ⁊ actus eſt vnicus. Preterea. iſtũ actũ habens tantum peccat quantũ habens duos actꝰ quorũ alter eſt mortalis ⁊ alter venialis. ſed ille mortaliter ⁊ venialiter peccat: ergo ⁊ ille. ¶ Reſpondeẜ. peccatũ datum eſt confitẽdũ de neceſſitate ſalutis. quia eſt mortale menti occurrens. Secũda propoſitio. Probabile ẽ ꝙ actus datus ſit venialis. ⁊ ex conſequenti cõcedendũ eſt ꝙ aliquod veniale eſt confitendum de neceſſitate ſalutis. nec hoc incõuenit quando actus eſt mixtus ex veniali ⁊ mortali. ſed nõ eſt neceſſe confiteri illum actũ ẜȝ hoc ꝙ eſt venialis: puta circa mẽdacium iocoſum. Tertia propoſitio. Aliquod mortale remiſſius punietur in inferno. Patet ſi quis decedat cũ mortali dato: quem dico equaliter peccare vel non amplius q̃ȝ ſi alter haberet duos actus: vnum latum ſuper obiectũ prohibitum ſub pena peccati mortalis/ ⁊ alterum prohibitum ſub pena peccati venialis. probabilius reputo ꝙ veniale iunctũ mortali in inferno abolebitur. Quarto ſequiẜ/ ꝙ vnum mortale excedit aliud mortale venialiter ſolum. Quinto. peccatũ veniale nõ tantum eſt eiuſdem ſpeciei entitatiue cũ mortali: ſed etiam eiuſdẽ ſpeciei in genere malitie. Sexto ſequitur: ꝙ mortale ex venialibus ↄſtatur. qđ pȝ. quia quelibet pars huius ẜm intentionẽ eſt peccatũ veniale. nam aliqua eſt peccatum veniale: quia non eſt actus indifferẽs vel bonus. igitur: Eodẽ modo mortale eſt pars peccati venialis. Argumentũ poteſt fieri de circunſtantia circunſtãte peccatũ mortale: ⁊ ipſum venialiter aggrauante/ quãdo nõ cadit in ratione obiecti. De claro exemplo. volo occidere hominẽ: ſic ſcȝ vt circunſtantia venialis partialiter me ad hoc impellat. ſed illa circunſtantia non eſt volita.

¶ Tertio argumentor. homo tenetur confiteri ſua peccata: ⁊ non excipiuntur venialia. ergo tenetur omnia cõfiteri. Preterea. mortalia ſunt confitẽda ne homo ſit iudex in pena taxanda. ſed hoc in venialibus cõtigit ſicut in mortalibus. igitur. ¶ Reſpõdetur. ſufficienter excipiuntur per ꝓbationes allatas. Ad aliud dico ꝙ illa nõ eſt cauſa quare peccata ſunt confitenda: ſed vt homo ſit diligens examinator peccatorũ que anime periculum afferunt. Illud argumentũ ſi aliquid valet ꝓbat ꝙ homo tenetur veniale mortali iũctum confiteri. ¶ Quarto arguiẜ. ſtat ſortem ſcire ſe feciſſe vnũ pctm̃ mortale: ⁊ neſcire qđ ſit illud in ſpecie: ſed tunc nõ põt ipſum cõfiteri: ergo ſortes nõ tenetur cõfiteri omnia ſua peccata mortalia. ¶ Reſpondeẜ. cõfiteatur in gñe. ſcȝ ꝙ peccauit mortaliter: ſed neſcit quo pctõ/ ſicut Nabuchodonoſor ſciebat ſe ſomniare noctu/ ⁊ neſciebat in particulari quod eſſet illud ſomniũ. quod ⁊ nobis in aliquibus temporibus anni potius q̃ȝ in alijs contingit. ¶ Quinto arguiẜ. habeat ſortes ↄſcientiã erroneã ꝙ ſit in pctõ mortali: ⁊ tñ illud peccatũ ſit veniale vel nõ peccatũ: iã ſortes teneẜ illud cõfiteri. igiẜ. ¶ Rñdeo. illud argumentũ ẽ facile. nego ꝙ teneaẜ illud ↄfiteri abſolute ſufficit ei deponere ↄſciẽtiã nã ad alterũ teneẜ. ¶ Sexto arguiẜ. voueat ſortes/ ſi deliq̃rit mortaliter/ añ diem dñicũ ſe ↄfeſſurũ platoni ſacerdoti. faciat ſortes vnum furtũ ſolũ mortale inter pctã poſitiua: ⁊ nõ ↄfiteaẜ platoni añ diẽ dñicũ. hoc caſu ſuppoſito ſic argumentor. aliq̃ ſũt pctã mortalia a ſorte ↄmiſſa q̃ nõ teneẜ cõfiteri: ergo male dictũ eſt. ↄña eſt nota. Probaẜ añs. ſortes infinita mortalia ↄmiſit in caſu. qđ pȝ. qȝ tenebaẜ ↄfiteri a. mortale añ diẽ dñicũ: ⁊ hoc nõ fecit: g̃ mortaliter omiſit. ⁊ illa omiſſio diſtiguiẜ a furto. dicaẜ illa omiſſio b. tũc ſic ſortes tenebaẜ. tã a. q̃ȝ b. ↄfiteri platoni añ diẽ dñicũ: ⁊ hoc nõ fecit: g̃ omiſit alia omiſſiõe. ſ. c. ⁊ ſic ſine ſtatu ↄcludeẜ ꝙ infinitis pctis nõ excõmunicãtibus peccauit: nec teneẜ illa ↄfiteri g̃ intẽtũ. ¶ Rñdeẜ admittẽdo caſum: et negando añs argumẽti. ⁊ ad ꝓbationem nego ꝙ ſortes ↄmiſit infinita mortalia añ diẽ dñicũ: ſed ẽ dũtaxat vna omiſſio mortalis ſcȝ b. relique enĩ imaginate omiſſiões hñt naturalẽ cõnexionem ad b. ⁊ ꝑ ↄñs non ponũt in numerũ pctorũ nec malitiã diſtinctam a b. ⁊ hoc qñ actus naturaliter inuolutus in alio nõ hȝ malitiã ſecluſo actu in quo naturali ↄnexione iplicaẜ. Propterea actus exterior nõ hȝ malitiã ab anteriori actu diſtinctã: qȝ naturaliter ab iteriore iperaẜ: ⁊ eo ſecluſo nõ hȝ malitiã: nec ↄtinuatio actꝰ naturalis poſt liberã elicitionẽ. Dixi (qñ actus naturaliter in alio inuolutus nõ habet malitiam vllã ſepato actu in quo naturaliter ↄnectiẜ) qȝ ſi ſic malitiã hȝ ſeparatam. vt ſi ſortẽ odio ꝓſequar ꝑ tẽpore quo

teneor eum diligere: ad eius odium ſequitur naturali ſequela ꝙ ſortem non amo. et omiſſio illius amoris fuiſſet mihi imputabilis ſecluſo illo odio. propterea illic ſunt due culpe diſtincte tante grauitatis ac ſi fuiſſet omiſſio amoris alio tempore ſine odio: et odium ꝓ tempore quo non teneor ſortem diligere. ❡ Epilogãdo patet ꝙ ſi homo faciat indaginem de peccatis ſuis ſufficiẽtem: licet aliqua non occurrant: ſufficienter confitetur. ſed non eſt facile interdum diſcernere an fecerit ſufficientem ſicut de probatione ſuiipſius ſuperius dictum eſt diſtinctione nona huius. Sed ſi fecit valde magnam inquiſitionẽ: poteſt categorice aſſentiri ſe feciſſe ſufficientem. ⁊ quando fecit iudicio ſuo ſufficientem: non formet ſibi ſcrupulos in contrarium. Item aliquorum peccatorum partitionem diximus rationabilẽ. ſecus eſt quando fit ob hypocriſim vel verecundiam.

❡ Diſtinctionis Decimeſeptime.
Queſtio Quarta.

QVarto circa eãdem materiam quero. an peccatorum circunſtantie ſint de neceſſitate ſalutis confitende. Supponatur ex Tertij Ethi. ſecundo cap. ꝙ multiplices ſunt circunſtãtie: ſed que noſtro ꝓpoſito ſufficiunt: hoc carmine continentur. Quis/ quid/ vbi/ per quos/ quotiens/ cur/ quomodo/ quando. Quis cauſam efficiẽtem denotat: an ſcilicet religioſus/ ſacerdos/ vel laicus. Quid cauſam materialem. hoc eſt obiectum. Aliqui ſe fatigant inquirendo an peccata ſint materia penitentie: an peccator. dico vtrũqʒ. nam ſermo eſt de materia circa quã: et non ex qua vel in qua modo circa vtrũqʒ iſtorum verſatur penitentia. Quibus auxilijs/ cauſam formalem importat. Vbi eſt circunſtantia loci: vt ſi in loco ſacro vel prophano peccatum commiſſum fuerit. Per quos hoc eſt per quam inſtigationem. Quotiẽs. hoc eſt de numero peccatorum. Cur/ cauſam finalem. vt an ſortes dedit aliquid ob malum finẽ. Quomodo. hoc eſt de modo perpetrandi ſceleris: vt proditorie hominem occidendo a tergo: vel reddendo eum certiorem vt ſe protegat. Secũdum enim eſt multo minus peccatum ꝗ̃ primum: quia ĩuaſo datur locus defenſionis: et eſt animoſitas. Primum autem eſt vulpinum: et animoſitatis nihil habet. Quando/ hoc eſt de tempore. Ad hoc autem vt actus qui eſt penitẽtia ſit bonus: hoc eſt vera penitentia: oportet omnia iſta concurrere. nam bonũ eſt ex integra cauſa: ſm Dionyſium quarto de diuinis nominibus. ⁊ ꝑmo Ethicoꝝ. vno mõ qs eſt bonus multiſqʒ modis nefandus. ⁊ nõ facio vim ſiue circũſtantia cadat in ratione obiecti: ſiue actum circũſtet.

❡ Iſto ꝑmiſſo dico ꝙ multiplices ſunt circunſtantie in peccatis/ quedam actum attenuantes: vt furari vt pauperi ſuccurratur. licet Dionyſius monachus dicat non minus eſſe peccatum. cui fidẽ non adhibeo. tales etiã ſunt confitende vt ſuperius diximus queſtione ſecunda huius diſtinctionis. tũ ne ſcandalizetur ſacerdos de putato bono. tũ vt cognoſcat vultum pecoris ſui: et penitentiam ſalutarem iniungat ſm exigentiã culpe. ❡ Alie ſunt circunſtantie peccatum aggrauantes: que ipſum in aliam ſpeciem peccati mutant: ſiue in ſpeciem entitatiuam: ſiue in ſpeciem malitie. ſed de ſecũda loquor: ſiue prior concurrat: ſiue non/ nihil refert. et iſte circunſtantie ſunt confitende. Aliquas declarabo exemplariter. auferre alienum de templo eſt ſacrilegiũ. propterea nõ ſufficit confiteri ablationẽ alieni: ſed oportet etiã addere/ de ede ſacra. pari forma ſi homo cognouit ſuã conſanguineã ſolutã: non ſufficit confiteri de ſoluta vel ſimplici fornicatione: ſed etiam tenetur addere/ fuiſſe conſanguineã: qꝛ hoc ſpecialem habet deformitatem. hoc eſt: contrauenit vni precepto ratione cõſanguinitatis. ⁊ licet iſti duo actus ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue: cognoui hãc mulierem/ demonſtrando conſanguineã ⁊ cognoui hãc/ demonſtrãdo aliã non conſanguineam: iſti tñ duo actus differũt in ſpecie malitie. et vnus eſt altero peior: vnum peccatũ virtualiter cum alio peccato includens. immo ſi eſſet diſpenſatio a deo de cognoſcenda ſoluta: ſi nihil aliud ĩpediat adhuc cognoſcere conſanguineã ſolutã eſſet peccatum. Similiter ſi quis peccauit mortaliter in die feſto non ſufficit illud peccatum ſacerdoti aperire: ſed oportet dicere/ in die feſto. et ſic illud qđ in alio die eſſet vnum peccatum: ꝓpter diẽ feſtũ efficiť duo in valore. nã in die feſto ꝑcipiť hoc affirmatiuũ: vacare cultui diuino potiſſimũ. et vt illud liberius fiat: prohibenť opa ſeruilia q̃ talis diei cultũ ĩpediũt ĩter que ꝑcipuũ eſt pctm̃. Ex quo patet ꝙ hec ꝯſequẽtia eſt nulla. hic actus eſt tm̃ vn⁹: hic act⁹ eſt pctm̃: ergo pctm̃ eſt tm̃ vnũ. qꝛ ſi act⁹ volũtatis eẽt ĩpartibilis (ꝓut aliqb⁹ licet min⁹ ſcite placet) añs eẽt verũ: ⁊ ꝯſequẽs falſum. Et loquor de pctõ in re vel in valore: ni ſi eſſet circũſtãtia q̃ ꝓbabiliter putareť ĩducere ꝯfeſſorẽ ad peccãdũ. talis eñ nõ eſt cõfitẽda ꝓ tũc. vt bñ dicit Altiſiodor⁹ in. iiij. licet male loquať ꝯſequẽter de genere pcti: puta de muliere habẽte ꝑciſe vnum pctm̃ luxus in paſcha: ꝓbabiliter extimãte ꝙ ex ſua cõfeſſione ſacerdos mouebiť ad peccãdũ: dicẽs adhuc gen⁹ pcti eſſe cõfitẽdũ. nã rõ quã facit ꝯtra alios de circũſtãtia: non minus ꝯcludit de genere pcti. Scãdalũ eñ ſtrictius ꝓhibeť q̃ꝫ ꝯfeſſio ꝑcipiatur. Si ergo ĩmineat ſcãdalum niſi ipa tũc cõmunicet: ⁊ nõ ſit alter ſacerdos cui poſſit ꝯfiteri: dico ꝙ ipſa põt cõmunicare: ꝓponẽs ꝯfiteri ꝓ loco et tpe: habita opportunitate ſacerdotis. ❡ Alie ſunt circũſtãtie nec aggrauãtes nec attenuãtes: hoc eſt ĩptinentes ad rõnem culpe. ⁊ tales nõ ſunt confitẽde. vt ſi ſit ſortes vel plato occiſus: ſtat ꝙ ſit grãdius peccatum occidere ſortẽ q̃ꝫ platonẽ: vt ſi reipu. ſit vtilior: vel pluribus obligatiõib⁹ actus meus cõtrauenit. vtpote qꝛ eſt mihi bñfactor vel cõſanguineus: et actus eſt ꝓpterea magis ꝓhibit⁹ a deo/ ſed ꝓpter tale nomẽ pctm̃ nõ eſt grãdi⁹. ❡ Alie ſunt circũſtãtie ſpeciem peccati non mutantes: ſed faciẽtes peccata differre ſm maius ⁊ minus. exemplũ de ablatione furti maioris ⁊ minoris. Sancto Thome ⁊ ſuis placet ꝙ nemo tenetur tales circũſtãtias confiteri. Contra quos ſic argumentor. ſortes tenetur confiteri furtum in loco ſacro factum: qꝛ ſpeciali ꝓhibitione ꝓhibetur. ⁊ hoc non eſt niſi vt magnitudo peccati detegatur. ſed ſtat ꝙ furtũ de loco ſacro nõ erit duplum ad furtũ de loco non ſacro: et vnum furtum ſimplex eſt duplicis malitie vel triplicis reſpectu alterius furti ſimplicis: ergo ipſum cum illa circũſtãtia eſt cõfitẽdum. Non potes per hoc euadere ꝙ vnum habet ſpeciale nomen: puta auferre alienum de loco ſacro eſt ſacrilegium. nõ ſic furtum ſimplex magnũ vel paruũ: quia ꝓpter nomina ⁊ varias nominũ denominationes: peccata non ſunt maiora vel minora. etiam dabilia ſunt furta magna vel parua differentia ſpecie entitatiue: et in ſpecie malitie: que omnino equiualent duobus furtis ſolum differentibus ſm magnum et paruum. ergo ſi prime circũſtãtie ſint confitende etiã ⁊ ſecunde. Aſſumptum patet: qꝛ iſti duo actus ſpecie differunt. abſtuli duo capitalia argenti et abſtuli duos aureos. ⁊ eiſdem rebus demonſtratis ſcilicet duobus capitalibus argenti ⁊ duobus aureis: iſti duo actus equiualent eis in malitia abſtuli hos ⁊ illa. Preterea aliquod furtum eſt veniale/ ⁊ aliquod mortale: ſolum ꝓueniens ab ablatione parui vel magni obiecti. ergo hoc eſt cõfitendum. ❡ Propter has ratiões ⁊ plures que fieri poſſunt dico iſtas circũſtantias de neceſſitate cõfitendas. Idem cẽſeo de magnitudine tẽporis. hoc eſt temporis lõgitudine. nã ſtat ſortem volendo occidere vnum hominẽ tantũ peccare quantũ platonẽ qui imputabiliter occidit decẽ. quod ꝓbo: quia ponať ꝙ continuet actum ſuũ quo primũ hominem occidit ſolum ꝑ vnam horã: ⁊ ſortes ſimiliter actuꝫ eliciat quo voluit occidere vnum hominem: tũc ſortes tantum peccauit quantũ plato. ſuppono cetera paria que ꝓpoſitũ ꝑmouent. Quãdo autẽ plato occidit ſecundũ hominem actu cõtinuato ſolum ꝑ vnam horã: pone ꝙ ſortes habeat ſimilem actum ita diu cõtinuatũ libere circa occiſionem ſemper eiuſdẽ hominis. ſed nõ occurrit ei opportunitas ſceleris perpetrãdi. Tunc ſic. in fine ſcdi actus ſortes eſt ita malus vt plato in fine ſecũdi actus. deductio eſt euidens. Ex qua deductione inferre potes ꝙ cognoſcens mulierem decies/ tantũ peccat quantũ cognoſcẽs decẽ ſimiles mulieres: paritate ſuppoſita. Et eodẽ mõ ſequitur ꝙ volens cognoſcere decies eandeꝫ mulierem tantum peccat quãtum decẽ alias cognoſcẽs. Pronũc enim ſuppono poſitionem illã quam veriorẽ arbitror ꝙ actus exterior nihil bonitatis vel malitie actui interiori ſuperaddit. vt latius in. xvij. diſtinctione primi deduximus. Confeſſor itaqʒ homicide habet inquirere quo ſpiritu ductus hominẽ occidit: hoc eſt qꝛ inſtigatiõe: q̃ꝫ diu manſit in illo ꝓpoſito: ⁊ quoties opinione ſua illum actũ refricuit. niſi eñ has circunſtãtias ⁊ ſimiles ſollicite rimetur cõfeſſor nõ facit officiũ ſibi iniunctum: ⁊ peccat omittendo ſeu nõ faciendo illa ad que teneť homo ĩ ſuo ſtatu: nec poteſt ſalutarẽ penitentiam recte iniungere. Hec declaro in ſimili de medico corporali patiẽtem nõ potente curare niſi morbos cũ cauſis ſuis. ⁊ eorũ inſultus a patiente deprehendat. nam cõtingit morbos requirere curas cõtrarias: vt febrim ⁊ ventris profluuium Sic crebro eſt inter peccatorum circunſtãtias. ❡ Sed forte dicis. ex dictis ſequitur hec cõcluſio diſiunctiua: ꝙ aliqđ pctm̃ mortale nõ eſt ꝯfitendũ: vel ꝙ duo equaliter peccantes/ inequaliter tenentur cõfiteri. que diſiunctiua pro vtraqʒ ſui pate refellẽda apparet. ꝙ ſequatur ſic declaro: ſuppoſito illo quod ꝓxime diximus/ actum exteriorem nihil bonitatis vel malitie actui interiori ſuperaddere. capio ſortem qui voluit efficaciter occidere hominem quantũ in ſe fuit: ⁊ platonẽ qui ex ſimili actu voluntatis illum hominẽ vel alium ſimilẽ occidit. Tũc ſic. Sortes ⁊ Plato equaliter peccant. Plato teneť ad confeſſionem actus exterioris ⁊ interioris: quia vterqʒ ẽ peccatũ mortale: ergo tenetur amplius cõfiteri q̃ꝫ Sortes. vel ſi non tenetur ad vtrumqʒ confitendum: dabitur peccatum aliquod mortale non confitendũ contra concluſionem principalem ſecunde queſtionis huius diſtinctionis. ❡ Reſpondetur concedendo ꝙ equaliter peccant. ⁊ equaliter tenentur cõfiteri equalitate peccatorum imputabilium ad penam coram deo. Sortes eñ confitetur ꝙ efficaciter voluit occidere hominem: ſi nõ fuiſſet aliũde ꝑpeditus. Plato ꝯfiteť ꝙ ĩputabiliter occidit hominem ⁊ cõfitetur virtualiter ſuum actum interiorem illius occiſionis imperatiuum: quia illa occiſio exterior nõ eſt peccatum niſi ꝓ quanto ab actu interiori culpabili imperatur. ⁊ quia actus exterior hominib⁹ eſt notior: illuꝫ ꝯfiteť qui ſuum actũ interiorẽ preſupponit. ⁊ quia alter nõ occidit actualiter: teneť actũ interiorem cõfiteri: cũ non habeat exteriorem illius manifeſtatiuũ. Nec ex illo habes ꝙ actus ĩterior Platonis nullo mõ eſt confitend⁹: ĩmo equiualẽter eſt confeſſus.

CIrca hanc quæſtionem dubitatur: an hõ teneatur confiteri circunſtantias differentes ſm magnum ⁊ paruum ex parte obiecti. nam ſi ſic: ſequiť ꝙ eodẽ modo tenebitur cõfiteri intentionẽ ⁊ remiſſionem actus. ❡ Secũdo dubitatur ſuppoſito ꝙ ſortes poſt omnium peccatorum ſuorum cõfeſſionem: poſt vnã horam redeat ad curatum. ⁊ dicat. domine peccaui poſt vltimam cõfeſſionem mẽtiẽdo: per hanc ꝓpoſitionẽ. ego mentior vel mẽtitus ſum. poſt vltimam cõfeſſionem: an teneatur confiteri. ⁊ ponatur illius opinionis cum curato: ꝙ veniale ſepatarum a mortalibus in paſcha ſit confitendũ. ⁊ nullũ aliud mendaciũ cõmittat. ꝙ mẽtitus ſit ꝓbo. aſſentitur huic/ ego mentior. vel ita eſt: ⁊ tunc mẽtitur: quia ita eſt in re ſicut ipſe aſſentitur. ſi nõ ſit ita ex parte rei vt ipſe aſſentitur. tũc ipſe mentitur. ergo nullo pacto poteſt euaſio quin ipſe mentiatur. quod ſi concedas: arguitur ſic. ita eſt in re ſicut ipſe aſſentitur: ⁊ ita ipẽ ſcit: ergo nõ mẽtitur. nec eſt cõfitendum de mẽdacio. vel pone circũſtãtiam que facit veniale eſſe mortale ſm eius opinionem: vt dicere mendaciũ in cõfeſſione. Vel ſuccinctius moueatur dubitatio de hac. per deũ domine curate ego ſũ periurus. iuramentum eñ deliberatũ eſt mortale quando eſt periuriũ. ⁊ poteſt argumẽtari curato. ꝙ ſic. vel ita eſt ſicut iurat: vel nõ ita eſt. ſi primum: eſt periurus. ⁊ ſi ſecũdũ: eſt etiam periurus. ❡ Tertio dubitatur. an abſolutio ſacramentalis ſuper eadem peccata applicata continuo penã peccatis debitam diminuat. ratio dubitandi ex dubitationis ſolutione clarebit.

❡ Ad primam dubitationem conceditur: ꝙ debet cõfiteri magnũ conatum vel paruũ queꝫ habuit ſm ſuam poſſibilitatẽ. actus eñi voluntatis ſunt immanifeſtiores q̃ꝫ obiecta ad extra. ⁊ quia nõ eſt poſſibile ſcire numerum graduũ naturaliter: eſt ei ignorãtia inuincibilis. ❡ Ad ſecundã dubitationẽ hic nõ reſpondeo: cũ non expediat eiuſmodi tricis inſiſtere preſertim inexercitatus in artiũ vorticibus. iuniores enim theologi q̃ artes nouerũt in promptu reſpõſionẽ habent. Etiã in fine tertij in mendacio et periurio illos caſus pono.

❡ Ad tertiam dubitationẽ reſpondeť ꝙ cõfitens pctã ſemel ꝯfeſſa facit opus bonũ: ⁊ mereť ſi ſit meriti capax in potentia propinqua: ⁊ facit actũ laudabilẽ: quem verecundia facit difficiliorẽ: ⁊ per ꝯñs laudabiliorẽ. Sed an conferatur ei grã virtute operis operati in ſecunda ꝯfeſſione: ⁊ diminuať pena: a pleriſqʒ ambigiť. Partem autẽ affirmatiuã teneo ꝓbabilioreꝫ ꝓpter has paucas rationes ſequẽtes. Quarum ꝑma eſt. ſi Sortes habeat octo peccata: ⁊ poſt ſufficientẽ indaginẽ ſolũ ſeptem occurrãt: cõfitendo illa/ dabitur ei grã virtute operis operati: ⁊ vi clauis diminueť pena. Eodem mõ ſi confiteať octauum peccatum poſtea occurrẽs cũ illis ſeptem/ dabunť illi duo effectus. Sed hic ſtatim quis obijciet ⁊ ꝓbabiliter. erit diminutio pene in ſecũda abſolutione ſolũ peccati obliti/ ⁊ nulla erit diminutio pene peccatorũ añ cõfeſſorũ. ſed dabitur tãta gratia virtute opis opati ratione vni⁹ peccati. Opinor ꝙ ſicut hñs gratiã virtute operis opati rõne multorũ: ſumẽdo euchariſtiã magnã vel puã equaliter hꝫ de gratia: ſic ꝯfitẽdo vnũ peccatuꝫ dabiť equalis gratia virtute operis operati/ ac in confeſſione mille peccatorum: immo in confeſſione peccati venialis peccatũ ei eſſe veniale eſt ſufficiens obiectũ cõfeſſionis: ſed non obiectum requiſitum ad penitentiam.

Vide henrri. q°. 7. q. 22. et q°. 10. q. i. ad p^m. opp^m. (cot) 4. di. 19. q. vnica. et rubion 4. di. 15. q. 2.

Propterea cum hoc argumentum non concludat intentum: aduerſarij concederent q dabitur gratia ⁊ diminutio pene ratione peccati nõdum cõfeſſi; ſed nullo modo ratione peccatorum ante confeſſorũ. Secũdo arguitur ad eandem partem. pctã mortalia erãt deleta p cõtritionem ante omnem confeſſionem quo ad culpã: et eterna pena in temporariã commutata. ⁊ non obſtãte abſolutione vi clauis tollitur vna portio pene debite pctis: ſed adhuc remanet aliqua pena: ⁊ pctã in apprehenſione ⁊ deteſtatione ſicut prius. ergo adhuc erit diminutio illius pene. Iſtud totum eſt pbabile. Inſup quãdo ſunt due poſitiões hincinde apparentes: illa que deuotionem et ſalutem auget: eſt potius fouenda q̃ oppoſita: ſi cõſtet eã eſſe eque rationabilem. ſed ſic eſt in propoſito. eſt enim opus meritorium ⁊ laudabile idem peccatũ pluries cõfiteri. nec eſt ratio alicuius ponderis in oppoſitum: q ſecunda abſolutio non conferat gratiã virtute opis opati ſicut prima: nec diminuat etiã portionẽ pene debite virtute clauis ſicut prima: ergo illa eſt fouenda ⁊ tenenda. ſecus eſt in iudicio humano vbi poſt ſentẽtiã definitiuã nihil remanet. hic autem remanet pena diminuenda. et ſi nulla maneret: non eſſet defectus ex parte ſacramẽti: qr ſi virtute intenſe contritionis tollereť culpa et pena: idẽ eſſet de prima abſolutiõe. ⁊ ſemp ille eſt ſuſceptiuus gratie ⁊ ea eget. Contra illud arguitur: verba conſecratiõis plata ſecundo loco nihil faciunt. ſimiliter verba cũ conſenſu in matrimonio: ergo nec hic. Reſpondetur: hoc argumentum nullius eſt momenti: qr poſt verba conſecrationis non manet materia conſecrabilis. nec poſt verba ⁊ conſenſum manet materia matrimonialis. ita q ſtãtibus illis extremis in rerum natura manet vinculũ matrimonij. Et argumentum poteſt duci in oppoſitum in alijs ſacramentis. nã aqua que ſemel erat baptiſmus in platione verborũ: poſtea iterum incipit eſſe baptiſmus: ⁊ ita millies ſi forma materie millies appliceť. ⁊ loquor de eadem aqua numerali. hoc idem patet in confirmatione: ⁊ extrema vnctiõe. Et ex iſto ſic duco argumẽtũ: accepta hac maxima. omne ſacramentum cuius materia non tollitur: in applicatione forme habet ſuum effectum. vt videre eſt in ſacramentis que induximus baptiſmo/ confirmatione/ et extrema vnctione. in alijs eñ ſacramentis forma materie applicata: non manet materia in potentia pping ad ſimilem effectum. modo peccata quo ad penã aliquam ſunt materia penitẽtie: ergo quãdo cõfeſſor applicat abſolutionẽ peccatis tollit partẽ pene in ſecunda confeſſione vt in prima: et in tertia vt in ſecũda: ⁊ ita deinceps quouſq tota pena tollatur. Et ſic in qualibet confeſſione confertur gratia virtute operis operati: hoc eſt vi clauis; q nouſq totalis pena tollatur. Et licet totalis pena peccatis debita poſſit hoc modo tolli: illo non obſtãte nõ eſt recuſanda alia penitẽtia. queãdmodũ in indulgẽtijs. tum qr opus ſatiſfactorium eſt etiã meritorium. tum ſecũdo q neſcitur quota iteratio cõfeſſionis tollit omnem penã peccatis debitã. Nec credendum eſt q ſecũda abſolutio geometrice tollit ad primã: ſed tãtum pene quãtum prima. et ita conſequenter ad finem pene incluſiue. ¶ Sed forte dicis. ſi Sortes habeat centum mortalia: in prima confeſſione vi clauis tollitur vna portio pene illis peccatis debite. ponatur gratia exempli vna decima pars. deinde remanent nouem ſimiles partes puta nouẽ decime. ergo ſacerdotis abſolutio aduenĩẽs decẽ pctis mortalibus tollit totã penã cum quãtulacũ cõtritione. qd nõ videť dicẽdũ. ¶ Rñdeť. abſolutio vi clauis a maiori pctõ vel a pluribus plus tollit. nã vbi ſupabũdat delictũ ibi ſupabundat mĩa. ⁊ ptz in multis ſimilibus. nã cõtritio maioris pcti in eadẽ intẽtione graduali tollit totã culpã maioris peccati ſicut ⁊ minoris: ⁊ plurium pctõr ſicut ⁊ paucor. ſic in ppoſito. alioqñ raro maneret aliqd pene poſt abſolutionẽ: qd nõ eſt dicẽdum. Ex iſto patet q nõ ſequiť. virtute penitentie tolliť vna portio pene debite mortali pctõ: ergo virtute illius tolliť tota pena debita veniali. Secundo patet: q duobus confitentibus ſua pctã que ſe habẽt in pportione dupla ⁊ ſubdupla: pportionabiliter diminuitur pena vi clauium: a maiore tamen plus arithmetice tollitur. Sed vt melius intelligas quomodo vi clauis aliquid pene tollitur: notato q cõtritio mortalẽ culpã tollit: ⁊ eternitatem pene que mortali culpe debetur: in temporalẽ mutat. tunc ponamus q adhuc ante abſolutionem remaneat aliqua pena: ſic ſcilicet vt ſi ille decederet: gratia exempli: puniretur vno menſe in purgatorio: ibi virtute clauis tollitur vna portio illius pene: et ſic decedens minus in purgatorio punietur: ponamus xiiij. diebus. non q ex natura clauis illud pueniat: ſed ex pacto diuino ſi applicetur clauis illi q̃ confeſſus eſt. ¶ Ecce que circũſtãtie ſunt cõfitẽde: que vero nõ. quãdo autẽ circũſtãtie ſunt turpes: circũloquatur cõfitens honeſte: circa fedã enim materiã non eſt illote loquẽdũ: ne ſcandaliſetur ſacerdos. nam cum puerorum grãmatiſtes pre verecundia ſubticuerit pedo: dicens. Qd turpe ſonat fit in edi: multo magis in turpitudine vitij hoc eſt obſeruãdum. non tamen vmbratice quin omnia clare poſſit capere ſacerdos: confitendum eſt.

## ¶ Diſtinctionis Decimeſeptime. Queſtio Quinta.

Quinto quæritur ſpecialiter de caſibus reſeruatis. an homo habens pctã nõ reſeruata cum reſeruatis: teneatur oĩa illis curato cõfiteri. Verbi gratia. habeat Sortes nouem peccata non reſeruata: et vnum reſeruatum. Premitto q ſuperiores ex induſtria ſibi aliquos caſus reſeruãt: a quibus inferiores abſoluere nequeunt. ⁊ hoc ppterea vt peccatores non ſint ita ppenſi ad peccãdum: ſed a peccatis abſtineãt: ppter erubeſcentiã quã habent ſupiores adeundo: ⁊ ppter ſalubre cõſiliũ qd ab eis expectare habent in penitentia iniungenda. Et propterea ſunt aliqui caſus papales maximo põtifici reſeruati: aliqui epiſcopales: aliquos etiam caſus ſibi reſeruãt curati propter ſimilem cauſam. Sane ob hũc finẽ/ caſuũ reſeruatio foret vtilis: ſi nihil aliud qd tantũ in republica obeſt ppter iſtud: quantũ hoc ſtatutum pdeſt: conſequeretur. plerique enim ſunt qui non adeũt ſuperiorem ex verecũdia: ſed manẽt in peccato mortali: ⁊ tñ cõfiterentur ſufficienter inferiori prelato omnia pctã ſua. Quapropter nõ modo oportet reſpicere ad bonitatem vnius legis: ſed ad malum qd occaſione illius legis ſequitur. declaro exemplariter. bonum eſſet nullã inueniri famoſam mulierem in vrbe Pariſienſi: ſed a prudenti legiſlatore hoc non eſt dãdum executioni: ne deteriora contingant ſm Augu. in de libero arbitrio. ſed ex iſta caſuum reſeruatione putantur deteriora contingere: de quo qui crebro confeſſiones audit poteſt eſſe rectus iudex: quilibet enim eſt bonus iudex eorum que nouit. primo Ethicorum. Credo cum alijs prudentibus patribus q ſi non excedant iuſtum numerum iã reſeruati caſus ſaltem ſunt in ſufficiente numero. curatis vero pleraque debent epiſcopi relinquere. Si dicas. quare non poſſunt adiũgere vnum caſum vt alij priores fecerunt? Reſpondeť. ſi ita pcedatur reſeruãdo: quid curatis relinqueť: qui ſunt de ordine hierarchico eccleſie ſicut ipſi epiſcopi ex inſtitutione Chriſti. qñ autẽ ⁊ vbi ſit pciſe ſtatus: iudicio prudentũ relinquitur. Inſuper ſucceſſu temporis aliquid reperiť obeſſe qd ab initio nõ animaduertebatur. Propterea quãdo non cõſtat de caſus reſeruatione: iudicetur nõ reſeruatus. nec vlterior faciẽda eſt p hoc cõſcientia. per conſuetudinẽ autẽ loci vel p ius ſcriptum cõſuetudine vallatũ/ cognoſciť caſus reſeruatio.

¶ Nunc ad queſitũ cuius enodationẽ difficilem eſtimo/ caſu admiſſo reſpondeo q Sortes debet omnia peccata cõfiteri curato ſuo tam reſeruata q̃ nõ reſeruata: vt vultum pecoris ſui curatus cognoſcat. hec enim eſt communis via. ⁊ debet ipſum curatus a nouem peccatis abſoluere ſi nõ ſit excommunicatus: alioquin non eſt capax ſacramentorum ſm communem viã. a decimo autem abſoluere nequit: cum non ſit de foro inferioris. queadmodum enim ſuperior poteſt abſoluere a ſibi reſeruato: ita poteſt inferior a ſibi conceſſis. nam p contritionem culpa deletur. Poſtea Sortes ſuperiorẽ qui poteſt abſoluere adibit: cui a. vnicũ peccatum reſeruatum in confeſſione (prout moris eſt) patefaciet: qui eam a peccato illo abſoluet: vel eum remittet ad ĩferiorem cui tunc facultas eſt data abſoluendi a caſu reſeruato: nec amplius ille caſus eſt reſeruatus. Ex quo ptz q hic due ſunt abſolutiones partiales: nec hoc eſt incõueniens: vt in cuiuſdam argumenti tertie queſtionis ſolutione diximus de peccatorum partitione poſt ſufficiẽtem indaginem. Et due erunt penitentie iniuncte. Vna a curato de nouẽ peccatis: altera ab epiſcopo de a. peccato reſeruato. Analogiam do. cupis a me habere completam abſolutionem peccatorum totius vite tue preterite: primo die audiã. xx. peccata circa quinq ſenſus: ⁊ p illis peccatis iniungã penitentiam. ⁊ ſic de alijs diebus ad finem peccatorũ vſq ĩcluſiue. dicere etiam q ſit vna abſolutio: ⁊ q ille due partiales vnã integrent: eſt idem in ſentẽtia. Iſtud autẽ eſt melius q̃ dicere q prima curati abſolutio expectat abſolutionem ſuperioris: ⁊ q factum primũ ſuſpenditur: nec habet effectum donec veniat ſecunda abſolutio que primam ratificat: ita vt prĩa fiat ſub reihabitatione de ſecũda ſubſequutura. vt oſtẽdimus per ſimile in argumento precedẽte. quia ſm hoc dicere oportet q ſi confitens moriatur anteq̃ adit ſuperiorem: nulla portio pene peccatis debite remittatur: qr hoc dependet a reihabitatione ſm aduerſarios. Et licz non poſſum hoc efficaciter deducere: ſic tamen ſuadeo. categorice dicit ſacerdos. abſoluo te a peccatis tuis. et ita eſt communis conſuetudo: ergo non dependet ab abſolutione ſuperioris. Sed dicis. ſic de omnibus peccatis dicit. ⁊ tamen non abſoluit ab a. reſeruato. Contra. nouem ſunt de eius foro: ⁊ penitens eſt contritus: ergo ab illis abſolutus eſt. ob ex eñ ex parte partitionis peccatorum non dat impedimentum. vt ex argumento precedẽti liquet. Preterea arguitur ad idẽ. abſolutio duo facit: ſcilicet remittit partem pene debite: et peccatorez reconciliat eccleſie militanti a qua per mortalem notaz fuit ſeparatus: nã ſm omnis mortaliter peccans a cõmunicatione ſacramentorum eſt ſeparatus ⁊ excommunicatus quodammodo. Sed vtriuſq iſtorum poteſt eſſe partitio. de diminutione pene patet/ ſucceſſiue peccata audiendo et ſatiſfactionem ſucceſſiue iniungẽdo. de reconciliatione eccleſie etiam patet in pluribus excõmunicationibus irretito. qui ab vna poteſt primo abſolui: ⁊ poſtea ab alijs de ſentẽ. excommuni. ca. Cum pro cã. vt amplius diſtinctione ſequenti notum euadet. igitur.

¶ Ex quo patet q aliqua eſt partitio peccatorũ rationabilis vt in argumento precedenti diximus. ⁊ iam ſup hoc duos tetigimus caſus. Secundo patet q curatus virtute clauis diminuit partez pene debite nouem peccatis mortalibus: et ſuperior partem pene debite a. peccato reſeruato. et ſic eſt tanta pena deleta ab his duabus clauibus: ac ſi ſuperior audiuiſſet iſtum ab initio: ⁊ eum ab omnibus abſoluiſſet. Sed dicis ex illo ſequitur q homo tenetur idem peccatum bis confiteri. Diſtinguo: vel quando quis illi confitetur peccatum qui non poteſt ab illo abſoluere: ⁊ ſic conceditur. aliter negatur.

¶ Contra iſtud arguitur. licet duo copulatiue poſſint eundem baptizare: ⁊ eandem hoſtiam conſecrare: tamen oportet vnum eſſe miniſtrum ſufficiẽtem totius effectus ſacramentalis ſine reliquo. ergo in confeſſione vnus debet eſſe miniſter ſufficiẽs reſpectu effectus penitẽtialis/ ſcilicet diminutionis totius pene vi clauis. quẽmadmodum ſi duorũ vterq baptiſet vterq eſt cauſa miniſterialis characteris baptiſmalis. ergo ſacerdos nõ potẽs abſoluere a caſu reſeruato erit cauſa miniſterialis ſufficiẽs totius effectus: vel nihil facit miniſterialiter ad effectum penitẽtie: ſed ſolus ſuperior potens abſoluere a caſu reſeruato. quod dicere non potes. quia ſuperior non poteſt hoc facere omnibus peccatis ſibi non detectis quẽmadmodum nõ poteſt abſoluere ante vllum peccatum auditum in confeſſione. Forte dicis. vnus ſacerdos conſecrat corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis: ⁊ alter ſacerdos conſecrat corpus Chriſti ſub ſpeciebus vini. ⁊ ſic ſacramẽtum Euchariſtie diuiditur. ſimile erit hic. Hoc non valet quia illic ſunt duo ſacramenta: a ſeinuicem nõ dependentia: ſicut eſt de varijs ordinibus. licet eñ ſacerdos non debeat cõſecrare ſub vna ſpecie quin ſub altera conſecret. poteſt tamẽ de facto conſecrare ſub vna nõ cõſecrando ſub alia. ¶ Reſpondeť. non eſt idẽ in ſacramento penitentie ⁊ in ſacramẽtis aſſignatis. in varijs eñ ſacramẽtis vario mõ procedendũ eſt tam in miniſtris q̃ in forma. nã in baptiſmo cõfirmatione/ Euchariſtia/ ⁊ ordine requiriť vnitas miniſtri: non aũt in matrimonio. ⁊ idem videtur ĩ extrema vnctione qñ vt videmus/ ſi quis eſt ſtatim moriturus in varijs partibus iniungitur a varijs ſacerdotibus. ſic in ppoſito curatus abſoluit ab oĩbus peccatis ſui fori: et diminuit miniſterialiter vi clauis partẽ pene peccatis ſui fori debite. ſic facit ſupior de peccato ſui fori: ita vt ſit diminutio tante pene ac ſi omnia peccata eſſent cõfeſſa ſoli vni ab omnibus abſoluere potenti. nec maior gratia virtute operis operati infunditur. Contra hoc arguit quidam grauis theologus neotericus. Sacerdos nõ poteſt abſoluere quempiam ex induſtria tacentem de aliquibus mortalibus. ⁊ alia confitentem: vel ante confeſſionem integram: ergo nec in caſu noſtro. Reſpondetur in argumento nõ eſt magnus color. Joãnes Gerſon putat non eſſe neceſſarium confiteri peccatum reſeruatum inferiori: ⁊ dicit ſe nõ audere damnare ſic facientem. ſed nos viam communem tenemus q peccata ſint ſingula inferiori confitẽda: licet dictum cancelarij non careat probabilitate. ¶ Sed durandus in hac diſtinctione dicit hunc modũ includere aliqua incõueniẽtia. Primum: q ille qui eſt confeſſus oĩa peccata ſua ĩferiori puta curato ſuo/ teneretur omnia peccata iterũ confiteri ſuperiori: puta epiſcopo vel eius penitẽtiario: qd eſt magnũ incõueniens. quia q̃uis rite cõfeſſus poſſit ſi velit iterum confiteri; q tamen ad hoc obligetur: non videtur rationabile. Reſpondetur negando q includit aliqua ĩcõueniẽtia: ⁊ nego primum eſſe incõueniens/ qñ

quis eſt confeſſus illi primo qui non poteſt ab omnibus
abſoluere. et hoc tenendo ſicut Joannes Gerſon exiſti-
mat: ꝙ penitens debet eſſe paratus confiteri omnia pec-
cata ſua ſuperiori ſi ea audire voluerit. Hic tamen ego
iudico magis ꝓbabile ꝗ dictum cancellarij: ꝙ nõ tenea-
tur omnia confiteri ſuperiori: ſed ſufficit reſeruatum vel
reſeruata ei confiteri. nec talem auderẽ dicere eſſe in ſta-
tu dãnationis. Non habeo autem ꝓ incõuenienti ꝙ ho-
mo teneatur idem peccatum bis confiteri de ꝑ accidẽs
quãdo primo eſt confeſſus illi qui non poteſt abſoluere:
qꝛ ad hoc tenetur ſm̃ communem viã. Sed contra hoc ar-
guit Cãcellarius per theoricam doctoris Subtilis. tũc
duo poſſent contra vnum teſtimonium ferre: licet male
agerent. et forte crimen erit plectendum vltimo ſuppli-
cio in foro exteriori. Si hec Theorica intelligat̃ vniuer-
ſaliter nego eam: cuius falſitas manifeſta eſt in religio-
ſis: in quibus expreſſe dicit Cancellarius nõ eſſe incõue-
niens ꝙ bis idem peccatũ confiteãtur. ⁊ nego ꝙ teſtimo-
nium confeſſorum contra confitentem vllo mõ accepta-
bitur in foro exteriori ꝗuis eſſent mille. Ad ſecundũ ar-
gumentum Durãdi qđ eſt: fruſtra fit confeſſio illi a quo
non ſperat̃ abſolutio. ſi intelligas de totali abſolutione:
hoc nego: et ꝗuis non eſſet abſolutio vllo mõ vt in cõfeſ-
ſione facta laico: adhuc cõfeſſio poteſt eſſe vtilis ob pec-
catoꝝ verecũdiã ⁊ coꝝ cõtritionem annexã. Etiã habẽs
caſum reſeruatum non tenet̃ ſimpliciter cõfiteri inferio-
ri: ſed poterat ſuperiorẽ primo adire qui ſe ab omnibus
abſoluiſſet. ¶ Unde adhuc ꝓ clariore ĩtelligẽtia ponã
ꝓpoſitiones vel dictis corollarias vel corollarioꝝ pelli-
bus indutas. Prima ꝓpoſitio. Confeſſio que fit inferio-
ri integre ⁊ de omnibꝰ peccatis nõ habet abſolutionem
reſpõdẽtem. hoc eſt abſolutionẽ ab omnibus. Secundũ
corollarium eſt cõfeſſio que fit ſuperiori de ſolo caſu ad
eum pertinente non eſt integra. Durandus tamen infert
hec tãꝗ incõuenientia: que rationi conſentanea dico. et
dictum epilogãdo ſeu recapitulando colorabitur. Ter-
tio ſequit̃ ꝙ falſa eſt illa opinio quã ſecũdo loco ĩter opi-
niones quatuor in hac materia Durandus recitat. dicit
hec opinio: ꝙ inferior audit totã cõfeſſionẽ ⁊ de omnibꝰ
abſoluit: remittit tñ cõfitẽtem ad ſuperiorẽ nõ quidẽ vt
abſoluatur a peccato: ſed vt abſoluatur ab obligatione
p̃cepti quo tenetur ſe p̃ſentare ſupiori cui reſeruatur co-
gnitio talium peccatoꝝ. Jſtud nõ valet: qꝛ per hãc viam
ſufficeret epiſcopo vel eius penitẽtiario peccatũ dicere:
⁊ ꝓmus abire cõtra cõmunẽ praxim eccleſie: nã homo
peccatũ reſeruatũ cõfitet̃ ⁊ abſolutionem ſumit ab eo ⁊
penitẽtiã iniũctã. Secundo reprobat̃ hec opinio: qꝛ pec-
catũ reſeruatũ nõ eſt obiectũ vel materia in quã poteſt
agere curatus: qꝛ de ſuo foro ſubtrahit̃. qđ ꝓbat̃: qꝛ Ro-
manus põtifex vel epiſcopus inferior populũ ſubtrahe-
re poteſt ne ſit de foro inferioris. nam dato oppoſito non
eſſet difficultas. ⁊ cũ putemus eos hoc poſſe: hoc ipſi po-
nũt ineſſe. Recitat Durãdus alias duas opiniões quas
ĩpugnat: poſt multa ꝯcludẽs ꝙ opus eſt ꝓ hac difficul-
tate magna: ſolẽni diſcuſſione ⁊ determinatione Roma-
ne eccleſie. qđ dictũ timorẽ icuſſit Joãni Gerſono: adeo
vt in ſermone in cena dñi habito dicat. Hec eſt tã ꝓfun-
da difficultas vt Durãdus exercitatiſſimus in iſtis: tra-
ctando hãc materiã dixerit ꝙ expediret habere ſuꝑ hoc
papale conſilium.

¶ Quia iam longiuſcule materiã tra-
ctãdo euagatus ſum: paucis modũ quẽ credo verũ con-
formiter ad praxim eccleſie ponam: ipſum colorando: et
obiectiones alioꝝ ꝑ apparentes ſimilitudines refellen-
do. ⁊ ſi hoc cõtigerit: aliorum rationes cuiuſcũꝗ aucto-
ritatis fuerint: non erunt magni pendẽde. Jn primis di-
co ꝙ ſuperior poteſt ſibi aliquẽ caſum reſeruare: a quo
ſi inferior abſoluere tẽtauerit/ nihil facit: qꝛ peccatũ nõ
eſt de ſuo foro: ſicut ſacerdos nõ abſoluit nõ ſubditum.
¶ Secunda ꝓpoſitio. Non debet ſuperior reſeruare ca-
ſus occultos: hoc eſt pctã volũtatis non exeũtia in actũ
exteriorẽ: nec pctã multũ exprobrabilia iterdũ minoris
culpe ſi nõ exeãt in alioꝝ ſcãdalũ. Ratio eſt: qꝛ multa ta-
lia pctã ſunt cõmunia: quẽadmodum ſunt pctã carnis ⁊
magne infamie: que homies nõ libẽter ꝯfitẽtur: ⁊ ſignan-
ter ſupioribus. Et licet aliqui arceãtur ab his peccatis
ratione reſeruatiõis: tamen (vt opinor) plures ꝑiclitãtur
ꝓpter coꝝ reſeruationẽ: ſupiorẽ non adeũtes: pleriꝗ enĩ
ſuapte natura ſunt verecũdi: potiſſimũ iuuenes vtriuſꝗ
ſexus. Epiſcopus ergo curam ſui gregis habens debet
accerſere aliquos ꝓbos curatos/ ſenes/ ⁊ circũſpectos/
aſſuetos ꝯfeſſiões audire: ⁊ coꝝ cõſilio vti. ⁊ ſi de aliquo
caſu reſeruãdo dubitetur: vtãtur hac maxima. Si plu-
res arceãtur a peccato reſeruãdo a. ꝗ peccẽt omittẽdo
cõfiteri a. reſeruetur. ſin alter/ nõ reſeruet̃. Queadmo-
dum enim medicina non adhibet̃ corpori vero: niſi toti
compoſito putet̃ plus ꝓdeſſe ꝗ abeſſe: et ſi maiori par-
ti corporis ꝓſit: licet parue parti noceat: nihilo tñ minus
adhibet̃: ſic debet eſſe de medicina ſpũali p̃ſeruatiua in
corpore myſtico. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Sortes habẽs de-
cem pctã poteſt in primis adire ſuperiorẽ: et illi omnia
pctã confiteri: qui eum abſoluat ab omnibus: vel ſi peni-
tentem ad inferiorem mittat: nihil eſt amplius reſerua-
tum. Poteſt etiã ſolum reſeruatum peccatum confiteri
illi: potiſſimum ſi reliqua audire noluerit: adeũdo infe-
riorem ⁊ ei cõfitẽdo omnia. vel poterat incipere ab infe-
riore/ cõfitẽdo ei omnia: et ſuſcipere abſolutionem ab eo
de omnibus nõ reſeruatis: ⁊ poſtea abſoluet̃ de reſerua-
to a ſuperiore. Ratio quare debet alteri eoꝝ omnia cõ-
fiteri/ eſt: quia ita eſt in cõmuni conſuetudine eccleſie: et
in ſaniore opinione doctoꝝ cõformiter ad deum qui nõ
dimittit vnũ mortale ſine alio. Penitens enim debet in-
tegre omnia mortalia occurrentia confiteri: alioquin nõ
abſoluetur niſi in certis caſibus quoꝝ iſte non eſt vnus.
Ulterius dico ꝙ non caret omnimoda probabilitate di-
ctum Cancellarij dicentis ſe non audere dãnare homi-
nem peccatum reſeruatum non confitentem inferiori.
Probabilius tamen eſt apud me ſi omnia confeſſus ſit
inferiori: ipſum non teneri integram confeſſionem face-
re ſuperiori: ꝗuis ſuperior velit oppoſitum. ¶ Sed re-
manet neruus quem multi plus ponderant de confeſ-
ſionis partitione. qui vt frangatur: nec vllus ſcrupulus
illic maneat: oſtendo confeſſionis partitionem ratiõa-
bilem. Antiqui nãꝗ doctores bene ſentientes: et item
grauis iſte theologus cuius paulo ante mentionem fe-
ci: in hac parte conueniunt ꝙ poſt ſufficientem indagi-
nem peccatorum ſi homo confiteatur omnia peccata ſi-
bi occurrentia non tenetur iterato illa confiteri. et po-
natur ꝙ poſt confeſſionem occurrat ei memoria morta-
lis peccati nondum confeſſi: quod ſit b. iſte tenetur con-
fiteri b. ſm̃ omnes. et addo. non tenetur b. confiteri prio-
ri ſacerdoti: ergo poteſt b. confiteri alteri. Ulterius ſiat
ꝙ aliqua peccata homini occurrant etiam non reſerua-
ta que non teneatur confiteri: ſed de illis tacebit: et re-
liqua confitebitur. quod patet exemplariter in aliqui-
bus caſibus quos ponit Altiſiodorus in quarto. videli-
cet de occiſione fratris ſacerdotis ex altero parente: et
de circunſtantia quam conſueuit ſacerdos pleruꝗ re-
uelare: vel de enormi luxu qui erit cauſa quare ſacer-
dos mouebitur ad libidinem: vel ſi quis propriam ne-
ptem cognouerit que eſt filia ſacerdotis. Jn his enĩ ca-



ſibus non tenetur penitens ſua peccata confiteri ſacer-
doti: vt aliorum opinione reprobata recte dicit. Et mul-
tiſcius ille beatus Thomas in hac diſtinctione. q. xiij.
articu. iiij. in reſponſione ad quintum dicit. ꝙ in caſi-
bus illis in quibus probabiliter timet penitens ſibi vel
ſacerdoti ex cõfeſſione ei facta periculũ: debet recurre-
re ad ſuperiorẽ vel ab eodẽ petere licentiã alteri cõfitẽ-
di ꝙ ſi licentiã habere non poſſit: idẽ eſt iudicium qđ de
illo qui non habet copiam ſacerdotis. vnde magis deb3
eligere laico cõfiteri. nec in hoc caſu tranſgreditur ali-
quis preceptum eccleſie: quia precepta iuris poſitiui
non ſe extendunt vltra intentionem precipientis: que eſt
finis precepti. Hec autem eſt charitas ſecundum apo-
ſtolum. Confeſſionem laico faciendam nõ approbo: re-
liqua omnia ſuſcipio. cũ enim ſcandalũ paſſiuũ ex infir-
mitate vel ex ignorãtia probabiliter immineat: eſſet con-
tra charitatem tũc illi ſacerdoti peccatũ detegere. nec
ꝓtunc ſtringit preceptũ diuinũ de cõfitendo: ꝗuis immi-
neat articulis mortis. ligat enim ſolũ cũ poſſumus: hoc
autem poſſumus qđ iure poſſumus. Ecce ergo ſecũdu3
caſum in quo peccatũ actu occurrẽs nõ tenemur cõfite-
ri. ſed prior caſus eſt lucidior: in quo manifeſte patet ꝙ
penitẽtia ſacramentũ a duobus miniſtris ſumit ſuum
effectũ quo ad remiſſionem pene culpis debite: ⁊ forte
etiã quo ad gratiã infuſam virtute operis operati: quã-
do peccatoꝝ partitio eſt rationabilis. ⁊ cum manifeſte
hoc ab omnibus ꝯcedatur: ⁊ ab iſto arguente: quare mi-
rabitur ſuꝑ hoc in caſu reſeruato: cũ illam partitionem
rationabilẽ cõfiteatur tota eccleſia: modus eſt ergo ſe-
curus: nec opus eſt vlla põtificis determinatione ſuper
caſum reſeruatoꝝ cõfeſſione. vt dicit Durandꝰ. ¶ Ex
quo patet negandũ eſſe quod iſte poſtremꝰ dicit ꝙ infe-
rior nõ debet tentare abſolutionem priuſꝗ fuerit per ſu-
periorem a reſeruatis abſolutus. ⁊ nego ꝙ ſacramenta-
lis abſolutio omnia remittat vel nulla. nego vlterius/ ſi
ſit vnus caſus quẽ remittere non poſſit ꝙ penitus nihil
operetur: quia vitiatur vtile ꝑ inutile quando nõ recipit
diuiſionem: immo dico ꝙ recipit diuiſionez. ⁊ improba-
tio illius eſt nulla: ꝙ virtute clauis nihil remittitur: quã-
do de induſtria hõ tacet de peccatis. dico ei ſi preter rõ-
nẽ taceat: non eſſe in bonitate cõſequentie colorem.
¶ Diſtinctionis Decimeſeptime. Queſtio Sexta.

SExto circa hanc mate-
riam cõfeſſionis quero. An quis
licite cõpelli poſſit ſua pctã bis
cõfiteri. Mouetur queſtio quia
hincinde ſunt apparẽtie oppoſi-
te. Nam Joannes vigeſimus ſe-
cundus errores Joannis Polia-
cenſis reprobãs dicit incõuenire
quempiam aſtringi ſua peccata plurics cõfiteri. ⁊ hoc
deducit Dionyſius Ciſtercienſis libro. iiij. diſtin. xxiij.
contra ſtatutũ ablatum ordinis Ciſtercienſis: qui in ca-
pitulo diffinieuerunt religioſos viros ⁊ feminas ſui ordi-
nis debere ꝯfiteri abbatibus ſuis ſemel in anno: eſto cõ-
feſſi fuerint ⁊ abſoluti a peccatis ſuis. Recitat quendã
baccalareum Petrum de Clara valle idem ſcribentem
ad abbatem ſuum: et alios ad illud propoſitum introdu-
cere conatur.

¶ Pro hac queſtione ponam cõcluſio-
nes aliquas: quarum prima eſt. Licitum eſt cõfiteri ea-
dem peccata pluries: immo ſecũda abſolutio ⁊ ſequen-
tes ſunt ſacramentales ſicut prima. hoc eſt ſuperius di-
ximus. ¶ Secũda cõcluſio. Stat aliquem licet eẽ obli-
gatum pluries ꝯfiteri ſi mortaliter delinquat. Probat̃
quia aliquis poteſt vouere in odium peccati ꝙ ſi pecca-
uerit: bis ipſum cõfitebitur. hoc nãꝗ eſt licitũ. et ſaluti
vouentis ꝯducit. licita eſt enim materia: igitur tenet̃ pec-
catũ ſuum pluries cõfiteri: ergo propoſitũ. ¶ Tertia cõ-
cluſio. Licitum ẽ hoc eſt ſtatutũ Ciſtercienſium: ⁊ expe-
diẽs vt opinor. animis religioſoꝝ. hoc patet ex p̃miſſa.
¶ Quarta cõcluſio. Huiuſmodi abbates poſſunt ſuos
ſubiectos ad hoc ſtatutũ obligare. Probat̃: qꝛ ſi nõ poſ-
ſint: hoc eſt ꝓpterea quia ſuperiores nõ poſſunt nouas
cudere leges vltra regulam/ inferioꝝ obligatorias. ſed
hoc eſt falſum: vt patet per religioſorum ſtatuta ꝓ ꝯſer-
uatione regule adiecta. Preterea arguitur ad idẽ. Re-
ligioſi cultui diuino mãcipati poſſũt ad aliquas leges
aſtringi ad quas cõmunis populus aſtringi nõ debet. ſ3
multi ſapientes tenent iſtud de laicis. nã Henricꝰ Gan-
dẽſis in p̃mo quodlibeto tenet ꝙ cõfeſſus religioſis mẽ-
dicantibus tenetur eadẽ peccata iterato cõfiteri ſemel
in anno ꝓprio ſacerdoti. Et põt dari analogia. ſi curatꝰ
ſancti Nicolai pariſienſis daret facultatẽ omnibꝰ paro-
chianis ſuis cõfitendi Sorti vel Platoni presbyteris ſi
velint: quo nõ obſtãte erũt obligati ꝯfiteri ſibi in paſcha
tũc vere abſoluti tenebũtur ſua peccata ꝯfiteri iterato.
Preterea Joannes monachus/ Archidiaconus/ ⁊ ple-
riꝗ canonici iſtud tenent. ⁊ in rei veritate extrauagans
S xti Quarti in cap. Uices. de treuga ⁊ pa. ad hoc eſt
multũ apparens: in qua dicit verba que ſequuntur. Ac
etiã ipſi mẽdicantes deſiſtãt p̃dicare ꝙ parochiani nõ
ſint obligati ſaltẽ in paſcha ꝓprio cõfiteri ſacerdoti: qꝛ
de iure tenet̃ porochianꝰ ſaltẽ in paſcha proprio ꝯfiteri
ſacerdoti. ergo videt̃ Sixtus Quartus voluiſſe dicere
ꝙ homo teneat̃ peccata cõfeſſa recõfiteri: ꝗuis nõ tene-
bat̃ in diebus Joannis viceſimi ſecũdi: qꝛ inter cõſtitu-
tiones aduerſas põtificias priori poſterior derogat: er-
go Sixtus Quartus aliũ ſequens videt̃ reliquere Cle-
mentinã Dudũ. de ſepul. vel caſum excipere ab ea: ⁊ re-
dire ad ſtatutũ Omnis vtriuſꝗ ſexus: qꝛ non videt̃ ali-
ud ius commune de cõfeſſione facienda in paſcha. Cir-
ca dies Sixti Quarti ab hinc triginta: quatuor annos
quidã frater Joãnes Angeli predicauit aliquas ꝓpoſi-
tiones Tornaci: quarũ hec erat vna Parochianꝰ ꝯfeſſꝰ
fratribus mẽdicantibꝰ ſatiſfacit decretali Omnis vtri-
uſꝗ ſexus. nec tenet̃ cõfiteri ꝓprio curato ſemel in ãno:
nec ab eo petere licentiã. ⁊ cũ varie ꝓpoſitiones illiꝰ vi-
ri eſſent ad facultatẽ noſtrã miſſe approbãde aut caſti-
gãde: ſic hãc adornauit ſeu qualificauit facultas. Hec
ꝓpõ eſt ſcãdaloſa ⁊ iuri ꝯtraria: ⁊ ꝓ ſubditoꝝ ad prela-
tos debita obediẽtia ⁊ reuerentia publice reuocanda.
Martinꝰ Quĩtus ẽt in quadã extrauagãte que incipit
Ad vberes fructus. ſimile dixit. ¶ Ex his multũ appa-
rẽs eſt ꝙ hõ tenet̃ ꝯfiteri pctã cõfeſſa de ꝑ accidẽs. hoc
eſt qñ ꝯfeſſus eſt alicui qui nõ potuit eũ abſoluere. ſed
ſimplr̃ non tenet̃ ad illud. tñ ſi non peccet mortaliter ſe-
mel in ãno. tñ ſi peccet/ ⁊ ſuo curato ꝯfiteat̃. Sed cõtra
iſtud dices. Nõ eſt maior apparẽtia in aliquo allegato
ad iſtud ꝓpoſitũ ꝗ ſit in. c. Uices. ⁊ tñ in eodẽ. c. habet̃
Per hoc tñ ipſi fratres mẽdicantes nõ cenſeant̃ excluſi
quo minus ſm̃ iuris ꝯmunis ⁊ priuilegioꝝ eiſdẽ cõceſ-
ſoꝝ diſpoſitionẽ cõfeſſiones audire ⁊ penitẽtias iniun-
gere valeãt. ergo nihil tollit̃ ab eoꝝ priuilegijs añ hanc
extrauagãtẽ cõceſſis. Cõtra hoc nõ videt̃ valere: nec eẽ
de mente põtificis propter allegata. ⁊ cõſiderando lite3
inter rectores eccleſiarũ ⁊ religioſos ortam diceretur ꝙ
datur eis facultas vt poſſint abſoluere: ſed hoc non ob-
ſtante abſoluti ab eis tenet̃ ſua peccata in paſca confi-
teri proprio curato. Sed contra argumentoꝝ: vel/ abſo-

lutꝰ ab eis tenet᷑ cōſiteri oīa mortalia ab vltimo paſcha: vel poſt vltimā ꝯfeſſionē. primum videt᷑ oneroſum: et illo dato pauci adirēt religioſos. ⁊ ſimiliter ſecundū: quia ſtat ꝙ Sortes ſit ꝯfeſſus in fine quadrageſime religioſo mēdicāti: nō habēs pctm̄ mortale poſt vltimā ꝯfeſſionē: ⁊ ita de multis alijs. igit᷑. Hoc argumētum ex īduſtria tetigimꝰ: nodū de quo debet eſſe q̄ſtio inter dominos curatos ⁊ religioſos apīcēs. Et īter noſtre facultatis deputatos pluries dicebā difficultatem in hoc ꝯſiſtere: quoꝝ multis viſum eſt nimis hoc eſſe difficile: ꝙ homo abſolutus ab eis teneat᷑ iterato illa pctā ꝯfiteri. hoc etiā mihi difficile videt᷑ in populo. Preſertim cum religioſi ſint in poſſeſſiōe: ⁊ ꝯſuetudo īualuerit in pleriſqꝫ locis ꝙ ꝯfeſſi mēdicātibꝰ debite epō p̄ſentatis nō tenent᷑ iterato ꝯfiteri curato in paſcha. Et ad allegata in oppoſitū dicat᷑ ꝙ ꝯfeſſi mēdicātibꝰ debēt hoc curato oſtendere: ⁊ docere de ſui legitima abſolutiōe āteqꝫ cōmunicēt: ⁊ hoc eſt ꝯfiteri laxato vocabulo ꝓprio curato. Impſentiaꝝ quouſqꝫ doceat᷑ de oppoſito ita cenſeo dicēdū: et mirādū eſt conſequēter ad iſta: quare debeat eſſe queſtio inter curatos ⁊ religioſos. Sed queſtionem ſequentem adhuc ſuꝑ eadem materia tractabo.

¶ Redeundo ad proſecutionem queſtionis noſtre cepte: cū ſint tot argumēta de iterāda cōfeſſiōe laicorū: nō debet hoc in religione reputari extraneū. Dionyſius vbi dixit ſtatutū Ciſtercienſiū de iterāda ꝯfeſſiōe in ordine eſſe iniquū: dicit hec ꝟba. Scio illa q̄ ego dixi in hac ꝯcluſiōe cū corollarijs: multis abbatibꝰ ordinis Ciſtercien. nimiū diſplicere. Concludēdo dicit. verūtñ neſcio ſi eſſem abbas: vtrū eſſem huiꝰ opinionis: credo tñ ꝙ p̄ſentis opinionis eſſe deberē. Ex his ꝟbis ⁊ ꝟitate ſic arguo ꝯtra eū. diſplicet abbatibꝰ ordinis ꝯcluſio eius ⁊ Petri baccalaurei Clareuallēſis. ⁊ hoc nō niſi q̄rūt ſalutē religioſoꝝ ſuoꝝ licet cū aliquāto onere religioſoꝝ. ꝙ ꝓpterea ſolum diſplicet abbatibus declaro: qꝛ non poſſunt opes a paupibꝰ religioſis habere: cū opū adminiſtratio ſit in abbatum manibꝰ: ⁊ nō penes ſubiectos religioſos. nō eñ video aliā cām niſi qꝛ ſalutē ſubditoꝝ īquirūt. ⁊ ptꝫ ex oppoſito. Seculares vt dñs Armacanus: et pleriqꝫ alij ꝯſtāter aſſeruerūt ꝙ religioſi mēdicātes multū ꝯfeſſiōibꝰ ſeculariū ſe īplicāt: vt eoꝝ mores ſecreta ⁊ reſtituenda deꝑhēdāt: q̄tenus ad ſuū lucrū cedat: ſed iſtud nō poteſt cōtingere alijs religioſis. igitur.

¶ Dico ergo Ciſtercienſiū ſtatutum eſſe rōnabile: ſicut multa alia ſtatuta ī capl'is religioſoꝝ lata ꝓ ꝯſeruatiōe regule: nō tñ nego ꝙ inferior nō tenet᷑ parere ſuꝑiori abbati vel p̄ori in quolibet licito ⁊ honeſto: vt poſthac diſtinctione. xxxviij. latius apire conabimur. Sed cōſtitutiones capitulares penſiculate a prībꝰ diſcuſſe ⁊ cribrate: a religioſis ſunt magno cum honore ſuſcipiende pariter ⁊ ſeruāde. Vlterius dico ꝙ q̄rta ꝯcluſio Dionyſij eſt falſa ad intētionē eius: in q̄ dicit ꝙ papa nō pōt p̄cipe ſeu facere ꝙ aliq̄s pctā de q̄bꝰ eſt vere ꝯtritus ⁊ ꝯfeſſus et abſolutus: teneat᷑ iterū ꝯfiteri ꝓprio ſacerdoti. licet Ioānes Gerſon videat᷑ eſſe illius ſentētie: lectiōe ſcđa ſuꝑ Marcū inquiēs. Si ꝯfeſſio ſacramētalis ſemel rite facta eſt de licētia illius q̄ ius habet: nō pōt iteꝝ cadere ſub p̄cepto pure humano. Sed dico ꝙ cācellarius loquit᷑ cōmuniter: vel ꝙ nō licet ferre ſtatutū poſt ꝯfeſſionē ꝙ rite ꝯfeſſus teneat᷑ iterato cōfiteri: tñ ratione vnius p̄cepti p̄cedētis: de ꝑ accidēs homo tenet᷑ pctā ſua iterato cōfiteri. ſi aliter ītelligat: rōni potius innitēdū eſt. Propoſitū ſic ꝓbo. pōt papa hāc legē ferre ꝙ q̄libet teneatur ſemel in āno ſua pctā ꝯfiteri ſuo ꝓprio ſacerdoti: qꝛ ita erat tpe eruditiſſimi dñi Innocentij Tertij: vt ptꝫ ꝑ c. Om͞is. de peniten. ⁊ remiſ. Poteſt inſuꝑ ſtatuere legē illi nō repugnātē ꝙ mēdicātes religioſi p̄ſentati epīs: poſſint cōfeſſiōes audire ⁊ abſoluere. Inter has eñ affirmatiuas nulla eſt repugnātia. tūc aūt pleriqꝫ ad iteratā ꝯfeſſionē tenebunt᷑ de ꝑ accidēs: qꝛ ꝑ hoc ꝙ ſunt abſoluti a mēdicātibꝰ: ab alio p̄cepto p̄ori nō īcōpoſſibili nō deobligātur. ⁊ huiuſmodi homo antecedēter volēs ad iteratā cōfeſſionem tenet᷑. qđ nullo mō īcōuenit. Hec ratio mihi ꝑſuadet ꝓpoſitū. pōt eñ papa tollere totū p̄uilegiū a religioſis vel diminuere: ⁊ ſemꝑ licite. veꝝ de facto iā non loquor ſed poſſibili. Et quicq̄d ſit in cōmuni populo: nō debꝫ reuocari in dubiū in religiōe: q̄ leges obligatorias habet: quas nemo poteſt iniūgere hominū multitudini. Abbates eñ ſimilē legē ſtatuūt: penitentiarios idoneos aſſignāt ꝓ toto anno: ꝯfeſſionē paſchalē ſibi reſeruātes. Dixi (de ꝑ accidēs) qꝛ ſi religioſus nō peccet mortaliter in toto āno: qđ eſt mihi ꝓbabile de multis in religiōe reformata viuētibꝰ: ⁊ a fortiori in religione nōdū collapſa: nō poterit ꝯſtringi. ¶ Aſſumit Dionyſius aliquas ꝓbatiōes quas dicit Holcotū q̄ſtiōe. v. q̄rti ſentētiaꝝ erudite poſuiſſe. vna ꝓbatio eſt hec. Papa manēs papa non pōt licite aliq̄d facere quo ꝑdat iuriſdictionē ſuꝑ quelibet catholicū. ergo nō pōt licite facere quin poſſit abſoluere quecūqꝫ ſibi cōfeſſum. ſed ſi vere papa abſoluit hominē ſibi ꝯfitētē: ⁊ ille legitime exequit᷑ penitētiā ſibi iniūctā: ip̄e eſt ſimpliciter abſolutus a papa: ergo papa nō pōt facere ꝙ ille iteꝝ ꝯfiteri teneatur. ꝯſequētia tenet: qꝛ papa nō pōt facere ꝙ ille īdigeat ſacramēto penitētie ꝓ eiſdē pctīs ꝓ q̄bꝰ iā ſatiſfecit ꝑ penitētiā ſacramētum. alioq̄n p̄mū ſacramētum fuiſſet inſufficiēs: qđ nefas eſt dicere. Dico ex dictis hoc argumentū eſſe dilutū: ac minime diſcōuenire ꝙ quis īdigeat ſacramēto penitētie ꝓ pctīs ꝓ q̄bꝰ iā ſatiſfecit ꝑ penitētie ſacramētū. Quo ad auctoritatē Roberti Holcoti: dico eū tpe quo fecit commētatorios in librū Sapiētie/ plura vidiſſe: et licet in libris Sentētiaꝝ varias materias communes ⁊ ſpinoſas cōpilauerit: paucas vel nullas extricare didicerat. Introducit iſte btm̄ Thomā in hac diſtinctiōe ꝓ ſe. ſed nullo mō eſt ꝓ ꝯcluſiōe eius: vt cuilibet legenti patet. Preterea Ioānē in rubrica de peni. ⁊ remiſ. citat: querētem an pctā ſemel cōfeſſa teneat᷑ aliq̄s iteꝝ ꝯfiteri. Rñdet dicēs ꝙ nō regulariter. dico hoc eſſe ꝯtra arguētē. ⁊ cōcedo illud etiā. Demū Aſtēſem in ſumma. libro. v. tit. xiiij. introducit dicētem ꝙ abſolutus a quocūqꝫ ſacerdote in caſu neceſſitatis nō tenet᷑ iteꝝ abſolui: nec iteꝝ confiteri ꝓprio ſacerdoti: ſed ſufficit ꝙ ei notificet ſe fuiſſe abſolutū. hoc etiā ꝯcedo. Argumētat᷑ Dionyſius ſcđo ſic. Nullus īdiget ſacramēto penitētie niſi ſit in pctō mortali: illa ꝓpoſitio eſt falſa: et deductio ꝯſequēs inutilis. Facit ꝯfirmationē q̄ eſt hec. in poteſtate pape nō eſt ꝙ aliquis innocēs ⁊ iuſtus peccet mortaliter: ergo in poteſtate eiꝰ nō eſt efficere vt teneat᷑ ꝯfiteri. Concedo antecedēs ſi ſit prudēs iſte innocēs de quo loquit᷑: ⁊ ad ꝯſequēs. ſi ſermo de eo q̄ nō peccauit mortaliter: ꝯcedo conſequētiā ⁊ conſequēs: ſi de alio/ nego conſequētiā cum cōſequēte.

¶ Hactenus diximus ꝙ licet de facto laicus mēdicāti legitime ꝯfeſſus ⁊ abſolutus nō teneat᷑ eadē pctā cōfiteri ꝓprio curato: pōt tñ Romanus pōtifex legē ferre copulatiuā talē: ꝙ quilibet laicus teneat᷑ cōfiteri ſua pctā ꝓprio ſacerdoti ſemel in anno ſi q̄ fecit: dādo tñ facultatē oībꝰ volētibꝰ adire fratres religioſos vel alios ꝓbos ſacerdotes: ſuſcipiēdi abſolutionē ab eis de ſuis pctīs. ſecūda eñ pars nullū grauamē ſuꝑ priorē legē addit niſi volēti abſolute. modo volēti non fit iniuria. v. Ethicoꝝ. ⁊ hoc ſua ſpōte volēti. Nunq̄d iāiā pleriqꝫ aliq̄ pctā pluries ⁊ pluribꝰ cōfitent᷑: vt q̄ caſus reſeruatos habēt: Ex



iſtis dat᷑ manuductio ꝙ liceat abbatibꝰ Ciſtercienſis ordinis legē ſtatuere ſuis religioſis vt teneant᷑ ꝯfiteri abbatibꝰ ſemel in āno: vt vultū pecoris ſibi cōmiſſi agnoſcāt: ⁊ ſalubre antidotū cōtra morbos pctī exhibeāt. etiā dādo eis religioſos p̄res qui poſſint eos abſoluere a pctīs quotiēſcūqꝫ voluerint. In hec ſtatuta etiā ꝯſentiūt profeſſi poſt ſtatutum rōnabile: quemadmodum ingrediēs Carthuſiam ad non edendum carnes

¶ Dubitatur. An laicus teneatur ſua pctā iterato cōfiteri. De pctīs in cōmuni mouet᷑ dubitatio: ⁊ nō ſolū de reſeruatis. ⁊ licet varij ponāt varios caſus de iterāda ꝯfeſſiōe: pono hāc rñſionē ad dubitationē. Nullus laicus rite ꝯfeſſus ⁊ abſolutꝰ ab illo q̄ abſoluere potuit: poſt pctōꝝ ſufficiētē indaginē: tenet᷑ ad eorūdē pctōꝝ iteratā ꝯfeſſionē. Si autē ſacerdos dormiebat: ⁊ hoc ꝯſtiterit: iā iſte nō eſt rite cōfeſſus. nec rōne ingratitudinis aſtringitur: vt poſthac diſtinctiōe. xxij. determinabimꝰ: ſiue penitētiā oblitus ſit: ſiue non. ſiue etiā aliud peccatum occurrat poſt confeſſionem/ ſiue non.

¶ Diſtinctionis Decimeſeptime.
Queſtio Septima.

SEptimo quæritur circa eādē diſtinctionē. An cōfeſſus fratribꝰ mēdicātibꝰ ſine facultate plebani teneat᷑ illa pctā iterato ꝓprio ſacerdoti ꝯfiteri: vt ſatiſfaciat p̄cepto Omis vtriuſqꝫ ſexus. in ſcđa q̄ſtiōe huiꝰ recitato ⁊ diſcuſſo. ¶ Pro ſolutione q̄ſtiōis ponā aliq̄s ꝓpoſitiōes ſiue ꝯcluſiōes: quaꝝ p̄ma erit. Romanꝰ pōtifex pōt dare facultatē alicui ſacerdoti audiēdi ꝯfeſſiones in cura alicuius plebani: nō req̄ſita facultate plebani. Probat᷑ cōcluſio. Nā plebanus facultatē īptit᷑ alijs ſacerdotibꝰ audiēdi ꝯfeſſionē: vt cōmuniter in praxi videmꝰ: nō q̄ſita alicuius ſuꝑioris facultate: ergo ſuꝑior illius plebani pōt dare facultatē audiēdi ꝯfeſſionem ſine facultate inferioris. ꝯſequentia eſt manifeſta in poteſtatibꝰ ſe habētibꝰ ſ'm ſuꝑius ⁊ inferius: q̄cq̄d eñ pōt īferior: poteſt ſuꝑior: ⁊ nō ꝯtra. ſicut in logicalibꝰ ꝓ quocūqꝫ ſupponit inferius: ꝓ illo ſupponit ſuperius ⁊ nō econuerſo. modo Romanus pontifex dat religioſis facultatē: vt patet ex Clemētina Dudū. de ſepul. igit᷑. Secūdo ꝓbat᷑ idē. epūs pōt aliq̄bꝰ dare facultatē audiēdi cōfeſſionē in tota ſua dioceſi. ergo Romanus pontifex idē pōt in tota ſua dioceſi: que eſt tota chriſtianitas. ꝯſequētia ſano capiti probatione non indiget. añs ptꝫ de epō Pariſienſi: ⁊ idē eſt iudiciū de quolibet alio epō. ꝑ Innocētiū Tertiū in generali cōcilio. ꝓut recitat᷑. c. Inter cetera. de offi. iudi. ordi. vbi p̄cipit epīs: vt habeāt viros potētes in ope ⁊ ſermone ad cōcionandū ⁊ adviſitandā plebē: dicēs. Unde p̄cipimus tam in cathedralibꝰ q̄ȝ in alijs ꝯuētualibꝰ eccleſijs viros idoneos ordinari: quos epī poſſint coadiutores ⁊ cooꝑatores habere: nō ſolū in p̄dicatiōis officio: verū etiam in audiēdis ꝯfeſſiōibꝰ ⁊ penitētijs iniūgēdis: ac ceteris q̄ ad ſalutē ꝑtinēt animaꝝ. Et rō eſt. qꝛ epūs eſt ordinarius ſinguloꝝ in tota ſua dioceſi. x. q. j. Regenda. xvj. q. vij. Oēs baſilice. et q̄libet in dioceſi eſt parochianus epī. de archip̄ſbytero. c. iij. de offi. ordi. ca. Significauit. Tertio ꝓbat᷑ ab aliq̄bꝰ ſic. curatus ſuam auctoritatē habet ab epō: ergo ſi curatꝰ facultatē īptiri pōt: poterit ⁊ epūs. Sed hec rō deficit. bñ veꝝ eſt ꝙ plebano epūs dat curam: ſed auctoritas plebani inſtituti nō eſt ab epō ſed a deo: licet mediāte aliquo actu epī. Illud idē argumētū ꝓbaret epōs nō habere auctoritatē niſi a Romano pōtifice: qđ nō ꝯcedo. Quēadmodū Romanus pontifex q̄libet poſt btm̄ Petrū habet tātā auctoritatē quātā beatus Petrus habebat: licet mediante electione: et Petrus īmediate habuit a Chriſto: electores tñ nō dāt Romano pōtifici auctoritatē: ſed Chriſtus mediāte aliquo facto humano prerequiſito. Sic curato epūs dat curam: ſed auctoritas curati eſt a Chriſto: hoc eſt curati ſunt de ordine hierarchico eccleſie ſicut epī: ⁊ ſeptuaginta duobꝰ diſcipulis Chriſti ſuccedūt: vt dicit᷑. xxj. diſtinctione. In nouo teſtamēto. Propterea aliter ꝓbat᷑ ſiue tertio: ſiue quarto: nō refert de ꝓbationū ordine. Aliqui caſus reſeruant᷑ tā ꝑ maximū pōtificē q̄ȝ ꝑ epōs inferiores a q̄bꝰ plebani nō poſſunt abſoluere: etiā ſi attētauerint: a q̄bꝰ epī ⁊ eoꝝ ordinarij ex lōga et honeſta ꝯſuetudine iā abſoluūt. ergo eodē mō poterūt abſoluere oēs ſibi ſubiectos in ſuis dioceſibꝰ. Quinto ꝓbat᷑. lex. vel priuilegium maximi pōtificis rōnabile ſufficit ſubditis: vt ea vel eo vti poſſint: ſed hoc p̄uilegiū a maximis pontificibus cōceſſum eſt: ⁊ approbatū in Clemen. Dudum. de ſepul. Qꝛ ſit rationabile. ꝓbat᷑ ſic. In eo qđ eſt ad ſalutē neceſſariū nō ſunt hoīes arctādi/ ne a via ſalutis īpediantur: ſed arctatio videt᷑ fore oneroſa ſi hoīes arctarentur ad ꝯfitēdū ꝓprio plebano: p̄ſertim vbi ſolus ꝯfeſſiōes audit: vel etiā vbi ip̄e alijs ſuā vicē cōmittit. tū ꝓpter verecūdos q̄ notis nō libēter ꝯfitent᷑: tū ſtat ꝙ ſint oēs ierudi ti ⁊ nō bone fame apud ſuos: ⁊ ꝯfitens varios habeat caſus ancipites ꝯfitēdos: ⁊ ſuꝑueniat ꝓbus ⁊ eruditus religioſus: tūc eñ ꝯgruū eſt vt ſubditus poſſit adire quem velit: qꝛ melius eſt habere duo refugia q̄ȝ vnū: ſic vt ille poſſit curato/ vel religioſo ꝯfiteri/ ſuo curato relicto: quē ſtat eſſe ad pctm̄ ſollicitatorē vel ieruditū. iniquum aūt foret ꝙ pctōr tali obligaret᷑ ꝯfiteri. qđ eñ inſtitutū eſt ꝓ charitate: nō debet ꝯtra charitatē militare. ſ'm Bernardū. Sexto in dicta Clemen. Dudum. dicit᷑. Fratribꝰ libere poſſunt ꝯfiteri volētes. qđ nihil eſſet ſi requireret᷑ facultas plebani. nō eñ eſt libertas in actu cuius diſpoſitio pēdet in alieno arbitrio: vt dicitur in. c. De multa. de p̄bē. ſuꝑ quo ꝟbo (libere) cōmunes expoſitores ita īterp̄tātur ꝙ ꝯfitētes poſſunt libere vel curatū vel fratres legitime p̄ſentatos adire. Inſuꝑ his diebꝰ pleriqꝫ habent facultatē a Romano pōtifice vt poſſint ꝯfiteri q̄bꝰ voluerint/ nō petita facultate curati. ergo eodem mō dare poteſt facultatem pontifex ſacerdoti alios audiendi.

¶ Secunda cōcluſio. Parochiani poſſunt ſine facultate plebani fratres legitime ab epō admiſſos adire: ⁊ eis ꝯfiteri. ꝓbat᷑ ꝯcluſio alioquin papale p̄uilegiū religioſorū eēt eis inutile: ſi poſſent ꝑ plebanos īpediri: ⁊ requireret᷑ eoꝝ facultas: vt habet expreſſe ca. In his. de p̄uilegijs. vbi dicit᷑ ꝙ fratres predicatores ⁊ minores habēt p̄uilegiū ꝙ poſſint in altari portatili celebrare quocūqꝫ locoꝝ venerint. qđ cū q̄dā epī īpedire volētes dicerēt ꝙ poterāt illud facere: facultate tñ priꝰ ab epīs obtēta: rñdit Innocētius tertius ī. c. p̄fato. §. Cum aūt eis. ꝙ nō tenent᷑ facultatē epoꝝ req̄rere. alioq̄n nihil eis ꝯduceret īdulgētia pape: cū poſſint hoc ſine licentia pape: annuētibꝰ epīs. Eodē mō oīno eſt in ꝓpoſito: cum eñ facultatē a papa hi fratres habeāt audiēdi ꝯfeſſiones: nullius inferioris a papa facultatē req̄rere tenent᷑. ꝑ hoc eñ ꝙ epō p̄ſentant᷑ a ſuꝑioribꝰ ſuis ꝓuincialibus/ guardianis/ vel p̄oribꝰ/ ipſis epīs: nō capiūt facultatem ab eis ſi repti fuerint ad hoc idonei: qꝛ ꝯtradicētibꝰ epīs poſſunt ꝯfeſſiōes audire. loquor de iure et non de facto. Hec concluſio etiā ꝓbat᷑ auctoritate Alexādri pape in quadā extrauagāti q̄ incipit Regnās in excelſis. vbi re-

putat eos hereticos q̄ aſtruunt ⁊ tenēt oppoſitū. Tertio
arguit̄ ad idē omniū cōnexoꝝ eſt idē iudiciū.j.q.iij. Si
q̄s obiecerit. ſed audire et audiri ſunt cōnexa. ergo ſi di
cti fratres ex priore concluſione poſſunt parochianos ſi
ne facultate curatorum audire: parochiani poſſunt eos
ſine plebanorum facultate adire.

Tertia cōcluſio. Securius melius & expedientius eſt crebro ↄfiteri ꝓprio plebano q̄ꝫ religio
ſis. ꝓbat̄. nā interdū (vt plerūqꝫ Pariſijs videmus) cu
rat⁹ eſt tā ꝓbe ⁊ ſctē vite/ q̄ꝫ religioſus factitius (vt mo
re Anſelmi ꝓpter diſcrimē ponēdū loquar) et nō mō ita
eruditus: ſed eruditior quocūqꝫ religioſo preſentato vel
p̄ſentabili in tota dioceſi. ſtultū aūt eſſet ſi parochianus
tā excellēti viro relicto ſe illi cuius nec ꝓbitatē nec vitā
nouit: īprudēs obijceret. Sed dicis ⁊ bñ vbi eſſent tales
curati: religioſos puderet ſine taliū facultate ſe īgerere:
nec vellēt vti ſuo p̄uilegio: licet poſſint de facto in p̄ſen
tia coꝝ. q2 nō erat ītētio legiſlatoris q̄ in tali caſu vterē
tur lege. non q̄ fas ſit etiā ꝓbis curatis: īpedire religio
ſos ne ↄfeſſiōes audiāt: ſed ne violet̄ lex opꝫ aliq̄ pmitte
re. nā ſi eis etiā ep̄is p̄ſtatos religioſos abijcere liceret:
ab alijs plebanis īeruditis paſſim id traheret̄ in ↄſequē
tiā. ſed q2 vulgo nō ſunt tales curati: ꝓpterea fratres to
ti multitudini ſunt vtiles. Aliter arguit̄. vbi dubium eſt
de eruditione plebani et vita: tutius eſt illū accedere q̄ꝫ
aliū ignotū religioſum: ꝓpter multa. nā etiā dubium eſt
de bonitate et eruditiōe religioſi: eſto habitum deferat.
vnde eñ ↄſtat tibi an ſit ſacerdos: ⁊ de p̄ſentatiōe ep̄o fa
cta p ſupiorē? Dicis. circa p̄ſentationem curatus: ⁊ ep̄s
de eorū ordinib⁹ explorationē fecit q̄ eſt etiā ſupior. dc̄t
ita eſſe: qđ nō ſemp eſt veꝝ: parua ſit forte ſup hoc explo
ratio vel a vicarijs dūtaxat. Adhuc arguit̄. curat⁹ q̄ no
uit modū viuēdi totius parochie: melius illius mores ⁊
vitia cognoſcit q̄ꝫ alter: cum corporaliter a parochianis
paſcat̄: ⁊ ipſi ſint ſuus grex a ſupiore cōmiſſus: quib⁹ ſa
cramēta oīa in q̄cūqꝫ neceſſitate miniſtrat: ⁊ miniſtrare
tenet̄. melius quoqꝫ ſyncerius ⁊ ſollicitius tuā ſalutem
curabit q̄ꝫ alius q̄ tibi hac ſola vice penitentiā miniſtra
bit. Dicis forte. ſunt ita verecūdi aliq̄ vt nunq̄ꝫ ſua pctā
debite curato vel coadiutori eius noto p̄aderēt etiam ſi
debeāt dānari. ⁊ aliq̄ ſunt religioſi in vrbe clariſſime fa
me et doctrine: talis aūt nō eſt curat⁹. Cōtra hoc adhuc
argumētor. tūc tolles verecūdiā q̄ multū facit ad meri
tū ↄfeſſiōis. nā ↄfitēdo illi apud quē maxime erubeſcis:
maxime mereris. ⁊ confitēdo illi corā quo nō erubeſcis:
quē forte nūq̄ꝫ antehac vidiſti: ⁊ opinaris te non ampli⁹
viſurū: minime mereris. R̄ndet̄. hoc eſt verū qđ dictum
eſt de verecūdia: q̄ ſcꝫ cōfitēdo illi corā quo maximam
verecūdiam habes/ ceteris parib⁹ magis mereris: q2 eſt
maior difficultas ꝓueniēs etſi nō ex parte obiecti: tñ ex
parte operantis: videlicet paſſionis naturalis quam hō
ſine ſua culpa habet. ſꝫ nō eſt de neceſſitate ↄfeſſiōis ve
recūdiā hāc hr̄e: vt ptꝫ de ↄfeſſiōe facta incognito de q̄
loq̄mur. Scđo aliqui ſunt ſtupidi ⁊ īuerecūdi vt habēs
frontem meretriciā: ⁊ meretrix cōfitens: et melius eſt ſi
reperiatur aliquis ita verecundus vt affert argumentū
vt ſaluetur cū longe inferiori merito cōfitendo incogni
to q̄ꝫ dānetur confeſſus curato: quia non oībus morbis
eiſdem eſt ſimilis medela applicanda. qui eñ doſim vel
abſynthiū capere noluerit: quod alij ſimili morbo labo
rantes capiunt: leniori medicamine curandus eſt. Vbi
dicebas de tuo curato improbo ⁊ de optimo clare fame
religioſo: non es in caſu cōcluſionis: ſed aſſentior tecum
debes domum illius religioſi a latis pedibus pro cōfeſ
ſione facienda adire/ corā quo verecundiā non minorem
q̄ꝫ coram duobus curatis habebis ſi ei not⁹ fueris. hoc
eñ habet in ſe virtus/ vt habentem in honore haberi fa
ciat: ⁊ coram ipſo verecundemur de turpi. pondera igit̄
verba concluſionis/ ⁊ quos caſus excipiam.

Quarta cōcluſio. Poteſtas fratrum in audiendis confeſſionibus non eſt maior poteſtate ſa
cerdotum parochialiū curatorū. patet per Clemen. Du
dum §. Per huiuſmodi autē. Quare non poſſunt abſol
uere vi illius priuilegij Dudum. a caſibus papalib⁹ vel
epiſcopalibus plus q̄ꝫ curati ſimplices. Sanc hoc in an
no cum eſſem deputatoꝝ noſtre facultatis vn⁹ contra
quēdam predicatorē oppoſitum aſſerentē: eius propoſi
tionē ſic qualificauimus. hec propoſitio eſt cēſenda fal
ſa. quā qualificationē tota admiſit facultas/ dēptis mē
dicantibus. Idē eñ eſt de his que non ſunt ⁊ non appa
rent: modo de illo priuilegio minime docent: ⁊ quantum
cunqꝫ eos rogaret facultas: nihil vidim⁹. Dicis. quomo
do eos excluſit facultas cum multi ſint curati re vel ſpe/
pars contra eos ſicut econuerſo? Reſpōdeo. aliqui ſunt
in facultate curas non habentes actu: qui erant fratri
bus aſſignati: quorum nominabar vnus: qui oēs contra
eos cōuenerunt/ certe rationabiliter (opinione mea) mo
ti: quia de ſuo priuilegio nihil docuerunt. Vlterius di
co non valere dictum eorum q̄ epiſcopus non poſſit ab
eis reſeruare caſus: licet a curatis caſus reſeruet: q2 ha
bent priuilegium a papa: curati aūt ſolum ab epiſcopo.
nā curati ſunt ex inſtitutione Chriſti. vt in. xxiiij. diſtin
ctione dicemus: a quib⁹ epiſcopus reſeruat caſus. ergo
a fortiori poteſt reſeruare caſus a religioſis/ qui nō ſunt
de ordine hierarchico. Cum his oībus verum eſt q̄ fra
tres predicti non poſſunt parochianis ſacramētum eu
chariſtie/ extreme vnctionis/ ⁊ matrimonij ſolēniter mi
niſtrare ſine curatorum ſpeciali permiſſiōe. vt dicitur in
Cle. de priuilegijs: vbi ſub pena excōmunicationis late
iſta ſacramenta prefata fratribus interdicuntur: ⁊ ſi ea
adminiſtrauerint: a ſolo papa ſunt abſoluendi.

Quinta concluſio & vltima. Confeſſi legitime fratribus predictis non tenentur eadē pec
cata confiteri proprio ſacerdoti quem curatum vocant.
voco hoīem in propoſito legitime confeſſum quādo ha
bet omnia alia requiſita hoc dempto q̄ loco plebani fra
tri ſufficienter epiſcopo preſentato cōfitetur. Probatur
hec concluſio. Nullus laicus rite confeſſus tenetur ea
dem peccata iterato cōfiteri: ſed confeſſus fratrib⁹ epi
ſcopo preſentatis eſt huiuſmodi: ex duabus primis con
cluſionib⁹. igitur. Item dato oppoſito inane eſſet eoꝝ
priuilegium in prima concluſione cōceſſum: ⁊ nemo cō
fiteretur illis ſi ſciret ſe debere iterato confiteri ſuo pro
prio curato ſua peccata ↄfeſſa. Tertio hoc idem proba
tur in extrauaganti Ioan. xxij. que incipit Vas electio
nis. vbi contrariā opinionem dānat tanq̄ꝫ a catholicis
reſpuendam. Sicut eñ ſtultum eſt dicere q̄ pape cōfeſ
ſus/ epiſcopo teneatur iterato eadem peccata confiteri:
ſic ſtultū eſt dicere q̄ ↄfeſſus fratrib⁹ de quib⁹ loq̄mur:
teneat̄ eadē pctā ꝓprio ſacerdoti cōfiteri. ſed debēt hu
iuſmodi in paſcha petēdo Euchariſtiā dicere ſe religio
ſis confeſſos: ⁊ ſi dubiū ſit curato: poteſt eis negare Eu
chariſtiā quouſqꝫ illud ꝓbauerint. Vlterius ſicut in ſu
periore queſtiōe diximus: ſunt in poſſeſſione ⁊ vſu: adeo
vt eis confeſſi non confiteantur iterato eadē peccata.

Ex his concluſionibus patet reſponſio ad titulū q̄ſtionis. nec reſpiciēdū eſt ad ꝟba gloſſe in
decretali p̄fata. Ois vtriuſqꝫ ſexus. q2 cuius eſt cōdere:



eius eſt īterp̄tari. ſed Romani pōtifices declararūt p̄ui
legijs a ſe cōceſſis q̄ nō eſt neceſſe petere facultatē a cu
ratis ad hoc vt cōfeſſio valeat. igit̄. Secūdo ptꝫ q̄ p
ꝓpriū ſacerdotē nō oportet ītelligere plebanū: ſꝫ ſufficit
ſacerdos ſpecialis/ gñalis vel gñaliſſimus/ vel ab eis au
ctoritatē habēs. Nec oportet cōtra illud allegare aliqđ
ius antiquū Clemen. Dudū p̄cedēs: q2 vetuſtate tpis iu
ra corruūt. de tpe eñ nō habemus niſi nūc. q̄rto Phyſi.
Tertio ſequit̄ q̄ ↄfitēs his religioſis nō ↄfitet̄ alieno
ſacerdoti: vt alienū diſtinguit̄ ↄtra oēs acceptiōes pro
prij. ſ. cōmuniſſimi/ cōmunis/ ⁊ ſpecialis. Quarto ſe
quit̄ q̄ eiuſdē ſubditi ſunt plures iudices in ſpūalibus:
ſed nō eq̄ p̄ncipales. nā papa eſt p̄ncipaliſſim⁹: curatus
infimus in ordinarijs: ⁊ dū p̄cipiunt oppoſita: ſupiori obe
diēdū eſt ex regula Augu. quā magiſter in fine Secūdi
adducit. Quinto ſequit̄ q̄ ſi curatus p̄cipiat ↄfeſſo/
religioſo de quo loq̄mur/ ſibi ſua pctā ↄfiteri: ↄfeſſus nō
tenet̄ ei parere. rō eſt: q2 ↄtra legē rōnabilem ſupioꝝ p̄ci
pit. mō in p̄ceptis ſupioꝝ pugnātib⁹/ ſupiori: vt Aug. de
ꝓcōſule ⁊ īperatore dicit: obediēdū eſt. Si dicas. ſi ſupior
ↄtra rōnē p̄cipiat: et īferior rōnabiliter: nā ei parēdū eſt.
dico q̄ male ītelligis. tūc dico ſupmo parēdū eſſe: vt di
citur Actuum. v. ſcilicet deo hominibus relictis.

Contra primam & quintam concluſiones arguit̄ ſimul: q2 eādē materiā ↄtingūt. nō pōt ali
quod p̄uilegiū īdulgeri in alterius p̄iudiciū. vt in. c. Ex
tuaꝝ. de vſu pallij. vbi dicit̄ q̄ licet papa det priuilegiū:
nō vult tñ q̄ aliq̄s vtat̄ eo in p̄iudiciū alterius: q2 papa
nulli vult facere p̄iudiciū. xvj. q. vij. c. Decimas quas in
vſum. ſed hoc eſt in p̄iudiciū curatorū q̄ fratres audiāt
ↄfeſſiōes. nā aquā ad ſuū molēdinū trahūt p eleemoſy
nas ad ſe ⁊ ad ſuas eccleſias reparādas ⁊ hmōi. minus
etiā dat̄ curatis: ⁊ fiunt minus reuerētes curatos paro
chiani. R̄ndet̄. veꝝ eſt de p̄uilegio enormi. vt not. i. c.
Cum olim. de ↄſue. aliud oīe p̄uilegiū dat̄ in p̄iudiciū.
nūq̄ꝫ eñ p̄uilegia ↄcedunt̄ niſi p̄ter gñalē legē aliq̄d ſpe
cialiter ↄcedat̄. nōne habes q̄ papa dat p̄uilegia religio
ſis vt non dent decimas de terris quas colūt? vt in. c. Ex
parte. de decimis. et hoc eſt in p̄iudiciū tpale eccleſiarū
parochialiū/ q2 a talib⁹ fructus decimaꝝ auferuntur: ⁊
tñ ꝓpter vnius eccleſie ſubleuationē hoc facit papa al
teri. Secūdo nego q̄ hoc ſit in p̄iudicium curatoꝝ. reſpi
cit eñ pōtifex vtilitatē plebis ſubiecte curato. nā multo
meli⁹ eſt plebi haberi hos religioſos cū curatis admiſ
ſos q̄ꝫ ſolos curatos. ⁊ ſic ſi religioſi tollant aliquos par
uos denarios q̄ dati fuiſſent curato: tollūt etiā laborē:
⁊ curatū iuuāt ad populū erudiēdū. nec debet dirigere
obtutū ad paruū lucrū tpale qđ admittit: nec īputabit̄
ei illud Prouer. xxvij. q̄ vultū pecoris in foro interiori
nō cognouerit: q2 p eū nō ſtetit: ſed ſufficit ei q̄ ſupiores
dederūt his facultatē ſecū cognoſcēdi vultū pecoris. et
ꝓpter hoc excuſabit̄ curatus. Secūdo arguit̄. in. c.
Omnis vtriuſqꝫ ſexus. dicit̄. Quicūqꝫ vult iuſta cauſa
alieno cōfiteri ſacerdoti: a ꝓꝓ̄o petat licētiā ⁊ obtineat.
aliter ille eū ligare nō pōt nec abſoluere. Reſpondet̄.
ſubaudiēdū eſt: niſi ſit p̄uilegiat⁹ a ſede ap̄lica: vel a iu
re. nā antiqua iura p poſteriora exponūtur et reuocant̄.
priuilegiū aūt hoc in Clemētina Dudū. derogat ↄſtitu
tioni in. c. Omnis. Etiā fratres priuilegiati ſunt in aliq̄
acceptione larga ꝓprij ſacerdotes. Ad Extrauagātem
Martini quinti Ad vberes. ⁊ Sixti q̄rti. de treuga ⁊ pa
ce. in. c. Vices. ſupius r̄ndimus. Tertio arguit̄. ſi de
duab⁹ ſeruitutib⁹ vna tollat̄: altera remanet. de vſu pal
lij. Ex tuarū. et. ff. de ſerui. vrb. pred. l. Si deneget̄. ergo
papa pōt dare eis ſolā executionē ⁊ nō poteſtatē vt con
feſſiones audiāt ſine facultate ꝓprij ſacerdotis: vt Ber
nardus in gloſſa arguit. R̄ndet̄. q̄ñ ſeruitutes ſunt ſe
parabiles: vna ↄceſſa: alia remanet: vt ptꝫ in lege allega
ta. nā ſi domus tua domui alterius ſit in duab⁹ ſeruitu
tib⁹ obligata. ſ. vt nō altius edificet̄: et ne ſtillicidiū ſup
tectū iſtius de illa cadat: ſi remittat̄ prima adhuc rema
net ſcđa. iſte eñ ſeruitutes nō ſunt cōnexe: q2 licet dom⁹
altius edificet̄: non ſequit̄ neceſſario q̄ ſtillicidia ꝓpter
hoc ſup tectū alteri⁹ cadāt: q2 p canales poſſunt aliunde
deduci. Secus eſſet vbi ſeruitutes eſſent connexe. vt ſi
ↄcedas mihi ire p agrū tuū: cōcedes mihi facere ſemitā
neceſſariā exequutioni: alioquin eſſet executio vana. Et
ideo ſi dat̄ exequutio p̄uilegiato: dat̄ ↄſiſtēti auctoritas
vt in eū poſſit fieri exequutio: cū audire et audiri ſint in
ſeparabiliter cōnexa: vt in ꝓbatione cōcluſionis ſupius
diximus. Vnde hic īter dominos curatos et religio
ſos a multis annis eſt diſſenſio. Pro quo notabis: q̄ an
te dies Bonifacij Octaui q̄ fuit cōpilator Sexti decre
taliū/ p̄dicatores ⁊ minores habuerunt quoddā priuile
giū: qđ incipiebat Ad vberes. in quo dabat̄ eis auctori
tas audiēdi ↄfeſſiōes: ſic tñ vt ↄſtitutio gñalis ↄcilij: ſcꝫ
Omnis vtriuſqꝫ ſexus: in ſuo robore ↄſeruaret̄: ita vt cō
feſſi fratribus tenerent̄ nihilominus ſaltē ſemel in anno
ↄfiteri ſuis parochialib⁹ p̄ſbyteris. ſup quo inter docto
res religioſos tpe Mērici Gādēſis magnū erat certamē.
Deinde Bonifacius Octauus anno domini trecenteſi
mooctauo ſupra milleſimū illā decretalē Supra cathe
drā. edidit: que hodie eſt in Clemen. Dudū. inter a: quā
poſtea Benedictus Vndecimus p ſuā extrauagantem.
Inter cuctas. reuocauit. poſtea Clemēs Quintus illā.
Inter cūctas reuocauit. et illā. Supra cathedrā Boni
facij Octaui quā paſſim habem⁹ renouauit. Poſtmo
dū Ioānes Poliacēſis Pariſiēſis doctor niſus eſt. c. a.
Omnis vtriuſqꝫ ſexus. tenere in ꝓpria forma: Clemen.
Dudū. examinando: qđ Ioānes viceſimus ſecundus in
extrauagan. Vas electionis reprobauit: manutenendo
Clemen. Dudum. ⁊ eā ad Auguſtinenſes/ ⁊ Carmelitas
prorogādo. Item Alexāder quintus Ioannis ſucceſſor
manutenuit Clemen. Dudū. addendo aliqua in ſua Ex
trauagāte: que incipit Regnās in excelſis. que extraua
gās fuit petita reuocari in ↄcilio Cōſtātiēſi/ ⁊ Baſiliē
ſi. ſed nihil obtētū eſt. Et licet. c. Vices. Sixti quarti ſit
apparens pro curatis: nō eſt tamen datū exequutioni.

Ex omnibus his nonnulla epilogādo: dicā p̄mo q̄ iura humana ſunt mutabilia. ⁊ ſi pōtifi
ces ordinarēt cōtraria ijs q̄ dicimus: ſentētie eorū/ anti
quiorib⁹ ſtatutis relictis/ acquieſcerem⁹: et cum regula
Leſbia flecteremur. Ex quo ſequitur q̄ doctores tenen
tes poſitiones oppoſitas ante pōtificū determinatiōes:
nō male egerūt/ in materia topica ꝓbabiliter vtrinqꝫ lo
quētes. vt Bernardus in gloſſa ordinaria in capi. Ois
vtriuſqꝫ ſexus. tenens q̄ requiritur p̄miſſus ꝓprij ſacer
dotis: ⁊ multi alij tam in hac materia q̄ꝫ in alia. Sed
iuribus humanis relictis veniēdo ad illa que videntur
mihi in lumine naturali īpreſētiarū dicēda/ poſitiuo iu
re neglecto: non eſt inutile q̄ eruditi ⁊ probi religioſi ad
mittant̄ ad audiēdas ↄfeſſiones in tota eccleſia catego
rematice. ratio eſt: q2 pleriqꝫ ſunt curati ineruditi ⁊ ma
le fame: qui raro laborāt habere ſubditos probos ⁊ vir
tute preditos. Nā improbo gaudet improb⁹: ne in p̄ſen
tia probi: fama ſua magis denigret̄. Secūda propo
ſitio: multi ſūt eruditi religioſi mēdicantes qui exercent
aliquos actus potiores actib⁹ curatorū: vt qui cōcionā
do/ populū verbo ⁊ exēplo illuminant. nec eſt indecēs q̄
iſti a populo nutriant̄: hoc eñ eſt de iure nature: vt patꝫ

prime ad Corinth. ix. ⁊ ſu malorū curatoꝝ penā ⁊ dedecus vt magis ſordeſcāt. Oppoſita eñ iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt. ¶ Alia ꝓpoſitio. ſi fiat bona diligentia per epiſcopos de fratrū admiſſiōe: non poteſt eſſe querimonia de coꝝ ſufficientia. nā diligentiſſime fuit hoc a ſūmis pontificibus adiectū. ſi epiſcop⁹ ſibi pſentatos examinaret vel vicarius eius. facile autē religioſorū conditio ſciētia ⁊ mores ab epō deprehēdent. nihil eñ occurrit quo a recto ⁊ ſyncero de eis iudicio diſtrahat: ſicut ī ceca collatione bñficioꝝ: quia ſepe prece: ſanguine: ⁊ ſeruitio pmot⁹: populi vtilitate neglecta dat curas ineptis ⁊ male merētibus. ſed ad hoc quodāmodo allicitur cū ſua tñ graui culpa. hic autē in religioſis admittēdis nulla eſt queſtiō de bñficio dando: ſed de ſola ſalute plebis procuranda. ¶ Alia ꝓpoſitio. vbi eſſent inutiles religioſi epiſcopo preſētati: nō deberet eos admittere. vel ſi inutiles reperti fuerit a curato ſucceſſu tpis: ⁊ poſſit hoc probare: debet eos reijcere: ſicut putat⁹ bonus medic⁹ a pñcipio: cōperto ꝯtrario eſt remouēdus. ¶ Alia ꝓpoſitio. nō expedit dare religioſos auxiliatores curatis in tota eccleſia ſyncategorematice. ꝓbatur. nā aliqui ſunt curati ita religioſi in vita vt vocati religioſi: guardianis ⁊ pōribus longe eruditiores: qbus nō expedit dare coopatores. cōtingit etiā q diligens curatus habeat paruū gregem circa quē in propria vigilat: vel ſi ope egeat: nouit quis ſit ſibi vtilis. ſcio ꝓbos religioſos erubeſcere in pſētia eiuſmodi paſtoris ſe ingerere ſine eius facultate: niſi frontē pfricuerint. Declaro iſtud per analogiā de medico corporali: q in tota vrbe categorematice eſt vtilis: ſed nō ſyncategorematice: vtpote domui illi vel vico in qua vel quo eſt medicus multo exercitatior: ſecūdum verbū Chriſti. Non eſt opus medico bene valentibus. ¶ Ultima propoſitio. bonus curat⁹ bonos religioſos quos nouit debet ad ſe in ſuū auxilium vocare neglectis his paruis fortune munuſculis: gregis ſibi cōmiſſi querendo ſalutem. ⁊ contra ſi curatum ſeditioſum et dyſcolum religioſus videat cum quo nō poſſit fructum ſeu edificationem facere in populo: a loco illo ad alium ſecedat: vel in cellulam vnde exijt ſeſe recipiat.

¶ Diſtinctionis Decimeſeptime.
Queſtio Octaua.

OCtauo circa hanc decimāſeptimā diſtinctionē queritur. An furioſi ⁊ temulenti ad hoc pceptū eccleſiaſticū de confeſſione et ad ſimilia precepta obligētur. nec hoc eſt ab hac materia alienum: vt terminos queſtionis conſideranti clarū eſt. Nam ⁊ Ricardus Middilton⁹ hanc queſtionē in hac materia: licet parū de ea loquatur proponit. Et qr vt primo de anima dicit. Rectū eſt iudex ſui obliqui: propterea ſi deſcribatur ſobrietas ebrietati oppoſita: ebrietas notior euadet. ¶ Sobrietas temperantie cardinalis virtutis ſpecies eſt circa potum: quādo ſcilicet quis non contrauenit rationi in bibendo: vtpote cū potus nō eſt in anime vel corporis iacturā: ⁊ potiſſimū anime. ſi tamē cui condeſcēdendum ſit: vltra facultatē ſumentis non bibatur nec potus ſit bibenti vetitus per potum vel aliā legem: vt videre eſt de Nazareis Numeri. vj. ⁊ de Rechabitis Hieremie. xxxv. ⁊ de Aronitis Leuitici. j. Nā pro tempore illius legis ſtantibus duob⁹ primis: quātūcūqꝫ parum bibendo nō fuiſſet actus ſobrietatis. Eodē modo ſi nunc eſſet aliqua lex potū vini prohibens: bibendo eſſet ebrietas moralis in ſuperabundādo. Notāter (moralis) quia licet ſic philoſoph⁹ loqui debeat: cū homo cancellos ſobrietatis tranſcēdit: tamen vulgariter non ſic capimus. ſed morali philoſophie acceptio vocabuli applaudit. Ebrius autē iuxta nominis interpretationē dici putatur: ab ex qđ eſt extra: ⁊ bria: menſura quaſi extra mēſuram ſobrietatis. ſicut ſobrietas ſecundū menſurā. vulg⁹ tamen ebriū vocat eum qui eſt omnis rationis expers a potu. ⁊ potiſſimum de hac acceptiōe in titulo queſtiōis inquirimus. ¶ Ex iſto pꝫ: q nō eſt eadem adequata latitudo ſobrietatis omnib⁹ hominib⁹ eiuſdē etatis: ſicut non eſt eadē latitudo cibi: vt pꝫ de platone ⁊ ludi magiſtro. Preterea ad magnitudinē primi: vt in opipare comedente naturaliter magnitudo ſecundi ſequitur. Tertio. aliqui ab ineunte etate ſeniorū culpa ſunt in abūdātiore potu educati q̄ alij: ergo eis latitudo eſt latior q̄ alijs: nec facile poſſūt ſine corporis iactura ad aliud extremū tendere. ſicut Ariſto. in ꝓblematib⁹ de Dionyſio tyrāno declarat: qui ꝓpter ſubitā abſtinentiā a vino in morbos inciderat. Quarto. nati in regiōib⁹ frigidis per antipariſtaſim multū caloris habent ⁊ ſūt robuſti: quoꝝ latitudo cibi ⁊ pot⁹ eſt maior. Et licet Apparatus. xxxv. q. ij. c. Moyſes. irriſorie dicat q aliqui bene bibūt ne oīa habitet in ſicco. Et eſt argumentū (inquit) pro Normannis: ⁊ Angliſis: ⁊ Polonis: vt poſſint fortiter bibere ne anima habitet in ſicco. Et Nicola⁹ Lyranus Heſter. j. dicat q aliqui veniētes a polo arctico illum modū bibēdi in Normānia docuerūt: ac ſi probroſum foret: tamen apud ſapiētes eſt eis maior latitudo q̄ meridionalibus vt pꝫ ex dictis. nō tamen eo inficias quin ſeptētrionalium multi in hoc exuperent. multi etiā ſunt borealiū ſibi fabricantes tam arctam latitudinem q̄ meridionales. ¶ Secundo ſequit q id qđ eſt ebrietas moralis vni pro aliquo tēpore: ꝑ alio eſt eidē ſobrietas. qđ pꝫ de Petro iuuene: ⁊ de eodē exiſtente ſene: cū ſenes ſubſtantialiter ſicci: licet accidētaliter humidi ſint: maiori egeant potu. Hinc Daniel in ſenectute vino vſus eſt qui in iuuētute fuit abſtemius. Nā Danielis. x. ipſe de ſe dicit. In diebus illis ego Daniel lugebā: triū hebdomadaꝝ dieb⁹ panē deſiderabilē nō comedi: ⁊ caro et vinū nō introierunt in os meū. Ex quo ꝑ locū a ꝯtrario ſenſu colligit q iā vino vtebat: ⁊ tñ in iuuentute omnino abſtinuit: vt Danielis. j. videre eſt. Et patet ratione hoc eſſe licitū. inſultus paſſionum in iuuenib⁹ ſunt vehemētes: ergo miniſtrare eis vinum natura calidū eſt flāmā flāme addere: ⁊ cum ſuapte natura robuſti ſint: vinū nō eſt eis miniſtrādum. oppoſito aūt mō ſenib⁹ euenit. Inſup ſcđo libro Hecatonomiarum a Platone hec lex colligit. Pueri vſqꝫ ad duodeuigeſimū annū vini vſum prorſus ignorēt: deinde vino moderate vtant vſqꝫ ad annū q̄dragelimū. vltra ꝓ eā etatē hilari⁹ in cōuiuijs diſcūbētes/liberi⁹ eo vtant. Et paulopoſt in eadē lege platonica ſequit. Senib⁹ aūt liberior vſus remediū aduerſus ſenecte duritiē elargiatur vt reiuueneſcere videant: ⁊ meſtitie eos capiat obliuio: ⁊ affectio mentis veluti ferrum in igne ex duritie in mollitiem deducta/flexibilior fiat. Cui conſonat illud Horatianum. Sollicitis animis onus eximit. Et illud Prouerbiorum. xxxj. Date ſiceram merentibus: et vinum his qui amaro ſunt animo. ¶ Tertio ſequitur: q duo eiuſdem etatis et patrie diuerſas habent latitudines ſobrietatis. patet de ſanguineo vini appetente et phlegmatico ſua natura abſtemio: per vinum autem/ſiceram/ceruiſiam: ⁊ huiuſmodi intelligo. quomodo Angelus dixit zacharie Luce. j. Uinum et ſiceram non bibet. Inſuper aliquis eſt iuuenis corpore cuius paſſiones infirmitate vel temperātia ſunt domite: vel debilem ſtomachum habens: cui aqua officit ſicut vinū prodeſt.



Propterea Apoſtolus iuueni Timotheo precepit dicens. Modico vino propter ſtomachum vtere.

¶ Vocabulorum ſignificationibus vtcūqꝫ explanatis ad queſtionis elucidationem deueniendum eſt. Circa quā due ſunt poſitiones: quarum vna et cōmunior partē affirmatiuā tenet. Alia tñ quā rationabiliorē iudico: et ob id eā imitabor/eſt negatiua: que licet pīma fronte ſobrias aures offendere videatur (qđ vitare ſemꝑ ſtudeo) cōtrariū tamē oſtēdet. ¶ Pono ꝯcluſiones ſequentes ad q̄ſitū rñſiuas. Prima eſt. Aſſuetus ſeu habituat⁹ facere aliquod mortale pctm̄ extra ebrietatē: ſine culpa temulētiam incurrēs: ⁊ ſimiles actus faciēs quos ante ebrietatē facere ſolet: non peccat. Hanc pono ꝓpter quēdā neotericū doctorē oppoſitū in ſuo libro de tēperātia aſſerētē. ¶ Secūda ꝯcluſio. amētiā ex culpa incurrēs: q̄cq̄d tēpore demētie faciat/nō peccat. ¶ Tertia ꝯcluſio. Furiā ex culpa mortali īcurrēs ſemper in illo mortali manet q̄diu eſt in furia. ¶ Quarta ꝯcluſio. Temulētiā ex culpa ſua incurrēs: q̄cq̄d tēpore temulētie faciat/nō peccat. ¶ Quinta ⁊ vltima cōcluſio. Ebrietas ſciēter īducta eſt fedū pctm̄ ⁊ exprobrabile. et in hac ꝯcluſiōe loquor de ebrietate morali q̄ vulgarē culpabilē includit. ¶ Prima ꝯcluſio ꝓbat. Nullus omni rōne orbatus quā incurrit ſine culpa/peccat eo tēpore quo rōnis eſt expers. ebrius aūt ſm caſum pīme cōcluſionis eſt huiuſmodi: igit. ꝯſequētia claret cū minore/oſtēdo maiorē: qr nō aliter brutoꝝ facta non ſunt iputabilia: ⁊ facta paruuloꝝ īter baptiſmū et annos diſcretionis. Fortaſſis dicet aduerſarius: ⁊ alia nulla eſt reluctatio: q non eſt ſimile: qr iſte habet ex malo habitu quē male acq̄ſiuit/vel ex culpa: ſec⁹ eſt de paruulo ⁊ de bruto. Sed ꝯtra hoc arguo. ꝓpter habitū nō peccam⁹. ſol⁹ eñ actus eſt īputabilis: vt pꝫ in peſſime habituato nūc pīmū exiſtente in gr̄a. imo male habituat⁹ ceteris parib⁹ tātū merebit quātū bñ habituatus: ergo idē erit de male habituato ⁊ nō habituato. Preterea. nō habituat⁹ incurrēs ebrietatem ſine culpa nō peccat: ergo neqꝫ habituatus. añs ꝯcedūt aduerſarij: ergo ꝯñs debēt ꝯcedere. Dico vniuerſaliter: q male habituat⁹ faciēs actū bonū ſimilē cū actu nō habituati ſaltē tātū meret: ⁊ īter faciētes actū malū/ad quē īpellit habitus: ſi nō min⁹ peccat q̄ nō habituatus: ſaltē peccabit equaliter: vel ſi alter nō peccat: nec ipſe. Cōcedēdū tñ arbitror q ꝯtrauenies habitui malo/acq̄ſito tpe nō īputabilitatis: plus meret q̄ nō male habituatus. ¶ Sed ꝯtra hāc ꝯcluſionē arguit argumētis qb⁹ q̄dā oppoſitū aſtruit. ⁊ pōdus argumentoꝝ eius in hoc cōſiſtit. talis ſcit iſtā eſſe meretricē ⁊ eſſe nō ſuā: nec ignorat aliq̄d eorū qđ ſufficit ad reddendum actum culpabilem. Secūdo ſic. aſſuetus adire lupanar quolibet die/nūc īebriat⁹ peccat: qr nullus ꝓpter ignorātiā excuſat a pctō qđ alioquin eēt facturus ſi nō eſſet inebriatus. nam alioquin peccaſſet: igitur nunc peccat. ¶ Ad pīmū rñdet q aſſumptū eſt dubiū: qr ſupponim⁹ iſtū oīs rōnis exptē. locū eñ accedere vetitū nō concludit eū habere rōnē: pluſq̄ brutū cubile ex habitu petēs. imo hoc argumētū ꝯcluderet: q ſi occideret hoīem ſine culpa ꝑuia/peccaret. Ad ſecundū rñdet q illa ꝓpoſitio eſt negāda in qua iacet pōdus argumenti. nullus ꝓpter ignorātiā excuſat a pctō qđ alioqñ eēt facturus. vniuerſaliter dico q nullus peccat vel meret in hoc qđ poteſt facere/ſed in hoc qđ facit. ¶ Secūdā concluſionē ꝓbo ſic. modicā rōnē habēs minus peccat q̄ habēs magnā. ſm illud Luce. xij. Ille ſeruus q̄ cognouit volūtatē domini ſui: ⁊ nō fecit ſm volūtatē eius: vapulabit multis. Qui aūt non cognouit: ⁊ fecit digna/plagis vapulabit paucis. ⁊ adhuc habens minorē rōnē min⁹ peccat: ergo nullā rōnē habēs nō peccat. ꝓbo ꝯſequētiā: qr alioquin dabis vnū pctm̄ in īfinitū paruum: ⁊ ita nec erit veniale nec mortale: et ad nullā penā īputabile: vel dabis q vn⁹ aliq̄d rōnis habēs eq̄liter peccabit cū eo q̄ nullā rōnem habet ceteris parib⁹. ſed iſta diſiunctiua q̄ eſt ꝯſequēs/ꝑ vtraqꝫ ſui parte eſt negāda. ergo ⁊ añs. Et ꝓbat cōſequētia: dato q ille furioſus occidēdo peccet: (ſemꝑ intelligo de pctō īputabili) ſignet malitia ſui peti. a. ⁊ ſit mortale: ſi veniale/equaliter arguā. a. erit vt vnū. homo prudēs vt Ulyſſes occidēs talē hoīem peccat vt quatuor. homo talis: vt Aiax Thelamonius occidēs talē hoīem peccat vt tria: deſcēdēdo ad hoīem q̄ adhuc minus peccat: ⁊ ſic ſine ſtatu. Hui⁹ rōnis neruū lucidius ſic deduco. In pīma parte ꝓportiōali hore creet de⁹ Ulyſſem: in ſcđa Aiacē in ſubduplo min⁹ prudētē: in tertia Achillē: ⁊ ſic ꝑ oēs partes ꝓportiōales vnius hore: in infinitū parū aliqs iſtoꝝ eſt prudēs: ⁊ ſi oēs vellēt vnum īterimere: ſemꝑ min⁹ rōnis habēs min⁹ peccabit. ſed furioſus minus rōnis habet q̄ aliqs iſtoꝝ/īprope min⁹: ergo ipſe nō peccat: vel dabit aliqs iſtoꝝ q̄ ita parū peccat vt ille furioſus. Diſcurſus in ſpeciali in materia ſua videtur bonus: q̄uis in alijs materijs poſſit dari obex: vt de partibus peti mortalis in ordine ad veniale cōparatis: quaꝝ q̄libet eſt peior veniali. et de q̄libet parte albedinis pfectiore hac nigredine: ⁊ tñ ꝓpterea tota nō eſt īfinite pfecta. Illic eñ eſt cōparatio coꝝ q̄ ſunt diuerſaꝝ rōnū: nō aūt hic. Secūdo arguit ad idē ꝑ Clementinā Si furioſus. de homicidio volūta. vel caſua. vbi Clemēs Quintus inq̄t. Si furioſus aut infans ſeu dormiēs hominem mutilet vel occidat: nullā irregularitatē īcurrit. Ubi ſi q̄s culpabiliter occidit: irregularitatē īcurrit: īmo īterdū ſine pctō. hoc pꝫ. ff. de iniurijs. Illud canonizata. Et recitat Gratian⁹. xv. q. j. c. Illud. īquiēs in ꝓſiculo Sane. oīno in pñcipio capitis. Sane ſunt q̄dā q̄ facere non poſſunt: vtputa furioſus ⁊ īpubes q̄ doli capax non eſt. nāqꝫ hi pati iniuriā ſolēt nō facere. Cū eñ iniuria ex affectu faciētis ꝯſiſtat: ꝯñs erit dicere hos/ſiue pulſent ſiue cōuitiū dicāt: iniuriā feciſſe nō videri. Et Augu. in libro q̄ſtionū veteris ⁊ noui teſtamēti. ⁊ habet in. c. Aliquos. eiuſdē cauſe ⁊ q̄ſtiōis: inq̄t. Aliquos ſcimus ſubito dementes factos/ferro/fuſte/lapidib⁹/morſib⁹ multos nocuiſſe: quoſdā etiā occidiſſe: captos aūt īduſtria ⁊ in dicijs oblatos minime reos factos: eo q non volūtate ſed īpellēte vi neſcio qua/hec geſſerint neſciētes. Quomō eñ reus ꝯſtituit: q̄ neſcit q̄d fecerit? Hoc idē tenet Ambroſius in Hexamero in tractatu pīmi diei. Et qr hec cōcluſio nō ita fixe negat vt q̄rta: ꝓbatiōes adducte ſufficiāt. ſi aliq̄ ꝓbatiōes q̄rtā īferāt: illā etiā opinione mea ꝯcludēt. ¶ Tertia ꝯcluſio ꝓbat ſic. nullū pctm̄ mortale delet niſi ꝑ diſplicentiā illi⁹: vel aliquē actū meritoriū. Unde Auguſtin⁹ de fide ad Petrū. et recitat Gratian⁹ de ꝯſe. diſtin. j. Firmiſſime tene ⁊ nullaten⁹ dubites: exceptis illis qui ꝓ nomie Chriſti ſanguie ſuo baptizant: nullū hominē accepturū vitā eternā: qui nō hic a malis fuerit ꝑ penitētiā fideqꝫ cōuerſus. Furioſus aūt tpe furie hoc hr̄e non pōt: queadmodū nec demeritū. ibi eñ illud Eccleſiaſtes. xj. verū habet. Si ceciderit lignū ad auſtrū aut ad aq̄lonē/in quocūqꝫ loco ceciderit/ibi erit. ¶ Quarta ꝯcluſio ex ſcđa ſequit. Et pīmo ſic ꝓbat. plene furioſus tēpore furie nō peccat ex ſcđa ꝯcluſiōe: ergo nec ebrius. Martin⁹ cōcedit añs: ⁊ negat ꝯñam. ⁊ cā eſt (inq̄t) qr furia eſt multo grauior pena q̄ ebrietas: ⁊ acerbitate: ⁊ duratiōe: et minus rōnis habet ebrius. Hoc nō valet. primo pena nō eſt voluntarie ſumpta. ſecundo frequēter ꝯtingit q aliqs paruo tpe maneat demēs: vel ha

beat lucida īterualla. Etiā non eſt veriſimile ꝙ furia ſit atrocior pena ꝙ̄ ebrietas: cū aliquos furioſos lōgeuos videamꝰ: et ītēperātia potꝰ ꝯtinuata etiā citra ebrietatē notabiliter vitā abbreuiet. Ebrietatis moleſtiā ac inſolētiā notat Iuuena. ſaty. vj. dicēs. Cū bibitur concha: cū iā vertigine tectū Ambulat: ⁊ geminis exurgit mēſa lucernis. Ad de minoritate rōnis dicit: nihil eſt. nam de pure ebrio hoc eſt nihil rationis habēte/loqmur. rō eīm finita ſenſim potu eſt auferibilis. qꝛ oīe finitū ꝑ ablationē finiti tādem ꝯſumitur. j. Phyſicoꝝ. Si eīm aliqd rōnis habeat ſortes vocatus ebrius: de illo non vertitur queſtio.

¶ Secūdo arguitur ad idē. Pono tres ebrios ex tribus culpis ꝓcedētibꝰ: Titiū ex veniali: Semproniū ex mortali: ⁊ fortem ex mortali maiori. q̄ occidāt tres homines eq̄les: ita vt ceteris paribꝰ ſi eēnt extra ebrietatē: eq̄liter peccarēt. vel oēs tres in ebrietate peccāt eq̄liter occidēdo: et hoc eſt irrōnabile: qꝛ culpe ex qbꝰ ebrietates emanarūt erāt ineq̄les: ergo ieq̄liter peccāt. tenet ꝯña: qꝛ non aliter ſm aduerſarios ebrius ſine culpa occidēs nō peccat: et cū culpa/peccat. ergo in minore culpa ebriꝰ minꝰ peccat. qḋ ſi ꝯcedas: tūc Titiꝰ ſolū peccat venialiter occidēdo hoīem: qḋ aduerſarius debet reputare inconueniēs. Etiā nō valet dicere ꝙ ebrius venialiter occidens hoīem: venialiter ſolū peccet. qḋ ꝓbo arguēdo ad hominē: qꝛ ſub pena pcti mortalis obligatur nō occidere: et non eſt deobligatꝰ ꝑ ſuā culpā ꝑ te: ergo mortaliter peccat.

¶ Tertio arguitur. nullū eſt pctm̄ niſi volitū. illud homicidiū nō eſt volitū. igitur diſtiguis minorē: vel formaliter: ⁊ ſic negas: īterp̄tatiue vel antecedēter ꝯcedis. velle aūt aliqd īterp̄tatiue eſt velle aliqd ad qḋ ſequitur aliud. vt ebrius vult formaliter vinū bibere: ad qḋ ſequitur homicidiū: ꝓpterea eſt homicida īputabiliter. Contra illud arguitur ꝓbādo ꝙ velle illud īterp̄tatiuū nō ſufficiat ad culpā: qꝛ illo dato ſequitur ꝙ occidēs in ebrietate ſine culpa peccat: qꝛ vult aliqd ad qḋ ſequitur occiſio: puta bibere vinū qḋ ipē neſcit inebriare: quēadmodū Noe qui primus inebriatus eſt. Ad hoc argumentū forte dices: oportere dicere in volitiōe īterp̄tatiua: qꝛ vult aliquid ſiniſtre ad qḋ ſequitur aliud. Contra hoc arguo. poſito ꝙ aliqs velit bibere pluſq̄ rō dictat: ⁊ ꝑcipiat alienationē mētis accedētē: peniteat de facto: ⁊ poſtea occidat: ſeq̄retur talē peccare: qḋ nō eſt dicēdū. Forte iteꝝ negas ꝯſequētiā ⁊ dīc: qꝛ itelligis vbi illud pctm̄ nō eſt deteſtatū. ¶ Sed qꝛ illud argumētum nō videtur tibi pōderādum. Quarto arguitur. ſequeretur ꝙ ſi duo emittāt duas ſagittas extra muros ex eq̄li negligētia: et vnꝰ occidat: ⁊ alter nō: occidēs plus peccaret ꝙ̄ alter. qḋ nō eſt dicēdū. ergo volitio interp̄tatiua non ſufficit ad pctm̄. volo ꝙ ſortes occidat: Plato vero nō. patet. ſortes vult occiſionē īterp̄tatiue: ⁊ nō plato: qꝛ vult aliqd ꝓperā ad qḋ ſequitur mors ⁊ propterea plus peccabit. Ad ſi forte cōcedas. Contra: toto tp̄e quo ſagitte volitāt/eq̄liter peccāt: ⁊ tūc ꝓpter īpoſitionē vmbonis quē Cicero facit ad reſiſtendum ſagitte platonis: ⁊ qꝛ nullus reſiſtit ſagitte ſortis: ſortes plꝰ peccabit ꝙ̄ plato. qḋ icōuenit. ¶ Quinto ſic. ſortes eliciēs actum in īſtāti/in tp̄e in quo de neceſſitate ipm̄ ꝯtinuat: non peccat nouo pctō: ergo neq̄ ebriꝰ occidēs. ſemꝑ ſuppono ebriū ex culpa. ꝓbo ꝯñam: qꝛ vnū nō eſt magis volūtariū ꝙ̄ aliud: primū eīm eſt volitum īterp̄tatiue ſi hoc ſufficiat ad pctm̄/qꝛ vult aliud: puta in īſtāti ad qḋ ſeqtur cōtinuatio. Huius argumēti nullā ſolutionē video neq̄ fractionē: niſi dicendo ꝙ vnū eſt naturalius alio: qꝛ ebrius pōt ire naturaliter cubitū: eliciēs autē in inſtāti nō pōt ab actu deſiſtere: ⁊ ſic nō eſt idē de duobꝰ actibꝰ varijs ⁊ eodē. Contra. eſto poſſit ire cubitū: tn̄ oblata occaſione pugnādi neſcit diſcedere pluſq̄ brutū. ſuppono eū oīs rōnis exp̄tē: alioqn non eſt ad ꝓpoſitū: ſi eīm aliqd rōnis habeat: ſm rōnis magnitudinem īputabitur pctm̄.

¶ Sexto arguitur. capio ſortē ⁊ platonē q̄ vadūt ad bibēdu: habeāt has volitiōes: camꝰ ad bibēdū vel iebriādū/ſiue ſequatur adulteriū ſiue mors. ⁊ ſic abeāt. Sortē in lectū Cicero ponat: et Plato vagādo occidat hominē: ſequitur iā ꝙ plato plus peccaret ꝙ̄ Sortes: qḋ non videtur: nā actus īteriores ſemꝑ erāt eq̄les: ⁊ actui interiori actꝰ exterior nihil malitie ſuꝑaddit ſm aduerſarios. Et ꝯfirmatur hec ratio. ſi duo nō temulēti ex equali negligentia ꝓijciāt lapides extra domū: licet vnus occidat ⁊ non alter/eq̄liter peccāt. ergo ſi duo temulēti ſic ꝓijciāt/eq̄liter peccabūt. ¶ Septimo arguitur. Sortes incurrēs furiā vel temulētiā ex actu meritorio quicqd agat nō meretur: ergo eodē mō nec demerebitur. Sed dices. plura requiruntur ad bonū ꝙ̄ ad malū. ¶ Propterea octauo arguitur. Nullus pctōr vnico pctō efficitur pctōr duobꝰ pctis ꝑ aliqd mere naturale qḋ nō eſt in poteſtate ſua. Sortes īcurrēs ebrietatē ex culpa ſua āteq̄ occidat eſt ſolū peccator vno pctō: ergo ſi poſt homicidiū in temulētia commiſſum peccet nouo pctō: efficietur pctōr duplici pctō ꝑ aliqd mere naturale non ſitū in ſua facultate. Quidam hāc maiorē capit ad ꝓbādū pollutionē nocturnā ex culpa ꝓueniētē nō eſſe īputabilē. Sed dico argumentum eq̄liter vtrūq̄ ꝓbare: licet poſſit dari quoddā diſcrimē ꝑma frōte: qꝛ vnꝰ dat operā rei licite. ſ. ſomno: alter illicite. ſ. homicidio. Contra hoc arguitur. ergo ſi qs polluatur in ſomno q̄ dormiuit tp̄e quo tenebatur nō dormire: talis pollutio erit imputabilis. et ſimiliter ꝙ nō ſurrexerit ad matutinas nec fecerit alia q̄ tenebatur in vigilia facere: qḋ nō eſt ꝯcedēdū. Inſuꝑ brutū occidēs hoīem non dat operā rei illicite: ergo nec iſte oī rōne ꝑuatꝰ dat operā rei illicite. qḋ eīm eſt vni licitū eſt alteri illicitū. Item ebrius trāſiēs recto itinere ad foꝝ: occidēs ꝑmū occurrētē dat operā rei licite. ſ. eūdo ad foꝝ: ſicut diſponēs ſe ad capiēdū ſomnū licite. Si dicas: occidēdo hoīem dat operam rei illicite: eodē mō erit de pollutiōe. Et ſi arguens habeat venā argumētū dirigēdi: diſcrimē dare nō poterit.

¶ Nono arguitur. ex oppoſito ſequitur ꝙ motꝰ ꝑmo ꝑmus nobis īputaretur ad culpā: ꝯtra oēs. ptꝫ: qꝛ nobis ex culpa nr̄a ꝓuenit. ſ. ex originali in quo ꝯcepti ſumꝰ/ et ex originalis iuſtitie defectu. ⁊ ī Adā poſt ꝑmū pctm̄ cōmiſſum motꝰ ꝑmo ꝑmꝰ fuiſſet īputabilis. ¶ Decimo. ponatur ſortes q̄ tenetur diligere deū vel facere aliqḋ opꝰ ꝓcepti in a. hora. ſ. duodecima: iebriatur hora decima: iā nō peccat hora duodecima: ergo cōcluſio nr̄a ꝯa. Aſſūs ptꝫ: qꝛ ſi dicas illā īpotētiā ex culpa eiꝰ ꝓuenire/⁊ ſic nō excuſare: ſeqtur ꝙ actꝰ malꝰ in īſtāti elicitꝰ in quolibet inſtāti vel tp̄e naturalis ꝯtinuatiōis īputabitur ad culpā nouā. ¶ Vndecimo. ponendo duos ebrios: vnū ex culpa mortali: alteꝝ ex veniali: ⁊ tp̄e ebrietatis cōmittat vterq̄ vnū pctm̄ qḋ tp̄e rōnis eēt veniale dūtaxat: q̄ritur in q̄ ꝓportiōe tp̄e ebrietatis hec pctā ſe habebunt īter ſe. ¶ Duodecimo. Origenes preſbyter Homilia. v. ſuꝑ Geneſim exponēs ebrietatem et īceſtū Loth. Geū. xix. dicit. Loth partim deliq̄ſſe: partim excuſari: qꝛ filiaꝝ ꝯcubitui nō ꝯſenſit: ſꝫ deceptus erat: qꝛ nimis vino īdulſerat: nō ſolū ſemel: ſed iteꝝ. Vult dicere ꝙ ꝑma ebrietas non fuit ei īputabilis: qꝛ ex ignorātia īuīcibili ꝓcedēs nec īceſtus: ſed debebat cauere a ſcḋa temulētia ⁊ cautiꝰ agere: cū nocte ꝓterita ſe circūuētū videbat. Origenē Auguſtinꝰ īſequitur. xxij. ꝯtra Fauſtū. Et in varijs locis a Gratiano ad hoc allegatur: vt. xv. q. j. Inebriauerūt. Originē aūt īuenies. xxij. ꝯtra Fauſtū. capite. xliiij. Ex his rōnibꝰ ⁊ auctoritatibꝰ ptꝫ ꝯcluſionē ꝓpoſitā q̄ eſt ꝓcipua huiꝰ q̄ſtiōis: nō offendere pias aures. ¶ Quita ⁊ vltima ꝯcluſio de feditate



ebrietatis manifeſta eſt. ex ea eīm multa dāna ſequūtur. Unde Horatius ad Torquatum epiſtola. v. Quid non ebrietas deſignat: operta recludit. Spes iubet eſſe ratas: ad prelia trudit inermē. Experimur paſſim: quomodo operta recludit propterea Ariſtoteles in de ſecretis ſecretoꝝ conſuluit Alexādro/reddere nobiles temulentos vt coꝝ ſecreta caperet. Ad prelia trudit inermē: hoc eſt incōſideratum ⁊ bello indoneum: etſi alioquin eſſet idoneus. Hac interueniente filium Thomyris: et Scytas genus inſuperabile bello Cyrus Perſarum rex interemit. Polyphemum gigātem temulentum Vlyſſes deluſit: oculoq̄ orbauit. et caput Holofernis temulenti bona Iudith abſtulit. Hec in necē Clyti Alexandro chariſſimi regē impulit. Propterea ſcite Prouerbioꝝ xxxj. a ſapiente ſcriptum eſt. Noli regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. Hec itē homines ad iudicium reddit ineptos. Hinc eccleſiaſtici. xix. ſcribitur. Vinum et mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Preterea caſtitati eſt pernicioſiſſima. Prouerbioꝝ. xx. Luxurioſa res vinum: ⁊ tumultuoſa ebrietas. Et Iuuenalis ſatyra. vj. Quid enim venus ebria curat: Inguinis et capitis que ſunt diſcrimina neſcit. Et Ouidius in arte. Vina parant animos: reddūtq̄ coloribus aptos. Quocirca puerorum curam habēs eos a vino cohibere debet. et quāto magis in eis debet ſplēdere caſtitas: tāto magis ſunt arcēdi a vino. Propterea preclare mulieres et nobiles in ocio alite ſunt a vino arcende: cum equis regis poture: et ad hoc ab ineſite etate aſſuefaciende. quibus poſtea cum adoleuerint aque potus non nocebit. argumentum eſt in agricolarum filiabus aſſuetis bibere aquam. Vlterius diligens caſtitatem in ſeipſo: debet a vino abſtinere: et loquor de illo vel illa in quo vel in qua eſt periculum caſtitatis perdēde. Hinc eccleſiaſtes. ij. ſcribitur. Cogitaui ī corde meo abſtrahere a vino carnem meam. Et hoc caſtis in penitentiam prudens confeſſor iniungere debet. Tritū nāq̄ eſt Terentianum illud. Sine Cerere et Baccho friget Venus. Ecce litem et bellum: difficultatem veri diſcernendi: caſtitatis perdende diſcrimen: poculoꝝ ⁊ ebrietatis comites: a qua tanq̄ a Cerbero longe fugiēdum eſt: in qua eſt tanta garrulitas ⁊ verborum prodigalitas: vt pleroſq̄ cum reſipiſcūt dictorum maxime pudeat. cum maximo enim probro de homīe dicimus: eſt vinolētus: magis tabernā ꝙ̄ templum diligit. Hinc Achilles Homericus ꝑ Briſeide rapta accenſus ira et indignabundus contra Agamēnonē ꝓbroſius nihil obijciendū inuenit ꝙ̄ vt temulentum eum vocaret.

¶ Contra ſecundam & quartam concluſiones ſimul inſtabo: quia earum eſt eadem difficultas. Ex eis ſequitur ꝙ aliquis viator eſt impeccabilis ꝑ naturam. conſequens cōmuniter reprobatur in ſecundo ſententiaꝝ. Antecedens ꝓbatur de demente/et de ebrio tempore quo eſt talis. ¶ Reſpondetur negando ſequelam: qꝛ dictiones terminantes in bilis aptitudinem important. Licet enim Craſſus nunq̄ riſerit: erat tamen riſibilis. ſic licet iſti non poſſint curari ab Aeſculapio nec a medicorum quouis: peccabiles tamē ſunt. Doctores etiam loquentes in ſecundo intelligunt de vtentibus ratione. et incidenter dico forte defendi poſſe oppoſitum. Sicut enim fides infuſa ſolum inclinat in actum credēdi verum: et ad oppoſita ſucceſſiue: ſic poteſt dari creatura ſuapte natura conformans ſe voluntati diuine preceptiue. ¶ Secundo arguitur. ſequeretur ex vtraq̄ cōcluſione ꝙ quis importaret lucrum ex ſua culpa: ſcilicet ꝙ non peccabit/et potiſſimum ſi deteſtetur exceſſiuum potum anteq̄ incurrat temulentiam: quia illa ſucceſſiue poſt potum aduenit. Virtus enim vini requirit determinatū tēpus anteq̄ totam ratiōem ſubtrahere poſſit. ¶ Reſpondetur negādo ꝙ habeat lucrum ratione culpe: immo punietur ꝓ illa de per accidens tamen aliquibus malis poteſt conducere: vt pote ſi poſt cōfeſſionem/vnico peccato in furiā incidāt: qui forte ſi fuiſſent capaces ratiōis in pluribus mortalibus deceſſiſſent. ſed peccatum non eſt cauſa propinqua eius qḋ non eſt peccare ſed inopia rationis. ſm alios autem peccatum excuſat a tanto: magis ꝓprie minoritas rationis a culpa que incurritur. ſicut ſi quis in fronte quadrageſime ex culpa ſua morbum grauem incurrat: a totius quadrageſime ieiunio abſoluitur. ſic in propoſito. ¶ Tertio arguitur. faciens aliquid mali tempore furie: ſi redeat ad rationem debet penitere. vt patet ex penitentiali Theodori. ⁊ recitatur. xv. q. j. caꝑ. Si quis. vbi dicitur. Si quis inſaniens aliquem occiderit: ſi ad ſanam mentem peruenerit: leuior ei penitentia imponenda eſt. ¶ Reſpondetur negando ꝙ teneatur penitere: capiendo penitentiam vt hactenus in quarto cepimus: ſaltem ratione actus perpetrati in furia: licet bene antecedentis ad illam ſi non fuerit deteſtatus ante totalem rationem deperditam. Iſtis tamen imponitur penitentia ad cautelam vt caueant a ſimilibus cauſis perdēde rationis: vt dicitur. l. diſtin. c. Preſbyteros. ⁊. xxxiij. q. ij. In lectum. Inhumanum etiam eſſet ſi non diſpliceret viro ꝙ talis caſus ſibi contigerit. quemadmodum diſplicet mihi ſi ſocius meus cadendo: caſu frangit tibiam. ¶ Quarto arguitur. ſm Ariſto. iij. Ethicoꝝ. ebrio debetur duplex pena. ¶ Reſpondetur. Ariſtoteles illic recitat ſententiā aliorum. ⁊ eſt ſententia cuiuſdam legiſlatoris: ſcilicet Pittaci Mithylenei: vt patet ſecundo Politi. qui videns Mithyleneos multum indulgere vino: cuius ea inſula eſt feraciſſima: illud voluit abolere per grauiſſimas penas. Quemadmodum Romanus pōtifex prohibet potum ad hauſtus equales. de vita ⁊ honeſtate clericoꝝ. A crapula. in. §. Unde. vbi ſic inquit. Unde illū abuſum penitus decernimus abolendum, quo in quibuſdā partibus ad potus equales ſuo modo ſe obligant potatores: et ille iudicio talium plus laudatur qui plures inebriat ⁊ calices fecūdiores exhaurit. Non ꝓhibet pontifex iſtud qꝛ ſemper eſt peccatum. nam ſi quis amicum gratioſe ad potum inuitet: adhuc poſt illam legem non eſt peccatum. Intentio enim legis ⁊ non verba obligāt. Turpe tamen eſſet graui viro aliquem ad potum equalem inuitare niſi inuitandus eſſet talis qui potu egeret: et non poſſet honeſtiori via ad potū induci. Sic dico in allegato ex Ariſtotele: ꝙ ex duplicitate pene nō arguitur duplicitas culpe. Secūdo dico ꝙ veriſimiliter in temulentia contingunt nocumenta ꝓximis: ratione quorum aggrauatur culpa exceſſiui potus. ⁊ ſic virtualiter peccatum eſt multo peius: licet non adeo malum forte in ſubdecuplo ⁊ amplius: ac ſi multa flagitia committeret in ratione vbi ſimilia quo ad ſubſtātiā actus in ebrietate cōmittit. Tertio dico ſm theoricā in. q. ſcḋa ꝓlogi data. quādo duo docti viri apparenter hincinde ꝯtradicunt: poſſumꝰ hunc vel illum imitari. ſed Origeni p̄ſbytero/⁊ Auguſtino in hac materia non eſt minor fides habenda ꝙ̄ Ariſtoteli: q̄uis eſſent etiā equales rationes. nā ſi forte plura in logica et naturali philoſophia (ꝓut reor) cognouerit Ariſtoteles: equiualentiam in alijs ſcibilibus ad faciēdam equalitatem vterq̄ iſtorum opponet. Hec dico ꝓpter Martinum/contra quem pro magna parte queſtionem tractamus/qui alibi in eodem libro dicit ſe plus Ariſtoteli credere ꝙ̄ multis ex noſtris

quorum vnus ſumpſit ab alio. Certe ſi ad dexteritatem ingenij Origenis/Hieronymi/⁊ Auguſtini reſpicias:⁊ ꝗ̄ multiſcij in vario genere ſcientie fuerint: apud me indubitatum eſt (ſiue vere ſiue erronee/ deus nouit) quelibet horum ei equādum eſſe. de gētili tamen philoſopho reipublice nedum humane: ſed et fideli/ vtili: optime cenſeo: cuius dicta fidei non contraria magno cum honore ſuſcipio. Contra hanc tamen concluſionem nō eſt: ſed pro ea: vt eius auctoritatem exponentes diximus. ¶ Quinto arguitur per illud ex libello Peniteas cito. Unde Loth iceſtus peior fuit ebrietate. Rñdet. falſum eſt qḋ dicit. Sed dices Origenes ſic loquēs inquit. Diſcūt hoīem plene ebriū mulierē cognoſcere non poſſe. Et hoc habet Ariſtoteles in tertia particula ꝓblematū. xj. ꝓblemate. et particula. iiij. ꝓblemate. v. Rñdetur. ſi nō erat plene ebrius: nihil ad ꝯcluſionē. Scḋo q̄rit quomō Ariſtoteles ſciebat illud. ſi credidit alijs recitātibus vt habuit multa in de aīalibus ⁊ ꝓblematis: q̄rit de p̄mo dicēte. Dicis: cognouit experientia in vxore ſua qñ erat ebrius. Tertio dicit ꝙ dictū Ariſtotelis eſt plerūqꝫ verum: nō tñ ſemꝑ. Quarto dico ꝙ Loth neſciebat die ſequēte ſe dormiuiſſe cū aliqua filiarū ſuarꝫ. nā in lr̄a Geneſeos dicit. Ingreſſa eſt maior/dormiuitqꝫ cū p̄re: at ille non ſenſit nec qñ accubuit filia nec qñ ſurrexit. ſenſit aūt tātū valet quātū itellexit. Memoriā enim ebrietas obtūdebat. ⁊ licet in actu quo cōcubuit cū filia virgine: eā ſenſerit ſenſu īteriore: forte nō intellexit. Sicut naturaliter ſm aliquos ītellect⁹ in ſomno nō exit in ſuas operatiōes ob ſenſus exteriores ligatos: forte ſic eſt in ebrietate. Poterat etiā obliuiſci ꝙ vxor ſua erat mortua: et habere iudiciū īꝑfectū de ꝓpria vxore. ſicut recitat Lucanus. v. Pharſalie de Cornelia in lecto/ ſemiſomni ob abſentiā Pōpeij: putante eū eſſe p̄ſentē. vbi ſic poeta dicit. Somno ꝗ̄ ſepe grauata Deceptis manib⁹ vacuum cōplexa cubile eſt: Atqꝫ oblita fuge q̄ſiuit nocte maritū. Sic de ſcḋa filia dicas. ⁊ ſuꝑ iſto non debēt Hebrei admirari dicētes īpoſſibile virum virginē cognoſcere non ſentiēdo: q̄ ꝓpterea partē litere relinquūt. vt habet gloſſa marginalis Hieronymi. Appingūt (inq̄t) deſuꝑ Hebrei obelo quaſi ſuꝑfluū: quaſi īcredibile ſit: q2 rerꝫ natura nō capiat coire quēpiā neſcientē. vbi ſentire capit ꝓ intelligere. ¶ Sexto arguit. ponēdo ꝙ platonis rō ſucceſſiue auferat ꝑ vnā horā ſic vt in inſtāti terminātē horā p̄mo nihil rōnis habeat: cui ſit p̄ceptū diligere deum ante inſtās terminatiuum illius hore: vel aliud opus qḋ ſubito īpleri pōt: ex quarta ꝯcluſione ſequit ꝙ aliqs infinite parꝫ peccat. ꝯſequēs eſt īcōueniēs. Conſequētia patet: q2 nō eſt dabilis rō in qua omittit: ⁊ tñ ante finē hore omittit ex caſu. ¶ Rñdet ſm varias imaginatiōes: quarū vna eſt ꝙ dat minimū naturale rōnis qḋ ſubito ꝓducit ⁊ euaneſcit: ⁊ illa nō pōt ſucceſſiue tolli. Secūdo dicit ⁊ meli⁹: ꝙ is nullo pacto omittit: ſm vnā ſolutionem ꝓbabilē datā in. xvj. diſtin. huius: ꝙ p̄mo omittit nō eliciēs actū ſubito ꝓducibilē in inſtāti terminātē totū tēpus. Scḋm aliā aūt ſolutionē pōt nō īprobabiliter dici ꝙ homo ſolū venialiter peccat ob rōnis paruitatē circa materiā ꝓhibitā ſub pena peccati mortalis.

¶ Dubitatur: que res ſit ebrietas: & qñ ſit venialis/qñ mortalis. Et an aſſuefactio faciat de veniali mortale. ¶ Rñdeo ad p̄mū. Anima hoīs pōt dici ebrietas: ita vt terminus ebrietas ꝓ aīa ſupponat non abſolute: ſed cōnotatiue/ connotādo ꝙ ratio eius tota ſit ablata ꝑ exceſſiuū potū: potū īquā exceſſiuū in qualitate vel quātitate. Potes eñ dare maximū vinū qḋ nō poteſt inebriare: et illo vino accepto ꝑ quodcūqꝫ appoſitū maius/homo inebriabit: ⁊ habēs illud maximū vinū qḋ nō ſufficit īebriare: parꝫ peccabit. etiam nō incōuenienter pōt dare minimū qḋ ſufficit īebriare. ſed tales nexus iuniorib⁹ theologis relinquēs miſſos facio. ¶ Ad ſcḋam dubitationē dicit. qñ ebrietas eſt in notabilē iacturam corporis vel anime ſciēter vel ex ignorātia vincibili: ipſa eſt mortalis: ſi vero afferat iacturā non notabilē: eſt ſolū venialis. Si qs aūt temulētiā ex ignorantia inuincibili incurrat/vel ad ꝓuocādū vomitū ſcienter vel ꝓ aliqua rōnabili cā que euenire pōt/ nō eſt pctm̄: ſed ꝓp̄e loquēdo eſt actus ſobrietatis: q2 a dictamine prudētiali vel errore inuincibili regulatus: et ꝑ ꝯſequēs actus moraliter bonus et meritorius in habēte grām: licet īterdū laxato vocabulo ab aliqb⁹ dicat eſſe pctm̄. ſed ꝓp̄e loquēdo nō eſt. ¶ Quo ad vltimā partē dubitatiōis dicit ꝙ ſi p̄m⁹ actus generatiuus habitus ſit venialis: reliq oēs ſi nihil aliud obſtet/ſunt veniales. pōt tñ ꝯtingere ꝙ ſcientia in actibus poſteriorib⁹ actum aggrauet vt ſit mortalis: qḋ oſtēdo exēplo. Cum volo bibere hoc vinū Creticū qḋ dicit mihi eē Pariſiēſe a fide digno/ nō pecco: licet temulētiā īcurrā. deīde pōt eē tā parua ſciētia ꝙ ſimilis act⁹ erit venialis: ⁊ demū creſcēte ſciētia ſimilis act⁹ eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue erit mortalis. ¶ Sūmatim colligēdo q̄ in hac q̄ſtione diximꝰ cū obiter occurrētibus: dico ꝙ inſanus ⁊ temulētus q̄cq̄d faciat vel omittat tp̄e carētie rōnis: nō peccat. ⁊ ꝑ ꝯſequēs non obligat ad ꝯfeſſionē ꝓ tūc: ſiue inſaniā: aut temulentiā ex culpa incurrerit ſiue non. Et breuiter nullus peccat ꝓ tp̄e illo quo oī rōne ſpoliat. Et ex iſto ſequit ꝙ dormiēs nō peccat cōmiſſiue vel omiſſiue ꝑ turpes cogitatiōes vel pollutionem/vel non ſurgēdo ad matutinas ſi ſit religioſus dormiens ꝓ tp̄e quo alij tenent adire tēplū. Et eodē mō ſequit ꝙ ſcholaſtici non omittunt/ dormientes tempore lectionis matutine.

## ¶ Diſtinctionis Decimeſeptime. Queſtio Nona ⁊ Ultima.

Nono circa hanc diſtinctionem q̄rit. An debeat iterare ꝯfeſſionē is q̄ ꝯfeſſus eſt ⁊ nō penituit. Loquimur de illo q̄ de peccatis dolet: ſed nō intēdit abſtinere in poſterꝫ a mortalibus: imo intendit ea repetere ſeu iterare. Hic ſunt duo modi dicēdi: quorū alter eſt btī Thome dicentis ꝙ talis ꝯfeſſio valet ad remiſſionē culpe vel valebit: q2 licet tp̄e quo abſoluit: nō recipiat fructū abſolutionis: tñ recedēte fictiōe fructū penitētie recipit. ſicut ſuꝑius dictū eſt de baptiſmo ꝓpter characterem īpreſſum in ficte baptizato: q̄ cū penitētia ducit/habebit grāz baptiſmalē. ſic in ꝓpoſito ornatus īprimit licet ꝯfitēs ſit īpenitēs: nec tūc infundit grā penitentialis: poſtea tñ recedēte fictione grā infunditur. Hec opinio ſicut multis alijs nō placet: ita nec mihi. Nō eñ exiſtimo verꝫ hoc qḋ dicit de ornatu īpreſſo: cū non ponā tales ornatus īpreſſos in anima in ſacramētis iterabilib⁹: q2 cū auctor illius opinionis neget duo accidētia ſolo numero differentia inherere eidem: nō eſt facile ſaluare quin multi ornatus ſimul maneāt: etiā eiuſdem rōnis. vel cām dare oportet quare vnū ali⁹ euertat. Inſuꝑ nullū eſt motiuū cōtra cōmunē ſcholā tales ornat⁹ ponere cogēs. ¶ Ornatib⁹ igit tāq̄ ꝟanib⁹ relictis dico ꝙ iſte nūqꝫ habebit grāz penitētialē ſiue recedat fictio ſiue non. Probat. ſuſcipiēs euchariſtiā in mortali nūqꝫ habebit grām euchariſtie recedente fictione vt oēs ꝯcedūt: ergo nec grām penitentialē. ⁊ ita in alijs ſacramētis iterabilibus. Preterea. vel iſte fict⁹ ſuam fictionem cōfitetur ſacerdoti/vel nō. Si ſecundū ſua cōfeſſio non eſt integra: cum omittat conſiteri illud peccatū. Confeſſio autem que nō eſt integra nō valet exceptis quibuſdā caſibus quos ſapientes admittunt: de quorum numero non eſt iſte. Si vero iſte impenitens talem fictionē conſiteatur ſacerdos non debet eum abſoluere: cū ſciat eum a deo nō abſolui. nō quia homo teneatur ſemper cōformare voluntatem ſuā volūtati diuine beneplaciti in particulari cognite ſm apparentiorē viā ſed quia homo ē miniſter dei: qui nihil hic facit niſi moueatur a principali agente: ſcꝫ a deo. ſm illud Dionyſij in fine eccleſiaſtice hierarchie. Sacerdotes debent vti virtutib⁹ hierarchicis quomodo diuinitas eos mouet. Aliorum autē ratio nō eſt ponderanda in oppoſitū. non eñ eſt idē ſicut in ſacramētis initerabilibus: quia ſi ī eis recedēte fictione nō imprimatur effectus totalis ſacramenti. nūqꝫ imprimetur. ſecus eſt in alijs: quia ſi homo ſit ineptus ſuſceptioni fructus penitentie vel matrimonij in vno tempore: poteſt ſe diſponere in alio

¶ Operepreciū nunc eſt paucis colligere nōnulla dicta circa hanc diſtinctionē. Diximus confeſſionem eſſe de iure diuino. Nūqꝫ eñ tale iugū impoſuiſſet eccleſia: niſi fuiſſet ex inſtitutione Chriſti. ⁊ ad hoc ſunt auctoritates euāgelij: ⁊ oēs theologi in hoc cōueniūt. Periculoſa aūt eſt aliorū aſſertio. Apparati ſcꝫ ⁊ Panor. quia ſm eos per conſuetudinē in oppoſitū poteſt abrogari ⁊ euerti confeſſio. Sed humano iure dūtaxat homo obligat cōfiteri in paſcha niſi in aliquibus caſibus. Et licet Durand⁹ ⁊ aliquot alij aſſerant ꝙ homo non tenetur deteſtari peccatū ſuū etiā ſi plena memoria ſui peccati ſibi occurrat: ſicut de cōfeſſione dicunt: ego tamē nō auderē hominē ſic excuſare. ⁊ ratio eſt: quia lꝫ conſiteri ſacerdoti vocaliter ſit poſitiuū diuinum: ⁊ pro hoc tēpore/ demonſtrādo paſcha/poſitiuū humanū: ad quod nemo dicendus eſt obligatus niſi hoc aliquo iure poſitiuo oſtēdat: deteſtari tñ mortale pctm̄ cōtra deum cōmiſſum cū ꝯpleta illius notitia habet iudico eē de iure nature apud ſanū intellectū: ſaltē ꝙ ſemel ipſum homo deteſtetur. nā ſi poſtea ei occurrat ī via poſt deteſtationem prehabitā: ⁊ nouerit ꝙ ante deteſtatus eſt: nō cōſtat ꝙ teneatur iterato ipſum deteſtari quotiens ſic occurrit. Si vero actū preteritū velit: vel ipſo ſe oblectet: notum eſt ipſum peccare nouo peccato. Si aūt nolit ipſum cōmiſiſſe: iam meretur: ſi ſit in gratia. ſed ſi neqꝫ nolit neqꝫ velit: non audeo dicere ꝙ peccet: preſertim cum iā ipſum alias rite deteſtat⁹ eſt: ⁊ hoc nouit. Si autē ex malo actu proueniat aliquid boni: vtputa optimus fili⁹ extra matrimoniū genitus: non eſt dolendum de filio/ ſꝫ ſolum de modo generationis filij: licet ad inordinatam generationem filij ſequat filium eē. Non eñ oportet ad nolle antecedēs/nolle ꝯñs. ¶ Ceterum cōfiteri oportet proprio ſacerdoti: vel habenti facultatē ab eo. Propri⁹ ſacerdos eſt ſacerdos ordinarius: ſcꝫ ſupremus epiſcopus: vel ꝓprius ⁊ ſuus epiſcopus. vel curatus / quē rectorē Parrhiſij dicunt. An priuilegiati religioſi dicendi ſint proprij ſacerdotes/nec ne/eſt de lana caprina rixari Nam ſufficit in ſententia ꝙ facultatē habeant a ꝓprio ſacerdote. ⁊ dicere oppoſitum eſt de ſolo nomine contēdere. ſat eſt autem ad confeſſionē condignam: ſiue conſitens facultatē habeat: ſiue confeſſor. Sed confeſſio facta laico nullo modo eſt ſacramentalis. nec valet argumentum. non ſacerdos dat facultatem ſacerdoti audiēdi confeſſiones: ſed nemo dat quod non habet: ergo habet facultatem propinquam audiendi cōfeſſiones. hoc inquā non valet. quia iuriſdictionem habet: ⁊ illam cōmunicat ſacerdoti iuriſdictionem non habenti: qui eſt ſufficiens quo ad ſacerdotium. ¶ Preterea aliquam peccatorꝫ partitionē eſſe rationabilem diximus vt potequādo occurrit homini memoria mortalis peccati poſt confeſſionem factam cū indagine ſufficiente prehabita item in reſeruatione caſuū: ⁊ tertio ſi eſt veriſimile ꝙ ad confeſſionē peccati dabitur propinqua occaſio peccandi ſacerdoti. tunc eñ quādo pōt haberi alius ſacerdos/ illud peccatū ſcandali generatiuū nō debet ei detegere etiam ſi eſſet morti vicinus. Nam ſicut ꝯfiteri vocaliter eſt diuinum preceptū: ſic eſt ⁊ proximū nō ſcandalizare preceptū vt recte dicit Altiſiodorus/ante illud p̄ceptū de cōfeſſione. quod in omni lege obligat. Et nō ſolum ē hoc verū in circunſtātijs mortalibus: ſed etiam in pctō quod ex ſuo genere mortale eſt. Ubi adduxim⁹ de muliere habente vnū peccatū carnis/ dicit Altiſiodorus ꝙ genus peccati ꝓpter deformitatem ⁊ ſimilitudinē diaboli quā importat: horrorem potius incutit/ ⁊ in fugam peccati quātū eſt de ſe inducit/ ꝗ̄ prouocet ad peccatū Circūſtantia vero nō habet illam ſimilitudinē: nec incutit illum horrorē. Modus ergo faciendi vel circunſtantia que nō eſt ipſum genus peccati: nō eſt confitenda vt dicit: quādo ſcitur eſſe fragilis. Et hec mulier confitendo genus nō ſcādalizat ſacerdotē: q2 nō preſtat ei occaſionē ruine facto vel minus recto/ſed ſcādalizat ſe mulier eñ non dicit neqꝫ facit niſi bonum. Unde locū habet ibi illud euāgelij. An oculus tuus nequā eſt: q2 ego bonus ſum: Matthei. xx. Sed dico ꝙ genus peccati non incutit maiorē horrorē ſacerdoti ꝗ̄ circunſtātia: immo pōt allicere ſacerdotem ad peccandum nō ſecus ac circunſtātia peccati Propterea mulier in iſto caſu non debet peccatū cōfiteri: ſed expectare idoneum confeſſorē. Intelligo ſi ſit veroſimile ꝙ ſcandalizabitur ſacerdos. nam ſi mulieri de hoc non conſtiterit: vel ſit ei minus ꝓbabile: tenetur peccatum confiteri ſiue ſcandalizetur/ſiue nō. Ratio. q2 ipſa non habet aliquid ꝑ quod abſoluatur ſeu deobligetur a precepto de cōfeſſione faciēda illi ſacerdoti. Ex quo ſolui pōt queſtio: an mulier a curato cognita debeat illi ꝯfiteri. ¶ Diximus preterea: quotiēs homo teneat ꝯfiteri. quib⁹ addito ꝙ totiēs tenet ſuperior eius eū audire in cōfeſſione vel ei aliū aſſignare. ⁊ nō pluries. Prior pars ꝓbatur: q2 interdū curatus tenet audire ſuū ſubditū. ⁊ ſi nō qñ ſubditus tenet ꝯfiteri nunqꝫ tenet audire eū: ⁊ ſi ſemel ī anno tenet audire ſubiectum qñ ſubiectus tenet cōfiteri: ſemꝑ ad hoc tenebit qñ alter eſt obligatus cōfiteri: etiā ſi peſte laboret. ſed ſi in cāpis fuerit: pōt ſtare in aliquāta diſtātia ab ipſo laborāte ⁊ ere infecto. Si aūt laborās ſit in domo egredi nequiens. capiat ſacerdos antidotū/acetū vel hmōi: ⁊ domū ingreſſus accedat ignē: alios domo eijciēdo. Nō eñ ſolū agit de poſitiuo p̄cepto cōfeſſionis laborantis: ſed etiam forte eget cōſilio: quod ſi non habeat damnabitur defectu reſtitutionis vel huiuſmodi. vel ſolus relictus deſperabit. Si enim ꝓ ſalute anime ouis ſue nō laboret curatus: eſt mercenarius ⁊ nō verus paſtor. animā ſuam non ponens pro ouibus ſuis: ſicut ſaluator noſter fecit. Secunda pars patet: q2 dato oppoſito curat⁹ obligabitur ad impoſſibile a multitudine ſubditorum. Preterea nullo iure ad hoc tenet. Forte dicis eū quibuſdā aliū caſū addētibus qñ curat⁹ tenet audire ſubditū vt pote qñ ſubdit⁹ nō pōt eſſe īmunis a pctō niſi ꝯfiteat. Iā hoc includit ī pore caſu/q2 talis ſubditus tūc tenet ꝯfiteri: ergo nihil addit iſte. ¶ Dixim⁹ p̄terea ꝯfeſſionē ficti eſſe iterandā. Nec excōicatus pōt abſolui a pctīs abſolutione ſacramentali cū non ſit capax eius: ſed per cōtritionem poteſt ſe ab omni culpa exuere. Similiter

quando eſt peccatoꝝ partitio extra caſus quos ſignauimus rationabiles:quos omnes poſuiſſe putamus. Itē dico quãdo nõ eſt facta indago ꝓuia ſufficiẽs de peccatis ante ꝯfeſſionẽ.ſed vbi homo fecit indaginẽ peccatorũ quã iudicat rationabilẽ:nõ faciat ꝯſciẽtiã ꝯfidens in dño:ꝛ iudicet ſe feciſſe ſufficiẽtem:iuxta notata in nona diſtinctione hui⁹. Ultra iſta ſiue penitẽtia/data ſit obliuioni ſiue nõ:homo nõ teneꝛ pctã iterare. Preterea loquutus ſum de reſeruatione caſuum conformiter ad illa que in.xiiij.diſtinctione huius diximus de ꝯtritione: quomõ ipã ſola culpã tollit. Scdm mẽtem aũt doctoris Subtilis tenẽtis ꝙ p ſacramẽtũ penitẽtie cũ attritione tolliꝛ culpa:nõ eſt ita facile rñdere. nã ꝯfitẽdo inferiori ſcꝫ plebano noue de ei⁹ foro:et decimũ reſeruatũ qḋ nõ eſt de eius foro:videꝛ attritio cũ ſacramẽto illic nihil facere:cũ vnũ nõ ſit de eius foro. Si dicas.tollit totã culpã. Contra.ſi omnes actus eius fuiſſent reſeruati ſuperiori:nihil abſtuliſſet de culpa. Rñdeꝛ.põt ipſe ꝯſequenter dicere ꝙ culpa tolliꝛ cum attritione ꝛ ſacramento:ſi ſint aliq̃ culpe de foro inferioris ꝯfeſſoris. ❡Ex oĩbus his patet:q̃s ꝯfiteri teneaꝛ/ꝛ cui:ꝛ qñ:ꝛ de q̃bus:ꝛ ꝙ eccleſia obligat ſub pena pctĩ occulta pctã detegere. Nullo mõ eñ placet alioꝝ aſſertio ꝙ eccleſia non poſſit obligare ad actus interiores.nec multiplicãda ſunt ꝟba cũ alijs dicẽtib⁹:hoc veꝝ eſſe directe:tenendo eãdẽ ſententiã. Et ex ꝯſequẽte ſequiꝛ nihil eſſe qḋ Durandus dicit in.xij.queſt.diſt.xv.quarti.ꝙ actus exterior impediens attẽtionem celebrãdi eſt maius peccatum q̃ꝫ interior.

❡Diſtinctionis Decimeoctaue. Queſtio Prima.

Magiſter in decimaoctaua diſtinctione et ſequente tractat de clauibus.et conformiter ad ea que ꝓſequiꝛ aliquot q̃ſtiones in hac diſtinctiõe proponã. Primo querẽdo cũ Magiſtro ĩ caplo quarto huius diſtinctionis. An ſacerdos virtute ſacramenti penitẽtie aliquid tollat de culpa. et quia in.xiiij.diſtinctione ſuper hoc loquutus ſum:paucis q̃ſtionẽ expediã. Secũdo ĩquirã:q̃d poſſit clauis eccleſie in excõmunicatiõe. circa quã materiam triplicẽ ꝓponere intẽdo queſtionẽ. Accedendo ad p̃mã: ꝓpoſitus eſt talis titulus q̃ſtionis. An ſacerdos euangelicus virtute ſacramẽti penitẽtie tollat aliq̃d de culpa. ❡Circa hãc q̃ſtionẽ varie ſunt opiniones. vna eſt Hugonis de ſctõ Uictore.lib.ij.de ſacramẽtis. parte.xiiij. ca.viij.tenẽtis ꝙ p contritionẽ obduratio ſeu excecatio mẽtis:collata gr̃a tolliꝛ: ſed reatus eterne dãnatiõis ſine ꝯfeſſiõe nõ deleꝛ.ꝛ p ꝯſequẽs ꝯcedit ꝙ aliq̃s eſt recõciliatus deo p gr̃am:et nihilominus eſt filius ire et eterne ꝑditiõis:ꝛ ita eſt dignus vita eterna:quã tñ p impedimẽtũ debiti nõ põt ſine ꝯfeſſione effectualiter conſequi. queãdmodũ et ſancti p̃res deo gratiſſimi nullũ habẽtes peccatũ purgãdũ:celeſtia regna ante p̃cij exſolutionem ingredi nõ poterãt. Hec opinio eſt multum irrationabilis:cuius refutatio facilis erit cuilibet intelligẽti eã relinquendã. Nullus enim eſt in gr̃a:quin ſi in ea decedat: tãdẽ habebit gloriã. ❡Alia eſt opinio que tenet ꝙ attritio cũ ſacramento tollit culpã. hãc opinionẽ late recitauimus in.xiiij.diſtinctione ꝛ eã reprobauimus. ❡Tertia eſt opinio cuiuſdã valẽtis theologi viuẽtis: q̃ in ſuo quarto tenet ꝙ requiritur intenſiſſimus actus voluntatis:ꝛ hoc idem tenet in ſuis Quodlibetis.q.v.in.iij.articulo.ponẽs hãc cõcluſionẽ.mortale peccatũ nõ remittitur adulto ſine magno dolore intellectiui appetitus puta volũtatis. Et reſpõdẽdo ad quoddã argumẽtũ domini Quodlibetarij:qḋ eſt hoc.intenſio ſeu augmẽtum eſt circũſtãtia actus nõ trahẽs in aliã ſpeciẽ/vt manifeſtũ eſt:nulla aũt circũſtãtia que ſpẽm nõ mutat: põt actus conditionẽ in infinitũ meliorẽ vel deteriorẽ facere.ergo ſi diſplicentia magna ꝓmereꝛ peccati deletionem ꝛ gratiã:idem erit de quãtũlibet parua diſplicentia:ꝛ ita q̃libet videtur reponere ad ſtatũ gratie. Ad hoc inquã argumentum reſpondẽdo: in ſententia dicit ꝙ licet actus paruus et magnus ſint eiuſdem ſpeciei tã in genere nature q̃ꝫ in genere moris:tamen hoc non ſufficit:cũ vnus ſit de precepto/ſcilicet magnus:et non alter/ſcilicet minor. Sed contra hoc arguitur ſic.vel requiritur intẽſiſſimus actus voluntatis peccati deteſtatiuus ad quẽ aliquis homo poteſt pertingere:ꝛ ſi ſic:rudis qui nõ poteſt habere illum intenſiſſimum actum:non eſt in ſtatu ſalutis.vel requiritur intenſiſſimus actus quẽ iſte poteſt habere:vel hoc eſt in optima diſpoſitione ei poſſibili:vel in optima diſpoſitiõe ꝓ nunc. Si primum:ſequitur ferme idem qḋ prius. Si ſecundũ:queritur quare hoc dicis:ꝛ quid te mouet:cum color auctoritatum in apparentiori materia hoc non cõcludat:vt ſuperius diximus. Si dicas:requiritur actus intenſus:ſed ſufficit aliquis intenſus gradualis citra ſummũ:non potes illius aſſertionis dare rationem. Preterea arguiꝛ ad idẽ.ſicut cõtra modum doctoris Subtilis argumentatus ſum. Quilibet conſenſus deliberatus in materiã ꝓhibitam ſufficit ad peccãdum:ergo quilibet diſſenſus quãtũcũq̃ꝫ remiſſus bene circũſtãtionatus ſufficit ad reſurgẽdum. Itẽ quelibet dilectio dei rite circũſtãtionata quãtũcũq̃ꝫ remiſſa ſufficit ad impletionem precepti:licet precipiatur ꝙ debeamus diligere deum ex toto corde et tota mente. ❡Alius eſt modus dicẽdi doctoris Subtilis quem in xiiij.diſt.recitauimus:et refellimus.contra quẽ doctor iſte in quarto in materia de penitentia ſic dicit. Doctor Subtilis q̃ omniũ mitiſſime in hac materia loquut⁹ eſt (vtinã tã vere q̃ꝫ pie).xiiij.diſt.quarti.q.ij.arti.ij. admittit penitẽtiã attritiõem p oĩa debite circũſtãtionatã tpe p̃cedere ipſam culpe remiſſionẽ tãq̃ꝫ meritum congrui. addit. ꝓpter qḋ de⁹ in aliquo inſtãti termĩo tpis quãtũ de⁹ ad hoc p̃fixerit:gr̃am ĩfundit. Sed certe ſine fundamẽto ꝛ abſq̃ꝫ rõne eſt ꝙ ſol⁹ tpis tract⁹ ſeu mora hoc efficeret vel mereꝛ ꝙ de⁹ ſuam gr̃am ĩfundat:qñ ex tempore nihil bonitatis actui accreſcit. Sed dico conterranei opinionẽ nõ eſſe mitiſſimã inter opiniones hic currẽtes. Et arguo tãq̃ꝫ examinator:ꝙ iſtius doctoris opinio eſt mitior:et hoc ſic. Non requiriꝛ niſi dolor intẽſiſſimus volũtatis ad expiationẽ peccati:p dolorẽ aũt debet itelligere actum peccati deteſtatiuũ:ſed actus volũtatis facillime eſt in poteſtate voluntatis: nec requiritur continuatio illius actus p tẽpus/ſm eũ. Preterea dico ꝙ nõ ſufficienter dicit cõtra doctorem Subtilem vbi inquit. Sed certe ſine fundamẽto ꝛ abſq̃ꝫ ratione eſt ꝙ ſolus tẽporis tractus ſeu mora hoc efficeret vel mereꝛ ꝛc. Numquid ipſe arguẽs dicit ꝙ intẽſus dolor ſufficit ad remiſſionẽ peccatoꝝ ꝛ nõ remiſſus:quare alter nõ dicit ita rationabiliter ꝙ requiriꝛ aliquod tẽpus: cuius medietas non ſufficit ad hoc. Et apparẽtius obijcio. Nam multi diuturna p̃ce ĩpetrant aliq̃d tã a deo q̃ꝫ ab hominib⁹:qḋ prima fronte non impetrãt. Notum eſt apud omnẽ ſcholã ꝙ actus libere continuatus per magnum tempus eſt magis meritorius q̃ꝫ idem cõtinuatus p breue tempus.



Hoc enĩ cuilibet theologo adeo eſt clarum vt ſuaſione non egeat. Sed licet nũc in hoc/ꝛ in alijs materijs circa initium huius nouiſſimi quarti diſcuſſis prius q̃ꝫ eius quartũ complexiſſem alter ſepicule opiner q̃ꝫ iſte venerandus doctor:oĩa tamen eius diſcretioni ꝛ iudicio relĩquo. Modus aũt ſcholaſticus eſt ꝛ laudabilis vt quilꝫ libere dicat qḋ ſentit:honore tamen ſemper ſeruato tam apud maiores q̃ꝫ apud equales.alioquin theologũ dedecet. ❡Alia eſt opinio magiſtri in hac diſtinctione tenentis ꝙ cõfeſſio ſacramẽtalis nihil remittit quo ad culpam:ſed deus totam culpã remittit:ꝛ actus deteſtatiu⁹ peccati meritorie ſiue tanq̃ꝫ meritũ.de condigno/an cõgruo/non refert: quia hoc dependet ab alio ꝓblemate. An ſcilicet gratia cõcurrat ad illã deteſtationem in primo inſtanti quo infunditur. Quam ſententiam inſequitur Alexander Halẽſis:in quarta ꝑte ſue ſumme.ꝛ multi alij. Quã ꝛ ego vbiq̃ꝫ ſequar quia eã equiorẽ iudico: ꝛ Auguſt.ꝛ Hieronymo conformiorẽ.vt in littera. Magiſtri q̃uis intueri põt. ❡Cõcludẽdo dico ꝙ quelꝫ deteſtatio peccatorũ propter deũ recte circunſtantionata quantũlibet remiſſa:in quãtolibet tp̃e vel in inſtanti elicita/eſt ſufficienter expiatiua peccatorũ ꝛ deteſtatio requiritur theologice loquendo.hoc eſt ſi peccatũ mortale deleatur:requiritur deteſtatio illius vt in.xiiij. diſtinctione tam thelogice q̃ꝫ logice proſequuti ſumus. l. Magiſtrum in hac diſtinctione:q2 in hãc ſententiã ſanctorũ auctoritates elegãter adducit:ꝛ oppoſitũ ſonãtes eluit.

❡Diſtinctionis Decimeoctaue. Queſtio Secunda.

Secundo circa hanc decimamoctauã diſtinctionem q̃ritur. An excõmunicatio excõmunicatũ ꝛ alios excludat a cõmunione mutua. Pro ſolutione queſtionis nota triplicẽ eſſe inter homines cõmunionem. Quedã eſt mere ſpiritualis ꝛ interior: quantum ad charitatẽ ꝛ dilectionem/que debet eſſe oĩm viatorum ad ſe inuicem:ſm quã preceptum eſt vnicuiq̃ꝫ diligere proximũ ſicut ſeipſum:in qua virtualiter eſt tota legis adimpletio.ſm illud Apoſtoli ad Romanos.xiij. Qui ꝓximum diligit/legem adimpleuit. Secunda eſt cõmunio mere corporalis/in actibus ſcꝫ legitimis quibus priuantur excõmunicati/qui ponuntur in hoc carmine. Os/orare/vale/communio/mẽſa negatur. Os.i. oſculum.nã moris eſt pleriſq̃ꝫ nationibus vt cõgredientes ſeſe oſculentur/qui mos eſt celeberrimus in vtroq̃ꝫ. Britannorũ regno.ꝛ fortaſſe erat mos Chriſti ꝛ apoſtolorum.alioquin nõ videtur quõ Iudas poſt vltimã cenã attentaſſet Chriſtum oſculari. Uel per os/oris locutio intelligitur ne ſalutetur.vnde beatus Ioãnes in ſecunda canonica. Si quis venit ad vos ꝛ hanc doctrinã non affert:nolite recipere eum in domũ:nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue / cõmunicat operibus ei⁹ malignis. Ex quo ptꝫ ꝙ non prohibetur aſſurgere excõmunicato vel ei reuerentiam nutu exhibere. Orare/ne excommunicato oretur. Cõmunio/in ſacramentis. Mẽſa/ne cum ipſo comedatur aut bibatur.iuxta Apoſtolũ prime ad Corin.v.loquentẽ de idololatris ꝛ huiuſmodi vetandis. Alique tamen perſone excipiuntur que licite cũ excõmunicato loquuntur:vt patet.vj. q.iij. ca. Qm̃ multos.ꝛ in hoc carmine cõmuni cõprehenduntur. Utile/lex/humile/res ignorata/neceſſe. Utile/cũ quis debitũ petit:nã excõmunicatũ in iudicio ꝯuenire poſſũ alioqui ſua cõtumacia ei patrocinareꝛ.etiã ob vtilitatẽ anime excõmunicati:eum ad penitudineꝫ reducẽdo.ꝛ etiã pretermittendo alia tanq̃ꝫ viã munientia:vt beniuolentia captetur. Sic eñ efficacius cõcluditur ꝓpoſitum. ſicut cũ oculatus quiſpiã aliquem conuenit:poſt colloquiũ quaſi in ĩpertinentibus in oĩm calce materiã que ẽ ſibi cordi attingit: vbi primũ in intẽtione eſt vltimum in exequutione.ꝛ ſi vnica vice vel bina hoc efficere neq̃at/ pluries poteſt hoc attẽtare/ſi poſſe ꝑſuadere exiſtimat. Lex.ſ.matrimoniũ.quare vxor marito excõicato cõicãdo ꝛ cõtra:tamen peccat. Hec enĩ lex humana de excõicato vitãdo non põt priuare quempiã a iure diuino ſeruando. Uir autẽ tenetur vxori reddere debitũ ꝛ contra. Si etiã maritus vxori nõ loquereꝛ redderetur ei cõtemptibilis. Humile.p hoc famuli filij/ꝛ vaſalli excuſãtur per ius fortius eos ad colloquendũ ꝛ ad ſeruiendũ obligans. Res ignorata hoc eſt ſi nõ conſtet de excõmunicato. Quomõ aũt cõſtare debeat:poſtea eluceſcet. Neceſſe. Legi nõ neceſſitas nõ eſt ſubiecta.vt ſi ſim in regione vel ciuitate ſiue cõſortio excõmunicatorũ/ꝛ cibum/potum/hoſpitium/ꝛ cetera neceſſaria habere nequeo : eis loquendo nõ pecco. Tertia cõmunio quaſi media inter has duas. Primã aũt cõionem nõ excludit excõmunicatio.nec vllus viator ab illa cõmunione excludẽdus ẽ: cum quilibet ſit nobis proximus. Secundam vero communionẽ in ſacramẽtis cũ alijs/ excõmunicatio minor excludit ſimiliter ſecundã cõionem excõmunicatio maior tollit. Et diciꝛ excõmunicatio quaſi extra cõmuneꝫ cetum hoĩm poſitio vel ſeparatio. Excõmunicatio aũt ſine addito ꝓ maiori excõmunicatione accipiꝛ:ꝛ analogice minorẽ ſignificat.vt habeꝛ de ſentẽ.excõmuni.ca. vltĩo.de qua vbiq̃ꝫ loquimur ſine addito.ꝛ ſic deſcribiꝛ. ❡Excõmunicatio eſt cẽſura eccleſiaſtica ratione mortalis contumacie hominem priuãs a ſocietate humana ꝛ ſuffragijs gñibus ſub debita forma quatenus ad cor redeat. Cẽſura eccleſiaſtica eſt genus deſcripti. Reliq̃ particule loco differentie ponuꝛ. Diciꝛ(eccleſiaſtice) purus enim laicus nõ excõmunicat. Deinde excõmunicationis quatuor ponuntur cauſe. Per eccleſiaſticũ ei cauſa efficiens intelligitur.per mortalem cõtumaciam cauſa materialis/ꝛ obiectum excõmunicationis. vt ad cor redeat cauſa finalis:que debet eſſe in ſcripto:vt ptꝫ. xj.q.iij. Audi.ꝛ in cap. Cum medicinalis.eodem titu.li. vj.vbi dicitur. Quiſquis igitur excommunicat:excommunicationem in ſcriptis ꝓferat:ꝛ cauſam excõmunicationis expreſſe cõſcribat:propter quã excommunicatio ꝓferatur. Exemplum vero huiuſmodi ſcripture teneatur excommunicato tradere intra menſem ſi fuerit requiſitus. Et licet nõ ſit aliqua forma determinata ꝛ p̃ciſa verborum:tamen oportet ꝙ forma exprimat conſenſum iudicis de preſenti excõmunicantis:nõ autẽ de p̃terito vel de futuro. Nec ſola intentio iudicis ſufficit: ſed requiritur expreſſio verborũ:alioquin eſt nulla. quãobrem non eſt temere ferenda. In definitione autẽ minoris excõmunicationis ponatur(eſt ſeparatio hominis a ſacramentis)ſed hec excõmunicatio minor nõ arcet alios ne cõmunicent etiam in ſacramentis cum excõmunicato minore excõmunicatione: ſed ipſum excõmunicatum prohibet a perceptione ſacramentorum ſeu cõmunione:ꝛ ipſe peccat ſacramenta ſuſcipiens:vel etiã alijs miniſtrãs.vt dꝛ de cle.excõ.vel inter.mi.c. Si celebrat. Tñ reuera ſacramenta dat/ꝛ abſolutionẽ cõfert. Propter vinculum eñ excõmunicationis minoris nõ expirat ptãs abſoluẽdi.de ſen.excõ.c. Duob⁹. Quapropter excõicatus minor excõmunicatione debet ſuſcipere abſolutionem anteq̃ꝫ ſacramenta det vel recipiat. Notanter ſacramẽta quia nõ peccat minore excõmunicatione innodatus:abſoluens a maiore excommunicatione vel

minore. Ratio eſt: q2 in hoc non attrectat ſacramēta aliqua: cum excõicatio nõ ſit ſacramentū. Porro ſic dicit Innocētius Tertius. Si celebrat minori excõmunicatione ligatus: licet grauiter peccet: nullus tamen notam irregularitatis incurrit: nec eligere ꝓhibetur: vel ea que ratione iuriſdictionis ſibi cõpetunt exercere. Si tñ ſciēter talis electus fuerit: eius electio eſt irritāda: eo ꝙ ad ſuſceptionē eorū eligitur: a quorū ꝑceptione a ſanctis patribꝰ eſt priuatus. Peccat autē cõferendo eccleſiaſtica ſacramēta: ſed ab eo collata virtutis non carent effectu: cū nõ videatur a collatione: ſed participatione ſacramētorū/ que in ſola cõſiſtit ꝑceptione/ remotus. Iſta autem excõmunicationi abſtractiue potiſſimū conueniūt: que eſt oratio ipſa excõmunicatoria. Excõmunicatio vero actiue accepta eſt homo excommunicans: ſicut paſſiue ſumpta excõmunicatus. Et licet ita ſit metaphyſice loquēdo: ad hoc oculū non flectas: ſed ad illa que requirūtur ad hoc vt homo ſit iuſte excõmunicatus: ⁊ ad intentionem loquentium: ⁊ non verba te conuertas.

¶ Ex prælibatis titulo quæſtionis pono cõcluſiones reſpõſiuas: quarū Prima eſt. Prelatis eccleſie collata eſt auctoritas excõmunicādi et hominē priuādi ab aliorū ſocietate. ¶ Secūda ↄcluſio. excõmunicatio nõ eſt ferēda niſi ꝓ mortali ↄtumacia. ¶ Tertia ↄcluſio. Sicut alij excõmunicatū euitare tenent: ita excõmunicatus tenet euitare alios. ¶ Prima ↄcluſio ꝓbat ſic. data eſt facultas eccleſie coercere incorrigibiles vt ad cor redeant: hoc autē fit ꝑ iuſtā excõmunicationē. Probat etiā hec ↄcluſio Matthei. xviij. vbi dicit Chriſtus. Si peccauerit in te frater tuꝰ ⁊c. et paulopoſt. Si te nõ audierit/ dic eccleſie: quā ſi non audierit: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanꝰ. Inſuꝑ Apoſtolus ⁊ p̄res ſancti hac in primitiua eccleſia vſi ſunt: ⁊ nõ feciſſent hoc ſine poteſtate ſibi tradita. igitur. Maior patet prime ad Corinth. v. vbi Apoſtolus fornicatorē manifeſtiſſimum tradidit Sathane. ⁊ p̄me ad Timo. j. Ex qbꝰ eſt Hymeneus: ⁊ Alexander: quos tradidi Sathane. Excõmunicatos enim tūc torquebat demon: q2 opus erat miraculis que nunc non ſunt neceſſaria ꝓ eccleſie plātatione. ſicut teneras herbas nouo ſolo inſertas: quoad coaleſcere incipiant: peritus hortorū cultor noctu aqua madefacit ad tēpus: quas poſtea humori celeſti et naturali relinquit. ¶ Secūda ↄcluſio ꝓbat. xj. q. iij. Nemo epiſcoporū. Ille aūt eſt ↄtumax q̄ nõ paret vbi tenet. Et ꝓbat ꝑ locū a cõtrario ſenſu: ex verbo Chriſti Matthei. xviij. Si enim eccleſiā audierit nõ debet eſſe ſicut ethnicus ⁊ publicanus. Itē p̄latus eccleſie debet more periti preceptoris in docendis iuuenibꝰ/ rē aggredi: primo leniter et manſuete eos monēdo: ⁊ ſi ꝓficiāt: nõ ſunt caſtigādi. Alioqñ nõ erit peritus paſtor: ſed inhumanus carnifex: qui ſtatim intentat ſeua verbera ⁊ maximā penā. Excõmunicatio enim eſt maxima pena eccleſie. Unde dicit mucro epiſcopi. xvj. q. ij. Uiſis. xxiiij. q. iij. Corripiant. Preterea p̄latus eccleſiaſticus q̄ eſt medicus ſpiritualis: debet ꝓcedere more medici corporalis. ſed iperitus eſſet ille medicus: qui cū ꝑ dietā et cirupū: lētā tertianā febriculā poſſet curare: daret medicinas vehemētes patiētis alteratiuas in nature grauamē. ſic iperitus foret medicus ſpiritualis ſi ꝓ alio crimine q̄ ꝓ contumacia excõmunicaret. Et ꝑinde ac ſi q̄s muſcas a fronte calui in eſtate ſimulās abigere frāgeret ei frontē: ſic facit p̄latus quātum in ſe eſt inferēdo ꝑ excõmunicationē dāna que excõmunicato cõtingere ſolent: pro muſca ſpirituali abigēda. Preterea Chriſtus ſummo ſacerdoti Petro inſtāte paſſione dixit. Cõuerte gladium tuum in vaginā: qꝺ moraliter exponi poteſt de excommunicatione: que eſt gladius ſpiritualis. Omnis enim q̄ gladio ꝑcuſſerit: gladio peribit. hoc eſt qui temere excõmunicat/ delinquit. Inſuper crebra excõmunicatio ſe ſubditis contemptibilem reddit: nā ſm Sapientē. Qui nimis emūgit elicit ſanguinem. Alia pars ꝙ ſcilicet pro contumacia mortali excommunicatio ſit inferenda. Probat ſic. Diſcoli ⁊ incorrigibilis maxillas oportet freno conſtringere: quia clauum clauo retundere oportet: vt tandem edometur et rationi obtemperet. ſicut ſcholaſticus dulci monitione non emēdatus: verberibus eſt afficiēdus: et ſi inemendatus perſeueret: eius pena erit alijs in metum peccandi. ſicut enim membrum tabificum ⁊ veneficum reliquorum membrorum infectiuum in corpore vero peritus chirurgus tollit: ne pars ſyncera trahatur: ſic in corpore myſtico chirurgus ſpiritualis facere debebit: ne reliquum gregem inficiat: quia vnica praua pecus inficit omne pecus. xxiiij. q. iij. Reſecande ſunt carnes putride: et ſcabioſa ouis a caulis repellenda: ne tota domus: maſſa: corpus: et pecora ardeant: corrumpātur: putreſcant: intereant. Arrius in Alexādria vna ſcintilla fuit: ſed quoniam nõ ſtatim oppreſſus eſt: totum orbem eius flamma populata eſt. Quāuis autē id ſit malum huic perſone: vtile tamē eſt toti multitudini: cuius iſte eſt pars. ¶ Tertia concluſio patet: quia contrauenieus ſtatuto preceptorio eccleſie peccat. Inſuper peccat eneruans aut tollens gladium ſpiritualem ⁊ vltimū mucronem eccleſie de medio: contēnens excommunicationem eſt huiuſmodi. igitur. Inſuper alloquens excõmunicatum peccat. ⁊ maior eſt cauſa in ipſomet excommunicato. igitur. Et ſi non fieret hic relatio equiparantie: parum prodeſſet ſi alius prohiberetur loqui cū excõmunicato: ⁊ non econuerſo: ſed ipſe tibi loqueretur tota die. ⁊ ſic eſſet irriſio excõmunicatiõis. ¶ Ex iſtis patet ꝙ male agunt excommunicantes pro leui cauſa: vt pro ſolutione pecuniaria vbi egre homo poteſt ſatiſfacere. ¶ Secundo patet ꝙ male faciunt citātes peremptorie vnico cõtextu tripliciter virum honeſtum. de cuius fuga nequaq̄ eſt timendum. Interdum enim hoc faciunt ad petitionem partis ⁊ ꝓ leuibus cauſis. Trina aūt monitio debet p̄cedere. diſti. xxij. Si quis epiſcopus. Nec debet ferri cum impetu: ſed cum deliberatione et cauſe cognitione. xj. q. iij. Si epiſcopus. et. c. Seruet. ¶ Tertio patet ꝙ nullus eſt excõmunicādus ab eccleſia maiori excõmunicatione niſi qui ſeipſum prius minore excõmunicatione excommunicauerit: hoc eſt/ niſi mortaliter peccauerit: et ſic contumax ſibi ipſi dānum infert ⁊ non eccleſia: ſed eum damnificatum auctoritatiue oſtendit. ¶ Quarto ſequitur. Si quis ſit obligatus ſub pena ſolum ad ſatiſfaciendum pro debito in a. termino: ⁊ ſuperueniat caſus ꝙ ſoluere nequeat: is coram deo nõ debet excommunicari: ſiue excõmunicatio figatur in valuis eccleſie ſancti Petri Rome/ ſiue alibi. Et ſi ab hominibꝰ excommunicatus reputetur: hoc non nocet ei ad vitam eternam nec eccleſia talem priuare intendit ſuffragijs ſuis. ⁊ ita ſemper quando eccleſia fallitur iudicādo aliquem contumacem/ quando non eſt. ¶ Quinto ſequit ꝙ eccleſia in excommunicatione non infligit penam excommunicationis: vltimate ſiſtendo in pena illa: ſed pro bono anime: vt ſcilicet cõtumacem reducat ad viam ſalutis. ſicut demõſtrator ad impoſſibile: manifeſtum impoſſibile ab occulto euellit: vt ex euulſione conſequentis manifeſti impoſſibilis: occultum qꝺ in antecedēte latuit detegat. ſicut deus ſuperbum in ſcelera exprobrabilia ſinit incidere: quatenus ſua fragilitate cognita humilietur. et Apoſtolus prime ad Corinth. v. Iudicaui



eum qui ſic operatus eſt (vxorem ſcʒ patris ſui polluendo) tradere ſathane in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini. i. iudicij.

¶ Cõtra prędicta arguitur. crebro homo eſt excõmunicatus ſine contumacia/ vt patet ſi quis percutiat clericū. xvij. q. iiij. Si quis ſuadente diabolo manus violentas iniecerit in clericū. talis enī eſt excõmunicatus: ⁊ tamen nõ eſt contumax. ¶ Preterea. ſtat percutientem clericum nõ peccare mortaliter qui tamē erit excõmunicatus: ergo citra mortale quis eſt excommunicandus. ¶ Reſpondetur ꝙ hec contumacia potiſſimum requiritur in excõmunicatione ab homine lata. nec proprie requiritur cõtumacia ad hoc/ vt quis excõmunicetur a iure vel canone: lʒ laxato vocabulo quis poſſit dici cõtumax/ quia canonum violator. ¶ Ad aliud argumentū dicitur ꝙ nullus percutiens clericum ē excommunicatus/ niſi clericum verberet vel in carcerē detrudat: vel ei nocumentū in quo mortaliter peccet inferat etiam in effectu. Nā volens occidere ſacerdotē. lʒ tantum peccet quantū eum occidēs: pro ſolo tamē actu interiori nõ eſt excommunicatꝰ. Ex quo ptʒ ꝙ ſi quis ex motu ſubito veniali percutiat clericū in naribus ad ſanguinis effuſionē: nõ eſt propterea excõmunicatus. Secundo ſequitur ꝙ ſi quis parū tranſgrediatur moderamen inculpate tutele percutiendo vel occidēdo clericū inuadentē ſe: nõ eſt excõmunicatus: qꝺ patet/ quia ſolū venialiter peccat: ⁊ ſi eſſet moderamē inculpate tutele/ nõ peccaret. De his autē qui laudabiliter clericos percutiunt/ loqui non oportet: quemadmoduʒ ſunt clericorum preceptores ⁊ religioſorum parētes vel ſuperiores De quibus ſunt carmina. Officium/ ſcelusq̄/ pater/ doctorq̄ propinquus. Affectus/ dominus/ vis/ ⁊ correctio ludus. Quiſquis expertus/ ſi ſit moderamine rectus. Officium. prelati ⁊ ſuperiorū ad quos ſpectat inferiores caſtigare. ⁊ licet per laicos faciant eos īcludi carcere: nulli tamen illorum peccant. de ſen. excõ. c. Si clericus. libro ſexto. Scelus. Clericus ſi perturbet rem diuinam licet eum violenter eijcere. Reliqua ſunt clara. ratio omnium iſtorū eſt/ quia in his caſibus ⁊ multis alijs nõ peccatur mortaliter clericū percutiendo vel carcere includēdo. Et proportionabiliter dicatur in omnibus.

¶ Secundo arguitur. aliqua eſt excõmunicatio iniuſta: ⁊ tñ illa eſt timēda ⁊ tenēda: vt dicit Gregorius. Et recitatur. xj. q. iiij. c. j. ¶ Reſpondetur. dupliciter ſententia dicit eſſe iniuſta. Uno modo ſic eſt iniuſta vt ſit nulla. ⁊ hoc põt contingere vel ex ꝑte iudicis non habētis iuriſdictionē in excõmunicatū/ vt pote nõ eſt de ſuo foro. vel prelatus eſt excõmunicatus. Unde excõmunicati/ interdicti/ ſuſpenſi a iuriſdictione nõ poſſunt excõmunicare. xxiiij. q. j. Audiuimus. ⁊ de con ceſ. p̄bē. c. Quia. ⁊ hoc ſiue prelatꝰ ſit publice. nā ad excõmunicādū requiritur poteſtas libera ⁊ nõ ligata. mõ licet excõmunicatus habeat poteſtatē iuriſdictionis in aliquos habet tamē eam ligatā. Eodem mõ de ſuſpēſo quod intelligēdū eſt de ſuſpenſione a iuriſdictione. Eſt enī quedā ſuſpenſio ab officio ⁊ nõ ab exequutione iuriſdictionis. ⁊ ē quedā ſuſpenſio ab executione iuriſdictionis. ⁊ nõ ab officio. ⁊ eſt ſuſpenſio ab vtroq̄. Primo mõ ſuſpenſus nõ poteſt celebrare: poteſt tamē excõmunicare. Secundo mõ: ſuſpenſus non põt excõmunicare: põt tñ celebrare. Tertio mõ ſuſpenſus neutrum põt facere. Uel ex ꝑte ipſius ſubditi poſt appellationē legitimā excõmunicati. Uel q2 in excõmunicatione ↄtinet intolerabilis error. vt in. c. Per tuas. ⁊ in. c. Solet. titu. i quo ſumus. Intolerabilis error eſt qñ aliquid ſub vi p̄cepti cõtinetur in ſentētia qꝺ ↄmuniter vel in ſuo genere eſt peccatum. vt qñ Sortem excõmunicat quia eleemoſynam dedit: aut quia non fecit illicitū. aut etiā excõmunicat me vt librum reſtituā quē dicit falſo me furto abſtuliſſe aut excõmunicat me quia non do ei capitiū meū qꝺ poſſum ei dare ſine peccato: ſed tamē non teneor. Si excõmunicatio ſit īiuſta his modis/ vel aliquo eorū ſic vt ſit nulla: nullo pacto eſt timēda: ſiue corā deo/ ſiue corā hominibus. ⁊ hoc apud ſapientes ⁊ eos qui excõmunicationem nouerūt eſſe nullam: ⁊ corā ſolis talibus fugiendū non eſt ab eis. Signāter (ſolis) quia ſi fuerint aliqui ſuſpicātes me excõmunicatum/ vel dubitāt eo: ſeruabo ſentētiam coram eis quoad eis perſuaſum fuerit me nõ eſſe excommunicatū: ne videar eccleſie contēptor: et ad cautelā abſolutionē petam. Unde dico. ꝙ ſicut ſuperiorū oppreſſiones nõ ſunt leges obligatorie/ ſic nec eorum excommunicationes. ¶ Alio modo põt excommunicatio eſſe iniuſta/ que tamē tenebit. hoc eſt: oīa eſſentialia excommunicationis manēt: ſed aliqua ſolemnitas accidētaria p̄termittitur: vel mala circūſtantia inuoluitur. puta fit ex ira vel inuidia vnius ꝑtis vel nimia affectione alterius partis. Ad hoc aūt vt actus ſit iuſtus: multa requirunt. In ꝓpoſito requirit ꝙ cauſa ſit poſita: ſcʒ q2 homo eſt ↄtumax. ꝙ inferat excommunicatio ꝓpter finē debitū/ puta ꝓ emēdatione huius ↄtumacie: ⁊ vt ad cor redeat actualiter vel virtualiter: ⁊ ꝙ nõ inuoluat aliqua mala circūſtātia cadēs in ratione obiecti. nā circūſtātia circunſtās non vitiat actū bonū a bonitate morali etiā ſi circunſtātia ſit moralis. Excõmunicatio autē primo modo non eſt excõmunicatio. ⁊ nego ꝙ illa teneat vt ſit timenda: quemadmodū homo pictus non eſt homo. Excõmunicatio vero ſcꝺo mõ eſt excõmunicatio: ſicut malus homo ſimpliciter eſt hõ. In prima acceptione ē diuiſio vocis in ſignificata. In ſecūda: ſuperioris in ſua inferiora. Primo modo iniuſte excõmunicatus non priuatur orationibus eccleſie. Ratio eſt: quia reuera nõ eſt excõmunicatus: ergo nec eccleſia triumphans militās intendit ipſum p̄uare orationibus ſuis: vt in corolarijs diximus/ imo quādo quis eſt iuxte excõmunicatus/ et peniter de ſuo facto: ⁊ querit abſolutionem medijs ſufficiētibus/ nõ priuatur ſuffragijs eccleſie: licet teneatur euitare aliorū ſocietatem quouſq̄ abſoluatur.

¶ Tertio argumentor. Petat Titius a Sempronio a. ſummā pecunie corā officiali ſancti Andree: quā dicit ſe mutuo tradidiſſe Sēpronio. ⁊ ponat ꝙ nihil dederit/ adducat tñ viros Belial Sortē ⁊ Platonem habitos in exteriore homine bonos/ qui teſtātur ꝓ Titio. tūc dominus Hugo officialis excõmunicabit Sēproniū ſoluere recuſantē. Sempronius in iſto caſu nõ tenet vitare ſocietatē fidelium: cū cõſtet ſibi ꝙ iniuſte ſit excõmunicatus. ¶ Reſpondet ꝑ ꝓpoſitiones. Prima eſt Maior eſt fides habēda teſtibus q̄ʒ Sēpronio ⁊ Hugo iuſte excõicat: q2 alijs qꝺ facere tenet/ ⁊ ↄformat ſe cõcluſioni huiꝰ ſyllogiſmi practici. In quēlʒ cõtumacē ferēda ē ſnīa excõmunicationis. Sēproniꝰ eſt hmõi igitur. Aſſentitur licite antecedēti et bonitati conſequētie: ergo et conſequenti licite aſſentitur. Secunda propoſitio Sēproniꝰ eſt iuſte excõicatus. ptʒ ab actiua ad paſſiuā. Tertia ꝓpõ. Sēproniꝰ dʒ ſe ſeparare ab alijs/ ⁊ alij ab eo: ac ſi ex oī pte eēt iuſte excõicatꝰ de alijs nõ ē difficultas cū credāt eū eē iuſte excõicatū ⁊ iuſte accuſatū ꝙ ipē ab alijs ſe debeat ſeparare/ pʒ: alioqñ reputabit ↄtēptor eccl̄ie ⁊ eos ſcādalizabit. nec dn̄t ei ſoli credere dicēti oppiū vbi teſtes ſūt oī exceptiōe maiores. Quar

ta ꝓpoſitio. Si Sempronius fuerit in ſolo loco in quo ſunt teſtes ⁊ actor: non tenetur ab eis ſe elongare. patet: qꝛ ipſis conſtat ꝙ corã deo nõ eſt excõmunicatus. Sed ſubdubitabit Sempronius quid facturus ſit. quare ponit̃ Quinta ꝓpoſitio. cũ ſit iter Scyllã et Charybdim/ elonget ſe a Scylla/ appropinquãdo Charybdi. nam e duob9 malis minus eſt eligẽdũ. Conſideret nocumentũ qđ poſſet pati ex ſolutione pecunie: ⁊ iacturã quã patitur interim ex parte excõmunicationis: ⁊ minus penale accipiat. vt ſi pecunia ſit parua: vel ipſe multum diues ſoluat. ſi ecõtrario: nõ eſt opus ſoluere. ſi equaliter ponderet: erit ei optio.

¶ Quarto argumentor. Titius excõmunicatus inſequit̃ Platonẽ: ⁊ Plato ꝑ te tenet̃ eius ſocietatẽ vitare: ſemꝑ igit̃ inſequente Titio in cãpis neceſſe erit Platonẽ currere ꝑ terrã iuiã: qꝛ in recto itinere opponit ſe Titius excõmunicatus. Inſuꝑ eſt aliqua diſtãtia ĩtra quã homo peccat manẽdo cũ excõmunicato: ⁊ aliqua in qua nõ eſt peccatũ ꝓpter longitudinẽ: vel dat̃ minima diſtãtia ꝓpe excõmunicatũ in qua nõ peccat̃. ⁊ tunc ſedẽs in extremo illius diſtãtie nõ peccaret: ſed mouẽs digitũ/ excõmunicatũ ꝟſus/ erit excõmunicatus: vel articulũ pedis parũ mouẽs: quia iã habebit aliquod membrũ infra punctum in quo peccat̃. Si des maximã diſtãtiã in qua peccat̃: idẽ erit mouendo pedẽ ꝑ granũ milij: qđ nõ erit peccatũ. ⁊ pone vnum pũctum extra illud punctũ: ⁊ aliud infra: qđ erit: Item videt̃: ꝙ quãto homo magis accedit tãto peccatũ erit maius. et ſic volens appropinquare: magis ⁊ magis peccat ⁊ ſucceſſiue elõgãs: minus et minus peccat. ¶ Rñdet̃. ſufficit viro facere qđ in ſe eſt ad fugiẽdum ab excõmunicato: ⁊ roget eũ vt abeat: et ſi alius ꝓteruus noluerit/ non peccat. Nõ enim eſt intẽtio eccleſie in illo caſu ipm̃ obligare. Ad aliud. trãſeat ꝙ eſt ſtatus: et da minimã ꝓpinquitatẽ in qua nõ peccat̃: vel maximã in qua peccatur. Sed ſtatus debet iudicari cõſilio prudẽtũ: ſicut frequẽter in ꝓpoſito ꝯtingit dubiũ. vt ſi Sortes inuitet excõmunicatũ ad prãdiũ: te inſcio: te exiſtẽte in principio prandij ⁊ excommunicato ſupueniẽte ⁊ aſſidẽte in extremo: vel in alia mẽſa vicina: vel ipo ſucceſſiue tibi appropinquãte in eadẽ mẽſa prudẽtũ eſt interꝑtari intentionẽ eccleſie qñ ſit ligamẽ: qñ vero nõ. Quãdo aũt qs eſt in latitudine ꝓpinquitatis in qua peccat̃: nõ oportet ꝙ quãto magis accedit: tãto plus peccet. vt ſi ſit tibi vetitũ mihi appropinquare ad duos pedes: qñ intra latitudinem venis/ peccas. ſed nõ auget̃ peccatum ꝯtinuo appropinquãdo. Si qs aũt figat ſe alloqui excõmunicatum vt eũ corrigat: ſed de hoc parũ curat: vel eſt ipſi veroſimile ꝙ nihil proficiet excõmunicatus ſuis monitis: is ſe illudit ⁊ non eccleſiã. ſecus eſt vbi homo poſſit aliũ corrigere: ⁊ hoc ſit ei veroſimile. ¶ Quinto argumẽtor. ducat Sortes Bertã ficte in facie eccleſie: et poſtea vere Tebergã. eccleſia Sortẽ excõmunicabit: vt Teberga relicta Berte adhereat: ⁊ tñ nõ peccat mortaliter manẽdo cum Teberga: imo ad hoc tenet̃. ergo aliqs eſt iuſte excõmunicãdus ſine pctõ. Ad hoc argumẽtũ rñdebit̃ infra in de mrĩmonio. ¶ Sexto argumẽtor. aliqs facit vnũ actum alioquin licitũ niſi eſſet ꝓhibitio ſub pena excõmunicationis: ⁊ ignorat ꝓbabiliter illã penã latã: et tñ eſt excõmunicatus. ergo male dictũ eſt. ¶ Rñdeo. ſi ita ſit vt argumẽtũ aſſumit: nego ꝙ vllo mõ ſit excõmunicatus: cũ nullo modo peccet vbi actus non eſt iure diuino vel nature malus: ſed pure licitus. Faciẽs enim ignorãter illũ actũ nõ peccat: ⁊ ꝯſequens nõ eſt excõmunicatus. Vlterius dico ꝙ licet homo peccet in actu peccati vbi eſt ſententia excõmunicationis ab inferiori ꝙ̃ papa: nemo tñ incurrit ſententiã excõmunicationis qui habet ꝓbabilẽ errorẽ illius ſententie. hoc patet expſſe in. c. Vt animarum. de conſti. libro. vj. Nam erat illic mentio de furto: qđ etiã in lege diuina prohibetur: et tamen ignorãtes et furantes non erant excõmunicati. vt dicit pontifex. Si vero factum ſit prohibitum iure diuino: ipſum faciens contra prohibitionem pape: licet penam neſciat/ eſt excommunicatus.

Circa hãc materiam proponam aliquot queſtiũculas. Primo queritur qs ſit effectus excõmunicatiõis. Reſpõdetur. duo ſunt effectus eius. Primus eſt ſeparatio a diuinis. Secũdus eſt ſegregatio a conſortio fideliũ in humanis actib9. Per primũ membrũ excõmunicatus/ ab ingreſſu eccleſie ad diuina officia audienda ſecluditur: excepta ſola ꝑdicatiõe quã audire poteſt: qua finita tenetur ſtatim exire. Excludit iſta excõmunicatio a generalib9 eccleſie ſuffragijs: ita vt ex intẽtione eccleſie generalia ſuffragia que fiunt generaliter ꝓ oĩb9 fidelib9: ad eos nõ extẽdãtur. poteſt tñ quis in priuato deũ orare vt excommunicatus ad cor redeat. Suſpẽdit ab officio ⁊ beneficio: ⁊ reddit hominẽ inidoneũ ad electionem tam actiuã ꝙ̃ paſſiuam. Inſuꝑ priuat eccleſiaſtica ſepultura: qđ patet de atrociter ꝑcutiente clericum in veſte clericali incedentem. ſed ſi barbam nutriẽs aliter incedat: ignorãs non eſt excõmunicatus. de ſenten. excommu. c. Si vero. licet faciat qđ iure diuino ꝓhibitum eſt. Dico tñ ꝙ iſte non magis peccat ꝙ̃ ſi non eſſet excommunicatio. qđ ꝓbo: qꝛ eſt ei ignorãtia inuincibilis more theologorum loquendo: vel ꝓbabilis error more canoniſtarũ: ſed talis ignorãtia excuſat a toto: peccat tamẽ cõtraueniendo legi diuine. ⁊ cum rem a deo ꝓhibitã fecerit: nõ eſt excuſatus a pena lata a canone quã neſcit. Si autẽ ſciuit hãc eccleſie ꝓhibitionẽ: vel ex ignorãtia culpabili neſciuit: magis peccat. Et quandocũqꝫ excuſatur qs ne excommunicetur vel grauius peccet: a fortiori excuſatur colloquẽs. et hoc patet per primum membrum. nemo enim excommunicatur expers peccati. nõ peccat ergo vetula loquens cum percutiente clericum: neſciens excommunicationem ꝓpterea latã. ipſa enim illud ius neſcit: nec ſcire tenetur. Si vero quis fuerit dubius an talis ſit excommunicatus: non oportet ab eo fugere coram alijs quouſqꝫ vlterius doceatur. alioquin virũ infamie de qua non conſtat/ notabit. Quo ad aliud membrum: tenetur ſe ab aliorum conſortio ſegregare: niſi in caſibus permiſſis.

¶ Secundo quæritur: an vniuerſitas poſſit excõmunicari. Rñdet Innocẽtius Quart9: ꝙ nõ. ca. Romana eccleſia. de ſen. excõ. lib. vj. tñ licet excommunicare oẽs cõmittẽtes culpã. Ratio non eſt: quia eccleſia non eſt ſuppoſitum: qꝛ hoc non requiritur ad cenſurã eccleſiaſticã: vt patet de interdicto. nec valet ratio aliorũ ꝙ talis excommunicatio includat oppoſitum in adiecto: quia (vt dicunt) excommunicatio eſt ſeparatio a cõmunione omniũ hominũ: nõ autẽ ſui. ſi autẽ excommunicetur vniuerſitas: ſeparatur a communione hominum: et non ſeparatur a communione ſui. Hec inquam ratio nihil valet. quia licet ſi iudex dicat: excommunico vniuerſitatẽ Pariſienſem: excõmunicatio ſit nulla: ſi tñ dicat: excõico omnes de vniuerſitate Pariſiẽſi q fecerũt a. crimen: ſecũda excõmunicatio tenet: ⁊ eſt licita: ⁊ ſi de facto qlibet illoꝝ ſit excõmunicatus: quilibet tenet̃ vitare aliũ: et qlibet ſeparat̃ ab alio: quemadmodũ vnus excõmunicatus tenetur fugere aliũ. Licet eniꝫ cõmunitatem aliquis poſſit iuſte excõmunicare: tamen nõ licet excommunicare ſub forma cõmunitatis: qꝛ tũc innocẽtes includerentur: ⁊ hoc niſi cõſtaret de vna parua cõmunitate ꝙ omnes eſſent nocẽtes. Alia pars ptꝫ: quia iſtos iudex poteſt excõmunicare: ⁊ hi ſunt vel poſſunt eſſe cõmunitas: ergo cõmunitatem iudex poteſt excommunicare. minor eſt nota. Et licet poſſit defendi ꝙ totum ꝑ ſe ſit tertia entitas ab oĩbus ſuis partibus diſtĩcta: nulla tamẽ eſt apparẽtia de toto per aggregationẽ.

¶ Tertio dubitatur: quis poſſit excõmunicare/ ⁊ ſoluere. Ad priorem partẽ dubitationis dicitur. ꝙ omnis eccleſiaſticus nõ excõmunicatus nec ſuſpenſus: habẽs iuriſdictionẽ coerciuam (ſic enim appellant) poteſt in ſuos ſubditos ferre excõmunicationis ſẽtentiã/ etiam inuitos. Probat̃. aliquis talis poteſt excõmunicare: ⁊ equa eſt ratio in oĩbus: ergo quilꝫ talis poteſt excõmunicare. Multifariã autẽ quis conſequit̃ iuriſdictionẽ in aliũ. quandoqꝫ ex cõmuni iuris diſpoſitione/ vt ordinarij in ſibi ſubditos. quãdoqꝫ ex ſpeciali cõmiſſione/ vt legati ⁊ commiſſarij. nõnunqꝫ ex cõſuetudine/ vt ſacerdotes parhochiales in furto ⁊ rapinis excõmunicant. Cõſuetudo eñ dat iuriſdictionem ex delicto vt ordinarius habet iuriſdictionẽ in alienum peccantẽ in dioceſi ſua: qualitercũqꝫ eñ quis habeat iuriſdictionem in illum: in hoc eſt eius ſuperior. Ex iſto ſequitur ꝙ laicus nõ poteſt excõmunicare in ſenſu cõpoſito: nec ſuperior põt excõmunicari ab inferiori inquãtũ huiuſmodi: nec par a pari: nec idem a ſeipſo. qꝛ nõ eſt ſuperior ſeipſo. ¶ Ad ſecundã partem dubij reſpondet̃: ꝙ quilꝫ ſacerdos poteſt excõmunicatum minore excõmunicatione abſoluere: ſiue ſit proprius/ ſiue cõmiſſarius/ ſiue ſit excõmunicatus participãdo cum excõmunicato excõmunicatione maiore: que interdũ eſt venialis: interduꝫ mortalis/ ſi ſit ĩ mortali. Sed maiore excõmunicatione innodati a iure ⁊ nõ a iudice/ interdũ conditor canonis abſolutionẽ ſibi vel alteri reſeruat: ⁊ tũc abſoluere neqt vt eſt de percutiente clericũ. xvij. q. iiij. Si quis. quod intelligo quãdo mortaliter peccauit: ⁊ niſi fuerit puer/ mulier/ religioſus/ ſenex/ in cauſa mortis/ delicatus qui infirmo cõparatur/ pauper quãdo nõ poteſt ire tp̃e belli ſine periculo vite/ qñ eſt dubium de excõmunicatione: famul9 vel filiuſfamilias viuẽs cum alio in ſodalitio/ qui crebro poſt ludũ incidunt in pugnam: vt habet̃ de ſentẽtia excõmunica. ca. Ex tenore. oĩno in fine. Nõnunqꝫ cõditor canonis nõ reſeruat ſibi abſolutionẽ. ⁊ tũc (vt exiſtimo) poteſt abſoluere ſacerdos ꝓprius/ epiſcopus/ vel curatus qui põt abſoluere a peccato ꝓ quo lata eſt ſententia excõmunicationis a iure: ſm̃ Innocentiũ Quartum in. c. Nuper. ⁊ cõmuniorẽ opinionem. cui alludit. c. Nup. quã etiam ſequitur Hoſtienſis. ⁊ placet mihi illa ſola que quemadmodũ eſt ꝯmunior: ita ⁊ rationabilior: cũ excõmunicationes ſint multũ rigoroſe. ⁊ hoc niſi epiſcopus ſibi vel alteri abſolutionẽ ſpecialiter reſeruaſſet ꝓ rationabili cauſa. Si vero fuerit excõmunicatio lata ab homine: poteſt abſolui ab eo qui eã tulit: quia qui poteſt ſoluere/ põt ⁊ ligare/ ⁊ ecõtrario. xxiiij. q. j. ca. Si Petrus. Itidem poteſt ſuperior in hoc/ vel eius ſucceſſor: vt Innocentius Octauus abſoluit Venetos a ſe et Sixto Quarto excõmunicatos. ⁊ ab Alexandro Sexto dominus Ioãnes Picus abſolutus eſt: qui ab eodẽ Innocẽtio excõmunicatus erat. Archiepiſcopus tamẽ nõ poteſt abſoluere a ſentẽtia excõmunicationis epiſcopi/ ſuffraganei/ aut aliorum inferiorum. quia ꝙ̃uis ſint de ſua prouincia: tamen non ſunt de ſua dioceſi. ca. Romana. ⁊ ca. Venerabilibus. de ſen. excommunica. li. vj. niſi conſuetudo ſit in contrarium: vel ad eum appellatũ fuerit. Et licet epiſcopus nõ debeat abſoluere excõmunicatum ab archidiacono vel inferiori eius: quia iuriſdictionem non ſeruat ſuis ſubditis. de ex. ꝑla. c. ij. tamẽ ſi attentet abſoluere: abſoluit de facto/ quia ordinatus eſt totius dioceſis. de. offi. or. ca. primo. Item tales officiales dicuntur vicarij epiſcoporũ. de offi. archi. cap. j. ⁊ hoc niſi a conſuetudine habeat archidiaconus vt a ſe excommunicatus non poſſit ab epiſcopo abſolui. de officio archi. c. Dilecto. Si quis autẽ in a. dioceſi excõmunicationem a iure incurrat: ⁊ ſe ad b. dioceſim trãſferat poteſt abſolui ab epiſcopo vel curato b. dioceſis autem abſolui poteſt ab excommunicatione ab homine lata. In his ei humanis iuribus ꝑeminentiam ſeu ſuperioritatem dãtibus/ multũ cõſuetudo facit: que leges humanas interpretat̃: ⁊ nunc ſolidat/ nunc eneruat.

¶ Diſtinctionis Decimeoctaue. Queſtio Tertia.

Tertio circa hanc diſtinctionem queritur An omnis participãs cum excõmunicato mortaliter peccet. ¶ Pro ſolutione queſtionis ponũtur cõcluſiones. quarum Prima eſt. Participãs in crimine cũ excõmunicato pro quo lata eſt excõmunicatio: conſentiendo crimini tali/ cõſulendo/ ſuppetias ferendo/ vl̃ inſtigando ad hoc faciendũ: mortaliter peccat. probat̃: quia conſentit in peccatum mortale: vel ad ipſum perpetrandũ cooperatur: ergo mortaliter peccat. patet antecedẽs: quia maiore excõmunicatione mulctatur. per. c. Nuper. de ſenten. excommunica. vbi dicitur: ꝙ cõmunicans ſcienter nominatĩ excõmunicato in crimine ei conſiliũ impendẽdo/ auxilium/ vel fauorẽ: quia ratione dãnati criminis deliquere videtur in eũ qui damnauit: ab eo vel ſuperiore/ merito delicti erit abſoluẽdus: cũ facientẽ ⁊ conſentientem par pena cõſtringat. ⁊ in cap. Si cõcubine. eiuſdem titu. dicitur. Non eſt dubium in ſententia maioris excõmunicationis inuolui qui poſt latã ſententiam cõmunicant in eodem crimine crimnoſis. et potiſſimum ſi ſine tali ope vel ſuggeſtione tale crimẽ nõ committeretur aut continuaretur. ¶ Secunda cõcluſio. communicans cum excommunicato maiore excommunicatione in diuinis vel in alio mortali ꝙ̃ illo ꝓ quo lata eſt excõmunicatio/ peccat mortaliter: ⁊ hoc ſi deliberate cõmunicet. circa precepta enim decalogi vt communiter tenetur: ſunt actus veniales: ergo hic a fortiori ꝙ nullus talis ſit excõmunicatus. patet: quia nullo iure eſt cautũ: Signanter dicitur (excõmunicatio maiore excõmunicatione) quia colloquẽs cũ excõmunicato minore excõmunicatione non excõmunicatur: ⁊ excõmunicatio nõ tranſit in tertiam perſonã. Et quia hec ꝯcluſio ab omnibus cõceditur: nõ eget extremo teſtimonio. ¶ Tertia concluſio. communicãs cum excõmunicato maiore excõmunicatione in alijs actibus legitimis/ vt ſalutando/ colloquendo ſolum venialiter peccat: niſi cõmunicet contra preceptũ ſuperioris expreſſum: ſm̃ illđ vulgare/ mitius agitur cum lege ꝙ̃ cũ miniſtro legis. ff. de arbi. l. Celſus. vel in contemptuꝫ clauiũ vel iudicis: puta eſt ei veriſimile ꝙ ex ſuo colloquio cõtẽnentur claues: quo non obſtante non abſtinet. Excipio ſemper caſus in quibus precepto alio fortius ligante homo licite loquitur: puta precepto diuino vel nature: que obligãt hominem ad colloquendum cum excommunicato. quorum aliqui in queſtione precedente notati ſunt.

Probatur hec cõcluſio. Non eſt veriſimile ꝙ pro vnius culpa eccleſia vellet ferre ſentẽtiam mortalis peccati in multitudinem innocentem ad colloquendum precipitẽ. quemadmodum diſtin.xxxviij. huius dicetur de tranſgreſſione ſtatutorum religionis. Preterea ſcribitur de ſenten.excommu.c.Nõ in dubijs. ꝙ illi qui nominatim excommunicatis preſumptuoſe participãt preter perſonas exceptas niſi ab eorum participatione cõmoniti forte deſtiterint: ſunt excõmunicandi. ergo ante monitionẽ non peccarunt mortaliter. Alioquin poſſent excõmunicari ꝓpter cõmunionẽ habitã ante monitionẽ. Et habetur etiã alibi ꝙ cõmunicãs in humanis cũ excõmunicato nõ poſſit excõmunicari niſi prius fuerit ter monitus. videlicet in.c.Statuimus.et in.c.Conſtitutionẽ.eo.tit. lib.vj. ergo ante monitionem participãdo in caſibus nõ ꝓmiſſis nõ eſt peccatũ mortale. Si vero poſt trinã monitionẽ qua ſpecialiter nominatim ꝓhibet̃: in huiuſmodi participet: peccat mortaliter ꝓpter inobediẽtiã ⁊ cõtumaciã mandati ſibi ſpecialiter ſignificati: ⁊ tunc poterit excõmunicari. Sed Remũdus ⁊ Gofridus tenẽt oppoſitũ: dicẽtes hãc poſitionem blãdiri pctõrib⁹. Sed licet hoc dicãt: nihil ꝓbãt. ⁊ tamẽ magna requirit̃ ꝓbatio ꝓ opinione nõ veriſimili: qualis eſt hec quã afferunt. Etiã hec ꝯcluſio quã poſuimus: apud Canoniſtas ⁊ Theologos multo cõmunior eſt contraria.

¶ Sed contra tertiam cõcluſionem arguit̃ ſic. ex ea eneruat̃ rigor excõmunicatiõis. nã hoĩes venialẽ noxã incurrere nõ formidãt. Preterea hec participatio eſt ꝯtra legẽ diuinã a Chriſto ĩſtitutã: ergo eſt pctm̃ mortale. añs ptꝫ Matthei.xviij. dicente Chriſto. Si eccleſiã nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus. cũ qb⁹ cõmunicãdũ nõ eſt. Idcirco nãqꝫ Pharisei Chriſtũ repꝛhẽderũt cũ publicanis mãducãtẽ: licet ĩperite: qꝛ ꝓ eoꝝ ſalute cũ eis ꝯuerſatus eſt. ¶ Ad pͥmũ negat̃ añs. timorati eñ viri formidãt deum offendere venialiter: qꝛ veniale nõ eſt cõmittẽdũ ab aliquo: etiã pro quocũqꝫ bono tẽporali: vel ꝓ mortali in alio euitãdo. non timorati vero nõ retrahuntur ob mortale nec veniale. Ad ſcdm̃ dicit̃ ꝙ illic ꝓhibet̃ participatio cum infidelibus in diuinis: nõ aũt in humanis. vt patet. j. ad Corinth.x. vbi Apoſtolus ait. Si ꝗs infideliũ vocat vos ad cenã et vultis ire: omne qđ vobis apponit̃ mãducate: nihil ĩterrogãtes ꝓpter ꝯſciẽtiã. vbi Apl's nõ ꝓhibet cõmunicare cũ gẽtilib⁹ in cibo: ſed dicit cauẽdũ eſſe a ſcãdalo puſilloꝝ. Similes auctoritates ſi ĩueniãtur ĩtelliguntur de cõmunicatiõe in diuinis vel in crimĩe: vel de cõmunicatione cũ excõmunicato in actib⁹ legitimis: ꝑ quã veriſimiliter eneruatur excõmunicatio ⁊ mucro eccleſie.

¶ Dubitatur: que certitudo excõmunicatiõis req̃rat̃ ad fugiẽdũ excõmunicatũ. Rñdeo ex ꝯcluſis in ꝯcilio Conſtãtieñ: cuius tenor ad ꝟbũ ſequit̃. Ad euitãdũ ſcãdala et multa ꝑicula q̃ ꝯſciẽtijs timoratis ꝯtingere poſſunt: Chriſtifidelib⁹ tenore p̃ſentiũ miſericorditer ĩdulgem⁹: ꝙ nemo deinceps a cõmunione alicuius: ſacramẽtoꝝ adminiſtratione vel receptione/aut alijs quibuſcũqꝫ diuinis ĩtus et extra p̃textu cuiuſcũqꝫ cẽſure aut ſentẽtie eccleſiaſtice/a iure vel ab homine generaliter ꝓmulgate: teneat̃ abſtinere: vel aliquẽ vitare: aut ĩterdictũ eccleſiaſticũ obſeruare: niſi ſentẽtia vel cẽſura hm̃oĩ fuerit illata ꝯtra ꝑſonã/collegiũ/ vniuerſitatẽ/eccleſiã/cõmunitatẽ/vel locũ certũ/a iudice publicata vel denũciata ſpecialiter ⁊ expꝛ̃ſſe: ꝯſtitutiõib⁹ apoſtolicis ⁊ alijs in ꝯtrariũ faciẽtib⁹ non obſtãtib⁹ q̃buſcũqꝫ: ſaluo ſi quẽ ꝓ ſacrilega manuũ iniectione in clericũ ſentẽtiã latã a canone adeo notorie ꝯſtiterit incidiſſe: vt factũ nõ poſſit aliq̃ tergiuerſatiõe celari: nec aliquo ſuffragio excuſari. nã a cõmunione illi⁹ licet denũciatus non fuerit: volumus abſtinere iuxta canonicas ſanctiones. Nõ vide in pragmatica ſanctiõe Gallica.c.de excõmunicatis nõ vitãdis: addẽte etiã de ĩterdicto ⁊ alijs penis canonicis. Ubi ſolũ habes duo gñа hoĩm vitãda. Primũ: qñ aliq̃s eſt a iudice publicat⁹ ⁊ denũciatus expꝛ̃ſſe: hoc eſt publicatio eſt in ciuitate de pena canonica: loco ſeu parochia excõicati: in publica miſſa populoſa/ſermone/vel in alio actu frequẽtato ꝑ populum: aut ꝑ affixionẽ ſentẽtie in locis publicis denũciata. Denũciationẽ aũt põt facere ordinari⁹: licet nõ excõicauerit: qꝛ ſuũ officiũ eſt excõicatos denũciare [illegible] q.iij.Cure. Expꝛ̃ſſe: noĩe ſcꝫ ꝓpꝛio expꝛ̃ſſo: vel nomĩatim. Nõ eñ dicit̃ ꝗs nominatim ⁊ expꝛ̃ſſe nomĩari niſi ei⁹ ꝓpꝛiũ nomẽ explicet̃. Et in iſtis odioſis nõ eſt recedẽdũ a ꝓpꝛia ſignificatiõe vocabuli niſi de mẽte ꝯſtet. vt in.c.Statutũ. de elec.lib.vj. niſi circũſtãtie ſint ita expꝛ̃ſſe ⁊ ſtricte: vt ex toto ĩportẽt vices ꝓpꝛij noĩs. facit ꝓ hoc.l.ij.ff.de libe.et poſthu. Secũdũ eſt: qñ licet ꝗs nõ ſit publicat⁹ ⁊ denũciat⁹ pene canonice ſubiectus: tñ ita notorie in excõicationis ſentẽtiã cognoſcitur ĩcidiſſe ꝑcutiẽdo clericũ: vt nulla poſſit tergiuerſatiõe celari. Si aũt ſcias aliquẽ excõicatũ: ⁊ ꝓbabiliter tibi ꝯſtiterit de ei⁹ abſolutione: nõ ampli⁹ eſt tali iudicio ꝓbabili durãte fugiẽdus. Ratio eſt: qꝛ tu es poſitus inter duo p̃cepta: quoꝝ alteꝝ ſcꝫ excõicatio eſt penalis. ad alterum ita declines.

¶ Diſtinctionis Decimeoctaue.
Queſtio Quarta.

QVæritur quarto. vtrũ cõmunio cuꝫ excõmunicato ſit de lege diuina: an humana ꝓhibita. Rñdeo. Probabilior videtur pars illa ꝙ cõicare cũ excõmunicato ĩ diuinis ſit ꝯtra ius diuinũ: qꝛ excõicat⁹ eo ꝙ eccleſiã audire ꝯtẽnit eſt ab eccleſia ſeparat⁹. et ĩtelligo de excõicatiõe ab hoĩe lata iuſtiſſime ĩflicta: in qua eſt ꝓpꝛe ꝯtumacia. ſi aũtẽ aliq̃s eccleſiã audire noluerit: tãqꝫ ethnicus habẽdus eſt: ergo fugiẽdus in diuinis: niſi ꝓ baptiſmo q̃ in caſu paruulo eẽt neceſſarius. puta q̃ ſtatim eẽt moritur⁹: et nemo occurrit ad eũ baptizãdũ niſi excõicat⁹. ſed fideliũ ⁊ ĩfideliũ idololatraꝝ nulla põt eſſe cõmunio in diuinis. ij. ad Corinth.vj. Que aũt ꝯuẽtio Chriſti ad Belial: aut q̃ pars fideli cũ infideli: Qui autẽ ꝯſenſus tẽplo cũ idolis: Infideles eñ indigne tractãt diuina: ⁊ ꝯtra deũ. qꝛ Matthei.xij. ſcribit̃. Qui nõ eſt mecũ ꝯtra me eſt. ergo cũ agãt ꝯtra legẽ diuinã: ⁊ eis excõmunicati cooꝑent̃: hi de iure diuino ſunt euitãdi. Inſuꝑ ſuſcipiens Euchariſtiã ab heretico letalẽ habet effectũ: hoc eſt peccat cũ ipo in ſacramento Euchariſtie ſumẽdo. vt dicitur.xxiiij.q.j.c.Subdiaconus. in fine. ꝟſiculo. Alia vero ſacramẽta: vt ſacri corporis ⁊ ſanguinis dñi excõicatiõis vel recõciliatiõis ſi ab heretico vel catholico nõ ſacerdote miniſtrent̃: vel nullũ vel letalẽ habebunt effectũ. Secus eſt de baptiſmo: vt Auguſtin⁹ dicit in libro de vnico baptiſmo. Iſtud idẽ ꝯtinet̃ eadẽ cã ⁊ q̃ſtiõe.c. Si ꝗs. ⁊ in vltimo capl'o eiuſdem.q. ⁊ cauſe: laudat̃ Armigildus rex a btõ Gregorio q̃ noluit Euchariſtiam ab Arriano epõ accipe: nõ obſtãte ꝙ ſciret ſe ĩdignationem paternã ĩcurſuꝝ: ob quã in ĩfirmitate a prẽ iuſſus eſt occidi. Preterea metus nõ excuſat participãtẽ in diuinis cũ excõicato maiore excõicatiõe a mortali. vt patet i.c.



Sacris. de his q̃ vi met.cau.ſi. vbi Roman⁹ põtifex dicit ꝙ met⁹ nõ excludit prorſus culpã ſed attenuat: rõnẽ aſſignãs: qꝛ ꝓ nullo metu debet ꝗs pctm̃ mortale incurrere. igit̃ illa decretalis p̃ſupponit ꝙ cõicans excõicato peccet mortaliter: qđ cõiter exponit̃ de cõicãte in diuinis. Sed ſi eſſet lex humana: nõ ligaret in neceſſitate. qđ ptꝫ.xj.q.iij.c.Quoniã. ex Gregorio ſeptimo caſus excipiẽte in qb⁹ cũ excõmunicato colloquẽs nõ peccat: ĩter quos de timore ⁊ neceſſitate loquit̃. Et ſi ꝓpter neceſſitatẽ famis euadẽde poſſit homo emere vel dono petere ſi op⁹ ſit/cibũ ab excõicato: quanto fortius licebit cũ eo loq̃ gr̃a mortis ĩmmĩẽtis euadẽde: qꝛ ad opa multũ difficilia ſuperogationis neminem eccleſia ſine culpa p̃uia cogere põt: veluti ad votũ caſtitatis ꝑpetue: vel ingreſſum Carthuſie. qꝛ diceret̃ de eis illud Matthei.xxiij. Alligãt onera grauia et ĩportabilia ⁊ imponũt in humeros hominũ: digito aũt ſuo nolũt ea mouere. ſed nõ participare cuꝫ excõicato in caſu, quo homo vitã amitteret vel magnã partẽ reꝝ ſuaꝝ: vel enormiter lederet̃: eſt multũ difficile: ergo ad hoc eccleſia obligare nõ põt. ſec⁹ eſt de iure diuino obligãte hominẽ crebro ad martyrium. Sed dices: ⁊ ita dicẽdũ reor: hoc eſſe ꝓpter ꝯtẽptum legis. ſicut boni illi Machabei nolebãt comedere carnes ſuillas nõ obſtãtib⁹ oĩb⁹ minis Antiochi: ⁊ morte crudeliſſima intentata. ij. Machabeoꝝ.vj. qꝛ fuit in legis contẽptũ: ⁊ vt lege Moſaica relicta ad idololatriã ſe cõuerterẽt. ⁊ tñ ſi fuiſſent in extrema neceſſitate famis: ⁊ fuiſſent in occulto nihil habẽtes carnes ſuillas: eas comedẽdo ĩterp̃tati fuiſſent legẽ: quẽadmodũ Mathathias ⁊ filij eius reſtiterũt in ſabbato. Sic põt ꝯtigere de cõtẽptu legis humane. vt ſi ꝗs excõicatus minet̃ viro niſi ſecum loquat̃: ſe eũ occiſurũ: is poteſt pati mortẽ potius q̃ꝫ cõmunicet cũ excõicato: qꝛ hoc eſt in ꝯtẽptũ clauis eccleſie: ipſe tñ ne moriat̃ põt ſumere cibũ ab excõicato licite: ⁊ ei dare: qꝛ iſtic nõ agit̃ directe in contemptum clauis. Quicq̃d tñ ſit: eccleſiã ſuſpicor non intẽdere in ſua lege ꝓhibitoria excõicationis obligare quẽpiã ad hec onera difficillima: vt ꝓ morte euadẽda ꝗs nõ poſſit excõicatũ alloqui: ſi nõ agat̃ directe in contẽptum clauis eccleſie. ¶ Sed hic dubitat̃. quomõ nõ licebit mihi loq̃ cũ excõmunicato dioceſis Meldẽſis: cũ ego Pariſiẽſis nõ ſim dño Meldenſi ſubditus: Rñdet̃. hoc eſt ꝑ legẽ ſuperioris/ſcꝫ Romani pontificis ꝓhibẽtis colloquiũ cũ excõmunicato: vt patet in.c.Si quis preſbyter.vij.q.j. ⁊.iiij.q.v.Quiſquis.

¶ Ex omnibus queſtiõibus huius materie colligit̃ q̃d ſit excõicatio maior ⁊ q̃d minor: ⁊ ꝙ ꝓ ſola ꝯtumacia mortali eſt inferẽda ab hoĩe: nã ſi ꝗs audit eccleſiã: quare erit ſicut ethnicus ⁊ publican⁹: Interdũ etiã excõicat⁹ nõ pl⁹ peccat q̃ꝫ nõ excõicatus: qđ ptꝫ de duob⁹: quoꝝ vn⁹ ſolũ habet actũ ĩteriorẽ ⁊ alter ĩteriorẽ cũ exteriore. Iſti eñ equaliter peccãt: ⁊ tñ vn⁹ eſt excõicat⁹ ⁊ nõ alter. Preterea diximus ꝙ aliq̃ eſt excõicatio ĩiuſta ⁊ nulla: et illa nõ eſt timẽda corã deo nec corã hominib⁹ q̃ hoc nouerũt: niſi accidat ſcãdalũ aſſiſtẽtiũ: putãtiũ hominẽ ꝯtẽnere eccleſiã. Excõicatio tñ iniuſta habẽs eſſentialia excõicationis: hoc eſt nõ irritata a iure: eſt timenda. ꝑ cap̃. Si celebrat. de cle.ex.mi. Excõicat⁹ aũt minore excõicatiõe eſt ĩeligibilis ad quodcũqꝫ bñficiũ eccleſiaſticũ cõſequẽdũ. ⁊ rõ eſt ſm̃ põtificẽ in lr̃a: ꝙ ad ſuſceptionẽ eoꝝ eligit̃ a quorũ ꝑceptiõe a ſctis prib⁹ eſt p̃uatus. Et hoc etiã habet̃.xj.q.iij. Excõicatos. ⁊.c. Cũ excõicato. ⁊.iij.q.iiij. Engeltrudã. nec põt miniſtrare ſacramẽta. Nõ credo tñ veꝝ qđ dñs Innocenti⁹ dicit in dicto cap̃. ꝙ exiſtẽs in pctõ non põt eligi in p̃latũ. nec valet argumentũ ꝙ eſt eadẽ rõ legis in iſtis poſitiuis. ſic eñ ꝯfunderet̃ ſtat⁹ hierarchic⁹. ⁊ ꝯtra hoc eſt.c.Sicut. de iureiuran. et.c.Archidiaconũ Florẽtinũ.lxxxv.diſt. Nec vllo pacto placet diſtinctio Panor. ꝙ hoc eſt verũ in pctõ graui vel leui. ĩ leui (dicit) homo facile reſurgit. Hoc ĩquã non valet. nã etiã in graui homo poteſt facile reſurgere. ⁊ ꝯfunderet̃ ſtat⁹ hierarchic⁹ ob ĩcertitudinẽ p̃lati. vbi aũt põtifex nõ irritat ꝯtractũ in poſitiuis: non eſt extẽſio. ¶ Ulterius dictũ eſt ꝙ aliq̃ ꝑſone colloquentes aĩo deliberato cũ excõicato/nullo mõ peccãt. excuſantur eñ ad obligatione excõmunicatiõis: puta admittũtur ad colloquia ⁊ conuictũ humanũ: extra diuina: ꝑ aliquod ius fortius ad oppoſitũ trahẽs. vt vxor tenetur reddere debitũ marito: ⁊ filius obedientiã prĩ: qꝛ hoc eſt de iure nature ⁊ diuino. Similiter ſi ego debeam Sorti pecuniã in a. termino: debeo ei ſoluere in a. termino: non obſtãte ꝙ ſit excõicat⁹. ⁊ ita in innumeris caſib⁹ occurrẽtib⁹: quos prudẽtis epicaia/materia occurrẽte ĩterp̃tari habet. Itẽ dictũ eſt ꝙ crebro peccatur in excõicatiõe lata ab hoĩe: vbi triplex monitio non p̃cedit cũ ĩteruallo dierũ: ſed vnico edicto et ꝯtextu triplici: ꝑemptorie viro honeſto nõ fugitiuo excõicatio infligitur. Inſuꝑ crebro excõicãtur agricole ⁊ alij artifices quos oportet vẽdere boues ⁊ ſua ĩſtrumẽta ꝓ pecunia habẽda cũ magna calamitate ⁊ penuria: cũ rõ naturalis ꝓ iſtis paupib⁹ ſuggerat diuerſum. hãc ſane excõicationẽ nõ ĩtelligo: quomodo eñ pauꝑ teneatur vẽdere ſua inſtrumẽta: ĩmo cogatur diſꝑgere familiã ad ſoluẽdũ debitũ opulẽto viro: non obſtãte quacũqꝫ excõicatione: Etiã dixim⁹ nõ excuſatos participantes in diuinis cum excõicato: a pctõ mortali: in alijs autẽ actib⁹ legitimis ſolũ venialiter delinquit̃. ¶ Sed vt intelligas: qñ participãs cũ excõicato eſt excõicat⁹: animaduerte: qꝛ aut excõicat⁹ cum quo ꝗs participat: eſt excõicat⁹ cũ dãtib⁹ opẽ/ꝯſiliũ/vel fauorem. ⁊ ſic ſi participet in in eodẽ delicto: ſiue anteq̃ꝫ ſit excommunicat⁹: ſiue poſt ad ipm̃ faciẽdũ vel ꝯtinuãdũ: ligatur eadẽ ſentẽtia excommunicationis cũ principali factore: ⁊ ab eodẽ iudice poteſt abſolui. Aut talis non eſt excommunicat⁹ cum dãtib⁹ ꝯſiliũ/auxiliũ/fauorẽ/ ⁊ ſic ſi ꝗs cũ excõmunicato participet in ꝯſulẽdo/vel opẽ dãdo: anteq̃ꝫ ille crimen committat ꝓpter qđ eſt excommunicatus: mortaliter peccat inſtigans ad mortale: ſed non excommunicatur. ſi autẽ communicauerit cum excommunicato poſt crimen dãnatum: dãdo ei auxilium vel fauorẽ: ligatur eadẽ excõicatione cũ excõicato: ⁊ ab eodẽ poteſt abſolui. pec.ca.Nuper. ⁊.c.Cõcubine. de ſẽtẽ.excõi. Itẽ ſi ſciã alterũ iſtoꝝ (demonſtrãdo duos) eẽ excõicatũ: neutrũ ſciẽdo eſſe excõicatũ (qđ eſt poſſibile) neutrũ eoꝝ euitabo ſeparatim cũ de neutri⁹ excõicatione mihi ꝯſtet. tñ eos ꝯiũctos: hoc ẽ eoꝝ binariũ/euitabo qꝛ ſcio alterũ iſtoꝝ eſſe excõicatũ: licet neutrũ ſciã excõicatũ. ¶ Preterea null⁹ nõ peccãs per actũ: excõicatione ꝓbabiliter ignorãs: eſt excõmunicat⁹ ſiue ferat̃ a papa/ſiue ab inferiore: ⁊ a fortiore hoc ignorãs cum illo loquẽs. nec faciẽs ſciẽter opus malũ: ꝓbabiliter ignorãs excõicationẽ eſſe latã ab inferiore/a papa: eſt excõicat⁹ cap. Utraĩarũ. de ꝯſti.lib.vj. Secus eſt de Romano põtifice vt illic dicit gloſſa. Propterea ꝑcutiẽs ſciẽter clericum/licet neſciat ſe eſſe excõicatũ: eſt excõicat⁹. Siuero abutat̃ alter veſtibus ⁊ tõſura: ita vt ꝓbabiliter ignoretur cleric⁹: percutiẽdo eũ q̃uis ꝯtra ius diuinũ agat: non ſũ excõicat⁹. Rurſus ſi ꝗs cogat inuitũ aliquẽ alloq̃ excõmunicatũ: ſub pena carceris vel ſub pena mortis: non eſt excuſat⁹ a culpa: qꝛ tyrãnus hoc facit in ꝯtẽptũ eccleſie: potius aũt eſt toleranda mors. nec tũc eſt preceptũ ſeruare ſuã vitã illa via. vt liquet ex ca. Sacris. ſu-

peri⁹ inducto.ſi vero non fiat in ɔtēptum legis: tenet hō
ſuā vitā ſeruare:loquēdo cū excōicato:petendo ſe trahi
extra puteū:vel q̄rendo opem ab eo vt liberet a tyrāno.
¶Inſup aliquis a iure poteſt excōicari/⁊ a iudice pro
eodē crimine:vel ab vno de a.crimine/⁊ ab alio de b.cri-
mine:vel a plurib⁹ hoībus.⁊ requiritur oīm illaꝝ excōi-
cationū abſolutio vera vel ꝓbabilis ad hoc vt hō inno-
center cū illo loquat.Per ſcdam tñ excōicationē homo
fortius alligat extra eccleſiā q̄ȝ per p̄mā. ſed quo ad ſuf
fragia eccleſie eq̄liter per q̄tuor:vel vnam excōicationē
eijcit.ſicut eiect⁹ ab eccleſia materiali per vnū vel q̄tuor
paſſus:eq̄liter eſt extra eccleſiā.ſed ſi quatuor funib⁹ in
nodatus ſit quos oēs oporteat diſſoluere anteq̄ȝ tēplū ma
teriale ingrediat:quo ad illō eſt peius. Oēs eñ illos no
dos retexere oportebit anteq̄ȝ tēplū ingrediat. Poteſt
q̄s etiā abſolui inuit⁹:hoc eſt pena canonis poteſt ab ex
cōmunicato tolli ipo nolēte:licet nō culpa.Ratio eſt: q̄
ſicut illa pena fuit īuito inflicta:ita poteſt ab īuito tolli:
quēadmodū rex penā vltimi ſupplicij īuito pro homici-
dio poteſt remittere:non aūt culpā pro qua : vel ꝑ quam
¶ Nunc ad ſecundum deueniendum eſt: quo ſcilicet iure indulgentie (vt iam vtimur ipſis) fundāde ſunt. Qua de re Durādus in hac diſtinctione ſic dicit. de īdulgētijs pauca dici poſſunt ꝑ certitudinē: quia nec ſcriptura expreſſe de eis loquitur. illud enim Matthei. xvj. Petro dictū. Tibi dabo claues regni celorum. Et quodcunqꝫ ligaueris ſuper terram: erit ligatū et in celis. ⁊c̄. intelligitur de poteſtate ei data in foro interiori vt dicit ille/ et apparenter: quia certum eſt ꝙ oportet intelligere illam auctoritatem cum ſale/ claue ſcilicet non errante. Item apud Hilarium/ Hieronymum/ et Auguſtinum/ et breuiter ante Gregorium primum de indulgentijs in ſignificatione qua querimus/ nihil legimus vnqꝫ. Nec iuuat dicere. locus a non legitur negatiue eſt nullus: quia tempore eorum maxima in diuinis ſcripturis erat exercitatio/ et ſtudium continuum: et aliquid fuiſſet ab eis determinatum ſi expreſſe locum in nouo teſtamento inueniſſent. De Gregorio tamen primo legimus ꝙ aliquas paruas dedit indulgentias Rome. Unde gloſſa in cap̄. Quod autem. de peniten. et remiſſio. dicit. Quid valeant huiuſmodi indulgentie: vetus querela eſt: ſed adhuc ſatis dubia. Et ſemper eccleſia relaxauit iuramenta et vota deo queſita pro rationabili cauſa. ergo in obligationibus ratione delicti acquiſitis relaxare poteſt. nam parilis eſt ratio vtrobiqꝫ. Secundo probatur/ oppoſitum ſyllogizando ad impoſſibile. Si indulgentie nihil valerent/ ſed eſſent inanes ſequeretur ꝙ eccleſia eſſet deceptrix et circumueniret ſuos promittendo eis que dare nequit. conſequens eſt inconueniēs: ergo et antecedens. ſequela eſt manifeſta. Nam Bonifacius Octauus in quadā extrauagante. de peniten. et remiſſio. cap̄. Antiquorum. concedit iubileum et pleniſſimam peccatorum veniam viſitantibus baſilicam Petri et Pauli Rome de centeſimo anno in centeſimum. quod Clemens Sextus ad quinquageſimum: et Sixtus Quartus ad vigeſimumquintum annum ampliauit. vt patet in extrauagantibus rubrice ſignate. cap̄. Unigenitus. et cap̄. Quemadmodum. et cum iſti concedant pleniſſimam peccatorum veniam vrbem viſitantibus: ſi viſitantes non aſſequantur promiſſum/ ipſos fallerent. Forte dicis: Bonifacius Octauus de quo habita eſt mentio in quadam extrauagante que incipit Unam ſanctam eccleſiam. de officio iudicis ordinarij. Apparenter multum deſinit ꝙ Romanus pontifex eſt ſuper reges in temporalibus. quod tamen perſpicaciſſimi Theologi dicunt eſſe falſum. ergo non inconuenit eccleſiam/ capiendo eccleſiam pro vno prelato eccleſie/ poſſe fallere. Nam et quidam grauis et antiquus Theologus Guilielmus Altiſiodorus in quarto ſuo de hac materia loquens concedit ꝙ multa promittit eccleſia que non ſeruantur coram deo. dicit tamen ꝙ non fallit cum deformitate. Iſtud non ſufficit. licet enim pontifex ſupremus vt particularis homo poſſit falli et fallere: tamen non debes inſurgere contra illam decretalem determinationem. cap̄. Unam. allegati. quia ad bonum intellectum illud eſt verum. de quo in vigeſimaquarta diſtinctione huius loquemur. Etiam in concilio Viennenſi per Clementem Quintum. de reliquijs et veneratione ſanctorum. Si dominum. hoc concluſum eſt. et intolerabile nefas eſt dicere ꝙ concilium indubitatum hereſes admittat: ergo nulla via rationabiliter euadere potes.

¶ Teneo ergo ꝙ indulgentię aliquid valent claue non errante: hoc eſt dummodo ponantur requiſita ad indulgentias/ ſcilicet auctoritas in dante: qualis eſt in Romano pontifice in indulgentia pleniſſima: epiſcopus qui in dedicatione eccleſie concedit vnum annum et non vltra: et tempore anniuerſarij dedicationis/ quadraginta dies. de peniten. ⁊ remiſ. cap̄. Cum ex eo. et illud erat ab Innocentio Tertio in concilio conceſſum. et ſic habetur aliud argumentum pro indulgentijs. Rationabilis cauſa concedendi/ que tangit honorem dei: vt ad impugnandos fidei hoſtes: ad extruenda loca ſancta et religioſa vel ipſa manutenenda/ vt ſunt hoſpitalia pauperibus neceſſaria: ad extruendos pontes ſuper flumina pro ſaluāda vita tranſeuntium. Nec ſit tibi cure que cauſa adequate ſufficiat: ſed ſupponas pontificem cum ſuo concilio te prudentiorē. ⁊ licet interdū pro eodē opere detur maior indulgentia nonnūqꝫ minor: hoc non obſtat. quia ſtat cauſam ſemper eſſe rationabilem. ſicut enim latitudo precij/ et virtutis/ et penitentie eſt diuiſibilis: ita in propoſito. et tu exiſtens in gratia/ indulgentiam ſumens mereberis; nec ex adequatione indulgentie ad rem datam aliter deprehendere potes. Alijs autem placet: licet pontifex male agat ſine rationabili cauſa conferendo indulgentias: tamen dicunt factum tenere qualitercunqꝫ det. quemadmodum prodigus crebro cum peccato dominium rei in alium transfert. Sed quia iſtud non credo verum: ꝙ poſſit ad nutum magnam vel paruam indulgentiam exhibere ſine cauſa: pluſqꝫ vota mutare vel diſpenſare niſi ſecundum rectam rationem: prout omnes fatentur: propterea iſtud voluntarie dictum ſurda aure pertranſeo: verbum Apoſtoli prime ad Corinthios quarto commemorans. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti: et diſpenſatores miniſteriorum dei. ſi enim irrationabiliter prelatus aliquid promittat: hoc nō ſeruat deus. Requiritur autem in accipiente ꝙ det ſecundum quod continetur in indulgentijs: et ſit capax fructus indulgentie.

¶ Secunda concluſio. Indulgentię valent ad diminutionem pene ſolum. Probatur. ad aliquid valent ex concluſione precedente: et non ad gratiam et gloriam niſi virtute operis operantis/ quam homo ex quolibet actu meritorio conſequitur. Iſtud autem pontifex concedit ex theſauro eccleſie qui ex merito Chriſti et omnium ſanctorum colligitur. Chriſtus nanqꝫ multa paſſus eſt ꝓ nobis: et beatitudinē habuit ſine meritis: vt communis habet opinio: et ſi enim pro meritis habuit beatitudinem ſicut Chriſtifera virgo et alij ſancti: hoc non obſtat. Sancti etiam multo plura mala pene paſſi ſunt q̄ȝ eorum peccata commeruere. Nec valet dicere ꝙ premiati ſunt pro omnibus tormentis que perpeſſi ſunt. quia opus penale ſatiſfactorium non eſt minus meritorium q̄ȝ non ſatiſfactorium: ergo licet ſancti abunde premiati ſint pro ſuis meritis: eorum tamen culpe nō requirebant tot cruciatus/ quot paſſi ſunt. et hec merita formaliter vel virtualiter vo-

lebant alijs applicari: et pontifex ſuperior illa forma-
liter applicat. et hoc ſufficit. quod patet: quia vnus po-
teſt pro alio ſatiſfacere/ dummodo illud proueniat au-
ctoritate ſuperioris vt ſuperius diximus. ergo et hic.
Item eccleſia per modum ſuffragij poteſt iſta facere:
hoc eſt orando pro alijs egentibus: ergo per indulgen-
tias. Nec naſcentis eccleſie modus procedendi hunc
modum conferendi indulgentias modo rationabiliter
conferantur: impedit. rarius enim tunc homines pec-
cabant: deuotiores erant: et maiores pro peccatis ſu-
ſcipiebant penitentias q̃z nunc. ſicut vides in religio-
ne particulari nuper fundata vix continuari primum
feruorem. ex quo prouerbialiter dicimus. iſte eſt error
nouitius. nõ ſic tamen: quaſi ſemper procedatur de ma-
lo in peius. nam poſt multos malos prelatos aliqui bo-
ni ſuccedunt: et aliqui inferiores prelatorum loca ſup-
plent qui de lapidibus filios Abrahe ſuſcitant. ſicut li-
cet pleriq̃z mali reges in Iudea Dauidem ſequuti ſint:
non defuere tamẽ Ezechias et Ioſias reges digni cum
Dauide certare de bonitate.

¶Tertia cõcluſio. Ad hoc vt homo in
dulgentiam conſequatur/ oportet vt conſideret inten-
tionem dantis / que per verba in indulgentijs poſita
adiuncta ratione colligitur. plurimum autem dantur
conditionaliter: quare non extante conditione non con-
ſtant. Interdũ datur indulgentia ſub hac forma (omni-
bus contritis et confeſſis) et tunc vtrũq̃z requirit̃. poteſt
tamen dari contritis et non confeſſis: vel contritis ⁊ cõ-
feſſis ante vel poſt in anno/ vt in paſcha. imo poteſt da-
ri exiſtenti in peccato mortali: ſic ſcilicet/ quãdo erit cõ-
tritus/ valebit ei indulgẽtia. ante contritionem enim in-
dulgentia ſuum effectum non habebit.

¶Vt autem materia paucis abſolua-
tur ponam propoſitiones/ ſiue omnes corollarie ſequan-
tur ſiue non. Prima eſt. quando indulgentie ſunt per-
petue in aliquo loco/ quolibet die locum accedens eas
conſequitur. ſemper ſuppono cauſam rationabilem/ et
ea que diximus requiſita ad eas conſequendas. Pro-
batur: quia ſi pluries locum adiens non acquirat indul
gentias: nullo modo ſunt perpetue. et ita videtur dicen-
dum in pluribus partibus dici. Et probabile eſt conſe-
quenter quando indulgentie ſunt temporarie vt totiens
quotiens in illo determinato tempore homo accedit il-
lum locum: conſequatur illas indulgentias. Dixi (pro-
babile eſt) quia poteſt bene teneri ꝙ homo ſolum ſemel
obtineat illas. nam dantur plures dies propterea: vt
qui non poteſt venire in prefinito die/ veniat in alio.

¶Secunda propoſitio. Volens conſe-
qui indulgentias et non dans ſicut in bulla continetur:
non conſequitur eas. patet: quia conditio non exiſtit. ta-
men efficaciter volens eas aſſequi et non potens: tãtum
meretur de gratia et gloria quantum eas aſſequens: li-
cet non ad remiſſionem pene. et ſic actus exterior inte-
riori nihil ſuperaddit quo ad vitam eternam.

¶Tertia propoſitio. In anno iubileo
duo venientes Romam itineribus inequalibus: vt ex
Viterbio et Hadingtona in Britãnia: equaliter conſe-
quuntur indulgentias quo ad remiſſionem pene: ſed in-
equaliter merentur. nã vnus actus eſt difficilior ex par-
te obiecti q̃z alter.

¶Quarta propoſitio. Diues dãs tres
duodenos tãtum vi indulgentiarum conſequitur quan
tum pauper. quod probatur: quia vterq̃z acquirit ſe-
cundum tenorẽ bulle ſoluendo quod continetur in ea:
ſed pauper multo plus meretur: quemadmodum vi-
dua euangelica. Et licet actus vnius ſit equaliter in-
tenſus cum actu alterius: eſt tamen difficilior ſuppo-
ſita equali liberalitate naturali. Sed hic dicitur a do-
ctore Seraphico et non improbabiliter: ꝙ diues non
tantum conſequitur quantum pauper niſi proportio-
nabiliter det in ea proportione qua opes ſue opes pau-
peris exuperant. Contra hoc tamen arguo. Si pona-
tur determinata pecunia: vtpote ſi ſic dentur indul-
gentie: quilibet dans quinq̃z duodenos hoſpitali Pa-
riſienſi / habebit plenariam remiſſionem peccatorum
ſuorum: tunc equaliter eas conſequuntur: vel vterq̃z
conſequitur plenariam remiſſionem peccatorum/ et ſic
equaliter quantum ex parte indulgentiarum: vel neu-
ter conſequitur aliquid. quod non videtur dicendum.
Hic reſpondere poteſt dupliciter. Vno modo: ꝙ vbi po-
nitur determinata pecunia: equaliter conſequuntur. ſe-
cus eſt quando eorum arbitrio relinquitur: vtpote cum
ſic indulgentie dantur. damus plenariam remiſſio-
nem peccatorum porrigentibus manus adiutrices ho-
ſpitali dei. hic enim homo debet dare proportionabi-
liter ad ſuas opes. vt ſi quinq̃z duodeni debeant iu-
dicari ſufficientes pro paupere: non debent iudicari
ſufficientes pro opulentiſſimo. ſed diuiti ad partem in-
dulgentiarum conſequendam/ ſufficiunt: pauperi au-
tem ad conſequendam totam. Sed dicis. ſic non con-
ſtat quando pauper conſequitur indulgentias comple-
te magis q̃z diues. ¶Reſpondetur. hoc non eſt incon-
ueniens. nam poteſt homo ſcire eas ſibi valere: licet ne-
ſciat quantum valeant: vt eſt de aureo nummo peregri-
no. Secundo poteſt dici: ꝙ ſiue ponatur determina-
ta ſumma / ſiue non: inequaliter valent indulgentie ſi
equaliter porrigant: quia eſt inequalitas ex parte dan-
tium. vtriq̃z tamen aliquid valebunt: quod ſufficit. et
hoc eſt magis ad mentem beati Bonauenture.

¶Quinta propoſitio. Vbi eſt taxa de
dando ſcuto pro plenaria remiſſione conſequenda: dãs
malum ſcutum non conſequitur indulgentias: quãuis
inuincibiliter credat illud eſſe bonum. patet: quia ma-
lum ſcutum non eſt ſcutum: cum non habeat omnia eſ-
ſentialia ſcuti. ſicut credens ſe inuincibiliter confiteri ſa-
cerdoti: qui tamen eſt laicus: vi clauis nihil habet pe-
ne diminutum: licet ſatiſfaciat precepto pro tempore
quo eſt ei ignorantia inuincibilis. Similiter fingens fal
ſas indulgentias vt pleriq̃z faciunt: nihil pene remit-
tit accipientibus: eſto alijs ſit ignorantia inuincibilis.
ergo idem eſt in propoſito. Et eodem modo dans tri-
ginta quatuor duodenos nõ conſequitur plenariam re-
miſſionem peccatorum: ſed forte partem: ratio eſt: quia
videtur eccleſia verba ſonantia de tali toto ad partem
trahere. Secus eſt de ſcuto cui dimidium granulum
deficit: quod in foro inter alia ſcuta valet ſcutum: li-
cet argumenti iſtic locus replice non deſit.

¶Sexta propoſitio. Religioſi: virgi-
nes/ ⁊ multe mulieres nõ debẽt late vagari pro cõſequẽ-
dis indulgẽtijs: imo poteſt eſſe ꝙ multo plus domi me-



reãtur: ⁊ forte eis oberit eſſe in fluctibus ſeculi. ¶Se-
ptima ꝓpoſitio. Ad remiſſionẽ culpe nihil valet idulgẽ-
tia pꝫ: quia ad remiſſionẽ culpe requiritur martiriũ vel
cõtritio. ⁊ q̃uis ſufficiat attritio cũ ſacramẽto peniten
tie/ vt volunt alij: nondũ tamen a que q̃z ſapiente cõceſ-
ſum eſt ꝙ culpa aliter dimitti poſſit. Alioquin cõcedere
oportebit ꝙ ei cui peccatũ mortale placet/ culpa dimit-
tit̃: quod nõ eſt audiendũ. Quãdo autem dicitur. eſt in
dulgẽtia a pena ⁊ a culpa. hoc intelligit̃/ eſt a pena cul-
pe debita. ſimilis modus loquẽdi habet̃ ſecũdi Macha
beorũ. xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis
exorare/ vt a peccatis ſoluantur. de veniali non loquor.
¶Octaua ꝓpoſitio. contritio eſt optima indulgẽtia et
ſecuriſſima. de bonitate manifeſtũ eſt/ quia tollit culpã
mortalẽ: ⁊ eternitatem pene in temporariã mutat. de ſe-
curitate ſimilr̃ q: de hoc nemo vnq̃z dubitauit. ¶No-
na ꝓpoſitio. Quãdo varij põtifices relaxant varias p-
tes pene forte geometrice nõ arithmetice laxãt. Vbi grã
interdũ vnus pontifex remittit ſeptimã partẽ pene de-
bite peccatis cõtribuentis ad ſummã pecunie ſancto ſe-
pulchro in ciuitate Spirẽſi ſi ſex alij põtifices tantũ cõ
ferrent: dãs ſeptem duodenos erit abſolutus ab omĩ pe
na perinde ac cõſequẽs plenarias indulgẽtias anni iu-
bilei. Cui tamen hoc abſonũ videbitur/ hãc capiat nonã
propoſitionem que ſequitur. ¶Decima ꝓpoſitio. licet
cõfeſſus tẽpore indulgentiarum nõ teneatur ſuſcipere
penitentiã iniunctam: ſecurius tamẽ eſt eã ſuſcipere et
adimplere. prior pars probat̃: quia penitentia ſuſcipit̃
ꝓ expiatione pene peccato debite: que p indulgentiam
tollitur. ſecũda pars pꝫ. quia forte peccator eſt vel erit
debitor pene ratione illorũ peccatorum: ergo melius eſt
in via mediocrẽ implere penitentiã: q̃z rigidam ⁊ diffici
lem in purgatorio. ⁊ licet ſic fuerit peccatũ minus puni
tũ: tamẽ per contritionem punitur: ⁊ reliqua pars pene
per indulgentiam tollitur: ſicut per ſuffragia. clementia
etiam inclinat habentem ad mitigandam penã iuſtitie
debitam: nec iuſtitie perperam repugnat. ſicut nulla vir
tus alteri parue aduerſatur.

DVbitatur circa iſta: quid valeat
hoc dicere. damus quadragita dies indul-
gentiarum vel centũ annos. Reſpondet̃. hoc
eſt dicere. Indulgentie tantum tibi ꝓderũt/
ac ſi quadragita diebus vel annis penitentiã impleres
⁊ tantum de pena culpis debita diminuũt/ ac ſi peniten
tiam tãto temporis curriculo impleres. Sed de qua pe
nitentia intelligatur/ deus nouit: quia ſint duo ieiunan-
tes decẽ dies: vnus forte in pane ⁊ aqua ieiunat: alter ſa
tis ſplendide ſemel in die comedit. Facile eſt dicere ver
ba accipiunt̃ in potiore ſignificatione: ⁊ latiſſime in bñ-
ficio principis. de verbo. ſigni. cap. Olim. ſicut multi vo
luntarie loquũtur. Ex hoc apparet ꝙ cuiuſdã obiectio
eſt nulla: dicẽtis ꝙ nihil cõducit dicere: damus centies
mille annos indulgentiarũ: quia hõ non ita diu manet
viator: nec ita diu manebit purgatorium. Nã licet pmũ
dictum ſit verũ/ ⁊ ſecundũ ꝓbabile/ q̃z q̃z id ſolus deus
nouit: tamen hoc nõ pungit. Vlterius patet/ id quod di
citur (relaxamus de penitentijs iniunctis) debere intel-
ligi de penitentijs que rationabiliter pñt iniungi.

¶Secundo dubitatur: an exiſtentibꝰ
ĩ purgatorio/ papa poſſit ꝯcedere idulgẽtias. Hoſtiẽſis
⁊ multi theologi partem negatiuam tenent. ⁊ primo an
no quo doctor eram/ hac materia propoſita in facultate
noſtra: multi grauiſſimi magiſtrorũ noſtrorum partem
negatiuã tenuerunt. Nuper vero dum eramus in cõceſ-
ſu pro quibuſdã propoſitionibus diſcutiẽdis: e ſcrinijs
facultatis/ miniſter publicus ſeu bedellus nobis attulit
ꝓpoſitiones Ioãnis Angeli de quo in. xvij. diſt. loqu-
tus ſum. Quarũ vna fuit hec/ anime in purgatorio exi-
ſtentes ſunt de iuriſdictione pape: ⁊ ſi vellet poſſet totũ
purgatorium euacuare. ſuper qua hoc fuit examen fa-
cultatis noſtre. Hec propoſitio eſt in ſe dubia ⁊ ad men
tem aſſerentis per modum iuriſdictionis ⁊ ordinarie po
teſtatis de falſitate ſuſpecta/ ⁊ ſcãdaloſa: ⁊ nullatenus
populo publice predicanda. Ego quia ſuper ſenes nõ i-
tellexi: ſiſto in illa examinatione. Sed dicis. Pius ſecũ
dus/ Sixtus quartus/ ⁊ Innocentiꝰ octauus conceſſe
runt viſitantibus eccleſiam Sanctonenſem/ quatinus
poſſẽt liberare animam e purgatorio. ⁊ Calliſtus tertiꝰ
hoc cõceſſit in hiſpania eccleſie Tyracinenſi. idem legi-
mus de Paſcaſio quinto. Et hoc vndeci pontifices cõ-
firmarunt: vt in literis autheticis in introitu ſacelli ec-
cleſie Sancte Praxedis Rome legitur. Idem cõceſſũ
eſt viſitantibus eccleſiam ſancti Laurẽtij extra muros:
Reſpondet̃. ſemper in illis conceſſionibus apponitur (ꝑ
modum ſuffragij.) ¶Sed circa hoc: quia indulgẽtie in
articulo mortis q̃z plurime date ſunt ab Eugenio quar
to: Tertio dubitatur: vtrum dẽtur vere morientibus an
preſumptione morituris. ¶Reſpondet̃. ſi non plus ha-
beatur ex forma indulti: nec cõcedens aliter ſuam inten
tionem exprimat intelligẽdum eſt de mortis articulo p̃-
ſumpto ⁊ non vero/ ſicut extrema vnctio que ẽ ſacramẽ
tum exeuntium/ debet miniſtrari his qui ſm communẽ
exiſtimationem hominum putantur morituri: ⁊ tamen
ſi euadant/ iterum poſtea iniunguntur/ nihilo tamen mi
nus extrema dicitur: quia ab hominibꝰ exiſtimabatur
fore extrema. Secus eſſet ſi in forma diceretur ꝙ talis
effectum indulgentiarũ conſequatur etiã ſi moriatur.
¶Dubitatur vltimo que ſit idulgẽtia plenaria. Reſpõ
detur. lꝫ plenũ prima fronte nõ videatur recipere cõpa-
rationẽ: cum eius ꝓprietas nõ valeat augeri vel minui:
tñ ſcriptura ⁊ loquẽdi vſus aliter vtitur vocabulo. nam
vas ferme plenũ/ vulgus plenũ plerunq̃z vocat: Et Ste
phanus erat plenꝰ gratia ⁊ fortitudine: plenitudine ſuf
ficiẽte. Actũ. vij. ſed Chriſtifera virgo erat gratia plena
que gratiã diui Stephani longe exuperabat: plenitudi
ne eminentie. capacitas tamen paſſiua anime in neutro
erat totaliter plena. anima vero Chriſti eſt gratia plena
plenitudine infinitatis (vt opinor) hoc eſt gratia eius eſt
infinite intenſa. Plena poteſt vocari dimiſſio peccatorũ
confeſſorum. ⁊ ſic ſi quis decederet/ plenã indulgentiã
habens ꝓ venialibus ⁊ mortalibus nondũ confeſſis: in
purgatorio plene punietur. Plenior dimiſſio eſt totius
pene debite oĩbus mortalibus tã cõfeſſis q̃z nõ cõfeſſis.
Pleniſſima vero ẽ oĩs pene ſiue mortalis/ ſiue venialis
tam confeſſi q̃z non confeſſi remiſſio.

¶Summatim colligam ea quæ de in
dulgentijs occurrũt dicẽda. In primis tantũ valẽt quã
tũ ſonãt claue nõ errãte. hoc aũt includit rõnabilẽ cãm
nã ſi romanꝰ põtifex velit ad nutũ dare cuilꝫ danti turo
nũ ꝓ reparatione templi/ pleniſſimã remiſſionem pctõ-
rũ: deus nõ plus acceptabit q̃z diſpenſationẽ eius in vo
tis/ bñficijs/ ⁊ in alijs meterijs abſq̃z rationabili cauſa.
Vñ dicit Ioãnes Gerſon in tractatu de abſolutione ſa-
cramentalis cõfeſſionis. Cũ poteſtas cõcedendi indul-
gentias nõ ſit niſi q̃dã poteſtas diſpẽſationis q̃ debet eẽ
rationabilis ⁊ ad edificationẽ: ideo ſi dẽt ſine cauſa ra-
tionabili ꝓ ſolo intuitu fauoris humani vel alio tali mõ
non oportet ꝙ huiuſmodi indulgẽtie valeant quantum
ſonant. Propterea fatue ⁊ ſuperſtitioſe ſunt quedam

inſcriptiones viginti milium annorum: vbi quis dixerit quinquies Pater noſter: ante talem imaginem ⁊c̄. et deberent prelati illas reijcere ⁊ ꝓhibere: q: cedunt in contēptum ⁊ deriſionē indulgētiarum: nec continēt veritatē. In hac autē diſtinctione, loquēs de remiſſione tertie partis/ cū indeterminate datur indulgētia cōtribuentibus ad edis ſacre reparationem: intelligit de auxilio qd̄ ſit conueniēs ei qui dat: ⁊ ſm ꝙ accedit ad hoc: plus vel minus de indulgētia cōſequitur. vt paup̱ dās vnū denariū totā indulgētiā conſequit̄: diues vero nō: quem non decet ad tā pium opus ⁊ fructuoſum tā parum dare. ſicut nec diceretur rex alicui auxilium ferre cui obolum daret. ergo ſm eum duorum faciētium ſimilia opa ſm ſubſtātiā: vnus plene cōſequitur indulgētiā: alius partē tm̄: ⁊ plus vel minus ſm ꝙ accedit ad cām ꝓ qua cōceſſe ſunt indulgentie. Et doctor Seraphicus vltima queſtione huius diſtinctionis ſic dicit. Dans indulgentiā conſiderat cauſam ꝓ qua reputat eum dignum tāta gratia: ⁊ ſm ꝙ plus vel minus accedūt homines ad illā cauſam: plus vel minus participāt de indulgētia. verbi gratia. Indulgētias ſtationum in vrbe inſtituerunt ſancti patres propter peregrinos qui de longe veniunt nec exiſtimauerunt dignum tāta gratia qui eſt natus iuxta eccleſiā/ ſicut qui de longe venit: nec tantā recipit indulgentiā ſed aliquātā. Concedo igitur (inquit) ꝙ indulgētie quātum eſt ex parte dātis tātū valent quātū promittunt: nō tamē equaliter omnibus: ſed ſm exiſtimatiōem eius quā habuit vel habere debuit qui indulgētias dedit: quā non oportuit exprimere: q: omnes fideles debēt in corde ꝑſupponere ꝙ dona ⁊ miſerationes ſpūs ſancti donentur cum equo et libramine. Nec hoc debet aliquē ab his retrahere: q: ſemp̱ plus valēt ſi homo ſit in charitate q̃ obſequium vel aliud ꝓ quo indulgētia cōcedit̄. Omnes igit̄ recte loquētes volūt ad hoc vt indulgentie valeāt requiri iuſtam cām. Nec eccleſia fallit/ ſed tacet verū qd̄ dicere non tenetur: ſed ſi homines credāt indulgētias in omnē euētum valere ad nutum pontificis: tūc ſeſe fallūt: nec eos eccleſia fallit. Et hoc eſt ſub honeſtiore locutione cū Altiſiodoro coincidere in ſentētia. Preterea ex dictis patet ꝙ nō cōſtat vllo modo: an Roman⁹ pontifex habeat iuriſdictionem ſup̱ exiſtētes in purgatorio. apparet ꝙ non/ per verba Chriſti Petro dicta. Quodcūqꝫ ligaueris ſup̱ terrā. hoc eſt in hac terrena ⁊ mortali vita. p̱ modum tamē ſuffragij poteſt ſup̱ exiſtentes in purgatorio magis q̃ ali⁹ particularis homo. Ulterius dico ꝙ indulgentie non ſunt nimis multiplicande/ in clauium contemptum. ꝓpterea prudentum conſilio Sixtus Quartus plures indulgētias a ſe ab initio pontificatus conceſſas/ tādē reuocauit. Amplius. ſicut eſt latitudo iuſti ꝓcij intra quā ſi homo maneat: poteſt licite carius vendere vni q̃ alteri: ſic eſt in latitudine penitētie iniungēde: ⁊ etiā in indulgētijs vt opinor. nec in hoc clauis errat. ⁊ p̱ conſequēs poſſunt duo inequaliter diuites equales cōſequi indulgētias/ equales dātes pecunias. qd̄ patet: q: indulgentie non conferunt gratiam virtute opis opati. et licet minus diues plus mereatur q̃ diues ſi cetera ſint paria: tamen remiſſio pene poteſt eſſe equalis dūmodo ſit vtrobiqꝫ ſtatus in latitudine iuſte penitentie. exēplū in ſimili. Sacerdos in confeſſione iniungit vni dicere quinquies orationē dominicā: et alteri quater: vterqꝫ cōplēs penitētiā iniunctā/ ſatiſfacit: nec amplius punietur vnqꝫ in alio ſeculo: dūmō vtraqꝫ penitētia cadat intra latitudinē penitētie iuſte. Concludendo dico ꝙ ſufficit reſpondēti theologo ſic dicere. indulgētie tātum valent quātum ſonāt/ claue non errāte. quādo aūt erret/ quādo vero nō: melius eo ſupiores nouere. Ceterū innumeri ſunt in īdulgētijs abuſus: potiſſimū p̱ eos qui eas falſo cōminiſcūtur. deinde magne fiunt īpēſe vt habeātur: ⁊ habite/ ab epiſcopis diuulgari ꝑmittātur. mille quoqꝫ modi a queſtuarijs iſtis adinuenti ꝓ habēda pecunia a plebe. Laudo factū optimi cuiuſdā viri ⁊ doctiſſimi Joānis Raulini pie memorie: qui cum in theologia licētiatus eſſet: ⁊ hi queſtuarij ſibi offerrēt pecuniā ꝓ ſuo doctoratu/ ea lege vt cū eis ꝓficiſceretur de parochia in parochiā concionando: q̃uis paup̱ eſſet: id tāqꝫ ſe indignum recuſauit. Quales confeſſores admittātur in his locis publicis: deus nouit: et q̃ celeriter finem imponāt: vt lanā ab ouibus colligāt. Nam vbi ſolēt eſſe caſus conſciētie intricatiſſimi: quib⁹ in promptu vix poſſet reſpondere conſummatus theologus: aſellus quiſpiā egre capiens ſignificationē ꝓpoſiti caſus/ omnia ocyſſime expediet.

Diſtinctionis Vigeſimeprime.
Queſtio Prima.

IN hac diſtinctione vigeſimaprima queram tria. Prio. an aliqua peccata dimittantur poſt hāc vitā. Secūdo de ſigillo ſecreti. Tertio de ſigillo confeſſionis. Quero itaqꝫ primo. An aliqua peccata dimittantur poſt hāc vitam. Pro queſtiōis ſolutione ponā duas ꝯcluſiones. Prior eſt. decedēti cum ſolis venialibus ſine mortali dimittuntur pctā poſt hāc vitā. Secūda ꝯcluſio. decedēti cum mortali et veniali/ veniale dimitti ſine mortali eſt rationabilius oppoſito: licet oppoſitū poſſit defendi: immo ab vno cōterraneorꝫ noſtrorꝫ theologo ꝓfundiſſimo/ Ricardo de ſancto Victore defenditur in quodā libello ſup̱ hoc confecto ex induſtria: quē Alexāder/ beatus Thomas/ et doctores in hoc fere ſequuntur. ſed alterius cōterranei ſcꝫ doctoris Subtilis ſentētia plus in hac parte placet. vtrāqꝫ tamen ꝓbabilē (q: ita reor eſſe) tenebimus. Prior concluſio ꝓbatur: q: talis gratia decedit: ergo interdū habebit gloriā: ſed nō anteq̃ puniet̄ ꝓ peccatis ſuis: vel aliquis ſatiſfaciat ꝓ eo: vel dentur ei indulgentie. ſecludo duo vltima: et volo ꝙ non applicent̄. ꝙ non anteq̃ puniet̄: patet. nā prime ad Corin. iij. per fenum/ lignum/ ⁊ ſtipulam intelligit Apoſtolus punitionē peccatorū venialiū. et quia aliqua ſunt maiora/ aliqua minora: dicit fenum/ lignum/ ⁊ ſtipulam. hoc docet Augu. xxj. de ciuitate dei. et de vera et falſa penitentia. ſed ſi quis decedat in gratia: ſaluabitur. conſtat autem ꝙ nō ſimul habebit penā ⁊ gloriam: nec penam poſt gloriam: ergo prius vapulabit per ignem purgatorij. Nec iuuat dicere ꝙ in mortis tolerātia veniale quodlibet conſumitur: quia licet homo ſit memor in extremis de veniali ſcito tali/ et ipſum non deteſtatus fuerit: non videtur mortaliter peccare: quia ſicut conſenſus in veniale eſt venialis: ita non videtur deteſtatio eius occurrentis ſub pena peccati mortalis requiri. et dato ꝙ taliter negligentem in extremis dicas mortaliter peccare/ qd̄ non admitto: non euadis difficultatem de illo qui eſt in ſolis venialibus: et dormiēs occiditur: vel in amētiam perpetuam cadit. nam iſte non manebit perpetuo in purgatorio ratione peccatorum venialium: nec beatificabitur cū culpa vel culpis venialibus: ergo aliquando culpe ille veniales omnes poſt hāc vitā remittentur.



Dico ergo ꝙ veniale poteſt deleri poſt hāc vitā. Sꝫ de modo quo deletur varius eſt modus reſpondendi tā apud doctorem ſanctum q̃ ſeraphicū: quorꝫ nullus placet. Doctor ſubtilis in hac diſtinctione recitat tres modos ⁊ in nullo ſtat fixus. Primus eſt. idem eſt pctm̄ veniale deleri ⁊ penam pati debitā illi. quē modum auctoritate ſanctorum impugnat. vel vt dicit/ per merita ī vita habita reſeruata in diuina acceptatiōe. Poſtea ſubiungit. ſi neuter modus placet/ querat̄ alius: quē difficile eſt inuenire. nam ipſum deleri per bonū motum: nō ē doctrine. Theologice conforme. tamen doctor ſanctus hūc tertiū modum aſſerit. Sed dico ꝙ cōterraneus conſequenter ad ſuā ſentētiam debuit imitari primum modum. ⁊ illū ego amplector: q: multo ꝓbabilius eſt apud me ꝙ veniale remittit̄ in inferno. Dico ergo veniale deleri in purgatorio vel inferno/ nō eſſe aliud q̃ penam pati veniali debitam. Ex quo ſequit̄ ꝙ aliquis decedit cū culpa ⁊ debito pene/ qui nō diutius erit in purgatorio/ q̃ decedens ſine culpa debitor ſolū pene. quod pꝫ ſi ſortes decedat cū veniali feno/ qui eſt debitor parue pene ⁊ plato cum debito magno pene. Ex iſto ferme ſequit̄ ꝙ veniale iunctum mortali ſolū punietur tpaliter ratione venialis. Et ſic ſecūda cōcluſio probabiliter ex priore ſequitur quo ad partē priorem. Nā veniali ſm legꝫ de per ſe debetur ſolū pena tēporaria. ergo propter coniūctionē eius cū mortali nō debetur ei maior pena. Inſuper. virtute clauiū deus magis malo remittit maiorem partem pene q̃ minus malo/ vt ſupra oſtenſuꝫ eſt. ⁊ hoc eſt quia maiore miſericordia eget: ergo ſaltem nō decet ſuā clemētiam punire veniale vltra penā ei debitā ſolū ⁊ ſeorſum. nec ex aſſumpto pretēdo ꝙ veniale min⁹ punietur iūctū mortali q̃ ſine mortali: ſed equaliter. Secūda autē pars probabit̄ reſpondēdo ad oppoſitū. Ulterius ſequitur ꝙ alicui dimittit̄ culpa cui nō auget̄ gr̄a/ nec gloria. quod pꝫ de punito in purgatorio habēte gratiam: ſimiliter in inferno de peccato veniali. ſaltem culpa dimittitur. Sed dubitando pones aliquē decedere ſtipatū multitudine ſolorū venialiū circa diem iudicij. Dico ꝙ deus poteſt illū tātum punire vna hora quantū alius punitur vno anno: īmo ſeptē annis/ per intenſionē pene. accipe ſcalā intelligentie per hemicraneū vel colicam paſſionem/ ⁊ lentam febrem.

Contra priorem concluſionē & ei⁹ probationē que ſtat in hoc ꝙ nemo manet perpetuo ī pena ratione venaliū/ argumentor ſic. Ponamus deū ꝓhibere Sorti cōtinuare a. actū per quācūqꝫ partem ꝓportionalem vni⁹ hore ſub pena hore vel diei: ipſe decedēs cū gratia punietur eternaliter. ꝓbat̄. in infinitis venialibus deceſſit: ⁊ ꝓ quolibet punietur vna hora: ergo infinitis horis puniet̄: que reddunt tantū temp⁹ quantum infiniti anni. Eodē modo prohibeat ſorti deus vel abbas/ trahere digitū vltra primam partē ꝓportionalē huius pedalitatis ſub pena diurna: vltra ſecūdā/ ſub ſimili pena: ⁊ ſic de qualibet parte ꝓportionali: trahat ſortes digitū ſcienter ab vno extremo in aliud. Dicis. caſus eſt irrationabilis: cū non poſſit cognoſcere illas exiles partes ꝓportionales tēporis vel albedinis: ⁊ per cōſequēs nō poteſt cognoſcere quādo peccat diſticte ⁊ nouo peccato. Cōtra hoc arguo. quis peccat inſtantanee/ ⁊ tamē nō cognoſcit inſtans: ⁊ ſic poteſt peccare in qualibet parte proportionali/ licet eā nō cognoſcat: ergo notitia partis nō requiritur ad peccatū. ſicut multi peccāt peccato omiſſionis: ⁊ neſciunt que res ſit. Quicquid ſit: caſ⁹ eſt preter legē. de potentia tamen dei abſoluta caſus eſt poſſibilis/ ꝙ quis decedat in infinitis venialibus habēdo cuiuſlibet partis proportionalis notitiam diſtinctā. ⁊ vel creature creabili vel homini qui nūc eſt/ poteſt id īputare ſicut originale imputat: ſed hic homo pōt cauere ne delinquat ſicut Adā poterat nō peccare dum iuſtitiam originalē habuit. Peccatum autem ī maiore parte cōtinuatum eſt peius q̃ in minore. ⁊ ſic inequaliter puniendum eſt a deo ſm legem. De potentia vero abſoluta poteſt deus hominem punire eternaliter pro ſolis venialibus. ſed de lege loquimur. Secundo dicat̄ ad hoc ſicut diceretur de omittēte diligere deū per vnam totā horam/ qui in nulla parte illi⁹ hore deū diligit. In. xvij. diſtin. primi/ ⁊ alibi ad ſimilia reſpōdimus. De abbate loqui nō oportet: quia non teneor eo precipiēte ad oīa licita: ſiue enī factam ſiue nō/ nullo modo pecco. vt videbitur poſtea diſtin. xxxviij. huius. Contra ſecūdam concluſionem arguitur. In inferno nulla eſt redemptio vt ait Job. Forte dicis ⁊ bene. nullus qui eſt in inferno/ liberatur ab eo ⁊ de faucibus eius: bene tamen eſt redēptio quo ad peccatū veniale: vel quo ad mille venialia: quia homo debet ſolum ꝓ eis ſolutionem pene.

Alia poſitio contradictoria ſecūde cōcluſioni tenet: ꝙ veniale nō dimittitur in inferno ſi iūgatur cum mortali: ⁊ hoc eſt de per accidēs propter cōiunctionem alterius: de per ſe enī debetur ei pena finita. Sed contra hoc dices. ſi quis decedat cū originali ⁊ veniali: is punietur in inferno ꝓ aliquo tempore: ⁊ tandeꝫ ab inferno liberabit̄: ⁊ ibit ad limbum puerorum. ꝙ punietur ꝓ tempore in inferno/ probatur. quia non punietur illo tēpore ī purgatorio: nā purgatorij erit finis. nec punietur in libo: quia illic ſolum puniuntur paruuli pena dāni. Respondet̄. quicquid ſit de liberatione eius a tali ſitu ſemper manebit damnatus pena dāni. vbicūqꝫ enī quis poſt hanc vitam punitur: ibi eſt eius infernus/ vel purgatorium. cōcedo tamē ꝙ de loco in locū variabitur: ⁊ min⁹ in fine punietur q̃ ab initio puniebatur. ⁊ quia beatus Thomas negat caſum: amplius deducit̄ ī ſecūdo poſſibilis: ⁊ ad ipſum reſpondetur.

Contra hanc poſitionem arguo. decedat Sortes in veniali ⁊ mortali/ vel illud veniale delebitur in alio mūdo/ vel non. ſi primum/ habetur ꝓpoſitū. Si nō deleatur: ſortes habēs originale ⁊ veniale punietur de p̱ ſe pena ſenſus eternaliter ꝓ veniali: cōtra hanc opinionē. imo Sortes nō puniet̄ ꝓ originali pena ſenſ⁹. vt cōiter tenēt oēs. Et cū puniat̄ pena ſenſus eternaliter opꝫ dicere ꝙ veniale per ſe ſit cauſa illius. Rūdetur. dupliciter. Primo negādo caſum in quo quis decedit cū ſolo originali ⁊ veniali/ ſm beatū Thomā/ ⁊ doctorē ſeraphicū. ⁊ cauſa eſt ſm eos q: nō pōt ān annos diſcretionis aliquis venialiter peccare: ⁊ ſi omittat tūc baptizari/ ⁊ nō ſit baptizatus: culpabiliter mortaliter omittit. quare nō dat̄ caſus ſm eos. Sed quia illud falſum exiſtimo/ ideo aliter reſpondeo: admiſſo caſu ꝯſequēter cōcedo ꝙ talis puniet̄ eternal̄r ꝓ veniali ſenſ⁹/ pena quidē ſatis miti quo ad intēſionē/ q: ꝓ ſolo veniali. ⁊ illa pena ſenſ⁹ ē ſola cā ꝑpetuitatis illi⁹ pene ſenſus: ſed non eſt p̱ ſe cauſa illius. Voco illud cām p̱ ſe qd̄ eſt cauſa oī alio ſecluſo: nō ſe moto originali ſi iſte decederet in ſolo veniali/ nō puniret̄ eternaliter ꝓ illo. Originale enī eſt cā ꝑpetuitatis pene. veniale aūt cā pene ſenſus imediata. ⁊ ſic nec veniale eſt p̱ ſe cā ꝑpetuitatis: nec originale cā p̱ ſe pene ſenſus: ſed illorū pctōrū vnio/ eſt cauſa talis pene: lꝫ illa vnio nō ſit aliud ab illis pctīs vnitis. Scdō arguit̄ cōtra candē poſitionē decedat ſortes cū a. mortali. ⁊ b. veniali: ⁊ plato cū c. mortali equali a. vel ſortes

punietur inteſſius ꝙ̃ Plato eternaliter: vel eque inteſe. Si ſecūdum/ non puniet eternaliter ꝓ veniali. ſi primū/ ſignetur: ⁊ ſit illa triſtitia vnus gradus vel medius gradus. ſi ergo Sortes puniet eternaliter acerbiꝰ ꝙ̃ Plato: ſtat ꝙ Cicero faciat mortale equale a. ⁊ adhuc aliud mortale ꝓ quo puniet vnico gradu: quo facto Cicero ſolū eque intenſe puniet cū Sorte ⁊ equaliter quo ad durationē. qd̓ eſt inconueniēs. ¶ Ad ſecūdū admiſſo caſu dico ꝙ Sortes punietur eternaliter intēſius ꝙ̃ Plato: ⁊ equaliter quo ad durationē. et ꝯcedo ꝙ Sortes equaliter puniet cū Cicerone in duratione ⁊ in intēſione graduali: ſed non in ratione offenſe diuine. Ille enim pene ſunt iproportionabiles: quēadmodū pūctum ⁊ linea. de hoc inferius in materia penarū. diſt. xlvj. ¶ Tertio. pono Sortē q̄ decedit ſolū cum tribꝰ venialibꝰ: ⁊ Platonē decedentē cū vno mortali ⁊ duobꝰ venialibꝰ equalibus Sortis. Arguit ſic. deus plus punit Platonē ꝓ ſuis venialibꝰ duobꝰ ꝙ̃ Sortē ꝓ ſuis: imo ſequit ꝙ deus plus punit illū q̄ decedit cū vnico veniali ⁊ mortali: ꝓ illo veniali/ ꝙ̃ vnū aliū q̄ decedit cū mille venialibꝰ. qd̓ negādū videt a miſericordia diuina. ¶ Ad tertiū reſpondet concedendo ꝙ deus plus punit Platonē ꝓ ſuis duobꝰ venialibꝰ ꝙ̃ Sortem. ſed de ꝑ accidēs illa peccata ſunt inequalia: qꝛ Platonis pctā coniunguntur mortali. Et concedit hec concluſio ꝙ deus plus punit aliquem pro vnico veniali iuncto mortali vel originali ꝙ̃ pro quibuſcūqꝫ finitis venialibus. nonne vides ꝙ malus denarius vel nō bonus in ſocietate bonoꝝ a mercatore ſuſcipit: et coniunctus malis cum alijs reijcitur: ſic eſt in ꝓpoſito. ¶ Epilogando: diximus quo modo aliquis decedit cū ſolo veniali vel venialibꝰ: ⁊ tēporarie ꝓ illis punit: et ꝙ culpa venialis poſt hāc vitā dimittit in purgatorio. ad venialis enim deletionem ſufficit penā pati: quā vltor illius infligit. et cū pena venialis ſeorſum ſit tēporaria: ſi coniūgat originali vel mortali: veroſimilius eſt ꝙ deus illā culpā ſolū tēporarie punit in inferno: ⁊ nō acerbius ꝙ̃ ſimilē ſeorſum in purgatorio: licet oppoſitū poſſit defendi ꝓpter hominis ingratitudinē in mortali decedentis. et ſic de ꝑ accidēs venialis culpa eternaliter punit. Et licet exiſtēs in purgatorio poſſit habere cauſas venialiū expiatiuas: vt in hoc mundo: puta cōtritionē vel deteſtationē eorum (de nominibus non refert) vel referre actus in deletionē illoꝝ peccatorum: vel alios actus charitatis habere: tñ cum non ſint in via: veroſimile eſt ꝙ non accelerāt ad gloriā: nec poſſunt ſe iuuare ad hoc illi ſpiritus beati in ſpe: licet nos iuuare poſſimus. oportet enim patiātur penā a deo ſtatutā: niſi a viatoribꝰ iuuētur. ⁊ ꝙ̃uis ponant ſe poſſe iuuare vt liberētur a purgatorio: de exiſtētibꝰ in inferno hoc dicere nequimus. ⁊ cum teneā venialia illic remitti: oportet ꝙ hoc fiat ꝑ tolerantiā pene. cōmunis enim ſchola non admittit ꝙ aliquos actus bonos moraliter eliciāt. ergo eodē modo dico eſſe in purgatorio ⁊ in inferno. Preterea diximus ꝙ poſſibile eſt quēpiam decedere cum originali et ſolo veniali: qꝛ cū primū venit ad annos diſcretionis non tenet ſtatim ſub pena peccati ſuſcipe baptiſmum: ⁊ interea poteſt mētiri iocoſe ⁊ ꝯtinuo mori: cui veniale remittet: et de purgatorio ad limbū pueroꝝ trāſferet. tenēdo autē oppoſitum ſemꝑ puniet pena ſenſus. Petrus Paludanus in. xvj. diſtin. huius. q. j. dicit ꝙ veniale ab originali abolebitur: non autē a mortali. ratio eius eſt: qꝛ habens veniale cum originali poteſt habere bonū actū: nō autē habēs mortale cum veniali. hoc nō placet. Nā cōſequēter ad poſitionē quā imitatur/ non eſt improbabile quin exiſtēs in inferno poſſit habere actū moraliter bonum. Etiā bonus actus vt opinor: in alio ſeculo non tollit veniale. fateor tñ dictū eius non carere ꝓbabilitate. Concludēdo ne te moueat ꝙ diſplicētia quātūlibet remiſſa tollit culpā mortalē: ⁊ non totā penā venialibus debitā: qꝛ tollens maius non ſemꝑ tollit minus. Nam contritio vt vnum tollit totā culpā/ ⁊ eternā penā: ⁊ tñ ſimilis contritio nō tollit penā tēporalē totā ſequentē. pena enim ⁊ culpa ſunt alterius rationis. ſic in propoſito.

## ¶ Diſtinctionis Vigeſimeprime. Queſtio Secunda.

Secūdo loco in hac diſtinctione quero: an ſigillum ſecreti ſit omni modo ſeruādum. Pro queſtionis ſolutione ſcito hoc complexum (ſigillū ſecreti) eſſe ſupius ad hoc complexum (ſigillū cōfeſſionis). nam omne ſigillum confeſſionis eſt ſigillū ſecreti: et non contra. ¶ Hoc premiſſo reſpōdetur affirmatiue ad q̄ſtionē: ⁊ ꝙ tale ſecretum reuelans/ peccat. Probatur ſic. quicūqꝫ cōtrauenit iuri nature peccat: ſeruare ſecretum ꝓximi eſt de iure nature: pariter et diuino. nā Matthei. vij. ſcribit. Omnia quecūqꝫ vultis ⁊c. hoc eſt: nemo debet alteri facere qd̓ nolit ſibi fieri. ſed nemo vellet peccatū ſuum ſecretum alteri detegi. igitur. Preterea Prouerbioꝝ. xj. dicitur. Qui ambulat fraudulēter reuelat arcana: qui autē fidelis eſt: celat amici commiſſum. ⁊ recitatur. v. q. v. Qui ambulat. ¶ Ex concluſione ſequitur ꝙ ſecretum omne fratris cuius reuelatio eſt in eius dedecus: eſt ſeruādū. intelligo ſm̄ dicenda in argumētorum ſolutionibꝰ. ſiue dicat: recito tibi hec ſub ſigillo confeſſionis: ſiue nō. ſed ſi ſic dicat: reuelādo peccatum eſt maius. nam ꝓmiſi ei vel verbo tacere vel virtualiter nutu: ſiue ſit vitium nature: ſiue vitiū anime ab hominis voluntate dependens: ſiue verum ſiue falſum non refert. ¶ Secūdo ſequitur ꝙ ſi reperiā libellum in quo quis ſcripſit ſua peccata: ⁊ illum alicui alteri cōmunicem/ pecco: ⁊ debeo illum libellum vbi ſcripto: nō occurrit lacerare tāꝙ̃ famoſum: vt. C. de libel. famo. l. Si quis famoſum. ⁊ v. q. j. ca. Si qui. immo ſi in libelli principio conſtet de ſecreto: mortaliter pecco ſi ipſe legam. ¶ Tertio ſequitur ꝙ grauiter peccāt illi verſipelles curiales aliorum literas ſecretas aperiendo: ⁊ quiuis alij: niſi habeāt ꝯſenſum interꝑratiuū coꝝ ad quos ſpectant. ¶ Quarto ſequitur ꝙ nemo debet peccatū ſuū ſecretū extra confeſſionē ꝓpalare. probatur: qꝛ nemo debet peccatum ꝓximi ſecretum reſerare: ergo nec ſuum ipſius. tenet conſequentia: quia dato oppoſito conſequentis cū antecedēte: ſequitur hec abſurditas: ꝙ aliquis plus tenetur diligere proximum ꝙ̃ ſeipſum. qd̓ eſt falſum. nam dicitur. ix. Ethicoꝝ. Amicabilia ad alterum: referūtur ad amicabilia in ordine ad nos. et dilectio ſuijpſius eſt menſura dilectionis ꝓximi. Hinc precipit Saluator noſter dicens. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Inſuꝑ peccat q̄ bona ſua ꝓpria diſſipat: vtpote proijciens triticū in aquā: vel domū ꝓpriā cōburēs ſine neceſſitate ⁊ vtilitate. non licebit ergo famā que hec bona exuperat: contēnere ⁊ eneruare.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur ſic. ſcio in ſecreto Sortē vrbē hoſtibꝰ traditurū: vel peſtiferā hereſim ſparſurū in vulgus. ſed ſi nō liceat peccatū occultū iſtius in ſecreto acceptum ꝓdere: vrbs tradet hoſtibꝰ: ⁊ multi innocētes occidētur. cōtra id quod Prouer. xxiiij. ſcribit. Erue eos qui ducūtur ad mortē: ⁊ qui trahūtur ad interitum liberare ne ceſſes. caſte mulieres ſtuprabūtur: ⁊ multa alia flagitia ꝑpetrabuntur. magis autē obligor iſtis periculis occurrere/ ꝙ̃ nō reſerare ſecretum iſtius mali viri. igitur. ¶ Reſpondet. argumentū ſufficienter ꝓbat/ ſeruare ſecretū nō eſſe de iure nature in oēm euentum. imo nullo modo eſt preceptū quādo fortius vinculum ſuperuenit ad oppoſitū obligatorium. vt in propoſito. ⁊ habet. xxij. q. v. c. Hoc videtur. ſi tamē poſſim perſuadere ei vt deſiſtat a propoſito ſuo cōcepto: teneor eius peccatū ſecretum ſeruare: nam ſic alijs ſufficienter ſuccurro: immo ſic vtrūqꝫ preceptū ſeruo. ſed vbi nō poſſum: ſuperiorē adibo/ ⁊ iſtū ſceleratum nominatim manifeſtabo: etiam ſi iureiurādo affirmaſſem ei ſeruare oīa que mihi dixerit ſecreta: ⁊ poſt ea mihi mentē ſuam de cōcepto ſcelere aperuiſſet: quia intelligitur iuramentū meum: niſi fortiori vinculo obliger ad manifeſtandū. ſed ſi iurarem ei poſt ſceleris manifeſtationem me illud nemini proditurū: incaute iurarem: ⁊ per conſequēs non obligarer illud iuramētū ſeruare. Ex quo pꝫ per locum ab oppoſitis/ ꝙ ſi religioſus ſciat peccatum occultū fratris ſui quod nec tēdit in dānum corporale nec ſpirituale aliorum: nō debet illud abbati etiā precipiēti ſub pena excōmunicationis detegere. ¶ Secūdo arguitur. ſi ſim interrogatus ſuper occulto peccato. Sortis quod ſolus ſcio/ a iudice: ⁊ iurem dicere veritatē: teneor tunc propalare peccatum occultū Sortis. iuxta illud quod ſcribit Leuitici. v. Si peccauerit anima/ ⁊ audierit vocem iurātis/ teſtiſqꝫ fuerit ꝙ ipſe vidit/ aut cōſcius eſt/ niſi iudicauerit portabit iniquitatem ſuā. vbi Nicolaus Lyranus dicit. in Hebreo habetur. Si audierit vocem iurati: qua ſcilicet adiuratur dicere veritatē. ¶ Reſpōdet ſicut dicit Nicolaus: illic eſt ſermo de iudicio exteriori: ⁊ per cōſequens peccatuꝫ nō eſt penitus occultū. ſi enim ſit peccatū penitus occultum/ quod ego ſciam ſolus: dicam iudici ꝙ tranſcendit rationis limites talia querendo. ⁊ licet dicā me nihil ſuper hoc ſcire: intelligens in mente ad ei ſignificandum: nō pecco nec mentior: nec proprie fallo. ꝙ non mētiar pꝫ ſic. ſolus ille mentitur qui vnū ore vel ſcripto enunciat: aliud habens in mēte. ⁊ vt vulgo dicitur/ mentiri eſt cōtra mentē ire. qualiter tamen hoc verū/ alibi tangitur. ſꝫ ille aſſentitur ſicut profert cum expreſſione quā addit ī mente. Et eodē modo poteſt reſpōdere religioſus patri abbati querenti in caſu corolarij in fine argumenti precedentis illati. ꝙ non fallat ꝓprie/ patet: quia fallere vt in primo diximus/ deformitatem importat: ⁊ propterea dicēs quod licite dicere poteſt nō fallit. quo mō Iacob non fefellit: ſed pater ſeipſum fefellit. ¶ Tertio arguit vulgariter fertur excōmunicatio in oēs qui ſciunt impedimentum affinitatis vel conſanguinitatis inter matrimonio cōiungendos: vt in eccleſia audis. ſed interdū nō poteſt impedimentū oſtendi niſi detegatur peccatū occultum fornicationis ſponſi vel ſponſe: ergo in illo caſu teneor peccatū occultū ſponſi vel ſponſe ꝓdere. ¶ Rñdetur. ſi ſciam tale impedimentum/ debeo ſecrete adire illum qui peccatū commiſit: ⁊ dicere ei ſeorſum alijs inſcijs peccatum illud gratia cuius inter eum ⁊ Bertam non poteſt eſſe matrimonium ob affinitatem talē vel talem. ſi Berta crimen cōmiſit: id idem in ſecreto aperiā. forte enī ipſa credit ꝙ hoc matrimonio ante diſpenſationem non repugnat. ꝙ ſi a matrimonio deſiſtere noluerit crimen occultū dicam ſuperiori vel illi qui poteſt matrimonium cōtrahēdum impedire. ⁊ hoc ſi ꝓbare poſſim: alioquin quieſcā. hoc aūt fit ne cōtinuo maneant in peccato. quare rationabilē cauſam habeo occultū peccatū ſtantibus his circūſtantijs detegēdi: vt alia peccata impediam. ¶ Quarto arguitur. mulier tenebatur peccatum occultū zelotypie reſerare: vt precipit Numeri. v. Nam cum mulier ſuſpecta erat de adulterio/ quod non poterat aliunde in foro exteriore ꝓbari: maritus eā ad ſacerdotem adduxit: offerēs pro illa decimā partem ſati farine hordeacee: nec imponi debuit thus neqꝫ oleū: quia ſacrificium zelotipie eſt ⁊ oblatio inueſtigās adulterium: ac debuit ſacerdos ſcribere in libello maledicta in eam ſi polluta fuiſſet ⁊ cōmixta viro alieno: vt putreſcat femur ⁊ tumens vterus diſrūpatur: vt ſit in exēplū populo Iſrael. ¶ Reſpōdet. quia populus ille quibuſdam vitijs deditus erat. vt ī ꝓpoſito mulierū exceſſiuo amori/ ⁊ inordinato homicidio: vt ex varijs ſcripture locis legimus: propterea deus eis quo ad aliqua ꝓ tēpore illius legis cōdeſcendit vt in propoſito ne occiderent vxores: ad quas occidēdas ob amorem inordinatū procliues erāt hāc legē ſeruatam voluit/ ⁊ miraculoſe deꝰ illud peccatum detegebat. Nobis aūt dedit leges multas/ ſcꝫ nature/ quas in cordibus noſtris tanꝙ̃ in ſilice ſculpſit: ac alias poſitiuas leges: ⁊ in iſtarum multis diſpenſauit: vt in homicidio innocētis Sanſonis iudicū. xvj. Sic ī ꝓpoſito de peccato hoc occulto quod debuit a muliere reſerari muliere inquā Hebrea. aliarū enī nationum mulieres etiā illo tempore ad hoc non obligabātur: nec alique in mūdo hodierno die. ¶ Ecce ꝙ̃ graue ſit peccatum/ occultum fratris ꝓdere: niſi vbi homo hꝫ preceptum aliunde cui aliud preceptum cedere debet. Interduꝫ tamen non eſt facile iudicare quod preceptū alteri cedere debeat: nōnunꝙ̃ facile. vnde hoc dico: ꝙ vtilitas mea vel proximi nō eſt cauſa ſufficiens ad hoc vt peccatum fratris detegam. quod probo: quia non lꝫ auferre bona fortune proximi ob mea vel ꝓximi vtilitatem: ergo nec famam. patet conſequentia. quia illis bonis preſtat fama. antecedens manifeſtū eſt ex Aug. xiiij q. quinta. cap. Forte. ⁊ ex Grego. j. q. j. cap. Non eſt putanda. Sed ſi prodere peccatū occultū fratris ſit neceſſarium pro ſalute ſpirituali vel corporali aliorum innocentum: ne iniuſte opprimantur: poſſum illud reſerare: vt in ſolutione primi diximus. Vlterius ex dictis in. xv diſtictione. queſtione. xvj. ſequitur. ſi ſocius meus ⁊ ego impoſuimus Sorti aliquod falſum crimen: teneor illud reuelare reſtituendo Sorti ſuam famam: et per conſequens reuelo occultum peccatum cōplicis mei. nimiꝝ proprium etiam pando. Preterea ſequitur. ſi ſolus ſciā Sortem equum abſtuliſſe: quod Platoni imponitur: ⁊ ꝙ occidetur niſi peccatum occultum Sortis detegam debeo illud manifeſtare: vt vitam innocentis ⁊ famā protegam. ſicenim Daniel vitam Suſanne ſeruauit: occultum crimen ſacerdotum reuelando. Danielis. xiij. ratio eſt quia plus ponderanda eſt innocentis vita: vel etiam bona fama/ ꝙ̃ nocentis. Inſuper contingit dare occultum peccatorem fama indignum: cuius tamen peccata ſi detegam: iniuſte ago. vt occultus hereticus eſt dignꝰ qui bona perdat: ⁊ tamen non poſſum ante ſententiā datam ⁊ publicationem/ eius bona auferre. Sequitur preterea ex ſolutione ad primuꝫ: ꝙ ſi ſit vnus vel plures fures vel latrones incorrigibiles/ poſſum eorum furta et latrocinia occulta reuelare vt innocentum vitas protegam. ſecus ſi ſint corrigibiles: vel conſtet de correctione niſi ſpeciali ordine iuris ſeruato de illis ſpecialiter ⁊ nominatim interroger: quia iam teneor veritatem dicere. Vltimo notandū eſt ꝙ homo tenetur ſeruare famam ꝑſone cum qua peccauit: niſi illius perſone detectio requiratur ad peccati proprij cōfeſſionem. Ratio eſt: nā alioquin reuelabit ſine neceſſitate peccatum occultum proximi quod eſt vetitum.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeprime.
Queſtio Tertia.

TErtio circa hanc diſtinctionem queritur: an ſacerdos teneatur celare peccatū ſibi in confeſſione detectum. ¶ Reſpondetur ad q̄ſtionem affirmatiue. probatur ſic. omne ſecretū de neceſſitate eſt ſeruandum: ſed omne peccatum in ſigillo cōfeſſionis detectum eſt ſecretum: ergo omne tale eſt ſeruādum. antecedens patet ex queſtione precedenti. et conſequētia eſt in barbara. Secundo probatur idem: quia illud eſt de iure nature/ diuino/ et humano ſtrictiſſime prohibitum: ergo eſt ad vnguem ſeruandum. de iure nature conſtat ex queſtione precedenti. et de iure diuino/ vltra legem nature patet: quia alioquin eneruaretur preceptum diuinū de confeſſione facienda. quis queſo ille eſt, qui ſciret ſuū peccatum occultum proprie fame denigratiuum detegendum/ id alteri referaret? De precepto autem humano patet de peniten. et remiſ. ca. Omnis vtriuſq; ſexus. vbi de ſacerdote dicitur. Caueat autem omnino ſacerdos ne verbo aut ſigno aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed ſi prudentioris cōſilio indiguerit: illud abſq; vlla expreſſione pſone caute requirat: quoniam qui peccatum in penitentiali iudicio ſibi detectum preſumpſerit reuelare: non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decernimus/ verū etiā ad agēdā perpetuā penitentiā: in arctum monaſterium detrudendum. Tunc ſic. peccatum quāto pluribus deformitatibus eſt inuolutum: tāto eſt peius. ſed ſigillum confeſſionis aperiens illis deformitatibus inuoluitur. igit̄. Peccatum nāq; in confeſſione auditum reuelare nedum eſt peccatum: ſed grande valde et inſolitum: hominum a lege diuina de cōfeſſione facienda/ maxime impeditiuū. Ex quo patet longe maius eſſe peccatum contrauenien do ſigillo confeſſionis q̄ ſigillo ſecreti nudi/ ſiue non confeſſionis. Poteſt tamen ſacerdos dicere: hunc vel illum in confeſſione audiui: nō nominādo eius peccata in ſpeciali. vel dicere poteſt. audiui a. peccatum in confeſſione. vt habetur in textu allegato. ⁊ in. c. Officij. eiuſdē tituli. vbi papa non reprehendit legatum petentem conſilium de peccato qd̄ aſſerit in vniuerſali ſe in confeſſione audiuiſſe. Non tamen poteſt dicere copulatiue: audiui a. peccatum illius in confeſſione.

¶ Contra hāc cōcluſionem argumentor. poſſum dicere: audiui peccatum Sortis in cōfeſſione: ſemper loquor de poſſe iuris ⁊ non facti. ergo hoc vel illud: demonſtrando ſuperbiam vel iram. conſequentia eſt deſcenſus ſuppoſita conſtātia: et antecedēs licitum: ergo conſequens eſt licitum. Forte dicis: ⁊ ita reſpondēdum eſt: conſequentia eſt bona: ſed antecedens eſt eque illicitum vt ipſum conſequens propter defectum cōſtātie. etiam nego ꝙ liceat dicere. audiui peccatum iſtius in cōfeſſione. ſtat enim ꝙ nullum habeat peccatum: nec mortale nec veniale ſibi occurrens poſt vltimam confeſſionem: et tamen ſatiſfaciat precepto. huic enim non repugnat auctoritas beati Joannis. prime Joānis pmo. Si dixerimus quia peccatum non habemus: nos ipſos ſeducimus: ⁊ veritas in nobis non eſt. nā ſtat virum eſſe in nullo peccato vel non habere peccati memoriam: qui tamen male ageret dicēdo ſe nō eſſe in peccato. Ex quo patet ꝙ nō poſſum dicere: audiui grādia peccata iſtius in confeſſione. et licet apparenter cōcedatur: audiui peccata iſtius in confeſſione: ergo mortalia vel venialia: nō tamen eſt concedenda vna pars illius diſiunctiue.

¶ Secundo arguitur. ponendo ꝙ Sortes ⁊ Plato conſpirent pariter ad occidendum Ciceronem ſacerdotem in nemore: et ante nemoris ingreſſum Sortes hoc preſbytero confiteatur: aſſerēs hoc certum ꝙ ſi ingrediatur nemus: occidetur a Platone. Iſto caſu ſuppoſito arguitur ſic. vel Cicero preſbyter nō intrabit nemus: et ſic Plato reputabit eum confeſſionis reuelatorem: quia ſciebat Plato ꝙ preſbyter nemus intraſſet niſi Sortes ei fuiſſet confeſſus: et hoc etiam ſcit Sortes. Si dicas pſbyter intrabit nemus: tūc occidet̄. ¶ Reſpondetur. ſtante toto caſu preſbyter non tenetur nemus intrare: ſed poteſt retrocedere dicens ſe habere neceſſariū negocium in villa aliqua vel loco alio: et hoc eſt verum: nec mentitur ſi ita aſſentiatur: quia hoc eſt ei neceſſarium pro ſua vita ſeruanda. et nego ꝙ ſit ꝓditor cōfeſſionis: licitum enim eſt viro facere aliquid indifferens qd̄ de per ſe non detegit audita in confeſſione: licet aliquib⁹ ex aliquo preſuppoſito ſit magis determinatū ſignum reuelande confeſſionis q̄ contrarij: quia hoc nō prouenit ex parte eius qd̄ fecit. Et eodem modo reſpondetur de abbate habente religioſum priorem extra monaſterium: vel aliud officium habentem/ religioſum inquā negocioꝝ ſollicitatorem vel huiuſmodi: ⁊ ſciente ex confeſſione ꝙ ille prioratus vel officium ſit contra ſalutem anime eius. Si enim poſſit ex cōſuetudine imponere et deponere ad nutum priorem et inſtituere quos velit: poteſt ipſum exauthorare: quia licet cognouerit ineptitudinem et perditionem eius per confeſſionem: tamen indifferēs eſt ſic eum exauthorare: quia aliūde poteſt prouenire cauſa eum exauthorādi: ſcilicet volūtas ſuperioris: vel fingere poteſt aliquē alium caſum in foro exteriore honeſtum/ dicendo/ quia eſt īduſtrius vult vt habeat tale officium in cenobio: aut vult ei honorem impartire. et hoc ſi non poſſit aliter perſuadere vt ſua ſponte officium relinquat. qd̄ prius tētādum eſt. varias nāq; rationes poteſt excogitare ad hunc remouendum ab officio ſine confeſſionis detectione. ſi vero nullā aliā inuenire poterit: potius ſubditum in peccato relinquat q̄ ipſe confeſſionem detegat: quia inuitus alium pmittit permanere in officio. Eodem modo dicatur ſi cognoſcam aliquem inutilem in epiſcopatu per confeſſionem qui in exteriore homine apparet bonus et idoneus. poſſum nāq; alium eo relicto eligere: quia ꝙ eum non eligā poteſt multis modis prouenire. Forte enim alium eque idoneum iudicor plus diligere: vel multis alijs modis. licet notitia peccati occulti in confeſſione ſit cauſa per quam in iſtius inidoneitatem deuenio. et ita ad ſimiles caſus dicatur.

¶ Tertio arguitur. confitens dare poteſt facultatem confeſſori ſuum peccatum reuelandi: ergo in aliquo caſu reuelare licet. conſequētia tenet: quia tota ratio illiciti eſt ne detegatur peccatum occultū confitentis contra eius voluntatem: qd̄ hic non contingit. ¶ Reſpōdetur. Beatus Tho. hoc concedit et ſequitur Paludanus: mihi autem nō placet. propterea nego antecedens. et ſi det quantum in ſe eſt facultatem referandi: confeſſor illa facultate vti nō poteſt. ratio eſt: quia illud nō ſolum eſt in preiudicium iſtius: ſed totius reipublice Chriſtiane: et in fractionem diuine legis. ſicut clericus non poteſt licite conſentire vt ducat̄ ad forū laicale. de fo. compe. c. Si diligenti. quia hoc eſſet contra libertatem eccleſiaſticam. Item ſi hec confeſſionis reuelatio eſſet licita: iudex paſſim cogeret confitentem dare confeſſori facultatē referandi hoc qd̄ in confeſſione audiuit. et vbi eſſet prolatio ſemiplena: ferre poſſet ſacerdos teſtimonium contra confitentē: qd̄ eſſet cauſa non plene confeſſionis faciende. Non placet qd̄ iſte neotericus doctor dicit: ꝙ celatio ſecreti confeſſionis eſt per ſe et primo in fauorem priuatorum. quemadmodum ſigillum ſecreti et priuilegium fori quo ad clericos eſt per ſe et directe in publicum fauorem. Dicit inſuper nullā rationem ſibi videri quare licentiam iuri ſuo quis renunciare poſſit quo ad ſigillum ſecreti: quin idem ſit de ſigillo confeſſionis. Falſum eſt enim primum dictum eius: ꝙ celatio ſecreti in confeſſione eſt primo et per ſe in fauorem priuatorum: immo eſt primo et per ſe in fauorem totius reipubli. ſeu communitatis. Inſuper illud eſt de iure nature/ diuino/ et humano. qd̄ nō putatur a multis eruditis viris de iudicio clericorum: vt in vna ſolutione dominus Duns tenet in. xiij. diſti. iiij. et Ockam in dialogo. ſed de hoc alias. Secundum etiam motiuum eius minus apparens eſt. nam conſequentia nihil valet: ſtrictius enim obligat ſigillum confeſſionis q̄ ſigillum ſecreti nudum: vt ipſe bene concedit. Secundo nego antecedens. nam ſi dixi in ſecreto Sorti peccatū meū extra confeſſionem fame mee denigratiuum: et tyrannus cogat me dare ei facultatem referandi: vel ſi ego ipſe mea ſponte eum ad hoc rogem: dicere non debet: ſed me permittet dicere ſi velim. Sed dicis. tyrannus poteſt cogere confitentem dicere ſacerdoti peccatum extra confeſſionem qd̄ audiuit in cōfeſſione. hoc nego. cum enim penitens nō fateatur ſuum peccatum occultum coram tyranno: indicium eſt etiam ꝙ non propalabit ipſum ſacerdoti extra confeſſionem. Et licet ſacerdos reuelans confeſſionem vltra graue peccatum qd̄ cōmittit: debeat puniri ſm penam ſtatutā in. c. Omnis. tñ ſi aliq̄s laicus tale peccatum a ſacerdote audiat: vel in confeſſione inopinate vel ex induſtria: vel aliter: non eſt hac pena puniendus: ſed tenetur ſeruare ſecretum ſub pena maximi peccati mortalis. ⁊ ſi Sortes illud peccatum dicat Platoni/ et Plato Ciceroni/ et Cicero Joāni: et ſic mille alijs: quilibet tenetur illud ſeruare ſecretum: licet non poſſint pena. ca. Omnis. puniri: ſed aliqua alia arbitraria ſm diſcretionem eorū ad quos pertinet: et debet eſſe multū grauis vt ceteris ad multos dies cedat in exemplum.

¶ Quarto arguitur. ponatur ꝙ aliq̄s dicat ſe facturum multa mala: illud licet reuelare: quia non eſt dictum in foro penitentiali. Similiter ſi quis dicat ſe hereticum: et ꝙ alios intendat inficere: nemo tenetur illud celare: quia aſtringitur ad oppoſitū fortiori vinculo: vt in queſtione precedenti diximus. Reſpōdet Innocentius/ et Panormi. in. c. Omnis. de peniten. et remiſ. inſequitur. ꝙ ſacerdos tale crimen in confeſſione auditum poteſt propalare. ſed hoc eſt male dictum. nā ſic aperiretur alijs via dicendi ſe talem caſum audiuiſſe/ aſſerturis ꝙ volebat confitens malum facere: ⁊ ꝑ conſequens liberum eſſet eis peccata ſecreta alterius detegere: et retraherentur per hoc homines a confeſſione. ſicut populus Iſrael propter peccatum Ophni et Phinees retrahebatur a lege. j. Regum. ij. Eodem modo de hereſi. huius enim carminis iniqua et diabolica eſt ſententia. Hereſis eſt crimen qd̄ nec confeſſio celat. q: nullum peccatum in confeſſione auditum eſt dicendum: ſiue confitens peniteat ſiue non: nec in vita: nec qd̄ ampli⁹ eſt/ in morte: quia mortuo et ſuis infamia obijceret̄. multi nāq; multa egregia et preclara faciunt: allecti etiam gloria mortē ſecutura: licet gloria non ſit finis vltimus: ſed deus. idcirco homines ab infamia etiam poſt mortem procul eſſe ſtudent. vt habetur ex. c. Perlatum. de his que vi me. ve. cau. fi. ergo ſi liceret poſt mortem peccatum occultum referare: homines retraherentur a cōfeſſione complete facienda in vita. Sed vbi confitēs cōfeſſori reſtitutionem relinqueret in morte ſuis liberis faciēdam: eſt difficultas an confeſſor poſſet illud heredibus ſignificare. licet enim reſtituere non ſit peccatum: ꝑ hoc tamen deuenirent alij in notitiam peccati. Credo ꝙ in generali poteſt eis dicere: reſtituite talia ſi defuncti animam diligitis. non ꝙ heredes poſſint animā eius ab inferno tollere vel celo reddere: ſed purgatorij tempus abbreuiare. nec dicet ꝙ illud in confeſſione audiuit: ſed conſulet eis tanq̄ vir prudēs. vel capiat iſtud dicēdum extra confeſſionem. ¶ His dictis reſpōdeo ad pūctum argumenti: fortiori vinculo obligor propalare hereſim q̄ celare peccatum occultum iſtius in cōfeſſione auditum: vt in queſtione precedenti dictum eſt de ſigillo ſecreti. negādo aſſumptum: quia nullum ē preceptum ab iſto abſoluens ſeu deobligās quodcūq; ſit illud: quia ſi liceret propalare hereſim in confeſſione: mali ſacerdotes quādo vellent aliorum peccata ſecreta pandere: fingerent confitentem hereticum. et ſic hec lex dei de confeſſione faciēda ſemel in vita: vel eccleſie ſemel in anno: raro complete ſeruaretur: quia ipſa eſt multis difficilis et potiſſimum verecundis. nullum igitur preceptum occurrit cui illud cedere debeat. ſed ecōuerſo huic quodlibet aliud occurens dat locum ⁊ deſinit eſſe preceptum: quia inter precepta rationabilia nunq̄ eſt bellum. licet interdum primo aſpectu videantur contra ſe acies oppoſitas moliri. Ex quo patet ꝙ longe ampli⁹ ⁊ ſtrictius ſeruandum eſt ſigillum confeſſionis q̄ ſigillum ſecreti. hoc enim alijs preceptis in caſu dat locū: illud vero nulli retrahit pedem: ſed inuiolabile permanet. ſicut in arce hominib⁹ vtiliſſima et neceſſaria: ab hoſtib⁹ obſeſſa: vbi grauior eſt inſultus: opus eſt fortiore muro: adamātino: ⁊ inuiolabili ſi haberi poſſit.

¶ Quinto arguitur. ponatur caſus ꝙ ſacerdos ſciat Sortem feciſſe a. crimen: qd̄ audit in confeſſione: ſacerdos poteſt a. crimen etiā in iudicio pandere: et tamen eſt peccatum in confeſſione auditum: ergo licet peccatum in confeſſione auditum reuelare. ꝙ poſſit a. detegere. patet: alioquin Sortes malefactor ſi deprehēdat ꝙ vnus ſacerdos vel plures ſuum crimen percipiāt: poterit a. vni ſacerdoti ſi viderit: vel pluribus ſi viderint cōfiteri: et ſic occultabitur factum dolo malo qd̄ reipublice expedit reuelare. ¶ Reſpondetur. caſu admiſſo ſacerdos poteſt contra talem deponere: et dicere ſe vidiſſe eum hoc facientem: ſed non niſi pro neceſſitate vel vtilitate: vel ſi iurauerit dicere veritatem ſed caueat dicere: ſcio hoc per confeſſionem: vel hoc audiui in confeſſione. cum enim dicit ſe vidiſſe: iam recitat cognitum alia via q̄ per confeſſionem. nec dicat: ſcio hoc extra cōfeſſionem: licet ſit verum: ne fimbrias confeſſionis lacerare videatur. nec per iſtud datur ſacerdotibus via frāgendi ſigilli ſecreti: cū abſq; confeſſione viri Belial poſſent contra innocentes equaliter falſa crimina confingere. Ex qua ſolutione ſequitur ꝙ peccatum auditū in cōfeſſione licet detegere. qd̄ patet arguendo expoſitorie. hoc peccatum licet detegere: hoc peccatum eſt auditū in confeſſione: ergo peccatum in confeſſione auditum licet detegere. ſed non detegitur per notitiam que habetur ex cōfeſſione. Vlterius ſequitur ꝙ hec illatio eſt inualida. confeſſor nō poteſt reuelare hoc crimen ex notitia quā habet ex confeſſione. ergo hoc crimen reuelare

non poteſt. Unde hic notato ꝙ ſi ſemiplene homo aliq̄d intellexit extra ꝯfeſſionē: et plene in ꝯfeſſione totū negociū cognouit: nō poteſt amplius exterius detegere q̄ȝ in foro exteriore nouit. hoc eſt ſm̄ notitiā ſemiplenā teſtimonium deponet. Si aūt ꝯfeſſor ſit prudēs: in initio cōfeſſiōis pōt ꝯfitēti dicere. pctm̄ tuum extra ꝯfeſſionem ſcio. vidi te calicē ſubtrahētē: ⁊ de te eſt mala ſuſpicio. ſi iuridice ex me de te q̄rat̄: habeo fidele ferre teſtimoniū. Et eodē mō ſi q̄s de aliquo crimine ſuſpectus: aut reus: timēs ꝙ ep̄s ſit ꝯtra ſe ꝓceſſurus vt ſe puniat: ipm̄ adeat dicēdo ei crimē illud in ꝯfeſſiōe vt penā euadat: ep̄s dicet ei. hoc pctm̄ nō recipio ſub ſigillo ꝯfeſſiōis ſeruādū: nā ſup̲ hoc publice accuſaris. bñ tñ facis ſcelꝰ cōfitēdo. Et debet eū ep̄s a culpa abſoluere: quo nō obſtāte poterit cōtra eū inquirere: ⁊ eū cōuictū punire ſm̄ exigentiā delicti. vt pꝫ p̲ no. in. c. De his. de accuſa. ⁊. xxxiij. q. ij. ca. Admonere. Licet etiā ep̄s non ꝓteſtatꝰ fuerit ſe hoc nō accepiſſe ſub ſigillo ſecreti ſeruādū: pōt nihilominus illud pctm̄ audire vt ꝯfeſſor: ⁊ eū abſoluere: et vltra hoc tāq̄ȝ iudex ꝓcedere ad correctionē eiꝰ q̄ delictū cōmiſit: nullum reſpectū habēdo ad illā ꝯfeſſionē. Sed ſi ſolum ſciat delictum p̲ ꝯfeſſionē: nullo mō pōt ꝓcedere ad punitionem aliam a penitentia fori interioris ⁊ ſecreti.

¶ Sexto arguitur. ponatur confitens abſcindēs p̄ſbyteri burſam in ꝯfeſſione: ſi teneat̄ tacere hoc in ꝯfeſſiōe acceptū: carebit ſua pecunia: qḋ nō videtur dicēdū. ergo detegere poteſt illud crimē occultum. ¶ Rñdet̄. aut ꝯfitēs ꝯfitet̄ de hoc ꝙ burſam ſacerdotis abſtulit: aut nō: ſed p̄ſbyterꝰ id alia via dep̄hēdit: ſi ſcḋm: p̄ſbyter pōt illud reuelare: ſiue eū dep̄hēdit tp̄e quo furtū cōmiſit ſiue nō ſed poſtea. rō eſt: q̄ȝ non habet illud in ꝯfeſſiōe detectū: licet tp̄e ꝯfeſſiōis burſam alter abſtulerit. ſi p̄mū: hoc eſt dupliciter: aut cū hoc p̄ſbyter alia via p̲ indiciū a ſenſibꝰ acceptū hoc dep̄hēdit: puta p̲ tactū/ vel viſuꝫ: aut ſolū p̲ ꝯfeſſionē. ſi p̄mū: patet ſolutio ex argumēto īmediate p̄cedēti. ſi ſcḋm: vtpote ſi facta cōfeſſione ſacerdote parato abſoluere: ꝯfitens dicat: expecta dñe curate: adhuc remanet vnū pctm̄ ꝯfitendū: furatus ſum tibi burſam tuā: cōfiteor illā culpā: ⁊ nolo ꝓ nūc reſtituere: illud mēbrū eſt magis ambiguum: et hincinde poſſunt eē rōnes oppoſite. ſed opinione mea illic tacēdū eſt: nec reſtat alia via p̄ſbytero niſi eū admonendo vt reſtituat/ vel poſtea in gn̄ali admonēdo/ ⁊ excōmunicādo in gn̄ali: vel clāculū capiēdo de rebꝰ iſtiꝰ furis ſi poteſt. Sed ſi cōfiteat̄ ſe habere equū vel anſeres p̄ſbyteri: pōt cōfeſſor ſimulata opportunitate facere iter p̲ loca illa: ⁊ habere viā in foro exteriori ad equū: ⁊ ipm̄ auferre: ſi inueniat: ac ſibi vēdicare. ſicut diximꝰ in ſolutiōe ad argumētum de īgrediēte nemus. Sed dicis. dūmō ꝯfitēs nō ꝯfiteat̄ de ablatiōe burſe: p̄ſbyter poteſt īquirere in foro exteriore de burſa vt diximus. ſed ponamus ꝙ ꝯfitēs dicat: licet ſit falſum: ꝙ hoc ei reuelauit in cōfeſſione: et ꝙ p̄ſbyter ſit reuelator ꝯfeſſiōis. Hic q̄rit̄ cui credēdū ſit vtrobiq̄ȝ: q̄ñ p̄ſbyter dicit ſe ſcire caſum aliūde q̄ȝ p̲ confeſſionē: ⁊ ꝯfitēs dicit oppoſitū. Rñdet̄. in talibꝰ oībꝰ ſi ꝯfitēs iponat ꝯfeſſori ꝙ aliq̄d reuelauerit qḋ ꝓbare non pōt: illic ſtādū eſt. cū eñ actor ꝯtra reū nihil ꝓbat: reus abſoluendꝰ eſt ab īpetitiōe accuſantis. ſi ꝟo ꝯſtet ꝙ ꝯfeſſor crimen reuelet: ſed dicit ſe extra ꝯfeſſionē illud intellexiſſe: ſi nō ꝓbet illud: p̄ſumit̄ in ꝯfeſſione audiuiſſe. nō tñ debet puniri (cum nō ſit cōuictus) pena ſtatuta in. c. Omnis. de peniten. ⁊ remiſ. ſed arbitrium iudicis.

¶ Septimo: ſupponatur ſicut moris eſt: prius q̄ȝ Sortes ⁊ Berta matrimoniū ꝯtrahūt: ꝯfitētur curato: in qua ꝯfeſſione curatus intelligit aliqḋ īpedimētū gr̄a cuiꝰ nō pōt īter ipſos ꝯtrahi mr̄imoniū: vtpote affinitatē ob fornicationē occultā cōmiſſam: vt in argumēto p̄cedēti tetigimꝰ. tunc ſic: vel ſacerdos cōplebit mr̄imoniū: ⁊ ſic coop̲at̄ pctō eoꝝ: q̄ȝ ſcit non eſſe mr̄imonium: ⁊ p̲ ꝯñs ꝙ peccāt manēdo ſimul: ⁊ ꝙ cōmittit̄ ſimplex fornicatio vel inceſtus. ponat̄ ꝙ ſit inhabilis p̲ſona ꝯtrahēs. ſi nō cōpleat mr̄imoniū: oportet oſtēdere cām: ⁊ nullā īueniet niſi reuelet caſum hūc in ꝯfeſſione auditū. ergo ſecretū ī ꝯfeſſiōe auditū licet publice detegere. ¶ Ad ſeptimū dico ꝙ ad miſſo caſu p̄ſbyter debet facere quātū in ſe eſt: vt p̲ſona rōne cuiꝰ ꝓuenit īpedimētū: nō ꝯtrahat: ⁊ aliquā honeſtā excuſationē ꝯtrahēdi effingat. ꝙ ſi deſiſtere noluerit: debet ſacerdos ſi eſt curatus ad quē ſpectat officiū eos ꝯiūgēdi: ꝓ eo tp̄e eos ꝯiūgere mr̄imonio. ⁊ nego ꝙ eorū pctis coop̲et̄ vbi facit qḋ in ſe eſt ad hoc vt non ꝯtrahāt: ⁊ diſplicet ei ꝙ ꝯtrahāt: ſed q̄ȝ nō habet excuſationē in foro exteriori q̄re nō debeat cōtrahi matrimonium: eos coniungit. et ita ad ſimiles caſus dicendum eſt.

¶ Octauo: ponatur ꝙ Sortes abſoluit aliquē in ꝯfeſſiōe: hoc eſt fecit more abſoluētis: ſed peccauit/ abſoluendo quē abſoluere nequibat. ponat̄ ep̄s q̄ ſimoniace ep̄atū habuit: quē ab hoc abſoluit. intelligēs poſtea ſe male egiſſe: nō pōt ꝯfiteri pctā ſua niſi hoc peccatū detegat qḋ eſt in ꝯfeſſiōe auditū: ponat̄ ꝙ ſit ſuſpicio de ep̄o ipm̄ eē ſimoniace ꝓmotū: ⁊ ꝯſtet de illo ſacerdote ꝙ eū audiuerit ⁊c̄. pone oīa que caſum promouēt. ¶ Rñdet̄. ſi ſimilis caſus euenerit: q̄rat ſacerdos cōfeſſorē q̄ de illo caſu nihil nouit: et q̄ iudicio veroſimillimo nihil vnq̄ȝ poſtea ſup̲ hoc itelliget: q̄lē ſi nō poſſit īuenire: q̄ȝ forte eſt claudus: vel in carcere detentꝰ vel ꝓxime moriturꝰ: ⁊ nō poſſit ꝯfiteri ſuā culpā: qui in aliū ꝓdat: in illo caſu non tenet̄ illud pctm̄ ꝯfiteri. nā p̄ceptū eſt affirmatiuū ꝯfiteri ſingula pctā ꝓ loco ſolū ⁊ tp̄e. Ubi enim occurrit fortius vinculū: vtpote de occulto in ꝯfeſſione detecto ſeruādo: nō tenet̄ vllo pacto hoc cōfiteri. multa enim concurrunt ad hoc/ videlicet ſeruare peccatum ſecretum epiſcopi: ſeruare ſecretum in confeſſione auditum. Sed contra hoc inſto. ergo ſi q̄s cognouit ſuā filiā vt Loth/ vel ſororē: nō pōt vnq̄ȝ ſup̲ hoc ꝯfiteri: q̄ȝ p̲ſonā cū qua peccauit detegeret cōtra ius nature. Rñdet̄. hic caſus eſt ambiguus: nō eñ ſufficit dicere: cognoui ꝯſanguineā: q̄ȝ cognoſcere ſororē eſt multo grauius pctm̄ q̄ȝ cognoſcere aliquā in quarto gradu ꝯſanguinitatis. Dicis. ſi habeat filiā/ ſororē/ ⁊ matrē/ ſufficit dicere/ cognoui vnā in p̄mo gradu ꝯſanguinitatis: q̄ȝ q̄libet illaꝝ triū eſt in eodē gradu ꝯſanguinitatis. Contra hoc argumentor. grauiꝰ eſt pctm̄ cognoſcere mulierē in linea recta q̄ȝ collaterali: ⁊ in linea recta grauius eſt pctm̄ cognoſcere mulierem in linea aſcēdēte q̄ȝ deſcendēte: ⁊ circūſtātia mortaliter aggrauās eſt ꝯfitenda de neceſſitate ſalutis ex. xvij. diſt. huiꝰ. igit̄. Itē hoc non ſoluit argumētū. ponat̄ nec habere ſororē nec filiā: iā in ꝯfeſſiōe oportet p̲ſonā cū qua peccauit p̲ circūſtātias p̄mi gradꝰ detegere. Rñdet̄. hic eſt difficultas. de ſecreto in ꝯfeſſiōe iā rñdimus. ſed an idē ſit iudiciū in ſigillo ſecreti: prima fronte nō ꝯſtat. dico ꝙ cōfitēs debet petere facultatē a curato vt alteri ꝯfiteat̄: et debet ꝓficiſci in regionē diſtātem vt ꝯfeſſorē habeat q̄ matrē confitētis nō cognoſcat: nec veroſimiliter in vita eſt cognoſciturus. Sed vbi p̲ſona ꝯfitēs eſſet p̲ſona publica: ⁊ illud fieri non poſſet: eſt maior difficultas. Sed cōmunis doctoꝝ ſentētia in hoc conuenit: a qua īprudētis eſt decedere: ꝙ debet p̲ſonā reuelare cū qua peccauit: ⁊ pctm̄ occultū alterius detegere: q̄ȝ



dicit ſolum illi qui poteſt ꝓdeſſe et non obeſſe: et qui iure nature tenetur hoc occultum peccatum ſeruare ſecretum: quemadmodum in correptione fraterna licite peccatum occultum refertur illi qui poteſt prodeſſe. multis enim modis peccatum occultum fratris licite reuelamus: vt patet ex queſtione precedente: et in correptione fraterna. Illud enim peccatū refero ꝓ mei correctione ſpirituali quam confeſſor mihi miniſtrabit. Iſte ergo non eſt caſus diuidende confeſſionis: vel non confitendi integre peccata.

¶ Nono arguitur. Si iudex tyrannus cogat confeſſorem reſpondere: an in cōfeſſione auditus tale crimē cōmiſit: ⁊ ſit ita ꝙ ipm̄ cōmiſit: ſi dicat neſcio: falſum dicit. nam bene ſequitur. ſcit illud crimen in confeſſione: ergo ipſum ſcit. ſi dicat/ ſcio: eſt proditor cōfeſſionis. ſi taceat: habebitur ille de quo querit̄ conuictus. ¶ Reſpondetur. ſicut in queſtione precedēte reſpondimus: quia licet ſigillum ſecreti ab aliquibus reuocetur in dubium: non tamen hic ab aliquo. dicet confeſſor/ neſcio: intelligēs ad tibi ſignificandum. ⁊ ſemp̲ hoc in mente intelliget. Et quādo argumētaris. bñ ſequitur: ſcit illud in confeſſione: ergo ſcit illud. et dicit ſe neſcire illud: ergo duo cōtradictoria ſunt ab illo concedēda. Reſpondetur. illa nō cōtradicunt. ſcit illud: ⁊ neſcit illud ad tibi ſignificādū: q̄ȝ non habēt eadē p̄dicata mētaliter: qḋ ad verā cōtradictionē requirit̄. Et ſi dicat tyrānus. reſponde ad hāc. nō ſcio illū tale crimē cōmiſiſſe: ſi illā ꝯcedis: cū cōtradictoria ſit vera: duo ꝯtradictoria ſunt vera. ꝙ illi ꝯtradicat. patet: quia nō eſt verius ꝯtradicere q̄ȝ toti ꝓpoſitioni negationē anteferre: ſi nulla ponat̄ in fronte. vel etiā ſi ponat̄: nō curādo de ſup̲fluitate. Rñdet̄. cum ꝓterue argumēteris ꝓteruā mereris ſolutionē. nego illā regulā vniuerſaliter. non eſt verius ꝯtradicere q̄ȝ toti ꝓpoſitiōi negationē p̄ponere. nā eius fallitas patet hic a. homo nō eſt animal: nō a. homo nō eſt animal. ⁊ hominis a. aſinus quodlibet rudibile eſt. ſi a. cōfundat confuſe tm̄ terminū īmediate ſequētē. ꝯtradictoria ergo iſtiꝰ: nō ſcio ad tibi ſignificādum/ eſt hec. ſcio ad tibi ſignificādum. que eſt falſa capiēdo (ſignificandum) nominaliter vt tātū valeat quātum dignū ſignificari. participialiter autem non facit ad propoſitum.

¶ Decimo arguitur. ſciā ego aliquem in ꝯfeſſione excōmunicatū: teneor ab illo aufugere: ⁊ ſic ſum ꝓditor pcti in ꝯfeſſione auditi. ¶ Rñdet̄. ſi alter ſit in publico. nullo mō ab eo aufugiā. in ſecreto aūt ſi mihi appropinquet eſt maior difficultas: ⁊ illa pars mihi placet etiā ꝙ poſſum cum illo manere. rō eſt: q̄ȝ debeo eodē mō agere ac ſi nihil ſcirē: ⁊ ſi nihil ſciā/ poſſum cum ipſo manere. Inſup̲ ꝓpter illud poſitiuū de excōmunicatione non debeo iſti dare occaſionē timēdi me de hoc qḋ in ꝯfeſſiōe ſcio. nā ſi hūc in ſecreto euitarē: eſſem ꝓditor ſecreti ꝯfeſſiōis: reſpectu eiꝰ a quo aufugio. eodē ergo mō me habebo in occulto cū illo quē audiui in confeſſione. quo ante cōfeſſionē. c. aūt. Cum nō ab hoīe. de ſen. excō. intelligit̄: q̄ñ ſcio alia via in ſecreto q̄ȝ p̲ confeſſionem.

¶ Undecimo arguitur. confitens poteſt reuelare in ꝯfeſſiōe audita: ergo ⁊ ꝯfeſſor. tenet ꝯñā: q̄ȝ fortiori vinculo tenet̄ ſeruare illa p̲ q̄ fama ſua denigrat̄ q̄ȝ cōfeſſor. ¶ Rñdet̄. ꝯñā eſt nulla: nā fortiori vinculo ꝯfeſſor obligat̄: q̄ȝ difficiliꝰ eſt pctm̄ alterius celare q̄ȝ ꝓpriū. ⁊ ex vno non dabit̄ occaſio abſtrahēdi hoīes a cōfeſſione ſicut ex altero. etiā nego añs. Unde triplicia ſunt illa q̄ audiunt̄ in ꝯfeſſiōe. q̄dā ſunt reſeratiua culpe ꝯfitētis: directe vel indirecte. Quedā ſunt q̄ poſſunt eē in p̄iudiciū ꝯfeſſoris: vtpote ſi p̄cipiat mulieri īpudice abſtinere a ſocietate talis laſciui: ⁊ ille hoc ſciat: poſſet nocere ꝯfeſſori. Tertia ſunt q̄ nec ſunt in p̄iudiciū cōfeſſoris nec ꝯfitētis: vt dicēdo. iniūgit̄ mihi in penitētiā dicere has p̄ces vel illas. pctm̄ eſt duo prima reſerare: ⁊ bonum eſt ⁊ expediens etiā tertiū celare: licet homo ad hoc nō obliget̄. ¶ Epilogādo ſparſim dicta patet ꝙ ſecretiſſimū debet eſſe ſigillū ꝯfeſſiōis. nec ꝯfitēs laudandus eſt/ nec vituperādus. Duoꝝ aūt in ꝯfeſſiōe auditorū vnū laudādo de altero tacēdo: vnū noto. qḋ enim de vno negat̄: de alio concedi itelligit̄. c. Nōne. de p̄ſump. Bonū aūt viꝝ cuiꝰ ꝯfeſſionē frequēter audiui: poſt mortē poſſum laudare: dicēdo ꝙ mortuus eſt īcorruptꝰ vel hmōi: dūmō aliter auditos nō notē: q̄ȝ aliquos laudare ⁊ nō alios/ eſt indirecte alios notare. modo ꝯfeſſor debet cauere ne detegat pctā in ꝯfeſſiōe audita directe vel indirecte. Si aūt ſint aliq̄ ad pctā non p̲tinētia: vtputa ꝯfitēs recitat aliq̄ imp̲tinentia: ex q̄bꝰ nullo mō pōt cuipiā ꝯſtare de pctis ꝯfitētis: de illis pōt loqui: ſecurius eſt tñ aſſueſcere de oībꝰ tacere. nā opinor illā eē vnā cauſarū: quare Chriſtus non admiſit mulieres ad ſacerdotiū: q̄ȝ ꝓpter ſexū et mollē cōplexionē nequirēt ſecretū celare. Ulteriꝰ notādū eſt ꝙ is q̄ furē vel alioq̄n ſceleratum in ꝯfeſſiōe audit/ ꝓxime ſuſpēdēdū: etiā ſi ipm̄ opinet̄ īnocētē nō debet ꝓ eiꝰ vita īntercedere: ſed ſilere ac ſi nihil in hac materia nouiſſet. neſcit eñ an illud crimē ſubticuit: vt īprudēs ꝯfeſſor de eo taceret. Preterea ſi ꝯfitēs īprudēter vel prudēter forte dicat in ꝯfeſſiōe: ſe allici ab aliquo vel aliqua ad peccādū: ꝯfeſſorē nihil poſſe dicere illi vt ipm̄ vel ipāꝫ ab hmōi pctō deterreat vel īpediat: bñ aūt illi qui vel q̄ ꝯfitet̄. Ultimo patet ꝙ incōparabiliter maius ſecretū eſt ſigillū ꝯfeſſiōis q̄ȝ ſigillū ſecreti nō cōfeſſiōis. vnū eñ nulli p̄cepto dat locū: alteꝝ vero aliq̄bꝰ: vt in q̄ſtiōe p̄cedētī: ⁊ in hac diſſeruimꝰ. Et licet in caſu homo ſit obligatus ſuū crimē occultū ꝓdere: hoc tñ nō pōt ꝯfeſſor facere. eodē aūt mō te habebis erga auditū in ꝯfeſſiōe/ ac ſi nihil mali ī eo cognoſceres. Hoc quoq̄ȝ moneo: cū viri ꝯfeſſionē audis: non ſis rigidus obiurgator eius: ne eū a ꝯfeſſione deterreas: ſed cū omni humanitate et manſuetudine ei conſulas.

## ¶ Diſtinctionis Uigeſimeſecunde. Queſtio Prima.

MAgiſter in hac vigeſimaſecūda diſtinctiōe loquit̄ de reſurgēte a peccato. An ſcilꝫ redeāt merita. Et ſimiliter in peccante: an redeant priora pctā. Et ꝯformiter ad hoc querā duas q̄ſtiones. Prior erit. an q̄libet reſurgens a peccatis mortalibꝰ reſurgat ad p̄ora merita vel gratiā. Rñdeo pōt eſſe ſermo de reſurgēte ad meliorē ſtatū q̄ȝ erat ſtatꝰ in quo erat ante p̄mū mortale cōmiſſum: vel de reſurgēte ad maiorē gr̄am vel gloriā meritis debitā. Et circa hoc ſapiētum poſitiōes recitabo: paucis reprobādo qḋ cēſuerimꝰ rōni minus ꝯſentaneū: ⁊ approbādo p̲ ꝯcluſiōes ea q̄ ſaniora iudicabo. ¶ Sit oīm dicēdoꝝ hec p̄ma ꝯcluſio. Reſurgēs a mortali pctō non reſurgit ad maiorē ſtatū ⁊ p̲fectiorē q̄ȝ erat ſtatus a quo cecidit. qḋ patet: q̄ȝ a ſtatu īnocētie vt īnocētia actuali pctō opponit̄/ cecidit: ⁊ ad ſtatū penitentie ſolū redit. ſed ſtatus

innocētie ſtatu penitētie eſt ꝑfectioꝛ ⁊ nobilioꝛ. ſicut cadens a ſtatu virginitatis: ⁊ ad ſtatū viduitatis vel caſtitatis cõiugalis rediēs: ad īꝑfectionē ſtatuum redit: licet hoc poſſit eſſe ſine peccato in matrimonio. Et hoc tenet gloſ. Amos. v. ſuꝑ illo verbo. Domus Iſrael cecidit: et non adiiciet vt reſurgat.

## ❡De reſurgente autem ad gratiam & gloriā:

vari⁹ eſt mod⁹ opinādi. Una poſitio tenet ꝙ gr̄a amiſſa ꝑ pctm̄ nõ reſtituit̄: nec ei equalis: nec p̄miū gr̄e rn̄dēs. ſʒ reſurgit ad gr̄am ſm̄ conatū act⁹ mediāte quo reſurgit. hoc eſt: ſi ille act⁹ ſit magn⁹: gr̄a erit ꝓportionabiliter magna. ſi paruus: gr̄a proportionabiliter parua. Sed opa q̄ reuiuiſcūt ad p̄miū nõ reuiuiſcūt ſm̄ gratiā a qua elicita ſunt: ſed ſm̄ quātitatē finalis gr̄e: ac ſi eēnt ab illa elicita. Et ſic ſi gr̄a finalis fuerit minoꝛ q̄ʒ gr̄a a qua elicita ſunt: minus p̄miabunt̄ actus meritoꝛij: ⁊ ſi maioꝛ: magis p̄miabunt̄. ſi eq̄lis: equaliter p̄miabūtur. ❡Alia eſt opinio in parte cū hac ꝯueniēs. ſ. de gr̄a: non aūt de p̄mio. Unde tenet hec poſitio idē de gr̄a cum p̄dictis doctoꝛib⁹. Sed de p̄mio dicit ꝙ p̄miū rn̄dens meritis antiq̄s/redit: ſʒ p̄miū gr̄e ātiq̄ rn̄dēs nõ redit. Ratio ſm̄ doctoꝛē hāc poſitionē tenētē eſt: q: meritū eſt op⁹ hominis: gr̄a vero eſt donū dei. Et ſic etiā p̄miū gr̄e rn̄dēs diſtinctū a p̄mio meritis rn̄dēte non redit. ⁊ ex ꝯſiti dicēdū eſt ꝙ non ſemꝑ reſurgit homo ad maioꝛē btītudinē. ⁊ rõ eſt: q: vnū p̄miū rn̄det meritis: ⁊ vnū diſtinctū gr̄e. ⁊ ſi gr̄a ſit magna: p̄miū gr̄e eſt magnū: ſi ꝯo gr̄a fuerit parua: p̄miū illius gr̄e eſt paruū. ergo frequēter ꝯtingit reſurgētē reſurgere ad minoꝛē btītudinē: vtpote ſi p̄miuʒ gr̄e rn̄dēs ſit mai⁹ q̄ʒ p̄miū actui volūtatis rn̄dēs ꝑ quē reſurgit. lʒ ſemꝑ reſurgat ad maioꝛē btītudinē meritis rn̄dētē: q: habebit nouā btītudinē rõne noui act⁹ ꝑ quē reſurgit: ⁊ btītudinē p̄mis actib⁹ rn̄dentē. Addit etiā ꝙ ꝑ meritis remiſſis nõ dat̄ gr̄a qn̄ homo act⁹ meritoꝛios elicit: ſʒ in fine vite ꝯfert̄ gr̄a tota ⁊ in fine multoꝝ actuū remiſſoꝝ ꝯfirmat̄ in gr̄a: ⁊ nõ qn̄ eliciunt̄. ❡Cõtra hāc poſitionē de gr̄a arguit̄. dicere ꝙ gr̄a in inſtāti moꝛtis et nõ in vita infundat̄: eſt p̄ter rõnē. qꝺ ſic oſtēdo. gr̄a ꝯcurrit actiue ad actū meritoꝛiū: ⁊ pl⁹ gr̄e habēs facili⁹ ⁊ citi⁹ elicit actū bonū q̄ʒ gr̄am nõ habēs: ergo cū bn̄ agat ⁊ meritoꝛie: de⁹ dat tale auxiliū ꝓ actib⁹ bonis etiā quātūcūq; remiſſi fuerint. Nõ iuuat ad eſſe meriti poſt moꝛtē. Nec valet qꝺ dicūt: meritū eſt op⁹ hoīs: non aūt gr̄a. Licet eīm ſubſtantia act⁹ meritoꝛij fiat ab hoīe: tn̄ in eſſe meriti eſt a deo. Et ſi ponat̄ auxiliū ſpeciale requiri ad oēm actū bonū: qꝺ eſt ꝓbabile: talis act⁹ nõ põt fieri ſine dono dei ſpeciali. Etiā homo ꝑ ſuā opationē meret̄ gratiā: ergo de lege gr̄a eſt ei debita. Argumēta aūt ꝓbātia hoīem reſurgētē ad plura merita: quodāmõ antecedūt ad maioꝛē gr̄am in reſurgēte. ꝓpterea ad illā partem argumētaboꝛ. ❡Cõtra p̄oꝛē poſitionē arguit̄. merita nõ p̄miant̄ a charitate a qua nõ eliciunt̄: q: a ſola charitate a qua eliciunt̄ habēt acceptibilitatem: talem aūt acceptabilitatē nõ trahūt ab aliquo poſterioꝛi. ſʒ gr̄a finalis oībus meritis eſt poſterioꝛ. igit̄. Secūdo arguit̄. iſti antiq̄ doctoꝛes ꝓſupponūt vnū falſum: ꝙ ſcʒ act⁹ p̄miati magna gr̄a vel ab ea eliciti ſint magis meritoꝛij. Altiſiodoꝛus nāq; dicit. ſunt aliq̄ vera nõ p̄dicāda: vt facere grāde opus ex parua gr̄a: vt pati martyꝛiū vel extruere tēpliū nõ eſt maioꝛis meriti q̄ʒ dare turonū paupi ex magna gr̄a. Non eīm q̄libet act⁹ elicit⁹ a maioꝛe gr̄a eſt maioꝛis meriti loquēdo de gr̄a infuſa. nā penes conatū volūtatis potiſſimū attēdit̄ meritū: ⁊ non penes elicitionē a maioꝛi gr̄a. Inſuꝑ ꝑ meritū operās acq̄rit ius ad certū gradū gloꝛie: qꝺ ius ſuſpēdit̄ ꝑ ſequens moꝛtale: ⁊ ſic

meret[2] n. adjuuari p tales act9 bonos ut de in facili9 bn oper.

op⁹ meritoꝛiū moꝛtificat̄: ⁊ ꝑ ablationē illi⁹ īpedimēti. ſ. pcti remiſſionē: op⁹ illud viuificat̄: et ꝑ ꝯn̄s habet idem ius ad btītudinē qꝺ ante moꝛtale habuit. Ius eīm ſemꝑ manet ſaluū in acceptatiõe diuina. Et ꝓbat̄ iſtud ꝑ id qꝺ ſcribit̄ Ezechiel'. xviij. Si ipi⁹ egerit penitētiā ⁊c. vita viuet ⁊ nõ moꝛiet̄: oīm iniq̄tatū ei⁹ quas opat⁹ eſt nõ recoꝛdaboꝛ. In iuſtitia ſua quā opat⁹ eſt viuet. Recoꝛdaret̄ autem de⁹ iniq̄tatū ei⁹ ſi min⁹ tribueret in gloꝛia ꝓ meritis ſuis p̄teritis/q̄ʒ ſi nõ peccaſſet. Itē nõ min⁹ diligit petõꝛē reſurgētē q̄ʒ ſi nõ peccaſſet: alioquin adhuc memoꝛaret̄ iniq̄tatū ei⁹. Hoc etiā ꝓbat̄ ꝑ illud Ezech. xxxiij. Impietas ipij nõ nocebit ei in quacūq; die ꝯuerſus fuerit ab īpietate ſua. multum autē noceret penitēti p̄terita īpietas ſi nõ reſtitueret̄ p̄cedēs gratia ⁊ gloꝛia ꝑ īpietatē amiſſa. Inſuꝑ Iohelis. ij. Reddā vobis annos quos comedit locuſta/bꝛuchus/et rubigo: et eruca. vbi gloſſa. Nõ patiar ꝑire vbertatē ſpūaliū quā animi ꝑturbatiõib⁹ ꝑdidiſtis. ſi aūt nõ redderet gr̄am ⁊ gloꝛiā ꝑditā: ꝑiret vbertas ſpūaliū. Preterea. nõ videt̄ veꝝ qꝺ vn⁹ iſtoꝝ dicit: ꝙ eſt vnū p̄miū gr̄e rn̄dēs diſtinctum a p̄mio actui meritoꝛio rn̄dēte: īmo gr̄a eſt maximū accidentale p̄miū in via ⁊ arra gloꝛie: tn̄ ꝯtute opis opati in ſacramētis dat̄ gloꝛia penes ꝓpoꝛtionē ad gr̄am: nõ autē in operib⁹ alijs: ſʒ in eis gloꝛia actibus rn̄det: ⁊ nulla diſtincta gloꝛia reſpondet gr̄e. Inſuꝑ ille eſt melioꝛ in quo gr̄a dei eſt maioꝛ: ergo cū reſurgēs crebꝛo ſit melioꝛ q̄ʒ āte erat/plus gratie habebit.

## ❡Propter hec & ſimilia pono duas cõ-

cluſiones in hac materia: quaꝝ p̄oꝛ eſt. Quilibet reſurgēs reſurgit ad maioꝛē gr̄am q̄ʒ vnq̄ʒ habebat. Probat̄: q: habet gr̄am quā ante habebat ex dictis: eādem in numero vel ſimilē. Utrūq; enim eſt deo poſſibile: ſʒ ſm̄ veroſimilius. ⁊ habʒ gr̄am nouā rõne boni mot⁹ penitētie. ❡Sc̄da ꝯcluſio. Quilibet reſurgēs reſurgit ad maioꝛē btītudinē q̄ʒ erat btītudo ei debita āte reſurrectionē. Ex his duab⁹ tn̄ non ſequit̄ ꝙ ex ſuo pctõ īpoꝛtet lucrū: ſed expoſuit ſe malo ſtatui: ⁊ tpe quo erat in moꝛtali/nihil meruit: lʒ fecerit multos act⁹ moꝛaliter bonos: et ſic habet grādem iacturā de pctõ. nõ tn̄ incõuenit ꝯcedere pctm̄ eē cām occaſionalē meriti ⁊ ꝯtutis: ſicut virt⁹ nõnūq̄ʒ eſt cā ꝑ accidēs ſuꝑbie ⁊ vitij. Ex quo patet: ꝙ licet nõ oīs cadēs ſemꝑ grauius cadat q̄ʒ pꝛius ceciderat: tn̄ ſemꝑ reſurgēs reſurgit gratioꝛ q̄ʒ ante fuit. ❡Sed contra iſtud arguit̄. gr̄a inclinat ad bonum et reſiſtit culpe: ⁊ quāto maioꝛ fuerit/tāto magis īclinat. ergo ſi in reſurgēte ſit maioꝛ gr̄a q̄ʒ erat āte vltimū pctm̄ commiſſum ꝑ qꝺ gr̄a amittebat̄: homo debʒ eſſe pꝛomptioꝛ ad bonū q̄ʒ erat āte gr̄am amiſſam: etiā ſi mā̄ſit in pctõ moꝛtali vno mēſe vel duob⁹/ꝯtra experiētiā. ❡Rn̄det̄ ꝯcedēdo añs: ſʒ ꝯn̄a eſt īualida. nā ſi homo diu iacuit in pctõ: acq̄ſiuit multos malos habit⁹ tpe pcti qui īclinānt ad malum. ſed tepiditas bn̄ agendi nõ ꝓuenit ex parte gr̄e: ſed ex parte iſtoꝝ maloꝝ habituū: ⁊ niſi bn̄ vtat̄ ſua gr̄a/facile cadet. ſicut lõga febꝛi coꝛrept⁹ cõualeſcere incipiēs: ꝑ modicā intēꝑātiā iterato in moꝛbum incidit: vbi tn̄ ſi diu conualuiſſet: ⁊ eadē intemperātia vteret̄: ipa non ſufficeret moꝛbū gn̄are: ſed ꝑ paruā abſtinētiā curaret̄. Sic eſt in ꝓpoſito de infirmitate ſpūali. ſed exerceat̄ reſurgēns in ſchola moꝝ aliquādiu bonos habit⁹ acq̄rēdo ⁊ coꝛrumpēdo malos: ⁊ occaſio ſuꝑueniēs nõ inducet moꝛbū ſpiritualē/quē a p̄ncipio īduxiſſet. Sed ꝯtra iſtud arguit̄. virtutes infundunt̄ in baptiſmo: et gr̄am ꝯcomitant̄. vt in. iiij. diſt. hu⁹ diximus. ergo redeūte gr̄a redeūt virtutes: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ſolutio nulla. Rn̄deo. ſi loquaris de virtutibus infuſis generalibus/adhuc lʒ ꝯcedantur infundi in baptiſmo: nihil dictum eſt ſuper hoc ꝙ gratiā concomitarentur ſic. ſcʒ ꝙ ipſa ablata reſecarentur et ipſa poſita ponerentur. Sed illo dato peccata moꝛtalia reliquerunt habitus malos ſuapte natura ad huiuſcemodi mala inclinātes. qui habitus non coꝛrumpuntur niſi ꝑ contraria: nõ enim ꝑ ceſſationem ab actibus: q: ſic nulli habitus coꝛrumpūtur: vt circa finem libꝛi diſtin. xlix. pꝛolixius deducemus. ❡Recolligendo faſciculos in queſtione diſꝑſos etiā cū occurrentibus: qꝺ crebꝛo epilogādo facimus: patet ꝙ quilibet reſurgēs reſurgat ad maioꝛem gr̄am q̄ʒ vnq̄ʒ pꝛius habuit. Et dico vlterius ꝙ ſicut actus intēſus infuſionem gratie meretur: ita actus remiſſus remiſſam gr̄am meretur. et ſicut quilibet act⁹ quātūcūq; paruus generat habitum licet minoꝛem q̄ʒ actus intenſus: ſic de gratia. non tamen quaſi actus ſit efficiens naturale gratie. ipſa enim a ſolo deo creat̄. Si quis enim actum meritoꝛiū eliciat in inſtanti: gr̄a infunditur ei in eodem. ſi ſucceſſiue: deus poteſt in quocunq; inſtanti vel tempoꝛe illius elicitionis gratiā infundere. Sed veroſimilius eſt ꝙ ſucceſſiue illā infundit ſm̄ pꝛopoꝛtiõem actus meritoꝛij qui gr̄a eſt pꝛioꝛ in genere cauſe materialis. Et plures parui actus meritoꝛij tātū gratie et gloꝛie merentur quātum vnus actus intenſus eis equiualens: vtpote quatuoꝛ dilectiones dei quater elicite: quarum quelibet eſt vnum: equalem gr̄am ⁊ gloꝛiā merentur cum dilectione dei intenſa vt quatuoꝛ/ceteris omnibus paribus. Sed contra hoc adduci poteſt quod Apocal'. iij. ſcribitur. Utinā frigidus eſſes aut calidus: ſed q: tepidus es: et nec frigidus nec calidus: incipiā te euomere ex oꝛe meo. ergo opa remiſſa et tepida non merentur gratiam et gloꝛiam. Reſpondetur. per tepidum intelligit̄ toꝛpens ⁊ acidioſus. ſic enim gloſſa interlinearis exponit. modo actus remiſſus eſt bonus: toꝛpoꝛ autem et ocium in omiſſione conſiſtunt. Per frigidum intelligit illum qui deuitat trāſgreſſiones timoꝛe pene. Et gloſſa īterlinearis dicit. quia ſpes eſt de frigidis maioꝛ. Ex quo patet ꝙ hec auctoꝛitas non iuuat poſitionē beati Thome: tenētem ad hoc vt actus ſit meritoꝛius requiri ꝙ eliciat̄ a toto conatu gr̄e. quia reoꝛ hoc eſſe falſum: et in ſecundo illud latius repꝛobabimus.

### ❡Diſtinctionis Uigeſimeſecunde. Queſtio Secunda.

SEcundo circa hāc diſtinctionem quero. An in labente in moꝛtale peccatū poſt gratiā redeāt pꝛioꝛa pctā. Reſpondet̄ negatiue/⁊ quoad ſubſtantiā actus: ⁊ quoad reatum culpe vel pene. Hec cõcluſio negatiua ex dictis in queſtione pꝛecedente ſequitur. Auctoꝛitas etiam Ezechielis. xviij. ad hoc eſt ſufficiēs. Si impius egerit penitentiam ⁊c. omnium iniquitatum eius quas operatus eſt non recoꝛdaboꝛ/id eſt nõ amplius imputabuntur ad culpā: q: omnium pꝛeteritoꝛum ſicut pꝛeſentium habet memoꝛiā. ❡Contra hoc arguitur. Secundo peccās poſtq̄ʒ culpa pꝛecedens erat ei dimiſſa eſt ingratioꝛ q̄ʒ erat ante: et poſt illā culpam dimiſſam tertio peccās eſt magis ingratus. ⁊ ſic quarto peccās poſt gratiā. quemadmodum ſi offenderem regem vel alium pluries qui pepercit offenſis meis: vltimo offendens eſſem magis ingratus: et grauius delinquerem ratione ingratitudinis q̄ʒ pꝛius: ergo pctā redeūt quo ad ingratitudinem. Pꝛo ſolutione huius argumēti notabis: ꝙ ſicut argumentū bene coloꝛat: quotienſcūq; quis peccat/totiēs efficitur ingratioꝛ. Sunt enim alique circunſtantie que pctā augent. vt Chꝛiſtianus in eodem genere pcti plus peccat q̄ʒ Paganus. xxxij. q. iiij. In eo. nā pctā ſcientiū peccatis ignoꝛātium pꝛeponuntur. vj. q. j. Quero. Sic in pꝛopoſito. Item is contrauenit pluribus bonis ꝓpoſitis: ergo ceteris paribus plus peccat. conſequentia eſt nota. et antecedens ꝓbatur: q: mentaliter ꝓponit quādo reſurgit nõ velle amplius peccare: ſi digne egit penitentiam. Poteſt tamen quis dicere ꝙ non intendit ſe ad hoc obligare: et ſic hec ratio non vinceret. Sed foꝛte tūc dicis. ſi dimiſſiones pꝛimoꝝ pctõꝝ ſunt circūſtātie peccatum augentes: tales circūſtātie ſunt confitende. conſequens eſt falſum. Cum enim pctā ſint ſemel rite cõfeſſa: non ſunt amplius confitenda. pꝛobo conſequētiā: q: mutāt pctā: ⁊ nõ venialiter: ergo moꝛtaliter. modo de quolibet moꝛtali facienda eſt confeſſio. nā de aliquo faciēda eſt confeſſio: et equa eſt ratio de omnibus. igitur. Et vt res fiat lucidioꝛ/ſit iſte caſus Soꝛtes fecit a. moꝛtale qꝺ deteſtatur. rurſus fecit b. circa idem obiectum in ſimili intentione graduali cum a. et foꝛet cum a. equalis malitie hoc ſolo dempto ꝙ īgratitudo facit b. peius a. et per idem c. eſt peius q̄ʒ b. d. peius q̄ʒ c. et ſic ſine ſtatu. ergo ſi eſſent infinita pctā/dabitur vnum infinite malitie. Non enim diſconuenit inter extrema finita dari infinitā multitudinem creatā: nec datur certum creatum immediate ante vltimū. vt ſi in qualibet parte pꝛopoꝛtionali vni⁹ hoꝛe ⁊ in īſtāti hoꝛā termināte crearetur vnus angelus: iā inter illum et pꝛimū ſunt īfiniti. Si autem b. eſt peius q̄ʒ a. ⁊ nõ venialiter: ergo moꝛtaliter: igit̄ ipſum eſt confitēdum. Preterea. ponat̄ Plato qui nullum moꝛtale fecit toto hoc anno vel duobus: ⁊ nūc faciat actū ſimilē a. ita vt cetera ſint paria hoc dempto ꝙ vni pctā ſunt crebꝛo dimiſſa ſcilicet Soꝛti: ⁊ Plato nõ peccauit hoc anno. peccatum Platonis eſt adeo maluʒ vt a. Soꝛtis vel b. nā quāto gradus altioꝛ/tanto caſus grauioꝛ. ergo cadens a ſtatu innocentie tātum peccat quātum recidens ſeu recidiuās: ⁊ cadere ab innocentia eſt circūſtātia aggrauās: ergo quāto magis acceditur ad innocētiā tāto pctm̄ eſt grauius: ſed pꝛimum pctm̄ eſt vicinius innocētie q̄ʒ ſecūdū: ⁊ ſecūdū q̄ʒ tertium: ⁊ ſic conſequēter: ergo ceteris parib⁹ pꝛimū eſt maius ſecūdo: ⁊ ſecūdū tertio. ⁊ ſic ſine fine. Deus itē tātā gr̄am fecit beate virgini quātā Magdalene: vnā pꝛeſeruādo: ⁊ alteri parcendo: licet plus remiſerit btē Magdalene q̄ʒ beate virgini: cui pꝛopꝛie nihil dimiſit. Analogia eſt: do Soꝛti centū liberaliter. Platoni mutuo cētū: quoꝝ remitto vnā dimidietatem: plus Platoni remitto q̄ʒ Soꝛti. ſed Soꝛtes eſt mihi magis deuinctus. Sed iſtud egre argumento ſatiſfacit. nā queſtio ſemꝑ eſt de a. ⁊ b. ꝑ oꝛdinem. Et ꝓ illo ponā ꝓpoſitiones: quarū pꝛima eſt. Pꝛotoplaſtus a ſtatu innocentie cadens plus peccauit q̄ʒ alius vel ipſemet in ſimili actu: illo ſtatu amiſſo. Ratio eſt: q: caſus ei⁹ erat altus: ⁊ multis tenebꝛis tā ſe q̄ʒ humanum genus implicuit. Secūda ꝓpoſitio. Aliq̄ eſt circūſtātia q̄re a. debet excedere b. in malitia: ⁊ aliqua q̄re econtrario que facit b. eſſe peius a. ⁊ ſimpliciter b. eſt peius a. et c. peius b. et ſic ꝯſequēter. due p̄me partes inter arguēdū tāgunt̄. vltima ꝓbat̄ ſic. vel a. eſt peius b. vel ꝯtra: vel ſunt equalis malitie. ſi tertiū: non eſt pctõꝝ aggrauatio: cuius oppoſitū aſſeuerāt oēs: nec mirabere ꝙ vna circunſtātia actū augeat quoad malitiā: ⁊ etiā illius oppoſitū. ſicut rõne vnius circunſtātie pctm̄ Eue erat min⁹ q̄ʒ pctm̄ Ade: q: min⁹ rõnis habuit. rõne aūt alteri⁹ erat maius: q: Adā ad peccandū alliciebat. hic tn̄ nõ eſt oīno ſimilis analogia. ſed ſat eſt ꝙ nullam repugnantiam inuoluit a. habere vnam circunſtantiam quare eſt peius b. et b. habe-

re aliaꝝ quare eſt peius a. ſicut vno reſpectu Platoni in bñficio Sortes eſt preferendus alio econtrario. ¶ His prenotatis ad argumenti formam deueniẽdum eſt: vbi queritur an ſcilicet iſte circũſtãtie ingratitudinis confitende ſint. ⁊ dico ꝙ non. nã licet poſſint hoc modo confiteri: non eſt nouũ peccatũ aliud a factis poſt vltimã confeſſionem confiteri. Hoc ſic declaro exemplariter. ego in vltimo paſcha confeſſus: iã in pẽtecoſte confeſſorem adeo: quatuor mortalia ſcilicet a.b.c.⁊ d. ei confitẽdo: ⁊ quia deũ mihi de cõfeſſis in paſcha dediſſe veniã reor: ſed mea culpa lapſus ſum et ſum in eum ĩgratus. modo ingratitudo eſt circunſtãtia quare a. eſt maius peccatũ ꝙ fuiſſet ſi non fuiſſet hec ingratitudo: ⁊ forte eſt circũſtãtia mortalis et ita de tribꝰ alijs peccatis meis. tũc in pẽtecoſte curato meo dicã poſt illa quatuor pctã ei detecta. ecce pater: quatuor pctã tibi confeſſa: que ratione ingratitudinis iudico eſſe maiora: q: alias deus (vt exiſtimo) mihi veniã de multis peccatis a me perpetratis impertiuit: de quibus tñ ante confeſſus ſum: propterea nõ teneor ea amplius in particulari ꝯfiteri. Ecce ꝙuis ingratitudinẽ confitear: ꝑ eã confeſſor ſi me prius in cõfeſſione nõ audiuerit: nihil noui cognoſcet. nã ꝙ ita ſit ſicut ei narro bene exiſtimaſſet ſine mea relatione. De infinitate autẽ peccatoꝝ loqui nõ oportet: cũ de lege infinitos actus faciat nullus/ niſi de actus partibꝰ inequalibus loquaris: qui ad propoſitum nihil faciunt.

¶ Et pro clariore intelligentia nõnullas ꝓpoſitiões adhuc inferam: mixtim ex hac queſtiõe ⁊ p̃cedẽte cum qua affinitatẽ habet iſta. Prima ꝓpoſitio ſiue corollariũ. Multũ ꝓdeſt diu viuere: ſi homo plerũqꝫ viuat bona vita: etiã ſi crebro in mortalẽ noxã labatur dũmodo in gratia tãdẽ decedat. Hec ꝓpoſitio ꝓbatur: q: ad maiorẽ gratiam ⁊ gloriã reſurgit ꝙ erat illa a qua cecidit. quapropter ſi Enoch ⁊ Helias ad paradiſum terreſtrẽ trãſlati viatores ſint (qđ non credo) magnã ꝑfecto grãm habebunt ⁊ habẽt. Aliqui autem querunt diu viuere in vita mortali vt mereãtur. Alij vero cupiũt diſſolui et eſſe cum Chriſto. vtriqꝫ autem bene volunt. ¶ Secũda ꝓpoſitio. Maius bonũ eſt bene viuentibus diu viuere ꝙ ſit male decedẽtibus in mortali: ſuppoſito ꝙ eque diu viuãt. ꝓbatᷣ. q: ad omnia merita bonꝰ reſurgit: ⁊ in priſtina demerita alter nõ incidit. Stat enim ꝙ male viuens in paucis peccatis mortalibus decedat ſi habeat cõtritionẽ paulo ante mortẽ: ⁊ poſtea recidiuet: ⁊ ſic cũ paucis peccatis decedat. Nec illud Jacobi. ij. Qui in vno offendit/ factus eſt omniũ reus. obſtat. Nã id ita intelligẽdũ eſt: ꝙ tãtum exteſiue punietᷣ ac ſi cum omnibꝰ decederet: remiſſius tñ in acerbitate punietur. vel ſic: ad ꝓpoſitũ huius queſtionis. remiſſiones omniũ peccatoꝝ ante ꝑpetratoꝝ/ hũc actũ ratione ingratitudinis magis reum faciũt. ¶ Tertia ꝓpoſitio. pleriqꝫ ſunt dãnati q̃ maiorẽ grãm habuerũt ꝙ multi exiſtentes in celo. hoc patet de multis reprobis vt de Juda: de quo eſt veriſimillimũ ꝙ erat nõ ſolũ in grã circũciſionis: ſed etiã in pſonali. ¶ Ex qua tertia ꝓpoſitione ſequitᷣ quarta: ꝙ deus nõ ſemꝑ aſſumit hominẽ in optimo ſtatu ſue vite. cõtradictoriũ aũt huius eſt error Pariſijs et merito dãnatus. ¶ Quinto ſequitᷣ ꝙ melius eſt viuere tota vita male ⁊ in vltimo die ad cor redire vt fortaſſe bonus latro fecit: ꝙ ſanctiſſime viuere ab vnguiculis et teneris annis: ⁊ tãdẽ male mori. non tñ eſt malũ a crepũdijs ſancte viuere: imo illud eſt ſplendidiſſimum ⁊ optimum qñ iuxta Horatij ſentẽtiã. Quo ſemel eſt ĩbuta recens ſeruabit odorẽ Teſta diu. ⁊ ꝑ ꝯſequẽs ſentẽtia huiꝰ carminis eſt iniqua. Angelicus iuuenis ſenibꝰ ſathaniza ...

in hoc errore multi indocti ſunt audiui ꝓprijs auribus

in annis. ¶ Sexto ſequitᷣ ꝙ licet peccãs cui priora peccata dimiſſa ſint: poſterius ratiõe ingratitudinis ꝙ antea ceteris ſemꝑ paribꝰ grauius peccet: tñ maximã vtilitatẽ ꝯſequitᷣ crebro reſurgẽs ꝑ contritionẽ: q: tũc pctã p̃terita cribrãtur/ ad culpã nũqꝫ reditura. ¶ Septima ꝓpoſitio. deus cõfert multo maiorẽ grãm Sorti qui eſt in decuplo Platone peior ꝙ Platoni/ ſuppoſito ꝙ ambo reſurgãt: ⁊ Sortes ſit nũc multo peior Platone: priꝰ tñ erat multo melior: ſed diu ꝑmãſit in peccato mortali.

¶ Contra tertiam propoſitionem arguitᷣ ꝓbãdo ꝙ nullus dãnatᷣ q̃ aliquãdo habuit grãm: ⁊ ꝙ nullus talis meritus eſt vnqꝫ grãm vel gloriã. et capio Judã de quo habita eſt mentio in illa ꝓpoſitiõe. Et ſic argumẽtor. Judas habuit actꝰ meritorios vite eterne: ⁊ tñ nũqꝫ habuit vitã eternã: nec aliqđ equalẽs: ergo nõ meritus eſt vitã eternã categorice: ſed ſolũ ꝯditionaliter: ſuppoſito ꝙ deceſſiſſet in meritis. Preterea capio Sortẽ reprobũ ⁊ Platonẽ p̃deſtinatũ: ſi Sortes categorice meruit: poteſt eſſe ꝙ equaliter meruit cum Platone p̃deſtinato: ergo ſi Sortes equaliter meruit: equaliter merẽtes deus inequaliter p̃miat. qđ ꝯcedi non ſolet. Si dicas ꝓpter iſta ⁊ ſimilia: ꝙ Sortes vel Judas non meruit categorice: ſed cõditionaliter. Cõtra hoc arguitur. Petrus categorice demeruit: ſimiliter Magdalena: ⁊ categorice meruerunt penã in inferno: quã tñ non habuerũt nec habebunt: ergo pari ratione ſtat aliquem mereri vitã eternã q̃ eã nũqꝫ habebit. Rñdetᷣ ꝯcedendo ꝙ aliqs meruit vitã eternã categorice quã tñ non habebit. Oppoſitum aũt tenet Dionyſius Ciſtercienſ. in. viij. diſt. ij. qđ reuocauit frater Guido ordinis Eremitarũ. vt conſpici poteſt in articulis Pariſiẽſibus. ⁊ patuit ratione ꝑ Petrũ et Magdalenã quos oẽs ꝯcedũt categorice mortaliter peccaſſe. Et tũc reſpõdetᷣ ad illas duas obiectiũculas: quaꝝ p̃or erat. Judas habuit actꝰ meritorios ⁊c̃. cõceſſo toto antecedẽte: negato ꝯſequẽte: ⁊ ex ꝯſequẽti ꝯſequẽtia. Nã categorice viator meretᷣ/ ſed nõ habebit beatitudinẽ niſi ꝯditionaliter: ſuppoſito ꝙ decedat in grã. nã pctm̃ obſtat: ⁊ impedit ius qđ habet ad beatitudinẽ. Ad ſecundũ ꝯceditᷣ ꝙ equaliter merentes non ſemꝑ habebunt equalia premia niſi decedant in gratia. ¶ Sed cõtra principalẽ ſolutionem arguitᷣ ſic. Judas meruit beatitudinẽ: ergo hãc vel illã: ſuppoſita ꝯſtãtia. ꝯſequẽs eſt falſum. Quero eñ quã beatitudinẽ demonſtras. vel illã quã habebit/ vel illã quã non habebit. non primũ ꝑ dicta: q: nullã habebit. Rñdetᷣ. meritus eſt illã quã non habebit. cuilibet eñ actui meritorio beatitudo determinata a deo p̃uiſa rñdet: ⁊ illã habebit q̃ meretᷣ ſi decedat amicus dei ⁊ in grã: ⁊ ſi ſic non decedat: nullus hãc beatitudinẽ habebit. de beatitudine aũt formali loquor. eadẽ eñ numero eſt beatitudo obiectiua oĩm. naꝫ preſcitus meretur ſꝫm preſentem iuſtitiam: licet non ſꝫm eternam predeſtinationem.

¶ Ecce quomodo culpe non redeunt in recidiuãte. quo ad entitatem enim culpe non poſſunt redire. ꝓbatᷣ: q: vel a creatura: ⁊ hoc nõ. vel a deo: ⁊ hoc non. Deus enim non poteſt producere culpã ſe ſolo licet culpã ſe ſolo ꝓducere poſſit. nec redeunt quo ad imputabilitatẽ. Ulterius dico ꝙ licet poſt veniã pctõꝝ commiſſorũ homo peccet/ et pctm̃ ſit maius ob ingratitudinẽ: pctã tñ dimiſſa non ſunt ꝓpterea rurſus ꝯfitẽda. qđ patet a poſteriore: q: nõ eſt ꝯſuetudo eccleſie ita pctã cõfiteri. et ſequitᷣ ex illo ꝙ homo in abiſſum teneretur ſua pctã ꝯfiteri. nã ſi in ſcđa cõfeſſione cum venit ad annos diſcretionis: teneatᷣ ꝯfiteri peccata p̃cedẽtia: et in tertia

ſimiliter: ⁊ ſic cõſequenter/ erit ꝓceſſus ſine fine homini inportabilis. modo nec deus nec eccleſia obligat ad illud qđ vires cõmunes hominum trãſcendit. A priore etiã ꝓbatur: quia non ꝯſtat an he circunſtantie ingratitudinis mortaliter aggrauent. etiã intentio actus facit mortale ſuper actum remiſſum ⁊ talis circunſtantia etiam mortalis vbi eſt nobis ignota/ ꝓ hoc ſtatu nõ eſt cõfitenda. Preterea licet aliqui dicant maius eſſe peccatum poſt innocentiã vel poſt minorem nocẽtiam ꝙ poſt maiorem/ alijs tamen ꝓbabiliter placet oppoſitũ: ⁊ ꝙ ille cui plura peccata dimiſſa ſunt recidiuans plus peccet ratione ingratitudinis ꝙ cadens ab innocẽtia. ratio eorum eſt: q: eſt inimicus dei. modo ſi quis pluries inimico remittat offenſam. offendens iterato plus peccat ꝙ inimicus ſemel vel raro offendẽs. Adhuc magis ad ꝓpoſitum argumẽtor. remiſſiones peccatorũ dimiſſoruꝫ ſunt circũſtantie ⁊ cauſe quare actus ſequẽtes ſunt grauioris culpe ⁊ non culpe preterite: ille autẽ remiſſiones nõ ſunt culpe nobis: ⁊ per cõſequens nullo modo confitẽde ſunt plus ꝙ multa alia bona que deus nobis dat: vt donũ intellectus: donũ ſciẽtie caritas ⁊ huiuſmodi. Rurſus lꝫ culpe preterite dimiſſe vel non dimiſſe eſſent cauſe quare actus ſequentes ſunt grauiores: cũ ſint confeſſe rite: nõ ſunt ampliꝰ confitẽde. Ex his patet ꝙ intelligẽti nullus manet ſcrupulus ꝙ culpe preterite in recidiuãte ſunt cõfitende. Si dicas: circũſtantie peccatum mortaliter aggrauãtes ſunt confitẽde. diſtinguo. ſi ſint rite cõfeſſe: nego ſi non fuerint cõfeſſe: concedo. Secundo intelligitur hoc de circunſtãtijs culpabilibus. Jſta autem dona dei/ ſcꝫ peccatorũ remiſſiones: nõ ſunt culpe. ¶ Ecce limitem cõfeſſionis. memor ſis ꝙ peccata licite interdũ in confeſſione diuidũtur. Primo venialia de quibus nõ eſt neceſſaria confeſſio/ quorum vnuꝫ poteſt remitti ſꝫm culpam alio manentᷣ/ ſꝫm legem. Secundo mortalia cum poſt ſufficientem indaginem homo cõfitetur omnia ſibi occurrentia: ⁊ poſtea vnum vel plura occurrunt: non eſt ſimpliciter neceſſe iſta peccata priori ſacerdoti confiteri. Tertio hoc contingit in caſibus reſeruatis. Quarto ne ſcandalizetur ſacerdos tam in circunſtantijs ꝙ in genere. Quinto cum homo peccauit abſoluendo quempiam queꝫ abſoluere non poterat: ad bonum ſenſum intelligas: ⁊ illam circunſtantiam cõfiteri nõ poteſt alteri ſacerdoti, niſi ſacerdos ille habeat notitiam tam peccati ꝙ illius qui peccatum perpetrauit. Tunc enim de illo tacendum eſt apud illum ſacerdotem. Plures caſus mihi non occurrunt in quibus licite poſſit quis partiri peccata in cõfeſſione. ⁊ ꝙꝙ poſt ſufficientem confeſſionem factam homo poteſt vnum illorum peccatorum confeſſorum vni ſacerdoti cõfiteri: aliud ſecũdo: tertium tertio: nihil ad dicta accumulas Sapientum tamen concors eſt ſentẽtia ꝙ ſi quis peccauit cum muliere occulte: non poteſt de illo peccato apđ confeſſorem ſilere: etiam ſi eo modo ĩ notitiam deueniat mulieris cum qua peccatum eſt perpetratum. Jn multis nãqꝫ caſibus ſigillum ſecreti nõ eſt ſeruandum: ⁊ peccatum ſecretum de per accidens eſt aperiẽdum. peccat tamẽ confitens/ perſonam occultam ꝓdens in confeſſione: ſi ſine relatione eius ſufficienter poſſit peccatũ ſuum detegere: ⁊ confeſſor hoc audiens confitẽti imprudenti ſilentium ſuper hoc imponere ſtudeat. iſte tamen confitens (vt credo) tenetur ſi cõmode poſſit/ adire alium ſacerdotem qui tertiã perſonam cũ qua pctm̃ eſt: non nouit nec veroſimiliter vnqꝫ cognoſciturus eſt. ſed ⁊ ſi aliũ adire non põt: cõfeſſio tamen nõ eſt partienda.

¶ Diſtinctionis Uigeſimetertie.
Queſtio Prima.

PRo vigeſimatertia diſtinctione in qua magiſter de extrema vnctione loquitᷣ/ quero. An extrema vnctio ſit ſacramentũ noue legis. Pro ſolutione queſtionis notato ꝙ extrema vnctio eſt ſacramentũ a preſbitero ĩfirmis applicatum in determinatis ꝑtibus corporis: gratia venialium auferendorũ. determinate autẽ partes ſunt q̃n qꝫ ſenſuũ exteriorum inſtrumẽta/ ſcꝫ oculi/ aures/ manꝰ nares/ labia/ pedes/ ⁊ renes. Jn lingua eñ propter horrorẽ/ licet illic vigeat guſtus/ nõ damus. etiã mulieres renes ꝓpter honeſtatem iniungũtᷣ. Si quis autẽ in mẽbris mutilis fuerit in partibus vicinioribꝰ vngatᷣ. Forma eſt talis. Per iſtã ſanctam vnctionẽ/ ⁊ ſuã piiſſimã miſericordiam indulgeat tibi dñs quicqđ oculorũ vitio deliquiſti in nomine patris ⁊ f. ⁊ ſ. ſ. amen. ⁊ ſic de ceteris ſenſibus. ¶ Ex qua definitione infertᷣ ꝙ ſolus egrotus eſt capax huius ſacramenti/ ⁊ nõ ingrediẽs periculum ſine egritudine. Jſtud patet Jacobi. v. vbi dicitur. Jnfirmatᷣ quis in vobis: inducat preſbyteros eccleſie ⁊ orent ſuper eũ: vngẽtes eũ oleo in nomine dñi. ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmũ: ⁊ alleuiabit eũ dominus. Secũdo ſequitᷣ ꝙ ſolus ſacerdos eſt miniſter huius ſacramenti: vt dr̃ in. c. vnico de ſacra vnctione. Et lꝫ in ſola volũtate ſit peccatũ: tamẽ ꝑ has partes peccata exercemus: ⁊ tales operationes exteriores ſunt peccata tãqꝫ actus imperati. Ulterius pꝫ ꝙ vnus effectus extreme vnctionis eſt tollere peccata venialia: que poſſunt eſſe tam pauca vt ea omnia tollat. ⁊ ſi venialia auferat etiã penam debitã eis tollit. Jnſuper alleuiabit laborantẽ: ſi eius ſaluti cõducat. Eſt etiã ei effectus cõmunis cũ alijs ſacramẽtis: cõferre gratiã virtute operis operati. Extrema aũt vnctio in re eſt oleum bene dictũ: vt ſuperius diximus de baptiſmo ⁊ confirmatione.

¶ Jſtis premiſſis reſpondetur ꝙ extrema vnctio eſt ſacramentũ noue legis/ vt pꝫ Jacobi. v. Jacobus tamen nõ fuit inſtitutor huius: ſed ꝓmulgator. Et ex iſto cum notiſſimis ſequitᷣ: ꝙ ſi ſint duo quorũ vnus habet extremã vnctionẽ ⁊ alter eã non habeat/ ceteris omnino paribꝰ/ prior cũ maiore gratia decedit ꝙ poſterior: ⁊ ex conſequenti maiorẽ beatitudinẽ habebit in patria: q: vtrobiqꝫ in ſacramentis vna beatitudo formalis gratie ſacramenti: ⁊ alia actui bono reſpondet: et nullo modo in alijs vt opinor.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Si extrema vnctio nõ ſit applicabilis niſi in egritudie ⁊ mortis periculo ſequitᷣ ꝙ quis nõ poſſet pluries vngi oppoſitũ ſequele crebro videmus. igitᷣ. Preterea. vel põt applicari iuuenibus nondũ cõfeſſis: vel nõ. hoc argumentũ inquiſitiue tu ipſe deducas. ¶ Ad primum reſpondetᷣ. quodlibet ſacramentũ in quo non imprimitᷣ character eſt iterabile: alia vero ſunt iterabilia: vt ſunt hec tria ſola/ baptiſmus cõfirmatio/ ⁊ ordo. ⁊ hoc ſacramentum eſt iterabile quotienſcũqꝫ hõ laborat nouo morbo ⁊ graui. Et ſi diu laboret eodẽ morbo ⁊ poſt aliqualem conualeſcentiã recidiuet põt iterato ſuſcipi. Ad ſecundũ non video: quare non poſſit dari iuuenibus/ nec quare cõfeſſionem in iuuenibus rationis in capacibus preſuppõat. ¶ Tertio arguitur/ ⁊ etiã inquiſitiue. vel

eſt ſacramentum neceſſitatis vel volūtatis: ſed nec hoc nec illud: ergo non eſt ſacramentum. non neceſſitatis/ quia multi decedunt ſine extrema vnctione: et tamen non eſt veriſimile ꝙ ꝓpterea dānentur. non pure voluntatis: quia ſi quis poſſit cōmode extremā vnctionem habere et eā non ſuſcipiat videtur ꝓprie ſalutis contemptor viſo fructui quem ex ſacramento conſequeretur. ¶ Reſpondetur. Aliqua ſunt ſacramēta pure volūtatis: que licet homo cōmode ſuſcipere poſſit: non tamen tenetur: et nullo modo peccat illa relinquendo. vt ordo ⁊ matrimonium. Seruantes enim virginitatem poſtpoſito matrimonio non peccāt: et hoc vt plurimum. Stat enim dare caſum in quo ſi quis non contraheret/ peccaret. vtpote ſi ꝓpter continentiam filij regis vnici ſequeretur ſchiſma pernicioſum in repub. vel propter paucitatem hominum. ſed iſtud ſolū caſualiter et non regulariter contingeret. Similiter matrimoniū contrahens ordinibus relictis non peccat. Reliqua quinq; ſacramēta ſunt de precepto affirmatiuo pro loco et tempore obligante: aliter tamen et aliter. Baptiſmus enim omnes obligat adultos ſi poſſit haberi ſub pena noui peccati. non ſic ſtricte obligat confirmatio: nec extrema vnctio. Item ſi ſit adultus nō confirmatus: preſens epiſcopo confirmante et non ſuſcipiat confirmationem cum alijs: nec habeat impedimentum legitimum excuſans: eſt cōtemptor ſacramenti vt opinor ⁊ peccat. eodē modo de extrema vnctione. Multa tamē impedimenta in his duobus ſacramētis excuſarēt que in tribus alijs excuſationem ſimilem non admitterent. ⁊ vna excuſatio in argumēto ſequenti tāgetur. Licet autem extrema vnctio in releuamen venialium peccatorū detur: et homo nō teneatur ſub pena peccati in particulari confiteri venialia: hoc non obſtante ſi veroſimiliter viam vniuerſe carnis igreſſurus poſſit facile habere ſacramentum extreme vnctionis: et ſi reddatur memor illius: decedens ſine eo peccat: et videtur ſacramenti contemptor/ quia ex culpa ſua non capit. ſed ſ̄m circunſtantias a prudente poteſt iudicari quando ſit peccatum et quando non. contingit enim ꝙ morbus ſit vehemens: et in ſubſequente luce laborans ꝓponit ſacramentum hoc accipere: nec putatur ab eo vel preſentibus morbus eſſe ita periculoſus vt eſt: quin bene poſſit in craſtinum differre ſacramenti ſumptionem: tunc iſto die moriēs non peccat. Similiter ſi non occurrit memorie ſue: et nemo ſuper hoc eum reddit memorem. Et ita de ſimilibus: de quibus ſapiens habet conſiderare quādo eſt peccatum et quando non. Sed pro via tutiore quando dubium eſt de periculo in mora. quia ſcilicet moriet̄ ante finē tēporis dilati ſuſcipiēdū eſt. ¶ Quarto arguit̄. Sacerdos nō tenetur miniſtrare ſacramentū extreme vnctionis cuilibet ſuo/ morbo laboranti. ergo laborans non tenetur ad ſuſcipiendum. quotienſcūq; enim laborans ad ſacramētum ſuſcipiendum tenetur: ſacerdos eius tenetur ei ſacramentum ipſum miniſtrare. Antecedens aſſumptum probatur. ſuppoſito ꝙ egrotus morbo contagioſo vtpote epidimia laboret: non tenetur exponere ſe ꝑiculo probabili ſue mortis. ¶ Reſpondetur. opinor ꝙ in iſto caſu non tenetur dummodo conſtiterit de contagione morbi qui aliquo tempore et loco vehementius bacchatur: et inhumanus ſeuit q̄ꝫ alio. ſecus eſt de ſacramento cōfeſſionis: quia ſtat crebro illam eſſe conſitenti ad ſalutē neceſſariam: et ꝙ multa habeat reſtituenda que ex culpa ſua reſtituere non proponit: vel deſperet/ et multis alijs modis. Si ergo ab omnibus cōceſſum ſit magnum eſſe preceptum ſuccurrere extreme laboranti in vita corporali: hic longe maius eſt adeſſe et ſuccurrere extreme laboranti in vita ſpirituali: vel de quo dubium eſt an ſit in illo diſcrimine. q̄ꝫq; moriens ſi prudens fuerit et ſapiēs: poteſt ſibijpſi ſuccurrere quacūq; culpa etiam precedente: et de reſtitutione alienorum prouidere ante hoc vite diſcrimen: deteſtando omnem culpam preteritam: volēdo efficaciter omne alienum reſtituere et dare deo que dei/ et ceſari que ceſaris ſunt: etiā ſ̄m conſilium prudentis ſi quēpiam habere poſſit. ſed non omnes ſunt ſic prudentes: ſic nec omnes ſunt boni. nam poteſt eſſe ꝙ laboret criminibus predictis: vel in vno articulo fidei ad ſalutem neceſſario titubet: vel quod deterius eſt/ articulo ipſi diſſentiat: quod ſine culpa contingere non poteſt: et ita de multis alijs contingētibus. et vbi curatus egroti hic eſſet negligens: non video quin alius proximus ad hoc ſit obligatus. Sicut vbi Sortes nollet dare pauperi extreme eleemoſynam: ego ſuperueniens etiam pauperi non extreme ſuccurrere deuincior. Non tamē eſt neceſſariū ſemper domum contagioſam et peſtilentem ingredi: et hoc ſi egrotus ipſe domum egredi poſſit ⁊ in areā deſcēdere. Sacerdos enim debet duplicē habere reſpectum: vnum ad ꝓpriā vitā ſeruādā modo licito. ⁊ illud eſt minus/ quia de vita corporali ſolum agitur: licet plus debeat ſe diligere q̄ꝫ proximum ceteris parib⁹. Alium habebit reſpectum ad vitā ſpiritualem laborātis: ⁊ quāto putatur eſſe in periculoſiore ſtatu: tāto homo eſt magis obnoxius ei mederi. Alio ergo ad aream extra domum deſcendentem poteſt ſtare in aliquanta intercapedine a patiente: etiā ea qua ventus flat ſi quis flauerit: ſic ſcilicet vt ſecretum maneat peccatum confitentis: et ſ̄m hominum paucitatem: vel aree magnitudinē. Si forte ſit in campis: maius poteſt relinquere interuallum aeris vel aque medie: inter ſcutellas etiam porrigendo ſacramentum euchariſtie: quā ore docebit patientem reuerēter tractare: ⁊ docebit eum eſſe patientem animo et penam ipſam equanimiter ferrre: et in peccatorum expiationem applicare. Ecce quomodo vtriq; bonus ſacerdos ſatiſfaciet: et ſi mortem incurrat ſic faciendo: opus heroicum fratri fecit: et plus dilexit ſe ad vitā ſpiritualem q̄ꝫ alium ſ̄m verum ordinem charitatis: cui deus ſi ſic moriatur erit merces. Sed hic poſſet eſſe difficultas ſi domus fuerit infecta et locus totus in quo eſt patiens q̄ locū exire non pōt et putatur eſſe in vite ſpūalis diſcrimine: ad quid ſacerdos teneat̄. Tali caſu occurrēte nō video quomodo ſacerdos ſit abſolutus ſeu deobligatus a non ſuccurrendo: ⁊ ſiue poſſit habere antidota/ ſiue non et ſi theriacā ex antiquo ꝯfectā: bucellā panis aceto intinctam/ vel aliud antidotum habere poſſit magis eſt deuinct⁹. vel ſi parū habeat ſanguinis ⁊ phlegmatis/ ſic vt minus morbi ſit ſuſceptiuus: ſemꝑ magis obligatur. ſed curatum ſanguineum et phlegmatis plenum in caſu quem iam poſuimus: non auderem excuſare ſi alium habere nō poſſit. ex ſcriptura autem notum eſt ꝙ deus peſtem/ famem/ et bellum pro peccatis populi immittit. Sed hic multa cōtingere poſſunt que obligationem augent vel attenuant: ſic vt vna reſponſio dari non poſſit: vtpote ſi curatus eſt non ſolum ſue cure/ ſed toti populo perneceſſarius: cuius corporalis mors eſſet populi magna in rebus myſticis deſolatio: nec poteſt reperiri alius volens patiētē adire qui putatur eſſe in diſcrimine magno vite ſpiritualis vel corporis. Item timendum eſt de ſcandalo et mala ſequela iſtius curati probi de quo loquimur: nam ſi patientem mori ſine confeſſione permittat: fortaſſe erit cauſa quare alij cōfeſſores in mortibus ſuos agminatim relinquāt: ſicut in acie belli/ ad fugā viri fortis reliquus exercitus collabit̄ in reipublice perniciem. Curatus itaq; debet animam ſuam ponere in manibus ſuis ⁊ curare de ſalute gregis. pro quo ſaluando orbis redemptor ꝓpriā animā ponere non dubitauit. ¶ Hactenus de ſacramento extrema vnctione que in varijs egroti ſeu infirmi partibus applicat̄/ partibus inquā in quibus peccata exercent̄. ⁊ forte non eſt de neceſſitate ſacramēti vnctionem cuilibet partiū vulgariter nominatarū applicare: nec etiā in partibus multum ꝓpinquis/ vt diximus in femina. ⁊ ex conſequenti ſumitur color ꝙ extrema vnctio ſit dāda peſtilenti in extremitate virge: quia ſic a contagione plerūq; cauebit̄. Ulterius diximus de duobus ſacramētis pure ſpontaneis regulariter: ſcꝫ de ordine ⁊ matrimonio: ⁊ de quinq; neceſſarijs: cōmunius ⁊ minus communiter obligantibus. Ex dictis in. xij. diſtin. ſequitur ꝙ ſi oleū ſacrū cū paruo nō ſacro miſceatur: totum ſacrū efficitur: ſicut in parue aque nō benedicte mixtione cū benedicta tota benedicta efficitur. nā minus dignū ad ſe magis dignum attrahit. ⁊ nō ſolum quando eſt impceptibilitas dignioris ⁊ minus digni cōiunctorum vt in aqua iā diximus. ſed etiā quando eſt perceptibilitas/ ⁊ minus maiori applicatur: vt in refectione ſtole benedicte. Sed quia pōt eſſe difficultas de his ſacramentalib⁹ ⁊ potiſſimum de aqua bn̄dicta ad quid valeat in eccleſia. ⁊ inter errores Joannis vvicleffi numerat̄/ aquā benedictā in eccleſia eſſe inutilem: cuius motiuis ſi ea vidiſſemus reſpōdere conaremur: ideo quantum tēporis penuria ⁊ variarum cāpus materiarū quas ꝓſequi proponimus: ꝑmiſerint: queſtionem vnā de aqua benedicta cuꝫ paucis de alijs bn̄dictionibus terminabim⁹. Et q̄ſtionis titul⁹ erit iſte

¶ Diſtinctionis Uigeſimetertie.
Queſtio Secunda.

AN aqua benedicta aliquid in eccleſia valeat: et ad q̄d. Reſpondet̄ per concluſiones ſequentes. quarum Prima eſt: Aqua benedicta aliquid valet. Probat̄: quia tota eccleſia aqua benedicta vtitur: ſed ſi nihil valeret eccleſia/ abuteretur/ quod nō eſt dicendum. ¶ Secunda concluſio. aqua benedicta nō confert gratiā virtute operis operati. Probat̄ concluſio. nam ex eius oppoſito ſequitur ꝙ aqua benedicta eſſet ſacramentum: quia ſacramentuꝫ eſt ſenſibile ſignū: virtute cuius ex opere operato confertur gratia. ſed falſum eſt ꝙ ſit ſacramentū. quod patet: quia omne ſacramētum eſt a Chriſto inſtitutuꝫ: hoc demōſtrando aquam benedictam/ nō eſt a Chriſto inſtitutum: ergo non eſt ſacramentum. Cōſequentia tenet in Baroco. ⁊ minor patet: quia in nullo loco iuris diuini cōtinetur: nec ex aliquo nec aliquib⁹ ſequitur. Itē aquaꝫ benedictā inſtituit alexander Romanus pontifex a petro quintus. quia de iſto a nullo ambigit̄: nō eget corroboratione. ¶ Tertia cōcluſio. virtute operis operātis cōfert gratiam. hoc eſt exiſtēs in charitate ſumēs aquam benedictam cū intētione debita habebit augmētum gratie. Sed quia diceres ita eſſe de verrente pauimentū cenobij: ponitur quarta cōcluſio. ¶ Aqua benedicta tollit peccata venialia. de conſecra. diſti. iij. capi. Aquā ſale. ⁊ di. iiij. c. Nec quēq̄ꝫ. Sed dices. ille auctoritates ſunt hominū quibus non eſt credēdum. hoc non valet: quia in probabilibus vbi non potes cōtrarium oſ̄dere: probis ⁊ eruditis viris credēdum eſt. Item probatur ratione: nam probabiliter indulgentie poſſunt tollere venialia ſi homini nō placeant. quia tollendo penam eis debitam venialia auferūtur. Idē faciunt boni motus interiores. ¶ Quinta concluſio. ſpiritus immūdos aqua benedicta fugat: ⁊ terram ſterilē facit: ⁊ phantaſmata expellit. patet per auctoritates inductas: quaruꝫ vna ſufficit ſcꝫ Aquam ſale. ⁊ ꝓbatur ratiōe ſic. ſi homo muniat ſe ſigno ſancte crucis deuote: vel ꝓnunciet hoc vocabulum Jeſus/ cōfidenter deus nō permittit ipſum a ſpiritu vexari niſi ſue ſaluti cōducat. ſed in aque benedicte confectione porrigūtur preces deo/ ⁊ rogatur ipſe quatinus hec faciat. quādo autē deus pie ⁊ perſeueranter rogatur/ exaudit. Inuocate (dicit) nomen meu in ſuper filios Iſrael: ⁊ ego benedicā eis. Numeri. vj. ⁊ pſalmographus ait. Inuocabāt dominum et ipſe exaudiebat eos. Pſal. xcviij. ſed ī benedictione aque benedicte petit eccleſia demones abijci ⁊ morbos pelli: vt liquet ex oratione ſeu collecta. Deus qui ad ſalutē humani generis. de aqua benedicta faciēda. Si ergo oratio vnius valet ad impetrāda ſpiritualia/ vel temporalia pro quāto ad ſpiritualia cōducunt: a fortiore oratio totius eccleſie rogātis: vt aqua benedicta demones/ phātaſmata/ ⁊ morbos pellat. ſpeciales quoq; miſſe ab eccleſia inſtitute ſunt tam pro hominū q̄ꝫ pro brutorum morbis expellendis ſemper cū aque benedicte aſperſione. propterea propē lectos phantaſmata pellenda ipſam religioſi homines collocant.

¶ Contra quartam concluſionem arguitur. ſi peccata venialia aqua benedicta tollat: maior aque aſperſio plura peccata tollit. quod pꝫ vbiq; in his que culpam vel penam diminuunt/ quemadmodum eſt contrictio vel indulgentia. Et ſi maior aqua benedicta plura peccata tollat: nō ſolum caput eſt aqua aſpergendum/ ſed ⁊ pedes/ ⁊ crebro aqua benedicta aſſumenda. ¶ Reſpondet̄. non ſequitur niſi ponatur actus interioris intētio: quia forte aqua benedicta nō tollit venialia ratione operis operati ſine actu interiori: tamē quia ordinatur ab eccleſia religioſiſſimo ritu iam cōtinuato: ſpecialiter peccata diminuit. nā ſi virtute operis operati diminueret: aqua proiecta ſuper dormientem vel inaduertentem eius peccata aboleret. quod non videtur dicendum. et quia maior madefactio faciei ⁊ partium corporis eſt penalior q̄ꝫ parua: ipſa eſt magis meritoria/ dummodo recte ⁊ debite ſumatur. ⁊ ſic de actus frequentia. Si vero eā quis ſumat ridicule: iam nō prodeſt ei quicq̄ꝫ: ſicut nec alie bone operationes: ⁊ poteſt eſſe ꝙ totiēs homo ſe aqua benedicta irroret: vt omnia venialia ſua aboleantur. ¶ Colligēdo ſummatim que diximus: certum eſt aquam benedictam eſſe in eccleſia vtilem. Secundo dico: ꝙ licet quis etiam mediocriter inſtitutus/ vt Joānes vvicleffus. Oxonienſis baccalareus neſciat ad quid aqua benedicta ſit vtilis: debet tamen eam vtilem iudicare: quia debet ritum eccleſiaſticum tot annis a valentibus patribus approbatuꝫ iudicare vtilem. ſic autem eſt de aqua benedicta. Item hec conſequentia ē nulla. ego neſcio ad quid aqua benedicta ſit vtilis: ergo aqua benedicta non eſt vtilis. quemadmodum de multis inſtrumentis artificum ego dubito ad quid valeant vel ad que ſint ordinata: et tamē ſcio ꝙ aliquid valēt. Simili modo de prelatorum benedictionibus dicatur. Et q̄ꝫq̄ꝫ bona vetula cauillabatur benedictionem abbatis/ minus valere denario/ eo ꝙ illo auare negato benedictionem vltro conceſſit ſciebat ipſa vel ſcit prudens eam aliquid valere: dummodo bona intētione ſuſcipiatur. Nam ſi Eſau et Jacob ſtudioſe laborauerunt pro benedictione paterna Iſaac: quare has benedictiones in lege grē tā a pr̄ibus ſpiritualib⁹ reuerēter ⁊ gratioſe nōꝫ ſuſcipiem⁹ tanq̄ꝫ a malo ex obediētia ꝑſeruatiuas. Optimus erat mos apud noſtrates ſaltē apud rurales

dum ephebus erã/quolibet veſpe dũ ibamus cubitum: extenſis palmis benedictiones parẽtum ſuppliciter expetere: quas ſyncerissime filijs parentes ĩpartiebãt: dei optimi maximiqꝫ benedictionem ſanctiſſimã addentes. ¶ Concludẽdo ergo dico aquã benedictã: panẽ benedictũ: benedictiones in cibi aſſumptione/ſuperiorꝫ benedictiones tã ſpiritualiũ ꝗ̃ temporalium ⁊ potiſſimũ deuotorꝫ eſſe petẽdas. ille enim religioſus eſt ritus de reuerẽdis parẽtibus carnalibus. modo in lege Moſaica ſcribitur: qui honorauerit parẽtes: erit longeuus ſup terrã. et illud eſt in lege gratie morale. De nubentium benedictione fortaſſe poſtea nõnihil dicemus. Ulterius notũ eſt ꝙ benedictiones veſtiũ/virginũ/altariũ conſecrationes: vnctiones regum: vt nũc inungũtur: nõ ſunt ſacramenta: ſed ab hominibus adinuente: licet figurã ex lege Moſaica nõnũꝗ̃ habeãt. ⁊ ex cõſequẽte concedẽdũ eſt ꝙ ſunt mutabiles: et ꝓ tempore: ſi homines velint: auferibiles. Sed qꝛ ſunt rationabiles: pro ſuo curſu eas ſeruare oportet. Etiã nõ eſt ſuffocãda ſed fouẽda deuotio mulierum: finita miſſa adducẽtium ſacerdotẽ ad ſepulchrum mariti vel ꝓpinqui defuncti: vt aqua benedicta aſperſa orationes aliquas dicat pro defuncto. Et licet quoad phãtaſmata ab eo pellẽda nõ cõducat: poteſt tamen aliter conducere ne demon corpus ſurripiat: et ad alia. qḋ ſufficit. Illa nãqꝫ que religioſe fieri poſſunt: licet neſcias ob quos fines: admittere debes.

## ¶ Diſtinctionis Uigeſimequarte. Queſtio Prima.

CIrca diſtinctiõem xxiiij. in qua Magiſter determinat de ſacramento ordinis. Quero primo: an ordo ſit ſacramentũ noue legis. Pro queſtionis elucidatione aliquas notatiũculas prelibabo. In ꝓmis notato ꝙ iſte terminus ordo capitur dupliciter. Uno modo collectiue ꝓ multorꝫ debita diſpoſitiõe: ita vt ordo realiter ſit multi debite ordinati. Ordo enim ſupponit ꝓ hominibꝰ vel huiuſmodi/cõnotãdo ꝙ recte ordinenť adinuicẽ. Ordo nãqꝫ nihil aliud eſt ꝗ̃ homines/angeli/ vel alie res bene ordinate. nec eſt relatio realis vel ratiõis hominibꝰ inherẽs: per quã dicãtur ordinati. nam qualibet tali ſecluſa dũmõ inferiores pareãt ſupioribus/vt oportet: eſt ordo. nihil eſt qḋ alij dicũt: negãdo relationes diſtingui: negari ordinẽ vniuerſi. qꝛ licet negetur ꝙ relatio a fundamento ⁊ termino diſtinguať: non tamen negať ordo. Ex quo ſequiť ꝙ homines deſinunt eſſe ordo quando nullus ordo deſinit eſſe homines. ⁊ eodẽ mõ de incipit. Secundo ſequiť: ꝙ hec cõſequentia eſt nulla. hec multitudo incipit eſſe hic ordo: et hec multitudo eſt hic populus: ergo hec multitudo incipit eſſe hic populus. vbiqꝫ demõſtrãdo eadẽ. Alio mõ capiť ordo vt eſt ſacramẽtũ. ⁊ cum de ratione ſacramenti cõmuni ſit eſſe ſenſibile ſignũ: qꝛ hoc eſt genus vocabuli ſacramẽtũ: hoc in quolibet inferiori includitur. Sed tunc oportet videre pro quo ſupponat terminus ordo. et dico ꝙ ſupponit ꝓ ſignis ſenſibilibus in quibus ordinum poteſtates cõferuntur. nec inconuenit ꝙ materiale metaphoricum vt eſt in ſacramẽtis: ſupponit ꝓ toto. ſicut baptiſmus realiter ſupponit ꝓ aqua: qꝛ hoc nõ obſtãte eſt ſacramentum. ſic in ꝓpoſito ſacerdotiũ ꝓ calice/patena/hoſtia aut vino ſupponit: connotãdo ꝙ epiſcopus intẽtionem debitã et cetera requiſita ad talis ordinis collationem habeat. Poteſt etiam capi collectiue ꝓ omnibus illis ſimul. queadmodũ ſacramẽtum ordinis poteſt capi ꝓ ſeptem ordinibus copulatim: vel tribꝰ vel pluribꝰ. ſicut in ſimili dicimus ꝙ interdum logica capitur pro duabus cõcluſionibus: nõnunꝗ̃ pro pluribus. et ſimiliter in alijs ſex ordinibus ſunt ſenſibilia ſigna que ordo dicuntur. et hec expſſe eſt mens Magiſtri in preſenti diſtinctione. capi. x. vbi querit. Quid eſt ordo? ſane dici poteſt (inquit). Ordo eſt ſignaculum id eſt ſacrum quoddã quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato ⁊ officium. Sed dicis. ex iſto ſequuntur he cõcluſiones. Sacramentum ordinis eſt frigidum: quãdo calix eſt frigidus. ſacramentum ordinis caret vno digito. licet ſacramentum ordinis emere licite: qꝛ illum calicem emere licite poſſum. et ſic de patena. preſbyter non ſuſcepit ſacramentum ordinis: qꝛ non ſuſcepit calicem. nec manus preſbyteri. Reſpondetur. due prime concluſiones ſunt vere. de tertia autem ꝓpoſitione diſtinctione ſequente futurus eſt ſermo. quartã ꝓpoſitionem nego loquendo vt plures. licet enim calicem non ſuſceperit: tamen facultatem habuit conſecrandi corpus Chriſti verum: ⁊ faciendi illa que alij ſacerdotes facere poſſunt. et hoc ſufficit ad illius veritatem. Si cuipiam hec abſurda videantur: petatur ab illo que res ſit ſacramentum ordo: ⁊ logicam intelligens ſimilia inferre poterit contra illum. Domini enim reales hec habent concedere in fundamẽto. et cum domini nominales relationem a fundamento non ponãt diſtinctã: quid mirũ ſi hec concedant? ¶ Secundo notato ꝙ de numero ordinum eſt diſceptatio. aliqui enim ponunt ſeptem ordines/quos Magiſter in litera ponit. et Iſidorus. vij. Etymologiarum. c. xij. ⁊ ſunt hoſtiariatus/lectoratus/exorciſtatus/acolytatus/ſubdiaconatus/diaconatus/et ſacerdotiũ. primã autem tonſurã dicunt/interſtitiũ inter ordines ⁊ laicum: vt eſt nouitiatus inter laicum ⁊ religioſum. Alij ponunt nouem: ſed nõ eſt grãde diſcrimen. Uerũtamen ob paruas ſuaſiones/et auctoritates pontificum modũ ponendi nouem ordines amplectar. textus enim pontificis ad hoc eſt expreſſus vt prima tonſura dicatur ordo. de eta. et quali. ordi. c. Cum cõtingat. vbi Innocẽ. iij. archiepiſcopo Rothomagenſi ſic ſcribit. Cum contingat interdum ꝙ laici ad monaſteria conuolantes a ſuis abbatibus tonſurentur: requiſiti an clericatus ordo in tonſura huiuſmodi conferatur. Et in fine reſoluens dicit. Clericalis ordo cõfertur. qḋ ſi tortuoſe exponas: pari facilitate multos alios ordines negare poſſum: preſertim cum pro te rationem non habeas. Hec autẽ prima tonſura vocatur clericalis/ clericatus / vel pſalmiſtatus. Etiam epiſcopus poteſt exercere aliquem actum: quem non poteſt ſacerdos communis: vt confirmando et maiores ordines conferendo. et cum ſpiritualiter exercere poſſit aliquem actum in corpore myſtico: quem non poteſt ſacerdos communis: ſequitur ꝙ eſt ordo. Antecedens tamen hoc negaretur ab aliquibus de facultate maximi pontificis: vt patet ex dictis in ſacramento confirmationis. Etiam negabitur conſequentia: quia dicẽt illud nõ ſufficere: ſed requiri ꝙ aliquid poſſit facere circa corpus Chriſti verum: qḋ non poteſt alius ſacerdos communis. qḋ probari non poteſt. Propterea arguitur ad idem. degradatus et qui epiſcopatum reſignauit cõfert ordinem: licet non ordinis exequutionem: ergo in eo eſt impreſſus character epiſcopatus indelebilis. Dicere nãqꝫ cum Petro Paludano ꝙ character ſacerdotalis dilatatur et non producitur nouus character in epiſcopatu: nihil eſt: quia vel aliquis character ꝓduciť in aſſumendo epiſcopatu: vel non. ſi ſecundũ: nullo modo dilatatur. ſi aliquis: eſt verus character. Prima ergo tonſura ⁊ epiſcopatus cuꝫ alijs ſeptem vulgo enumeratis numerũ nouenarium ordinũ/inſtar nouem ordinum angelorum faciunt. ¶ Et vt videas quando ⁊ in quibꝰ ſignis horũ ordinum poteſtates cõferantur / Tertio notabis ꝙ quilibet ordo ĩ illo ſigno imprimiť per quod cũ applicatione forme precipuus actus illius ordinis confertur. quemadmodũ in baptiſmo ⁊ alijs ſacramẽtis. ⁊ particulatim in ordinibus declaro. qm̃ prima tonſura ĩ ablatione pilorum cõfertur. nam tũc homo incipit eſſe ĩ ſorte domini: ⁊ minorẽ curam habere temporalium: et ĩ ſignum ſuperfluitatum in bonis fortune auferendarum tollũtur pili. Per clauium traditionẽ character hoſtiarius imprimitur: cuius officium eſt ĩdignos a ſacramẽtis arcere: ⁊ dignos admittere. Exorciſte imprimiť character cũ accepit librum exorciſmorũ: cuius officium ẽ exorciſmos memorie cõmendare/⁊ manus ſuper cathecuminos ⁊ energuminos ponere. Lectori imprimiť character ⁊ poteſtas lectoratus cum datur ei liber prophetiarum: quia eius officium eſt ꝓphetias legere: ⁊ cathecuminos prima rudimenta fidei docere. Acolyto datur poteſtas ĩ datione vrceoli ⁊ cãdelabri: ſed ꝑcipue vrceoli: quia eius officium eſt preparare vinũ ⁊ aquam ad celebrandũ. Subdiacono in porrectione calicis vacui et patene. qꝛ principalis actus eius eſt vaſa dominici corporis ⁊ oblationes diacono offerre: ⁊ legere epiſtolam ẽ actus ſecundarius: nõ pꝛincipalis. Diacono imprimitur in datione libri euangeliorum. tũc enĩ datur ei poteſtas publice euãgelium cantandi in eccleſiã. in quo includiť alius actus: ſcilicet diſpenſatio ſacramẽti eucharistie / ⁊ poteſtas portãdi corpus domini in patena. In ſacerdotio autem ſunt due forme ⁊ duplicia materialia ⁊ ſẽſibilia ſigna. Primo cõfertur ordinando panis/calix/⁊ hoſtia: ⁊ forma reſpõdẽs eſt. accipe poteſtatem celebrãdi. Secundo imponitur manꝰ epiſcopi ſuper ordinãdũ cum hac forma: accipe ſpiritum ſanctum/ ad imitationẽ Chriſti: qui in vltima cena apoſtolis dedit poteſtatẽ ſuper ſuũ corpus verũ: deinde poſt reſurrectionẽ ſuper corpus ſuũ myſticũ. Sed opinione mea impoſitio manus nõ eſt de eſſentia iſtius ſacramẽti ad hoc vt cõferatur: quia ſine tali impoſitione quis ordinať ſacerdos. vt de ſacra. non iterã. c. Preſbyter: vbi Gregorius nonus epiſcopo Lodoſi. ſcribit. Preſbyter ⁊ diaconus cũ ordinantur: manus impoſitionẽ tactu corporali/ritu ab apoſtolis introducto recipiunt. qḋ ſi omiſſum fuerit: nõ eſt aliquatenus iterandũ: ſed ſtatuto tẽpore ad huiuſmodi ordines cõferendos caute ſupplendum: quod per errorem extitit pretermiſſum. Quia ſi aliquid eſt pretermiſſum quod eſt de ordinis ſubſtãtia: totum eſt iterandũ. Et ita etiam ob viã tutiorem ſemper obſerua quãdo dubium vel iudiciũ eſt probabile ꝙ aliquid omittiť quod eſt de ſubſtantia ordinis: quia ſi nõ ſit de ordinis ſubſtãtia ſed de bene eſſe/in alia ordinatione eſt ſupplẽdum: ⁊ ab eodem qui prius ordinauit ſi haberi poteſt. Illud autem quod eſt de ſubſtãtia ordinis nõ poteſt diuidi. vt diximus in baptiſmo: et hic pro repetito habemus. Nec ante illud ſupplemẽtum poteſt homo exequi illa ꝗ ſunt illius ordinis de iure. Ad hoc eſt argumentũ. lij. diſtin. cap. Sollicitudo. Etiam illa verba. accipe ſpiritum ſanctum/nõ ſunt preciſa forma in acceptione poteſtatis ſuper corpus Chriſti myſticum. ad hoc eſt argumentum. nã aliqua paſtoralia hoc nõ habẽt. nec eſt ꝓbabile ꝙ deficerent in aliquo tam neceſſario ad ſacramẽtũ: ſufficit ergo ꝙ ſint ſimilia vel requiſita: ſicut in vno ſacramento forma eſt magis preciſa ⁊ reſtricta ꝗ̃ ĩ alio: vt in baptiſmo ⁊ matrimonio videre eſt. Ordo epiſcopalis conferť in impoſitione manuũ epiſcoporum ſi plures de eſſentia requirantur/ſuper caput ordinandi.

¶ His paucis notatiunculis prælibatis affirmatiue ad queſtionẽ reſpõdeo: ꝙ ordo eſt ſacramentum noue legis. Nam cũ reliquis ſacramẽtis noue legis enumerať. ⁊ patet ꝑ ordinis definitionẽ/que ẽ hec Ordo eſt ſacramentũ quo traditur poteſtas ſpiritualis ſuper corpus Chriſti verum vel myſticum. Sacerdos enim Moſaicꝰ nõ poterat abſoluere nec aperire regnuꝫ celorũ vel claudere: nec aliquid facere ſup corpus Chriſti verum: ſicut ſacerdos euangelicus: ſed mũdare poterat ab aliquibus irregularitatibꝰ illius legis: ⁊ erat mediator inter deũ ⁊ populum: ⁊ ſacerdos vocabať ſicut eĩ lex illa nõ erat ita perfecta vt iſta: ita nec ſacerdos illiꝰ legis erat perfectus vt ſacerdos iſtius. ¶ Ex quo pꝫ ꝙ in cuiuſlibet ordinis collatione ſi nõ fuerit obex cõferť gratia virtute operis operati. hoc enĩ eſt de ratione ſacramẽti in cõmuni. Secũdo ſequiť ꝙ plures gratie virtute operis operati conferũtur viro in die cum minoribus ꝗ̃ cũ maioribus. ratio eſt: quia plures ſuſcipit ordines in die. forte etiã cum perfectiore ordine conferť ſemper maior gratia. Eodẽ modo de characteribus. nã in quolibet ordine character imprimitur indelebilis.

CIrca hanc queſtionem pro eius intelligentia/aliquas dubitatiũculas mouebo: quarum prima eſt. An terminus ordo ſit genus ad omnes alios terminos ordines importantes. Secunda dubitatio. ſi nouẽ ſint ordines vel ſeptem aliorũ more: plura erunt ſacramenta ꝗ̃ ſeptem: contra communem determinationem. Tertio dubitať/quis poſſit ordinari. Quarto. ꝗs poſſit ordinare. Quinto. in qua etate conferri poſſint. ¶ Ad primam reſpondetur affirmatiue: licet aliquis ordo alijs preſit. quemadmodum iſte terminus animal oĩa animalia vera ſignificat: licet aliqua alijs in nobilitate ꝑſtent. Et ex iſto patet ꝙ hic terminus ordo eſt genus ſubalternum ad a. ſignificans ſacerdotium: ad b. ſignificãs epiſcopatum: ⁊ ſic de alijs ordinibus. ad c. ſignificans primã tonſurã que eſt tam verus ordo ꝗ̃ ſacerdotium. quemadmodũ canis eſt eque verum animal ac homo. ¶ Ad ſecundã dicitur ꝙ mile ſunt ſacramenta. immo mille ſunt ſacramenta ordinis. ſed quia omnia illa ſub hoc vocabulo (ordo) includũtur: omnia ſub vno ſacramento appellãtur. ſicut omnes termini generici ſub genere: omnes termini ſpecifici ſub ſpecie includũtur. cauillatio autẽ que apḋ iuuenes ĩ logica pertractari ſolet de hac tantũ quinqꝫ ſunt predicabilia/ſimiliter poteſt hic fieri. ¶ Ad tertiã dubitationem dicitur ꝙ alique ſunt perſone nõ ordinabiles: vt pote femine: ⁊ non baptiꝫati. ſed non confirmati poſſunt ordinari: ⁊ iſtud eſt ex inſtitutione diuina: adeo vt ſi quis epiſcopus aliquẽ iſtorum ordinare tentauerit/nihil faciat. Ad hoc eſt argumentum ꝙ chriſtifera virgo nõ habebat aliquẽ ordinem: quia illud eſt muliebri ſexui indecorũ. Propterea recte dicit Apoſtolus pꝛie ad Timoth. ij. Docere autem mulieri nõ permitto neqꝫ dominari in virum. Nec tonſurari poteſt. xxxiij. q. v. Hec imago. Herodotus itẽ poſtꝗ̃ de Nilo flumine: ⁊ egyptiorũ moribꝰ graphice ſcripſit ſubiũgit. Nulle femine ſunt ſacerdotes deorũ vel dearũ. Poeta tñ ſexto Aeneidos vocat Cumanã ſibyllã ſacerdotẽ: intellige ꝓphetiſſã vł deuotã: ſicut ꝑfecte veſtalibꝰ ⁊ deuote mulieres ſacerdotiſſe dicunť. De hermaphroditis nõ loqꝛ. lꝫ plꝰ de ſexu maſculis ꝑticipẽt: ad ordines ſi ſũt admittẽdi

licet de facto eos ſuſcipiant. Sed eſt difficultas bona
ſuppoſito illo qđ recitat Plinius. de quo diſtin.xliij.lo-
quemur: ſcʒ ꝙ homo de ſexu in ſexū mutat᷑. tūc licet con
cedātur iſte ꝓpoſitiões extrinſeco tēpore: mulier erit ſa
cerdos euāgelicus: mulier fuit ſacerdos: iſta tū̄ non eſt
cõcedēda: mulier eſt ſacerdos. queadmodū albū erit ni-
grum: et tū̄ nunꝗ̄ verū eſt dicere/albū eſt nigrū. vir enim
⁊ mulier ſunt termini cõnotatiui de pđicamēto qualita
tis. Sed tunc eſt difficultas: ſi de ſexu virili in femineū
fiat mutatio. cõſequēter cõcedēdum eſt ſi id de ſacerdo
te fiat: ꝙ ſacerdos erit mulier: ⁊ verum erit dicere de pre
ſenti: hec mulier habet characterē ſacerdotalē: ⁊ tū̄ non
eſt ſacerdos. alioquin caſu admiſſo dabit᷑ mulier ſacer-
dos. Ex iſto patet ꝙ quilibet maſculus baptizatus eſt
cuiuſcunꝗ̄ ordinis ſuſceptiuus in potentia propinqua.
¶ Ad quartā dubitationē dicit᷑ ꝙ quilibet epiſcop⁹ po
teſt quoſcūꝗ̄ ordines cuicūꝗ̄ ſuſceptiuo cõmunicare: ſi
ue renūciauerit epiſcopatui: ſiue nõ. vt patet de epõ qui
renunciauit epiſcopa.c.j. Similiter degradatus ⁊ here
tic⁹ ſi rite fuerit in epm̄ ordinatus. Et hic loquor de fa-
cto: non autem de iure. epi enim peccant conferentes or
dines his quibus conferre non poſſunt de iure. et ſuſci-
piētes ab eis ordines: ordinum exequutionem nõ ſuſci-
piunt. Epiſcopus autem quilibet dat oēs ordines cuili-
bet maſculo baptizato: ſi non ſit impedimentum a ſupe-
riore: vt eſt in illegitime natis. hoc eſt: dat cuilibet in ſua
dioceſi oriūdo: aut qui in ſua dioceſi habet domicilium
vel beneficiū: aut de facultate epi cuius eſt ſubditus or-
dināduʒ: vel capituli ſede vacante: vel vicarij generalis
epõ in remotis agente: vel ſui p̄lati/ſi ſint religioſi exem-
pti. vt habetur ex.c. Nullus. de tempo.ord.lib.vj. vbi di
citur ꝙ quicūꝗ̄ alienum ſine licentia ſui prelati ſciēter
vel affectata ignorātia ordīnauerit: ꝑ annum a collatio-
ne ordinum eſt ſuſpenſus. Et poſtꝗ̄ ſuſpenſio fuerit ma
nifeſta: poterunt ſubditi ſine eius licentia a vicinis epi-
ſcopis ordinari. vt in cap. Eos. de tempo.ordi.libro.vj.
Ordinatis tamen a tali character imprimitur: nec ſunt
ipſo iure ſuſpenſi ſed ſuſpendendi.c. Ad trāſlationem.
de tempo.ordi. Et ſi celebrent anteꝗ̄ ſuſpenduntur non
ſunt irregulares: licet peccent celebrādo anteꝗ̄ ſui p̄la-
ti talem ordinationem ratā habeāt. Primā tonſuram ſi
cut dicit Joan. Andr. in.c. Cum cõtingit. de eta. ⁊ q̄lita.
poteſt dare quilibet ille qui habet quaſi epiſcopalem iu
riſdictionem/ vt dicitur in.c. Abbates. de priuile.lib.vj.
et ſi nõ habeat talē iuriſdictionem dare non poteſt. Ab-
bas autem ſi eſt preſbyter ⁊ ab epõ benedictus: vel recu
ſatus benedici: poteſt dare tres ordines minores/ſcʒ pri
mā tonſurā/lectoratum/et hoſtiariatum in ſuo monaſte
rio ſuis monachis et illis qui vt efficiantur monachi il-
luc aſſerint: ⁊ ſecularibus omnibus in quos habet qua-
ſi epiſcopalem iuriſdictionē.xxj.diſt.c.j.et.ij. Et etiā in
alio monaſterio poteſt eos ꝯferre ſi ſit accerſitus ab ab-
bate: ⁊ illud monaſterium ſit exemptū. alioquin non po-
teſt. An autem abbas det alios ordines maiores: de hoc
in confirmatione nõ nihil loquuti ſumus. ¶ Ad quintū
dubium reſpondetur: ꝙ prima tonſura et minores ordi-
nes nõ poſſunt ſuſcipi ante ſeptimū annum.lxxvij.diſt.
In ſingulis. ⁊ conferēs alicui niſi religionem aſſumpſe-
rit/ſuſpenſus eſt ipõ facto ꝑ annum a collatione eiuſdē
ordinis. de tēpo.ordi.c. Nullus.lib.vj. Acolytatus poſt
duodecimum annū. in dicto cap. In ſingulis. Subdia-
conatus.xviij.anno. Diaconatus vigeſimo. Preſbyte-
ratus.xxv. vt in cle. Generalē. de eta.et quali.ordi. An-
te dictam autem etatem: vt notatur in dicto cap. Gene-
ralem. ordinem accipit paruulus: ſed non exequutionē.
De iſtis autem temporibus ſeruandis eſt conſtitutio po
ſitiua humana: quare facile poteſt in his diſpenſari: vbi
homo eſt idoneus. vnus nāꝗ̄ eſt ⁊ doctior et prudentior
in vigeſimo āno ꝗ̄ alius in trigeſimo. Vidi ego aliquos
religioſos magnā conſcientiā facientes de hoc ꝙ ſuſce-
perant ordines ante tempus ſtatutum a põtifice: qui ta-
men paruam faciebant: ꝙ viuerent in ꝓprio: ⁊ regulam
infringerent: more phariſeorum culicem excolātium et
camelum deglutientium. Quibus autem temporibus
ordines ſint ſumendi: queſtione ſequente explicabitur in
dubitatione quadā. ¶ Ecce quid eſt ordo: et ꝙ nouem
ſunt ordines in eccleſia militante: ad ſimilitudinem no-
uem ordinum angelorum in eccleſia triumphante: inter
quos non eſt eſſentialis dependentia: quia licet de iure
debeat eſſe gradatim a minore ad maiores aſcenſus: de
facto tamen poteſt aliter contingere: vt ſcilicet quis pri-
mo ſit ſacerdos: deīde diaconus. et cum epiſcopatus ſit
ordo: ducitur ꝓbabile argumentum ꝙ iſti paruuli non
ſolum vocati ſunt epiſcopi: ſed realiter epiſcopi ſi ſint ab
epiſcopis more aliorum ordinati: licet non ſint ſacerdo-
tes. ſed quia communiter non ſic ordinātur: et male age-
rent eos tales ordinātes: ſunt ſolum epiſcopi vocati: la-
nam et lac gregis comedentes: ſed non cuſtodientes pe-
cus. Tres ordines ſacri appellātur: quia caſtitatem an-
nexā habent que homines ſacros reddit. omnes tamen
cum ſint a Chriſto inſtituti: reuera ſunt ſacri. Vlterius
diximus ꝙ nec mulier nec non baptizatus/poteſt ordi-
nari in ſenſu compoſito. Preterea ſi aliquid de eſſentia-
libus ad ordinem requiſitis dimittatur: a capite inchoā
dum eſt: quia nihil factum eſt. Non opinor aliud requi-
ri ab iſtis formis et ſignis ſenſibilib⁹ applicatis: de qui-
bus in ſingulis ordinib⁹ loquuti ſumus. reliqua omnia:
vt celebratio miſſe: ieiunium: tempus: ⁊ etas ſunt requi-
ſita ꝓpter miniſtrum et ſuſcipientem. Et patet ratione.
nā quemadmodum baptizās dicens. Ego te baptizo in
nomine patris et filij et ſpiritus ſancti: licet nihil aliud
addat: vere baptizat relictis orationibus: ⁊ alijs cerimo
nijs cõmuniter adhibitis: ⁊ ſicut ſacerdos dicēs ſuꝑ pa
nē triticeū quocūꝗ̄ tēpore: hoc eſt corpus meū: intēdēs
conſecrare: vere cõſecrat: peccat tamē: et ſimiliter in ma
trimonio ⁊ in alijs ſacramentis: ſic omnino eſt in ꝓpoſi-
to. et ſicut in alijs ſacramentis forma a poſteriore inſi-
nuat ſeu dat intelligentiam in parte que ſigna ſenſibilia
ſint requiſita ad ſacramētum: ſic hic. vt patet de his for-
mis. hoc eſt corpus meum. que eſt oratio conſecratiua.
ego te baptizo in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti.
que eſt oratio baptizatiua.

## ¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte. Queſtio Secunda.

SEcundo circa eādem
diſtictionē quero. An ſummus
põtifex poſſit diſpēſare cum ſa
cerdote vt contrahat matrimo-
niū. Non quero in hac q̄ſtione:
an aliquis cõiugatus ſit ſacer-
dos: quia notum eſt ꝙ ſic. vt de
apoſtolis nouim⁹: et adhuc de
grecis. ſed q̄ro de illo qui prius
eſt in ſacris: ⁊ poſtea matrimonium cõtrahit diſpenſan-
te pontifice. Idcirco autem hanc queſtionem propono:
quia a paucis annis retroactis fuit queſtio in faculta-
te noſtra ꝓpoſita: ⁊ maior pars in partē negatiuā deſcē
dit. Impreſentiarum paucis etiā eādē queſtionē attin-
gere conabor ſuadendo ꝙ diſpenſare nequeat. ſiue au-
tem oſtēdero ꝙ nõ poſſit de iure/hoc eſt/peccat facien-
do ſine rationabili cauſa: ſiue de facto: puta diſpēſatio

vide [illegible] q. j. q. 12



eius eſt nulla: habebo ꝓpoſitum q: ad hoc vel illud con
cludendū nitar: nunc ad vnum ſenſum/nūc ad alium ſʒ
rationes occurrentes diſceptaturus.

¶ Primo ſic argumētor. hec ꝓpoſitio
eſt de iure diuino. nullus prius ſacerdos põt vxorē du-
cere. ergo in hoc nõ poteſt Romanus põtifex diſpēſare
conſequētia tenet: quia legē dei poteſt e medio tollere:
alioquin diſpēſare poſſet ꝙ fieret diuortium in noua le
ge in matrimonio. qđ non eſt dicendū. antecedēs habet᷑
ex ſexta ſynodo. vt recitatur.xxxij.diſti.c. Si quis. vbi
canõ ſic dicit. Si quis eorum qui ad clerū accedūt/vo-
luerit nuptiali iure mulieri copulari: hoc ante ordinem
ſubdiaconat⁹ faciat vbi Apparatus iuris vigilātiſſim⁹
interpres ſic inquit. Iſtud caput euidēter eſt contra il-
los qui dicunt ꝙ greci poſſunt cõtrahere in ſacris ordi-
nibus. Nec etiā dicit tēpore Apoſtolorū licitum fuit cõ
trahere in ſubdiaconatu. quod ꝓbat per.c. Cum in pre-
terito.lxxxiiij.diſtin. vbi Aurelius in conſilio Carthagi
neñ dixiſſe legit᷑. Cū in preterito cõſilio de cõtinentie et
caſtitatis moderamie tractaret᷑. ⁊ paulopoſt. Vt quod
Apoſtoli docuerūt exēplo/ ⁊ ipſa ſeruauit antiquitas:
nos quoꝗ̄ cuſtodiam⁹. Notū eſt autem ꝙ multa de iu-
re diuino tenemus que nec expreſſe in iure diuino con-
tinent᷑: nec poſſunt euidenter ex illo deduci. accipe exē-
plum ex queſtione precedēte de muliere nõ ordinanda i
ſacerdotem/ ⁊ de ordinū ſingulorū inſtitutione. hoc eni
antiquitate cū paruis rationibus cõgruis cõuincitur.
Similiter nec in nouo teſtamēto legimus ſummū pon-
tificatum ſucceſſoribus Petri cõceſſum a Chriſto quo
nõ obſtante de iure diuino ſummū pontificatū tenem⁹.
⁊ ita in multis alijs. Non eſt preterea veroſimile ſi illud
fuiſſet de ſolo iure humano: quin aliqui põtifices ſuper
hoc diſpenſaſſent. qđ in diebus. Apparati ⁊ multo poſt
non eſt auditū. Multi nāꝗ̄ fuerunt ſacerdotes quorum
fr̄es maiores natu ſine herede vita deceſſerūt: ad quos
opulentiſſime hereditates deuenere: qui facile obtinuiſ
ſent diſpenſationem ⁊ facultatē cõtrahendi/ſi apud ſa-
pientes vſpiā fuiſſet reputata diſpenſatio licita. ¶ Se
cundo arguitur ad idem. maximus pontifex nõ poteſt
diſpenſare cū religioſo etiā non ſacerdote vt ducat vxo
rem: ergo nec cū preſbytero vel exiſtente in ſacris. ante-
cedens cõceditur a doctore ſancto: quem propterea in-
ducimus quia eū clypeum cõſtituunt aduerſarij: lʒ nõ
credam eius poſitionem veram: vt diſtictione.xxxviij.
dicemus. Quidam tamen tortuoſe eius dictum ac pre
ter eius mentem flectit dicens ipſum moueri vt diceret
ꝙ maximus põtifex non poteſt diſpenſare/propter ver-
bum pontificis de ſtatu monacho.cap. Cum ad mona-
ſterium. vbi Innocentius tertius dicit. nec eſtimet ab-
bas ꝙ ſuꝑ habenda proprietate poſſit cū aliquo mona-
cho diſpenſare ⁊c. Si beatus Thomas vidiſſet (inquit)
pontifices diſpenſare ſicut in diebus iſtis factum eſt: re
uocaret ſententiam. Hec euaſio multifariam deficit. tū
primo ꝙ aliqui põtifices ante dies beati Thome in hoc
niſi ſunt diſpenſare/quod legit beatus Thomas. Nam
hoc recitat Altiſiodorus quem pre manibus habebat.
quo nõ obſtante tenuit pontificem non poſſe diſpenſare.
Tum ſecūdo. aliud eſt de facto pontificis: ⁊ aliud de le-
ge eius ſcripta cõſilio prudentum condita. nam ſi facta
pontificum et regum facerent leges obligatorias: eſſet
mirabile de legibus. ſecus eſt de Chriſto/ cuius actio ē
noſtra inſtructio. Tum tertio. illa eſt vna rationum ei⁹.
⁊ ſtat potiſſimum in hoc quod Leuitici vltimo ſcribit᷑.
Animal deo immolatū nõ põt in vſus humanos reuoca
ri. ⁊ certe ſi conarer in ſcholā poſitionem illā tueri: ad il
lud dictū cõfugerem: ⁊ difficile foret me ab illa ſpelun-
ca extrahere. In hoc ſtat Joannes Capreolus vir ſane
eruditus: beati Thome ꝓpugnator: ⁊ eius doctrine ad-
ditus. Sed ceptum ꝓſequor. doctor ſanctus negat con
ſequētiam. ⁊ ratio eſt/ dicit ꝙ religioſus eſt mortuus ci-
uiliter: cū bona anime corporis/et fortune a ſe abdicet.
ſacerdos aūt eſt ſolū mutilat⁹/cū bona aīe ⁊ fortune re-
tineat: abdicādo a ſe ſolum incontinētiam/ ⁊ cõtinentie
ſe aſtringēdo. Hec reſponſio eſt ſubtilis: ſed nõ ſufficit.
quod ſic oſtēdo: quia ita incõtinentia eſt a ſacerdote ab-
lata/ ⁊ ſe cõtinentie mancipat vt religioſus. alia autem
duo ſunt ipertinentia. vt ſi vnus cõtinentiā ſolēniter vo
ueat/ſcilicet Sortes ⁊ nihil aliud: aliud ſolēniter voue
at cõtinentiam cū.iiij.vel.v.alijs diuerſis ⁊ impertinēti
bus idē eſt quo ad cõtinentiā ⁊ ſiue vnus dicat᷑ mortu⁹
ciuiliter/ ⁊ alter mutilatus ſiue nõ/nihil refert de nomi
nibus. Tūc ſic. hec cõſequentia eſt bona. Romanus põ
tifex nõ poteſt abſoluere religioſum nõ ſacerdotem a vo
to cõtinentie: ergo nec ſacerdotem vel exiſtentē in ſacris
a voto continentie: quia eſt eadem ratio. ⁊ antecedens ē
verum ſm̄ ſctm̄ Thomam: ergo cõſequens nõ eſt ab eo
negandum. ¶ Item iſtud eſt rationi maxime conſenta
neum. quod ſic oſtenditur. cum immūdi non poſſent ve-
ſci panibus ꝓpoſitionum/primi Regum.xxj. a fortiore
nec edere carnes agni qui ꝓ nobis paſſus eſt. Preterea
ſacerdotes veteris legis vmbratice ſacerdotes reſpectu
legis gratie in hebdomada qua miniſtrabāt: a proprijs
vxoribus abſtinebāt. ſed ſacerdotes noſtri cultui perpe
tuo dei mancipati ſunt: ergo ſēper debēt abſtinere a mu
lieribus: nec debent vxores habere. Item quia tunc ſa-
cerdotes ſolum erant admiſſi i tribu Leui ⁊ in familia
Aaron: neceſſarium erat interdum vacare generationi.
non ſic autē eſt in lege gratie vniuerſali: que de qualibʒ
gente ſacerdotes admittit. ergo ad ſacerdotum ꝓpaga-
tionem nõ opʒ ſacerdotes generationi vacare. ¶ Pre
terea ſi illud ius eſt humanū: eſt ex magnis conſilijs cū
magno libramine patrum introductum ⁊ eccleſie vtiliſ-
ſimum. porro vtilitas eius patet ex incommodis que ſe
querētur ad oppoſitum. nam ſi p̄latis liceret vxores du
cere: bona crucifixi hereditate poſſiderentur: cū et nūc
videamus multa nepotibus ⁊ remotioribus conſangui
neis impartiri. Preterea a rebus diuinis luxus/vt ſan
cti dicunt/multum abſtrahit ⁊ homines illaqueat. etiā
habere curam rei vxorie/ ⁊ prouiſionis filiorū poſt mor
tē/prelatos plurimum implicaret/quo minus rebus di
uinis ⁊ ſtudio ſe accommodare poſſent ſm̄ exigentiam
officij eorum. Nõ aliam ob cauſam muſas virgines fin
xere poete/niſi quia dantes muſis operā oportet ſtude-
re caſtitati. Põtifici ergo maximo non licet contra hoc
ſuis ſi conſilij ſit diſpēſare. Dicis. cõſequentia eſt nulla/
vt liquet in.c. Nõ debet de ꝯſangui. ⁊ affi. vbi in ſtatuto
ꝯſilij diſpēſat. Hoc nihil ē: q: illud eſt vnū poſitiuū rem
publicā nullo mõ ledēs: ſed crebro in eius augmētum.
ſecus eſt hic. Nā lʒ leges vniuerſaliter dent᷑/potiſſimū
tales/patiunt᷑ tū̄ exceptionē ⁊ cū nõ poſſit quolʒ die cõ-
ſiliū ꝯgregari: capiti eccl'ie eſt relicta facultas diſpēſan
di ſm̄ exigentiā tp̄is ⁊ caſus. Non poteſt tū̄ Romanus
põtifex diſpēſare cõtra ſtatutū ad intentionē vniuerſa-
lis ꝯſilij ſiue de facto/ſiue de iure licite. vñ Gelaſius pa
pa ait/vt ſcribit᷑.xxv.q.j.c. Cõfidimus ꝙ nullus iā vera
citer chriſtianus ignoret vniuſcuiuſꝗ̄ ſynodi cõſtitutū
qđ vniuerſalis eccleſie ꝓbauit aſſēſus/nullā magis ex-
equi ſedē pre ceteris opʒ ꝗ̄ primā. hoc ipſum ptʒ in.ca.
Sunt quidā eiuſdē.q. Et ratio eſt: q: irrationabile foret
ꝙ vn⁹ hõ ad nutū ſuum ſtatutū aliqđ laxaret in quo de-
colorare᷑ eccleſia. ſtatutū inquā ſacerdotio ⁊ toti reipu

blice Chriſtiane vtiliſſimum:tot ſanctorum patrū excubijs ⁊ ſudoribus partum:ſaltem non debet.

plurimū homines nimiū de ſe pſumāt: quatinus humiliemur: paucis oſtendā. Cum contra xerxen Perſarum imperatorē potētiſſimū Greci victores eſſent: conuenerūt in hoc vt quilibet ducum in ara Neptuni poneret ſignū: quo ſciret quē primas partes in bello cōſequutum fuiſſe iudicaret. mox principū quilibet ſe primū: ⁊ Themiſtoclē ſecūdum poſuit. Simile legimus eueniſſe īter primarios artifices ſimulacroꝝ in tēplo Diane Epheſine: vbi quilibet ſe primū ⁊ Polycletū ſecūdū poſuit. qui duo a iudicibus p̄mas habuere partes. Exēplum peculiare inter baccalaureos iam ꝓuectos et eruditos: in ſacra theologia ꝓxime licētiādos cape. ſemꝑ enim tunicā pallio ꝓpinquiorem exiſtimamus. Pari forma noſtros alijs melioribꝰ p̄ferimus. vt de Niobe et eius liberis eſt apud poetas: ⁊ ad ſimile propoſitum ab Ariſto. in Ethi. aſſumpta. Sed dicis. nō nobis et noſtris fidē habebimꝰ ſed neutris: licet ita in materia ancipite faciendum ſit. Aliter ſecūdo arguit̄ ad concluſionē. contingit nos/collatorē ⁊ alios in petēdo honore offendere ſeu ſcādalizare: ſed a ſcādalo etiā puſilloꝝ deſiſtendū eſt. igit̄. Tertio arguit̄: licet maius ſit meritū ꝓbe agere in honore publico ꝙ̄ officio carere: tn̄ crebro eſt periculoſius. ⁊ ꝓpterea venerabiles patres ſatius iudicarūt cōtēplari cum Rachele et Maria Magdalena ſub modio: ꝙ̄ ſe exponere procellis in cathedra ⁊ multitudine curarū. Porro lippos oculos Lia habuit: ⁊ ꝓpterea nō ita lympide vidit vt Rachel. In ima quoqꝫ valle arbor ſita diu ſtat: que in montis iugo/borea/et fulminibꝰ crebris icta eradicat̄: ſm̄ illud Alani. Tutior in terris locus eſt ꝙ̄ turribus altis. Qui vadit in terris nō habet vnde cadat. Cui alludit reſponſio Anacharſis interrogati de tutiſſima naui: reſpōdētis eam eſſe in portu et ſolo ſitā. Hinc Moyſes renuit eſſe dux populi: inquiens. Exodi. iiij. Mitte quē miſſurus es. et beatus Marcus pollicē ſibi amputauit ne fieret ſacerdos. Beatus quoqꝫ Baldredus ſcti Andree epiſcopatu relicto ad eremum ſe conferens in rupe Baſſenſi latuit. Auguſtinus/Ambroſius/Petrus Damianus et reliqui patres ſancti hos honores fugerunt.

¶ Tertia ꝯcluſio. Tāetſi vir honore ſit dignus: de quo in p̄ma ꝯcluſione loquuti ſumus: modeſte tn̄ honorē petere debet. vt ſic. tue paternitati meā ino piā ⁊ induſtriā (ſi qua eſt) o pōtifex cōmēdatā facio ꝓ loco ⁊ tēpore. ꝗs vero conſummatū virum ꝓuiſionem aliūde nō habētē ꝓ mediocri beneficio ſub talibꝰ terminis rogātē reprehēdet? profecto ſapiens nemo. ⁊ ꝑ ꝯſequēs nec eruditiſſimus ille Thomas. Non ſufficit dicere. profiteatur religionē ⁊ habebit ꝓuiſionem. ad hoc enim non tenetur. et reipublice eſt vtilior multo futurus veroſimiliter ꝙ̄ epiſcopus quē rogatū facit. non auderē tamen approbare ſi epiſcopatū vel adeo ſublime ſacerdotium quo etiā eſt euidēter dignus/ꝓ ſe petat: non enim conducit ꝙ iudicet ſe ad hoc idoneum. ꝓuincias itaqꝫ magnas aliorum oneri ⁊ cure relinquat. multi nāqꝫ alij ſunt valentes viri beneficiati ⁊ nō beneficiati qui forte ſua beneficia relinquēt: ⁊ epiſcopatū ſuſcipiēt ⁊ reſidebūt. prudētis quoqꝫ nō eſt iudicare ſe tot magnis viris magis idoneū/vel ſe ad hoc dignum. ſecus eſt de mediocri cura.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. auctoritate beati Auguſtini. xix. de ciui. dei. viri non ſolum illuminatiſſimi: ſed ſane cū hoc humaniſſimi: dicentis. Locus ſuperior ſine quo populus regi non poteſt: etſi adminiſtretur vt decet: tamen indecenter appetitur. et gloſ. j. ad Timoth. iij. hoc ipſum allegat. Idē dicit Gregorius in regiſtro. Recuſantibꝰ dignitates eccleſiaſtice ſunt conferende: petentibus ſunt denegande.

¶ Reſpondetur. Auguſti. ⁊ Grego. intelligunt in euētu ſecunde cōcluſionis: ⁊ a fortiori quādo etiā petit beneficium cognitum ſuis humeris impar. Loqui nō oportet de his qui beneficia querunt vt preſint ⁊ non ꝓſint: et vt opes accumulent: querentes in primis quātum valeat beneficium in importatis: et nouiſſime de populi moribus. ſm̄ illud Iuuenalis. Protinus ad cenſum. de moribus vltima fiet Queſtio: quot paſcit ſeruos: quot poſſidet agri Iugera: ꝙ̄ multa magnaqꝫ paropſide cenat. Ulterius dico ꝙ beatus Auguſtinus loq̄batur pro diebus ſuis quādo bene meriti ad beneficia vocabātur: qꝛ tunc alij principibus aſſiſtentes erubeſcebant pro ſuis inidoneis intercedere. tunc enim beneficia dabātur ſine violentia: ⁊ meliores: hoc eſt magis idonei ſemꝑ preferebātur. tunc in illa aurea etate virtutibus florebat eccleſia. Sed cum principes primum ceperūt ſe ingerere ad eccleſie beneficia conferēda: et ſuos aulicos beneficijs inutiles: beneficijs ſummus emulauerūt: qui ſimilibus inferiora beneficia cōtulere: multi beneficiati ceperunt eſſe diſſolutiores: ⁊ ex cōſequēti non erubuerūt collatorum familiares ꝓ quibuſcūqꝫ paſſim īterccedere. quare euenit viros optime meritos non vocari: vix neceſſaria habentes ꝓ cōparādis libris. de q̄bꝰ ītelligo ꝯcluſionē. ¶ Secūdo arguit̄ argumēto aliquoꝝ tenētium oppoſitū: ſed fortaſſis cum moderamine quo vtor cōuenirēt in ſententia. Sic arguunt. iſte eſt iniuſtus vel ſuꝑbus iudicans ſe alijs meliorē. Reſpondeo nulli facit iniuriā: nec reipublice: ſed ſi nō obtinet: minus idoneo dabitur: ⁊ ita notabiliter alios de quibus eſt veroſimile ꝙ vnus eorū beneficiū habebit/exuperat: qđ ſane ſine faſtu poteſt de ſe iudicare. ¶ Tertio arguit̄. ſequeretur ꝙ quis habēs ius patronatus poſſet p̄ſentare ſeipſum dūmodo ſit idoneus ⁊ clericus. conſequēs reprobat Romanus pōtifex de iure patro. c. Per noſtras. vbi gloſ. in verbo (īgerere) hoc ipſo tāꝙ̄ ambitioſus debet repelli. viij. q. j. In ſcripturis. ⁊ j. q. vj. Sicut is qui. Reſpondetur. ſi lex pōtificia non p̄ſtaret obicem: cōcederē. ⁊ ꝓpterea quis nō habens beneficiū: beneficio tali nō magno par et vtilis poteſt preſentare ſeipſum. Romano pōtifici cum grano ſalis qđ addidimus.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur: et potiſſimum de viris heroicis beneficia recuſantibus. et hoc ſic. Recuſans honorem in quo poteſt prodeſſe in republica eſt puſillanimis: et tales ſunt vituperandi. iiij. Ethicorum. iij. et Eccleſ. vij. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo. modo puſillanimitas indignum facit virum contrarie/vel eum minus dignum reddit. ¶ Reſpondetur negando ꝙ erant puſillanimes. nam ſi quis idoneus ſe inidoneū iudicet: non propterea eſt malus: ſed ſolū in intellectu errat. Iob decimonono. Et ſi ſimplex fuero: hoc ipſum ignorabit anima mea. nam vere humilis ita crebro facit: et certe ſine peccato. Secundo aliquis iudicat ſe dignum beneficio: ſed refugit ab illo vt alijs exemplum humilitatis det: honores caducos recuſandi. Uel tertio iudicat ſiue vere ſiue erronee/non refert/ſe poſſe tutius et quietius viuere in cellula: et mauult eſſe abiectus in domo domini ꝙ̄ habitare in tabernaculis peccatorum: quemadmodum forte beneficium ipſum vel ipſum requirit. et iſti verum honorem acquirunt. quo modo de Catone maiore Titus Liuius ſcribit: quanto magis fugiebat honorem/tanto magis ſequebatur eum honos. Sic erat de iſtis heroicis viris celo dignis/ſe minores iudicantibus ꝙ̄ erant. Nec putes tu inerudite iudicium erroneum eſſe malum culpe: vel ad illud cogere: immo crebro ad bonū coadiuuat. aliquod tamē eſt malum ſꝫ non ꝓpoſito noſtro. Parati tamen erant hi heroici viri parere dūmodo vocarentur cū Aaron: ⁊ honorem accipere vt populo dei ꝓficerēt. iuxta id quod. xix. de ciui. dei dicit diuus Aug. Ociū ſanctū querit charitas veritatis negocium iuſtū ſuſcipit neceſſitas: quēadmodū Hieremias purgatus per calculū dixit. Ecce ego dñe mitte me. Hieremie. ij. Et doctor gentium. Domine qd me vis facere? Actuū. ix. vbi gloſſa interlinearis. Iudica voluntatē tuam ⁊ ego obediam. quia ſi renuat fratre defuncto ſuſcitare ſemē/hoc eſt Chriſto qui ꝓ nobis defunctus eſt: domus diſcalceati vocatur. Deutero. xxv. Sic ⁊ beatus Martinus ait. Domine ſi ſum vtilis eccleſie tue nō recuſo laborē: qui antea ab Hilario ſacerdos ordinari noluit. Et Auguſtinus epiſcopatū rogatus inſtāter accepit. verbum epiſcoporum vere implēs. nolēs volo: me nolēte cum iudico: eccleſie dei vtilis/ꝓuinciā acceptabo: ſed illud nolens volo. quod ſic ſeruatur ad literam ſicut Iudei vetus teſtamentū ſeruāt: ⁊ intrantes iuramentum quod p̄ſtant de nō eligēdo rectore de quo eſt prius habita mentio. Hi patres heroici nō induerūt chlamydē cum Ioāne. xxiij. nec ambitioſe ſe in beneficijs ingeſſerūt: vt nunc faciunt ambitioſi qui tolluntur ī altum vt caſu grauiore ruāt. vt in Anticlaudiano ſcribitur: verbi Dauidici immemores. Beatus qui in cathedra peſtilētie nō ſedit. Pleriqꝫ enī cathedra Moyſi/⁊ Petri eſt cathedra peſtilētie. vnde Greg. in Paſtorali. Gradus magiſtrorum eſt periculoſus: gradꝰ diſcipulorum eſt ſecurus. ⁊ idē Grego. xxviij. moralium dicit ꝙ prelatio per meliorem intentionem fugienda eſt. ¶ Secūdo arguitur contra ſecundā concluſionem aſſerendo ꝙ homo ſine peccato poſſit petere beneficium/de quo ē dubium an habeat iuſtum titulū ad ipſum. ⁊ ſi iniuſte illud habeat eſt ſuis humeris impar. vt patet in litigantibus ꝓ beneficijs. ¶ Reſpondetur. hoc argumentū non eſt cōtra concluſionem: quia nihil impedit virū pro beneficio quod habebit dubium exitū litigare: ⁊ tamen illud nō fore ſuis humeris impar. Sed quo ad difficultatem argumēti/vel homo poteſt certꝰ certitudine morali ꝙ habet ius ad beneficiū: vel eſt ei dictum a prudentibus neutris ꝙ habet ius ꝓbabile: vel ſolum ius ſophiſticū: ⁊ multo minus ꝓbabile ꝙ̄ pars aduerſa. ⁊ ſemper ſuppono ꝙ nullā aliunde habeat ꝓuiſionem vel inſufficientem. Si primū: poteſt ſuum ius tueri: vel aliuꝫ ius ſuum impedientē remouere. In ſecūdo membro codeꝫ modo quo in materia probabili opinionum. Si tertiuꝫ peccat alium vexando: ⁊ tenetur ad intereſſe damni. et ſi dicas cōtra duo prima membra. ij. ad Timot. ij. dicit Apoſtolus. Nemo militās deo implicat ſe negocijs ſecularibus. Reſpondetur. quando homo defendit cām ꝓbabiliter iuſtā non eſt arguendus: quia nō implicat ſe negotijs ſecularibus preter rationē. etiam illic ē ſermo de ſpiritualibus viris quales ſunt epiſcopi/vt erat Timotheꝰ nō decet ſeruū Chriſti eē litigioſū niſi cā fuerit iuſta ⁊ honeſta: qꝛ ꝓ iuſta cā potiſſimū honorē dei tāgēte litigare lꝫ: vbi ius nō pōt haberi/res iuſta alio medio

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur. j. ad Timoth. iij. dicitur. Si quis epiſcopatū deſiderat. bonum opus deſiderat. ergo licitū eſt viro petere epiſcopatum. Reſpondetur multifariam. primo. illa tēpeſtate ab epiſcopatibus omnes refugiebant: ⁊ in p̄mis ad martyrium vocabātur. Nā. xxxiij. inter Petrum ⁊ Sylueſtrū ſi recte memini fuerunt maximi pontifices: quorū nullꝰ nō matyr mortuꝰ eſt. ꝯſimiliter erat de alijs epiſcopis qui primi ad martyriū tanꝙ̄ colūne vocabantur. Etiā hos ꝓueſtus eccleſia tūc nō habebat. cōſidera tēpora ⁊ concordabis ſcripturas. quo nō obſtante viros ſcientia ⁊ virtutibus preſtātiſſimos p̄ficere ſtuduerunt illi ad quos ſpectabat. Secūdo ſtat virū multum idoneum deſiderare epiſcopatum merēte: ⁊ ipſum nō petere voce. Tertio (bonū) pōt eē adiectiuū termini (epiſcopatum) vt ſenſus ſit: qui epiſcopatū deſiderat bonū: opꝰ deſiderat. ita vt ꝯnotatio adiectiui (bonus) denotet̄ cadere in ꝯnotatū termini (epiſcopatꝰ). επισκοπος autem grece/tantū valet quantū ſuperintendēs/vel melius obſeruator/ſpeculator vel cuſtos latine. ⁊ tunc eſt ſenſus. qui bonā obſeruationē ſeu ſuperintendētiam deſiderat/opus deſiderat. Quarto. bene velle ſuperītēdere vt quis preſit: eſt bonū opus deſiderare. ¶ Hactenꝰ de moderata ⁊ īmoderata epiſcopus ⁊ beneficiorū petitione dictū eſt: ⁊ ꝙ patrū veſtigia ſequētes multo meliꝰ faciunt nō petentes honores ꝙ̄ ad ipſos anhelātes. non petere eſt ſecurius in cōſcientia. vt dicebat ille. Si non fuiſſem de numero epiſcoporū/nō fuiſſeꝫ de numero reproborū. Suꝑbus inſtanter querit: dicēs ſiue vero/ſiue mēdacio ſe velle ꝓdeſſe: tamē aduenientibus ꝓcellis de dandis beneficijs/inſtar arūdinis a recto itinere agitat̄. Pleriqꝫ etiam anteꝙ̄ epiſcopatus ⁊ dignitates adepti ſunt/aliorū errores plangētes/dixerūt: ⁊ vt reor ſine mēdacio/ſi talia deus ſibi conferret: ꝓbe oīa diſpoſituros: more Petri ante paſſionē dicentis. Et ſi oēs ſcandalizati fuerint in te: ego nūꝙ̄ ſcandalizabor. ⁊ tamē ad vniꝰ ancille vocē magiſtrū quem deum ſciebat/manifeſte negauit. ſic eſt de multis epiſcopatus ⁊ cenobiorum habenas ſeu abbatias acquirentibus: qui ad voces famulorum ⁊ mulierum/ne dicā dominarū/in conferendis beneficijs labuntur. Scio tamē quoſdam epiſcopos ⁊ bñficiorū collatores viros egregios ⁊ integros/alios edificātes ſpūaliter: quoꝝ eccl̄ias ſine colūnis deꝰ nō relinꝗt.

## ¶ Diſtinctionis Uigeſimequarte. Queſtio viij.

Octauo circa hanc diſtinctionē/⁊ quinto in officiorum materia querit̄: an ꝯferens beneficiū bono meliore relicto peccet. Per bonū autē ſemꝑ idoneum: ⁊ ꝑ meliorē magis idoneum intelligo. Et materiā ſubiectam ſermones accipito. hoc eſt clare inquirere. Sortes nouit facere oīa ꝙ̄ incūbunt ꝓ a. bñficio adminiſtrādo: Plato nouit eadē facere ⁊ meliꝰ: neuter hꝫ aliud bñficiū: ⁊ vterqꝫ ē paratus hierarchizare (vt ita dicā) tam querimꝰ an collator peccet ꝯferēdo a. beneficiū Sorti/Platone relicto. ¶ Hic duas ſcito eē poſitiones oppoſitas. ſed ponit̄ ꝯcl̄o affirmatiua ꝙ collator in propoſito caſu peccat. ⁊ idē ītelligo de quolꝫ ad hoc cooperāte rege vel alio ſiue eligēte/vt canonici epiſcopū eligūt/ſiue rogāte. ꝓbat̄ ꝯcluſio. nā. iiij. iij. Ethi: dr̄. Atqꝫ magnanimꝰ ipſe cū ſit magnis dignꝰ fuerit optimus ſane. melior ei ſēꝑ maiora meret̄ ⁊ optimꝰ maxima. ⁊ v. Ethi. iij. Iuſtitia diſtributiua ſꝫ ꝓportionē geometricā attendit̄: ꝗ honorē dandū ſm̄ ꝓportionē pſonaꝝ imptit̄. vt ſi equi nō habeāt equa. vel iniqui equa/naſcūt̄ incuſationes ⁊ murmura: vt ſi Dauid equale p̄miū Urie ⁊ Ioab in bello dediſſet: Ioab murmuraſſet. Preterea arguit̄. collator bñficij nō eſt eiꝰ dñs: ſed in hoc diſpēſator. de iure vt neceſſe ſit alicui ꝯferre. ꝙ̄ ſi det bono meliore relicto: non fideliter facit ſeruiciū domini ſui: quēadmodū ſi famulus regis cōduceret bonū latomū meliore relicto quem eque facile habere poſſet ꝓ extruēda arce in finibus hoſtiū: merito eēt arguēdꝰ a rege. ſed ſic eſt in ꝓpoſito.

Tertio arguitur ſic. vel collator dat beneficiū bono relicto meliore intuitu inopie vt ei ſuccurrat: ⁊ illa nō eſt cā dādi bñficij. etiā melior tantū eget: aut ſi paulo min⁹: eſt tñ multo magis idoneus. vel dat bona ītuitu vtilitatis publice: ſed ꝓbat̄ ꝙ nō: q̄z melior eſt vtilior. ſi vero intuitu amoris particularis vel alicuius ad beneficiū obtinēdum non ꝑtinentis: iā eſt acceptor ꝑſonaꝝ: cū det beneficium intuitu impertinēte ad habēdum beneficium. Preterea arguitur auctoritate Hierony. Leuiti. viij. et auctoritas eſt canonizata. viij. q. j. c. Licet. Requiritur ergo (inquit) in ordinādo ſacerdote etiā populi p̄ſentia vt ſciāt oēs ⁊ certi ſint: ꝙ qui p̄ſtātior eſt ex omni populo: ꝗ doctior: ꝗ ſanctior: ꝗ in omni virtute eminētior: ille eligitur ad ſacerdotium. Turpe aūt eſſet dicere ꝙ Hieronymus ⁊ Auguſtinus bonū eligerent in caſu iſto: ⁊ ꝙ eſſet futurus paſtor: et melior/ eſſet ouis ſubiecta ei: cum ſm̄ Grego. in paſtorali. vita paſtoralis ſic debeat diſtare a plebe vt paſtor ab ouib⁹. quo modo Ariſto. in Politicis loquit̄ de vero rege ⁊ patre populi. Et Innocētius Tertius ſcribēs archiepiſcopo Mediolanēſi in. c. vnico. vt eccle. bene. ſi. di. confe. in. §. Omnibus. dicit. Circa carnalitatē animi: q̄z nō ex affectu carnali/ ſed diſcreto iudicio debuiſti eccleſiaſticū officiū et bñficiū in ꝑſona magis idonea diſpēſare. Idē expꝛ̄ſſe habet̄ in. c. Metropolitano. lxiij. diſtinctione ex Leone papa. Apparatus tñ tenet oppoſitum. viij. q. j. c. Licet. ſed rationes eius ſunt inualide. Et hāc poſitionē doctores famati agminatim tenuerūt tā iuris diuini ꝗ̄ humani. vt Alexāder Halenſis: beatus Thomas in Quodlibetis/ Gandēſis/ ⁊ Godofredus Fontanus in Quodlibetis: et ante eos Altiſiodorus in ſcdo/ ⁊ Nicolaus Ioānis. xxj. Hoc ſuppoſito ſic argumētor. Quicūq̄ exponit ſe ꝑiculo cōfundēti ⁊ obruēti peccati/ peccat. ſed ſic eſt de ꝯferēte bono relicto meliore. igit̄. Probat̄ minor: q̄z alie partes ſunt ꝑſpicue. tunc eſt ꝑiculū confundens quādo ſunt equales rationes ſeu apparētie: vel aliquanto pauciores ꝙ ſit peccatū conferre bono. modo in ꝓpoſito nō ſolum ſunt aliquāto pauciores apparētie nec equales: ſed multo plures ꝙ tenet̄ collator dare meliori: ⁊ cum hoc illuſtriū viroꝝ auctoritates: que illud ſine ratione agminatim non aſſererēt. Ultimo arguit̄. ſm̄ hāc concluſionē ſecurum modū habes de collatiōe bñficij nec pecces conferēdo. ſm̄ poſitionem vero oppoſitam facile erit labi: cum qui malus eſt bonū fingēdo. Licet dicas hoc nō eſſe ad propoſitū: q̄z queſtio vertit̄ de bono ⁊ meliore: cognitis talibus: ꝓpter dicta tñ teneo cōcluſionē tā in cura ꝗ̄ extra curā: q̄z vtrinq̄ equaliter militant rationes: licet in vno ſit maius peccatū ꝗ̄ in alio. Ex argumētoꝝ aūt ſolutionibus ⁊ dicendis in ſequētibus: multo lucidior apparebit concluſio. Sequens etiā queſtio hāc concluſionem magis roborabit: et potiſſimum ſolutio ſecūdi argumēti/ ſi bene ponderetur.

Quam concluſionem aliquot argumētis impugnabo: vt ipa magis roboret̄: ad officia ſecularia nō declinās ne a cepto ꝓpediamur. Et p̄mo ſic argumētor. ſm̄ denominationem vniuerſitatū: ⁊ pragmaticā ſanctionem qua Galli vtunt̄: epiſcopus dās antiquiori ꝓmoto ſeu gradū adepto beneficium facienti diligētias ſuas non peccat. ſed ille crebro eſt minus idoneus: magis idoneo ꝑlatus. ergo cōcluſio falſa. Reſpondetur negādo ꝙ in hoc epūs peccet. nā minus idoneū nō poteſt īpedire ne bñficiū habeat: nec eſt in eius poteſtate ſitū ꝑ ſuperiorū legē: ⁊ iā ferme habet ius acq̄ſitū. nō eñ ſufficit ꝓbare cū min⁹ idoneū in foro ꝯdictorio ad hoc vt nō ſit capax bñficij. Uel dicit̄ ꝙ iſte ꝗ fecit diligentias: eſt viciſſitudine/ vel vt dicunt: in turno vt ſibi bñficiū conferat̄: ⁊ ita eſt magis idoneus vbi ius cōmune ei concedit beneficiū. an illud in foro anime ſufficiat accipiēti: infra videbit̄. Contra hoc arguit̄. ſi illius legis cōditores adeſſent: nō poſſent huic idoneo bñficiū cōferre: magis idoneo relicto ſm̄ concluſionem noſtrā. ergo iuſte nō poterāt huic dare ius bñficij habēdi. Reſpōdet̄ concedendo antecedēs ⁊ negādo ꝯſequētiā. ⁊ ratio eſt: q̄z illius legis cōditores volebāt ꝓuidere optimo nō poſſibili eruditis viris: quales in famatis vniuerſitatib⁹ ꝓmoti ſeu graduati ſolēt eſſe. Sane in lumine naturali et a doctoribus ſcriptū cognouerunt in corde ⁊ in mēbrana: ꝙ magis idoneo bñficium dandū erat: ſed hoc ab epiſcopis ⁊ collatorib⁹ nō dabat̄ executioni. ꝓpterea in cōcilio Baſilieñ aliū modū patres excogitauerūt: quos in pragmatica ſanctione Biturigis inſtituta imitati ſunt Galli. et licet legē ſtatuētes: aliquoꝝ maloꝝ ſeu incōuenientium ſequētium ex ſua lege eſſent preſcij: non tñ deſiſtebāt: q̄z illā longe vtiliorē rati ſunt ꝗ̄ hoc collatoꝝ voluntati relinquere. quēadmodū ſi nō eſſet p̄ceptū de ieiunio quadrageſime vel prohibitio de homicidio: ter in die comedens in quadrageſima: vel hominē occidens non peccaret. Quo non obſtāte lex eſt bona ⁊ vtilis: q̄z plura bona et pauciora mala ex lege ſequūtur ꝗ̄ ad oppoſitū. q̄z eñ legem condētes nō poterāt continuo eſſe p̄ſentes ad idoneitatem ab inidoneitate diſcernendā: ꝓpterea legē rationabilē ſanxerunt. ſecus eſt de collatore qui liberū ius conferendi habet: ꝗ eſt lex animata. v. Ethicoꝝ. licet ex hac lege aliqui ad gradus aſpirent nō ob aliud: niſi vt litigādo beneficia habeāt: doctos ⁊ ſe literis accōmodātes/ repellentes: hoc tñ Galli dicunt reipublice ſue plurimum conducere: q̄z etiā aliquibus doctis ſic ꝓuidet̄. Nam ſi omnimodā libertatē in beneficijs dādis epiſcopi haberent: conſanguineis/ et mulionib⁹/ eruditiſſimis quibuſq̄ neglectis prouiderent. malunt ergo gradum adepti epiſcopos cōpellere facere ius ꝗ̄ eorum inſequi mulas. licet potioribus membris vniuerſitatum ſic nullo modo ſuccurrat̄. Omnib⁹ hinc inde ponderatis legem illā reipublice vtilem exiſtimo. nā eorū aliꝗ adepti ſunt gradum propterea vt hac via potiātur beneficijs. aliqui autem de hoc non cogitātes ſunt partiti. Alij vero dulcedine ſcientie allecti ſtudio ſeſe deuorent: nūq̄ litigātes: quorum aliqui ad bñficia euocātur: aliqui vero non: prout contingit eis habere probum epiſcopū vel capitulum: vel inutilem: conſanguineis et famulis ſolis ꝓuidentē. his quo ad particulare bonū lex nō eſt vtilis: ⁊ tñ ſunt vniuerſitatis non infima membra. Aliorum autē duorum membrorum aliqui ſunt eruditi viri et beneficijs digni. alij vero omnino litigioſi: beneficijs indigni. Si digni viri licite conſequātur beneficia: nunquid hoc iuſtum eſt? quorum promotio non ligātibus eſt materia gaudij: ⁊ omnino litigioſi paruum impedimentum eruditiſſimis viris preſtāt: quia vtcūq̄ eis prouidetur. et ſi plura haberēt bona: minus literis eſſent dediti. ⁊ ſic quo ad ſe ⁊ quo ad fructum quem faciunt tam verbo ꝗ̄ ſcripto: ⁊ ex conſequenti reipublice: non cōducit eis habere plura. omnino autē litigioſi impediunt famulos ⁊ conſanguineos plerūq̄ inidoneos epiſcoporum. Et ex oībus iſtis coꝝ vniuerſitates ⁊ litere coaleſcūt in reipublice vtilitatem. Lex ergo obicē malis collatoribus plerūq̄ p̄bet: nec ꝓbis collatoribus impedimentum vllum dat quin eruditis viris adhuc prouidere poſſint: vt aliqui eorum faciunt.

Secundo arguitur ſic. ſint Sortes & Plato eque idonei: ſic vt collator habeat tot motiua ꝙ



Sortes exuperat Platonem in idoneitate quot contra: ſint tamē optimi ꝓ hoc beneficio: quia vnus eis melior nō reſideret. Tunc ſic. collator cōferens Sorti poſt ſufficiētem indaginē/ hoc beneficium: dubitat an meliori contulerit. ſed tenetur dare meliori ex ꝯcluſione: ergo dubitat an peccet. Reſpondet̄ admiſſo caſu/ cōcedēdo antecedens ⁊ negādo cōſequentiā. cum ei fugiat cuꝫ quis ſit magis idoneus: ⁊ libēti animo meliori cōferret ſi id deprehendere poſſet: nō dubitat quin fecerit quod in ſe eſt: melius loquendo/ illud ad quod tenet̄: ⁊ qđ licite facere poterat. quia eñ vtrīq̄ iſtorum licite poterat beneficium conferre: ſcit ſe bene egiſſe.

Tertio arguitur. Chriſtus Iudam ad apoſtolatū aſſumpſit: qui tamē non erat maxime idoneus. ſimiliter de alijs apoſtolis arguit̄. multi nāq̄ eoꝝ erant rudes ⁊ piſcatores officium. Ad tertiū reſpondetur. in primis de alijs apoſtolis a Iuda: dico ꝙ maxime idoneos accepit: quia rudes quibus ſcientiam cum dono prophetie infudit. per quos vniuerſum mundum erat ad legem ſuā cōuerſurus: quod hominibus magis ſtupendum videretur ꝗ̄ ſi id feciſſet in Platone/ Demoſthene/ Ariſtotele/ Tullio/ ⁊ cōſimilibus vnde prime ad Corinthios. j. dicit Apoſtolus. Nō multi ſapientes ſm̄ carnē: non multi potētes: nō multi nobiles: ſed que ſtulta ſunt mundi elegit deus vt cōfundat ſapiētes. hoc eſt per ignaros/ mūdi ſapientes ꝯfuſibiliter vicit. Et ſequitur in litera apoſtoli: Et infirma mūdi elegit deus vt cōfundat fortia. hoc eſt/ per. xij. viros imbelles ⁊ ſenes ſuperbiſſimos reges ⁊ tyrannos cōfregit ⁊ ad fidē conuertit: quia hoc modo glorioſius virtus dei enicuit: vt ſi a. rex ꝑ ſuos imbelles. b. regis pugnaciſſimos fundat/ clarior eſt victoria ꝗ̄ eos per pugnaciſſimos viciſſe. Et ꝓpterea ad hoc officium erāt maxime idonei. iſti. ⁊ argumentū eſt bonum ꝓ concluſione. nā iſti ſynceritate vite miraculorum pluralitate. ⁊ ſcripturarum elucidatione apud ſcripturam recipiētes: ſine magna eloquētia: rudi minerua/ vt expediebat/ oīa peregerunt: ne dicerent̄ philoſophorum argumentis/ vel humana eloquētia animos hominum ad fidem flexiſſe. vnde ait Apoſtolus. j. ad Corinth. primo. Non eñ miſit me Chriſtus baptizare: ſed euāgelizare: nō in ſapientia verbi vt nō euacuet̄ crux Chriſti. Et in ſecundo cap. eiuſdem epiſtole dicit. Et ego cū veniſſem ad vos fratres: veni nō in ſublimitate ſermonis aut ſapientie. annuncians vobis teſtimoniū Chriſti. ac ſi diceret. ſicut alij nō ſapientes ad apoſtolatum electi ſunt: item etiā ego. Et vt dicit gloſſa interlinearis/ qui eram ſapiens fui quaſi nō eſſē ſapiens. Et illud ſequitur ex verbis Apoſtoli ſequentibus. Nō enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtū ⁊ hunc crucifixū. licet eñ in theologia eſſet ꝓfūdiſſim⁹ nobilis ⁊ eloquēs: rudi tamē minerua more apoſtolico ꝯdiſputauit ⁊ cōcionatus eſt. Et hinc/ vt exiſtimo/ licet linguas omnium gentiū in die penthecoſtes deus apoſtolis impertiuerit: nō tamen cum eloquentia. ⁊ ꝗ̄uis dei perfecta ſint opera/ magis ad perfectionē iſtud decuit. quia enim ad oēs gētes erant ituri: gentium linguas eis infudit: vt ſine interprete ⁊ intelligerēt ⁊ loquerētur. Qꝛ autē non elegāter etiā in lingua vernacula ⁊ domeſtica loquerent̄: ex verbis apoſtoli colligitur. Fallor niſi ita opinatus eſt Hieronimus in primo prologo ad romanos/ diſputans an Paulus epiſtolā ad Hebreos cōpoſuerit: eo ꝙ eius nomine non eſt inſcripta: ⁊ ꝙ ceteris elegantior ſit. Ad quod reſpōdet. Nō eſt ſane mirum ſi eloquentior videat̄ in proprio/ id eſt in Hebreo/ ꝗ̄ in peregrino. i. in Greco quo cetere epiſtole ſunt ſcripte/ ſermone. Idē dicit ipſe. ij. ad Corinth. xj. Nam ⁊ ſi imperitus ſermone [illegible] nō ſcientia. vbi gloſſa interlinearis. q̄z non orno verba/ vel quia impedite lingue. Oportet dicere ꝙ nō terſe ⁊ ornate grece loqueret̄: quemadmodum faciebant Corinthij. ſed fide in his primo ineruditis plātata poſterioribus licuit terſe/ nitide/ ⁊ igenioſe philoſophie rationibus fidem corroborare: ⁊ philoſophorum rōnes ſuo ꝓpoſito accōmodare. Unde dicit beatus Auguſtinus. lib. ij. de doctrina Chriſtiana. Siqua vero noſtre fidei accōmoda philoſophi dixerūt: nō ſolum formidanda nō ſunt: ſed etiam ab eis tāq̄ ab iniuſtis poſſeſſorib⁹ in noſtrū vſum vendicanda. Hinc dicit gloſſa marginalis prime ad Corinthios primo. Niſi p̄cederet piſcator: nō humilis ſequeretur orator. ⁊ propterea Nathanael doctus nō eſt in apoſtolatum electus. Apoſtolorū autē ruditas patet ex apertis/ ⁊ vt dicunt/ groſſis exemplis quibus Chriſtus pro eorum manuductione vſus eſt: vt euangeliſte teſtantur hiſtorie. nimirum piſcatores erāt ab hominū congreſſibus ſegregati/ ſue arti intenti pro neceſſarijs vite acquirendis: nō accōmodātes ſe ad ſtrepitus forenſes vel alias artes queſtuarias: ſed viuētes tenuiter ex his que natura miniſtrauit i amplo ⁊ ſpatioſo lacu Galilee ⁊ Tyberiadis. Ex his manifeſte video ꝙ maxime idoneos Chriſtus aſſumpſit ad apoſtolatuꝫ/ quia bonam ⁊ puram ſimplicitatē habentes cū modica peritia. Et licet Mattheus arti lucratiue ſe applicuit: tamen p̄ſumendum eſt ꝙ erat bonis naturalibus p̄dit⁹. Chriſtus enim aliquos publicanos non dedignatus eſt aſſumere: ad inſinuandum/ tales quando vocantur ad bonum/ poſſe ſaluari. Ad aliud de Iuda varius eſt modus ſapientum exponentiū illud Ioā. vj. Ex vobis vnus diabolus eſt. Beda dicit ꝙ Iudas nō fuit ad apoſtolatum electus: ſed ſolum alij vndecim: vocat⁹ tamē cum eis: vt per proditionis eius officium/ genus humanum liberaretur. Aug. dicit ꝙ erat ad apoſtolatum vocatus ⁊ malus a principio: ſed deus eius malo bene vſ⁹ eſt. Ioānes Chriſoſtomus dicit ꝙ fuit vocatus ad apoſtolatum/ ⁊ protūc fuit bonus quia vocatio ad talem dignitatem preſentem reſpicit iuſtitiam. Licet autē harū poſitionum quelꝫ habeat apparentiam: ſolū tertia/ opinione mea/ eſt vera: q̄z Matthei. x. ⁊ Marci. iij. inter vocatos ad apoſtolatum enumeratur Iudas. ⁊ Actuū. j. ad apoſtolatuꝫ electus eſt Matthias in locū a quo Iudas preuaricat⁹ fuerat. modo nullus p̄uaricatur a ſtatu in quo nō fuit. Nec eſt veroſimile ꝙ Chriſtus ad altiſſimum illū ſtatum apoſtolatus Iudam vocaſſet tempore quo erat malus. Nam peccatū futurum nō arguebat eum malū. quemadmodū nec Saulem regem qui fuit optimus tempore aſſumptionis ad regnum vt videre ē primi Regū. ix. licꝫ poſtea grauiſſime trāſgreſſus ſit: qđ deum priuſq̄ eum regem cōſtitueret nō latuit. nec Petrum in paſſione Chriſtū negantē. Sic eſt veroſimile de Iuda ꝙ erat bonus tēpore aſſumptionis. alioquin eum iuſtificaſſet in aſſumptione: vt fecit de Mattheo. Matthei. ix. Et iſtđ quodāmō elicit̄ ex illo Ioā. xvij. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui/ ⁊ nemo ex eis perijt. niſi fili⁹ ꝑditionis. hoc eſt/ mortaliter adhuc deliquit. q̄z adhuc oēs erāt in vita. ⁊ per ꝯñs nullus corporaliter perijt. et ex illo documentū bonū nobis cōtulit deus vt in beneficij vel honoris collatione ad p̄ſētia obtutū habeamus. nō ad myſtica futura. ſciebat tñ Chriſt⁹ tā ſciā creata ꝗ̄ icreata ꝙ ſe iudas eſſet traditur⁹: ⁊ ꝑ ꝯñs ad officiuꝫ ad qđ preuiſus erat maxime idoneus. nullū enim eorū cōpulit ſeu neceſſitauit bene agere. nec cōfirmauit eos ante mortē: ſed reliquit eos in ſua libertate. poterat nanq̄ Chriſtus aliter pati ꝗ̄ Iuda ſe tradente ſi voluiſſet.

¶ Quarto arguitur. licet ſortiri de beneficio partiendo: et tamen ſors interdum cadit ſup minus idoneum. ergo concluſio falſa. conſequentia tenet cum minore: ⁊ maior oſtenditur auctoritate Apoſtolorum Matthiam ſorte eligentium. nam dicitur Actuũ. j. Cecidit ſors ſuper Matthiam: et annumeratur cum vndecim apoſtolis. ¶ Reſpondetur. Apoſtoli exẽplo docuerunt cõcluſionem quã poſuimus tenendã: cum duos viros in fide iſtructiſſimos: qui Chriſti miraculis iterfuerant: propoſuerunt in mediũ: quia vt illic ſcribitur Petrus dicebat. Oportet ergo ex his viris qui nobiſcũ ſunt congregati in omni tempore quo intrauit et exiuit inter nos dominus Ieſus: incipiens a baptiſmate Ioannis vſq; in diem qua aſſumptus eſt a nobis: teſtem reſurrectionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Conſtituerũt itaq; duos: qui viſu et experientia nouerãt conuerſationem et opera Chriſti: qr nihil operabatur quo ad diuulgationem fidei ante baptiſma Ioãnis. Et deum ſupplices rogabãt vt ſibi oſtenderet magis idoneum. ⁊ poſtea mittentibus eis ſortes ſuper illos duos: ſors cecidit ſuper Matthiam. Nec poſuerunt in medium idoneum et inidoneum: ſed duos maxime idoneos. iudicabãt enim Apoſtoli et bene: ſibi neceſſarium: alterum illorum eligere: quia vt ex ſerie litere conſtat: erant inter oẽs maxime idonei. Similiter vbi aliquid eſt faciendum: et via humana nõ patet exitus: licitum eſt ſorte diuinum implorare auxilium. Et dico hoc eſſe licitum adhuc in ſimili caſu de ſorte conſultoria. Similiter ſors diuiſoria eſt licita facta via humana partitioni: que fieri poteſt pro nutrienda pace: mittendo ortem per ſtramina longa et breuia. vt verbi cauſa: agricole in partiendo feno p partes iudicio ſuo equas: ponunt ſortes ſignificatiuas partium habẽdarum: ⁊ ita in lignorum ⁊ aliarum rerum diuiſione. alioquin contingit alterum putare ſe falli et dolere. Sors autẽ diuinatoria de qua alias loquemur: eſt vetita. Ex his omnibus ⁊ potiſſimum argumẽtorum ſolutionibus quas forte paulo prolixius deduximus: habetur cõcluſio vera. Et ne queſtio nimiũ turgeſcat: eãdem materiam adhuc proſequendo.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Nona.

Nono in hac diſtinctione et ſexto circa materiã beneficiorum queritur eadem queſtio quã modo vtcũq; terminauimus. An videlicet collator bñficij peccet beneficiũ bono dãdo: relicto meliore. Reſpõdetur affirmatiue. ad hoc probationes in q̃ſtione precedente date ſunt. et geſta Chriſti circa apoſtolos eligendos: et vndecim apoſtolorum poſt mortem Iude hoc inde confirmant. Et probatur adhuc ratione: querendo quare collator det beneficium bono meliore relicto. ſi enim ratione ſanguinis: vel quia conterraneus: vel benefactor: vel ratione alicuius ad animarum curam non pertinentis: iam eſt acceptor perſonarum. ſi vero ratione idoneitatis: ergo in quo eſt maior idoneitas: is eſt preferendus. ſicut ſi alicui conferenda ſit hereditas quia propinquus eſt in ſanguine: in quo eſt maior propinquitas ſanguinis: illi eſt danda hereditas. Vlterius hoc pbatur ex forma eligendi prelati data in concilio Conſtantienſi ⁊ Baſilienſi: que recitatur in Pragmatica Sãctione Gallica. vbi ſic habetur. Ego talis/ puta Ioannes vel Petrus iuro et promitto omnipotenti deo: ⁊ tali ſancto vel ſancte ſub cuius nomine dedicata eſt hec eccleſia: eligere quem credam futurum eccleſie in ſpiritualib9 et temporalibus vtiliorẽ: nec illi vocem dare quẽ veriſimiliter ſciuero promiſſione aut datione alicuius rei temporalis ſeu prece per ſe aut per alium interpoſita: aut alias qualitercũq; directe vel indirecte pro ſe electionem procurare. Vides q non iurat eligere vtilem ſed vtiliorem: vbi cõparatiuus pro ſuperlatiuo capitur.

¶ Contra quam cõcluſionem arguitur primo. ex ea ſequitur q habens iuſte titulum alicuius beneficij/ propter ſuperuenientem magis idoneum teneatur cedere et reſignare ſuum beneficiũ. cõſequens eſt inauditum. Nam hac via nunq̃ eſſet ſtabilimentum in beneficijs ob dubium melioris ſuperuenientis. conſequentia patet: quia videtur q ſicut peccat collator in illo caſu: ſic peccet accipiens. et ſi peccat accipiendo: peccabit detinendo: cum ſm concluſionem idem ſit iudiciũ de inidoneo in reſpectu: ⁊ inidoneo ſimpliciter. ſed inidoneus ſimpliciter tenetur reſtituere beneficiũ: et hoc vbi ei conſtat vel conſtare debet q nõ poteſt ſatiſfacere officio aſſumpto: exẽplo Dauidis abijciẽtis arma Saulis: que ppter magnitudinẽ et grauitatem ferre nequibat. primi Regũ. xvij. ¶ Reſpondetur negando conſequentiam. nam cum ſit idoneus: et hoc ei conſtet: remittit caſum electoribus: accipiens beneficium: ⁊ non peccat accipiendo: nec detinendo. minus enim eſt accipere q̃ petere vel dare. ⁊ nullo modo eſt ſimile de inidoneo ſimpliciter: quia ſufficit iſti ſua idoneitas: et q vocetur cum Aaron: alioquin multorum conſcientias inconſiderate perturbabis. Ex quo patet q Cicero conferendo Sorti beneficium peccat dando: ſed Sortes non peccat accipiendo. neq; hoc eſt mirandum: cum ſimile ſit de prodigo dante pecuniam Sorti cuius eſt dominus: quã accipiendo Sortes non peccat: licet peccaret petendo: et alter dando peccet. Sed contra hoc argumentor. Cicero collator iniuſte cõfert beneficium a. ergo a. beneficium iniuſte confertur. ab actiua ad paſſiuam. Hoc eſt verũ: quia iniuſte cõfertur a Cicerone. vnus enim per actum iniuſtitie beneficium confert: et alius iuſte accipit. licet autem collator peccet dando: vbi tamen eſt collatũ non poteſt reuocare. immo q̃uis alter eſſet inidoneus corã deo: ⁊ haberet ſufficientia munimenta in mundo: collatori ĩputaretur. difficulter certe electio irritaretur. electio enim idonei non eſt caſſanda. de elec. c. Cum olim. ca. Cum dilectus. et. c. Cum inter canonicos. quia iam per electionem ferme contrahitur coniugium inter electum ⁊ eccleſiam. vt pontifex dicit in prefato cap. Cum dilectus. ſed reuera non contrahitur vinculum cõiugale ante confirmationem. de tranſlatio. epiſco. cap. Inter corporalia. Nec epiſcopus electionem idonei cõfirmãs peccat. ratio eſt: quia non poteſt electionem idonei irritare: nec expediret propter tricarum explicationẽ inutilem. Etiam non eſt liberum ab electione reſilire: cum iã iſte habeat multum iuris acquiſitum. nec de tali in concluſione intelligimus. ſed ſi de inidoneitate docere poteſt: male facit confirmando inidoneum. Eſt autem plerũq; difficile ſeparare inidoneum ab idoneo. et propter difficultatem homines multa tenent in eccleſia militante que in eccleſia triumphante imputantur. nam ppter tranquillitatem in populo multa peccata relinquenda ſunt iudicio dei: eius foro: et conſcientijs hominum. ¶ Si dicas. maior pars capituli eligit minus idoneũ: et ſuffragium Platonis nõ poteſt prouidere magis idoneo ⁊ erit inane: ergo poteſt in illo caſu deſcendere in minus idoneum. Quicquid ſit de illo: non ſequitur q ille in cuius poteſtate eſt conferre beneficiũ: hoc poſſit. Secundo negatur q debeat Plato eligere minus idoneũ: quia non debet ſequi turbam ad malitiã: nec velle q minus idoneus eligatur: ſed debet promouere magis idoneum quantũ in ſua facultate conſiſtit. vbi vero non poteſt/ quieſcat. nam fruſtra niti et nil niſi odium querere: extreme dementie eſt. teſte Salluſtio in Iugurtha. Itẽ de magis idoneo in capitulo crebro contenditur. vnus enim aliquem iudicat rationabiliter magis idoneũ: quẽ alter minus idoneum cenſet. Sed contra hoc dicis. tũc ſi eſſent duo beneficia danda: a. maioris emolumẽti ſeu vt dicunt/ importantie/ et minoris cure: b. ecõtrario: collator deberet dare a. meliori. conſequens eſt falſum: qr non faceret fideliter officium ſui domini. Reſpondetur. magis idoneo dabit beneficium maioris cure et minoris importantie: et minus idoneo dabit aliud. ratio eſt: quia collator debet curare vtilitatem publicam: temporali commodo neglecto. modo in propoſito maiore viro maior cura eget.

¶ Secundo argumentor. collator confert beneficium dandum idoneo et capaci: ergo illi dando non peccat: cũ iſte idoneus ſit ſufficiens: ſed ſufficienti dãdo bene facit: nõ igitur peccat ſicut ſi quis habeat bonum panẽ triticeum quid opus eſt ſimila? ¶ Ad ſecundum dico q non bene dat: licet alter non peccet accipiendo. ſed non peccat bene faciendo: immo male facit. nam minus bonum magis bono comparatum habet rationem mali: ſicut minus de malo habet rationem boni. v. Ethicorũ. Etſi enim abſolute iſte eſt idoneus et ſufficiens. hoc eſt: ſcit facere omnia illa que ad tale officium requiruntur: videlicet predicare: ſacramenta miniſtrare: et ita de alijs: tamẽ quia collator infideliter prouidet de bonis domini ſui: non accipiens illum qui melius ea facere nouit: peccat non faciendo illud ad quod tenetur ſm iuſtitiã diſtributiuã. ¶ Contra hoc arguitur. ſi magis idoneus habeat hoc beneficium: non tenetur ad plura q̃ ad illa que ad officium requirũtur: puta ad celebrãdum/ predicãdum/ ⁊ alia ad curã requiſita. nã homo nõ tenetur facere ſuo officio debita optimo modo ſibi poſſibili: ſicut deuinctus quadrageſimã ieiunare non tenetur in pane ⁊ aqua ieiunare: licet bene faceret: ergo q̃uis magis idoneus ſciat melius facere q̃ minus idoneus: tamen non tenetur ad plura agenda q̃ minus idoneus nouit facere. ponatur ergo q non plura faciat q̃ vnus minus idoneus ppinquus ſibi in alia cura. iam arguitur ſic. vnus iſtorum eſt magis idoneus: et non plura facit nec facere tenetur q̃ minus idoneus: ergo minus idoneus eſt eque vtilis vt alter: ⁊ ei licite poteſt dari beneficium. ¶ Reſpondetur concedendo q magis idoneus nõ tenetur facere optimo modo ſibi poſſibili. et ad imaginatiõem ponamus ſtatum in maximo poſſibili cũ circũſtãtijs: puta cum ingenio/ cum doctrina/ cum prudentia quã habet: ⁊ ita de ſimilibus: ſicut eſt dabile maximum pondus qđ Sortes poteſt portare tãta velocitate in tali medio. Tamen minus idoneus tenetur facere optimo modo ſibi poſſibili ſtãtibus proprietatib9 quas habet: ⁊ ſi ſe exercendo efficeretur melior: qr fabricando fabri fimus. nã etiã magis idoneus efficitur melior non ſolũ equalitate arithmetica: ſed etiã geometrica: qr minus idoneum tã in naturalibus q̃ gratuitis exuperat. ⁊ rariſſime euenit q magis idoneus ſolum faciat illa ad que tenetur: ſed ſuperimpendit. Hoc ſic declaro. Si vterq; eſſet in die dominico: feſta hebdomade ſequentis indicturus: ⁊ euãgelium: gratia exempli. Hoc eſt preceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: explicaturus: magis idoneus clarius ⁊ intelligibilius per analogias ſi opus fuerit: ⁊ p conſequens fructuoſius q̃ alter enodabit: cũ plus ingenij/ literarũ/ ⁊ prudentie habeat: nã qđ medicorum eſt promittũt medici: tractant fabrilia fabri. Et iam erit maioris fame: ac p hoc auidius eius verba ſumentur. Hoc iterũ ſic declaro. Ariſtote. iij. Phyſi. dicit q tãta eſt diſtãtia a Thebis ad Athenas: quãta eſt ab Athenis ad Thebas. qđ dictum a multis pfeſſorib9 in varijs artib9 applicatur. ⁊ tamen ſi ineruditus diceret tantã eſſe intercapedinem inter Calpen et Abylã: quãta eſt/ ab Abyla ad Calpen: eſſet locus fabule. Cum ergo paſtor eſt in fama: ouis ſubiecta ei facile aſſentitur: nec de eius dicto fluctuat: memorie mãdat: ⁊ repetit ac ruminat: ⁊ ſic cibo ſpũali quẽ paſtor miniſtrat auide reficit: ⁊ ſpũaliter ĩpinguat. Nõne vides in Sorbona idẽ argumẽtũ in ore baccalaurei famati ab auditorib9 ponderari vbi ingenioſe deducit: cũ erectis auribus ſine tumultu/ ſine ſtrepitu ſtãt erecti ⁊ attẽti: at ipſo finẽ ĩponẽte ſi ſequat inferior/ cũ inferioris ĩmerita iniuria ſcholã relinqui quodãmõ vacuã: ⁊ tñ illud argumẽtũ in ore ineruditi contẽnit. tũ qr deeſt ei vena argumenti dirigẽdi. tũ q licet vnũ argumẽtũ eiſdẽ medijs deducat qb9 doctior (qđ ĩterdũ eſt poſſibile) pauci aduertũt. Sic de domo fabricanda: ⁊ in alijs artificijs. ¶ Ex his itaq; ſoluit argumẽtũ ⁊ concluſio pncipalis roborat: q pferẽs idoneũ magis idoneo maximã vtilitatẽ in republica poſtponit: ⁊ ſalutẽ gregis negligit: ponens cãdelabrũ ſub modiũ: qđ ſupra modiũ poſitũ totã domũ ad parietes vſq; illuminaret. Contra hoc arguit. ponat q magis idoneus ſit piger ⁊ nolit facere niſi illa ad que tenetur: ſicut crebro magis ingenioſi ſunt minus laborioſi. ⁊ pono etiã q verbo dicat ſe nõ facturum plura q̃ illa ad que tenetur. Rñdeo. ſi ex pigritie vel aliter veroſimiliter cõſtet q non ſit plura ⁊ melius facturus q̃ alter: non eſt magis idoneus. ſtat tñ q eadẽ dicat et faciat cum min9 idoneo: ſed ordinatius et meli9: ⁊ tũc eſt magis idoneus ceteris paribus. Et qñ ponis q verbo dicat ⁊c. nodum queris in ſcyrpo. is enim de quo loquimur/ collatori dicit ſe minus male facturũ q̃ poterit. ſicut de Iugurtha Salluſtius recitat. Multa facere: pauca de ſe dicere.

¶ Tertio. ſit Sortes optimus & multi alij boni p bñficio conſequẽdo. tũc ſic arguit. collator nõ tenet dare iſtud bñficiũ Sorti. ergo cõcluſio falſa. antecedẽs patet: qr virtus nõ cõſiſtit in idiuiſibili. ij. Ethi. ergo ſtat collatorẽ iuſte agere pferẽdo plurib9. iuſte igitur agit pferẽdo alij a ſorte. ¶ Rñdet negãdo q non teneat collator dare bñficiũ Sorti. ⁊ ad pbationẽ dicẽtẽ q virtus non cõſiſtit in idiuiſibili: rñdet. virtus non conſiſtit in medio mathematico: ſed in medio ſm rationem qđ inter exuperãtiã ⁊ defectionẽ conſiſtit: vt ne quid minus: ne quid nimis. et plerũq; obiectũ eius eſt extenſum ſm quãdã latitudinẽ: cuius quãcũq; portionẽ actus elicitus attingit. ⁊ hoc ad virtutẽ ſufficit. Qđ ſic declaro. minus q̃ copina vini (vt vulgus appellat) mihi ſufficit in vna refectiõe: poſſum tñ ſine aĩe vel corporis iactura bibere copinã vel vltra: tũc actus quo volo bibere copinã in hac refectione eſt elicit9 a ſobrietate: ſimiliter quilibet alius actus cadẽs ſup hoc qđ licite bibere poſſum. ⁊ ita in alijs quẽadmodũ diximus in. xv. diſtinctione de latitudine precij que eſt diuiſibilis. Poteſt tñ aliqua eẽ virtus habens obiectũ ĩpartibile: vt dilectio dei/ animi/ vel angeli: ſed illa mediat inter defectũ et exceſſum illic repibiles. ex quo patet q nõ eſt de ratione virtutis in cõmuni habere obiectum diuiſibile. nã ſi anima ſeparata

poſſet officium paſtorale exercere:ipſum anime Sortis
eſſet cōferēdū in caſu. ſic in ꝓpoſito dico ꝙ beneficium
vni dūtaxat eſt conferendum:et ſi alteri detur:peccatur
in conferendo.

¶ Quarto arguitur. Sortes habēs ius
patronatus preſentat epiſcopo aliquē minus idoneum:
epiſcopus tamen illi preſentato confert. ergo concluſio
falſa. Rñſio. Si Sortes p̄ſentat vnum indignū:epiſco=
pus male agit ſi eum admittat: ⁊ talē p̄ſentans etiā pec=
cat/infideliter agēs in officio ſibi cōmiſſo. ſi vero idignū
clericus p̄ſentet:ea vice priuat̄: vt patet ex cap̄. Sicut.
de ſup.neg.pla. laicus tñ nō priuat̄. vt elici pōt ex cap̄.
Cum vox. de offi.ordi. ſed in caſu argumēti habetur ſo=
lutio ex dictis in argumento primo.

¶ Quinto arguitur. aliquis licite fun
dādo beneficium poteſt imponere legē vt detur vni ſue
cognationis: quia in rebus proprijs quilibet eſt arbiter.
¶ Et cōfirmatur hec ratio. aliquis poteſt inſtituere be=
neficium dandum ſuis cōterraneis:vt eſt de burſis mul
tis Pariſijs fundatis ꝓ determiātis diocesib⁹ ⁊ regio=
nibus:vt de Nauarra/Choletis/⁊ varijs alijs collegijs.
¶ Ad quintū nego aſſumptū. et ad ꝓbationē:ꝗlibet in
rebus ſuis eſt arbiter:hoc eſt verū qñ rationabiliter vtit̄.
nā ſi ſuā domum cōburere velit/male ageret. ſed in caſu
argumēti iſte fundās bñficiū res ſuas deo dat et eccle=
ſie. oportet autē ꝙ res data leges eccleſiaſticas ſubeat.
Contra hoc arguitur. quis poteſt abdicare dominiū ali
cuius rei a ſe:cum aliquo onere īponēdo eis ꝗb⁹ dat. vt
facit patronus qui p̄ſentationē ſibi ſeruat. ergo dās hec
bona eccleſie pōt ea dare cū hoc onere: ꝙ det̄ beneficiū
vni ſuorū ꝯſanguineorū. Rñdet̄. pōt annectere cōditionē
rationabilē:ſed q: hec conditio appoſita eſt irrationabi=
lis:nō eſt admittenda. Secūdo dico. ſi admittat̄ ꝙ p̄ſen=
tatio erit alicuius ſue cognatiōis: debet intelligi ꝙ pre=
ſentet̄ maxime idoneus ad hoc vt p̄ſentās ſit pctī immu
nis:q: hec eſt ꝯcluſio noſtra. ⁊ hoc poteſt īterdum valere
aliqd:vbi videlicet eſſent multi equaliter idonei et opti=
mi. Et vlterius addo:ꝙ talis eſt imprudens:magis de
ſua cognatione ſollicit⁹ q̄ȝ de Chriſto cui hec bona dat.
poterat tamen omnia bona licite tenere et ſuis dediſſe.
¶ Ad ꝯfirmationē dico iſtas burſas cōmunes non eſſe
bñficia. beneficiū enim eſt aliqs redditus aſſignatus in
titulū ꝑpetuum ꝓ officio diuino celebrādo modo nō eſt
de ratiōe burſarū ꝙ ſint ꝑpetue. nā q̄ȝ primū magiſteriū
in theologia aſſequūtur burſarij in Nauarra:ſuas bur=
ſas amittūt:⁊ alijs ſtudentib⁹ cedūt. Similiter de Sor=
bona poſt paucos habitos redditus burſe vacāt. Inſup
dātur ītuitu īopie vt hoīes lr̄is potiſſimū vacēt:poſtmo
dū in vinea dñi laborāti:⁊ parū ad diuinū officiū aſtrin=
gunt̄ vt liberius lr̄is vacēt. Dixi de burſis cōmunib⁹:q:
ij qui dicuntur ſacellani Nauarrici/ poſſunt dici benefi=
ciati magis ꝓprie q̄ȝ burſarij. Ad aliud qđ in argumen=
to tāgit̄ de aliqb⁹ cōterraneis admittēdis. Rñdeo. non
eſſe idē in burſis ⁊ bñficijs eccleſiaſticis. etiā ſi burſe ni=
mis parue cōmunitati fundarent̄:īprudēter actū eſſet:
⁊ cā ruine in burſis:vbi inidonei admittunt̄:multis ma=
gis idoneis dimiſſis. ſed vbi magnus populus admitti=
tur vt in Nauarra:vt plurimum nihil mali eſt. Dico(vt
plurimū)nā vbi ꝓpter cauſas occurrētes pauci reperi=
rent̄ ſub rege Frācorū idonei: ⁊ extranei reperirētur ido
nei:īprudēter ageret̄ ſeruādo ſtatutū:ſed regi ſuadēdū
eſſet:vt in illo caſu diſpēſaret de ſtatuto:qđ nō ſolum po
teſt licite fieri:ſed etiā eſt debitū. ¶ Sed quo ad benefi=
cia ſemꝑ maxime idoneus p̄ferēdus eſt de quacūq; gē=
te fuerit:alioquin eſt ꝑſonarū acceptio. nā omne ſolū eſt
forti patria. vt dicebat bonus ille Anacharſis. Et dicti
mei ꝓbatiuū eſt. c. Ad decorē. de īſtitu. vbi Innocētius
Terti⁹ Cōſtātinopolitanū patriarchā carpit eo ꝙ Ve=
netos dūtaxat in eccleſijs Conſtātinopolitanis colloca=
bat:ſic inquiēs. Ad decorē. et infra. Sicut noſtris auri=
bus eſt ſuggeſtū. Conſtātinopolitanus patriarcha alio=
rū nationū clericos ſpernēs. Venetos tñ in Cōſtātino=
politanis eccleſijs ſatagit collocare:nō attendēs ꝙ in oī
gente q̄ facit iuſtitiā accept⁹ eſt deo:nec ſanctuariū dei
ꝯuenit iure hereditario poſſideri. Quocirca mādamus
quatinus moneatis eūdē vt viros literatos ⁊ alios ido=
neos:vndecūq; originem duxerint:in p̄dictis eccleſijs ⁊
maxime in maiori inſtituere non poſtponat̄. Idē habet̄
xl. diſt. Nos qui. Nihil enim refert:quo loco quis natus
fuerit: nec qb⁹ parētib⁹. lvj. diſtin. Vndecūq;. c. Naſci.
⁊. c. Dominus. Probat̄ etiam rōne. Normānus nāq; in
Frācia ⁊ Picardia habet bñficiū ⁊ ecōuerſo. Forte di=
cis:ſunt ſub eodē rege. hoc nō ſatiſfacit. nā qñ Normāni
erant ſub Anglorū regib⁹:ſi fuiſſet vnus Normānus ma
gis idoneus q̄ȝ alius ad a. bñficiū in Frācia: qs diceret
eſſe iniquum Normāno illud bñficiū cōferre? Etiā diu
poſt Chriſti īcarnationē varia regna fuerunt ſub īpera=
tore. Si ergo Sortes idoneus tūc erat admittēd⁹:qua=
re nūc nō admittet̄? Vel ſi rex aliquis ſui regni partem
amittat: q̄re negabit̄ ꝙ multū idoneus ex illa oriundus
ad bñficiuȝ admittet̄ potius q̄ȝ minus bonus? ſi linguā
nō intelligat:vbi bñficium lingue peritiā requirit:iā nō
eſt idoneus:⁊ ꝑ ꝯſequēs nō admittēdus. hoc eñ in lumi
ne naturali eſt notū. ⁊ habet̄. xcviij. diſtin. Aphros. vel ſi
ſit aliquid aliud qđ idoneitati obicē p̄ſtet: de hoc non lo=
quor. Statuta aūt regū in aliqb⁹ regnis in oppoſitum/
ſunt diſpenſabilia:⁊ nō ſolū cū excellēter idoneis: ſed et
cum mediocribus diſpenſant:hoc eſt habilitant.

¶ Sexto arguitur. homo non tenetur
eleemoſynā dare pauperiori: ergo nec bñficium meliori.
Rñdet̄. ſi eleemoſyna dāda ſit pecunia dātis:nō eſt ſimi
le. bñficiū eñ non eſt dātis. ſi vero ſit ſermo de eleemoſy
nario domini:neſcis probare antecedēs quin male agat
dādo eleemoſynā min⁹ inopi putato:relicto magis pau
pere:niſi cauſa rationabilis aliqua excuſet.

¶ Iam paucis epilogando: poſitiones
aliquas recitabo: imaginatiōes occurrētes ſimul adiū=
gens. Prima poſitio tenet ꝙ non peccat conferēs bñfi=
ciū idoneo:magis idoneo relicto. hoc tenet Apparat⁹.
¶ Secūda poſitio. peccat ꝯferēs bñficium idoneo:ma=
gis idoneo relicto in cura animarum ſed nō extra curā.
¶ Tertia poſitio. hoc eſt verū in bñficio ſimplici tā in cu
ra q̄ȝ extra curā animarū. et hec pōt diuidi. Vno mō ſic:
vt ꝯferens peccet ⁊ accipiēs nō peccet:etiā ſi ſit collatio
libera. Alio mō ſic:vt tā conferēs q̄ȝ accipiēs peccet:niſi
ignorātia inuincibilis excuſet:ſiue in libera collatiōe:ſi=
ue electiōe:ſiue ꝯfirmatiōe: ⁊ apparēter diceret ad iura
admittētia minus idoneū: ꝙ ītelligunt̄ de idoneo nō cō
paratiue. ¶ Quarta poſitio. collator liberā habens col
lationē peccat:non aūt partialē habēs/a magna diſpoſi
tione p̄uia depēdentē. exempli cauſa:ſi aliquis idoneus
eſt electus a capitulo: licet ſit etiā alius magis idoneus
non electus:ſupior confirmat ⁊ roborat ſeu ratificat ele=
ctionem ſine pctō:q: illic eſt vna magna diſpoſitio facta
de iure obtinēdo ipſi electo:⁊ cū ipſe ſit idoneus: diffici=
le eſt electiōem irritare in foro exteriore: eſto iudicet eū
min⁹ idoneū q̄ȝ p̄termiſſum. Eodē mō dicat̄ de epō ꝯfe=
rēte bñficiū idoneo ꝑ patronū p̄ſentato. Primā poſitio=



nem nō ſatis ſecurā ⁊ ſolidā in via ꝯſciētie arbitror. Se=
cūda q̄ videt̄ Alexādri Halēſis:nō videt̄ loqui ꝯſequē=
ter: q: rōnes eq̄liter militāt de bñficio ſimplici ac de cu=
rato. Tertia opinio quo ad vtrūq; mēbrū eſt ꝓbabilior:
ſed quo ad p̄us mēbrū eſt tutior. quā in q̄ſtiōib⁹ p̄cedē=
tib⁹ tueri conati ſumus. Quartā opinionē teneo:q: illa
eſt ceteris rationabilior. vt ex dictis ſufficienter patet.
¶ Tenēdū ergo reſolutorie puto ꝙ colator dās benefi=
cium eccleſiaſticū:curā vel nō curā min⁹ idoneo:magis
idoneo poſt habito/peccat: q: non eſt fidelis adminiſtra
tor rerū dñi ſui ſcȝ Chriſti:q̄ rerū eccleſiaſticarū eſt ſpecia=
liter dñs. et hoc ſi liberā collationē indepēdētē habeat.
Similiter peccat eū inſtigās ad hoc faciendū niſi igno=
rātia inuincibilis excuſet. Idoneus autē ſciēs ſe eſſe ta
lē/in p̄ſentia magis idonei talis cogniti/non peccat bñfi
ciū ſuſcipiēdo. Tertia ꝓpoſitio. vbi eſt idoneus ad bñfi
ciū electiuū elect⁹ vel a patrono p̄ſentat⁹:ſupior ad quē
ſpectat in bñficio inthroniȝatio ⁊ ꝯfirmatio:confirmādo
nō peccat:q: habet ad hoc p̄ceptū a lege cōmuni papali
qđ allegauimus. alioq̄ eſſet ſtrepitus īutilis:qñ illi ad
quos ſpectat iuridice p̄ſentatio vel electio/ idoneū p̄ſen=
tāt. ⁊ hoc etiā ſufficit epō inthroniȝāti Petrū in bñficio
qđ via denominationis habet: q: ad hoc eſt ei lex lata a
ſupiori. Et q: has leges non decet infringere/q̄ rōnabi=
les ſunt: nō peccat ipe ꝯfirmās electū idoneū magis ido
neo p̄termiſſo:quodāmō eñ ad hoc eſt obligat⁹. ſec⁹ eſt
de electore cui⁹ electio eſt libera: ⁊ licet vox eius contra
maiorē partē nō p̄ualeat:nō habet p̄ceptū vllū in oppoſi
tū:imo forma eligēdi eſt de optimo. Sed contra hoc eſt
parua replicatio. nā alter eſt iam electus a maiore par=
te capituli. et ꝑ ꝯſequēs a toto categorematice:ergo ali=
quid iuris habere videt̄. ⁊ ponat̄ ille eligēs vltimus vel
penultim⁹. Dicas q̄ tibi videbunt̄ ꝯſequenter:q: trāſeo.
Vlterius dico ꝙ licet peccet epō ꝯferēdo bñficium ido=
neo/p̄termiſſo magis idoneo:forte nō tenet̄ ad reſarcien
dū aliqđ dānū in plebe ſubiecta:cū plebi dederit virum
abſolute ⁊ ſeorſum ꝯſideratū idoneū. ſec⁹ eſt qñ dat ſciē
ter vel ignorātia vincibili inidoneū:tūc eñ pctīs alienis
cōmunicat:⁊ eſt cā dāni. de iniu. ⁊ dā. da. c. ſi. et eſt ſimile
de illo q̄ ponit gladium in manū furioſi:q̄ etiā veroſimi=
liter debacchabit̄ in plebe multis dieb⁹. Hinc Apoſto=
lus p̄me ad Timo. v. dicit. Manus cito nemini īpoſue=
ris:neq; cōmunicaueris pctīs alienis. vbi gloſ. pulchra
interlinearis dicit. Que poſt facit. ſicut eñ ꝓpter ſeq̄lā
culpa Mahumeti ⁊ Arrij fuit maior:ſic portio culpe in
epō bñficiū ꝯferēte inidoneo dependet a malo veroſimi=
liter futuro. Quomō aūt euēt⁹ ſequēs culpā p̄cedētem
augeat:lati⁹ in. xvij. diſtinctione Primi ꝓſequut⁹ ſum.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Decima.

DEcio quæritur: an theo
logus tā q̄ȝ magis idoneus in cu=
ra animarū ſit iuriſpito ſeu cano=
niſte p̄ferēd⁹. Hāc q̄ſtionē idcir=
co ꝓpono q: eā mouēt Hoſtiēſis
⁊ Panor. de ꝯſan. et affi. c. j. quorū
ſolutio in hoc ſtat. Si ſit bñficiuȝ
etiā grāde:epiſcopatus ſcȝ vt ipſi
exemplificāt:et in loco magis verſetur cauſarum venti=
latio:preferendus eſt theologo canoniſta. Si autē pul=
lulet hereſis vel locus ſit vicinus hereticis:preferēdus
eſt theologus. Hanc reſolutionem falſam paucis oſten=
dam/ſemper de theologo ⁊ canoniſta ſimplici loquens.
quia notum eſt theologū mixtū: theologo ſimplici cete=
ris paribus preferendum: q̄ȝq; theologū ambidextrum
in theologia et iure pōtificio decet eſſe. multi tamē ſunt
eruditi theologi ſimplices.

¶ Hoc præmiſſo pono hanc cōcluſio=
nē. Iuriſpito ſeu canoniſte p̄ferēdus eſt theologus oīm
mō ſiue hereſes pullulauerit ſiue nō:ceteris parib⁹. hoc
eſt:ſi vterq; ſit peritus in ſua arte:ſic ſcȝ vt theologus ne
a limine q̄dē ius pōtificiū ſalutauerit:nec bibliā ⁊ theo=
logorū ſcripta canoniſta olfecerit: niſi illa q̄ in corpore
iuris habet:in morū grauitate ſint pares: et in oīb⁹ alijs
q̄ idoneitatē augēt vel attenuāt. Probat̄ hec cōcluſio.
omnis ille p̄ferēdus eſt in aliquo officio q̄ melius nouit
illa facere q̄ officio illi īcūbūt. manifeſta eſt hec maior:
q: non aliā ob cām gnarus in arte nautica in naue p̄fert̄
perito calcifici. ſed theologus nouit melius illa facere q̄
officio paſtorali īcūbūt. igit̄. Probat̄ minor. nā act⁹ po
tiſſimi in cura aīarū ſunt iſti:miniſtrare ſacramēta/euā=
gelizare v̄bū dei/ diſcernere īter pctā mortalia/īponere
penitētias arbitrarias ⁊ cōſimilia. hec aūt melius nouit
theologus: vt cuilibet notū eſſe debet. Inſup nulla do=
ctrina eſt eccleſie eque vtilis vt theologia: ergo theolo=
gus īter doctos in republica eſt maxime vtilis. Antece=
dēs ptȝ ex Ap̄lo. ij. ad Timotheum. iij. dicēte. Tu vero
ꝑmane in his q̄ didiciſti ⁊ credita ſunt tibi: ſciens a quo
didiceris:et q: ab infantia ſacras lr̄as noſti:q̄ te poſſunt
inſtruere ad ſalutē ꝑ fidē q̄ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis
eñ ſcriptura diuinit⁹ inſpirata vtilis eſt ad docendū/ ad
arguēdū/ad corripiēdū/ad erudiendū in iuſtitia. Forte
dicis. canoniſta nouit oīa hec ꝑ illa q̄ hȝ ī corpore iuris.
Contra. multa hȝ theologus in iure non inſerta ſeu vt di
cunt/incorporata. etiā nō pōt adeo perite diſſerere aut
loq̄ vt theologus:q: circa artē illā nō ſic v̄ſat̄. nā oppoſi
to dato nō eſſet ſimplex canoniſta. Inſup cōcluſiones in
theologia deductas canoniſta pro principio capit. ſicut
ſciētia ſubalternata ꝓ p̄ncipio ſumit ꝯcluſiones ſciētie
ſubalternātis. modo habēs ſciētiā ſubalternātē ꝑfecti⁹
ſcit etiā eādē ꝯcluſionē q̄ȝ habēs ſcientiā ſubalternatā.
extēdim⁹ aūt ſcire ad cognoſcere:q: ſi qs credat p̄ncipia
ſue artis in alia ſciētia ꝓbata: ꝓp̄e nō ſcit ea. modo con=
cluſiones theologice ſunt p̄ncipia in iure pōtificio. Ter
tio arguit̄ loquēdo de adeptis gradū in vtraq; arte. ne=
mo Pariſijs efficit̄ doctor theologus ante. xiij. annos
cōpletos in ſtudio illi⁹ facultatis poſt artes cōplete vi=
ſas:⁊ niſi ſine p̄ſidēte in Sorbona rñderit ſpatio. xij. ho
rarum nō trahēdo ſpūm: cuilibet arguēti in publico:ſine
alijs diſputatiōib⁹ publicis ſub p̄ſidētib⁹. iiij. annorum
ſpatio:oēs baccalaureos admiſſos in oīb⁹ actib⁹ publi=
ce examinādo:q̄ ſolēt curſum vnū vel duos regere ī ar
tib⁹ in. iiij. vel. v. annorū curriculo. qs etiā in vtroq; iure
gradū capit q̄artiū p̄ma elementa deguſtauit? quo mo=
do ergo iſtorū duorū erit collatio? Dicis. tēpore quo in ar
tib⁹ rexit:a ſtudio theologico retrahebat̄. Reſpōdeo. ꝓ
vno curſu nō diſtrahebat̄. qđ ptȝ ſic. arguēdo et rñdēdo
mīto promptior:grauior ⁊ maturior:eo ꝙ diſcipulis adul
tis p̄fuit/euadit. Preterea rōne vnius curſus facultas
noſtra Pariſiēſis de vno anno diſpēſare ſolet. ergo pre=
ſupponit tūc virū magis ꝓficere ꝓ vno curſu regēdo q̄ȝ
ſi nō regeret. Pro ſcđo aūt curſu nihil dat:q: ille potius
obeſt q̄ȝ ꝓdeſt. Nec valet dicere ꝙ tp̄e litis canoniſta ef=
ficit̄ magis gnarus. q: tu nō vides epōs ⁊ paſtores ī ſtre
pitu forēſi ꝓ rebus eccleſie litigare. Inſup hoc eſt inci=
dēs ⁊ accidētariū: ꝓ quo aduocatum habere oportet: ⁊
non īmediate in hoc inſiſtere. Itē nemo militās deo īpli
cat ſe negocijs ſecularib⁹:vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. ij.
ad Timoth. ij. Immo hac via ꝯcluderes paſtores eccle
ſie eligēdos tp̄e quo eccleſia reparatione eget/ de nume=

ro latomoꝝ ꝓ eccleſie materialis reparatiōe. ſicut enim ꝑlati habēt cōductos latomos: ſic aduocatos ſtipēdiarios habēt. Rurſus nullus tātum verbo dei inuigilat (q̄d apte videmus) quātū theologus. ergo ipe eſt ꝑferēdus. Preterea etiā in corpore iuris theologia et eius ſtudiū eſt maximis ꝓuilegijs donatū: vt de mag. in c. Sup ſpecula. cōcedit ſtudētibus theologie vt ꝙnquēnio integro poſſint ꝑcipe fructus ſuoꝝ beneficioꝝ. Docētibus vero q̄zdiu docuerint: vt in queſt. ſequente latius explicabit. Itē leges ꝓhibent legi ⁊ audiri Pariſijs ⁊ in locis vicinis: vt theologia floreat. de ꝓuile. c. Sup ſpecula. et c. j. ne clerici vel monachi ſe. nego. im. prohibentur contentiones ⁊ lites tanq̄ȝ ſecularia negocia: ⁊ ꝓhibet religioſis ne addiſcant leges vel phyſicā. phyſica autem apud aliquos medicina vocat. et finis legis eſt ne ſe inuoluāt ꝓceſſibꝰ. Et idem eſt ſi q̄s occupet ſe circa materiā litigioſam iuris pōtificij. Scio tn̄ dominos legiſtas et Panormitanū canoniſtā religioſum: nimis canoniſtis condeſcēdere ꝓpter vicinitatē quā ius pontificiū in aliq̄bꝰ ſuis partibꝰ cū legibꝰ habet: nec ſatis pōderare rationē quare leges his īterdicūtur: q̄ eſt hec: ne ſcȝ nimis ſe occupēt in negocijs ſeculi et ſtrepitu forēſi: vbi eſt lucrum tēporale cū iactura anime. Inſup/petitur ab ordināndo epo an ſciat vtrūq̄ȝ teſtamētū. In cuius ſignū defert mitrā: ſed nō petit ex eo an ſciat vtrūq̄ȝ ius. Poſtremo: eccleſia optime floruit ea tēpeſtate qua theologi eā rexerūt: ſed vbi deuenit in canoniſtaꝝ manꝰ: qualiter gubernetur nouerunt omnes. igitur concluſio vera.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. Canoniſte citius paſtores eccleſie eligunt q̄ȝ theologi ac eis prouidetur: et frequentius epiſcopis aſſiſtunt. ¶ Preterea ſpiritualia nō poſſunt ſeruari ſine temporalibus: et iſti ad talia ſunt vtiliores theologis. nam etſi in proprijs non litigant: aduocatis conſulere poſſunt. ¶ Ad primum reſpōdet q̄ ad dignitates aſſumpti non aſſumunt de ꝑ ſe rōne canonū. nā poſt ſalutatā a limine grāmaticā porcēū filij nō ſubmittētes manum ferule in gymnaſijs artiū in quibus ſeruat rigor: ad leges humanas/diuinis relictis mox ꝯfugiūt: q̄ de mūdi grege eſſe laborāt. ⁊ ꝓpterea nimiꝝ ſi aliqui tales/legiſtas ⁊ canoniſtas ſibi aſſumāt ſui ſimiles: vt etiā ſibi cōſulāt in bn̄ficioꝝ tricis in foro exteriore/cōſciētia relicta quā floccipēdūt: ſm dictū triuiale. Semp eſt et erit: ſimilis ſimilē ſibi querit. prudentes tn̄ videmꝰ epos: theologos ſecū in magna veneratiōe ꝯtinuo habētes. ¶ Ad ſecūdū reſpōdet q̄ ſupflue nimis ſe occupant multi ꝑlati ꝓ bonis tēporalibꝰ: ſic ſcȝ vt ſint eis īpedimento. Hinc ꝑme ad Timotheū. vj. dicit. Nā qui volūt diuites fieri īcidūt in tētationē ⁊ in laqueum diaboli. ¶ Sed dicis. non ſtudēt eſſe diuites pro ſe: ſed ſeruare bona eccleſie: q̄ vt ſcribit in. c. Expedit. xij. q. j. Expedit facultates eccleſie poſſideri ⁊ ꝓprias perfectionis amore contēni. et paulopoſt Proſper recitat in eodē caplo. Deniq̄ȝ ſctūs Paulinꝰ (vt ipſi melius noſtis) ingētia ꝓdia q̄ fuerūt ſua/vēdita paupibꝰ erogauit. ſed cū factus eſſet epus: non ꝯtēpſit eccleſie facultates: ſed fideliſſime diſpenſauit. Idem illic narrat de ſctō Hilario. ¶ Rn̄det multifariā. Primo. bona eccleſie erāt epo ⁊ canonicis tunc communia ⁊ ab epis ſummis theologis ꝟbo ⁊ ope celo dignis fidelis expēſa. nec ꝓuētus maxime vberes adhuc habebāt. propterea opus erat ſollicitudine ꝓ rebꝰ eccleſie acquirendis ⁊ ꝯſeruādis. hi certe digni erāt ⁊ honore ⁊ bonis fortune ꝓ ſuis neceſſitatibꝰ ſubleuādis: ſm illud Apoſtoli ꝑme ad Timo. v: Qui bn̄ ꝑſunt ꝑſbyteri: duplici honore digni habeātur: maxime q̄ laborāt in ꝟbo ⁊ doctrina. Ad hoc introducit ſcripturā Deutero. xxv. Nō infrenabis os boui triturāti. equū eſt ergo q̄ in rebus diuinis ⁊ eccleſiaſticis officia ⁊ onera ſubeūtes habeāt ſufficiētē ꝓuiſionē ꝓ ſui ſuſtētatiōe. Dico ſecūdo q̄ aliqui hac tēpeſtate ꝓ bonis eccleſie augēdis q̄ in vtilitatem eius nō cedūt: nimis inſudāt. Nā cum eccleſia ſufficiēter in pleriſq̄ȝ locis dotata ſit: medijs de honeſtate crebro ſuſpectis: vt ſeipos paſcāt: bona ſub velamine indigētie eccleſie querunt. vtpote de capiēda pecunia in ordinū collatione: ſub chartaꝝ ſeu literaꝝ vmbra: et multis alijs modis excogitatis. Et ꝯtra loca ſctā vt hoſpitalia: viduas: minutā plebē ſibi ſubiectā et paupes nimis rigide īſurgūt: putātes decoꝝ ꝓuētꝰ epales q̄litercūq̄ȝ augere. Et tn̄ luce meridiana clarius eſt: quāto epatꝰ eſt pinguior: tāto magis in ſpeculo ponit curialibꝰ iſtis ambitioſis ⁊ inidoneis: vbi epatꝰ ⁊ bn̄ficia tenua melioribꝰ ⁊ doctioribꝰ relinquunt. Dico tertio: ſi epus vel aliā dignitatē habēs: multa talia reliqueret: eſto ſuū bn̄ficiū multo minꝰ in ꝓuētibꝰ valeret: ꝓbe ageret. nec vllū iuramentū obligat eū ad bona eccleſie ꝯſeruāda: q̄ ſemp ītelligit de bonis eccleſie manutenēdis ſm q̄ eccleſie expedit. vt ſi fuerit lis ābigua inter diuitē ꝑlatū: ⁊ domū hoſpitalē egrotorū: nullū egrotū etiā tpe epidimie recuſantē: vt eſt domus dei Pariſijs egre ſufficiēs ad eleemoſynas tā largas erogādas: q̄s iudicaret epm cū capitulo īprudēter agere ſi ſuo iuri ambiguo cederet: cū ꝓ ſtatu epiſcopali ſufficientē ꝓuiſionē habeat. Et pōt eſſe q̄ illi ſedi nullo mō cōducat plura habere. tū ne nobilibꝰ aulicis ⁊ regū familiaribꝰ pateat aditꝰ. tū ne īmēſus redditus ſit epis materia luxus. Non tn̄ me fugit quin bonis viris bona fortune ſint materia virtutis exercēde: ſed non ſemp talia bn̄ficia ꝓbi habēt. Hoc aūt nō obſtāte hec bona eccleſiaꝝ alij īiuſte capiētes peccāt: ⁊ ꝑlati īiuſte hoc ſinētes omittūt culpabiliter. Sed cōſulerēt epi ſapiētes prudētiā habētes q̄n cedendū ſit: q̄n litigādū: ⁊ cū q̄bꝰ. Similiter abbas aliq̄s vel epus ꝓuentꝰ aliquaꝝ terraꝝ ſi recipiat vt paupes terrā ad firmam vel aliter habētes: nō opprimant. nec primā formidare debēt dicētes ſe nolle reliquere ſedē poſteris magis tenuē q̄ȝ a ꝑdeceſſore inuenerūt. crebro eim̄ formidāt pruinā ⁊ cadit ſup eos nix. ¶ Ex his ergo pꝫ theologū ſimplicē/eruditū ⁊ grauē/canoniſte ſimiliter dotato ꝑferendū. Nec oportet talibꝰ canoniſtaꝝ obiectiōibꝰ rn̄dere. Ius pōtificiū ex morali philoſophia ⁊ theologia eſt cōflatum modo cōpoſitiora ſunt ꝑfectiora. Item de duobꝰ participās vtroq̄ȝ extremoꝝ eſt ꝑfectius: vt mula equo ⁊ aſino (vt aiunt) eſt ꝑfectior. Nā pauca theologica cōparatiue habet ius pontificium. Ad ſecūdum dico: q̄ falſum eſt mulā equo eſſe ꝑfectiorem: ſed tenet medium in ꝑfectione īter illa duo. ¶ Cum oībus his dico q̄ pleriq̄ȝ ſunt canoniſte multis doctoribꝰ theologis etiam in famatiſſima vniuerſitate gradū adeptis ꝑferendi ad dignitates ꝓpter exceſſum in moꝝ grauitate: et nōnūq̄ȝ in lr̄is tā diuinis q̄ȝ humanis. ſed in q̄ſtiōis titulo ſumſmū ſummo: ⁊ parē pari: hoc eſt mediocrē mediocri cōtulimꝰ. Nec theologis obeſt q̄ ad tumultꝰ aulicos nō vocent: quinimo ſup hoc letent. Nūquid in domo ſummi ſacerdotis Chriſtum negauit Petrꝰ q̄ in Chriſti ſocietate ſtetit fixꝰ ⁊ imobilis? Theologū nāq̄ȝ īhoneſte ꝓcedere iudico: et minꝰ ſecure ꝓ aīe ſue ſalute: ſi mediate vel immediate in ꝑncipū vel epoꝝ comitatu eē laboret. Et licet dicat ſeſe ingerere ꝓ alioꝝ ſalute: citiꝰ fortaſſe ipe ad malū flectet q̄ȝ poſſit alios ad rōnē allicere. Nō tn̄ nego quin theologus vocatus cum Aaron poſſit adire curiā dūmō det ei ociū īterdū reſpirādi/⁊ curādi ſuā ſalutē. ¶ Cōcludēdo patet eſſe petīn minꝰ idoneū ꝑferre magis idoneo/vel hoc ſuggerere: et per conſequēs (ſi recte ſentimus in hac queſtione prout putamus) male agit dās/eligēs/vel ſuadēs preferre canoniſtā vel legiſtā theologo: et tenet ad reſtitutionē aliquā illi q̄ repellit iniuſte ſm iudicium prudētis. Nō eſt tn̄ idē bn̄ficiū habere: ⁊ eſſe in potētia ꝓpīqua ad habēdū. nā ſi ꝓhibeā inidoneū vel minꝰ idoneū vel etiā eque idoneū quatenus bn̄ficiū det optimo capiendo: optimū negatiue: nō pecco: ⁊ ꝑ ꝯſequēs nō teneor illi quem ꝓhibeo ad aliquid. ſed ſi ſit magis idoneus: teneor deteſtari peccatū meū quo eū ꝓhibui a bn̄ficio ꝯſequēdo: ⁊ facere ei cōpēſationē. ⁊ q̄ȝq̄ȝ nō feci animo ei nocēdi: feci tn̄ ei iniuriā: q̄ bn̄ficiū fuit ei debitū: hoc eſt/collatores tenebātur ei bn̄ficiū dare. quare laborabo vt alibi ei ꝓuideatur: vel ſi non poſſim/dabo ei pecuniam.

## ¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte. Queſtio Vndecima.

Vndecimo circa hanc diſtinctionē ꝓſequēdo illa q̄ bn̄ficiatos ꝯcernūt/q̄rit. An bn̄ficiatꝰ teneatur ſub pena pcti in ſuo bn̄ficio continuo reſidere. Vulgariter continuo ītelligo ꝓ multo maiore parte tēporis. ¶ Rn̄det affirmatiue. niſi habuerit rōnabilē cām ſe excuſantē. ꝓbat. ꝓpter officium dat bn̄ficiū. ergo ſi in nullo officiū exequat: iniuſte colligit fructus bono paſtori relictos: quos reſtituere tenet. Secūdo ꝓbat idem. Dicit Aplꝯ. ij. ad Theſſal. iij. Si q̄s nō vult opari nec manducet. ergo ſi nullo mō laboret in bn̄ficio: nihil debet accipere de illo. Preterea nō veniēs ad diſtributiōes nō facit fructꝰ ſuos: vt dicit pontifex in. c. vnico. de cleri. non reſi. lib. vj. ⁊ cā eſt: q̄ vt vulgo dicit: nō officiat. Rurſus/intētio fundatoris erat q̄ bn̄ficiatꝰ in hac eccleſia deo ⁊ patrono illius inſeruiret: ergo bn̄ficium accipiēs ⁊ officium nō adimplēs/defraudat fundatorē. ſicut agricola capiēs pecuniā vt laboret: nō laborās tenet pecuniā reſtituere. Propoſitū aūt de reſidētia habet in varijs capitibꝰ. de cleri. nō reſi. Porro. in. c. Quia nōnulli. in. §. Cum igit. ex concl. Latera. ſic dicit. Cum igit eccleſia vel eccleſiaſticū miniſterium cōmitti debuerit: talis ad hoc ꝑſona q̄rat q̄ reſidere in loco: ⁊ curā eiꝰ ꝑ ſeipam valeat exercere. Q̄ ſi aliter actū fuerit: ⁊ q̄ recepit q̄d ꝯtra ſacros canones accepit/amittat: ⁊ qui dederit/largiēdi poteſtate priuet. Idē habet. xxj. q. j. c. j. ⁊. lxx. diſt. Sanctoꝝ. crebro eim̄ bn̄ficiū dat intuitu ꝑſone. modo frequēter vna ꝑſona valet tres alias: ergo nō ſufficit aliā habere. Alia pars/ſcȝ niſi legitime excuſetur/manifeſta eſt. ¶ Sed q̄ aliq̄ excuſatio nō reſidendi ſit legitima: ꝓbat rōne ſic. ponat aliq̄s ꝑlatus alicuius eccleſie multū idoneus: cuius forte nō eſt ſimilis in ſua regione: ꝓ tali officio q̄tenus ad hoſtē regē mittat orator ꝓ pace cōponenda īter duo hoſtilia regna. nā bonū cōmune bono particulari eſt ꝑferēdū. j. Ethicoꝝ. potiſſimū q̄n particulare in bono cōmuni īcluditur. ⁊ licet aliquā iacturā habeat hec parua collectio ſeu cōmunitas particularis: eſt recompēſatio in cōmunitate. Secūdo hoc idē ſuadeo aliter. vnū mēbrū in corpore vero iacturā aliquā patit: ⁊ ſe diſcrimini exponit ꝓ reliqua parte ꝑncipali. vt brachiū ꝓ capite ꝯſeruādo. ⁊ feriendus ſerpens partes poſteriores ad caput ꝓtegēdū īuoluit. Sed dicis. pars pricipalior vel totū partē minus ꝑncipalē ꝑiculo exponit vt cōſeruet totū ſine quo etiā pars minꝰ pricipalis neq̄t eſſe. Ex hoc habet ꝓpoſitū: q̄ ſcȝ rectores politie poſſunt eccleſie ꝑlatū a cura ſui gregis licite euocare: ⁊ alter parere tenet. Tertio ꝓbat. Contingit regem egere ꝯſilio alicuius prelati q̄d eſt pro republica vtile. ergo tunc prelatus nō peccat a ſua cura decedēdo ſm exigētiā tpis ꝯſilij dādi. Non loquor de ambitioſis ꝑlatis iā ſufficienter ꝓuiſis: vltro ſe ad ꝑncipū curias ꝯferentibꝰ: vt maiores honores habeāt. notū eſt eim̄ tales peccare: et ambitiōe: ⁊ nō reſidēdo. Quarto oſtēdit idē canonicus pōt licite abeſſe a bn̄ficio q̄n eſt in officio epi ſui: q̄ tūc eccleſie ſeruit. vij. q. j. Scire. et de cleri. nō reſi. c. De cetero. ⁊. c. Ad audientiā. ⁊ potiſſimū q̄n epus rationabiliter ab eccleſia abeſt: q̄ in rebꝰ ambiguis ꝯſulere debet canonicus epo. Preterea ſi in rōnabili cā habeat duo bn̄ficia q̄ pōt habere in caſu iuxta dicēda in q̄ſtiōe ſequēte: non poteſt in vtroq̄ȝ ꝯtinuo reſidere: ſed ſufficit nūc in vno: nūc in altero: q̄ non pōt naturaliter eſſe in duobꝰ locis. Patet hoc idem in debilitate vel egritudine chronica/vel in morbo ꝑpetuo: q̄ licet tali morbo laboret: alioq̄n bn̄ meritꝰ: nō eſt bn̄ficio ꝑuādus. Ratione ꝑegrinationis terre ſctē. de voto. c. ſi. Ratione itē ſtudij. de magiſt. c. Sup ſpecula. vbi ꝑcipit vt ſtatutū in ꝯcilio gn̄ali de magiſtris theologis ꝑ ſingulas metropoles ſtatuēdis īuiolabiliter obſeruet: vt aliq̄ ad ſtudium theologice ꝓfeſſiōis deſtinent. quibꝰ etiā ſi ꝓprij ꝓuētꝰ eccleſiaſtici nō ſufficiāt: ꝑlatꝰ ⁊ capitulū neceſſaria ſubminiſtrēt. Docētes ꝟo in theologica facultate/dū in ſcholis docuerint: ⁊ ſtudentes in ipa integre ꝑ annos q̄nq̄ȝ: ꝑcipiāt de licētia ſedis aplice ꝓuētꝰ ꝑbēdaꝝ ⁊ bn̄ficioꝝ ſuoꝝ: nō obſtāte aliq̄ cōtraria ꝯſuetudine vel ſtatuto: cū denario fraudari non debeāt in vinea dn̄i operātes. Ecce ſummam totius cap. Et ex iſto ſequit q̄ nō eſt tēpus ꝑfixū lectori in theologia. et ꝓpterea in hoc cap. bn̄ dicit Panor. magis amplū ꝓuilegium habere docētes q̄ȝ addiſcētes: q̄ docetes q̄zdiu docuerūt ꝑcipiūt in abſentia fructus ſuoꝝ bn̄ficioꝝ: ſed addiſcētes ꝑ q̄nquēniū tm̄. ⁊ eſt rō inq̄t: q̄ infra q̄nquēniū bn̄ ſtudendo preſumit q̄ q̄s debet eſſe ꝓuectꝰ. vltra ergo illud tēpus nō videt excuſandus ꝓpter ſtudiū. ſed doctor docendo ſemp ꝓmouet vtilitatē eccleſie vniuerſalis. Secūdo ſequit: ſicut gloſſa ordinaria recte infert: q̄ nō eſt opꝰ īpetrare aliā indulgētiā: cū hic ꝯcedat licētia gn̄alis a Romano pōtifice in ꝯcilio. Et licet Archidiaconꝰ in. c. ij. de ꝓuile. in. vj. ⁊ in. c. De q̄buſdā. xxxvij. diſt. ⁊ Panor. hoc etiā intelligāt in iure pōtificio: q̄ eſt par ratio (inquiunt) nā ꝓmouet honor eccleſie vniuerſalis ꝑ ius pōtificiū: hoc tamē nō valet. Primo. canoniſte paſſim legibꝰ ciuilibꝰ īcūbūt: q̄ hoīes negocijs ſecularibus īplicāt: ⁊ a theologia auocāt: q̄ ad curā aīaꝝ maxime ꝯducit. Nō aliā ob cām ꝓhibet in. c. Sup ſpecula. de ꝓuile. ne leges legātur vel audiātur Pariſijs vel in locis circūuicinis: niſi vt theologia tricis ſecularibꝰ nō īpediat. vbi dicit. Vt plenꝰ ſacre pagine inſiſtat: firmiter īterdicimꝰ ⁊ diſtrictius inhibemus: ne Pariſius vel ciuitatibꝰ ſeu alijs locis vicinis q̄ſq̄ȝ docere vel audire ius ciuile ꝑſumat. Et q̄ ꝯtra fecerit: nō ſolū a cauſaꝝ patrocinijs interim excludat: verūetiā ꝑ epm loci excōicatiōis vinculo īnodet. Sed dicis (⁊ tecū aſſentior) totum ius canonicū dēpta illa parte q̄ īmediate cauſas forenſes cōtingit/ad theologiā valet. Secundo argumētor. argumentū a ſimili in iſtis exceptionibꝰ ⁊ priuilegijs nō habet locū. Etiā vnū cōcedēs aliud negare videt: dato etiam q̄ ſit ſimilis ratio.

¶ Contra ſecundam partem concluſionis arguit. legēs in ſtudio ꝯtinuo theologiā capit pecuniā ab his quibꝰ nō ꝓficit: et nō laborat ꝓ eis ſed pro alijs: ergo iniuſte pecuniā accipit. nā ſi ego ꝓ Petro laborē: nō poſſum ꝓpterea pecuniā a Paulo recipe. Eodē modo de viro multū idoneo argumentabor q̄ a cura

paſtorali euocat̃: vt orator pro rege et republica in exteras regiones mittatur. et ita de quolibet quãcũqꝫ excuſationem de non reſidendo habende. ¶ Reſpondetur ꝓ omnibus rationabilem cauſam de non reſidendo habẽtibus: negãdo ꝙ accipiãt pecuniã ab his pro quibus nihil operãtur. nã omnes in chriſtianitate cõtẽti/ſunt vnũ corpus Chriſti myſticum et eius membra myſtica: que deberẽt ſe inuicem ſupplere: quo modo dicit Apoſtolus ad Galatas. vj. Alter alterius onera portate: et ſic adimplebitis legem Chriſti. et prime ad Corinth. xij. Non poteſt autem oculus dicere manui: opera tua nõ indigeo: aut iterum caput pedibus/non eſtis mihi neceſſarij. Et illi qui ſunt eiuſdem regionis magis faciũt inter ſe vnũ q̄ chriſtiani in multitudine. ergo laborans pro reipublice vtilitate non colligit indebitum. iuſtitia enim cõmunis eſt iuſtitia particulari nobilior. ſicut euntes ad bellũ iuſtum hoſtem alterius regni inuadẽdo extra regnum: non minus vtiliter creberrime ꝓ republica laborant: q̄ agricola in ſudore vultus agros colẽs. ¶ Secundo arguitur. aliqui poſſunt vacare literis quinquennio. vt dicitur in. c. Sup̃ ſpecula. de magiſt. qui licet ſint illiterati ⁊ latine neſcientes in primo congreſſu: poſſunt doctrinã ſufficiẽtem addiſcere quinquẽnio ⁊ euadere idonei: ergo nõ requiritur idoneitas primo die quo quis beneficium ſuſcipit contra predicta. ¶ Reſpondetur cõcedẽdo ꝙ aliqui poſſunt ſe ad literas conferre/in quinquennio docti euadentes: ſed requiritur ꝙ ſint idonei primo die quo minus beneficij ſuſcipiunt: et mittendi ſunt valde ingenioſi ad vniuerſitates vt baſes ⁊ colũne ſint in eccleſia: literis et moribus coruſcãtes. Et hoc eſt qđ dicit̃ in. c. Sup̃ ſpecula. ꝑallegato in. §. Statuentes. hoc modo. Statuentes vt q: ſup̃ hoc ꝓpter raritatẽ magiſtroꝝ ſe poſſent forſitan aliqui excuſare: ab eccleſiaꝝ p̃latis et capitulis ad theologice ꝓfeſſionis ſtudiũ aliqui docibiles deſtinẽtur: qui cũ docti fuerint: in dei eccleſia velut ſplẽdor fulgeãt firmamẽti: ex quibꝰ poſtmodum copia poſſit habere doctorũ: qui velut ſtelle in ꝑpetuas eternitates manſuri/ad iuſtitiã valeãt plurimos erudire. Licet gloſſa ordinaria illic dicat: legẽ illã nullius eſſe effectus: ac in verbis et nõ in rebus cõſiſtere. ſed frequenter gloſſa non ponderat illa que ſunt magni ponderis in foro anime. intẽtio erat cõcilij illic: viros debere eligi igenioſos a toto capitulo ad aliquã vniuerſitatem famatã mittẽdos: quatenus theologie incũberẽt: ⁊ onuſti opibꝰ ſpũalibus ad lares patrios redirẽt: non modo ſimplices ſed eruditos illuminaturi: a qbꝰ in materia ꝯſciẽtie ancipiti omne ambiguũ poſſet enodari. Notũ eſt autem ꝙ vnus tãtũ poteſt laborare in ſeptẽnio quãtũ alter in tp̃e duplo. ſi ergo curatus ſtudẽs in bona vniuerſitate ꝓ tẽpore bonas adipiſcat̃ artes: in breui tp̃e põt tãtũ ꝓficere quãtũ ante in magno ꝓfeciſſet. ⁊ ſi inter ea moriatur: ſufficit ei bonũ ꝓpoſitũ. vbi aũt ad lares patrios vel beneficiũ redibit: erit maioris fame q̄ antea: et potiꝰ ei credẽt ſubditi: ⁊ aduertẽt libẽtius q̄ erũt vtilia. ¶ Ex oibꝰ patet ꝙ bñficiatus tenet̃ in ſuo bñficio reſidere niſi habeat rõnabilẽ cãm nõ reſidẽdi: vt quãdo obſequiũ p̃ſtat reipublice tã cõmodũ vel cõmodius: q̄ p̃ſtaret manẽdo in ſua cura: habẽdo ſemꝑ animũ ad ſuũ gregẽ redeundi ꝓ loco ⁊ tp̃e. nã verbũ eius in reditu populo erit multo gratius: ⁊ gaudebũt tali paſtore ſe dignos eſſe: dũmodo (qđ eſt ei neceſſariũ) virũ idoneũ: licet ſe inferiorem loco ſuo relinquat. Si vero ſine rõnabili cã iudicio prudẽtũ ſuũ gregẽ relinquat/peccat. Rationabilis aũt cã nõ eſt: cõferre ſe ad principũ curias vt honoret̃: vel ſub vmbra protectionis bonoꝝ eccleſie. ſed ſicut opes deuotio peperit: ita eas tuet̃ ⁊ ſeruat. vt videre licet in Carthuſiẽſibꝰ. et in capitulis ſecularium bñ gubernatis. Nec eſt rõnabilis cã: viſere vniuerſitates niſi quatenꝰ homo addiſcat/lectiones adeundo: vt ad gregẽ doctior redeat. Si vero ſufficiẽter iſtitutus ſit vt a ſolis libris doctrinã haurire poſſit: id in grege ſibi cõmiſſo/⁊ in mõte Caucaſo/vel rupe Parmenidis facere poteſt. Qui aũt in vniuerſitate theologiã ꝯtinue legit: ⁊ ita equalẽter p̃dicat: imo p̃dicatores facit/qđ plus eſt q̄ p̃dicare: excuſat̃/potiſſimũ ſi animaꝝ curã nõ habeat et ſi ſacerdotio ſimplici donatꝰ fuerit. Et forte circa aĩaꝝ curã: qđ alioqn eẽt p̃ceptum: ob circũſtãtiã ſuꝑuenientẽ deſinit eſſe p̃ceptũ. ſicut vtili p̃dicationi inſudãs: qđ egre cũ ieiunio q̄dragesime complere põt: a q̄dragesime ieiunio abſoluit̃. Si q̄s autẽ in vniuerſitate reſidẽs curã habeat vniuerſitati vicinã: reſidere in pago nõ eſt neceſſariũ: ſed ſufficit ei ꝓbũ habere vicariũ ad miniſtrãda ſacramẽta: dũmõ in feſtis diebus pabulũ vite gregi ſuo miniſtret: et ꝯfeſſiones ac caſus ambiguos audiat. Durũ nãqꝫ eſt dicere virũ eruditũ doctis cõuiuere ⁊ ꝯferre aſſuetũ: debere manere ꝯtinuo in pago ruſticano. Videtur ſane ei ſufficere in oppido vel vrbe ꝓxima morari: plerũqꝫ ſuos viſitando: modo nõ abſit in feſtis niſi ob rationabilem cãm ſuꝑuenientem.

DVbitatur: an ſuſcipiens beneficiũ animo nõ reſidẽdi ſed fructꝰ colligẽdi ⁊ poſtea relinquẽdi bñficiũ: teneat̃ ad reſtitutionem. Rñdet̃. is tenet̃ reſtituere niſi mutet poſtea volũtatẽ. vtputa ſi poſtea ꝓponat bñficiũ ſeruare: ⁊ in officio ad qđ bñficiũ inſtitutum eſt fideliter laborare. ꝙ ſi alio animo collocator ei bñficium ꝯtulerit/peccat. Et habet̃ iſtud in. c. Cõmiſſa. de elec. lib. vj. §. Ceterum. Et hoc intelligo niſi eſſet aliquis ꝓ republica militãs: cui nõ ſit ꝓuiſum. nã poteſt eſſe ꝙ in vniuerſitate legat ſine ſtipendijs alijs a beneficio.

¶ Dubitatur ſecũdo: an melius faciat theologus legẽs in vniuerſitate q̄ circa p̃dicationem ſe occupãs. Reſpondet̃ ꝑ duas ꝯcluſiones. Prior eſt. Si vterqꝫ eſt non bñficiatꝰ: meliꝰ facit lector q̄ p̃dicator. rõ eſt: q: p̃dicatores facit: ⁊ eos ad p̃dicãdũ dirigit. nã ſine theologia p̃dicare nequeũt: niſi aliq̄ memoriter ꝓnũciẽt more corũ q̄ comedias recitãt. Secũdo ꝓbat̃ idẽ. lector etſi pauciores habẽs in numero auditores/eos lectores ⁊ p̃dicatores facit: ergo doctrina eius plus diuulgat̃ in populũ q̄ vniꝰ p̃dicatio q̄ vnã curã determinatã habet. Inſuꝑ architectꝰ de domo extruẽda diſponẽs/plus facit ad domꝰ cõpoſitionẽ: ⁊ plus p̃mij acq̄rit q̄ lapidum celator: vel faber lignarius. ſed lector eſt architectus in domo ſpũali dei ⁊ director domꝰ ſpũalis edificãde: p̃dicator aũt eſt manuarius op̃ator. Itẽ docẽs doctos docturos/quodãmõ ſimplices ⁊ indoctos docet. de doctis eñi q̄ ab eo audiũt/nõ eſt dubiũ. de ſimplicibꝰ etiam patet: q: q̄cq̄d eſt cã cauſe/eſt cã cauſati. ¶ Secũda ꝯcluſio. Stat lectorẽ curã animaꝝ habẽtẽ q̄ reſidẽtiã req̄rit ꝑ legẽ cõmunẽ: excuſari a reſidẽtia ꝑ lectionẽ vtilem in vniuerſitate: q̄uis legere ſit de ꝯſilio. ꝓbat̃ ſic. poſſibile eſt lectionẽ eſſe reipublice vtiliorẽ q̄ reſidẽtiã eiꝰ in beneficio: et prudẽs iudicat: ergo nõ reſidẽs ſed legẽs non peccat ſed meret̃. Secũdo ptꝫ idẽ. niſi hoc eẽt veꝝ: hoc foret ꝓpter ea q: cõſiliũ nõ abſoluit ſeu deobligat a precepto. ſed hoc eſt falſum qñ conſilium eſt de maiore bono. queadmodũ p̃dicator deobligat̃ a ieiunio p̃ceptiuo q̄dragesime ꝓpter opꝰ cõſilij in p̃dicãdo: qñ eius predicatio eſt reipublice multũ vtilis. illic eñi ſeruat̃ intentio legis de ieiunio. nã ꝑ ſtudiũ ⁊ ſollicitudinẽ caro eius ſatis domat̃: ⁊ ita a ieiunio eccleſie abſoluit̃ ꝓpter maius



bonũ. Idem patet in materia martyrij. Multi nãqꝫ martyres pro opere cõſilij paſſi ſunt: quibus alioquin ſeruare vitam fuiſſet de precepto. ſed de hoc copioſior futurus eſt ſermo diſtinctione. xlix. huius.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Duodecima.

DVodecimo in hac diſtinctione: ⁊ nono circa materiã bñficioꝝ q̄rit̃: an q̄s poſſit ſana ꝯſciẽtia plura tenere bñficia cũ diſpẽſatione eiꝰ cuius intereſt. In hac q̄ſtione primũ/rõnẽ noĩs (diſpẽſatio) explicabimꝰ: poſtea ꝯclõnes ad q̄õnis titulũ rñſiuas poſituri.

¶ Diſpẽſare bifaria accipit̃. vno mõ ꝓp̃e. ⁊ ſic ẽ aliquẽ abſoluere ab alicuius legis obſeruãtia: vt eſt p̃ceptũ de homicidio. hoc modo cũ Sanſone deus diſpenſauit de ſe occidẽdo. vt Iudicũ. xvj. legit̃. pari forma rex diſpenſat: q: licet ꝑm cõmunẽ legẽ/homicide vltimũ ſuppliciũ inferẽdũ ſit: poteſt tñ rex hãc legẽ poſitiuã in forte reuocare. hoc mõ querũt theologi in. xxxvij. diſti. ij. ſententiaꝝ. An deus poſſit diſpẽſare in p̃ceptis decalogi. Alio mõ capit̃ diſpẽſare extẽſius vt tãtũ valet quãtũ īterp̃tari aliquẽ non eſſe obnoxiũ legi cõmuni in caſu. Et ſic iudex iferior diſpẽſat: id eſt interp̃tat̃ penã legis cõmunis de homicidio in illo q̄ occidit ꝓ ſue vite defenſione: cũ moderamine inculpate tutele. vel prudẽs interp̃tat̃ hac pena nõ eſſe mulctãdũ iudicẽ ⁊ lictorẽ/hoĩes occidẽtes ꝓ meritis. ſed iſti nõ poſſunt diſpenſare p̃mo mõ: q: hoc eſſet ſuperioris legem in caſu quo eſt lex/reuocare: qđ non licet. Hoc ſcđo mõ circa legem dei homo diſpẽſare põt: locũ ambiguũ ꝑ rõnẽ naturalẽ vel ꝑ aliũ locũ in eadẽ lege cõtẽtũ/exponẽdo ⁊ declarãdo. Hoc etiã ſcđo mõ poteſt aliq̄s licite diſpenſare cum aliquo: vt plura habeat beneficia in caſibus licitis: vt ꝑ ſequẽtia intelligetur. in hac autẽ ſignificatione vocabulum magis capimus.

¶ Hoc prælibato pono concluſiones: quarũ prima eſt. Aliq̄s ſana ꝯſciẽtia ꝑ diſpẽſationẽ plura tenet bñficia. ꝓbat̃. aliq̄s ante ꝓhibitionẽ pontificis: hoc eſt/ãte legẽ latã de nõ habẽdis pluribꝰ bñficijs: licite plura tenere poterat. ergo vbi eſt eadẽ cauſa: põtifex diſpẽſare põt: id eſt īterp̃tari ſuã legẽ in illo caſu nõ eſſe tenẽdã. hoc eſt vti epicaia: vel naturali equitate: in eq̄tate: in iſto etiã reuocãdo legẽ cõmunẽ quã inferior reuocare nõ põt. ⁊ ita vtroqꝫ mõ diſpẽſat. ac ꝑ hoc ſi in hac lege nõ poſſit diſpẽſare ſcđo mõ: nõ põt de iure ⁊ licite primo mõ: bñ autẽ de facto in foro exteriore: q: diſpenſatio eſt iuris cõmunis relaxatio ꝓ cauſa licita/ab illo q̄ legẽ reuocãdi habet poteſtatem vel īterp̃tãdi auctoritatem. Hoc declaro ꝑ ſimile. aliq̄s reipublice admodum vtilis hoiem occidit: in quo tales circũſtãtie occurrunt: vt naturalis eq̄tas declaret hũc nõ eſſe pena capitis mulctãdũ: et tunc legem ſuã reuocat rex: quã inferior reuocare nequit. ¶ Proſequendo ꝓpoſitũ: ꝙ in caſu liceat plura habere beneficia/ꝓbat̃ ſic. et capio hãc maximam. Si oĩm bñficioꝝ fructꝰ in vniꝰ erario eſſent: vtpote ſummi pontificis: ⁊ ipſe ꝑ ſuos deberet dare ſtipendia cuilibet in politia eccleſie militãti: iequaliter laborãtibꝰ inequalia deberet ꝯferre premia ⁊ ſtipẽdia more regis in bello. hoc patet. Nã vnius labor duorũ vel triũ labores in valore exuꝑat. vnus eñi erudite ⁊ deuote ſeminat verbum dei in vinea dñi: et cũ hoc celebrat. modo notũ eſt ꝙ hec opa eſt reipublice multo vtilior opa vnius ſimplicis ſolũ celebrãtis vel in choro cantãtis. ergo plus meretur in premio. Qui eñi nõ laborat nõ manducet: ⁊ qui laborat manducet: ⁊ q̄ plꝰ laborat/plus mãducabit. vnꝰ eñi maiore cibo eget q̄ alter ⁊ quo ad ſe et ſuos: qbꝰ eſt dignꝰ. Sed nõ ſit talis pecumaria ſolutio ex pontificis erario: nec expedit. ſed bñficia ſic laborantibus ſunt partita ꝓ p̃mijs tẽporalibus: q: nemo ſuis ſtipendijs militat vnq̄. Quis nãqꝫ paſcit gregẽ ⁊ de lacte gregis nõ mãducat? prime ad Corinth. ix. hoc eſt nõ tenet̃ etiã ſi patrimoniũ habeat aliunde. modo contingit virũ habere exile bñficium: ⁊ pro ſuo p̃mio inſufficiens: ergo licite talis poteſt aliud capere quouſqꝫ habeat p̃miũ ſufficiens ſecũdum ſui operis valorem. ergo diſpẽſatio ſuꝑ pluralitate bñficiorum in caſu eſt licita: cum in aliquo ſit ratio reuocandi legẽ de nõ habendis pluribus: ⁊ auctoritas in diſpenſante. ergo concluſio vera. ¶ Secundo ꝓbatur idẽ. Nã de prebendis. c. De multa ꝓuidentia. §. vltimo dicitur. Circa ſublimes tamen ⁊ literatas ꝑſonas que maioribꝰ bñficijs ſunt honorande: cũ ratio poſtulauerit ꝑ ſedem apoſtolicam poterit diſpẽſari. ſignanter (cũ ratio poſtulauerit.) ¶ Tertio a poſteriore arguit̃ ſic. niſi concluſio eſſet vera: filios principũ eruditos ⁊ ꝓbos eminenter literatos: et moribus graues ad duo bñficia nõ admitteres quãtũcũqꝫ exilia: pluſq̄ filium agricole vel viticole etiã mediocriter inſtitutũ. qđ cõcedere/rationi nõ eſt cõſentaneũ. ¶ Quarto arguit̃ ſic. duo mediocres duo tenẽt bñficia: ergo vnus illis duobus equiualens in vtilitate reipublice poteſt duo ſimilia bñficia tenere. cõſequẽtia eſt nota: cum illos duos valeat. ⁊ patet per ſimile. Nam vnus ſpatioſus et groſſus lapis tantũ in pariete loci occupat quantũ duo minores. ⁊ vnus in bello duplex premium habet a rege in reſpectu ad alium. nec valet dicere: habeat ergo vnũ in duplo maius. cũ illud habere nequeat. ¶ Quinto. aliquis eſt quẽ oportet ſecundũ ſuũ ſtatum etiã tẽperate viuendo habere vnũ famulum vel duos huic autẽ vnius bñficij parui ꝓuentus nõ ſufficiunt. Nec valet dicere. cũ omnẽ operam ſuam circa ſubditos applicet: tenentur ſubditi augere ꝓuentus: ⁊ maiores dare illi qui plus meretur q̄ dare ſoleant merentibus. Quia licet hoc ſit verum quãdo quis nõ habet aliam prouiſionem: tamen nõ ſoluit argumentũ: quia forte eſt ſacellũ nõ habens ſubditos: vel ei aliud offert̃ beneficium. ¶ Vltimo ad idem arguitur ſic. plus alimẽti magnum mẽbrum: vt caput in corpore vero ſuſcipit q̄ membrum paruũ vt digitus vel articulus. ergo conformiter equum eſt eſſe in corpore myſtico.

¶ Secunda concluſio. Eſt cõtra ius nature ⁊ equitatẽ naturalẽ ꝙ q̄s extra latitudinẽ ſufficiẽtie ſit pluralis ĩ beneficijs: hoc eſt plura teneat q̄ ratio exigit vel patit̃. ꝓbat̃. imaginemur ſicut in p̃ma concluſione dictũ eſt: quãtũ daret̃ viro ꝓ labore ſuo in eccleſia: ſuppoſito ꝙ oẽs idonei et laborãtes haberẽt portionem ꝓportionabilẽ ſuis meritis: ſi oẽs beneficioꝝ ꝓuẽtus in vnã maſſam colligerẽtur: tũc p̃ter rationẽ eſſet ꝙ duobꝰ equaliter laborãtibus: vnus haberet plus q̄ tribus vel quatuor ſufficeret: alijs eque laborãtibꝰ ⁊ nihil p̃mij habẽtibus: ⁊ male ageret ſic ꝓuẽtus diſtribuẽs: ⁊ alter capiendo: ⁊ a fortiore auide petendo. Sed dicis: nõ eſt ita nũc de bñficijs: q: nõ ꝓuidet̃ oibꝰ idoneis. ſed ſi Petrꝰ vno dignus nõ caperet plura: alia indoneis ꝯferrẽtur. Hoc nõ valet. nã contingit virũ vno bñficio eſſe dignũ: q̄ tñ trãſcẽdẽdo ſit etiã indoneus cũ alijs. et hec eſt cauſa quare pleriſqꝫ idoneis nõ ꝓuidet̃. ¶ Secũdo arguitur ad idẽ. monſtroſum eſt in corpore vero ꝙ vnũ membrum plus nutrimenti ad ſe notabiliter trahat q̄ illud mẽbrũ requirat: q: hoc eſt in reliquorũ mẽbrorũ iacturã ⁊ atte

nuationē:et eſt dyſcraſia ſeu diſproportio mēbris. ergo ſic eſt in corpore myſtico pter ordinē rōnē ꝙ vnus bñficioꝝ multitudine ſit ſtipatus/ alio idoneo patiēte famē:necdū neceſſaria nō habēte:ſed vix paucula ꝓ libris cōparandis:qui tamen eiuſmodi inſtrumentis pro ſue artis exercitio eget. immo Apoſtolus qui ſcientiam infuſam cū acquiſita habebat:ꝛ libros:ꝛ membranas ſibi comparauit:vt patet ſecunde ad Timoth. iiij. vbi dicit Penulā quā reliqui Troade apud Carpum/ veniens affer tecū ꝛ libros:maxime autem et mēbranas. gloſſa interlinearis. vt ibi ſcribā epiſtolas meas. difficile eſt igitur pauperi ſine neceſſarijs in literis proficere. Quāuis enī nō cuilibet ſtudioſo viro opus fuerit tanta librorū cōgerie quantam Piſiſtratus Athenienſis/ Philadelphus/et Pamphilus martyr habuerūt:tamen aliquibus opus eſt. Aut ſic formo argumentū. Eſt contra equitatē naturalem ꝙ talis artificū diſpoſitio in republica fiat vt ars vtilis in republica male exerceatur. ſed ſic eſt quādo multi nimis abūdant:ꝛ multi penuria premuntur. Nam circa temporalia diuites plus equo occupantur: ita vt verbo ꝛ exēplo populū nō edificent nec inſtituāt:ꝛ ſic inſtrumēta ſue artis negligunt. ꝛ ſi viros circa tēporalia intētos: ad predicationem ꝛ cetera officia conſueta adhibeant: ij nō penitus ꝑcordia mouent:quia auaritia notantur:ꝛ ſac alijs debitū fugiunt: malū quoqꝫ exemplar ſic faciēdi multis miniſtrant. nec vnqꝫ auaritie peccatū ꝛ reliq̄ quibus infecti ſunt:in ſermone ad viuū tangēt. Nam ſi extremis forte digitis attingant (qđ raro faciunt) verbo ipſa vita repugnat. ꝓpterea ex induſtria. Actuum. j. de ſaluatore noſtro Lucas recitat. Que cepit Jeſus facere ꝛ docere. quod etiā ſatis apoſtolus Timotheo faciendum monuerat. Itaqꝫ theologus nimis multa capiēs:ſue artis inſtrumēta negligit. quēadmodum enim opulētus artifex quiſpiā non laborat:ſed ſue artis faſtidioſus ad aliā ſortē ſe trāſfert:ſic iſte factus diues q̄ ſolet eſſe canis ꝯtra vitia latrās/ iā obmuteſcit:ſub vmbra ꝛ ꝑtextu ipotētie:ꝛ ſenectutis ſe ꝓtegēs:ꝛ tñ in ea etate optime hoc facere pōt. Ex cōtrario aūt:q2 libros inops habere nequit:peius ob defectū inſtrumētoꝝ operatur. ¶ Tertio arguitur ad idē: q2 dato oppoſito ꝙ nō eſt ſtat⁹ in latitudine ſufficientie bñficij vel bñficioꝝ: ſequitur hec cōcluſio:ꝙ vn⁹ capere pōt licite oīa bñficia toti⁹ Europe: alijs nihil habētib⁹. hoc ꝯſequēs nemo ſane mētis cōcedet:ergo nec antecedens qđ eſt illius illati baſis/admittere debet. ¶ Quarto ſic. ꝑ ꝯformitatē rōnis ſi alqs hoſtis regē ꝛ republicā ferro ꝛ igne inuaderet:ꝛ rex non haberet magna ſtipēdia ſuis militib⁹ dāda:nunqđ milites oēs ꝯtēti eſſe debēt vt diminuatur ſibi ſtipēdiū:et ne pauci inſufficiētes ꝯtra hoſtē bellare oēm pecuniā regis habeant alijs idoneis relictis? igitur cū bñficia data ſint deo ꝛ ei⁹ miniſtris:vt ꝯtra diabolū/ mūdū/ ꝛ carnē pugnent: licet nō qlibet idoneus in bñficioꝝ partitiōe ſufficiētem ꝓuiſionē habere poſſit/ ſm valorē ope ſue:debet eſſe cōtēt⁹ pauciora ſumēdo:vt plures ꝯtra demonē ꝛ vitia militent. ſi enī deū ꝛ fratrē diligit/ id iudicabit. ꝛ ſi illud eſt rōnabile ꝛ equū:oppoſitū eſt iniquū. ¶ Quinto arguitur patēter. male agit ille q̄ ꝓmotionē honoris ꝛ diuini cultus ipedit:vitioꝝ extirpationi obicē ꝑſtat:ꝛ materiā virtutis exercēde bonis ſubtrahit:bona pauperib⁹ debita colligit: domos pulchras in reipublice dedecus caducas facit:ꝛ minātes ruinā:hoſpitalitatē paupib⁹ honeſtis ſupuenietib⁹ debitā aufert:ꝛ ſubmouet ꝓbū virum qui reliqs oib⁹ conſuleret. ſed ſic eſt de quolibet iordinate plura bñficia detinēte. igitur. Conſequentia eſt nota cū maiore. et minor ꝓbatur:primo ꝙ cultus diuinus diminuatur. nā ſubtrahuntur miniſtri ad colendū deū apti: ꝛ repelluntur idonei ad populū docēdū. Q2 iſti plurales ꝑpediāt vitioꝝ extirpationē: ꝓbatur ſic. aliqs laborās et exercēs ſe circa vnā artē multū ꝓficit:et diſcipulos peritos in illa facit. nā ingeniū vbi intendis ibi valet: vbi ſi circa multas ꝟſaretur artes:in nulla floreret. ſed ſic eſt de habēte vnū bñficiū/ q2 circa id laborat: q̄ vero multa habent: circa vnūquodqꝫ parū laborāt: imo circa oīa parū laborāt:nimirū vno icōueniēti dato multa ꝯtigūt. j. Phyſi. Alie partes ſunt ꝑſpicue. ¶ Ex hac ꝯcluſione ſequitur ꝙ male agunt q̄ ſine ratione in bñficijs plurales. ambitioſi ſunt:ꝛ auari: de ſe nimis ꝑſumentes tot bñficia colligendo:ſic ſatiati:vt aquā maris ſalſam/ vel forte vinū aqua nō dilutum potātes:aut carnes ſale ꝯditas comedētes: ad calēdas grecas ſatiādi: ſemꝑ ad finē vſqꝫ vite manſuri ſitibūdi. ſunt vero ſicut piſa putrida ꝛ vermib⁹ plena/ que ſupnatāt: vbi meliora ad aque ꝓfundū deſcendunt. ambitione nāqꝫ ꝛ auaritia pleni volunt alijs preminere: dū boni ad loca humilia deſcēdūt. Iſti more bubonum tēpla noctu igrediuntur vt oleū ſugāt:quo exhauſto cādele extinguuntur:ꝛ vt fruct⁹ colligāt:lucrū ſpūale qđ alter ſubminiſtraret/ tollūt. Exceſſus regis hos. Preterea ſequitur ꝙ quis poteſt tenere duo beneficia parua cū ſana conſciētia:qui nō poteſt tenere duo magna vel vnum magnum cum paruo. nā tenens duo parua manet in latitudine ſufficientie:non autem in alijs.

**¶ Tertia concluſio. Licet hi plurales ſi**ne rōnabili cā iure fori excuſentur:non tñ iure poli. Prior pars ꝓbatur. nā cū circa legem in caſu diſpēſationem habeāt:ꝑmittitur ꝙ bñficijs in hoc mūdo gaudeāt:ꝛ nō tollūtur ab eis. et hoc eſt excuſari iure fori. Altera pars patet ex ꝯcluſione ꝑcedēti. ꝛ adhuc aliter ꝓbatur. nā ſi excuſarentur: hoc eēt ꝓpter Romani pōtificis diſpēſationem. ſed hoc nō: q2 tenere plura bñficia ſine rōnabili cā eſt cōtra legē naturalē: ꝯtra quā diſpenſare nequit aliqs mortalis homo:ſicut nullus eſt ſupra legē nature. Preterea ex cap. De multa. in ꝑma ꝯcluſione allegato. valet diſpēſatio qñ eſt rōnabilis cā:ergo qñ nō eſt rōnabilis cā non valet: ꝑ locū a ꝯtrario ſenſu. Inſuꝑ nō valet diſpenſatio Romani pōtificis:niſi ſit conformis legi dei:ꝛ ab ea non diſcrepet. ipē enī legem limitatā habet ad ꝑſidēdum ſm equitatē naturalē. ꝓpterea ſi qñ ab ea diſcrepat:non eſt diſpenſatio:ſed diſſipatio/ vt termini indicāt. ſed qđ ab eo rōnabiliter fit:in vtroqꝫ foro validum eſt. Hinc dicit Apl's prime ad Corinth. iiij. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti ꝛ diſpēſatores miniſteriorum dei. Et Bernardus ad Eugenium papā. lib. iij. Non prohibeo diſpenſare ſed diſſipare. Non ſum tā rudis:vt ignorem vos diſpēſatores:ſed in edificationē nō in deſtructionē. Deinde q̄ritur inter diſpenſatores qs fidelis inueniatur. vbi enī neceſſitas viget/ excuſabilis diſpēſatio eſt: vbi vtilitas ꝓuocat:laudabilis diſpenſatio eſt. vtilitas dico/ cōmunis:nō ꝓpria. nā cū nihil hoꝝ eſt:nō eſt fidelis diſpēſatio:ſed crudelis diſſipatio. Et in epl'a ad Robertū nepotē ſuū q̄ de licentia ſedis aplice de Ciſtertio ad Cluniacū ſe trāſtulerat:ſic dicit. Quid tibi fruſtra quiſpiā blāditur de abſolutiōe apoſtolica: cuius ꝯſcientiā diuina tenet ſentētia obligatā: nemo (inquiēs) manū mittēs ad aratrū: ꝛ reſpiciēs retro ꝛc. Ubi vir dei nepotē remittit ad ꝯſciētiā:an trāſierit ad arctiorē religionē an mitiorē. Et in epl'a ad Adā monachū. Conceperūt dolorem: ſed non pepererūt iniq̄tatē: donec iniqu⁹ papa ꝯceptui prebuiſſet aſſenſum. Nunqđ ideo aut malum eſſe deſijt aut minoratū eſt: q2 papa cōceſſit? Quis vero malū eſſe negēt aſſenſum ꝑbere malo? Nō tñ ſummū pōtificē neqꝫ feciſſe crediderim:niſi aut circūuētū mēdacio:aut importunitate victum. Et ꝓpterea dicit gloſſa in cap. Dudū. de elec. ꝙ qui habet plura beneficia vbi vnū ſue ſuſtentiationi ſufficit:reliqua cū peccato tenet. hoc idē tenet in cap. Nō eſt de voto ꝛ voti redēp. hoc tenet Hoſti. i. c. dicto Dudū. Joannes Andreas/ ꝛ Panor. ꝛ breuiter canoniſte oēs. ꝛ potiore ratione theologus quilibet rationi plus innitēs. propterea iſta pluralitas vocatur canonib⁹ inimica. ſane odioſa eſt ꝛ ſtricte interpretāda.



**¶ Quarta concluſio. tenens plura be**neficia quādo eſt eque probabile vel paulominus ꝓbabile ꝙ vltra latitudinem ſufficiētie tenet/ peccat. ꝓbatur. quilibet exponēs ſe periculo cōfundēdi peccati peccat: ſic facit tenens plura ꝛc. igitur hec cōcluſio eſt clara ex dictis in queſtione ſecūda prologi. Et ex ea ſequitur ꝙ q̄to plura tenet extra latitudinem ſufficientie:tanto magis peccat. Secundo ſequitur ꝙ tenetur relinquere qđ habet vltra latitudinem ſufficientie vel quod eſt multū ꝓbabiliter extra latitudinem ſufficientie. Tertio ſequitur:ſi vir anime ſue ſalutem diligat:tutū eſſe ei ſe a puncto terminatiuo illius latitudinis in aſcendendo elongare. vnde non eſt hic ſicut in virtute ꝛ vitio:quia virt⁹ habet duo extrema vitioſa/ exuperādo/ ꝛ deficiēdo: hic autem in deficiēdo nō eſt peccatū/ videlicet nullū beneficium habēdo/ vel vnū quod ſufficit alicui ꝓ premio: cum ſit maiore dignus: immo iſti bene agūt. Eſt tamen exceſſus in aſcendēdo. vt ſi centū franci viro idoneo ſufficiāt iam manet in latitudine ſufficientie. ꝛ ſi quantūcūqꝫ parum vltra capiat/ peccat: niſi per ignorantiā inuincibilē excuſetur. ſed crebro eſt hic ignorantia vincibilis: quia beneficia accipiens non confert cum prudentibus de latitudine ſue ſufficientie.

**¶ Ex his patet quinta cōcluſio. ꝙ pru**dens ꝛ bonus manet cōtentus in beneficio vel beneficijs ſuis meritis nō equiualētibus ꝓ premio. Dixi bonus/ quia ſtat virum bene iudicare in intellectu ꝛ nō conformiter agere in effectu: qui tūc erit prudens ꝛ nō bonus: ſed ſi ſolum bonum vere prudentē more beati thome appellaueris/ de nominibus nō certemus. Probatur cōcluſio. iſta via eſt ei ſecurior ad ſalutē: ꝛ tranſcēdendo via eſt periculoſa ex precedētibus: ergo eſt acceptanda: ſēper intelligo quādo viri neutri prudentes qui eum cognouerunt iudicāt eum dignum eſſe cētum francis vel ducentis in vno. ſed probabile eſt eis ꝙ ſi capiat a. ſummam/ vel b. ſummam/ male ageret: iudicant tamen ꝙ ſi adhuc paulo pl⁹ haberet q̄ꝫ habeat. nō peccaret. ¶ Secundo arguitur ad idem. Si debet plura capere ad extremum vſqꝫ exceſſiue ſue ſufficientie: hoc ideo eſt vt ſit magis idoneus vel vt aliquam portionem det pauperibus: vel aliorum inidoneorum promotionē ꝑpediat. ſed nullum eſt iſtorum expedit. multa enim licent que nō expediunt. ſm Apoſtolum. j. ad Corinth. vj. Non primum tum propter periculum. Et ſi obijcias a prudētibus cōcluſum/ iam illic non eſſe periculum: eſt tamen honeſti⁹ a fedo extremo ſe elongare: ꝛ a vulgaribus cū notabiliter diſtat ab extremo/ cognoſcetur eſſe in latitudine ſue ſufficientie: vbi ſi ſuam cōpletam latitudinem haberet: dubitabit vulg⁹ an plus equo habeat: ꝛ per conſequēs ſubditos min⁹ edificabit. Cum ſecundo ꝙ iſtos pauca habentes tam ſapientes ꝙ inſipientes maxime laudant ꝛ ſi conformiter ad hoc bene viuant/ multum edificant. quia non minus vita docet q̄ꝫ verba. vnde. x. Ethicorū. viij. Ueritas tamen in ijs que ad actionem eueniunt ex operibus iudicatur. ꝛ vita. in his ei precipue certitudo veritas cōſiſtit. Si verba bona operibus ſint conſona: acceptanda ſunt. ſin vero diſcrepant/ verba ſunt tantū putanda. Hic ſapiens nō queſiuit magnas opes. Prouer. xxx. inquiens. Mendicitatem ꝛ diuitias ne dederis mihi. tribue tantum victui meo neceſſaria. Et philoſophorum princeps in capite prefato decimi. poſtq̄ꝫ cōcluſit felicē nō egere multis bonis externis: nec in vita cōtēplatiua nec actiua: ad hoc duos ſapientes introducit ad ſuum dictum corroborādum: dicens. Solon enī bene fortaſſe de felicibus ſenſit: qui quidem os felices eſſe dixit/ qui mediocriter res habuerint externas: ꝛ pulcherrimas res/ vt putabat egere modeſteqꝫ viuere: fieri enī poteſt vt mediocriter poſſidētes agant ea que agere oportet. videtur autē ꝛ Anaxagoras nō locupletem neqꝫ potentē ipſum exiſtimaſſe. paulo poſt concludens ꝙ rerum externarum pauca felici ſufficiant. Cōſentanee igitur noſtris ſentētijs ꝛ ſapientum opiniones eſſe vidētur. at enī habent quidem ꝛ talia quādam fidem. Nō ſecundum: quia ſi vir habeat pro ſe: non tenetur dare pauperibus citra extremam neceſſitatē. Nec tertium. nam cum ei beneficium oblatum ſit/ veroſimile eſt ꝙ ad petitionem eius collator conferet alicui idoneo nihil habēti: q2 alioquin poſſet illud beneficium acceptare: alicui idoneo conferendo per reſignationem. ¶ Ex hac concluſione cum predictis in eadē diſtinctiōe de ceco amore quem erga noſipſos habemus/ iudicantes nos plus valere q̄ꝫ valeamus: ſequitur ꝙ nō eſt ſalutis anime ſue memor/ beneficia ſibi oblata quatenus ea retineat temere ſuſcipiens/ quando ad prudentes iudicatur totam latitudinem ſufficientie ſue/ ꝛ amplius iā tranſcendiſſe.

**¶ Ex omnib⁹ in hac queſtione dictis** ꝛ obiter occurrētibus hec colligēda veniunt. Licet habere plura beneficia frequentius ſit malum: tamen non eſt per ſe peccatum. Nā ſtat aliquem plura habere ſine peccato. vt patet ex concluſione prima. Sed hoc plerūqꝫ euenire ſolet. vt cum quis habet vnum beneficium plusquam oportet: citius acquirat plura q̄ꝫ a principio iam enim excecatus eſt vno oculo: ꝛ ſine ratione ad beneficia anhelat more nauis ſine ancora in pelago fluctuantis. Preterea fortes poteſt tenere plura licite. tamen plato minus idoneus nō poteſt/ hic enim fallitur putās idem eſſe de ſe et viro plurimum idoneo. Sed habens vltra latitudinem ſue ſcientie ſufficienter (vel per nō ſufficientem inquiſitionem cum viris neutris ꝛ deum timētibus per ignorantiam vincibilem/ peccat: ꝛ q̄to magis latitudinem ſue ſufficientie in beneficiorum pluralitate tranſcendit: tanto magis peccat. ꝛ cum hoc q̄to ē doctior ꝛ melioris vite pſtatus: tanto grauius deum offēdit: tum propter ingratitudinem/ ꝛ talenta quibus eſt a deo donatus/ ꝛ ab alijs peccatis maioris infamie a deo preſeruatus. tū quod eſt potiſſimū/ quia facto alios trahit ꝛ incitat ꝑ ſuam fictam bonitatē in caſtitate ꝛ modeſtia exteriore ad ſimilia: ſicut artifex nō loquēs ſed operās corā volēte addiſcere. ¶ Ex iſta aūt pluralitate in republica magnas lues ſequitur: vez diuini cultus diminutio: ꝑit charitas erga deū: nō relinquūtur debita nihil hñtib⁹ idoneis/ et ꝑ ꝯñs peruertitur ordo charitatis erga fratrē prodiga ꝛ intēperata bonoꝝ eccleſie pauperibus debitoꝝ diſſipatio: cū illi fame pereāt. peccatorū nutritio: q2 nō porrigitur bñficiū illi qui pctā eliminaret ꝛ ꝟbo ꝛ facto: ad quē minuta plebs in rebus ancipitib⁹ recurſū hēret vt ad oraculū Apolinis. edificiorū ſūptuoſe extructoꝝ i loci decorē collapſ⁹ ꝛ ruina: que paruis ſūptib⁹ ab inhītāte domū poterāt manuteneri. hoſpitalitatis defect⁹. defraudatio defūcti fūdatoris. fraudulēta expēſio preter rationem/ alibi extra locum de reſtitutione.

deniq̃ nulla eſt mẽtio. Hec omnia incõmoda ⁊ mala ſequunt ex duobus potiſſimum turpiſſimis monſtris: ſcȝ auaritia/ ⁊ ſupbia. nã vt dicit Apoſtolus. j. ad Timoth. vj. Radix omniũ malorũ eſt cupiditas. cui aſtipulat illud Virgilij. Quid nõ mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Supbia item eſt initiũ omnis pctĩ. Eccli. x. nã literatos viros et multos inflatos magis ad bñficia coaceruãda ſupbia impellit q̃ auaritia: cũ hos diuites in mũdano honore ⁊ ingente faſtu intueñ multis ꝑ vrbẽ inuehi: habẽtes cliẽtes duos vel tres: in foro ſalutatos: et in alijs locis primos habẽtes accubitus: qui ꝑ virtutes ſe iudicãt talia non poſſe conſequi. Auari autem ad beneficiorũ pluralitatẽ impelluñ inſtigãtibus conſanguineis vt ſic humane glorie partem accipiãt: ſperãtes etiã opima ſpolia. nec inter hec vitia repugnãtiã exiſtimes. Nã auaritiã ſupbia creat: nõnũq̃ auaritia ſuperbiã. cum enim ex auaritia magne colliguñ opes/ occaſio pbeñ tã in veſtibus q̃ in alijs reliquos antecellendi. Et hoc tãgit gloſſa marginalis Auguſtini. j. ad Timotheũ. vj. inquiẽs. Eſt enim qui nõ eſſet amator pecunie niſi ꝑ hoc putaret ſe excellentiorẽ eſſe. id eſt qui nõ amaret excellere niſi putaret ꝑ hoc maiores diuitias habere. Sed iſti ob ſophiſticum et caducum iſtum mũdi honorem: verum honorem virtuti debitum relinquunt.

¶ Et qꝛ ignota eſt latitudo ſufficiẽter viri: cum in multis ſit diſpar ob hominũ prerogatiuas ⁊ gratias: aliqua documẽta ſubiungemus. ¶ Primum documẽtum. ſecuriſſimũ ⁊ breuiſſimũ eſt indagare a prudentibus et timoratis viris hominẽ cognoſcẽtib⁹: quãtum capere poterit in vno vel in plurib⁹ bñficijs. Non cõmodius enim poterat Ariſto. deffinire virtutẽ. ij. Ethi. inquiẽs. Virt⁹ eſt in mediate cõſiſtẽs: put determinat ipſe ſapiẽs. Prudẽtes in propoſito voco viros bene meritos/ vno bñficio quo digni ſunt/ cõtentos: vel monaſticos viros religioſe viuẽtes: vel alios huiuſmodi q̃ apud dubitantẽ ꝓſant: nunq̃ cõſanguineos ⁊ excecatos amicos ad iudicium vocãtes. ¶ Secũdum documẽtum ex vltimis concluſionib⁹ huius q̃ſtiõis accipito: diſcedẽdo ꝓcul ab extremis aſcẽdẽdo. ¶ Tertio dicit q̃ ad varia oportet habere oculum. primo ad vtilitatẽ quã in republica facit: et q̃ multi ſunt idonei non ꝓuiſi. Ad genus aũt viri: qd̃ parꝝ ponderãdum eſt niſi reipublice fuerit vtilius ſpiritualiter paruus habendus eſt reſpectus. de temporali enim loqui non oportet niſi ꝓ quãto magis ad ſpiritualem cõducit. Huius documẽti ſit hoc exẽplum. Petrus idoneus meret a. ſummã ꝓ p̃mio: quã cape põt: ⁊ in caſu modeſte petere: vt ſuperius retulimus: ſed quia pleroſq̃ intueñ idoneos non prouiſos paratos ire in vineã domini ſi vocarenñ: (nã meſſis eſt multa: operarij ꝟo pauci) charitas fraterna debet eum mouere vt minori p̃mio ſit contentus q̃ a.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Decimatertia.

DEcimotertio quæritur An concluſiones cũ ſuis ꝓbationib⁹ in q̃ſtiõe p̃cedẽte poſite ſint vere. Preter modũ ſolitũ ne auditores q̃ſtionis ꝓlixitate tedio afficiãtur: impugnationes cõcluſionũ a queſtiõe ſeparo. ¶ Et arguit p̃mo ſic. Eadẽ incõueniẽtia ad p̃mã cõcluſionẽ ſequunt que ad ſecũdã: ergo ille due concluſiones inter ſe acies oppoſitas moliunt. Antecedens ꝓbo: qꝛ diuini cultus diminutio: ⁊ cetera incõmoda: que recitauimus tã in epilogatione q̃ in queſtionis corpore/ ſequunt. ¶ Reſpõdet negãdo q̃ ex prima cõcluſione ſequat incõueniẽs: qꝛ ſicut ex vero nil niſi verũ ſequit: ita ex cõueniẽti ſequit ſolum conueniens. Non eſt enim diuini cultus diminutio: cũ iſte eque poſſit deſeruire: vt alij duo idonei mediocres: ſicut Stẽtoris vox multis equiualebat. Et cũ ſit vite ꝓbate: ab oĩbus illis incõmodis cauet: nunc vnum locum: nunc alterum ſua diligẽtia viſitãdo: plus laborãdo q̃ alij duo. ¶ Secundo arguit. cõcluſum eſt vt referũt omnes/ in nr̃a theologica facultate Pariſienſi tẽporib⁹ Guilhelmi Pariſienſis vnanimiter ab omnib⁹: dẽptis duobus: quib⁹ poſtea male euenit: q̃ ſi q̃s haberet viginti libras Pariſienſes in vno bñficio: nõ poterat ſana ꝯſcientia aliud accipere. ¶ Reſpondet. illa tempeſtate forte pauci erãt in facultate. forte etiã q̃s tãtũ habebat tũc ꝓ viginti libris: quãtũ nunc ꝓ cẽtum frãcis. Sed de circũſtãtijs ⁊ motiuis tũc facultatẽ mouentib⁹ non legi: eſt mihi veroſimile q̃ ſit vnum fictitium et cõmẽtum. Non enim auſim doctorem theologũ eruditum/ vel in alijs ei equiualentem: et morib⁹ grauẽ dãnare: vel dicere eſſe extra ſtatũ ſalutis: qui habet in varijs bñficijs pecuniã ad ſe alendum cum duobus famulis: ꝯſuppellectile/ ⁊ libris in quadã mediocritate honeſta. Et ſi opus ſit ei equo: quis totum illud reprobabit? ſaltẽ q̃ talis ſit extra latitudinẽ ſufficiẽtie: eſto ſit plebeius nemo aſſeret. Et ſi p̃terea fuerit claris natalibus ortus: ad paulo maius admitti poteſt. ergo ille de quo loquor non eſt propterea extra ſtatum ſalutis: etiã ſi haberet circiter ducenta ſcuta. et poteſt illud ꝑ pragmaticã ſanctionem vallari: que tãtã ſummã in denominationibus admittit.

¶ Contra ſecũdam concluſionem argumentor: ⁊ eſt obiectio contra ſolutionem precedẽtem. Iſte de quo loquor eſt epiſcopatu dignus Toletano vel Maguntinenſi. tunc ſic. iſte Maguntinenſis poteſt habere vltra ſexaginta milia ducatoꝝ: ergo tãtũ poteſt habere in pluribus. conſequentia tenet: qꝛ eſt eadẽ ſumma pecunie collecta: et idem homo: et equaliter laborans. ¶ Reſpondet. conſequentia eſt nulla. Ratio: qꝛ iſte pinguis epiſcopatus eſt vnicus et indiuiſibilis in potentia ꝓpinqua. oportet ergo vt vni concedatur vigilãti paſtori: quemadmodum eſt iſte de quo loquimur. ſed non poteſt tantũ habere in pluribus. Non enim video aliquem epiſcopatum quin totum hominem requirat: ⁊ ſufficientem prouiſionem habeat: etiã pro viro idoneo et nobili. de talibus autem magnis bñficijs vel dignitatibus non locutus ſum. Contra hoc arguit. q̃ Rothomagẽſis epiſcopatus ſit magnus ⁊ valeat duodecim milia ducatorum: et Meldenſis minor/ bis mille ducatos valens: eſt vnum poſitiuum humanum: et nulla illius danda eſt ratio: ergo cum vnus poſſit habere epiſcopatum Rothomagenſem: totam dioceſim ſicut oportet viſitando: ſi tota illa dioceſis in duos epiſcopatus eſſet diuiſa: ambitus nõ eſſet maior: ergo ille qui ante/ totam dioceſim inuiſere poterat: nunc vtrãq̃ viſitare poteſt. et diſpẽſationem habet a maximo pontifice: qui duos epiſcopatus poteſt coniungere: et vnum magnum diuidere. ergo qui poterat tenere epiſcopatum Rothomagenſem per legem communem/ poterit per diſpenſationem tenere a. et b. per modum vnius. ſit a. vna dimidietas illius dioceſis: et b. altera. Reſpondetur concedendo q̃ non eſt ratio naturalis vel diuina alia ab hominũ volũtate: quare Meldenſis epiſcopatus ſit ſub ſextuplus ad Rothomagenſem. tamen minor eorum erudiſſimo et nobiliſſimo viro ſufficere poteſt: et totum hominem requirit. Et quando infers. ſi vnus poſſit habere epiſcopatum Rothomagenſem: poteſt duos habere q̃ñ fieret ꝑtitio. De partitione poſtea loquar: ſed ꝓnũc nego conſequentiam: qꝛ vnus illorũ epiſcopatuũ eſt premiũ tẽporale ei ſufficiẽs/ ⁊ eius preſentiã ſeu reſidentiam requirẽs/ pro ordinibus ⁊ multis alijs miniſtrãdis. Legimus ſiquidẽ cũ quidam rogaret. Paulũ Secundum ꝓ duobus epiſcopatibus viri dãdis/ aſſerens eſſe filiũ regis. reſpõdiſſe pontificẽ/ ⁊ ſi filius dei eſſet nõ diſpenſarẽ. Dico hanc reſponſionẽ vicario dei dignã. Nunq̃ eñi admitto q̃ q̃s poſſit habere duo beneficia: vbi alterũ ſufficit ſuo ſtatui ⁊ vtilitati quã reipublice affert/ etiã reſpectũ habendo ad idoneos qui nihil habent. Nõ eſſet etiã rationabile coniũgere duos paruos epiſcopatus: quorũ vterq̃ viro maxime idoneo neceſſarius eſt ꝓ epiſcopi dignitate. potius magnorũ partitionẽ admitterẽ. multiplicando paſtores/ quorũ quilibet ſufficientẽ prouiſionem haberet. Sed cõſuetudines ⁊ regionũ leges (niſi valde exorbitãtes fuerint) nõ ſunt variande. Ne tranſgrediaris terminos antiquos quos poſuerũt patres tui. inquit ſapiens. Prouer. xxij. Ariſt. ij. Poli. vj. rephendẽs Hippodami leges/ inter quas hec fuit rephẽſa q̃ ij qui vtile q̃ppiã ciuitati reperirẽt/ honoribus afficerẽtur: dicit artẽ propter meliorem ſuperuenientẽ mutandã: nõ autem legẽ. Nã lex (inquit) nullã vim habet ad ſuadendũ niſi ex more. Mos autẽ nõ fit niſi temporis longitudine. quare facile mutare leges ex preſentibus i alias nouas: infirmã facere eſt vim legis. Oportet ergo loqui de facto et non de poſſibili. Et oſtendo ſolutionem eſſe rationabilem: quia conceſſo hoc quod argumentum querit: deducere potes q̃ duo habere poſſit epiſcopatus omnes in Francia. ¶ Secũdo arguit. ſi quis haberet duas prebẽdas in eadem eccleſia: non ſequerentur incõuenientia illata: cum ſemper maneret in eodem loco ſed difficilius iura admittunt quẽ poſſe habere duo beneficia in eodẽ loco q̃ in varijs: ergo ſi nõ ſequatur incõueniens ad diſpenſationẽ duorum beneficioꝝ in eodem loco. nec ſequetur incõueniens ad diſpenſationẽ plurium in varijs locis. ¶ Reſpondet. iura hoc faciũt ne diminuatur numer⁹ miniſtrorũ dei: quia ſi quis haberet duo beneficia in eadem eccleſia: ipſe vtriq̃ deſeruiret: ⁊ ſic duorũ vel triuꝫ canonicorũ loca vnus occuparet: ac tandẽ notabiliter diminueretur numer⁹. ⁊ hoc ſtante beneficiorum partitione. nã q̃ vnũ ſit grãde ⁊ dignitas: aliud vero nõ: ab ſitio fuit volũtariũ. Poteſt tñ dari caſus in quo quis haberet diſpẽſationem ad habẽda duo beneficia ſub eodẽ tecto. Ad formam argumẽti. fateor multa ſequi inconueniẽtia ad plura beneficia in varijs locis habẽda: que non ſequũtur ad pluralitatem in eodem loco. ſed ꝓpter multa mala que nõ ſequi poſſunt/ vnum eſt ſtrictius vetitum q̃ aliud ob hominum ꝓcliuitatꝫ ad plura habẽda eſt in eodẽ loco: ſi hoc admitteretur. ſecus ſm canones. nã maior pena imponitur vxoricidio q̃ matricidio: licet ſecũdum ſit grauius: quia ad primum homies ſunt ꝓpenſiores. ¶ Tertio arguitur. latitudo ſufficientie creſcit ad crementũ honorum ⁊ virtutis: ergo neſcit latitudo ſufficiẽtie. Reſpõdetur oportet ad imaginationẽ tollere beneficiũ vel officiũ quod quis habet: qꝛ hoc ſtatũ nõ auget niſi creſcat in virtute. ⁊ ſi in virtute retrocedat: latitudo ſufficientie diminuit. multitudo autem cliẽtũ ⁊ pompe ſtatuꝫ viri ⁊ honorem potius attenuat q̃ adaugeat. ¶ Quarto argumẽtor. vnus bonis fortune abũdat: ⁊ milies plus habet q̃ alter ſine pctõ. quemadmodum rex ⁊ agricola. Creſ⁹/ ⁊ Sophroniſcus. Midas/ ⁊ Crates. ergo eodem modo in beneficijs. Reſpondetur. nõ eſt idem. nã alijs titulis bõa laicorum quorũ ſunt veri domini/ acquiruntur: alijs autem bona eccleſiaſticorũ qui bonorũ eccleſie ſunt diſpenſatores. Et per hoc ſoluitur aliud argumẽtum. Papa eſt dominus bonorum eccleſie: ⁊ poteſt vni cõferre maius: alteri minus vel nihil. ⁊ lꝫ in collatione peccet: alij nõ tenentur reſtituere. Exemplũ in prodigo peccante/ preter rationẽ ſua bona dãdo platoni. qui plato reſtituere nõ tenetur. Reſpõdetur negãdo q̃ papa ſit dominus eccleſie. cõtingat eñi q̃ ſit religioſus vt pleriq̃ põtifices fuerunt: ſed ſolũ eſt diſpenſator bonorũ eccleſie: que tenetur fideliter diſpẽſare. Et eſt lex tam ligans ipſum cõferentem q̃ ſuſcipientem. ¶ Quinto arguit. princeps legibus ſolutus eſt. ff. de leg. l. Princeps. ergo conſtitutio Ioannis vigeſimi ſecũdi in cap. Execrabilis. ⁊ de multa. nõ põt hunc Leonem decimum ligare. Reſpõdetur diſtinguẽdo q̃ ſit abſolutus a legib⁹. vel a legibus ſuperioris quemadmodũ eſt lex nature: que eſt lex a deo cordibus noſtris iſculpta: ⁊ ſic nego: qꝛ illa nõ eſt lex eius. modo in ſecunda cõcluſione queſtionis precedentis oſtẽdimus pluralitatem ſuperfluã eſſe contra legem nature: vel q̃ ſit obligatus in ſuis legibus pure poſitiuis ſic dico q̃ nõ eſt. licet eñi aliquid rationis lex lata habeat in cõmuni: poteſt tamẽ occurrere cauſa diſpẽſandi: vt in matrimonio in gradibus prohibitis: vel de beneficijs in caſu. ⁊ tunc eſt poſitiuũ legẽ ſeruare. Et interdum poteſt in lege diſpẽſare ſine peccato: nõnunq̃ diſpẽſandum eſt. Interdũ tamen tenetur nõ diſpenſare: vt ſi eſſet gradus a lege nature prohibitus: vt inter filium et matrẽ. ¶ Sexto arguit. diſputare de factis pape eſt mittere in celũ. xvij. q. iiij. Si quis ſuadente. §. Cõmittunt etiã ſacrilegium qui cõtra diuine legis ſanctitatẽ aut neſciẽdo cõmittũt aut negligẽdo violant ⁊ offendunt: aut qui de principali iudicio diſputãt dubitãtes an is dignus ſit quẽ princeps elegerit. ¶ Reſpondet diſtinguendo q̃ non liceat diſputare de factis pape ⁊ lege eius. vl' vt eã moliamur euertere ⁊ attenuare: ⁊ cõcedo q̃ non licet de ea diſputare. illic autem eſt ſermo de ſua lege: et licet poſſit legem legi nature vel diuine ſuperaddere: proprie illa lex nõ eſt ſua. Sua ergo lex eſt proprie poſitiua humana. Vel vt videamus quid facere poſſit circa legem nature vel diuinam poſitiuam: vel quã poteſtatem inter homines habeat: et ſic nego q̃ non licet de ea diſputare ⁊ eius poteſtate: nam dubitare de ſingulis non eſt inutile: teſte Ariſtotele in Predicamentis. hoc eſt dubitationes formare. Prohibere enim diſputationes eſt homines in errorem Mahumeti inuoluere: qui de ſua lege diſputationem vetuit/ ne falſitas ſue erronee ⁊ execrande ſecte diſputando deprehenderetur. collatione namq̃ ⁊ diſputatione/ materia intricata ⁊ nõ aliter/ naturaliter inuenitur. Nunquid diſputamus de potẽtia ordinata ⁊ abſoluta dei: vt pote an mundum ab eterno ꝓducere potuerit/ vel an cordus infinite mollis creare poſſit? Similiter diſceptamus an pontifex ſit ſuper cõcilium vniuerſale: eum a cõcilio ſecludendo: in caſu inter eum ⁊ concilium ambiguo. nam ſi ipſe non cognoſcat ſuam legem: ⁊ eam a lege nature et diuina ſegregare ſciat: non poteſt recte agere in diſpenſatione: vt de gradu ambiguo conſanguinitatis/ ⁊ multis alijs. Nec de regula fratrũ minorum diſputare eſt vetitum: ſed ꝯmentarios regule ſuperaddere eſt prohibitum. ⁊ ratio eſt: qꝛ ipſa a Romano pontifice eſt ad amuſſim expoſita: et ne propter affectiones homines eam nimis dilatent vel reſtringant: facta eſt prohibitio poſitiua: quam alter põtifex de medio auferre poteſt. ¶ Ex hoc et predictis in queſtione precedente/ et ratione patet q̃ poſſum dicere alicui in confeſſione q̃ habet nimis multa et ſuperflua beneficia: et hortari vt aliqua reſignet. et niſi illud voluerint/ non eſſ

in ſtatu ſalutis:nec eum abſoluā. immo canoniſte dicūt ⁊ bene:ꝙ nō eſt parendum mādato pape iniuſto:ex quo multa mala ſequūtur ſi ſcādalum ſit veroſimiliter futurum. hoc enim tenet Innocentius in.c. Inquiſitioni. de ſen.ex com. Et Ioan.Andr.in.c.Cum ab eo.de reſcrip. Et Hoſtien.in.c. Significauit.de offi.ordi. Et Panor. in.c.Cum teneamur. de prebē. Et ratio eſt in promptu. Nā videmus ꝙ peccat ſciēter conferēs beneficiū indigno:⁊ alter peccat capiendo:⁊ magis ⁊ periculoſi⁹ peccabit detinēdo:ſed nō debemus coopari peccatis iſtoꝝ:qꝛ hoc eſſet ad mādatum inferioris legē dei nos ad oppoſitū obligātis relinquere. Qđ patet ꝑ theoricā diſtinctio. xxxviij. inferius recitādam. Si inferior ꝑcipiat abbas aliqđ facere in quo iuſte diſpenſare nequit:⁊ ſi hoc inferior cōſtiterit:nō eſt ei parēdū:immo maximus pontifex nō vult ꝙ ſibi ſcribēti ꝓ īdigno pareaꝛ:vt dicit in.c. Cum teneamur. prefato. vbi Alexander Tertius ſic ait. Cum teneamur.⁊ infra. Si mādatum noſtrum ꝓ alicuius prouiſione receperis:qui aliud bñficium habeat de quo valeat cōmode ſuſtētari:niſi forte in litteris ipſis de hoc mētio habeaꝛ:aut ſi non poteſt ei ſine ſcādalo ꝓuideri:equanimiter ſuſtinemus:ſi ꝓ eo mandatum noſtrū non duxeris exequēdum. Et iſtud patet.ff.de ver.ſigni. l.Nepos.xxij.q.ij. Faciat homo.et in.c.Nihil cū ſcādalo.de ꝑſcrip. ¶ Septimo arguiꝛ. habeat Titi⁹ duo beneficia:quorū altero eſt dignus:ſed nō vtroqꝫ. Tunc ſic. neutrum iſtoꝝ teneꝛ relinquere:⁊ tñ edoceꝛ eſſe ſupflue pluralis. igiꝛ. maior patet:qꝛ nec iſtud iſtoꝝ teneꝛ relinquere:nec illud iſtoꝝ. Et pōt ſic fieri argumentū. Iſtud iſtoꝝ poteſt tenere licite:⁊ iſtud iſtoꝝ pōt tenere licite:ergo vtrūqꝫ iſtoꝝ pōt tenere licite. Rñdeꝛ. argumētum eſt ſophiſticū. Nā eodē mō argumētabor. vnū iſtorū teneꝛ reliquere:et equa eſt ratio in vtroqꝫ:ergo vtrūqꝫ tenetur relinquere. Sed cōcedo ꝙ neutrū iſtoꝝ teneꝛ reſignare: neceſſe eſt tñ ſi velit eſſe in ſtatu ſalutis vt alteꝝ reſignet. Et cōcedo ꝙ vtrūqꝫ iſtoꝝ licite pōt tenere. ſicut demonſtrādo duos groſſos lapides:coꝝ quēlibet poteſt leuare ſortes:et parum vltra vnum iſtorum: non tamen poteſt leuare ambos: vel non poteſt leuare vtrūqꝫ iſtorum. ſic in propoſito ſortes nō poteſt tenere vtrūqꝫ iſtorum cum anime ſue ſalute.

¶ Octauo arguitur. multi anteꝗ̄ adepti ſunt beneficia palā cōcionādo dixerūt id qđ aſſero:ꝗ poſtea beneficijs adeptis ⁊ reꝝ expiētia cognita/obmutuerūt:⁊ oppoſitū docuerunt facto. ẜm illud Apoſtoli.j. ad Corinth.xiij. Cum eſſem paruulus loquebar vt paruulus:ſapiebā vt paruulus:cogitabā vt paruulus:quādo autē factus ſum vir / euacuaui ea que erāt paruuli. ¶ Reſpondeo. ſi teſtis deponat contraria plus ei creditur in prima depoſitione ꝗ̄ in ſecūda. Secūdo iſte ante erat illius vitij expers. nūqꝫ autē vitio infectus ſaltē publico cōtra illud latrabit. Nam conſuetudine dilatatur conſciētia:⁊ ꝑuertiꝛ iudicium:et difficillime curabilis eſt. ſicut Ariſtoteles loquiꝛ. vij. Ethi. de intēperātia gradu. non enim habet conſcientiā iā remurmurātem more ſentis ſicut incontinens in gradu ꝗ ad bonum facile ducibilis eſt. Ad oculū vides ꝙ comedēs alliū/porrum/cepe/vel habēs anhelitū fetidū/odorē non ꝑcipit in allijs: quē illo cibo vacuus facile dephēdit. Et talpa in terra rodēs ꝓpter pelliculā oculū ambiētem nihil videt. Ex quo liquet ꝙ iſti erant ſolū feminiuerbij doctores ⁊ non opatores:facto oſtendētes ſe eſſe ambitioſos et auaros: quibus ſi creſcāt opes:inſatiabiles ſunt. ẜm illud Naſonis. Creuerunt et opes:et opum furioſa libido. Et ẜm poema Solonis primo Politicorum. Creſcit amor diuitiarū in abiſſum. Non me fugit pleroſqꝫ dixiſſe a principio pauciſſimis ſe contentos futuros: ſi quādam mediocritatem haberent:qui poſtea tētatione ſuperueniēte/longe diuerſum oſtenderunt. homines enim vt in pluribus ſunt mali. Eſt eadē queſtio quare ſunt plures mali ꝗ̄ boni:et quare plures mercatores decipiāt in cōtractibus ꝗ̄ recte agant:et tamen in multis bene iudicant. ſufficiat tibi corporalis medici exēplum: qui multa bona precepta dat egroto que ipſe non obſeruat:et more aliorum ex intemperātia vel alia ratione in morbos labitur. At illud Apoſtoli ſic debet exponi in ꝓpoſito. Cū fui paruulus id eſt humilis. feci vt paruulus:id eſt humiliter ſentiebam. nunc autem factus delirus/et ſenex/euacuaui ea que paruuli ſunt/hoc eſt humilitatis:quia habitus iſte ambitionis in me genitus humilitatē tāꝗ̄ contrarium eiecit. Senes vt vides ſunt auari:⁊ teſtatur Ariſtote. quarti Ethico. primo. credunt enim ſe in ſenio amicis deſtitui:et multis egere:propterea colligunt et crebro nimis auide. Sed beneficiato non debet eſſe animus congregandi:cum beneficia ſint perpetua. Multi nāqꝫ ſunt vnico beneficio contenti. multi etiā idonei/nullo gaudent:et religioſi ad beneficia nō ſunt admiſſi:quibus in hac parte credendum eſt tāꝗ̄ non ſuſpectis. Nec dicere potes. vellent plura ſi poſſent habere. Nam primo:ſic dicere potes de luxu et alijs vitijs:ſed fratrum facta ambigua in meliorem partem interpretari debes. Secundo. multi beneficijs acquirendis non inhiāt:qui poſſent verſari in principum:et epiſcoporum curijs:et alijs vijs beneficia acquirere ſi vellent:ſed ſatius exiſtimant tam deo placendo ꝗ̄ homines non ſcandalizando hoc nō efficere. Sed vt Quintilianus ait. Sceleri nūꝗ̄ defuit excuſatio. ſub vmbra proborū ſuas ſordes abolere conantur. ¶ Nono arguitur. Sortes idoneus pro epiſcopatu habendo colligit tria vel quatuor quatenus ad epiſcopatum perueniat quo dign⁹ eſt:ergo illam intentionem habendo non peccat/pluralis manens ꝓ tempore. Ad nonum reſpondetur. Non ſunt facienda mala vt inde eueniāt bona. ad Roma.iij. Non enim debeo furari vt dem eleemoſynā. modo illud medium eſt illicitū videlicet habere plura ſuperflue: ꝗ̄uis intendat tenere ea ſolum pro tempore/in vnā maſſam qua dignus eſt cōflādo. Sed cum in foro exteriore habet titulum a collatore:ſi ꝑmutauerit omnia in beneficiū quo dign⁹ eſt:nō teneꝛ illud (opinione mea) reſtituere. ratio eſt:qꝛ alteri dedit ius qđ habuit in beneficijs in foro exteriore:et ille cum iſto ꝑmutat cum conſenſu coꝝ ad quos ſpectat:ipſe eſt idoneus/et habet in foro exteriore:que duo ad titulū iuſtū ſufficiunt:ergo iuſtū titulū habet in magno beneficio:qꝛ ad iuſtū titulum ſufficit et requiriꝛ:tali beneficio eſſe aptū:et habere acquiſitionē licitā in foro exteriore. Et ꝓbaꝛ iſta reſponſio. Acquirēs beneficium tempore inidoneitatis nō teneꝛ ipm̄ reſtituere cū ad idoneitatem ꝑuenerit vt ſupius diximus: ꝗ̄uis in peccato beneficiū tenuit tempore inidoneitatis. ergo nec iſte tenetur reſtituere beneficiū quo dignus eſt:qđ ei conferꝛ ab his qui poſſunt ipſum conferre. ⁊ licet peccauerit in detentione illius medij:hoc eſt plurium bñficioꝝ ꝑ qđ aliud beneficiū acquirit:tñ peccatum a ſe exuit. Et ſic in ꝑmutatiōe non peccat:ſi alia parua bñficia diuidātur illi vel illis ꝗ poteſt vel poſſunt licite ea tenere. Si vero alter peccet illa plura detinēdo: coopaꝛ pctō eius dādo ei materiam ꝓpinquam peccādi:tñ hoc non eſt ita ꝑiculoſum ei ac ſi plura manu ꝓpria detineret.

¶ Decimo arguitur. quis poteſt tenere beneficium in cōmendatione ſeu cōmēda: vt dicunt: ꝗ̄uis beneficiuꝫ ſuo ſtatui ſufficiat. xxj.q.j.c. Qui plures eccleſias retinet:vnā quidem titulatam/aliam vero ſub commēdatione tenere debet. vbi gl. Et illi⁹ eccleſie nō eſt prelatus ſed potius procurator. vt.xlj. diſtin. Obitū.⁊.c. Cathanenſis. ⁊ qui cōmendauit pōt reuocare qñ vult. ergo cōcluſio contra quā obijcim⁹ falſa. ¶ Reſpōdetur. ſolēt loquētes de hac materia aliquas exceptiones cōtra regulā quam in concluſione poſuimus dare: quarum hec eſt vna. Alia eſt quādo nō reperiūꝛ idonei ſed cuꝫ tot ſint vniuerſitates. ⁊ eruditi viri:de hoc loqui nō oportet:nec iā a multis annis. ⁊ ſi talis caſus contingeret:oporteret de poſſibilibus facere quod melius eſt. Alius caſus eſt quādo vnū beneficiū alteri annectiꝛ:vt cura animarū prebende. iā enim licet tenere duo:immo ꝓuentus cure dantur canonico ꝓ prebenda. Et per regulam topicā:vbi vnū propter alterū:ibi vnum tñ. Vicarius tamē debet poni perpetu⁹ illa que beneficio incumbūt:⁊ canonicus quātū poteſt debet ſuperintendere gregi in propria. Sed de cōmenda perpetua vt nunc daꝛ executioni ſeu practicaꝛ/non oportet illā exceptionem ponere:quia beneficiū tenens in cōmēda / perinde fructus colligit ⁊ exponit ac ſi in titulo haberet. Et breuiter dico ꝙ in titulū habet:qꝛ habere titulū ad beneficium vel ad aliud nihil aliud eſt ꝗ̄ ius habere ad illud ſicut licita collatio eſt titul⁹ per quem quis aliqđ beneficium acquirit. ⁊ permutatio iuſtus in alio. ⁊ eſſe legitimum filiū patris eſt iuſtus titulus hereditatis acquirende. Nō valet dicere. tenetur manuducere religioſos quos habet:tēplum ⁊ domos egentium cōſeruare:⁊ nō poteſt cōuertere fructus beneficij in vſum ꝓprium ſi ꝓuiſionem ſufficientē aliunde habeat. Idē contingit de beneficijs. de nominib⁹ ergo nō eſt curandū. Dixi de cōmenda perpetua. ⁊ ſicut nūc practicatur:quia ab initio beneficiū temporarie cōmendabatur alicui probo viro ꝓ tēpore manutenendū:quouſqꝫ de idoneo ꝓuideretur:⁊ ꝓpterea beneficium ipſum cōmenda vocaꝛ. Et qꝛ aliꝗ tenuerūt diutius ꝗ̄ alij:deuentū eſt ad fructus perceptionē:⁊ procurauerūt multi has cōmēdas perpetuas quos cōmendatarios vocamus. putātes licet falſo/ſub phalerato vocabulo deū decipere / ⁊ ꝗ̄uis ſub nomine ꝑpetuitatis cōmēdas nō ꝓcurauerit/dū mō ſint perpetue/nō refert. Et lꝫ epūs cōis nō poſſit vltra ſex mēſes bñficiū cōmēdare ꝑ legē ſuperioris latā:illi tñ legi Romanus pōtifex nō eſt alligatus. ſiue autē illi ſex mēſes ſint temp⁹ in quo epūs pōt bñficiū cōferre:ſiue alij ſex mēſes poſt tēpus collationis:theologi in materia conſcientie nō intereſt. Sed qñ reperiunꝛ in prōptu idonei vt nunc paſſim inueniūꝛ:male actū eſt:tā a cōmēdatario cōmēdā ꝓcurante/ꝗ̄ cōmendāte. ſicut in caſu de pluralitate beneficioꝝ:cū in idē redeāt. ¶ Vndecimo arguiꝛ. Sortes videns bñficia male adminiſtrata: habet vnū quo ē dignus ⁊ nō maiore:capit tñ aliud nihil fructus illius ſibi retinēs:ſed illos bene expendēs in pios vſus:de bono vicario ꝓuidēs/interdū ſuū gregē in ꝓpria inuiſens iā iſte eſt pluralis ſupflue ẜm prius dictaret nō peccat. igiꝛ. Reſpondeꝛ. ſi ita ſit vt argumentū aſſumit / minus peccat ꝗ̄ ſi ſecus faceret:ſed a peccato nō eſt excuſand⁹ qꝛ ſcādalizat alios/⁊ ei⁹ putata bonitas alios ad ſic faciendū allicit. ⁊ quare nō relinquit bñficiū in manu illi⁹ probi vicarij qui eſſet magis ſollicitus de grege ſi cura in capite eſſet ei cōmiſſa:/vel relinquat alteri tali beneficio idirecte priuat. quare eſt ambitioſus:⁊ ſub honeſtatis velamine mentiꝛ iniquitas ſibi. ¶ Duodecimo arguiꝛ. ſi eleemoſynarius exceſſerit in danda eleemoſyna Sorti:licet eleemoſynarius peccet: nihilominus Sortes efficiꝛ domin⁹ eleemoſyne accepte. ergo licet papa diſpenſando peccet/ſuſcipiēs diſpēſationem eſt ſecur⁹ in cōſcientia. Et cōfirmatur hec ratio dupliciter. tū primo. alioquin eccleſia hominē falleret/nā pluralis putabat diſpenſationē pape ſufficere corā deo. tum ſcđo. ſicut arguit Aug. ex verbo dñi Numeri.xxx. de voto abſtinentie ꝑ vxorem emiſſo. Qđ ſi audiēs vir tacuerit. ⁊ in alteram diē diſtulerit ſententiā: quicqđ vouerat atqꝫ ꝓmiſerat reddet:qꝛ ſtatī vt audiuit tacuit. Si autē cōtradixerit poſtꝗ̄ reſciuit: portabit ipſe iniquitatē eius. Ex quo qꝛ lex dicit ad peccatū viri ꝑtinere:īfert vxorē eſſe liberā a trāſgreſſione voti. ⁊ citaꝛ.xxxiij.q.v. Manifeſtū. ergo ſimiliter in ꝓpoſito. ¶ Ad primū concedo:ſi Sortes ſit vere pauper:quia ſic eſt obiectū eleemoſyne ſi vero ſit diues fingens ſe eſſe pauperē/nō eſt intētio dñi eleemoſyne dādi dare ei eleemoſynā:nec diues pōt tenere hāc eleemoſynā. Is qui capit ẜm latitudinē ſufficientie/pauperi cōparatur:qui amplius diuiti. Ad ꝑmā cōfirmationē nego ꝙ eccleſia te fallit: ſed tu ⁊ tui te fallunt. quēadmodū ſi putes papā poſſe ſine cauſa relaxare votū/an eccleſia te fallit:/ſic in ꝓpoſito. Ad ſecundaꝫ cōfirmationē reſpōdet Paludanus. diſt. xxxviij.q.iij. ⁊ bene. ꝙ nō eſt idē de irritatione ⁊ diſpēſatione. irritatio ei nō requirit cām:diſpenſatio vero cauſaꝫ requirit ¶ Hactenus de beneficiorū pluralitate:quoꝝ aliqua ē licita. ſed crebro nō expediens:⁊ in caſu licito debet hō ſaltē debito cōgruitatis plura in vnū colligere:ſi notabiliter diſtēt. Si autē ſunt ꝓpinqua vt cura ⁊ ꝑbenda:et ille collecte iudicio prudentū ſue ſufficiētie latitudineꝫ nō trāſcenderit (ſi ſit actiuū ſcandalū iā eſt extra latitudinē ſue ſufficiētie) pōt illa beneficia ſimul tenere cōcionando in cura/cōfeſſiones ⁊ caſus ancipites illic audiēdo:⁊ horis cōpetentib⁹ pōt intereſſe officijs in loco prebēde. hoc eñ nō eſt illicitū:imo cōtingit ꝙ ſic expediat: ſi nō poſſit habere cōmodi⁹ maiorē curam aīarū cū prouētibus ſufficientib⁹ in vno loco. Alia eſt ſupflua. vt qñ homo plura equo tenet. Et aliqua patēter ſupflua: vt ī pinguib⁹ beneficijs: quorū vnū vel vni⁹ portio viro rationabiliter ſufficeret. Aliqua magis ambigue ſupflua ⁊ tunc tenere plura beneficia eſt minus peccatū. nec refert ſiue habeat curā animaꝝ in foro interiore vel exteriore:ſiue ſint ſimplicia/ſiue aīarum cure. Quicunqꝫ autē latitudo ſufficientie trāſcendiꝛ eſt peccatum: lꝫ minus peccatū in beneficijs ſimplicib⁹ in quibus epiſcop⁹ cōmunis diſpēſat:qꝛ in curis ⁊ dignitatibus Roman⁹ pōtifex diſpēſationē ſibi reſeruauit:vt habeꝛ ex.ca. De multa. de ꝑben. vbi in fine diciꝛ. Cū ratio poſtulauerit/ꝑ ſedē apoſtolicā poterit diſpenſari. ergo ꝑ locū a cōtrario ſenſu ali⁹ nō pōt diſpēſare. Et prius de curis in textu mentionē facit. Sed hic eſt notādū ꝙ cōtigit diſpēſationē petētē crebro peccare vbi diſpēſans nō peccat. nā cōtigit diuiſum ab orbe Britānū hr̄e literas cōmēdatitias a rege vel ab alijs putatis ꝓbis viris ad maximum pōtificē ſup maxima idoneitate viri nobilis ſeu curialis ꝙ vixerit tāꝗ̄ celo dign⁹ ꝗbus ī caſu credēdo eſt pōtifici ignorātia inuincibilis:alijs grauiter peccātib⁹:non nūꝗ̄ vicibilis. certa aūt ſciētia maximi pōtificis nō excuſat virū in foro aīe quādo diſpēſatio eſt preter rationem. quia eſt ei limes prefixus rationi nō cōtraire. ſed cōtra ius nature eſt habere plura bñficia ꝗ̄ hūs mereaꝛ ī rēpublicā. nō papa nō eſt ſupra ius nature. De ſic plurali circūferꝛ illud vulgare beati Bernardi. Qui non vn⁹ ſed plures eſt in bñficijs: nō vnus:ſed plures erit in ſupplicijs. Pluriniorū quoqꝫ vtilitas vnius vtilitati vl' volūtati ꝑferēda eſt. vij.q.j. Scias. ⁊ ꝗ ad cōmune bonū prefixa ſunt. ob priuatum cōmodū mutari non debent. xxv.q.j. Que ad perpetuam.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Decimaquarta.

Ecimoquarto quæri-
tur. An potius diſpenſandum ſit
cum eruditis viris et nobilibꝰ in
beneficiorum pluralitate: ꝙ̄ cum
ineruditis et ignobilibus. Reſpō-
detur per concluſiones: quarum
Prima eſt. potius diſpēſandum
eſt cū eruditis viris ꝙ̄ cū ineru-
ditis. Probaẗ. ſine eruditis viris orbis regi nō poteſt: qꝛ
inter bonū et malū ambiguū ꝑ alios cōſtare nō pōt: imo
neceſſarium eſt habere eruditos. alioquin ſi cecus ceco
ducatū pſtet ambo in foueā cadūt. Matthei. xv. et Sa-
piētie. vj. ſcribiẗ. Multitudo ſapiētū/ſanitas orbis ter-
rarum: ⁊ rex ſapines populi ſtabilimētū eſt. Propterea
Plato dicebat reſpublicas fore beatas: ſi ſapientes eas
gubernarent: vel qui eas gubernāt: ſapientie vacarent.
Et Daniel in fine viſionis ait. Qui aūt docti fuerit ful-
gebunt quaſi ſplendor firmamenti: ⁊ qui ad iuſtitiā eru-
diunt multos quaſi ſtelle in perpetuas eternitates. Da-
nielis. xij. Et in ꝓlogo Bibliaco Hieronymus. Sancta
quippe ruſticitas ſolum ſibi ꝓdeſt: ⁊ quantū edificat ex
vite merito eccleſiā Chriſti: tātum nocet ſi deſtruētibus
nō reſiſtat. Propterea etiā viris idoneis permiſſum eſt
ſeptēnio operā literis nauare cum licentia epiſcopi: ſic
ſcilicet vt ad ſubdiaconatū ꝓmoueantur. vt habeẗ in. c.
Cum ex eo. de elec. lib. vj. Doctoꝝ nāqꝫ ſciētia mundus
illuminaẗ. de here. Cum ex iniuncto. Ex omnibus iſtis
formaẗ hec ratio. potius diſpēſandū eſt cum illo in quo
eſt rōnabilis cā diſpenſandi: ꝙ̄ cū illo in quo non eſt. ſed
ſic eſt de eruditis reſpectu ineruditorū. igiẗ. Premiſſe
tā ſunt ꝓbate. Itē hoc accēdit ad literas reipublice ne-
ceſſarias: et magnos facit ſubire labores. Nunqꝫ enim
ſegnē ⁊ tepidū/eruditū vidiſti. quēadmodum nūqꝫ con-
ſummatū virū quocūqꝫ ſudore/ſine īgenio. Itē talis eſt
vtilior reipublice. ſed in diſpenſatione reipubli. vtilitas
maxime attendenda eſt. ¶ Secunda cōcluſio. Cum no-
bilibus potius diſpenſandum eſt ꝙ̄ cum ignobilibus ce-
teris paribus. vt patet ꝑ. c. De multa. de preben. Itē ta-
les ſunt vtiliores reipublice: qꝛ alios nobiles inertes: et
etiā ignobiles ad virtutē animāt: et bona eccleſie melius
protegunt. ſed ſemper de idoneis loquor: ita vt ſepara-
ta nobilitate ad imaginationem/vndecūqꝫ ſit idoneus.
¶ Tertia concluſio ꝓbabilis. potius diſpenſandum eſt
cum nobili ad plura/ꝙ̄ cum ignobili: etiā ſi nō ſequatur
vtilitas in tota republica: ſed reſpectum habēdo ad vti-
litatem priuatā. Verbi cauſa: ſint duo. Sortes ſcilicet
nobilis et Plato ignobilis: ſint equaliter vtiles in repu-
blica et omnino pares iudicati/ hoc dempto ꝙ vnus eſt
nobilis: volo dicere adhuc habendum eſſe aliquē reſpe-
ctum licet puſillum ad nobilitatē. Et intelligo de vulga-
ri ⁊ eſtimata nobilitate apud mundum. Probatur con-
cluſio. oblatis duobus doctis equaliter idoneis ad cu-
rā animarum: qꝛ vnus habet ſcientias impertinētes cu-
re animarum: vtpote eſt mathematicus vel rhetor: ille
eſt alteri preferendus. Forte dicis. ille artes ſue ſunt vti-
les in republica. ſed ponamus ꝙ illas non exerceat. ſit
phyſicus vel more Polycleti ſtatuarius. Dicis adhuc
conſequentiā eſſe inualidā: quia ſuo ſudore eas acquiſi-
uit: et bonorum naturalium eſt indicium. Secundo ar-
guitur. Eleemoſyna potius eſt dāda nobili: et honeſtis
viris ſi indigeant: ꝙ̄ ignobili ceteris paribus. nā regum
et principum filijs proſcriptis omnes cōmiſerentur. ſed
beneficia licet principaliter dentur ratione vtilitatis pu-
blice: partim tamē dantur intuitu perſone. Sed hic di-
ces. certo certius eſt eleemoſynā potius eis eſſe dandā.
⁊ omnibꝰ cognitis verecūdis: quia prudēs iudicat eos
plus egere ⁊ quia turpe ducūt petere debet eis vltro da-
ri. ſecus eſt de iſtis alijs frōtem attritam habētibꝰ. Ter-
tio arguiẗ. Nobilis in licentia theologie ignobili eſt pre-
ferendꝰ: ergo etiam cū ipſo potius eſt diſpēſandū. tenet
cōſequentia. quia vtrobiqꝫ eſt honor: in vno ex parte lo-
ci: in alio ex parte officij. Antecedēs ꝓbo: quia cum bo-
nis fortune abundet. ⁊ voluptates gratia ſtudij cōtem-
nat: in difficilioribus nō ſuccūbit: ⁊ prouiſionē poterat
habere in ſeculo: ſed litterarum ⁊ virtutis dulcedine al-
lectus plus laudādus eſt ꝙ̄ pauper: qꝛ preſumiẗ ꝙ diffi-
cilius a mūdo ⁊ voluptatibꝰ vinceẗ: ⁊ ſyncerius literas
amplectiẗ. Pauper autē ſtudet vt tandē inopē ꝓtegat
vitam: qꝛ alia ratione ad maiora ꝯſcendere nequit. Nec
habet tot occaſiones labendi/ et diſtractiones in ſtudio
quot opulētus nobilis. Forte dicis: pauper cū eſt alteri
equalis in literis ⁊ virtute / eſt vel ingenioſior vel labo-
rioſior alio: ⁊ per cū non ſtetit hec nobilitas. ⁊ per bonū
locū potius promouebiẗ ad beneficium quo eget ꝓpter
meliorem opinionē de ſe in populo. Aliter arguiẗ ſic. da-
tis duobus equalibus in theologia/⁊ in omnibꝰ paribꝰ
hoc dēpto ꝙ vnus ſuper alium habet notabilē exceſſū
in mathematicis vel eloquentia: illis accidētarijs illu-
ſtratus eſt in loco proferendꝰ: ergo nobilis ignobili pre-
ferri habet. quod reſtabat ꝓbandū. Forte negas ante-
cedēs/⁊ conſequētiam. Antecedēs/quia non eſt licētia
in mathematicis vel eloquētia: ſed in theologia. nec hic
eſt licētia nobiliū. Secundo negas cōſequentiam: quia
ille ſcientie theologiam ornāt: ⁊ plurimū ei famulanẗ.
Prouerbiorū. ix. Miſit ancillas ſuas vt vocarēt ad ar-
cem. ⁊ ad menia ciuitatis. Secus eſt de nobilitate per
quā homo non pōt ornare nec ampliare ſermonē in cle-
ro vel in populo/quemadmodū per artes. Reſpōdetur:
vt vides vixꝰ ꝓbaui cōcluſionem ſufficienter: nec ſcirem
eā pro nunc aliter colorare. Quo nō obſtāte ꝓbabiliter
reſpōdeẗ ꝑ ſequētes ꝓpoſitiones. ¶ Prima eſt. Potiꝰ
diſpenſandū eſt cum magno ꝙ̄ ignobili ceteris paribꝰ
etiā habendo reſpectū ad vtilitatem priuatā. ¶ Secū-
da propoſitio. Aliquis nobilis eſt idoneus ꝓ duobꝰ be-
neficijs: pro quibus ignobilis in oībus/nobilitate dem-
pta/inidoneus. hec ſequitur ex priore. vt ſint duo benefi-
cia ꝓ quibus habendis Sortes eſt inidoneꝰ: ſed ſi pau-
lo amplius haberet in ſcientijs / pro illis eſſet idoneus:
ſtat ꝙ nobilitas iſtius illum defectum ſciētie ſuppleat.
¶ Tertia ꝓpoſitio. Non eſt tñ multū ponderāda nobi-
litas/ſic ſcꝫ vt ratione illius ſolius notabiliter plus ha-
beat nobilis in beneficio ꝙ̄ alter ignobilis cui eſt par in
alio quocūqꝫ honore. ¶ Quarta ꝓpoſitio. ceteris pari-
bus nobilitate dēpta īdubitatꝰ nobilis eſt ingnobili ꝓ-
ferēdus in licētia. qḋ oñdo. qꝛ theologiā accidētarie no-
bilitas ornat: alios nobiles ignauos ⁊ deliros/ ⁊ ignobi-
les ad ſciētiaꝝ admirationē ⁊ cultū alliciendo. dicente
Marone. v. Aeneid. Gratior eſt pulchro veniēs in corpe
virtus. Sic in generoſo nō ſolū lingua: ſed corpus ⁊ eiꝰ
cōſuetudo viuendi predicat. ¶ Quinta propoſitio. Si
ignobilis multum nobilē notabiliter in ſciētijs excedat
eſt nobili preferēdus. Probaẗ: quia ſcientia plus valet
ꝙ̄ magna nobilitas. Itē hic ē licētia in ſciētijs: ergo ha-
bere ſcientias eſt gradui eſſentiale/ac per hoc plus pō-
derandum. quando autem vnum alteri debeat equiua-
lere: prudentum eſt iudicium. Cum igitur ſcientie ſint
de eſſentia cure paſtoralis / non debet eſſe diſpenſatio
vt etiam multum nobilis notabiliter plura habeat quā
ignobilis. Quia nobilitas ſolum accidentarie ornat



beneficiū: ⁊ hoc ſi poſſit ⁊ velit in propria ꝑſona hierar-
chicū ordinē ſeruare tpe ⁊ loco. alioqui eſt idoneus.

¶ Contra primam concluſionem ar-
guitur ſic. In multa ſapientia/ multa indignatio: ⁊ qui
addit ſcientiam/addit ⁊ laborem. Eccleſiaſtes. j. Item
Scientia inflat: charitas vero edificat. j. ad Corithios
viij. Sed nihil qḋ eſt inflatiuum ⁊ erga alios indignati-
uum eſt cauſa facilioris diſpenſat onis. igiẗ. ¶ Reſpō-
detur. In multa ſapientia. ⁊c. dicit gloſſa interlinearis
Quāto quis magis ſapientiā aſſequiẗ: eo magis vitijs
ſubijci dedignaẗ: ⁊ procul eſſe a virtutibus quas requi-
rit. in fine addiẗ. Scientia nō habeẗ ſine labore ⁊ anxie-
tate. ſed hoc nō probat eā eſſe malā. Secūdo dico ꝙ in
multa ſapientia multa eſt indignatio per accidens. hoc
eſt crebro virtus eſt cauſa vitij per accidens/ex impru-
dētia habentis: ſed nūqꝫ in vitiū inclinat. Facile namqꝫ
videas eruditos viros ſi de ſe humiliter ſentiāt ſe inui-
cem cōtemnere. ſicut primo Officiorum de Iſocrate ⁊
Ariſtotele M. Tullius recitat. Vterqꝫ ei ſuo ſtudio de-
lectatus/alter alterū contempſit. Sed ſi prudētia adiū-
cta fuerit: optime cōueniūt. ⁊ decorum eſt eos ⁊ cōſul-
tantes ⁊ diſputātes audire. Ad verbum apoſtoli reſpō-
detur ꝙ textus ſeipſum exponit: ⁊ gloſſa interlinearis.
Scientia inflat: ſi ſola eſt: charitas vero edificat / id eſt
multū vtilis eſt. ⁊ neceſſaria ſi charitati iungaẗ. Vnde
de ſcientia dico ꝙ de ſe eſt bona qualitas ⁊ in multis ꝑ-
neceſſaria: vt in prima ꝯcluſione oſtēdimus: ſicut ⁊ pru-
dētia ⁊ alij habitus veridici. ſed malis ē peſtis ⁊ in ma-
nu furioſi gladius. ¶ Sed de ſcientiam acquirentibꝰ
hec diſtictio notetur. Aliqui ſcientiā laborāt acquirere
vt ꝑcepta/prohibitiones/admonitiones/⁊ cōſimilia ſci-
ant: ⁊ vt alios in his erudiant. Secūdi hanc acquirere ſat-
agunt/vt in ſe bene agāt ꝯformiter ad legem dei. Tertij
laborant eſſe docti ⁊ doctrinā acquirere: ⁊ de alio fine
actualiter nō cogitant. Quarti vt lucrum habeant vn-
de viuant ⁊ deo famulētur: nō tamen ponētes finem vl-
timū in lucro/ſed vltimo in dei gloriā ⁊ deum obtutuꝫ
dirigūt. Omnes autē iſti actus ſunt boni ⁊ quāto rela-
tio eſt actualior: tanto actus eſt melior. Alij vero ſcien-
tiā laborāt acquirere gratia oſtētationis/ſꝫ illud Per-
ſij. Scire tuū nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter. vel gra-
tia lucri tāqꝫ ꝑncipalis finis. Et tale velle ſciendi ē ma-
lū tāqꝫ actus elicitꝰ: ⁊ ipm ſcire malū tāqꝫ actus ipatꝰ.

¶ Contra ſecundam concluſionem ar-
guitur ſic. Nulli ſunt nobiles. ergo cōcluſio ꝓſupponit
falſum. cōſequentia eſt nota: Et probatur antecedens.
ſupponendo tecum vnam propoſitionē/ꝙ nullus eſt no-
bilis niſi cuius vterqꝫ parēs vel alter eſt nobilis. De no-
bilitate vulgari loquor. de illa enim loquūtur omnes.
Hac ſuppoſitione ꝓmiſſa ſic argumētor. Signato vno
nobili vulgari/ſi oēs maiores eius erāt nobiles: et non ē
proceſſus in infinitum. Adam ⁊ Eua erāt nobiles: quo-
rum parētes proprie dicti non erant nobiles: cum nul-
los habuerint niſi deum creantem. Si dicas. oportet
venire ad primum nobilē. ergo aliquis eſt nobilis cuꝰ
pater erat ignobilis contra ſuppoſitionem. Eodemodo
argumentari poſſum ꝙ ſignato vno nobili/totam ſobo-
lem nobilium nō egredietur nobilitas: ſupponēdo ꝙ cu-
iuſlibet nobilis filij ſint nobiles. de nobilibus ſempꝛ vul-
gariter loquendo. Et cōfirmatur hec ratio /per reſpon-
ſionem Vlyſſis ad Aiacem Thelamonium. xiij. Meta-
morph. dicentis. Nam genus ⁊ proauos ⁊ que non feci-
mus ipſi. Vix ea noſtra voco. ¶ Reſpondetur. nobilis
dicitur a noſco quaſi noſcibilis ſiue ī malo ſiue in bono.
De priore ei apud Ciceronem ſecūdo libro Officiorum
legimus dicētem. Teſtis eſt phalaris cuius eſt preter
ceteros nobilitas ⁊ crudelitas. De virtute nō opus eſt
exempla afferre. Vel nobilis a notabilis (ꝓut alijs pla-
cet) trahit originem per ſyncopē: quia pre alijs notatur
brutis ⁊ alijs rebus cōuenit. nā falcones ⁊ canes vena-
ticos ⁊ leporarios celeres/⁊ agros optimos nobiles di-
cimus. De primis duobus patet ex cōmuni vſu. De ter-
tio apud Virgilium dicentem. Eſt locus Italie medio
ſub montibus altis. Nobilis. ¶ Secūdo notato: ꝙ du-
plex ē nobilitas. quedam eſt anime: ⁊ eſt virtus qua ho-
mo paret deo ⁊ rationi. ⁊ illa ſola ꝓprie eſt nobilitas. et
ediuerſo vitioſi ſunt ignobiles: vel ſcriptura atteſtante.
pri. Regū. ij. Qui contemnūt erunt ignobiles. Alia eſt
nobilitas vulgaris ꝙ nobilem dicimus quia vulgꝰ ita
loquitur: licet nō fuerit animo nobilis. Et ſic is vocaẗ
nobilis cuius progenitor vel ipſemet eſt factus nobilis
non curando qualiter hec nobilitas originem traxerit.
Frequentius tamen per opes hec nobilitas deriuatur.
vnde primo Rhetoric. dicit Ariſtoteles. Nobilitas ē di-
uitie ātiquate: ſiue furto: ſiue rapina/ he diuitie emana-
uerint. ſicut Aſſyriorum potētiſſimi imperatores a Nē-
broth robuſto venatore per rapinā omnia ſurripiente e-
merſerūt. ipſe nāqꝫ erat notabilis in malitia: ſed adhuc
vix nobilis vulgariter vocatus. poſteriores autē ⁊ quā-
to magis deſcendebaẗ citra ignobilitatē/nobiles vulga-
riter vocabātur. Signāter (citra ignobilitatē) qꝛ certo
certius eſt ꝙ aliqui ſunt paſtores ⁊ agricole qui a regi-
bus ꝓdiere. Alij pugnacitate: alij corporis pulchritudi-
ne nobilitatē nacti ſunt. Vt Porphyrius de Priamo ī-
quit. Species Priami digna eſt imperio. Et Saul qui
ab humero ſurſum alijs ſupeminebat. Alij ſplēdore vir-
tutis nobiles facti ſunt: ⁊ vna pars ſobolis deſcendētis
ſeu nepotum eadem nobilitate vſa eſt: quomodo fuit in
Dauide ſecundo Hebreorum rege: de poſt ferantes ad
regnum accepto: ⁊ eius poſterioritate: cum quo de ve-
ra nobilitate anime. Ezechias ⁊ Ioſias eius nepotes cer-
tare digni ſunt. aliqui vero eius nepotes mali fuerunt:
et tamē vulgariter oēs nobiles vocati ſunt. Quo mō
autem iſtius nobilitas antiqua: vel illius emanauerit/
incertum eſt. ſed talem pudere debet improbe agere. et
ſi aliqua maiorum geſta laude digna fuerint ad virtu-
tem accendere debent. vt freq̄nter eſt in re/ dicēte Oui-
dio de Neoptolemo. Pyrrhus Achilleides animoſus
imagine patris. ⁊ Salluſtius in prologo Iugurthe ſic
inquit. Nam ſepe audiui ego. Q. Maximum et. P.
Scipionē ciuitatis noſtre preclaros viros ſolitos ita di-
cere: cū imagines maiorū intuerentur: vehementiſſime
ſibi animū ad virtutem accēdi. et Baptiſta in primo li-
bro Alphonſi. Adde ꝙ audite laudes ⁊ clara parentū
Facta mouent animos: generoſaqꝫ corda nepotū. Sol-
licitant: ⁊ calcar habēt: abiguntqꝫ veternum. Et Vir.
Aeneā Aſcanium filiū ad virtutē animantem exemplo
⁊ Hectoris auūculi introducit. xij. Aeneidos. dicens.
Diſce puer virtutem ex me: verumqꝫ laborem: Fortu-
nam ex alijs: nunc te mea dextera bello. Defēſum dabit
⁊ magna inter premia ducet Tu facito mox cum matu-
ra adoleuerit etas. Sis memor: ⁊ te animo repetentem
exēpla tuoꝝ. Et pater aeneas ⁊ auūcul excitet Hector.
Immo inſtinctu natura ex bonis parētibus ꝓbi deſcē-
dunt filij. vt primi Politicoꝝ. iiij. dicit Ariſto. Putāt
eī vt ex hominibus hoīem/ex beſtijs beſtiā: ſi e ex bonis
bonum generari. ſm illud. Qui viret in folijs/venit ab
radicibꝰ humor. Et patrū in natos abeūt ī ſemine mo-
res. Ad hoc eſt ratio naturalis. nā iclinationes natura-
les parentū filij ſequuntẗ in corpore / ⁊ ex conſequenti in

anima: ſicut influentie celeſtis: non ſic tamen quin ex libertate arbitrij poſſiut in cōtrarium. Non aliam ob rem per legem cōmunem geniti ex coitu fornicario ad ſacerdotium non admittuntur: quia preſumitur ꝙ more parentum caſtitatem non ſeruabunt. ergo facilius eſt nato ex probis parētibus bene agere q̄ ex improbis orto. ſumma quoqꝫ vi ad probitatem in adoleſcentia debent parentes ſuos liberos inſtigare/et ſic eos in vera nobilitate anteibunt. ¶Ex his patet ſuppoſitiones admiſſas eſſe negandas. et quia prolixe materiam argumenti tetigimus: et forma eſt facilis: non reſpondeo. Sed colligendo dicta patet ꝙ ſola virtus anime hominem nobilitat. Et alia nobilitas accidentaria modici eſt momenti: viro ab externo quouis proueniens. Preterea oportet dare aliquem primum nobilem in vna familia et vnum vltimum in alia ſicut in illa. vt in inuectiua contra Saluſtium. M. Tullius dicit. Quod in te deſinit: in me incipiet. Ptolemeus nāqꝫ filius Lagi ex milite gregario rex factus eſt Aegypti ab eo vero iam deſcendētes: ſine regno forte mēdici. Ulterius patet ꝙ glorioſius eſt virtute clarum eſſe q̄uis ex ignobili patre quis procreatꝰ fuerit/q̄ vitijs ſordeſcere: et ex quocūqꝫ rege natū eſſe. ſm illud Iuuenalis ſatyra Octaua. Malo pater tibi ſit Therſites: dummodo tu ſis Aeacide ſimilis: Uulcaniaqꝫ arma capeſſas: Q̄ te Therſite ſimilem producat Ahilles. Et licet iſta nobilitas vulgaris non poſſit ab ignoto deprehendi: ſiue per operationes nobilibꝰ ⁊ ignobilibus communes: ſiue per corpus in vita: vel poſt mortem: q̄q̄ cauillando dicebat Diogenes Alexādro Philippi: inter oſſa mortuorū ſe velle capita regum ab alijs ſegregare: tamen modus loquendi nobilium eſt creber: tā apud ſacras hiſtorias q̄ alios annales/ et vulgariter loquentes. modum autem loquendi (licet mathematica fuerit) aſpernari non debemus. nam et in euangelio legimus. Luce. xix. Homo quidā nobilis abijt in regionē longinquā accipe ſibi regnum. ⁊ Actuū. xvij. Quidā ex ipſis crediderunt ⁊ iuncti ſunt Paulo ⁊ Sylle. Et poſt Paulum. Mulieres nobiles non paucę. Et Eccl'. xvj. Beata terra cuius rex nobilis. Annales ſunt ſatis protriti ad hoc ꝓpoſitum: gratia cuius digreſſionem: partim iocādo cum his nobilibus fecimus. Dicēdo autem potius cum nobili diſpēſandum eſſe q̄ ignobili: de multum nobilibus loquor: ⁊ non de his infimis: qui īter multum nobiles et plebeios ſunt limites. ſed nō eſt magnus obtutus ad nobilitatem vulgarem h[a]bendus: reſpiciendo ad anime nobilitatem: niſi maior fuerit vtilitas communis. Et q̄q̄ ex ignobilibus ſm ſeculum originem duxi: et nobilibus conniuere videor: ſuſpectus eſſe non debeo: q̄ certe mee intētionis eſt nō ſolum hic ſed vbiqꝫ aſſerere id qđ magis rationi conſentaneum cenſeam.

¶Diſtinctionis Uigeſimequarte.
Queſtio Decimaquinta.

DEcimoquinto quæritur. An melius faciat beneficiatus ſuum beneficiū reſignans alicui probo: ſeruata penſione ꝓ vita ſi indigeat: an relinquendo beneficium vacare per mortem: ſic ſcilicet vt collator poſſit conferre cui velit. Et vtrinqꝫ argumentabor. Primo ad partem affirmatiuā ſic. Quilibet debet niti ad extollendam gloriam dei omnibus medijs licitis. ſed Sortes beneficiatus videt Platonem ab omnibus cogniū multum idoneum: beneficum non habentē/ vel ſi vllum habeat contentus eſt illud deſerere: vt habeat iſtud beneficium maius maioritate cure: ſiue ſit maioritas prouentuum/ſiue nō: quia hoc eſt accidentale: dūmodo prouentus ſufficiant hunc alere: et videt collatorem plerūqꝫ inidoneis conferentem. ergo licite poteſt ꝓpinquo collatore relicto: huic probo ſuum beneficium conferre. Forte dicis. magna eſt idoneitas ex parte obiecti illius in quem beneficium tranſit: ſed modus faciendi non eſt licitus. et ſic ex parte cauſe formalis eſt defectus: q̄ priuat collatorem immediatum iure ſuo beneficij conferendi. Contra hoc arguitur. Non eſt de iure nature vel diuino ꝙ hic epiſcopus vel hic abbas vel prelatus alius: omnia beneficia ſue iuriſdictionis cōferat: quia oppoſitum cum anime ſalute eſt in quotidiana practica. ſi ergo eſt lex humana: interpretatiōem rationabilem: et ex conſequente exceptionem patitur. Secūdo. hoc fit cum ſuperiore mediato: et eius facultate qui in multis caſibus confert beneficium qđ eſt in collatione immediata. vtpote ſi quis ſit in curia vel iuxta eā et multis alijs modis. Secūdo arguitur ad idem. licitum eſt viro ſubtrahere a furioſo gladium: per quem veriſimiliter ſeipſum cedet: ſed relinquēdo ei collationem beneficij/veriſſimile eſt ꝙ inidoneo conferet: q̄ hoc ex preteritis deprehenditur. igitur. Preterea videmus longas lites cum magnis impēſis anteq̄ electus beneficiū obtineat: et īterdum caret paſtore eccleſia ſeptē vel octo annis. reſignādo autē illud non contingit. igitur. ¶Ad partem negatiuā arguitur ſic. iſte ordinarium iure ſuo defraudat: et ſi callidus fuerit viam in alijs aperit in diminutionem poteſtatis ordinarij. Secūdo arguitur ad idem. licet male in preterito egerit ordinarius: in futurꝫ bene aget: ergo iſte reſignās beneficium impedit ordinarium ab opere bono/et debito.

¶Reſpondetur per tres concluſiones: quarum Prima eſt. Ubi collator eſt malus et ꝓmiſcue inidoneus beneficia confert: iſte de quo loquimur laudabiliter facit: beneficiū cōferēs idoneo. Hanc concluſionē mihi ſuadēt rationes ad partē affirmatiuā adducte. Itē multi timorati viri beneficia reſignāt qui de reſignatione nūqꝫ penitēt: ſed a ꝓbis laudātur. ergo nō ſolum eſt licitū ſed ⁊ laude dignū: quēadmodū Ualerius neglectis alijs: inthronizauit Auguſtinum: et ꝓbe egit. ¶Secunda ꝯcluſio. Poteſt beneficiatus beneficiū reſignare vbi collator eſt bonus: hoc eſt bonus collator et bonus homo: quia ſi eſt bonus collator/eſt bonus homo ſaltem quadam multum apparente bonitate: licet interdum labať. Probať iſta concluſio. Quādo quis videt duo media licita ad aliq̄d faciendū: poteſt hoc vel illud acceptare. ſed hic reſignare paratus videt duo media licita: vnū ſcilicet reſignādo beneficiū ꝓbo viro cum ordinarij vel ſupꝰioris conſenſu: etiā quem iudicat forte magis idoneū q̄ ſit ille cui conferreť beneficiū. Aliud mediū eſt: ꝙ iudicat collatorē beneficiū bene collaturū. ergo pōt illud acceptare: et reſignationē omittere. ¶Tertia ꝯcluſio. Quādo beneficiatus videt collatorē bñficij reſignādi in apprehēſione eſſe ꝓbū virū: ſic ſcilicet ꝙ veriſimiliter dabit viro tā ꝓbo q̄ eſt ille cui ipe reſignabit: honeſtius eſt nō reſignare. Ratio eſt: ne alicui nimis videať affectus: ⁊ pſonarū acceptor puteť: ſua bñficia relinquendo ꝯſanguineis: et īprobis occaſionē id faciendi tribuat: non iudicātibꝰ cui ⁊ quomō bñficiū reſignauit.

¶Ad argumenta ad partem negatiuā adducta iā reſpōdeo: ad primum negādo ꝙ reſignās beneficiū in caſu prime cōcluſionis collatorem defraudet: vel de ſua iuriſdictione aliquid detrahat. nam cum



niã tenẽdo ꝓ egritudine q̄ forte ſupueniet. reliquã vero partẽ tenetur ꝯferre paupibꝰ: capiẽdo paupes: vt modo dixi. dare aũt vnã q̄rtã ꝓ reparatiõe tẽpli eſt poſitiuum humanũ ꝯſuetudine abrogabile. ſed dare paupibꝰ non eſt ſolũ p̄ceptũ humanũ. Ex his pꝫ q̄ licet vni admiſtratoꝝ ꝓuentuũ bñficij ei ſufficiat ꝓ ſuo ſtatu ĩ vno ãno: fortaſſis ſequẽte ãno ĩtegrũ bñficiũ ſolũ ſufficiet ſuo ſtatui qḋ patet: ſi ipſe laboret chronica febre: et multi domeſticoꝝ ſimiliter: tũc ei opꝰ eſt phyſicis ⁊ aromatarijs / ⁊ delicatiorib ꝰ cibis. Forte dicis. Status eius ꝑ hoc nõ augeť: ſed applicat ſuis ⁊ ſibi plus ſolito ꝑ modũ eleemoſyne: ⁊ ꝯfert ĩ pios vſus. nã cũ ipſe et ſui familiares vtiliter deſeruiãt eccleſie: oportet vt ex fructibꝰ eccleſie alãtur. Dico eãdẽ eſſe ſententiã: ⁊ ꝟbis ſolũ a me diſcrepas. Det inſuꝑ eps pecuniã famulis pro obſequio: ſed caueat a ſimonia tã in ſe q̄ in eis: vt nõ habeãt bñficia ratione obſequij. cõpoſitos aũt moribꝰ ⁊ ꝓbos ſolũ teneat famulos. ¶ Inferiores vero bñficiati et ſolũ mediocriter literati ꝯſulãt viros deũ timẽtes ⁊ prudẽtes ſibi cognitos: quãtum ſufficiat ꝓ ſuo ſtatu. ⁊ ſtudeãt omnes declinare ad extremũ illud: vt parum expendãt: q2 reuera illic nõ eſt extremũ vitioſum quãtũcũq3 tenuiter ſe nutriãt ſine iactura corporis et anime: dũmõ reliq̄ dent in pios vſus. Facile aũt poteſt eſſe pctm̃ in ſupabũdãdo: plus ſciẽter expẽdẽdo q̄ oportet / vel ignorãter ex ignorãtia vincibili: hoc eſt ignorãtia craſſa vel affectata. Sed mentte tenebis q̄ facile ꝑcipiť exceſſus in modico bñficio / vel in eo cuius opa eſt parũ vtilis in republica: ſed difficilius in ſupiore: ⁊ ꝓpterea latitudo eſt maior. hoc ſic declaro. Epiſcopꝰ ꝓ ſecũ prãdẽtibꝰ emit capos ⁊ ꝑdices: qḋ fieri licite interdũ põt: ⁊ expẽſſo anima eſt multa: ⁊ famuli nũc obliuiſcunť p̄ũctaliter expẽſum: nũc addũt in p̄cio rez emptaꝝ pintã vini vel quartã: quã ꝯſumpſerũt licite eũdo ⁊ redeũdo de foro. Nõne vides q̄ latitudinis iſti p̄cij error facillime dep̄hẽdiť emẽdo atramẽtarium vel horas noſtre domine? Illic enim deceptio cognoſcitur in tribꝰ vel quatuor denarijs: ⁊ tñ nõ dep̄hẽdiť error in emẽdo magno edificio in cẽtũ ſcutis. Breuiter quando p̄latus expẽdit plus equo: in rei veritate dũmodo ſit igorãtia inuincibilis ſemꝑ bñ expendit: q2 ad bonitatem actus moralis vt ſepicule diximus: ſufficit cõformitas ad prudentiã actualem vel ad errorem inuincibilem.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Decimanona.

DEcimonono quæritur An p̄latꝰ eccleſie qui nihil aliud habet niſi patrimoniuꝫ crucifixi poſſit dotare ſororem. vel ſi forte tẽtatus a Sathana genuerit filiã in ſacris: vel ante ſacerdotiũ in vero matrimonio: eidẽ ꝓuidere poſſit. ¶ Rñdetur ꝑ cõcluſiones. quarũ Prima eſt. Beneficiatus põt dotare pauperem alienã: hoc eſt nõ cõſanguineã. Probatur. poteſt ei eleemoſynã erogare quatenus a pctõ carnis p̄ſeruetur. nã põt dare eleemoſynã ꝓ vita corporali ſeruãda: ergo ⁊ ꝓ vita ſpũali. In hoc plurimũ cõmẽdatur zelus beati Nicolai erga ꝓximũ. tritiſſima eſt hiſtoria. nec refert q̄ dedit de ꝓprio patrimonio. ergo cũ eſt iuuencula cuius caſtitas exponitur ꝑiculo: q̄ ſi ſemel frontẽ ꝑfricuerit: veroſimile eſt q̄ ꝑmanebit in pctõ ⁊ q̄dem fediſſimo: nũquid eſt grãde meritũ dare huic mediocrẽ dotem vt habeat viꝝ ſue cõditioni parẽ? ¶ Secunda concluſio. Clericus de quo eſt q̄ſtio põt tãtum dare ꝯſanguinee in dotẽ quãtũ externe. Probatur: querẽdo ab aduerſario quo iure ſit poſtponẽda ꝯſanguinea externe: ⁊ dicere nõ poterit. nã inhumaniſſimũ eſſet q̄ homo ꝓprijs conſanguineis et ꝯterraneis neglectis / alienis ſuccurreret. Ad hoc eſt ſententia illa Platonis: quã Marcus Tulliꝰ primo Officioꝝ cõmemorat inquiẽs. Non ſolũ nobis nati ſumus: ſed ortus noſtri partem patria vẽdicat: ⁊ amici. Hoc expſſe habꝫ beatus Ambroſius in lib. de Officijs. ⁊ auctoritas eſt canonizata. lxxxvj. diſt. in. c. Non ſatis. Preterea arguitur ad idẽ. licet alere matrẽ vel ſororem ex patrimonio crucifixi: ergo et ſororẽ dotare. ꝯſequẽtia tenet: quia dotatio eſt fauorabilior. Item ſi poſſum dare annuatim. x. ſcuta ꝓ alẽda ſorore: quare nõ poſſum dare ei ſemel. xxx. ꝓ dote? antecedens habetur ex concilio Maguntineñ. de cohabi. cleri. ⁊ muli. c. j. vbi ſic dicitur. Inhibẽdum eſt vt nullus ſacerdos feminas de quibus ſuſpicio poteſt eſſe / retineat: ſed neq3 illas quas canones ꝯcedũt / matrẽ / amitã / ⁊ ſororẽ: q2 inſtigãte diabolo et in illis ſcelus ꝑpetratũ repitur: aut etiã in pediſſequis earũdẽ. Sed ſi qua de his neceſſitatem habuerit: p̄ſbyteri habeãt in vico aut in villa domũ lõge a ſua ꝯuerſatiõe: ⁊ ibi eis q̄ ſunt neceſſaria ſubminiſtrẽt. vbi gloſſa in verbo (ſubminiſtrent). Et ſic pꝫ q̄ clerici poſſunt ſuſtẽtare ꝯſanguineos paupes: de qbꝰ capitulum hoc ĩtelligitur: qbꝰ potiꝰ q̄ extraneis teneť. ¶ Tertia ꝯcluſio. Stat clericũ ſub pena pcti deuinctũ ee dare dotẽ ꝯſanguinee q̄ nõ eſt obnoxius p̄bere dotem externe. ꝓbatur ſic. contingit q̄ mulier nolit eſſe religioſa: non enim tenetur: nec reperitur alia ratio ꝓ ſeruãda caſtitate mulieris q̄ ꝑ matrimoniũ: nec eſt aliq̄s alius volẽs ei ſuccurrere. igitur. Confirmatur hec ratio. ſi nullũ bñficiũ haberet teneret opẽ ferre filie vel ſorori ſtantibꝰ circũſtãtijs ſm̃ ſuas vires: imo teneretur arctius viuere in ꝓpria ꝑſona / quatenus ei ſuccurrat. ergo cũ portionẽ bñficij habet in pios vſus dãdã: tenetur ei illã applicare: ⁊ cum non occurrit externa in tãta neceſſitate: ſaltẽ ei nõ cõſtat: nec idagare tenetur: vt de cõſanguinea. imo qḋ ampliꝰ eſt: vbi extranea ⁊ cognata occurrũt: ⁊ eſt ĩcõpoſſibile vtriq3 ſuccurrere: tenetur (vt opinor) ſue ferre ſuppetias etiam ex patrimonio crucifixi: de ꝓprio enim non eſt dubiũ. ⁊ iſtud iudico ꝓbabilius. ¶ Quarta cõcluſio. hoc nõ obſtãte iſta dos data eſt reuera eleemoſyna: nec trãſcẽdit latitudinẽ eleemoſyne. an aũt dicatur dos obiectum eleemoſyne effectus eleemoſyne: an eleemoſyna / remitto ad illa que dixi ſuperius in ſua materia in. xv. diſtin. huius. Probatio ꝯcluſionis. Si trãſcẽderet totã latitudinem eleemoſyne: hoc eſſet ꝓpterea q2 eſt de p̄cepto. ſꝫ hoc nõ obſtat. igitur eſt eleemoſyna. ꝯſequẽtia tenet a tota ꝯditionali virtualiter cũ deſtructione cõſequẽtis ad deſtructionem antecedẽtis. ꝓbatur q̄ hoc non obſtat: q2 dare paupi in extrema neceſſitate eleemoſynã eſt de p̄cepto: ⁊ tñ eſt eleemoſyna. Secũdo arguitur ad idẽ: et ſupius in ſua materia allegauimus: per gloſſam ĩterlinearem. Matthei. vj. ſuꝑ illud. Cum ergo facis eleemoſynã. que dicit. Eleemoſyna eſt pars iuſtitie.

¶ Contra ſecundam & tertiam concluſionem arguitur ꝑ illud qḋ ſcribitur. j. q. iij. in. c. Peruenit. vbi G: eg. vij. multum rep̄hẽdit epõs dãtes bona eccleſie laicis: his ꝟbis. Vel qḋ grauius eſt ꝯſanguineis. pono totum caput. Peruenit ad nos (inq̄t) fama ſiniſtra q̄ q̄dã epoꝝ nõ ſacerdotibꝰ ꝓprie dioceſis decimas atq3 Chriſtianoꝝ oblatiões ꝯferãt: ſed potius laicalibꝰ ꝑſonis / militũ videlicet ſiue ſeruitoꝝ: vel / qḋ grauius eſt: cõſanguineis. Unde ſi q̄s amodo eps inuẽtꝰ fuerit huius diuini p̄cepti trãſgreſſor: ĩter maximos hereticos et antichriſtos / non minimꝰ habeatur: ſicut Nicena ſynodus



decreuit: ⁊ qui dat et ꝗ recipiunt ab eo laici: ſiue p̄cio / ſiue bñficio: eterni incẽdij ignibus deputenť. ¶ Rñdeť. grauius eſt dare ꝯſanguineis. ꝯſiderata affectione cõmuni inordinata hominũ qui dãt plus q̄ oporteat / et q̄dẽ diuitibꝰ. nã ceci ſunt epi erga nepotes ⁊ conſanguineos: ⁊ crebro dãdo / alios ſcãdalizant. ſed dãda eſt hec dos ſecrete vel ꝑ manum tertiã ne alij ſcandalizentur. pondera verba textus / que in totum ex induſtria poſui: vt videas quãtum pontifex deteſtetur ditantes laicos vel conſanguineos.

¶ Contra tertiã cõcluſionem & probationẽ eius arguo: q2 ex his ſequiť q̄ eleemoſynarius regis teneret ex pecunia regis potiꝰ ſuccurrere ꝓprijs ꝯſanguineis q̄ extraneo: qḋ nõ videť dicendũ. ꝯſequentia ꝓbať: q2 idem eſt quo ad adminiſtratiõem vtriuſq3. Reſpõdeť ꝯſequẽter ꝯcedẽdo illatũ. nã de pecunia data ꝓ eius ſeruitio notũ eſt eſſe ꝯcedẽdũ. etiã ꝓbabile eſt de alia portione quã teneť dare in pios vſus: q2 illic eſt p̄ſumpta volũtas dñi: imo ſufficit q̄ nõ cõſtet de oppoſita voluntate dñi. et q̄cq̄d ſit de dño terreno deus q̄ eſt dñs bonoꝝ eccleſie: dedit nobis p̄ceptũ naturale vt ſuccurramus noſtris: q2 nemo carnẽ ſuã vnq3 odio habuit. xiij. q. ij. Non exiſtimemus. Et ſi dicas. eleemoſynariꝰ potius teneť dare eleemoſynã paupi ꝯſanguineo domini ſui q̄ ꝓprio: ergo clericus ex bonis eccleſie teneť potius dare meliori iuuẽcule dotẽ q̄ ꝓprie filie: quia illa melior magis imitať deũ in bonitate / et eſt magis filia eius. Reſpondetur concedendo antecedẽs: ſed negãdo ꝯſequẽtiã. vtraq3 enim eſt filia dei. nã ipſe paſcit pullos coruoꝝ ⁊ oẽs q̄ inuocãt eum. Secũdo ſi illa eſt melior: melius continebit: ⁊ nõ eſt in tãto diſcrimine caſtitatis ꝑdẽde. modo maiori ꝑiculo citius occurrẽdum eſt. et ſi des vnã aliã inſtabiliorem filia ſacerdotis: ꝓbãdo q̄ ergo potius ei erit dãda dos: adhuc nõ habes ꝓpoſitum: cũ dicamus eſſe p̄ceptũ / ſuccurrere noſtris. ſed potes tot circũſtãtias addere: vtpote q̄ filia ſacerdotis nõ ſit in ꝑiculo caſtitatis ꝑdẽde: ⁊ externa ſit in magno diſcrimine: vt fatẽdũ ſit dotẽ eẽ dãdã externe. ¶ Sũmatim colligendo dicta: patet bñficiatũ poſſe licite immo eſſe deuinctũ in caſu dare dotẽ ꝯſanguinee vt habeat virũ ſue conditioni parẽ: nõ aũt vt diteť: q2 hoc eẽt deo data dicare Baal. quare ſi vir nobilis clericus habet filias: nõ habebit reſpectũ ad nobilitatẽ domꝰ ſue dãdo dotẽ: q2 hoc eẽt ditare filiã vel ſororem ex bonis pauperũ. Et patet alia via. cum mediocri viro ipa adeo bñ ſeruabit caſtitatẽ: imo melius q̄ ĩter magnas opes cũ opulento viro. et dos eccleſie dãda eſt ſolũ in pios vſus quatenꝰ ipa p̄ſerueť a pctõ. Inſuꝑ cũ minore pace manebit mulier iuncta nobili ⁊ opulento viro q̄ inferiori: q2 ſperneť eã ſucceſſu tẽporis. et ſi ꝯtingat ipm̃ cũ ea habere lites: vocabulũ (pater) obliuioni dabit: loco cuiꝰ ſupplemẽtũ capiet ꝑ ſacerdotẽ / vocãdo eã ſacerdotis filiã vbi inferior tacuiſſet. Preterea vir nobilis ⁊ opulentus nollet filiã ſacerdotis in ſacris genitã ducere vxorem niſi augeať dos vltra ſtatũ mulieris legitime nate ex ſimi ſtirpe qua ipſe: vt reddať pecunia equiualẽs huic macule mũdane q̄ ipa ſacerdotis filia appellať. volo dicere: fugibile eſt ducere filiã ſacerdotis: ſꝫ dabilis eſt pecunia ita eligibilis: vt illa nota eſt fugibilis. q2 nõ capiet eã ſine tali pecunia vel maiore q̄ que ſibi dareť a filia conſimiliter nobili ⁊ legitime nata. vir aũt lõge ĩferioris ꝯditionis multo minoris facit illã notã. ergo nõ mõ ditãda eſt filia ſacerdotis dãda nobili viro: ſꝫ exceſſiue ditãda ꝯtra canones omnes ⁊ eq̄tatẽ naturalẽ. Ex dictis quodãmõ deduci põt: q̄ q̄uis cleric ꝰ teneať frequẽtiꝰ dotare ꝯſanguineã q̄ externam: tñ nõ põt licite plus dare ꝯſanguinee q̄ externe. Et hoc itez ſic ſuadeť. nõ põt cõſanguineam ditare. ſed q̄libet externa mulier nõ diues eſt paup: et omnis paup eſt obiectũ eleemoſyne in hoc qḋ eſt poſſe ei eleemoſynam dare. igitur.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Vigeſima.

VIgeſimo quæritur. An clericus poſſit de rebus ſuis teſtari. Hanc queſtionem formamus: quia ipſa eſt neceſſaria pro euacuatiõe eorum que diximus in duabus q̄ſtionibus proximis. ſtatim enim nobis obijcietur conſuetudo prelatoꝝ teſtamenta cõdentium. Pro queſtionis ſolutione ponã concluſiones ſequentes. quaꝝ Prima eſt. Bñficiatꝰ poteſt teſtari de fructibꝰ quos habet licite acq̄ſitos nõ rõne bñficij: ⁊ bona illa relinquere in teſtamẽto cuicũq3 voluerit. ⁊ ĩtelligo niſi ſit obligatus eccleſie ſue de prodige expenſis vel aliũde. Probať hec ꝯcluſio. Laicꝰ poteſt de eiuſmodi bonis teſtari: vel clericꝰ non bñficiatꝰ: ergo ⁊ bñficiatꝰ. Antecedẽs eſt notũ: et patet ꝯſequẽtia: q2 illa bona non ſunt ꝑtinẽtia ad eccleſiã: ergo idẽ eſt iudiciũ de illis ac ſi nõ haberet bñficiũ. Secũdo arguť ad idem. Quilibet habẽs dominiũ aliquaꝝ rerũ põt de illis teſtari. ſed iſte bñficiatꝰ / illaꝝ rerũ habet dominiũ: ergo de illis rebus teſtari poteſt. cõſequentia tenet cũ minore: ⁊ maior patet: q2 aliquis talis teſtari poteſt: ⁊ eadem eſt ratio in omnibus: ergo illa vniuerſalis que eſt maior / eſt vera. Tertio patet de teſta. ⁊ vlti. volũ. c. j. ⁊. xij. q. v. c. Nulli. ¶ Secũda concluſio. Beneficiatꝰ de rebꝰ eccleſie poteſt teſtari / fructꝰ in pios vſus conuertendo. Probať. quocũq3 tꝑe vite poteſt bñficiatꝰ facere eleemoſynã de fructibꝰ bñficij: ſꝫ qñ teſtamẽtũ cõdit / eſt in vita. igiť. licet iſtud ꝓprie nõ ſit teſtamẽtũ: ſed de nominibꝰ non eſt certãdum. Probať etiã ꝯcluſio. c. Ad hec. de teſta. vbi Alexãder Tertiꝰ ſic inq̄t. Ad hec p̄ſentibꝰ innoteſcat q̄ clerici de mobilibꝰ q̄ ꝑ eccleſiã ſunt adepti / de iure teſtari nõ poſſunt: viuẽtes tñ ⁊ ſui cõpotes moderate valẽt aliqua de bonis ipis nõ rõne teſtamẽti / ſꝫ eleemoſyne intuitu erogare in egritudine ꝯſtituti. Hoc põt immo teneť largiri famulis rõne ſeruitij exhibiti de rebus eccleſie mobilibꝰ. et hoc diciť expſſe in. c. Relatũ. ij. in. §. Licet. vbi ſic inq̄t Alexãder Tertiꝰ. Licet aũt mobilia ꝑ eccleſiã acquiſita de iure in alios ꝓ morientis arbitrio trãſferri non poſſint: ꝯſuetudinis nõ eſt ĩprobãde: vt de his / paupibꝰ / religioſis locis / et illis q̄ viuẽti ſeruierãt: ſiue ſint ꝯſanguinei / ſiue alij: aliqua iuxta ſeruitij meritũ ꝯferanť. Ex hac cõcluſione ſequiť q̄ bñficiatꝰ poteſt rõne paupꝑtatis bona mobilia beneficij cõſanguineis in morte vel in egritudine impartire: hoc eſt quando ſunt pauperes. qḋ probatur. illa bona poteſt impartire pauperibus: et non tenetur magis illis q̄ iſtis: ⁊ conſanguinei non ſunt deterioris conditionis q̄ reliqui: ergo eis relinquere poteſt: occulte tamen ne alios ſcandaliſet: dũmodo ſit certus q̄ ſunt vere pauperes. Si vero aliqui externi eſſent extreme pauperes: iam obligaretur / ſuis poſthabitis / illis ſuccurrere. Ex his ſequitur q̄ poteſt immo debet relinquere famulis pro ſeruitio: et his qui damnum paſſi ſunt ratione eccleſie ſue / debet illud damnum reſarcire: cum alij nolunt ei remittere. ¶ Tertia concluſio conſequens ad dicta in q̄ſtione precendete eſt hec. Clericus habens beneficium vel duo: dũmodo valor fructuum nõ excedat ſtatum eiꝰ ⁊

vtilitatem quam in republica affert/habẽs partem illi⁹ pecunie collectam penes ſe / quia arcte vixit/poteſt de illa pecunia teſtari/eam relinquendo ↄſanguineo etiam diuiti. Probat̃ ſic. illius portionis effectualiter habet dominium:ergo illã pecuniam dare põt cui vult ĩ vita: ergo eam relinquere poteſt cui vult in morte. Secundo arguitur ad idem. ſigno duos ſacerdotes Sortẽ ꝛ Platonẽ eque vtiliter laborantes in politia eccleſiaſtica: habentes preciſe beneficia reſpondentia ſuis meritis. viuat ſortes arcte quotãnis colligendo aliquid in fine vite habeat vnam determinatam quotã/gratia exẽpli q̃ngentos francos:nihil colligat plato. Arguitur ſic. Plato nõ peccat expẽdẽdo totã illam pecuniam. ꝛ labor ſortis eſt ita vtilis ĩ politia eccleſiaſtica/vt opa platonis:ḡ iuſte poteſt tantum expendere:reſtringẽdo autem ſuã vitam/aliquam pecuniam ſeruabit de qua teſtari poterit. Non tamen ſic facerem:nec viro id conſulerẽ. nam poteſt nõ eſſe ſecurũ:quia forte non ſufficienter fecit inquiſitionem de ſtatu ſuo. quod tamẽ ego ſuppono in cõcluſione. ſic tamen facientem ſtante ſuppoſitione non auderem damnare:ſed indicium eſt ꝙ ſit magis memor carnis ꝛ ſanguinis q̃ Chriſti ꝛ orphanorũ ꝛ tot pauperum egentiũ. qui vix habent holera cũ pane furfureo ad ſaturitatem:ꝛ iſte pinguem porcum inſtar Epicuri impinguat. ¶ Quarta cõcluſio. Beneficiatus nõ poteſt de fructibus ſuperfluis beneficij relinquere in teſtamẽto diuitibus. Partem ſuperfluam dico vt vides que ẽ ſupra totã latitudinem reſpondentem meritis beneficiati:quam dico in pios vſus expendendam. hoc ſuppoſito probatur cõcluſio ſic. Nemo poteſt alienũ inuito domino conferre:quod enim noſtrũ eſt/ſine facto noſtro a nobis euelli non poteſt. vt in cap. Ab eo. de elec. libro vj. Qui etiam dimittit debita dei ſine cauſa:profecto deũ offendit. vt dicitur in cap. Si is qui. xxiij. queſtiõe. iiij. eſt deus eſt dominus bonorũ eccleſie ex precedentibus: ergo beneficiatus qui eſt horum bonorũ ſolum ꝓcurator/non poteſt eorum dominium in diuites transferre. Secũdo probatur idem. beneficiatus non poteſt hec bona tempore ſanitatis transferre in diuitem ſine ſeruitio ꝛ rationabili cauſa. ſed beneficiatus non habet liberius vel maius dominium in morte q̃ in vita. igitur. Et probari poteſt cõcluſio ex varijs determinationibus pontificum nam in. c. Cum in officijs. de teſtamẽ. ex conſilio Lateranẽ. ſic ſcribitur. Cum in officijs charitatis primo loco illis teneãtur obnoxij a quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe:econtra quidam clerici cum ab eccleſijs ſuis multa beneficia pceperit bona per eas acq̀ſita in alios trãſferre pſumũt. Hoc igit̃ q2 ãtiquis canonibus cõſtat inhibitũ:nos idẽnitati eccleſiarũ ꝓuidere volentes:ſiue inteſtati deceſſerint:ſiue alijs cõferre voluerit: penes eccleſias eadẽ bona precipim⁹ remanere. Hoc idẽ habet̃ in. c. Relatum eſt. ij. vbi ſic dr̃. Relatũ eſt auribus noſtris:ꝙ quia ſtatuimus in Latera. ↄſĩ. vt bona per eccleſiam acquiſita:ad eam in clericorum obitu deuoluantur:dubitatis an hoc ſit de ĩmobilibus tm̃ vel de mobilibus ſentiendũ. ꝛ infra. Reſpõdemus q2 generaliter bona quelibet per eccleſiã acquiſita eius dñt iuxta Lateranẽſe conciliũ poſt acquirentis obitum remanere. vbi gloſſ. in verbo(bona)arg. indefinite dictum generaliter accipiendũ. xix. diſtin. Si romanorũ. de priuileg. Quia circa ꝛ iſtud intelligitur:ſiue beneficij habeat adminiſtrationẽ:ſiue nõ. vt pꝫ per. ca. Relatum. iã allegatũ. ꝛ per. c. Cum in officijs. Dicentes autẽ oppoſitũ nõ ſufficienter/ vt opinor ponderãt determinationes pontificũ:ꝛ ratione de dominio beneficiorũ. ¶ Nec papa poteſt clerico poteſtatẽ indulgere. vt de bonis intuitu eccleſie acq̀ſitis poſſit libere teſtari vt dicit Panor. in. c. Cum eſſes. de teſta. ꝛ ad illud induco dictũ Symmachi pape quod habetur. xij. q. ij. in. ca. Nõ liceat. vbi ſic dicitur. Nõ liceat pape prediũ eccleſie alienare aliq̃modo pro aliqua neceſſitate. vbi gloſſa cõmunis:q̃rens quomodo Symmach⁹ poterat legẽ dare ſucceſſori ſuo: dicit. Sed certe lꝫ ſit ſolutus legibus: tñ ꝭm leges viuere debet. ff. de leg. l. Princeps. hoc nihil valet. nam legi poſitiue põt contraire. ſed ratio eſt:quia preter rationẽ eſt ꝙ illud quod eſt datum deo/ꝛ in vtilitatem communẽ pauperũ/detur alteri ꝛ potiſſimum diuiti. ¶ Secũdo arguitur. Paulus primus eremita teſtatus eſt tunicam relinquẽs Antonio/ꝛ collobiũ Athanaſio. vt ſcribitur. xix. q. iij. c. Perlatum in. §. Econtra. Idẽ fecit Hilarion Iſichio. Reſpondet̃ dupliciter. Primo eremita ſimplex puta non religioſus poteſt habere proprium et de illo teſtari:vt patꝫ ex ca. allegato. q2 non fecit votum paupertatis. Secundo dico ꝙ iſti heroici viri pauciſſima habebãt. nã collobiũ Pauli erat ex folijs palmarũ ↄtextum vix legata iſtorũ pede leuares de terra:niſi ob ſanctimoniã:quia artus ſacros terrenorũ angelorũ tegebant. Et ꝓpterea magnus ille Athanaſius/ꝛ Antonius illas magnas reliquias ſolum in die feſto paſche ferebant. Sed forte dices. Ariſto. in politicis vocat iſtos ſolitarios beſtiales:ergo vita eremitica nõ eſt bona. Reſpondeo. dupliciter aliqui vitam ſolitariã degunt. vno mõ quia ex malignitate nature nequeunt alijs ↄuiuere: et tales ſunt beſtiales. Alij querunt vitã ſolitariã ad reprimenda vitia vel ad fouẽdas contẽplationes:ꝛ tales vocat heroicos. vij. Ethicorũ. cõmunem vitã hominum in bonitate tranſcendẽtes:de quoꝝ numero erant Paulus ꝛ Antonius:ꝛ innumera eremitarũ caterua in Thebaide egypti:ꝛ in ſcythia:et Meſopotamia Syrie magnum reuera decus ꝛ gloria naſcẽtis eccleſie:quos laudabiliſſime Carthuſienſes hodierno die inſequuntur. Et licet aliquos philoſophos/eremitas quodammodo pro lege nature grecia habuerit:vt Parmenidem/Anaxagoram/Diogenem ꝛ ſimiles. quos primo poli. Ariſt. diuinos vocat:hos tamen ſi eremitis legis gratie ↄtuliſſet:dixiſſet illud Maronianum. Si ad vitulã ſpectes nihil eſt ꝙ pocula laudes. Sed eremite noſtri tẽporis ſũt duplices. Quidã ſunt inexplebilibus vocibus ꝓ queſtu laborantes. qui laudãdi nõ ſunt. Et propterea dicit gloſſa in. c. pfato. Qui vere ſunt ſicut locuſte/q̃ non habẽt regẽ. Aliqui ꝛ pauci ꝓprijs laboribus arctiſſime viuũt:q̃ ſunt laude digni. ¶ Nũc de clericorũ teſtamẽtis diximus in effectu/ꝙ clericus põt teſtari teſtamento ꝓprie dicto de patrimonio ſuo vel de peculio quaſi caſtrẽſi:ꝛ ſummatim de omni bono/qđ habent clerici/iuſte acquiſito extra fructus beneficij. hoc etiã eſt probabile de fructibus meritis inſeruientis reſpondentibus ꝛ collectis:dũmodo homo hos reſtrixit in ſeipſo/minus expẽdendo q̃ licite expendere poterat. ſed ſi ita faciat in fine dierum relinquendo diuitibus conſanguineis:non illuminarem ei cereum poſt mortẽ. ſignum nãq; eſt boni viri/deumq; timentis/ꝛ bene ſentientis in fide/iuſte ꝛ pie expendere in morte bona ſua ſi que habeat iuſte acquiſita. Hoc dico:quia neceſſarium ẽ ante oĩa iniuſte poſſeſſa reſtituere. tunc autem homo pie expendit quando vere pauperibus cõſanguineis vel externis amore dei relinquit. Sed ſi quis magnos ꝓuentus eccleſie habẽs penes ſe in morte/ita afficiatur cõſanguineis: vocet ex ipſis pauperiores/eis eleemoſynam largiẽdo:et parum vel nihil relinquat diuitibus niſi vt fideliter dẽt pauperibus. In pleriſq; autem locis mos eſt ꝙ heredes defũcti capiant prouentus beneficij vno anno: in aliquibus locis dimidio anno ſolum. ꝛ illud poteſt bene fieri. nam cõtingit ꝙ heredes ſoluant pro officio ꝛ exequijs defuncti ꝛ beneficiatus nõ reliquerit pecuniã ſufficientẽ. contingit inſuper heredes eẽ pauperes. cõ eſt hic ſermo de extrema paupertate. ſed de paupertate vulgari. in aliq̃bus autẽ paupertas facile deprehenditur: in aliquib⁹ difficulter. In quibuſdã ꝯo regionibus multo melius ſeruantur canones quo ad teſtamenta q̃ in alijs. Alicubi ſucceſſor defuncti ſuccedit in bonis mobilib⁹ que iterato relinquit ſucceſſori in morte/in epiſcopatibus et magnis beneficijs. At ſi aliquis prelatus pingue beneficiũ habẽs vel plura q̃ valeat/centies mille aureos nũmos relinquat in prompta pecunia vel vaſis precioſis ĩ morte:qui etiã nihil de ſuo ſtatu reſtrinxit in vita:an notus opulentus poſſit hec omnia bona pro ſe tenere non dãdo pauperib⁹:remitto ad romanorũ pontificũ canones:quos ſi in aliquibus regionibus cõſuetudine abrogatos dixeris:cõſulta cũ doctis ꝛ probis viris illius regionis:an in eam rẽ cadat conſuetudo. Et quia iam diximus ꝙ beneficiatus poſſit patrimoniũ relinquere proximis heredibus:illius gratia inquirã. An quis poſſit ſimul beneficium accipere q̃ patrimoniũ ſufficiẽs habꝫ de quo poteſt viuere ꝭm ſuum ſtatũ:q2 ſi patrimonium ſufficiat dũtaxat ꝓ dimidietate ſui ſtatus:ꝛ beneficium ꝓ altera dimidietate:non vertitur queſtio.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte
Queſtio Vigeſimaprima.

Igeſimoprimo igitur in hac diſtictione querit̃ An habens patrimoniũ ſufficiẽs ad ſe alendum poſſit beneficium capere:de de fructu illius deſeruiendo viuere. ¶ Reſpondet̃ cõter ad q̃ſtionẽ affirmatiue. probat̃. hñs pecuniã cumulatã artificio vel dono acquiſitã põt bñficiũ capere: ꝛ de fructib⁹ illi⁹ viuere:retinẽdo pecuniã in tota vita:ꝛ eã dãdo in teſtamentum in morte:ergo idem põt patrimoniũ habẽs. Hoc poteſt etiam ꝓbari ex determinationib⁹ pontificũ in queſtione precedẽte recitatis de teſtamẽto cõcedendo. mõ ille determinationes preſupponunt hominẽ poſſe licite tenere beneficiũ ꝛ patrimoniũ ſimul. Preterea arguit̃ ad idem. patrimoniũ habẽs põt tantũ in eccleſia laborare tã in cura q̃ extra curam/quantũ patrimoniũ non hñs:ergo debetur ei tantũ premiũ tpale quantũ non habẽti patrimoniũ:cõſequentia ꝓbatur. Naꝫ. j. ad Corinth. ix. dicit Apoſto. Qui altario deſeruiũt/ cum altario participant. modo iſte equale ſeruitiũ applicat altari ſeruitio alteri⁹. ḡ debet ſimiliter de altari viuere.

¶ Sed contra hanc concluſionem communẽ arguit̃ ꝑ illud qđ Hierony. Damaſo pape ſcribit ꝛ dictũ ẽ canonizatũ. xvj. q. j. c. ſi. §. Clericos. ꝟſi. Qui autẽ bonis ſic dr̃. Clericos autẽ illos ↄuenit eccl'ie ſtipendijs ſuſtẽtari quib⁹ parentũ ꝛ amicorũ nulla ſuffragãt̃ ſtipẽdia. Qui aũt bonis parẽtũ ꝛ opib⁹ ſuſtentari pñt. ſi qđ pauperũ eſt accipiũt/ſacrilegiũ ꝑfecto incurrunt ꝛ ↄmittũt:ꝛ ꝑ abuſionẽ taliũ iudiciũ ſibi mãducãt ꝛ bibũt. Idẽ dr̃. j. q. ij. Clericos. ꝛ. c. Paſtor eccl'ie. ꝛ. c. Sacerdos. ¶ Rñdet̃ ab aliq̃b⁹ ꝙ ille auctoritates ſunt ↄſilij. ſed iſto nõ ſufficit:vt ꝑ verba Hieronymi allegata iã patuit. Apparatus dicit ꝙ dictũ Hieronymi intelligit̃ de illis clericis q̃ eccleſie nõ ſeruiũt:ſed in illa incluſa ẽ Aurelianẽſe. vt pꝫ ꝑ verba beati Hieronimi. Dico ipm̃ itelligere qñ ſũt aliqui valde paupes ita idonei/ vt diuites qui habent ſufficiens patrimonium vnde viuant. in tali autem caſu non intelligo concluſionem/conformiter ad mentem illius ſancti patris. et hoc ſic coloro. Beneficium ob duo dandum eſt:primum et principale eſt: vt cultus dei rite impleatur. ſecundo intuitu perſone: ꝛ ad ſuccurrendum paupertati. modo duo concurrũt in iſto paupe:ratione quorũ ei debet̃ beneficiũ. quare collator huic diuini beneficiũ conferẽs/q̃uis ſit eque idoneus vt alter patrimonio ſecluſo/peccat: q2 dat minus idoneo:hoc eſt minus idoneo quo ad hoc. ſicut mediocriter diues eſt magis idoneus ad theologicã burſam Nauarre vel ad magiſteriũ theologie q̃ nihil habẽs ſecularis nec ſibi valens ꝓuidere q̃uis ſint equaliter docti. ſic in ꝓpoſito. ¶ Sed quero:an alter diues de quo nos loquimur in caſu peccet bñficiũ capiendo/in pñtia alterius ꝓuiſionẽ nõ habẽtis. ad hoc enim tendunt verba Hierony. Si dicas ꝙ ſic: ergo idẽ erit iudicium de habẽte magnã maſſam pecunie collectã:niſi ſit ignorãtia ĩuincibilis: vt pote ſi ep̃s neſciat de pecunia viri⁹. ꝛ opulẽtus magnã pecuniã habẽs in arca/tenuitatẽ alterius nõ nouit. Sed ſi q̃s habẽs patrimoniũ ſufficiẽs eſſet notabiliter magis idoneus q̃ paup:ei cõferẽdum eſt bñficiũ:q2 potiſſimũ in beneficio conferẽdo conſideratur vtilitas cõmunis que maior eſt in diuite in caſu. Et ille diues nõ tenet̃ beneficiũ relinquere: q̃uis idoneus paup ſuperueniat. ſecus eſt ab initio. Sed contra hoc arguit̃. ſupius dictũ eſt:ꝙ minus idoneus bñficium accipiẽs in pñtia magis idonei nõ peccat:nec bñficiũ collatũ tenet̃ reſtituere:licet alter peccet ↄferendo. ſed ille patrimoniũ habens alioquin idoneus/eſt ſimiliter idoneus:ergo nõ peccat bñficiũ tenẽdo:vel accipiẽdo. Si dicas: eſt inidoneus ob pñtiã paupis eque idonei:ergo peccat ꝛ bñficiũ accipiẽdo/et nõ reſtituẽdo idoneo. ¶ Rñdet̃. ſi patrimoniũ ſufficiat eũ alere ꝭm ſuum ſtatum:non ĩprobabiliter eſt idoneus ꝛ ad capiẽdum bñficiũ:ꝛ ad retinẽdũ. Si vero nõ ſufficiat:iã quodãmõ eſt paup:ꝛ põt bñficiũ ad ſupplẽdũ ſtatum aſſumere. vel ſi exceſſus idoneitas eius ſit magis ↄſiderãdus q̃ pauperis inopia:licet habeat ſufficiens patrimoniũ: omnino eſt preferendus. nam parum de magis principali eſt multo de minus principali preferendum. quemadmodum exceſſiue pauper et parum doctus vel prudens/ non eſt preferẽdus diuiti idoneo. Sed contra. ſint ambo Sortes et Plato eque idonei/Plato pauper/Sortes habens patrimonium ſuo ſtatui ſufficiens:ſi Sortes patrimonium ſuum conferret proximo heredi/efficeretur tunc idoneus: et non tenet illud patrimonium de rebus eccleſie: ergo eccleſie deſeruiens et patrimonium dans pauperibus:immo qđ amplius eſt/dãs vero heredi annue:vel in arca tenens: non propterea efficitur inidoneus. Reſpõdetur. licet argumẽtum vtcũq; ſuadeat: tamen ex dictis percipis conſequentiam negandam. Ex quo ſequitur ꝙ aliquis eſt inidoneus qui ſe facere poteſt idoneum quando vult. ¶ Secunda concluſio. bene ageret iſte qui habet patrimonium quo ſuſtentari poteſt: ſi deo ſeruiret ex patrimonio viuendo: et multo plus mereretur q̃ viuendo ex beneficio: quia plus deo gratis daret. quinetiam charitas eum ad ſuccurrendum fratri inopi mouere debet. et forte peccat tenens beneficium in caſu quo alter pauper eſt eque idoneus vt ipſe: et non habens beneficium. Alexander autem Halenſis in tertia parte. queſtione. lv. tenet ꝙ is de quo loquor poteſt tenere beneficium viuendo de fructibus illius: dummodo patrimonium in pios vſus expendat et non aliter. hoc etiam placet.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Secunda.

Vigeſimoſecundo circa hanc diſtinctionē queritur. An peccent prelati eccleſie in multitudine clientū: veſtium precioſitate: et ciborum ſuperfluitate. Reſpondet per ɔcluſiones. quarū prima eſt. In iſtis tribus plerūqꝫ beneficiati peccant. ꝓbatur. in his omībus laici excedendo peccant. ſed prelati eccleſie regula in his omnibus debet eſſe arctior. ſeruato moderamine in bonis crucifixi/ quorum eſt diſpenſator ⁊ non dominus/ expendēdis. Unde Apoſtolus. j. ad Timoth. vj. Habentes alimenta ⁊ quibus tegamur: his cōtenti ſimus. ac ſi dicei et bona mediocritate veſtiū et ciborum contēti ſimus. ⁊ magis ad defectum ꝙ̄ ad ſuperfluitatem hortatur Hierony. Aliena rapere cōuincitur q̄ vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. xlij. diſtin. c. j. Secundo arguitur ad idē. Eccleſiaſticos maxime decet eē caſtos: ſed caſtitas cōſeruatur parcitate cibi: ⁊ nō ꝑcioſis veſtibus: ⁊ clientum indomitorū multitudine. Quo ad veſtes teſtimonium eſt Chriſti: qui mollibus inquit. veſtiuntur: in domibus regū ſunt. Matthei. xj. Quo ad cibum Gratianus. xliiij. diſt. c. j. ex Hieronymo allegat dicēs. Uentris naqꝫ ingluuies ad luxuriam ꝓuocat facile: ⁊ omne opus bonum diſſoluit. Unde Hieronym⁹. Uēter ⁊ genitalia ſibimet ipſis vicina ſunt vt ex vicinitate membrorū ɔfederatio intelligatur vitiorū. hinc Nabuzadan pricepꝰ coquorum muros Hieruſalem deſtruxiſſe legitur: q2 venter cui multitudo coquorum deſeruit. edificia virtutū ad ſolum redigit. Sacerdos itaqꝫ de altari viuere nō luxuriari querat. vñ ait. Hierony. Tibi o ſacerdos de altari viuere: non luxuriari permittitur. Sic Gratianus Ad ɔuiuia autē ſuꝑflua reſtringēda ſacerdotibus ⁊ clericis ꝑcipitur: vt tp̄e comeſtionis diuinaꝝ ſcripturarū lectio habeatur. Uñ. xliiij. diſt. cā. penultimo ex ɔſilio Toletano ſic ſcribitur. Pro reuerētia dei ⁊ ſacerdotū id vniuerſa ɔſtituit ſynodus. vt q2 ſolēt crebro mēſis ocioſe fabule interponi/ in omni ſacerdotali cōuiuio lectio diuinaꝝ ſcripturarū immiſceatur. Per hoc enim ⁊ aīe edificātur ad bonū: ⁊ fabule nō neceſſarie ꝓhibentur. Inſuper arguitur ad idē. vel licet ep̄o habere duas treſqꝫ tuor veſtes/ ⁊ ſic aſcendēdo ſiue ſtatu: vel nō ꝑor pꝰ ē nota falſa: ꝙ̄ dabilis eſt ſtat⁹ tam in veſtiū multitudine ꝙ̄ in ipſarū ꝑcioſitate. Et eodē mō probare poſſum ſtatuꝫ in ciboꝝ multitudine ⁊ ſūptuoſitate: ⁊ de numero clientū: ⁊ coꝝ pōpoſitate. Inſuꝑ ꝑcipitur duas tunicas habēti vnā dare nō hñti. hoc ē: veſtiū ſuꝑfluitas ꝓhibetur: quatenus indigētib⁹ ſuccurratur. ⁊ hoc cuilꝫ laico ī aliquo euētu ꝑceptū eſt: ⁊ a fortiori hñtibus p̄rimoniū crucifixi. ꝑterea arguitur. ad idē. ſi liceret abūdare in his enūeratis vel in domorū pulchritudine: hoc maxīe eēt ꝓpter gloriā cleri. ⁊ ex ɔñti ad dei honorē. ſed hoc nō: q2 eſt van⁹ faſtus ⁊ mūdan⁹ ɔtra naturalē equitatē: ⁊ diſſipatio bonoꝝ paupib⁹ Chriſti mēbris dādorū: in quorū ꝑſona dicit. Qđ vni iſtorū dediſtis/ mihi dediſtis: ⁊ hoc quo ad laicos: ſed quo ad bōa eccleſie dicit. Reddite ceſari que ceſaris ſunt: ⁊ deo q̄ dei ſunt. Q2 nō ſit in gloriā cleri. pꝫ xij. q. ij. c. Gloria. ex Hieronymo dicēte. Gloria epiſcopi eſt pauperū opib⁹ ꝓuidere: ignominia ſacerdotis ꝓprijs ſtudere diuitijs. ⁊ poſt paulū. Multi edificant parietes: ⁊ colūnas eccleſie ſubtrahūt: marmora nitent: auro laquearia ſplendent: gemmis altare diſtinguitur: ⁊ miniſtroꝝ Chriſti nulla ē electio. Neqꝫ vero mihi aliqꝰ opponat diues in Iudea templū/ menſam/ lucernas/ thuribula/ patellas/ cyphos/ mortariola/ et cetera ex auro fabricata. tunc hec probabantur a domino quando ſacerdotes hoſtias immolabāt: et ſanguis pecudum erat remiſſio peccatorum. ꝙ̄ꝙ̄ hec omnia preceſſerint in figuram. Scriptum eſt autem ꝓpter nos/ in quos fines ſeculorum deuenerunt. Nunc vero cum paupertatem domus ſue pauper dominus dedicauit: portemus crucem: ⁊ delitias lutum putemus. hec ille. Amplius. meliores viros videm⁹ ab hac multitudine/ et pōpa tāqꝫ a lue politie eccleſiaſtice aufugere: ad aliud extremū declinantes. ergo ſignum eſt ꝙ iſtud extremum apud ſapientes eſt indecorum. Ultimo oſtenditur auctoritate Gregorij in quadā homilia dicentis. Sunt nonnulli q̄ cultum ſubtilium precioſarūqꝫ veſtium non putant eſſe peccatū. qđ tamen ſi culpa non eſſet: nequaqꝫ ſermo dei tā vigilāter exprimeret ꝙ diues qui torquebatur apud inferos/ byſſo ⁊ purpura indutus fuiſſet. Nemo quippe veſtimēta ꝑcipua: ſcilicet excedentia ꝓpriū ſtatum: niſi ad inanem gloriā querit. Et ꝑ eādem auctoritatem ꝓbare poſſum opipara prādia pernicioſa: q2 ille diues quotidie ſplendide epulabatur.

¶ Ex hac concluſione euidentiam habēt cōcluſiones ſequētes: quarum Prima eſt. grauiter peccāt p̄lati eccleſie: vt epiſcopi ⁊ abbates ſplendidam menſam more nobilium ⁊ opulentorum laicorū fouentes. aliqui etiā. xxx. aut. xl. equitibus aut plurib⁹ quotidie ſtipātur. ¶ Secunda ꝓpoſitio. peccāt in hoc ꝙ habent iuuenes male inſtitutos et indiſciplinatos comitū ⁊ baronū filios in ſuo comitatu: vbi deberent habere ſapiētes in lege dei cū aliquot paucis famulis cōpoſitis. ¶ Tertia ꝓpoſitio. adhuc grauius delinquitur apud aliquos nō erubeſcētes dare magnū ꝓuentum eccleſie alicui potēti comiti: vt ip̄e dicatur famulus ep̄i vel abbatis: ⁊ hoc tēpore pacis faciūt ad faſtū ⁊ ad ſupbiā: dicētes talē magnum virū a ſe ſuſtentari ⁊ ſtipendia annua ꝓ ſeruitio accipe. ⁊ quādo ille potens aduentat/ recipitur cum. xl. vel. l. equitib⁹: etiā cū vxore et ſua caterua. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Turpiter indoctum vulgus delirat potiſſimū in vtroqꝫ Britānoꝝ regno: extollēs p̄clatū vel aliū opipare et ſplendide ſe: ⁊ ſuos paſcentem nō modo capis: ſed etiā perdicibus ⁊ phaſianis. Ecce mores Sardanapalinos hic laudatos: omni ꝓbro inſectādos. Et ſi prouentus eccleſie in ſanguinem et famulos expendat: adhuc a vulgo effertur dicente: hic p̄elatus glorioſe ſuam domum ab imo erexit: ⁊ de ſuis famulis eſt optime meritus. et tamen ſapienti conſtat ꝙ ex deo dicatis edificat altare Baal. Regulariter quiquid vulgus deprimit/ extollendum eſt: ⁊ cōtra. ¶ Secūda cōcluſio principalis. p̄elatus eccleſie debet quādam honeſtam mediocritatem in veſtibus ſeruare. Probatur ꝑ Ambroſium in primo de officijs. Decor corporis non ſit affectatus: ſed naturaliter ſimplex/ neglectus magis ꝙ̄ expeditus: non precioſis et albentibus abintus veſtimentis ſed communibus: vt honeſtati vel neceſſitati nihil deſit: nihil accedat nitoris. Et hoc ſm̄ conſuetudinem proborum quibus conuiuitur: que cum tempore variatur. quemādmodum dicit Auguſtinus in tertio de doctri. Chriſtia. ꝙ talares ⁊ manicatas tunicas hr̄e apud veteres Romanos flagitiū erat: nūc aūt honeſto loco natis eas nō habere/ flagitiū eſt. Et cum exteriora īteriora indicent: ſi incedat homo veſte lutoſa ⁊ abiecta indutus, negligēs ⁊ imprudēs iudicatur. vnde. vij. Ethi. philoſophus dicit. Ad mollitiem ꝑtinet ꝙ aliquis trahat veſtimentum per terram: ⁊ nō laboret ipſum eleuare. ac ſi diceret: oportere laborez adhibere vt omnia ſint rationi conformia.

¶ Contra prædicta arguitur. Non eſt peccatum in veſtium defectu: nam ad Hebreos. xj. dicitur. Circuierunt in melotis/ in pellibus caprinis. Eodē modo ſi epiſcopus duos vel tres teneret famulos ⁊ quidem cōpoſitos: nō diceretur peccare. Similiter in cibo ſi ſemper a carnium eſu abſtineret. ſi autem nō ſit peccatum in veſtium defectu: nec erit in carū multitudine. et per conſequēs nec eſt mediū/ mediocriter veſtibus vtēdo: quia de ratione medij eſt inter extrema mediare. ¶ Reſpondetur negando ꝙ nō eſt peccatum in defectu: ſed hoc erit ſolū nō apponendo veſtes nō preſeruatiuas corporis ab externis vt a calore vel frigore quemadmodū aliqui ſancti fecerunt. vt dicit gloſſa interlinearis ſuper verbum (melotis) vt Helias ⁊ alij viri mundū relinquētes poſſunt tales veſtes deferre: quales erāt illi de quibus loquitur Apoſtolus illic dicēs. In ſolitudinib⁹ errantes: in montibus ⁊ ſpeluncis: in cauernis terre. talibus ergo heroicis viris/ vt Joanni Baptiſte et Helie ſufficit corpus ab extrinſeco vtcūqꝫ protegere. in ſignuꝫ cuius aliqui monachi Cluniacenſes pelles pro ſuperiore tunica deferunt. Et quia non ſunt in regione adeo calida/ vt eſt iudea que eſt ī quarto climate ſita: maiori veſtium multitudine egēt. ¶ Alia propoſitio. licet etiam viro curam animarum habenti veſtes ſolum corporis ꝓtectiuas deferre: nihil enim oppoſitum precipiēs: nec auctoritas. Et probatur ratione. ſi eſſent obligati diſcedere ab iſto rigore veſtium: hoc eſſet quia conuerſantur cum hominibus: ſed cum regibus ⁊ principibus cōuerſabatur Helias Theſbytes: vt ex libris regum notum eſt. Preterea aliqui fratres minores ad magnas animarum curas vocati ſunt: qui veſtes abiectas tempore prelationis deferre debēt: ergo ſecularibus illud eſt licitū: quia quod quis ſeruat ex voto: alius poteſt illud ſine voto ſeruare. Item aliquis pōt vouere deferre veſtes omnino detritas. qui ſi poſtea vocetur cum Aaron ad animarū curā regendā: poteſt veſtes attritas deferre. ¶ Tertia ꝓpoſitio. poteſt tamen quis laudabiliter deferre veſtes cū quadam mediocritate iuxta cōſuetudinem hoīꝫ ꝓborum cū quibus viuit: ⁊ quāto quis eſt famatior in vita. tāto viliores deferre debet veſtes. Aliq̄ camiſias ſtamineas: aliqui piloſas ad cutem veſtiunt vt caro dometur: ⁊ vt ſe ꝓ peccatis ɔmiſſis affligāt cū mediocritate veſtiū ſuperiorum. omnia autem ad actū mentis veſteꝫ deferentis reducenda ſunt. Aliqui tamē ad iactantiam ſordidas deferre poſſunt veſtes. vt ptꝫ ex. iiij. Ethicoꝝ. ⁊ per Auguſtinū in libro de ſermone domini in monte dicentē. Non in ſolo reruꝫ corporearū nitore atqꝫ pompa: ſed etiā in ipſis ſordibus ⁊ lutoſis eſſe poteſt iactantia: ⁊ eo ꝑiculoſior eſt/ quo ſub nomine ſeruitutis deū decipit. ¶ Quarta ꝓpoſitio. ſola bona ītētio ſi deſit prudētia/ nō ſufficit ad actū voluntatis de deferēdis veſtib⁹/ eſſe bonū. Exempli cā: fortes p̄elatus freno deaureato ⁊ ſella byſſina cum lapidibus multū precioſis vtitur ī gloriā cleri. adhuc actus eius nō eſt bon⁹: q2 plura requirūtur ad bonitatē actus voluntatis ꝙ̄ recta intētio: vt in ſecūdo Sententiarum declaratur. Et ſic cōcedo ꝙ bene faceret epiſcopus etiam pedes incedēs: habens ſolum duos famulos: ⁊ melius ꝙ̄ ille qui. xvj. habet. ſi eñ vita famulorū paucitati reſpondeat: oēs illi parebunt/ ac ſi quocūqꝫ numero clientū eſſet ſtipatus. Contingit tñ ꝙ vbi prelatus non veniat ad illum perfectionis apicem: expediat habere plures. Hoc concludēdo dicā. tendat quiſqꝫ ad defectum/ ⁊ ſe elonget a ſuperfluitate.



¶ Diſtinctionis Vigeſimequarte.
Queſtio Vigeſimatertia ⁊ Ultima.

Vigeſimotertio & vltimo circa hanc diſtinctionē queritur. vtrū clericus teneatur reſtituere fructus bñficij quos in mortali recepit. Reſpondet Angelus in ſumma. in ver. Clericus. et ſequitur Gabriel in. xv. diſtin. iiij. q. viij. per diſtinctionē hanc. Aut peccatum eſt notoriū: et ſic pro indubitato dicunt ꝙ tenetur reſtituere fructus. de occulto peccatore credunt ꝙ nō tenetur reſtituere: tutius eſt tamen reſtituere. Ratio primi ſm̄ eos eſt: q2 cum clericus ſit ſuſpenſus: perinde eſt ac ſi non reſideret. ſed omne peccatum notoriū inducit ſuſpenſionem a canone ne exerceat officiū ſuū. vt dicitur in. c. Ueſtra. de cohabi. cle. ⁊ muli. qđ licet loquatur in crimine fornicatiōis: tñ extēditur ad omne crimen notorium facti vel iuris. Nam conſtitutio penalis etiā quo ad penā extēditur ad caſum ſimilem ex idētitate rationis: ſi ratio conſtitutionis in ea eſt expreſſa. Cum autem dictum. ca. Ueſtra. per rationem peccati notorietatis: concubinarum notorium concludat eſſe ſuſpēſum: idem erit in omni peccato mortali notorio. Itē ſuſpenſus non iudicatur reſidere: ſicut perinde eſt/ non fieri/ ⁊ non rite fieri.

¶ Contra hec dicta pono duas concluſiones: quarum prior eſt. Certum eſt ꝙ occultus peccator non tenetur fructus reſtituere receptos tempore peccati occulti. et ꝑ conſequens nihil eſt dicere: tutius eſſe reſtituere: timidorum conſcientias pulſando: ac ſi ad reſtitutionem teneātur. Probatur. occultus peccator poteſt facere illa que ſuo officio incūbunt: ⁊ bñficiū datur ꝓpter officiū: ergo cū faciat officium: licite recipit bñficiū: hoc eſt ꝑbendā vel fructus. Aſſumptū patet: q2 non tenetur quolibet die celebrare miſſam. capiā ergo totū tēpus in quo non tenetur celebrare: iſte dicit horas: canit in choro: ⁊ facit cetera requiſita ad ſuū officiū. igitur. Preterea arguitur ad idē. Si nō facit fructus ſuos: hoc eſt ꝓpterea q2 peccat exercendo act⁹ ſui officij: ſed hoc nō īpedit: qđ ꝓbo dupliciter. Primo. nō oportet ꝙ peccet continuo/ exercēdo actus ſui officij. Secundo. et ſi peccat: adhuc facit fruct⁹ ſuos. qđ ꝓbo: q2 celebrās in mortali ꝓ ſex paruis albis/ lucratur pecuniā illam ꝙ̄uis ignoret an ſit in pctō: ⁊ tñ peccat celebrādo. igitur. Inſuꝑ niſi cōcluſio eſſet vera/ cōfunderetur vita clericoꝝ: nec ſcire poſſent quādo faciunt fructus ſuos: ⁊ quādo non. ¶ Secunda concluſio. notorius peccator faciens act⁹ officij ſui nō tenetur reſtituere fruct⁹ receptos. ꝓbatur. facit illud qđ ꝑtinet ad ſuū officiū. ergo ſicut in priori concluſione peccatū eius nō obſtat: vt ipſi cōcedunt de occulto pctō: nec ſola notorietas īpedit. igitur. Inſuꝑ nullo iure illud poteſt oſtēdi. ergo nō eſt aſſerendū illud qđ illaqueat hominū conſciētias. Probationes autem coꝝ ſunt inualide. Nam quādo dicūt ꝙ notoriū peccatum inducit ſuſpenſionē ne homo exerceat officiū ſuum: dico hoc eſſe falſum. et ꝙ cap̄. Ueſtra. de cohabi. cleri. et mulie. non extēditur ad ſimilia crimina vel grauiora ꝑ ſe non incluſa in ipſo. pene enim reſtringende ſunt et nō ampliāde. etiam pena huius canonis eſt abrogata per concilium Conſtantienſe: qđ Angelus confitetur. Alia ratio eſt nulla. nam idem eſt non reſidere et inutiliter reſidere: ſed cum iſte exerceat actus ſuo officio debitos: vtiliter reſidet.

VLtimo dubitatur circa res eccleſie. an prelatus poſſit res eccleſie alienare. Reſpondet᷑ q̄ nō. vt patet in cap. Nulli de rebus eccle. alienā. vel non. vbi ſic ſcribitur. Nulli liceat alienare rem immobilem eccleſie/ſiue agrū: ſiue ruſticum mācipiū: neq̄ ſpecialis hypothece titulo obligare. Alienationis autem verbū continet cōditionem/donationem/venditionem/permutationē. ⁊ emphiteoticum perpetuū contractum. Unde omnes ſacerdotes ab huiuſmodi alienatione abſtineant penas timentes quas Leonina cōſtitutio cōminatur. ¶ In quatuor tamen caſibus poſſunt res eccleſie alienari. Primus eſt neceſſitatis: vt ſi eccleſiam debita vrgeant: nec poſſit de fructibus ſatiſfacere. Secūdus caſus eſt vtilitatis. nam poteſt alienare rem vt habeat meliorem. per. cap. Ut ſuper. de reb. eccle. non alien. ⁊. xij. q. ij. ca. Sine exceptione. Tertius eſt pietatis cauſa: pro redimendis captiuis. xij. q. ij. Aurum. ⁊. c. Sanctorum. ⁊. cap. Sicut. Quartus caſus incōmoditatis cauſa: vt quia res alienāda ē magis dānoſa eccl'ie q̄ vtilis. xij. q. ij. Terrulas.

¶ Finem toti huic diſtinctioni imponēdo hec in ea maxime ſunt cōſideranda. Licet de numero ſeptenario vel nouenario ordinū nō ſint rationes magne efficacie: placet tamen plus amplecti numerum nouenarium. ⁊ q̄uis omnes ſint ſacri quia ſacramenta: q̄ tamen aliqui habent caſtitatem annexam que homines ſacros reddere ſolet: illi ſoli ſacri vulgariter appellantur. Pro ſola autē cōtinentia ſacerdotū multū inſudarūt patres eam vtiliſſimam politie eccleſiaſtice iudicantes: quare in ea non poteſt pōtifex diſpenſare ſiue de iure ſiue de facto: ad ſenſum antedictum. Preterea diximus ⁊ epiſcopos ⁊ curatos eſſe ex inſtitutione Chriſti: ⁊ ex eadem inſtitutione maximum pōtificem caput eccleſie diximus. qui ex inſtitutione Chriſti non habet dominium in temporalibus. ſed Conſtātinus ⁊ populus dederunt Syluestro ⁊ ſucceſſoribus eius multas terras ī Italia quarum eccleſia habet dominium. argumentū autem eſt infallibibile etiā pretermiſſis hiſtorijs. Nam primi pontifices has terras habentes non poterant violentia a potentiſſimis imperatoribus auferre. taceo de preſcriptione in illis. quare hoc reuocare in dubiū eſt ſolius imprudentis. Poteſt autem eſſe diſputatio verbalis an habeat dominium in tēporalib⁹ ſuper reges: dūmodo tamen maneat eadem ſententia: de verbis non ē curandum. ¶ Et ne aliqui mediocris ſolum intelligentie fallantur in his que dicere volo: adhuc paucis clare repetam. Dico reges non eſſe vaſallos Romani pontificis: nec tenere regnum ab eo ſed a populo libero cui preſunt: nec pōt eos deponere a regno. imo ſi iniuſte ⁊ via facti hoc attētaret: poſſent ſe ferro tā via facti q̄ iuris tueri. quapropter in hoc nō peccauit Philipp⁹ pulcher reſiſtēdo Bonifacio. viij. Nō tñ nego q̄n ſi rex abuteretur ptāte iudicio prudētū neutrorū q̄ iudicarēt regē eſſe deponēdū: q̄ ipm regnare ſit in pnicié reip. chriſtiane: multū poſſit pōtifex facere ad ei⁹ depoſitionē. et hoc mō hz dñiū cōſultiuū ſiue directiuū/an aūt ipe tūc deponeret caſualiter regē/an ppl's parū refert. Sed vbi rex ⁊ ppl's ei ſubiectus ptinaciter pſiſteret in hereſibus: dico pōtificē in illo caſu habere auctoritatē exauthorādi regis. ⁊ hoc ē aliquo mō habere dñiū. Silem ſniam videas apd Panor. in. c. Nouit. de iudicijs. ⁊ reliq̄s canoniſtas: lz alio mō loquēdi vtant᷑. Querit Panor. in. c. Quid valet pōtifici habere gladiū materialē ſup ipatorē cū nō poſſit eū exauthorare: nec de iure: nec de facto: hoc ē factū nō tenet niſi fuerit rōnabilis cā iudicio prudētū: vt nūc exēplū poſuimus. ⁊ idē habet in ſentētia. Rūdēdo dicit valere ad multa. ſed q̄cq̄d ſit de multis: vnū v̄bū ſolū dicit in ſentētia. ſ. q̄ in his q̄ ſcandalizāt rēpublicā Chriſtianā: papa poteſt ſe intromittere rōne ꝑminētie ſue. hoc ego concedo. ſane fruſtra canoniſte v̄borū ꝓdigalitate laborāt ꝓ hac ꝑcellētia in tēporalib⁹: quā prudens nullus negabit. Ergo idē eſt dicere: habet dñium ſup reges in tēporalib⁹: et nō habet dñium ſup eoſdem: dūmō eīn habeat᷑ eadem ſentētia: nullo mō eſt cōtradictio: q̄ cōtradictio nō eſt ſolū v̄balis: ſed etiā realis. Cōcedo itaq̄ illud cōmune dictū. Papa habet vtrūq̄ gladiū. ſed in ſenſu quo vtor. habet enim tēporalē in habitu vt ante expoſui in ſua q̄ſtione: vel caſualiter. regulariter aūt nō habet: imo non poteſt extrahere illū gladiū e vagina ſi velit. Non pōt itē legitimare ſpuriū in tēporalib⁹ vt ſuccedat in dominio paterno in Frācia vel in Hiſpania: ⁊ tñ hi reges poſſunt illud facere ꝓ rōnabili cā: ꝓ qua pōtifex nō pōt: quare nō habet dñium ſup reges regulariter. vel ī hoc mō loquendi vtererīs ad diſcrimē verbale tollēdum. Gladiū vero ſpūalē habet immediate: hoc eſt exercet īmediate et actualiter ꝓ rōnabili cā q̄n vult. Alterum gladiū. ſ. tēporalē nō habet niſi caſualiter: vt q̄n vrgētiſſima cā iudicio ſapiētū occurrit. vt ſi a. rex eſſet reipublice Chriſtiane inutilis: et niteret᷑ ptinaciter ⁊ incorrigibiliter populū ſibi ſubiectū deducere in ꝑnicioſas hereſes: et populus nollet eū extrudere regno: ſz etiā malitioſe fouere: in illo caſu dico maximū pontificē habere poteſtatē a deo collatā talē regē a regno pellēdi: ⁊ vocādi reliquos Chriſtianos in ſuū auxiliū. ſed vbi populus eſſet paratus talē exauthorare: ad populum ſpectat: nec debet pōtifex aliud expetere: cū rex habeat auctoritatem īmediatā et radicalē a populo: q̄ talē regno deſtituet ꝓ ſuis meritis. Quid amplius debet inquirere pōtifex: dicēdo q̄ hoc faciat auctoritate ſua/q̄d alij negabūt: ſufficiat ei vt bñ ꝓuideat᷑ eccleſie dei quā accepit gubernādā: ⁊ nutriat pacē cum populo ſibi ſubiecto. Sed vix hoc prodigium euenit poſt fidem ſuſceptā. Non loquor de poteſtate pontificis in imperatorem: q̄ fortaſſis ſuper eum maius habet dominium quo ad aliquas terras Italie/q̄ ſup reges. Hanc materiā tam inter pontificem et reges q̄ inter imperatorem et reges: alibi prolixius deduco. propterea hec pauca nunc dixiſſe ſufficiat. ¶ Preterea diximus collatorem beneficij eſſe obnoxium ipſum cōferre magis idoneo minus idoneo relicto. Utinam pontifices non ita facile diſpenſarent cum iſta beneficiorū pluralitate: ſed optimas leges a prioribus pōtificibus ſuper hoc compoſitas ſeruarent. et multo magis preſtaret: vt opinor: etiā cum bene meritis non diſpenſare q̄ ſic promiſcue cum quolibet rogāte diſpenſare. Non tamē me fugit q̄n aliq̄s bñ meritus iuſte teneat plura beneficia. Summa laude efferendus eſt Benedict⁹ Duodecimus. qui nec minis regum: nec blādicijs principū vel conſanguineorum poterat vnq̄ a recto flecti. a quo cum quidā peteret diſpenſationem ꝓ duob⁹ epiſcopatib⁹: aſſerēs ſe filium regis: reſpōdit. ⁊ ſi filius dei eſſes: in hoc non diſpenſabo. Et cū cōſanguinei ei inculcarēt q̄ ratione ſanguinis deberet ſibi ꝓuidere/ac condeſcēdere: cauillādo egregie reſpondit verbum tāto pontifice dignum dicens Romanum pontificem non habere conſanguineos. O virum ſummo ſacerdotio dignum. O decus Ciſtertij O virum cum beato Bernardo luctantem: vter virtutem magis inſequatur. ciſternas nouas ex vna parte cētri virtutis fodit Bernardus: quatenus cētrū virtutis ꝑ methodos itactas attigeret. at Benedictus angelico more virtutibus ſtipatus centrū virtutis indice monſtrat: volens in ſeipſo verificari hoc elogiū/ſm nomen. ita ⁊ laus eius. Uides hos plurales nunq̄ ſatiatos/ſemper ſollicitos: nunc circa inanē gloriam: nūc circa auaritiam. ⁊ crebro pecunie expertes ⁊ īdigos. nā propinqui ⁊ cognati ſuadentes eis hec beneficia coaceruare: omnia vocāt. ⁊ quod nō capit Chriſtus hoc capit fiſcus. E diuerſo aliquos vides pauciſſimis contentos ⁊ quidem iucundiſſimos: pecunie non indigos. Utinam etiam reges/hos inutiles curtales non ꝓmoueret: nec apud maximum pontificem intercederēt pro inidoneorum promotione. plurimum certe peccantes eccleſie labefactātes clerici cōmorantes in curijs q̄ non vocati accedunt ſolum pro beneficiorum adeptione quod indiciū eſt tam auaritie q̄ ambitionis

¶ Diſtictionis Uigeſimequinte. Queſtio. Prima

QVia magiſter in iij. ⁊. iiij. capitulis huius xxv. diſtinctionis de ſimonia loquit᷑: idcirco de ea querā aliqua: ꝑmo q̄d ſit ſimonia. quia quid nominis ē principiū doctrine. in queſtionib⁹ ſequentibus locutus in ſpeciali de caſibus prauitatis ſimoniace ſuſpectꝫ. ¶ Simonia cōmuniter ſic defini᷑. Simonia eſt ſtudioſa volūtas emendi vel vendendi ſpirituale vel ſpirituali annexum. Sed Hoſtienſis dicit hanc definitionem eſſe diminutam/⁊ addendū eſſe (cum opere ſubſecuto) quia in ſolo affectu non eſt ſimonia. ad hoc canones allegat. vt. j. q. j. ca. Qui ſtudet. Et eum cōmuniter canoniſte ī hoc ſequuntur in ca. fi. huius tituli. Sed nec omnino placet aliorum definitio: ⁊ ea quam ipſe facit/minus valet: ac illam particulam male ſuperaddit. Aſſertiones has ſic oſtendo. Omnis ſimonia eſt peccatū commiſſionis: nulla voluntas eſt peccatum cōmiſſionis/cum ſit anima: ergo nulla voluntas eſt ſimonia. cōſequentia tenet in ſecūdo modo ſecunde figure. Sed dices. volūtas capitur loco volitionis. Cōtra hoc arguo. hic adhuc eſt ſimonia. nolo dare beneficium niſi habeam pecuniam: et tamen non eſt volitio. Secundo male additur (ſtudioſa) quia vel per (ſtudioſa) intelligis frequentationē actuum vel deliberationē in actu. Non primū: quia ſi primus act⁹ non fuerit ſimonia: nec aliquis poſterior. Non ſecundū: quia motus ſecundo primus ſimoniacus/vel actus plene deliberatus eſt ſimonia. quod patet in omnibus inductiue de odio/ira/⁊ periurio/ īdeliberatis: que manent denominatione totius. ¶ Cōtra dictū Hoſtiēſis arguitur ſic. probādo q̄ ſit aliqua ſimonia ſine opere ſubſecuto. ⁊ hoc ſic. Iſte actus eſt peccatū/volo emere beneficium pecunia: ⁊ ad nullum aliud vitium ſpectat q̄ ad ſimoniā. igitur. Inſuper ſimonia a Simone mago procedens ⁊ nomen infame gerēs/non habuit opus ſubſecutū. vt videre eſt Actuū. viij. Preterea qui vult mechari ⁊ nō mechat᷑ in ope/mechiā cōmittit/ſicut ope adiplēs: iuxta ſaluatoris ſniam. Matth. v. Qui viderit mulierē ad cōcupiſcendum eā: iā mechatus ē eā in corde ſuo. Canones aūt inducti itelligūt᷑ de penis canonicis no illatis: vt de ſuſpēſiōe ⁊ hmōi. ¶ Aliter ergo definitio ſimoniā ſic. Simonia ē volitio ī forma vl' in valore emēdi vl' vēdēdi ſpūale vel ſpūali annexū. Hic emere ⁊ vendere extēdūt᷑ ad omnē cōtractū non gratuitū. Dixi (in valore) ꝓpter talē actū: nolo dare beneficiū niſi habuero pecuniam: qui in ſe parit volitionē. Omnes autem ſpiritualium emptores vel venditores ſimoniacos appellant. Et eodem modo de ſuis annexis. Uñ cap. iij. dicit Magiſter. Nā quiſquis horum alterum vendit ſine quo alterum non habet᷑: neutrum vendere derelinquit. Et patet per Paſchalē papam. j. q. iij. ca. Si quis obiecerit. quia idem iuris eſt in vnum connexorum quod in reliquum. iij. q. v. Hec quippe. et. ff. de iureiurā. Eū qui. §. Si libertus: ergo ex ratione ⁊ vſu loquendi patet diffinitionem eſſe bonā. Et licet Balaam prophetie donum vēdere voluerit: vt patet Numeri. xxij. ⁊ recitat Petr⁹ in canonica ſcdā. c. ij. dicēs. Cor exercitatū in auaritia habētes: maledictionis filij: derelinquētes rectā viā errauerūt: ſequuti viā Balaā ex Boſor q̄ mercedē iniq̄tatis amauit: correptionē vero habuit ſue veſanie. ſubiugale mutū aīal in hominis voce loquēs ꝓhibuit ꝓphete inſipiētiā. In Epiſtola quoq̄ Iude ſcribit᷑. Et in errore Balaam mercede effuſi ſunt. Et Giezi ꝓ cura lepre ꝑciū accepit. iiij. Reg. v. hec tñ peſtis nō vocat᷑ Balaamia/nec Gieziā: ſed ſimonia. Nomina enim ad placitum ſignificāt. Nec eſt querēda vrgēs ratio. licet congruētia hic dari poſſit quare ſimonia vocet᷑: a Simone ſcꝫ mago q̄ emere voluit ſpūale vt iterato vēderet: et in lege grē. iuxta illud Baptiſte Mantuani in ꝑmo noro Alphonſi dicentis. Uolitāſq̄ ꝑ aera Simon Infamis magus et lucri execrabilis auctor. ¶ Ex dictis infero aliquas ꝓpoſitiones: quarū Prima eſt. Idē valet dicere: eſt ſimonia: ⁊ emit᷑ vel vēdit᷑ ſpūale vel ſpūali ānexū. Secūdo ſequit᷑ q̄ ſimonia eſt mentalis: ⁊ ꝑ cōſequēs multū ignota: licet ꝑ exteriora nōnūq̄ hoīes in notitiā eius ꝑfectā vel caliginoſam deueniāt. Tert⁹ aūt in. c. Mandato. de ſimo. in antiq̄s. de mētali ſimonia loquēs dicit q̄ ſufficit delinquentib⁹ ꝑ ſolā penitētiā ſatiſfacere ſuo creatori: ⁊ eos ꝓ ſimonia huiuſmodi nō teneri. hoc eſt: poſt penitētiā nō ſunt ſimoniaci: ⁊ pene iuris nō ſubijciūtur. Tertio ſequit᷑ q̄ aliqua ē ſimonia ſine pacto. vt Simonis magi. Quarto ſequit᷑ q̄ Romanus pōtifex pōt ſimoniā cōmittere vt alius. Nā tota definitio pōt ei cōpetere. Et ꝓptere a ab illa abhorrebat Petr⁹ ne pecuniā a Simone mago acciperet. Quinto ſequitur q̄ aliqua eſt ſimonia cōditionalis. vt vellem emere beneficium ſi iſte vellet vendere. aliq̄ eſt abſolute categorica. Sexto ſequit᷑ q̄ nō omnis ſimoniacus tenet᷑ ad reſtitutionem. q̄d patet: q̄ aliquis eſt ſimoniacus qui nihil ſimoniace habuit. Septimo ſequit᷑ q̄ aliq̄s eſt ſimoniacus in quo nō eſt actus ſimonie: vt dormiēs: vel actū nō habēs qui beneficiū emit: ⁊ adhuc non ſufficiēter penituit. habit⁹ enim nō ſufficit aliquē denominare ſimoniacum. vt patet de habitu remanente: actu ſimonie purgato. Octauo ſequit᷑ q̄ hec peſtis fuit in eccleſia anteq̄ vocaret᷑ ſimonia. patet ex dictis. Nono. īterdū eſt ſimonia ex parte vendentis tñ: interdū emētis tñ: nonnunq̄ ex parte vtriuſq̄. Decimo ſequit᷑/q̄ aliq̄s eſt ſimoniace ꝓmot⁹ qui tñ nō eſt ſimoniacus. patet ſi parētes Titij penitus ignorantes ei bñficiū emāt: iā titulo ſimoniaco bñficiū acquirit: et cū ſit in ignorātia inuincibili nō eſt ſimoniacus. Similiter aliquis eſt ſimoniacus ⁊ non ſimoniace ꝓmotus: vt quādo epiſcopus dat alicui iuſtū titulū in bñficio: ⁊ alter mentaliter vellet bñficium emere: ſed in opus nō exit. Tertius eſt ſimoniacus ſimoniace ꝓmotus. q̄ autē aliquis ſit neq̄ ſimoniacus neq̄ ſimoniace promotus: non cadit in dubium.

ſi bt⁹ petr⁹ accepiſſ. pecuniam oblatā a ſi mone peccaſſ. pfcto ſi monie

¶ Iam paucis cōtra definitionem inſtabo. pro intelligentia iſtius vocabuli (ſpirituale ⁊ ſpirituali annexū). Argui᷑ ſic. Simoniacū eſt vendere ſa

cramenta:et tamen ipſa ſunt pure corporalia / vt in ſingulorū ſacramētorum exordijs explanare conati ſumꝰ. Forte dicis:ſunt annexa ſpiritualibus. Contra. ſic ſunt fructus beneficiorū:libri ⁊ calices: qui tamē venduntᷣ. ¶ Reſpondetᷣ. quis poteſt ſic capere ſpirituali annexū vt ſpiritualia includat. ⁊ econuerſo. ſed illa nō eſt intentio definitionis. Spirituale cōcretum vocabuli; ſpiritꝰ in vna acceptione corpori non cōuenit. quomodo dixit Chriſtus. Spiritus carnem ⁊ oſſa non habet. Luce vltimo. Dicimus tamen virum deuotū ſpiritualē: ⁊ viſionem magis ſpiritualem ꝙ̄ auditionē. quia ſm materiā ſubiectam ſermones accipiendi ſunt / vt vulgo dicitur. Aliquid autē eſt ſpirituale per eſſentiā: vt gratia ⁊ virtutes. Secūdo per cauſalitatem: vt ſacramenta que ſūt cauſa gratie/characteris vl' ornatꝰ in anima. Tertia ſūt ſpiritualia per effectum. Contra hoc arguitur. ſic actꝰ meritorius eſſet ſpirituale ſecūdo modo. ⁊ homo predicās vel docens:ſimiliter ſcientia creata que vēdi poteſt nō ꝙ de ſubiecto in ſubiectū tranſeat: ſed de per accñs ad venditionem ſcientis:vel ſciens ſcientiā producit in alium:⁊ ratione illius poteſt capere precium temporale vt poſtea dicetur. Dico ſpirituale in ꝓpoſito eſſe illud quod ordinatur ad opus quod miraculoſe ⁊ ſupernaturaliter ſperatur a ſpiritu ſancto:exempla ſunt: vt ſacramenta que ordinantur ad infuſiones gratie virtute operis operati dare virtutem:miraculoſe infirmum curare: varijs loqui linguis:prophetizare:et cetera id genus. ꝓpterea Heliſeus nolebat accipere aliquid ꝓ miraculoſa cura Naaman Syri. ⁊ illud quadrat cū reſponſo Petri Actuū. viij. Cum vidiſſet autē Simon quia per impoſitionem manus apoſtolorū daretur ſpiritus ſanctus (hoc eſt eius donum:videlicet loqui varijs liguis:⁊ more apoſtolorum ſupernaturaliter agere) obtulit eis pecuniam dicens. Date ⁊ mihi poteſtatem/ vt cuicūqꝫ impoſuero manus/accipiat ſpiritum ſanctū. Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum ſit in perditionē quoniam donum dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Et Matth. x. Chriſtus ꝑmiſſis miraculis apoſtolis dādis ſubiūxit. Gratis accepiſtis:gratis date. ſupple hoc. Si autem theologia eſſet alicui īfuſa vel alia ſcientia:quā homo naturaliter alios docendo applicat:pro laborib' ⁊ ſcientia quam docet/poſſet capere lucrum:ſicut ꝓ ſcientia naturaliter acquiſita. Ipſa igitur ſacramenta ⁊ facere illa ſupernaturalia ſunt ſpiritualia. Annexum ſpirituali eſt ius quod habet aliquis in fructibus percipiendis ratione officij diuini:⁊ illud ꝙ ad tale officium ꝑcise manutenēdum ordinatur: vt in fine ſeptime queſtionis dicetur. labor autē licet hic annectatur:eſt vnum cōmune:quod ī quolibet officio eſt neceſſarium. quare nō eſt ſpirituali annexum. et ſicut ſcientia acquiſita non eſt ſpirituale in propoſito: ita nec libri nec alia neceſſaria ſunt ſpirituali annexa vt in propoſito capimus. Ex quo ſequitur ꝙ nō oīe ſpirituale per eſſentiam eſt ſpirituale vt in ꝓpoſito capimꝰ:qꝺ patet de ſciētia acquiſita.

¶ Sed aliqui tenent ꝙ labor in ſpiritualibꝰ exhibitus nō eſt venalis. ſic enī tenet Durāduˢ ⁊ Paludanus:quia ſecus dicēdo eēt palliatio ſimonie: nec eſt veroſimile(dicūt) ꝙ ꝓ tam paruo labore daretur tantum pecunie:vt videmꝰ in celebrāte miſſam : cui ſex paruis albis porriguntᷣ. Sed ille rōnes nō ꝯcludūt. Ratio ē:qꝛ celebrās vel aliud diuinū officiū faciēs ꝓ pecunia pōt dicere ſe pecuniam capere ratione ſuſtētationis quod eſt licitum ſm omnes. Et ſic eſſet tanta palliatio in vendendis ſpiritualibus accipiēdo pecuniā ratione ſuſtētationis. ꝙ̄ ratione laboris. Nec aliud ꝯcludit:ꝙ ꝓ tā paruo labore quem habet ſacerdos celebrādo capiat ſex paruos albos. qꝛ illos capit tā rōne laboris ꝙ̄ rōne ſuſtētatiōis. nā celebrādo opus totius diei compleuit. Pro veſpis enī ⁊ alijs horis nihil ei conferri ſolet. Etiā vnus pro paruo labore plus capit ꝙ̄ alter multum laborās. vt aduocatus:⁊ ferēs lapides. Et ꝙ ꝓ labore accipere liceat:patet Numeri. xviij. vbi ſcribitᷣ. Filijs Leui dedi oēs decimas Iſrael ꝓ miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo federis. ⁊ paulo poſt ſequitᷣ. Comedetis eas vos ⁊ familie veſtre:qꝛ ꝑciū eſt ꝓ miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonij. Hinc tenet gloſſa in ca. Significatū. de ꝑbē. ꝙ licet ſacerdoti locare operas ad certū tēpus:⁊ recipe mercedē ꝓ ſuo labore: ſi alioqn rōne bñficij ad hoc nō tenetᷣ:conformiter ad legē diuinā vnicuiqꝫ mercedē ſm ſuū laborē reddentē. hoc itē tenet Bonauētura hic. Preterea aliud eſt qꝺ multū mouet. Nā facultas nr̄a a. xxxiiij. annis ꝑteritis cōtra fratrem Ioānē Angeli qui in. iiij. articulo ſic ꝑdicabat. Curatus parochialis nihil debet recipe a parochianis ſuis ꝓ ꝯfeſſione et ſacramētoꝝ adminiſtratiōe. ſic definiuit. Hec ꝓpoſitio eſt ꝯtra diſpoſitionē iuris naturalis et diuini expſſe:ideo falſa ⁊ notorie heretica. Nam ſacerdos non capit ꝓ ſacramētis ſed ꝓ eoꝝ adminiſtratione:que actionē ⁊ laborē īportat. ¶ Sed vtrū qs ꝓ doctrina/cōſilio/vel teſtimonio poſſit accipe pecuniam : eſt materia ꝓblematica. Altiſiodorꝰ. iij. parte. q. penul. de ſimonia. dicit ſimoniacū eſſe aliqͩ cape ꝓ doctrina. bene aūt capit qs ꝓ labore:vt ſacerdos cōductus accipit ꝓ labore. quē modū Alexander Halēſis in ſcda parte inſequitur. Alius aūt modus eſt ſicut cōmunior:ita et veriſimilior: ꝙ actꝰ ſpūales a ſpū creato ꝓcedētes vēdi poſſunt. probatᷣ:qꝛ alioqn non liceret artifici pecuniā ꝓ ſuo artificio cape:cuius oppoſitū aſſerunt oēs. Nec ſufficit dicere ꝙ capit rōne laboris. qꝛ ſic ſemper magis laborās deberet plus cape:qꝺ eſt falſum. Itē iuriſpitꝰ cōſiliū:⁊ aduocatus patrociniū vēdere pōt. ¶ Sed ꝯtra iſtud arguitᷣ argumēto Altiſiodori. Ars fabrilis vendi nō pōt:ergo nulla ars. añs ptꝫ:qꝛ eſt donū dei:vt dicit gloſſa īterlinearis. Exodi. xxxj. ſup illud. Et īpleui eū (Beſeleel) ſpū dei ſapiētia ⁊ intelligētia: ⁊ ſciētia in oī ope ad excogitādum qcqͩ fabrefieri poterit. Rñdetᷣ. licet q̄libet res mūdi ſit donū dei et ars quecūqꝫ illuminās intellectū: tñ hoc nō ſufficit ad ſpūale ī ꝓpoſito:vt ptꝫ ex dictis. ¶ Secūdo arguitᷣ. poſſe vēdere ſciētiā ſine ſimonia eſt cōtra determinationē Romani pōtificis de magiſt. c. j. ⁊ .ij. nam in ca j §. Pro licētia ꝟo docēdi. ſic ſcribitᷣ. Pro licētia ꝟo docēdi nullus ꝑciū exigat:vel ſub obtētu alicuius conſuetudinis ab eis quos docet/aliqͩ q̄rat. Et in. c. ſequēte. Prohibeas ne in parochia tua ꝓ licētia docēdi exigatᷣ aliqͩ:aut etiā promittatᷣ. Si qͩ ꝟo poſtea ſolutum fuerit vel ꝓmiſſum:remitti promiſſum facias:⁊ reſtitui ap. ceſſante ſolutū:ſciens qꝺ ſcriptū eſt. Gratis accepiſtis/gratis date. ¶ Rñdetᷣ negādo ꝙ illud qꝺ diximꝰ ſit ꝯtra pōtificis determinationē. Illic enī nō ꝓhibetᷣ accipere aliqͩ ꝓ doctrina:īmo licitū eſt ⁊ cape et petere tā ꝓ doctrina ꝙ̄ ꝓ labore in docēdo habito:ſi qs nō fuerit ad hoc ſtipendijs deuinctus. Sed ꝓhibet illic pontifex cape pecuniā ꝓ dāda facultate alicui ad docēdū: qꝛ ſic inidonei eſſent admiſſi. Et ꝓpterea in. c. j. de magiſt. allegato ꝓhibet pōtifex negare idoneo facultatē docendi inquiēs. Nec docere quēqꝫ niſi q̄ ſit idoneus/petita licētia illis interdicat. Qui aūt ꝯtra hoc venire ꝑſumpſerit:ab eccleſiaſtico fiat bñficio alienus. Dignū qͥppe videtᷣ vt in eccleſia fructꝰ ſui laboris nō habeat: q̄ cupiditate animi dū vēdit docēdi licētiā:eccleſiaſticū ꝓfectū nititᷣ īpedire. Et ꝓpt̄ea Cardinalis Cameracēſis quādā tractatulū ꝯtra Cācellariū Pariſiēſem ſcripſit:oſtēdere laborās ſimoniacū eſſe: ꝓ licentie munere aliqͩ accipe. Et hoc ptꝫ ex. c. duobꝰ allegatis. ¶ Hactenus qͩ nois ſimonie ſpūali ⁊ annexi:⁊ ꝙ licitū eſt in ſpūaliū adminiſtratiōe:vt ſacramētoꝝ aut quorūcūqꝫ alioꝝ:aliqͩ ꝑpale accipe:nedū ꝓ ſuſtētatiōe:ſꝫ ⁊ ꝓ labore iꝑo. Etiā qs ſpūale creatū vēdere pōt:vt pictor ꝓ ſue artis eruditione:⁊ ſimiliter citharedus aliqͩ accipit:⁊ nō ꝓ ſolo labore. in arte aūt eruditꝰ ⁊ īgenioſus ꝙ̄ꝙ̄ minus laboris habet ꝙ̄ ineruditus ⁊ rudis:plus premij capit. ⁊ ita deniqꝫ in oībꝰ artificijs:nō tñ q̄ſi artē ſibi inherentē in aliū ꝓducat:qꝛ accidens de ſubiecto in ſubiectū migrare naturalis philoſophia nō ꝑmittit. ſed lumen:lumen ſpūale cauſat in paſſum ſuſceptiuū:ſicut vnū corpꝰ luminoſum ab alio illuminatᷣ. verꝫ in luminis ſpūalis ꝓductione paſſum nedū patitᷣ:ſꝫ agit. qꝺ in corporali lumīe nō ꝯtingit. Preterea vigilāter conſidera ꝙ ſiue dicas laborē venalē:ſiue ſciētiā creatā/ſiue nō:nō amplꝰ dilatatᷣ os ſimonie ꝙ̄ dicēdo oppoſitū. Patet exēplo de tribꝰ doctis artificibꝰ aut philoſophis/paribꝰ tā in traditione artis ꝙ̄ in eruditione:equalē pecuniā accipiētibꝰ:quorū vnꝰ dicat ſe cape ꝓ ſuſtētatiōe ſui ⁊ ſuoꝝ. Aliꝰ ꝓ labore quem nō tenetᷣ alijs gratis īpēdere:⁊ nihil ꝓ ſua ſcientia. Tertius aūt dicat ſe accipere tā pro ſuſtētatione ⁊ labore ꝙ̄ pro ſue artis traditiōe. Et hoc patet in adminiſtratione ſacramētoꝝ. fateor tñ ꝙ licet aliqͩ accipe vno reſpectu: ⁊ non alio. vt poſtea in eadem diſtinctione eluceſcet.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequinte.
Queſtio Secunda.

SEcundo circa hanc diſtinctionem queritᷣ. Vtrum ſimonia ſit graue peccatum. Reſpōdetur ꝑ duas concluſiones. Prior eſt affirmatiua ad queſtionē:q̄ cōcluſio ſic probatur. Omnis actus iuri nature diuino ⁊ humano cōtrarius eſt malus:ſimonia eſt huiuſmodi:igitur. probatur minor. Nam cōtra equitatem naturalem eſt ꝙ qs vendat dona ſpiritus ſancti que non ſunt in ſua poteſtate:immo ipſum ſpiritū ſanctū tradat ſicut ſeruū ſuum. vt patet ex epiſtola Tharaſij epiſcopi Conſtantinopolitani ad Hadrianū papā miſſa. Et recitatᷣ in. j. q. j. ca. Eos qui. vbi ſic ſcribitᷣ. Tolerabilior eſt enim Macedonij ⁊ eoꝝ qui circa ipſum ſunt ſpiritus ſancti impugnatoꝝ īpia hereſis. illi enim creaturā ⁊ ſeruum dei patris ⁊ filij/ſpiritū ſanctū delirādo fatentᷣ:iſti vero ſpiritū ſanctū efficiūt ſuū ſeruū. Omnis enim dominus qꝺ habet ſi vult vendit/ſiue ſeruū:ſiue aliquid aliud eorū que poſſidet. Etiā eſt cōtra ius naturale/quēuis cape pecuniā pro trāſlatione rei que non eſt in ſua poteſtate. Tertio:dato ꝙ eſſet in eius poteſtate: vendit rem ꝑcio tēporali ineſtimabilem:qꝛ ſpūale pro pecunia. Nā Sap. iij. ſcribitᷣ de ſapientia ꝙ iꝑa eſt ꝑſtātior cunctis opibus:et alia deſiderabilia nō valent ei cōparari. Forte dicis. nō oportet reſpicere ad valorem rei in ſe:ſed res trāſmutatᷣ ſm indigentiā humanā:iuxta illud Aug. xj. de ciui. dei. ca. xviij. Quis enim nō domi panem ꝙ̄ mures:nūmos ꝙ̄ pulices habere malit? Seruus vilior ꝑcio diſtrahetᷣ ꝙ̄ gēma. Licet de ſcientia creata poſſis argumentū ſic refellere probabiliter:nō tñ de ſpūali de quo loquimur: qꝺ oīa bona humana in valore humane indigētie exuperat. hoc eſt de valore fori:⁊ non de valore rei loquendo. Et propterea omnes traditorem Iudā merito carpunt ꝙ redemptorem orbis deum tā modico ere vendiderit.

Sed licet ſimonia ſit contra ius nature:contingit tamen de multis caſibus dubitare an in eis ſit ſimonia. ſicut et de vſura/⁊ fornicatione ſimplici que a gentilibus nō putabatᷣ eſſe cōtra ius nature. Qꝛ autem ſit cōtra ius diuinū. patet Actuū. viij. ⁊ Matthei. x. dicēte Chriſto. Gratis accepiſtis:gratis date. vbi gloſſa dicit. Hic prohibetur ſimonia. Illic enim eſt ſermo de miraculis ⁊ ſtupendis prodigijs faciēdis: qꝛ ante iſta verba īmediate dicitur. Infirmos curate:mortuos ſuſcitate: leproſos mundate:demōes eijcite. grat' accepiſtis:gratis date. Vbi gloſſa interlinearis. Sicut ego ſine ꝑcio talem poteſtatē do:et vos gratis date. ꝑ hoc tamen non oportet ꝙ ſcientiam acquiſitam gratis habēs / alijs gratis cōmunicet. Preterea. iij. Regum. xiij. cap. de Hieroboam legitur. Quicūqꝫ volebat implebat manū ſuā:⁊ fiebat ſacerdos excelſorū. Forte dicis. colebat idola:⁊ erant ſacerdotes idoloꝝ. Reſponſio. hoc dato:vendendo ſacerdotiū:⁊ nō capiendo ſacerdotes de tribu Leui:et de domo Aaron/ grauiter deliquit. vt patet ꝑ literā ſequentē. Et propter hāc cām peccauit domꝰ Hieroboā: ⁊ euerſa eſt et deleta de ſupficie terre. Propterea lepra Naaman adheſit Giezi ⁊ ſemini eius in ſempiternum. iiij. Regū. v. quare eſt contra ius diuinum. Qꝛ ſit contra ius humanum patet in titu. de ſimonia. ꝑ totū. ⁊. j. q. j. ꝑ totum. ergo minor vera que reſtabat probāda. ¶ Secunda concluſio. Simonia eſt peſſimum monſtrum in eccleſia. Probatᷣ. Illa peſtis eſt peſſima in eccleſia ꝑ quā promouētur indonei/poſthabitis maxime idoneis. ſicut calamitoſiſſima eſſet inſania homines impellens accipere lapides putridos pro templo materiali conſtruēdo poſthabitis marmoribus. ſed hoc potiſſimum ſit per ſimoniā per quam improbi ad honores conſcendunt : nequeuntes per virtutes aſcēdere: aſſumentes illud inſane Iunonis apud Maronem. Flectere ſi nequeo ſuperos:acheronta mouebo. Munera enim porrecta animos etiam prudentū flectunt:ſm illud Nafonis. Munera crede mihi placāt homineſqꝫ deoſqꝫ: Placatur nummis Iuppiter ipſe ſuis. Preterea hoc eſt peſſimū monſtrum in eccleſia qꝺ hominē reddit vtraqꝫ manu iniquitate refertū. ſed hoc ꝑ ſimoniā ſit. igitᷣ. probatᷣ minor ꝑ illud Pſalmographi Pſalmo. xxv. In quorū manibꝰ iniqͥtates ſunt:dextera eoꝝ repleta eſt muneribꝰ. Inſuꝑ ille eſt fur iniquus qui calicē/libros eccleſie/et huiuſmodi furatᷣ. ſed totū bñficiū ſimoniacus furatᷣ. dicente Chriſto. Ioānis. x. Qui nō intrat ꝑ oſtiū in ouile ouiū:ſed aſcēdit aliūde:ille fur eſt ⁊ latro. in furto aūt tota eius vita deꝑhenditᷣ. nā vno incōuenientē dato multa mala ꝯtingūt. j. Phyſicoꝝ. Et difficile eſt vt bono pagātur exitu:que malo ſunt īchoata ꝑncipio. j. q. j. c. Principatus. Amplius huius peſtis grauitas patet ex diſplicentia dei. nā ignis ſacrificij qui datus eſt in deſerto celitus:ſecundo anno egreſſiōis de Aegypto:⁊ durauit ad captiuitatē Babylonicā:⁊ tunc abſconſus in profundo puteo ab Hieremia propheta:illic manſit. lxx. annis integer:et iterum habitus tempore Neemie:poſtea Antiocho ſacerdotium Iaſoni vendente/extinctus eſt. vt patet. ij. Machabeoꝝ. j.

¶ Contra has concluſiones arguitur ſic. Simonia eſt circa intellectū:ergo nō eſt peccatū. cōſequētia ꝓbatᷣ:qꝛ omne peccatum eſt in libera poteſtate faciētis:ergo circa volūtatē. Antecedēs patet:qꝛ ſimonia eſt hereſis. j. q. j. Quiſqs. ⁊. c. Preſbyter. ¶ Rñdetᷣ. aſſentiri huic:donū ſpūs ſcti eſt venale pro pecunia/eſt hereſis: et ſic Simon magus putabat. Vnde Ambroſiꝰ in ꝑmo libro de Penitentia. ad Nouatianū ſcribens dicit. Petrus cū Simon magice artis ꝯſuetudine depra-

ſimonia ꝯ̄ iꝰ n̄ diuinū et humanū

q̄ ſimonia et quoni est pecc[atum] hereſis

uatus putaſſet ꝙ grām Chriſti ꝑ impoſitionem manus et infuſionem ſpiritus ſancti pecunia compararet: ait. non eſt tibi ſors neq̧ pars in hac fide: quia cor tuum nō eſt rectum apud deum. hoc eſt erras in fide catholica: ⁊ ita hoc pertinaciter aſſerens eſt hereticus. Non tamē oportet nunc aliū ſimoniacum tenere hereſim. nā cōtingit prelatum recte aſſentiri in intellectu ꝙ in venditione beneficij cōmittitur ſimonia/⁊ male agitur quo non obſtante agit: quia crebro voluntas contrait ex ſua libertate recto intellectus iudicio. Etiam conſequētia illic illata inualida eſt: q꜡ ꝓbaret nullum hereticū peccare. nā aſſenſus erroneus in fide/in intellectu eſt liber: et a voluntate dependēs: q꜡ poteſt homo libere, hereſim non admittere/vel admiſſam adimere.

¶Secundo arguitur. Sacerdos celebrat ꝓ ſex paruis albis. et anniuerſariū in certa quota pecunie conſtituitur. In facultate quoq̧ noſtra Pariſieñ mos eſt: vt magiſter in theologia det facultati. xc. vel. c. frācos pro miſſa ꝑpetua dicenda: in qua cuilibet preſenti/in diſtributionibus cōmunicatur duodenus. In iſtis autem ſpirituale pro temporali datur. ergo nō omnis datio temporalis pro ſpirituali: et econuerſo: eſt ſimonia. vel habitos optimos viros labe ſimonie infectos dabis. ¶Reſpondetur. quis poteſt celebrare pro ſex paruis albis ſextupliciter. Primo tanq̄ ꝓ fine principali et vltimato. Secundo tanq̄ pro precio adequato: ac ſi eſſet iuſtitia commutatiua et valor rei ad rem: ſicut eſt de ēmptione bouis in foro. Tertio pro ſex paruis albis tanq̄ pro fine minus principali et ſubordinato vel ſubordinabili alteri fini vlteriori. Quarto modo vult celebrare pro ſex paruis albis: ⁊ habere pecuniam pro ſui ſuſtētatione. Quinto modo pro ſuo labore quē habet in celebrādo. Sexto pro diſtractione et impedimento quo impeditur celebrando ne alijs negocijs vacet. et poteſt eſſe mixtio harum ſpecierum. Prime due intentiones ſunt ſimoniace denominatione intrinſeca: et tales actus habens eſt ſimoniacus. Alie vero ſimplices ſunt licite: et in habente gratiam meritorie. Sed ſi vnus primorum duorum modorum copulatim miſceatur cum alio: mixtio eſt illicita. et ita hic eſt amphibologia. Sortes celebrat pro ſex paruis albis: ſcdm ꝙ (pro) poteſt dicere circūſtātiā finalem: ⁊ hoc bifariā: vel circūſtātiā vltimati finis: vel finis non vltimati. Alij ſenſus clari ſunt. ¶Ex quibus patet ꝙ canonicus ſurgit in nocte vt habeat diſtributiones: ⁊ ꝑpter deum: nec tn̄ ꝑpterea cōmittit ſimoniā. Similiter plerīq̧ veniūt ad ſeruitium ea hora qua dantur diſtributiones: alioquin non venturi/ſine labe ſimonie. Et licet indoctus etiā ſacerdos neſciat ſic punctaliter diſtinguere in quo ſenſu pro ſex paruis albis celebret: eſt excuſatus: q꜡ videt talem conſuetudinem celebrandi a doctis per miſſam et non reprobatam. ergo ei eſt dāda venia: licet in fine aliqualiter aberret. nā contingit ꝙ in nullum finē actualiter referat vltra ſex albos. Et licet ſimonia ſit cōtra ius nature extendendo vocabulum: qđ ſapientes deprehendunt: non tamen quelibet eſt contra ius nature ꝑprijſſime dictum. ¶Sed contra iſtud argumentor. Sacerdos non celebrabit niſi habeat ſex paruos albos. Similiter nec canonicus veniet ad horas canonicas ſi nō ſit diſtributiōes accepturus. ergo pecunia eſt cauſa principalis: cum ea poſita ponatur aduentatio: et ea ſecluſa non ponatur. ¶Reſpondeo. conceſſo antecedēte negādo ꝯſequentiā: q꜡ poſita cauſa minus principali cum cauſa principali ponitur effectus: neutra tamē illarum ſufficit ad poſitionem effectus: ſed quacūq̧ illaꝝ ſecluſa remouetur effectus. Quemadmodū quis vadit ad Sorbonā vt diſputātes audiat: ⁊ de vino baccalaureorum bibat: qui tamen propter alterum tn̄ non iret: ſed propter illa duo ſimul. nā vno illorum remoto: vt in die quo ieiunādum eſt: non accedit. Non tamen propterea ſequit̄ ꝙ ſex parui albi ſunt cauſa principalis celebrationis. illa enim cauſa eſt magis principalis que plus appreciatiue mouet: vel ad quā alia reducit̄ tāq̄ finis ſub fine. ¶Sed contra hoc arguo. celebrādo vt habeā ſex paruos albos: illa pecunia eſt finis celebrationis in vno ſenſu vīn licitoꝝ: ergo eſt cauſa principalis. Nō patet in ſimili. Non euangelizamus vt comedamus: ſed comedimus vt euangelizemus. ſimiliter non viuimus vt comedamus: ſed comedimus vt viuamus. ¶Reſpōdetur. licet aliquorum ſit opinio ꝙ peruertitur ordo finium quando finis principalis ad finem minus principalem ordinatur: hoc tamen non oportet: vt patet ex ſolutione argumēti: vbi celebratio ad ſuſtētationem ordinatur. ſic etiā poteſt eſſe de ꝑdicatione. ⁊ ex conſequenti dicendum eſt ꝙ homo euangelizat vt comedat: ſed comeſtio non eſt cauſa finalis vltimata: nec econuerſo. ¶Unde pro finibus cognoſcendis ponunt̄ aliquot regule: quarum prima eſt. Deꝰ eſt cauſa finalis omnium tanq̄ cauſa efficiens. Apocalypſis. j. Ego ſū alpha ⁊ o: principium ⁊ finis: in quē omnes bone operationes ſunt virtualiter ⁊ finaliter ordinā de: licet nō ſēꝑ actualiter. ¶Secunda regula. Inter fines medios ille eſt principalior q̄ eſt alio perfectior: ⁊ immediatius in finem vltimum tendit q̄ alter. Ut eſt euangelizare verbū Chriſti populo cōmunicando: qđ eſt multum ſpirituale ⁊ excellens. Manducatio vero eſt circa corpus ſine quo in hac mortali vita viuere nequimus: quantūcūq̧ enim alte ꝑ aera aquila volitauerit: oportet in terram deſcendat ꝓ corporis cibo habendo. ¶Tertia propoſitio. Nō tamē peruertitur ordo finiū quando vnus finis mediatus ⁊ principalior ordinatur in alium finem minꝰ principalē ad aliquem bonum ſenſum: vt pote quando finis principalis ſine fine minus principali haberi non poteſt: vt ꝑuiſionem aliunde non habens: quia non poteſt euangelizare ſine ſuſtentatione: idcirco poteſt euangelizare vt ſuſtentationem habeat. ⁊ iterum prudens capit illam ſuſtentationem vt euangelizaret: euāgelizat vt deo placeat: ⁊ habeat beatitudinē: ⁊ ſic eſt finiū reciprocatio. Et ſic eſt quodam modo vnus finis tn̄: ſecundum philoſophum. iij. Topicorū dicentē. Ut vnum propter alterū: ibi vnum tn̄. Et ſic duplex premium accipit euangelizans: vnum tēporale q̄ ſuſtētationem a populo: ⁊ aliud eternum quod expectat a deo. Unde ſuper illud prime ad Timoth. v. Qui bene ꝑſunt ꝑſbyteri ⁊c. dicit gloſſa Auguſtini. Accipiens ſuſtentationem neceſſitatis a populo: mercedem diſpenſationis a domino. Ex iſto patet ꝙ quis poteſt religionem aſſumere vt ſuſtentationē in ea habeat. Similiter velle eſſe ſacerdos: vt beneficium obtineat: non tn̄ vltimate. ¶Sed cōtra dicta forte obijcies. ex iſta ſextuplici diſtinctione ad ſolutionem argumenti ꝑmiſſa datur palliatio ſimonie. nam vendens beneficium dicet ſe capere mille ſcuta in donatione beneficij non pro ꝑcio adequato: nec pro fine vltimo: ſed pro ſuſtentatione/labore/vel huiuſmodi. Reſpondetur. capere mille ſcuta in donatione beneficij non eſt medium ad hoc ſubordinatū. ⁊ eſt ſimile ac ſi diceres: volo occidere iſtum hominem propter gloriaꝫ dei. Aliquid enim eſt ordinabile in finem vltimum: aliquid vero non. Et licet verſipellis collator dicat: capio mille ſcuta gratis: ⁊ do ei beneficium gratis: deꝰ ſcrutatur corda ⁊ renes: et preſumptio capientem ⁊ dantem ſimonie labe notat. Et



dato ꝙ non eſſet ſimonia (qđ eſt falſum) peccaret alios ſcādalizādo: ⁊ ꝑterea ſuā famā imputabiliter negligit. Et ꝑpterea ꝑcipit Apl'ꝰ ꝑme ad Theſſal'. vlti. dicens. Ab omni ſpecie mala abſtinete vos. nā contingit aliq̄d intrinſecus nō eſſe malū: ſed ꝑpter pelles ſeu inuolutionē malitie eſſe malū. ¶Sed cōtra hoc arguit̄. quādo vacat aliqua ꝑbēda pinguis conferēda: poteſt ep̄s ſeruare ad tēpus ꝓ aliqua pia cā aliquā portiōem illius ꝑbēde ad duos vel tres annos ſm̄ exigentiā occurrentē. ponamus ꝙ fructus iſti recipiendi ad mille francos ſe extēdāt. hoc ſuppoſito arguit̄ ſic: ep̄s pōt bn̄ficiū habituro dicere: des mille frācos in ꝓmptu ⁊ bn̄ficiū libere tibi dabo: cū omnibꝰ fructibꝰ eius: ⁊ mille frācos tuos applicabo inſtructioni tēpli/ vel hoſpitalis reparationi: ſi poteſt ſucceſſiue hos fructus colligere: quare non poteſt eos cape? Rn̄det̄ illā ſuppoſitionē cōcedendo: ⁊ potiſſimū poſt ꝯſultationē habitā cū ſapiētibꝰ: nā enim non erit vmbra ſimonie. ſed non licet illas pecunias in promptu cape: cum neſciat̄ an cōferēs moriet̄ ante fructus receptos: tum etiam propter ſpeciem mali.

¶Tertio arguitur. licet vēdere ius patronatus: et tn̄ ius patronatus eſt q̄d ſpūali annexū antecedēter: cū ordinet̄ ad ꝑſentādū clericū ad bn̄ficiū eccleſiaſticū. igit̄. ꝓbat̄ maior. vndēs dominiū in quo eſt ius patronatus/in emptorē ius patronatus trāſfert: niſi ſpecialis fuerit mētio de retētiōe eius. de iure patro. ca. Ex lr̄is. ¶Rn̄det̄ negādo ꝙ vēdat ius patronatus: ſed ip̄m tranſfert cū colligātia dominij cui annectitur. Et ſi dominium mille libras ſterlingoꝝ valeat ſine iure patronatus vēdēdo dominiū rōne patronatus nō licet plus accipe. Sed cōtra hoc arguit̄. Omne ius qđ venditor habet in emptorē trāſfert titulo emptionis ⁊ vēditionis. Sed q꜡ hāc ꝑpoſitionē negabis et bene: querit̄: quo titulo in aliū trāſfert ius patronatus? Rn̄det̄ titulo colligātie. de ꝑ accidens tn̄ ius patronatus pōt a dominio ſeparari: ſed nō niſi in caſu ſpeciali. ſicut vendēs hoīem: bonū angelū et malū a ſua domo alienat. ſed nō titulo venditionis niſi de ꝑ accidēs. fateor tn̄ ꝙ vēditio eſt cauſa/ſine qua non acceſſionis iuris patronatus.

¶Quarto arguitur. Quis pōt emere omnes fructꝰ huius bn̄ficij vt decimas: ⁊ tn̄ decime ſunt annexe ſpūali. igit̄. ꝙ liceat manifeſtū eſt: cū decime ſunt triticū/agni/capre/et huiuſmodi. Forte dicis. licet iſtas decimas emere et eas vendere: ſed non licet emere ius colligendi decimas. hoc enim ad eccleſiaſticū ſpectat q̄ habet titulū in quo fundat̄ ius colligendi. Contra hoc ſic argumentor. Ius colligēdi decimas eſt aliquid: vel ergo eſt realiter res decime: vel homo colligēs decimas. Si ꝑmū: ſic argumentor. has decimas licet ſorti laico emere: he decime ſunt ius colligēdi decimas: ergo ius colligendi decimas licet ſorti emere. Et eodē mō probabo ꝙ liceat alteri vēdere. Inſuꝑ laicus capiēs fructus eccleſie ꝑ triēniū a ꝑlato: habet ius recipiēdi decimas: alioq̄n iniuſte eos recipit. Si dicas ius recipiēdi eſſe ſacerdotē. Sortes habet ius recipiēdi ſicut habet gradum: quero abs re: que res ſit gradus. nō eſt aliud q̄ homo gradū habēs. Sed pono ꝙ venūdet̄ ſicut Paulinus Nolane vrbis ep̄s ꝓ liberādo filio vidue. Tunc ſic. Plato hūc ꝑſbyteꝝ emit: hic ꝑſbyter eſt ius recipiendi decimas. igit̄. Rn̄det̄ negādo ꝯñtiā: ſed ius recipiēdi decimas emit: q̄ enim capit bn̄ficiū triennio/iuſte recipit: ⁊ habet ius recipiēdi: ſed nō rōne officij. Beneficiatꝰ aūt eſt ius recipiendi rōne officij: ſecus eſt de capiēte ab illo. ⁊ dato ꝑ poſſibile ꝙ ſacerdos bn̄ficiatus ſit ſeruus cuiuſq̄ foret ꝑter rōnē: dn̄s eius non habet dn̄ium in bonis eccleſie: q꜡ nō ſunt illiꝰ: nec vllo modo ei diſtrahere licebit: ſi ius ponat̄ decimi fructꝰ colligendi. Concedo ſimiliter ꝙ Plato ius colligendi decimas emit: ſed nō emit ius colligēdi decimas rōne officij. nā emere īportat actū volūtatis: et ſic facit appellationē rōnis. hoc aūt cōplexū (ius colligēdi decimas ratione officij) ſupponit ꝓ ꝑlato connotādo ꝙ ſuo officio incūbit hos fructus colligere: vel ꝓ decimis ipſis: connotādo ꝙ ab illo rōne officij colligi poſſunt. ¶Ex his ꝑꝫ ſimoniā eſſe pctm̄ graue: ⁊ quo modo licet ꝓ ſpūali accipe pecuniā tāq̄ ꝓ ſuſtētatione ⁊ labore: non aūt ꝓ ꝑcio adequato rei: ac ſi eſſet iuſtitia cōmutatiua. ⁊ recipiēdo ꝯſciētiā nō debet facere. nā vnus pōt tātū licite lucrari quātū alter illicite. vt vnꝰ cōcionator colligit a. pecuniā tāq̄ valorē adequatū ꝓbi diuini. alter vero ꝓ ſuſtētatiōe equalē equaliter lucrat̄ in burſa: vnus licite: alter illicite. Pauca itē de reductione finium: et de principaliore a minꝰ principali dignoſcēdo/diximus.

¶Diſtinctionis Uigeſimequinte.
Queſtio Tertia.

Tertio quæro circa materiā ſimonie. An ꝑce ⁊ obſequio cōmittat̄ ſimonia. Pro q̄nionis ſolutiōe ponunt̄ ꝯcluſiōes. quarū Prima eſt. Nō eſt ſimoniacū ꝑces porrigere ꝓ idoneo/ſiue ꝓ ſe ſiue ꝓ alio. Q꜡ q̄s poſſit ꝓ ſe bn̄ficiū petere: diſtinctiōe ꝑcedēte oſtēdimus. Probat̄ cōcluſio. omnis ſimonia eſt peccatū: ergo porrigere ꝑces ꝓ idoneo nō eſt ſimonia. cōſequētia tenet in Baroco. Probat̄ minor. nā q̄s licite poteſt petere ꝓ ſe: ergo a fortiori ꝓ alio idoneo erga quem minꝰ afficit̄. Secūdo ꝓbat̄ idē. ſi videā Sortē ad officia cure animaꝝ multū idoneū: ⁊ gregis vtiliſſimū paſtorē: ⁊ indigū: q̄s diceret me male agere collatorem rogādo vt huic ꝯferat bn̄ficiū? ¶Secunda cōcluſio. ep̄s huic bn̄ficiū ꝯferēs q꜡ eſt idoneus: licet ꝑces ſint cā ſine qua nō: bn̄ agit. nā ꝯtingit ꝙ ꝑces adhibēs ſit dignꝰ cuius teſtimonio de bonitate beneficium ſuſcepturi fides adhibeat̄. ¶Tertia ꝯcluſio. licet fictione iuris ep̄s idoneo bn̄ficiū ꝯferēs ꝑncipaliter ꝑpter ꝑces non curādo de idoneitate: nō ſit ſimoniacus: tn̄ corā deo et in rei veritate eſt ſimoniacus. Prior pars patet: q꜡ eſt preſumptio ꝙ det bn̄ficiū rōne idoneitatis. ⁊ caſus ambiguus de bono ⁊ malo in meliorē partē eſt iterꝑtādus. Secūda pars ꝓbat̄: q꜡ ſi eſſet inidoneus: nō minꝰ ei bn̄ficium ꝯferret. ponamus eū talē cui nō ſit cordi idoneitas: iſtū munus ⁊ lingua principaliter mouēt. Secūdo ꝓbatur eadem pars ſic. volēs occidere Titiū: et ꝑcutiēs ſtatuā/quā credidit eſſe Titiū: imputabiliter eſt homicida. et ratio eſt: q꜡ animus eius in Titij occiſionē tēdit: de ſtatua nō curādo. eodē mō eſt in ꝑpoſito. Preterea arguitur ad idē. Si idoneitas eius ꝓ quo rogat̄/eſſet collatori incognita/eſſet ſimonia: ſed dat bn̄ficiū intuitu ꝑcū/ſiue ſit idoneus ſiue inidoneus: ſciētia enim in propoſito eū nō mouet: ⁊ ꝑinde ſe habet ac ſi colatorem lateret. ergo ſi nullo mō idoneitas mouet ad collationem bn̄ficij/eſt ſimonia: et etiā ſi minus principaliter idoneitas mouet: eſt ſimonia: licet minus grauis. poteſt enim malus ꝑuertere ordinē finiū. Eodē mō dicendū eſt de obſeq̄o. ¶Quarta cōcluſio. dās inidoneo bn̄ficiū rōne ꝑcū: ſimoniā cōmittit. patet: q꜡ rōne ꝑcū dat ꝑciſe: cū enim nulla ſit idoneitas in homine rōne illius nō dat. ⁊ ꝑinde eſt ac ſi pecuniā a bn̄ficiū habituro capet: q꜡ poſſunt ꝑces

qui idoneo confert beneficium principaliter ꝓ ꝑ[recibus] ... ſimoniacus eſt corā deo.

magnam valere pecuniam in cõſideratione collatoris: vt quia collator cupit amicitiam rogantis/laudem. vel huiuſmodi. hoc patet ex vulgata diſtinctione de triplici munere: ſcilicet de munere a pce/manu/et obſequio. ¶ Quinta concluſio. Quis rationabiliter ſeruit collatori beneficij: ſperans ꝙ per bonum ſeruitium et fidele cognoſcetur ſua idoneitas: et citius ꝓmouebitur ꝙ̃ aliter: ſed conferetur ei beneficium ratione idoneitatis ſine pactione vlla. ſi tamen principaliter ſeruiat vt beneficium habeat: inique agit. nec eſt diſcrimē quo ſeruitio inſeruiat: dũmodo ſit idoneus: ⁊ honeſte honeſtate morali ſeruiat. ¶ Sexta concluſio. Dans beneficium famulo in ſubleuamen et compenſationem mercedis reddende eidem: ſimoniam committit. Probatur: quia capit in virtute pecuniam pro ſpirituali annexo: ergo cõmittit ſimoniam. nam idem eſt remittere centum ſcuta collatori/ que debet famulo reddere: et illa recepta collatori dare. Propterea dictum Hoſtieñ. eſt iniquũ quo dicit. Si epiſcopus recipiat clericum in ſeruitiũ/ promittens ei ſalariũ annuatim donec ei prouideat de beneficio competenti: collato beneficio remittitur ſalarium/et non eſt ſimonia. immo eſt: quia conuenit inter eos ꝙ gratis ſeruiat/ beneficio adepto: quare virtualiter epiſcopus capit pecuniã quã deberet pro ſeruitio dare/ratione beneficij. ⁊ eſt vera ſimonia. Patet etiã ꝑ dictum cõmune de triplici munere: ſcilicet de munere a manu/lingua/⁊ obſequio: ad ſimoniam incurrēdam. ¶ Septima concluſio. Non refert in rei veritate ꝙ̃ paruum collator capiat: qđ eſt cauſa beneficij conferēdi: licet pro modico non preſumatur epiſcopus tortuoſe motus. Probatur. dare beneficium alio reſpectu ꝙ̃ idoneitatis ⁊ vtilitatis publice eſt iniquum ⁊ ad acceptionem perſonarum ſpectat/ex diſtinctione precedēte: ſed hoc eſt ſimoniacum. vt ex dicēdis patebit. igitur. Preterea paruum furtum ex parte obiecti furem mouēs ad furādum eſt furtum et peccatum/ſicut furtum magnum: licet non ita graue: ergo paruum aliqđ acceptũ collatorem mouens ad tortuoſe conferēdum eſt peccatum vt magnum. Item munuſculum exiguum tãtum mouet auarum et imprudentem ad tortuoſe agendum quantum magnum munus liberalem et prudentem. ergo ad magnitudinem obiecti non eſt reſpiciendum: ſed ad animum illius qui flectitur ſiniſtre. nã cõtingit vnũ tantum moueri ob deauratam imaginem vix duo ſcuta valentem: quantum alium propter optimum gradarium regine.

¶ Contra dicta de triplici munere arguitur ſic: ſi concluſiones eſſent vere: ſequeretur ꝙ collator beneficium conferens conſanguineo ratione conſanguinitatis eſſet ſimoniacus/vt dicebat cantor Pariſieñ. qđ Altiſſiodorus: Beatus Thomas et poſteriores omnes reprobant. Et ꝙ ſequatur patet: quia dat ꝓ munere a ſanguine. Sed dices ſicut dicunt iſti doctores. epiſcopus hic nihil accipit: et ſic licet peccet edificando Sion in ſanguinibus: nõ tamen committit ſimoniam. At probo ꝙ iſti repugnant ſibi ſic dicendo. q̄r nec capit pecuniam collator conferens beneficium inidoneo vel idoneo/ pricipaliter propter preces. ergo eſt repugnantia vnum concedēdo: et illa ratione aliud negã do. Dominus autem Innocentius in. c. Tuã. de eta. et quali. et or. pre. dicit ꝙ preces ratione precum non cauſant ſimoniam: bene autem ſi ad pecuniam referãtur. ⁊ hunc in eodem ca. Cardinalis inſequitur. Contra hoc inſto. iſti doctores ⁊ cõmuniter loquentes ſic dicere nequeũt: quia eo modo iſta diſtinctio eſſet nulla. Item arguitur ratione. preces alicuius tantum mouent aliquē ad inique conferendum beneficium quantum ducenti vel trecenti ducati: et eis equiualent in apprehenſione conferentis. ſed vnum ſufficit ad ſimoniam: ergo et reliquum. Propterea recte dicit Seneca. de beneficijs. libro. ij. Non tulit ille gratis qui cum rogaſſet accepit. Inſup nulla res charius conſtat ꝙ̃ que precib⁹ empta eſt. vt patet ex cap. Sunt nonnulli. j. q. j. Sunt nonnulli (inquit Beatus Gregorius) que quidem nũmoꝝ premia ex ordinatione non accipiunt: et tamen ſacros ordines pro humana gratia vel laude largiunt̃: atꝙ de ipſa largitate laudis ſolummodo retributionem querunt. Hi nimirũ qđ accipiunt gratis: gratis non retribuunt: quia de impenſo officioſo ſanctitatis nũmum expetunt fauoris. Unde cum virum iuſtum propheta deſcriberet/ait. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. non dixit ſolum a munere: ſed ab omni munere. quia aliud eſt munus ab obſequio: aliud a manu: aliud a lingua. Munus ab obſequio eſt ſeruitus indebite impenſa. Munus a manu: pecunia eſt. Munus a lingua fauor. Sic ille. ¶ Teneo ergo ꝙ munus a ſanguine/hoc eſt carnalis ſanguis virum alliciens ad inique cõferendum beneficium cauſat ſimoniã: et non ſolum ſanguis: ſed timor incuſſus a tyrãno: ⁊ cetera id genus: quecũꝙ fuerint. nec de illa diſtinctione trimembri curandũ eſt. nam plura ſunt alia membra. Forte dices. quando beneficium confertur conſanguineo/ affini/ vel alteri: aliquis loquitur pro conſanguineo/ vel aliquo. et ſic ꝑ munus a lingua beneficium tenet. hoc non iuuat aduerſarios de ſanguine loquentes tanꝙ̃ ab iſtis tribus ſeparato. Preterea poteſt collator dare beneficium nullo loquente: ſolum intuitu ſanguinis vel affinitatis. ¶ Sed contra iſtud arguitur. In diſtinctione precedente dicebam ꝙ inidoneus ad idoneitatem accedens nõ tenetur beneficium ſibi collatum reſtituere: ſed quilibet beneficium habēs ſimoniace/ beneficium ipſum reſignare tenetur. igitur. ¶ Inſuper ſm̃ dicta quilibet peccãs conferendo/ſimoniã cõmitteret: ⁊ ſic collator idoneo beneficium conferens: relicto magis idoneo committeret ſimoniam: qđ eſt abſurdum. ¶ Ad primum concedo maiorem: ſed minor eſt falſa. immo in caſu tertie concluſionis beneficiũ idoneo ſimoniace confertur: et tamen idoneus ille non tenetur beneficium reſtituere: cum ſit capax: ⁊ collator reuera conferat licet ꝓpter malum finē: hoc enim non vitiat collationē. vt ſi liberaliter dem ſorti decem adiungendo circũſtãtiam venialem vel mortalem in ratione obiecti cadentem: donum eſt ratum: ⁊ alter doni dominium acquirit. hoc in diſtinctione precedente de hypocrita et paupere diximus. Nec valet ratio domini Armacani. lib. x. ad Armenios dicentis: intrantes per peccatum in beneficium non acquirere verum titulum in ipſo. cum enim non ingrediatur ꝑ oſtiũ ſed aliunde: fur eſt ⁊ latro. Jo. x. Sed abſit vt Chriſtianus dicat (inquit) ꝙ ingrediens per peccatum ꝑ oſtium ingrediatur. Non valet inquã hec ratio: quia pluribus modis per peccatum homo acquirit verum titulum in re aliqua. vt vendēs equum in die feſto acquirit dominium pecunie: ⁊ alter dominium equi. ⁊ ſi alter ſit excõmunicatus: ⁊ clericus cui talis negociatio eſt vetita: iã triplici peccato peccat: et tamen res transferũtur. ergo non eſt inconueniēs ꝙ aliquis in beneficium intret per peccatum tanꝙ̃ per oſtium/ quia per hunc actũ ingreditur: hic actus eſt peccatum: ergo per peccatum igreditur. ſed hoc non eſt ratione qua ponitur omnia eſſentialia ad collationem beneficij vel ad rerum tranſlationem requiſita. Verbum autem Chriſti Joannis. x. ad literam intelligitur de fide catholica: vt gloſſa interlinearis exponit. Qui bene ſentit de Chriſto intrat per oſtium in ouile. qui aliunde aſcendit: de Chriſto male ſentiendo: ille fur eſt et latro. ¶ Ad ſecundum negatur aſſumptum: quia conſtat virum peccare peccato non pertinente ad collationem beneficij: ⁊ tamen propterea collatio non erit ſimoniaca. ſed ſi peccet in actu conferendi: concedo ꝙ ſimoniam committit: et ꝙ beneficium conferens idoneo: magis idoneo pretermiſſo ſimoniam committit. ſed alter nõ tenetur ad reſtitutionem ſm̃ dicta in queſtione precedente: et loquendo de penis ſimoniacorum poſtea amplius eluceſcet.

¶ Secũdo arguitur de munere a manu. quis poteſt dare pecuniam licite alicui quatenus pro ſe apud epiſcopum intercedat pro beneficio obtinēdo: ergo eodē modo poteſt pecuniam pro ſe dare epiſcopo pro beneficio obtinendo. Antecedēs probatur: quia licite dat ianitori pecuniam vt aditũ habeat ad epiſcopum/ſaltem ſine vitio ſimonie. quod patet: nam ſi ſeram aperiat clãculum vel claui ſub oſtio abſconſa/ vel frangat fores: licet in hoc peccet/tollendo obicem ne prohibeatur ab acceſſu ad epiſcopũ: tñ nõ cõmittit ſimoniã. ¶ Reſpondetur negãdo ꝙ quis poſſit dare pecuniam alteri ad intercedendum pro ſe: ⁊ concedo illud qđ aſſumitur de ianitore dũmodo ianitor non amplius loquatur: potiſſimum ſi eſt idoneus: quia tollit obicem eum prohibentem ne ad collatorem habeat acceſſum. qđ eſt ſine vitio ſimonie: vt argumentum ſufficienter aperuit. ¶ Tertio arguitur. Seruitium eſt cauſa minus principalis vel cauſa ſine qua non collationis: ergo eodē modo pecunia. Reſpondetur. non eſt idem dicere: eſt cauſa finalis minus principalis: ⁊ cauſa ſine qua non. Notitia enim ſm̃ multos eſt cauſa ſine qua non volitionis: non tamen cauſa finalis. ſic ſeruitium bene eſt cauſa ſine qua non: quia per illud cognoſcitur fidelis diligentia ⁊ induſtria hominis. de pecunia autē nihil tale contingit. ¶ Quarto arguitur. Romanus pontifex licite vendit beneficium: et in eo non eſt ſimoniacum: ergo in nullo eſt ſimoniacum. Antecedens probatur. Lex Julia ambitus ceſſat in vrbe Romana: eo ꝙ magiſtratus illic principes creat. ff. ad legem Juliã ambitus. l. vnica. ergo a ſimili ceſſat turpitudo ambitus beneficiorũ cum a principe ſummo ſpirituali beneficium emitur. Etiam diſpenſare videtur cum illo cui beneficium vendit vt poſſit ipſum tenere. ¶ Reſpondetur. aliqua ſunt ſimoniaca quia ꝓhibita: et in his ſummus pontifex nõ committit ſimoniam. Exemplum. vt in benedictione calicis/veſtium ſacerdotalium/et huiuſmodi a ſola eccleſia inſtitutorum. Iſta enim non ſunt ſimoniaca de lege nature vel diuina. Alia ſunt prohibita quia ſimoniaca: quemadmodum ſunt illa que legi nature et diuine contraueniunt: et in talibus poteſt committere ſimoniam pontifex ſicut et quilibet alius: quia illi iuri eſt ſubiectus: nõ tamē incurrit penas poſitiuas humanas quas alius inferior incurrit. Modo accipere aliquid temporale pro collatione beneficij qđ tenetur gratis conferre: diuino iuri et nature cõtrauenit. Textus ad hoc eſt clarus in. c. Ex diligenti. de ſimo. §. Quocirca. Et hoc tenet Panor. de ſimo. ca. j. Durandus autem et Petrus Paludanus hoc ſufficienter probant: quia cum capere aliquid pro licētia docendi ſit ſimoniacum ex prehabitis: a fortiori capere aliquid pro iure eligendi epiſcopum: et explendi officia in diuinis. Beatus Thomas item ſecunda ſecunde queſt. c. dicit. et bene: eſſe hereticum tenere papam nõ poſſe committere ſimoniam. Ad vltimam partem argumēti: an diſpenſet cum illo cui beneficium vendit. Joãnes Andreas in Mercurialibus. in reg. Cum licet: dicit. Si epiſcopus ſtatuit penam excommunicationis: ipſo ſimiliter omnibus ludentibus ad haſardum: nõ propterea liberatur qui inductus ab epiſcopo cum ipſo ad haſardum luſerit. immo poſꝙ̃ ille excommunicationem incurrit: epiſcopus denuo cum ipſo ludens maiorem excommunicationem incurrit: cõmunicans ipſi criminoſo in crimine damnato: et pro prima vice minorem tantum niſi induxerit. tunc enim cenſetur cauſa cur alius ludit: et ſic vt operatus maiorem excommunicationem. quemadmodum ſi eius mandato vel conſilio clericus percutiatur. cap. Mulieres. de ſenten. excommu. Quemadmodum ſemel verbo aut oſculo participãs cum excommunicato: per hoc abſoluere ipſum nulla ratione cenſetur: niſi ſe velle exprimat illum ex hoc pro abſoluto haberi. de ſenten. excommu. ca. Si ſummus pontifex. in Clemen. Sic videtur omnino in ꝓpoſito ꝙ nõ diſpēſat cũ illo: niſi hoc aliter apertat. ¶ Quinto arguit̃. ꝓphete acceperũt pecuniã ꝓ actu ꝓphetãdi: ⁊ tñ act⁹ ꝓphetãdi eſt dei donũ: ⁊ via humana haberi non poteſt. maior probatur: quia vt dicitur. j. Regum. ix. Saul dedit pecuniam Samueli vt indicaret aſinas patris ſui. vbi ſic ſcribitur. Surſum puer reſpondit Sauli: et ait. Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti: demus homini dei vt indicet nobis viam noſtram. Idem patet. iij Regum. xiiij. de vxore Hieroboam que munera ad Ahiã prophetam portauit vt indicaret quid euenturum eſſet filio egrotanti. Simile habemus de Heliſeo: cui Naamã Syrus/⁊ Benadab rex Syrie magna obtulerũt munera. ¶ Concedo ꝙ eſt ſimoniacum pro actu prophetico capere pecuniam nec hoc fecerũt prophete dei: vt Hieronymus ſuper Micheam dicit. Iudei enim cum veris prophetis aſſueti minutiſſima munera obtulerunt pro ſuſtētatione prophetarum. Uxor nãꝙ Hieroboam regina regni Iſrael portabat ſolum decem panes/cruſtullam/ ⁊ vas mellis: iudicans virum dei pauciſſimis contentũ: munere regineo exaſperari. Etiam nõ legimus de prophetis ꝙ iſta acceperunt ꝙ̃ꝙ̃ erant eis licita: non tamen capiendo pro actu prophetico. Sed idololatre gētiles cum pſeudo prophetis deluſi inimēſa dedere munera: vt in. iiij. Regum legimus de Naaman ſyro. Et viij. cap. eiuſdem ſcribitur. Uenit quoꝙ Heliſeus Damaſcum: et Benadab rex Syrie egrotabat: nunciaueruntꝙ ei dicentes. Uenit vir dei huc. Et paulopoſt ſequitur. Iuit igitur Azahel in occurſum eius habēs ſecũ munera et omnia bona Damaſci onera quadraginta camelorum. ſed non legitur ꝙ aliquid acceperit: immo ꝙ non acceperit conuincitur: quia vt dicit cap. v. dicebat ei Naamam Syrus. Obſecro vt accipias benedictionē a ſeruo tuo. At ille reſpondit. Uiuit dominus ante quem ſto: quia non accipiam. Cũꝙ vim faceret: penitus non acquieuit. Non eſt autem veriſimile ꝙ in facto ſimili hoc pretermiſerit. ¶ Ecce quomodo in triplici munere: ſcilicet lingua/ prece/et ſeruitio: ⁊ in alijs ſiniſtre trahentibus epiſcopos ad beneficiorum collationem committitur ſimonia. et quomodo ſeruitus aliqua et preces ſimoniam inducunt: aliqua vero non. Et ꝙ aliquis ſimoniace beneficium acquirit et inique: non tamen iniuſte contra iuſtitiam diſtributiuam. hoc eſt: non relinquat aliquid eſſentiale ad collationem beneficij: licet aliquid addatur bonitatem moralem: actus vitians in conferēte vel accipiente/vel in vtroꝙ. et iſte nõ tenetur beneficiũ relinquere: ſed ſufficit de peccato penitere: bene inſeruiendo cum ſit idoneus.

p͛ces ut p͛ces nō indu cunt ſimoniam

¶ Diſtinctionis Vigeſimequinte.
Queſtio Quarta.

QVaritur quarto de ſimonia. An liceat aliquid accipere ratione conſuetudinis: et cogere nolentes ad dãdum ſm̃ conſuetudinem loci tam in collatione ſacramentorum ꝗ̃ beneficiorum. Hec queſtio eſt anceps: et materiam conſcientie tangens. propterea paululum immorabor: prolixitatis tamen ſemper memor: ne tedium lectoribus afferam. In primis concluſiones et modum dicendi aliorum ponam: poſtea quid mihi dicendum videatur/poſiturus. ¶ Sit omnium dicẽdorum hec prima concluſio. Licet poſt factum capere aliquid dono gratuito. Probatur. Nemo peccat capiens donum gratuitũ: ſed cum pecunia datur poſt factũ: apparentiſſimum eſt ſignum doni gratuiti. ergo beneficiũ conferens poteſt aliquid poſt collationem beneficij vel ſacramenti capere loco doni gratuiti quia ſi capere nõ poteſt: ſequitur ꝙ benefactor alicuius eſt minꝰ capax doni liberalis ꝗ̃ fortes hierichuntinus. qḋ eſt inconueniens. ſuppono rectam intentionem tam conferentis ꝗ̃ accipientis: et cetera requiſita. Si enim conferens det munus gratia vlterioris beneficij habendi: iam actus eius eſt malus: ſed actum bonum preteritum nõ viciat ſiue ſtatim poſt factum detur/ſiue diu poſt. ¶ Secunda concluſio. Licet ſacerdos male agat cogẽdo laicos dare pecuniã ante ſpiritualia exhibita: eis tamen exhibitis ſubiectos ſibi laicos cogere poteſt auctoritate ſuperioris ſeruare laudabiles conſuetudines. hoc eſt: ſoluere ſm̃ conſuetudinem non reprobatam in tali loco. Hanc concluſionem probat cap̃. Ad apoſtolicam. de ſimonia. vbi ſic ſcribit pontifex. Ad apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit: ꝙ quidam clerici pro exequijs mortuorum et benedictionibus nubentiũ: et ſimilibus pecuniam exigunt et extorquent. et ſi forte eorum cupiditati non fuerit ſatiſfactum: impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. Econtra vero quidã laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam pia deuotione fidelium introductam: ex fermento heretice prauitatis nituntur infringere ſub pretextu canonice pietatis. Quapropter ſuper his prauas exactiones fieri prohibemus: et pias conſuetudines precipimus obſeruari: ſtatuentes vt libere conferantur eccleſiaſtica ſacramenta: ſed per epiſcopum loci veritate cognita cõpeſcantur qui malitioſe nituntur laudabilem conſuetudinem immutare. Vult ergo dicere pontifex ꝙ ſacramenta et beneficia libere danda ſunt: ſine pactione preuia vel tempore dationis. ſed tamen cogẽdi ſunt accipientes ſeruare laudabilem conſuetudinẽ. ¶ Tertia concluſio ab Hoſtienſi et Panormi. et canoniſtis paſſim ponitur: ꝙ non valet conſuetudo: qua clerici pro ſpiritualibus receptis vel recipiendis dent aliquid temporale alijs. Hoc patet per locum a contrario ſenſu in. c. allegato. in quo fit ſpecialis mẽtio de laicis. Sed dices. locus a contrario ſenſu non tenet quando ad oppoſitum ſequitur abſurditas: vt hic. nam vix poteſt dari diſcrimen quare laici ſint cogendi ſeruare laudabiles conſuetudines: et non clerici. Probatur cõcluſio. per cap̃. Iacobus. de ſimonia. et. c. j. eiuſdem tituli. Et. j. q. iij. cap̃. Si quis epiſcopus. Hoſtienſis in. c. Iacobus. aſſignat diſcrimen tertie concluſionis a ſecunda: quare ſcilicet laicos conſuetudo excuſet et non clericos dicens. Eſt publica vtilitas quando clerici a laicis capiunt. priuate vtilitatis eſt quando clerici dant clericis. Item quia laici ſunt clericis oppido infeſti. Item nec curandum eſt que eccleſia habeat: quod non ſit cum remanent bona apud laicos. Sed iſtud diſcrimen parui momenti eſt: et pondus diſcriminis in hoc ſtat: ꝙ clerici poſſunt et debẽt omnia a laicis capere: quia clericis ſunt infeſti. Sic multi clerici laicis ſunt infeſti/et ignauiter et auare ex bonis a laicis conceſſis vitam ducunt. Et ſi non curandum ſit que eccleſia habeat: debet quelibet eccleſia fructus ſuos alteri concedere: qḋ eſt falſum. Eſt quidam canoniſta qui libellum ſuper hoc fecit: quem aliquando vidi: vere nomen non memini: omnes indifferenter excuſans. nã ita late ꝓcedit: vt cum prelatorum vlcera iudicem lingere: dũ vult omnes has monſtroſas prelatorũ peſtes circa exactiones indifferenter excuſare. Propterea aliud diſcrimen inter clericos et laicos eſt dandum: quia prelati beneficiorum collatores ex officio obligantur illa que ſibi incumbunt gratis miniſtrare. Ad hoc enim habent ſtipẽdia ex redditibus eccleſie. Et propterea ſimoniam committunt vltra exigẽdo ab eccleſiaſticis: et ad reſtitutionem tenentur. Unde ſanctus Thomas ſecunda ſecũde queſt. c. arti. iij. dicit ꝙ ille cui committitur ſpiritualis poteſtas: ex officio obligatur ad vſum poteſtatis ſibi cõmiſſe in ſpiritualium diſpenſatione: et etiã ꝓ ſui ſuſtentatione ſtatuta ſtipendia habet ex reditibus eccleſiaſticis. Et ideo ſi aliquid acciperet pro vſu ſpiritualis poteſtatis non intelligeretur locare operas ſuas quas ex debito ſuſcepto officio debet impendere: ſed intelligeretur vendere ipſum ſpiritualis gratie vſum. et propter hoc non licet pro quacũq; diſpẽſatione aliquid accipere: nec etiam pro hoc ꝙ ſubditos ſuos corrigat: vel a corrigendo deſiſtat. Et probatur ꝙ iſtud ſit verum: per canones ſummorum pontificũ rationabiliſſimos in equitate naturali fundatos: qui ꝑ conſuetudinẽ in oppoſitũ tolli nõ poſſunt. vt iſti olei venditores dicũt. Et a poſteriore arguit̃ ſic. niſi tertia cõcluſio eſſet vera: dices oẽs epiſcopos ꝓbe agere/qui ꝑ fas et nefas epiſcopatuum ꝓuẽtus aggerãt tã in beneficiorũ ꝗ̃ in ſacramentorũ collationibus: qui bonis ad nauſeã abũdãt: et a paupibus quorũ miſerẽdũ foret: capiunt: in magnã deformitatem cleri: a qua ſacri canones tanꝗ̃ ab aſpide cauere iuſſerunt. Preterea arguit̃ ad idem: ſi ꝯſuetudo currẽs ſic eos excuſaret ꝓ collatione vnius ordinis: ſucceſſu temporis licebit quatuor aut quinq; ſcuta cape: nõ ratione ſacramenti (dicent) ſed ſub ꝯſuetudinis velamine. ergo viã ad ꝑuerſe agẽdũ peccatoribus aperies. Credo Ariſtotelẽ cũ Platone in gentilitatis tenebris incedentes ingenue faſſuros. ꝓter rationẽ fore ꝙ vnus de ſorte cleri: licet caput in dioceſi: fugat alimẽtũ a minimis membris in eorũ iacturã: potiſſimũ qñ caput eſt monſtroſe nimis magnũ: cui opũ honeſta diminutio eſſet maxime expediẽs/que ſit relinquẽdo: ſaltẽ nõ extorquẽdo a pauperibꝰ mẽbris. Rurſus. ſi vis eos oẽs excuſare a ꝯſuetudine aut potius a corruptela: hoc erit ꝓpterea qꝛ ꝑ hãc tertiã ꝯcluſionẽ plurimi epi ſunt in ꝑiculoſo ſtatu viuẽdi. ſed hoc non tollit ꝯcluſionẽ: vt videre licet de multis ſcelerate viuẽtibus tã in clero ꝗ̃ in populo. Aliq̃ tamẽ ſunt boni epi ab his omnibus immunes. Teneo ergo tertiam ꝯcluſionem: nec auderem in cõſcientias eos more iſtius excuſare.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur. Capere hãc pecuniã a conſuetudine inductam/ eſt extra ꝓuẽtus eccleſie debitos colligere: vt patet de prouentibus quos paſtor habuit ante conſuetudinem introductam. ergo iniuſte cogit populum conſuetudinem ſeruare. ¶ Reſpondetur. plerũq; curati etiam in hoc peccãt: et nimis ſunt ſolliciti: vt patet in. c. Suam. huius tituli. ſed in regionibus in quibꝰ quilibet vicus regulariter habet eccleſiam parochialem: cure frequẽter ſunt tenues: et naturale eſt vt cũ in ſpiritualibus laborent pro plebe/ab ea nutriãtur. Et decimas quo ad quotã in pleriſq; locis non habent: prouentum autẽ cõmunes ante hãc dationem pecuniarũ non ſufficiebant. propterea ex liberali dono populus eis vltro poſt ſpiritualia exhibita aliquid pie dedit. Et licet alique cure ſint pingues vt Pariſijs videmus: ille tamen ſunt pauce in comparatione totius multitudinis. Poſſunt etiã in eis cogere ſubiectos ſeruare conſuetudines: licet nõ ſit eadem ratio legis: potiſſimũ quando curatus eſt parum idoneus. Quãdo autem lex vel conſuetudo eſt cõmunis: ipſa eſt ſeruãda: licet in quolibet membro nõ ſit eadem vis legis. De cuſtodia huius cõſuetudinis Romanus pontifex in. c. Ad apoſtolicam. dicit ꝙ ꝑ epiſcopum loci veritas eſt cognoſcenda/ac ſi diceret. ſi exorbitãter plebani petãt/arcendi ſunt. Et licet prima fronte videret̃ ꝙ in tenui cura debeat cogere ſubiectos ſeruare conſuetudinem: non autem in pingui: hoc non valet. quia eſſet eneruare conſuetudinem dioceſis: et per cõſequẽs vim conſuetudinis abolere: in iacturã etiã viri valde idonei plus valentis ꝗ̃ alij duo valeãt. ¶ Sed cõtra hoc arguit̃. populus libere et ſua ſponte plebano conceſſit talem pecunie ſummã ab exordio: ſed ex liberali dono non naſcitur neceſſitas dandi. Si enim ego liberaliter in quolibet primo die anni conſueui dare tibi decem: et hoc duodecies vel vigeſies replicem: non potes ꝓpterea in foro contradictorio me cogere ad ſolutionem. eodem modo nec filium meum nec nepotem. ¶ Secundo arguitur ad idem. Stat ꝙ hic modus ſoluendi: per exactionem et cum peccato auaritie ſit introductus: ergo non eſt laudabilis conſuetudo: ſed corruptela que minime ligat. Et hoc dicitur in. c. Suam nobis. de Simo. ¶ Ad primũ conceditur ꝙ populus ſua ſponte et libere ab initio dedit: vtputa aliqui deuoti videntes curatum vndecũq; dignum: quo exemplo vicini moti ſunt ad conſimiliter liberaliter dãdũ. itaq; mãſit talis datio aliquanto tempore cõtinuata: quouſq; a multis putaretur eſſe de precepto: et poſtea a maiore parte: et ſic erat virtualis conſenſus populi ad hoc ſe obligantis/non potentis diſcernere an eſſet de iure debita talis pecunie ſumma prelato nec ne: cum a conſuetudinibus fructus laborum eius dependeant. Exemplum in ſimili. ſolum profeſtum aſſumptionis diue virginis eſt de precepto eccleſie quo ad ieiunium. Britanni tamen ex conſuetudine in omnibus profeſtis antiq̃s noſtre domine ieiunant: et omittentes iudicant male facere: quare cõſuetudo eſt eis obligatoria: habuit tamẽ initium de conſilio ſolum aſſumptum: ꝗ̃ꝗ̃ populus erronee putabat fuiſſe legem ſcriptam ad hoc obligantẽ: vel forte putabat idẽ de profeſto natiuitatis Chriſtifere virginis: et aſſumptiõis ad ſuperos. Sic nãq; ꝓpter aliquem colorem introducitur cõſuetudo preceptoria. Similiter ſi agricola habens terras colẽdas ab aliquo diuite daret ſua ſpõte ab initio certos capos libere: poteſt continuando liberalitatem in preceptum conuertere: quando non poteſt docere de principio. quia nõ preſumitur ꝙ ſic cõtinuaret libere. Et ſi agricola debet aliquos redditus domino: eſt maior preſumptio. ſed primum ſolum ſufficit. Vides nõ eſſe ſimile ſi ego dem alicui in primo die anni ſcutum: vbi poſſum docere de initio libero: et progreſſu ſpontaneo. Ex quo patet hoc argumẽtũ eſſe nullius momẽti: poſſum ꝓbare ꝙ hec datio pecunie poſt funeralia et ſacramenta exhibita ſunt libera: ergo ad eam nunc non obligor. Sacerdos enim debet hanc pecuniam capere non ratione ſpritualium populo exhibitorum: quia illa gratis exhibet. Si enim Chriſtus qui precepit hec gratis exhiberi: etiam precepit eis cui hec exhibentur/dare miniſtrãtibus neceſſaria. vt patet Matthei. x. vbi illa duo ſimul vnico contextu precipiuntur. Dicat ergo ſe capere ratione ſuſtẽtationis: et eius titulus ad hoc in conſuetudine fundatur: quia aliter probare non potes in particulari ꝙ aliquid ei debeatur. ¶ Sed contra hoc arguitur. Innocẽtius Tertius in. c. prefato. Suam. definit cõtrariũ ſic inquiens. Suam nobis parochiani de villa Frãca querimoniam deſtinarunt: ꝙ capellanus eorum ꝓ exequijs mortuorum et benedictionibꝰ nubentium minus licite pecuniã ab eis exigit et extorquet. et infra. Di. v. mãdamus quatinus dictum capellanum vt a tãta preſumptione deſiſtat: et etiam pro exceſſu ſatiſfaciat competenter/moneatis/ſibi (ſi obedire noluerit) penam canonicam infligentes. et in. c. Cum in eccleſie. eiſdem ſpiritualibus recitatis dicitur. Putant autem plures ex hoc licere: quia legem mortis de longa inualuiſſe conſuetudine arbitrantur: non attendentes ꝙ tãto grauiora ſunt crimina quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam. Ne igitur hec de cetero fiant: vel ꝓ perſonis eccleſiaſticis deducendis in ſedem/ vel ſacerdotibus inſtituendis: aut ſepeliendis mortuis: ſeu benedicendis nubentibus: ſeu alijs ſacramentis conferendis/ſeu collatis aliquid exigatur: diſtrictius prohibemus. Si quis autem contra hoc venire preſumpſerit: portionẽ cũ Giezi ſe nouerit habiturũ. ¶ Reſpondet̃. iſta capitula ſunt apparentia contra concluſionẽ ſecundam: et videtur bellum cum. c. Ad apoſtolicam. mouere. ſed dicimus ꝙ iſta cap̃. intelliguntur quãdo conſuetudo non eſt ſufficienter introducta: quia ſaltem requiruntur decem anni/populo non recalcitrante. indiſtincte enim conſuetudo contra ſolos laicos decẽnio roboratur: vt notari ſolet in. l. De quibus. §. De lege. et per gloſſam in. c. fi. de conſuetu. lib. vj. ¶ Ad ſecundum argumẽtum duo dico. Primum eſt: ꝙ licet ita fuerit: nõ ſequitur quin iam conſuetudo ſit bona. qḋ patet de primis Gallis qui non ieiunarunt in omnium nouem apoſtolorum profeſtis. et deniq; de omnibus conſuetudinẽ contra legem ſcriptam introducentibus et peccãtibus. Poſteriores tamen non peccant quia iam per conſuetudinem lex eſt abrogata. Ad conſuetudinem autẽ non oportet ꝓbare eius initium fuiſſe bonum: qꝛ aliqua eſt conſuetudo nunc rationabilis: que initium habere poterat ex peccato: aliqua etiam ſine peccato. Secũdo dico preſumendum eſſe in meliorem partem vbi de oppoſito non docetur. ¶ Ex tota ſolutione patet ꝙ vbi non eſt conſuetudo accipiẽdi pecuniam pro his nominatis prelatus non poteſt cogere populum ad dandum. probatur ſic. vbi conſuetudo eſt quodãmodo introducta et non ſufficienter ſtabilita/non poteſt cogere: vt dicitur in. c. Cum in eccleſie. ergo a fortiori non poteſt vbi nihil conſuetudinis eſt introductum. Item queritur/quo titulo talem pecuniam exigat. non ſufficit alia loca allegare: quia ſic poſſemus in Gallia veſci extremitatibus et interioribus animalium/oĩbus diebus ſabbbatinis extra quadrageſimam. Sic enim Caſtellani faciũt. Et in illis diebus inter feſta natalia et purificationem incluſiue liceret comedere carnes in Britãnia more Pariſienſium: qḋ eſt falſum. Sed cõtra iſtud arguitur. cõ

tingit prelatum non habere ſumptus neceſſarios: ergo tunc poteſt cogere ſubditos ſubire conſuetudinem ſoluendi locorum vicinorum. Reſpondetur. adhuc nō poteſt aliquid exigere. potius autem doceat pueros/ſcribat/querat victum manibus/vel induſtria. vt dicitur xcj. diſt. Clericus victum. quemadmodum fecit Apoſtolus. de cenſi. cap̄. Cum apoſtolus. Sed ſi neſciat victum aliunde querere populus ei prouidebit: et ad hoc compelletur.

¶ Contra tertiam concluſionem arguitur. Secunda infert contradictorium tertie: ergo ille due concluſiones compugnāt: quia ſi inferiori liceat ſuperiori licebit. alioquin inferior in iuriſdictione erit ꝓportionabiliter maior ſuperiore. ¶ Reſpondetur negando harum concluſionum repugnantiam. nam pauper plebanus magnum habens laborem in plebe ex cōſuetudinibus et omnibus aduentitijs/interdū egre colligit. lx. ducatos: nonnunq̄ vix. xxx. vel minus: et plures habebis opinione mea non colligentes. c. ducatos immo. lx. q̄ colligentes vltra hanc ſummam etiā oībus conſuetudinibus in ſortez deputatis. Epiſcopi vero regulariter prouentus ſufficientes habēt. Nunquid duo milia vel tria ducatorum ſufficiſit epiſcopo ꝓ ſui ſuſtētatione: Quis etiam ſit profundiſſimus theologus tot oculos in cura habēs quot argus/etiā nobilis? Quid opus eſt ergo cum tot prouentus habeat pro ſe et ſuis nutriēdis/facere tot exactiōes? Adde vlterius. ſi opus fuerit: poteſt epiſcopus fouere eccleſiaſticos viros dādo eis pauca quibus etiam poteſt prouidere pro loco et tempore non ratione ſeruitij: ſed ratione idoneitatis cognite/ſeruiendo. Ubi autem eſſet aliquis pauca habēs ſm ſuum ſtatum communem: deberet ſuum ſtatū temporalem et tranſitorium diminuere potius q̄ alijs dare occaſionem male agēdi: quia ſi epiſcopus pauca habens capiat pecuniam poſt ſpiritualium exhibitionem ſub titulo ſuſtētationis: potiſſimum ſi bonus fuerit: putabunt opulēti epiſcopi hoc ſibi licere. Motiua autem cuiuſdam oppoſitum tenentis nullius ſunt momēti. dicit epiſcopos grauatos eſſe cura totius dioceſis. hoc nihil eſt: nam contra equitatem naturalem non currit cōſuetudo: vt ſuperius diximus. Nec valet dictum eius ꝙ papa ſcit et tolerat: ergo eſt licitum. Antecedēs enim eſt falſum: vt patet per conſtitutiones Martini quinti/Eugenij quarti/Pij/Pauli/Sixti/et multorū aliorū neotericorū pontificum. Secundo conſequētia eſt nulla: vt patet de multis criminibus irretitis tam inter eccleſiaſticos q̄ laicos. ¶ Recolligēdo ſparſim dicta: diximus ꝙ plebanus licite cogit ſubiectos laudabilē ſeruare conſuetudinem poſt factum tamen quando conſuetudo eſt totaliter preſcripta. ante factum enim aut tempore exhibitionis ſacramenti cogere nō poteſt: licet non capiat ratione conſuetudinis: quia adhuc non eſt conſuetudo et eſſet color de ſacramentorū venditione. ſpecies autem mali eſt relinquenda. gratis tamen oblata capere poteſt. Nec obſtat. c. Emēdari. j. q. j. vbi ꝓhibetur nūmos in cōcham mittere ne videatur ſacerdos vendere baptiſmum. quia hoc eſt ꝓpter ſpeciem mali. ſed in cap̄. ſequēte dicit̄ ꝙ gratis oblata capere poteſt. Epiſcopi autem iſta facere non poſſunt: cum ſufficientes redditꝰ paſſim habeāt. Quo fit vt minor venia danda ſit opulato epiſcopo iſta capiēti q̄ pauperi. Sed dicis. ſi pauper occulte caperet aliquid pro ſui ſuſtentatione/non committeret ſimoniam: ergo neqꝫ diues ſimoniam committit. Reſpondeo. conſequentia intelligendi nullum colorem habet. Ubi enim nō eſt conſuetudo cogens homines ſoluere/ſimoniam committeret: non autem vbi eſt conſuetudo in plebanis. ſicut negociator capit lucrum vltra ſortē ſine vſura. ſed ſi is qui non eſt negociator: ſimile lucrum caperet/vtiqꝫ vſuram committeret. Ille ſimoniam committit qui in exhibitione ſpiritualium temporale capit preter rationem: licet dicat ꝓ ſui ſuſtētatione ſe capere. Et hec de conſuetudine tam epiſcoporum q̄ inferiorum. De notarijs et ſimilibus videndum eſt: an habeāt ſuſtētationem deputatā vt gratis ſuum officium exequātur/an non. Et ſm hoc conſequenter dicendum eſt de ſimonia vel non ſimonia.

¶ Diſtinctionis Uigeſimequinte.
Queſtio Quinta.

Quinto quæritur. An ſimoniace promotus cum munere a manu iuſtum titulum in beneficio acquirat. Reſpondetur negatiue. vt patet ꝑ extrauagantē Martini quinti in cōcilio Conſtantienſi conditam: que incipit Multe. in qua ſic dicit. Sacro approbante concilio declaramus ꝙ ordinati ſimoniace ab executione ſuorum ordinum ſunt ipſo iure ſuſpenſi. Electiones autem et poſtulationes/confirmationes: et queuis prouiſiones ſimoniace eccleſiarum/monaſteriorum/dignitatum/perſonatuum/officiorum et beneficiorum/quorūcūqꝫ deinceps facte: nulle ſint ipſo iure: nullumqꝫ per illas ius cuiq̄ acquiratur. Nec promoti/cōfirmati/aut prouiſi faciant fructus ſuos: ſed ad illorum reſtitutionē tanq̄ iniuſte ablatorum teneantur. Statuētes inſuper ꝙ dantes et recipientes ipſo facto ſententiam excōmunicationis incurrant: etiam ſi pontificali aut cardinalatus prefulgeāt honore. Reuera tamen ordines quis ſimoniace promotus acquirit: ſed nō ordinum executionem. hoc eſt nō poteſt exercere illa que ordinis ſunt ſub pena mortalis peccati.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur ſic. Stat Romanum pontificem ſimoniace a cardinalibus eligi: et tamen verū ius acquirit in pontificatu maximo: ergo concluſio falſa. nihil ſcrupuli videtur niſi in minore: que ꝓbatur: q2 dato oppoſito crebro incertum et dubiū eſſet de capite eccleſie: qđ eſt incōueniēs. ¶ Reſpondetur concedendo vtrāqꝫ premiſſarum: nam ipſe ſolus excipitur. Et patet illud de elec. in. c. Licet. vbi ſic ſcribit Alexāder Tertiꝰ. Licet de vitāda diſcordia in electiōe Romani pōtificis manifeſta ſatis a pre. no. cōſtituta manauerint: quia tamen ſepe poſt illa per improbe ambitionis audaciam/grauem paſſa eſt eccleſia ſciſſuram: nos etiam ad malum hoc vitādum: de cōſilio fratrum noſtrorum et ſacri approbatione concilij aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus ergo vt ſi forte inimico homine ſuperſeminante zizaniam: inter cardinales de ſubſtituendo ſummo pontifice nō poterit eſſe plena concordia: et duabus partibus concordantibus: pars tertia concordare noluerit: aut ſibi aliū ꝑſumpſerit nominare: ille abſqꝫ vlla exceptione ab vniuerſali eccleſia Romanus pōtifex habeatur: qui a duabus partibus electus fuerit et receptus. Ecce hic dicitur (abſqꝫ vlla exceptione) hoc eſt iuris poſitiui humani. gloſ. tamē hereſim excipit. Sed dico illam exceptionem nullam. Nam propter hereſim papa nō cadit a dignitate papali: nec eum repugnat eligi: alioquin foret incertitudo in pontificatu. Propterea licet eſſe coniu-





gatus vel homicida: poſt duarum tertiarum electiōem erit pontifex. ⁊ Panormi. in. c. prefato infert ꝙ laicus a duabus partibus electus erit pōtifex. ꝓbatio eius eſt de Petro qui erat primus papa et laicus. ſed probatio eſt nulla. Licet enim Chriſtus ante paſſionem ꝓmiſerit ei pontificatum. vt patet Mathei. xvj. et trāſumptiue. xxiiij. q. j. Quodcūqꝫ. tamen non erat maximus pontifex viuente Chriſto. ſed illa poteſtas fuit ei collata poſt reſurrectionem. vt in diſt. precedente diximus: ⁊ tamen erat ſacerdos factus in vltima cena. quare falſum aſſumit in probatione. concluſionem tamen puto verā. Non enim credo de iure diuino eſſe requiſitū ad hoc vt quis dignitatem papalem habeat/ꝙ ſi clericus. Uides ſicut ius habet ab alijs pōtificibus ſeparatum: ita aliam electionem. Nam alij epiſcopi eligūtur a maiore parte capituli: nec requiritur conſenſus duarum tertiarum: ſed ſufficit pluralitas. vt dicitur in. §. Ex hoc. in dicto cap̄. Licet. Alij item epiſcopi confirmantur ⁊ conſecrantur: quod in eo nō requiritur. Nec appellatur dominus electus/ceterorum more: ſed Romanus pontifex. Uerūtamen grauiter peccat pecuniam dans vt eligatur: ⁊ magne ambitionis eſt nota: et alijs prelatis peſſimum prebet exemplum. Aliquos vero de ſui electione dubitantes legimus papatui renunciaſſe: vt Leonē Quartū: ⁊ Honorium Secūdū. Cardinales tamen ab eo accipiētes pecuniam quatenus eum eligant: tenentur illam reſtituere: quia generale eſt ⁊ de iure nature: ꝙ homo non acquirit dominium pecunie ꝑ actum quē tenetur gratis exhibere. vt ſi des latroni pecuniam quatenus te nō occidat: vel debitori pecuniam vt tibi ſoluat debitum: nec ſicariꝰ: nec debitor illiꝰ pecunie acquirit dominiū: ſed eam reſtituere tenetur. Et ratio eſt: quia tenetur ad oppoſitum. Sic autē eſt in propoſito. Cardinales nāqꝫ tenentur gratis eligere Romanū pontificem/ſi eligant: et prohibentur tale munus accipere: non ſolum de iure poſitiuo humano: ergo illius pecunie non acquirūt dominium: ſed illam pecuniā reſtituere ſunt obligati. Contra hoc dicis. mulier capit pecuniā pro ſui corporis turpi locatione: et tenetur ad oppoſitum: nihilo tamen minus illius pecunie acquirit dominium. Reſpondetur. mulier non tenetur gratis dominium ſui corporis alteri communicare: q2 nullo modo tenetur vſum ſui corporis alteri communicare. ſed licet talis vſus ſit ei interdictus acceptio tamen pecunie nō eſt ei vetita: nec ad reſtitutionem tenetur. Nec ipſe poſtq̄ eſt factus pōtifex: poteſt eis illam pecuniam remittere: ſic ſcilicet vt ſint ſalui in conſcientia: qualitercūqꝫ illam pecuniam expēdāt. Illa enim fuit pecunia eccleſiaſtica/vt ſupponit̄: cuius pōtifex nō eſt dn̄s/ſed ſolum fidelis diſpenſator. ¶ Sed contra iſtud arguit̄ ꝑ dictum Nicolai pape qđ recitatur. lxxix. diſt. c. Si quis pecunia. vbi ſic dicitur. Si quis pecunia vel gratia humana/aut populari ſeu militari tumultu: ſine concordi et canonica electione et cardinalium et ſequentium religioſorum clericorū fuerit apoſtolice ſedi inthroniſatꝰ: nō apoſtolicus ſed apoſtaticus habeatur: liceatqꝫ cardinalibꝰ et alijs clericis deum timentibus/et laicis maiorem illum anathematizare: et humano auxilio a ſede apoſtolica pellere. Reſpondet illic gloſ. ꝙ textus loquitur de eo qui per ſimoniam electus eſt ab illis qui non habebant poteſtatem eligendi: non a cardinalibus. Hec gloſ. eſt Aurelianenſis: vt conſtat per verba textus allegata. Sed dico illud fuiſſe antiquum ius. quod reuocatur in cap̄. Licet. nec illud ius in concilio Conſtatienſi allegatum in probatione concluſionis/hanc legem reuocat: quia iſta lex in cap̄. Licet. eſt rationabilis: conſideratis his temporibus.

¶ Secūdo arguitur. Si Sortes habeat verū ius ad a. beneficium: et diſturbetur ab aliquo: poteſt redimere vexationem pecunia vt beneficium ſuum habeat: ergo concluſio falſa. Antecedens patet per ca. Dilectus filius. vbi prepoſitus rehabuit pecuniā mandato ſummi pontificis ab archidiacono Eboracenſi nō ſeruante promiſſum de ceſſatione a vexatione. ¶ Reſpondetur. hic non committitur ſimonia: quia non datur temporale pro ſpirituali: ſed datur temporale pro re eſtimabili precio. Nam ceſſatio iniuſte vexationis eſt res temporalis eſtimabilis precio. quare aliquis licite poteſt illā iniuſtā vexationem redimere: licet alter iniuſte vexans peccet et teneatur acceptum reſtituere: q2 redimens illam vexationem habet iuſtam cauſam redimendi. nec cooperatur peccato alterius: quia non conſentit in vexationem actiuam alterius: nec placet ei receptio pecunie quam alius accipit: ſed ei placet ceſſatio iniuſte vexationis et ſolutio precij eiuſdem que non eſt mala. vt in. xv. diſt. de vſura diximus. Sed quādo quis habet ius plene acquiſitum tam in ſpiritualibus q̄ in temporalibus: licitum eſt vexationem redimere: ſm illud Apoſtoli ad Ephe. v. Redimentes tempus quoniam dies mali ſunt. ſiue in poſſeſſione poſſeſſus fuerit: ſiue non/ſed ſit iniuſte a poſſeſſione prohibitus: et hoc quando conſtat indubitanter eſſe ius acquiſitum. per pecuniam enim non acquiro nouum ius: ſed tollo impedimētum iuris mei habendi. Oſtendo aliunde. poſſum dare pecuniam tyranno vt ceſſet a maiore peccato: ſi non poſſum eum a peccato remouere omnino. propterea ne me in nemore occidat: do ei pecuniam: in cuius acceptione minus peccat q̄ me occidendo. Sic minus eſt ei peccatum capere paruam pecuniam q̄ beneficium continuo tenere. quod patet ex cap̄. allegato Dilectus. in quo habetur ꝙ datio pecunie pro iure ſpirituali queſito conſeruando contra moleſtationem indebitam non inducit ſimoniam nec turpitudinē. alioquin nō potuiſſet vexatus ibi pecuniam datam repetere: quia quando turpitudo ex vtraqꝫ parte verſatur: non eſt locus repetitioni. j. q. iij. Queſitum. ¶ Sed ſi Petrus ſit idoneus ⁊ electus: an pecuniam dare poſſit confirmanti vt ſe confirmet: qui indebite cōfirmationem negat viro idoneo electo: eſt maior difficultas. Ad partem affirmatiuam eſt color. nam cum ſit idoneus et electus/ius habet confirmationem petendi: et ſuperior tenetur electionem confirmare niſi habeat cauſam legitimam contra electum. vbi autem certo ſcit nullam eſſe cauſam non confirmandi niſi quia non datur pecunia: forte non eſt improbabile ꝙ in foro anime pecuniam dare poſſit pro vexatione tollenda. In ſpiritualibus vero vt euitetur ſimoniaca labes: pro iure acquirendo: non eſt licitum dare pecuniam. Illic enim non eſt locus redimendi vexationem iniuſtam. Si autem de iure ei contradicatur: dando pecuniā notiſſima eſt ſimonie labes: vt patet in capitulo Matheus. et capitulo De hoc. poſſum tamen dare pecuniam: vt electores non eligant inidoneum: et vt idoneum eligant. Ad hoc enim ius acquiſitum habeo: et continetur in ſecundo membro: non tamen vt me idoneum eligant: quia non debeo me ſolum preſumere idoneum: nec ſolum Petrum. Hoc modo Jacob ius primogeniture quod a deo ſibi actualiter datum erat: a fratre

non emit:ſed per modum emptionis vexationem ſuam redemit. perinde ac ſi detur pecunia contradicentibus de facto/ ⁊ non de iure. Securius tamē eſt abſtinere/ nō dando pecuniam contradicentibus de facto ⁊ pro confirmatione/ ob ſpeciem mali. ⁊ vix eſt ius plene acquiſitū in confirmatione forte etiam cōtradicentes de facto habent apparentiam contradicēdi de iure. Eodem modo ſi quis fuerit iniuſte excommunicatus poteſt dare pecuniam gratia vexationis redimende: quia forte prohibetur ne eligat vel eligatur: vel aliam iacturam icurrit: ſermo eſt de excommunicatione iniuſta que eſt nulla. Ratio eſt: quia talis excommunicatus habet iam ius acquiſitum ad hoc. Similiter ſi habeā paruulum morti proximus/ ⁊ nullus adſit eum baptizaturus niſi ſacerdos ſolus qui non vult baptizare ſine pecunia: nec poſſum ei aliud ſuadere dabo pecuniam redimēdo vexationem meam iniuſtam. Quicquid autem ipſe dicat/ ſiue pro ſuſtentatione/ ſiue ſacramēto: mihi ſatis eſt ꝙ illo reſpectu non do. Illic enim ſolum datur temporale ꝓ tēporali. ⁊ ius acquiſitum habeo.

¶ Tertio arguitur, Spirituali annexū poteſt permutari per pecuniam: vt videre eſt in permutatione duorum beneficiorum: quorum vnum eſt altero pinguius: refundendo pecuniam quouſqꝫ veniatur ad equalitatem in prouentibus. patet in cap. Ad queſtiones. de rerum permu. et tamen illic eſt ſimonia ex dictis igitur. ¶ Reſpondetur. cap. ſe exponit. poſſeſſiones namqꝫ poſſunt inter ſe permutari/ ⁊ eccleſie inter ſe: ſed non debent illa inter ſe miſceri: puta poſſeſſio cum eccleſia: vt dicit textus. Si quis autem permutet beneficiū debitis oneratum: ratione beneficij: ⁊ nō beneficiati debita cōtracta ſunt poteſt etiam paciſci ꝙ permutet cum alio ea lege vt alter debita ſoluat. Ratio ē. quia ſine pactione alter ad hoc cogeretur: ⁊ nihil in pacto deducit vltra illa que tacite. beneficium autem pro beneficio ꝑ gnerāt ſe ꝑmutaꝛ: ⁊ de per accidens trāſeūt illa debita.

¶ Quarto arguitur, duo contendentes pro beneficio/ poſſunt inter ſe tranſigere. vt quotidie videmus. nam vni penſio perpetua aſſignatur: alteri beneficium. Et caſus eſt in iure expreſſus in cap. Niſi. de ꝓben. vbi vnus habuit beneficium/ ⁊ alter penſionem. xl. librarum annuatim: ⁊ ius ad beneficium vendidit precio. xl. librarū. ergo ſpirituali annexum pro temporali. De ratione aūt tranſactionis eſt ꝙ ſit pactio non gratuita qua aliquid datur vel retinetur vt a lite recedatur: ꝑ hoc enim ab amicabili compoſitione ꝓprie dicta diſcrimen habet. ¶ Reſpondetur quando ambo habent titulum probabilem: poſſunt auctoritate prudentum tranſigere: nec tranſactio ⁊ permutatio beneficiorum eſt ſimoniaca: ſed ob periculum ſimonie ⁊ fraudis iura hec prohibent. ⁊ propterea dicit pontifex in dicto cap. Niſi. ꝙ ordinationem illam haberet ſuſpectam niſi eſſent viri ꝓuidi ⁊ honeſti. tam qui ordinationem fecerunt ꝙ̄ illi circa quos eſt facta. Multis autem verba iuris ⁊ non ſenſum ponderantibus nō eſt credendum: ꝙ non liceat permutantibus beneficia ad ſe inuicem tractatum facere: ſed vnus debet epiſcopum adire ei inſinuādo ꝙ in alio loco melius proficeret: faciendo mentionē de beneficio alterius: ⁊ poſtea epiſcopus vtrūqꝫ conueniet. Hoc eſt nō oportet ſed poſſunt mutuo colloqui ſuper hoc ⁊ ſuā mentem inuicem explicare: ⁊ dicere ſe contentos ſi ſuperiori placuerit: ſed propter legem contractum irritantē nō poſſunt in re permutare ſine facultate epiſcopi. Verbi cauſa. Si ego ſum in hoc loco inuiſus ⁊ minus gratꝰ ſed poſſum alibi proficere ſubditis: et alius erit ouibus meis gratior: quare non poſſem deſiderare alium locū adire? ⁊ cum nō poſſim in hoc mortali ſtatu more angelico loqui: quare mentem meam alteri nō aperiam? Vtilitas namqꝫ eccleſiarum vel eccleſie: perſonarum aut ꝑſone: profectus ſine iactura eccleſie/ eſt ſufficiens ratio permutationis. Sed ſi non eſſet lex lata ꝙ non fiat ꝑmutatio ſine conſenſu epiſcopi vel epiſcoporum quando ꝑmutantes ſunt ex diuerſis dioceſibus: duo prudentes poſſent inter ſe permutare: nec vllo modo eſſet ſimonia. ſed propter ſimonie vel auaritie periculum hoc prohibetur: ⁊ ita permutatio facta ſine auctoritate epiſcopi/ poteſt dici ſimonia laxato vocabulo/ quia prohibita. Ad ampliꝰ eſt/ dico. Si Sortes habeat a. beneficium ſimoniace. ⁊ commutet ipſum cum b. beneficio Platonis iuſte: Plato poſtea habet iuſtum titulum in a. ⁊ Sortes in b. beneficio. Ratio eſt: quia reſignarunt ſua beneficia in manꝰ ſuperioris qui rurſus ſeu de nouo dedit hec beneficia. ⁊ vterqꝫ eſt capax: niſi aliqua lex poſitiua humana preiudicium Sorti inferret: nam b. beneficium non datur pro a. beneficio tanꝙ̄ precium ei reſpondens: ſed de nouo confertur. Secus eſt de agris vſura emptis/ ⁊ eo qui loco crementi vſure ſuccedit. ¶ Ad formam igitur argumenti nego ꝙ penſio ſit quid mere temporale. nam beneficium interdum in recto pro iure fructus colligendi ſupponit ratiōe officij diuini/ quod vulgo canonia vocatur: ad quod homo eſt obligatus. nonnunꝙ̄ ꝓ fructibus ipſis: ⁊ tunc eſt aliquid tēporale. vt in ca. j. de vſuris. Sic et pēſio capitur pro iure colligendi fructus ratione cultus diuini cui homo eſt alligatꝰ: ⁊ eſt virtualiter beneficium ⁊ temporanea partitio. Et obligatur orare pro his pro quibus alter/ qui eſt in poſſeſſione totius categorematice. Et ſic vnum ſpūale ius ambiguū maioris prouentus ſi haberet/ permutat pro alio ſpirituali minoris emolumenti. ꝙ̄uis autem non vocetur beneficium eius/ non refert: nomina enī ſignificant ad placitum. vt quando duo litigant: ⁊ vterqꝫ habet apparentem titulum: ſi Sortes habeat paruū beneficium: illud Platoni concedit litiganti quatenus iuri ſuo cedat: et in neutra parte peccatum committitur. quare ſi neuter eorum habet beneficium: vnus capit nomen beneficij: ⁊ vocatur curatus/ vel rector in Britannia: aſſignādo alteri penſionem ad vitam/ vel quouſqꝫ ei prouideatur de pinguiore dummodo aūt fiat cōſilio prudentum: hoc totum eſt licitum. Sed ſi vnus nihil iuris habeat: et hoc ſciat: alter ius habens poteſt redimere vexationem aſſignando ei portionem: vel dādo pecuniam vt cedat/ ſine peccato: quia non plus iuris acquirit ꝙ̄ antea habuit. nam dat pecuniam vt non vexetur: ſed alter iniuſte capit ⁊ tenetur reſtituere. Contra. duobus probabiliter litigantibus Sorte ⁊ Platone/ in fine ꝓceſſus cognoſcitur ꝙ Plato non habet ius: ſed ius ſophiſticum ſolum habuit. ergo licet Sortes poſſit remittere Platōi expēſas factas: Plato eas capere nō poteſt ſana conſciētia. Reſpondetur. non ſequitur: quia licet minus iuris habeat/ appellabit: ⁊ nunc ius vnius creſcere videtur: nūc alterius ⁊ ſine illo propter ꝓbabile principium huius i litigando et procedendo pro tempore/ excuſabitur. Ex dictis percipere potes: an ius habēs acquiſitum ad beneficium licet moleſtetur: poſſit illud ius permutare ꝓ alio beneficio pacifico ⁊ palam eſt ꝙ ſic. Vlterius percipere potes an pro iure probabili poſſit beneficiū minus certū accipere. ¶ Epilogando dicimus ꝙ Romanus pontifex verum papatum acquirit: lꝫ ſimoniace et pactionaliter eligatur: qꝛ de epiſcopatu nō debet eſſe difficultas cū ſit ordo: ⁊ etiā quo ad iuriſdictionē in eo. Et



illud eſt rationabile: ne ſit confuſio et incertitudo in capite. Signum tamē eſt magne ambitionis ⁊ viri deum non timentis: ſic ad papatum conſcendere. Ex quo patet ꝙ licet talis aſcenſus ſit lege diuina et nature vetitus: non tamen eſt interdictus ei papatus. Preterea diximus ꝙ quis poteſt redimere vexationem in temporalibus tā pro iure acqſito ꝙ̄ acquirendo. In ſpiritualibus autem poteſt redimere vexationem pro iure acquiſito: ſiue ſit in poſſeſſione ſiue non. nihil enim iuris emit: ſed ſuam vexationem redimit. De tranſactione et beneficiorum permutatione diximus: ꝙ ſi fiant conſilio prudentum: nec ſimonia committitur nec ſimonie ſpecies. et ꝙ permutaturi poſſunt colloqui ſeorſum pro beneficiorum ꝑmutatione quādo vident illud eccleſie vel ſibi ſpiritualiter conducere vel obeſſe.

¶ Diſtinctionis Vigeſimequinte.
Queſtio Sexta.

Sexto quæritur. An poſſit eſſe pactio in ſpiritualibus. Reſpondetur ꝑ duas concluſiones: quarū prior eſt. Res ſpiritualis poteſt pactione duci ꝓ re ſpirituali. patet de permutatione eccleſiarum: vt do tibi titulū eccłie mee ⁊ accipio titulū eccłie tue: ex queſtione precedente. Scdo. duo aſſueti celebrare/ Sortes hora octaua/ ⁊ Plato decima: ꝓpter īpedimentū poſſunt licite paciſci: ꝙ ſi Plato hora. viij. celebret/ Sortes hora x. celebrabit. Inſuꝑ epiſcopus confert alicui eccleſiam curatam ſub conditione ſi reſignet primam: que collatio valet. tacite enim ineſt ꝙ per receptionem ſecūde eccleſie curate vacat prima. c. De multa. de prebē. immo valet collatio beneficij ſub conditione ꝙ beneficiatus deberet quotidie miſſam de beata virgine celebrare. c. Significatum. de preben. Preterea religioſi patres promittunt alicui iuueni ꝙ ſi bene ſtuduerit biēnio vel triēnio: eum in religionem recipient. Et epiſcopus honeſte dicit iuueni. Si bene ſtudueris et probum te oſtenderis: prouidebo tibi de beneficio. etiam licite promittit ꝙ ſi vitioſam vitā in bonā mutauerit: dabit ei beneficium. ¶ Secunda concluſio. Res temporalis eccleſie licite applicatur adiecto onere ſpirituali: et contra ſpirituale pro temporali promittitur: quia in traditione rei ſue poteſt quilibet ſibi legem prefigere quam vult. l. In traditionibus. ff. de pac. etiam ſi traditio fiat eccleſie. ad hoc eſt textus in cap. Verum. de condi. appo. in ſpon. Hoc modo multa cenobia et multe eccleſie dotate ſunt: temporalia capientes cum onere: vt pro relinquentibus et eorum poſteris religioſi vel ſacerdotes preſentes ⁊ ſucceſſuri orarent. Sicut enim aurum res profana eccleſie traditur: vt fiat calix vt deſeruiat in diuino officio: ſic eſt de pecunia relicta ꝓ anniuerſarijs: et in multis alijs ſimilibus. Rurſus videmus probos curatos habentes rationabilem cauſam per quam abeſſe coguntur ab eccleſia/ ſubſtituentes bonos vicarios: conuenientes cum eis in certa quota pro ſeruitio quod impendunt. Preterea presbyter poteſt pro ſex paruis albis celebrare: ex queſt. ſcda huius diſt. ergo illud poteſt deduci in conditionem. Sed dicis et bene. conſequentia eſt nulla: quia collator beneficij poteſt capere palafredum poſt collationem beneficij gratis. et tamen non poteſt hoc in conditionem deduci. Propterea aliter arguitur. Omne illud qđ eſt licitum ſine conditione/ nec illicitum ⁊ difforme ex parte conditionis prouenit: poteſt in conditione poni: ſed ſic eſt in propoſito. vt patet ex allegatis ad primam concluſionem. Amplius: poſſum licite in cōditione apponere illud quod tacite ineſt ſed me ſubſtituente alium pro me ſpiritualiter laborantem: tacite ineſt ꝙ detur ei ſuſtentatio in parte vel in toto: vt patet prime ad Corinthios nono. ergo poſſum ſic paciſci: ſi celebres pro me: quandocunqꝫ eris diſpoſitus: dabo tibi victum et veſtitum. Item ex concilio Agathenſi ſic ſcribitur: prout habetur in ca. Clerici. j. q. ij. Clerici omnes qui eccleſie fideliter vigilanterqꝫ deſeruiunt ſtipendia ſanctis laboribus debita ſm̄ ſeruitij ſui meritum per ordinationem canonum a ſacerdotibus conſequātur. Et cum licitum ſit capere ſtipendium pro ſanctis laboribus: nec videatur aliqua deformitas inuolui in pactione: illud eſt licitum.

¶ Contra iſta arguitur: & potiſſimū contra ſecundam concluſionem. eſt ſimonia ꝙ rei profane onus ſpirituale annectitur. Reſpondetur negando ꝙ ſit ſimonia: vt patet ex dictis queſtione ſecunda. Unde gloſſa in cap. Significatum. de preben. dat cautelam ad ſimoniam euitandam: que eſt hec. vt onera diuinorum celebrandorum apponantur rei: et poſtmodum res tradantur ſimpliciter: tunc tranſibit res cum illis oneribus. Et dicit Innocentius. Onus temporale poteſt apponi: non autem ſpirituale/ excepta redemptione captiuorū. decima queſtione ſecunda. §. Hoc ius. duodecima queſtione ſecunda. Aurum. Innocētium Panormi. inſequitur. Hoc non valet. Si enim illa pia cauſa annecti poteſt: captiuos redimere: a fortiore apponi poteſt redimere animas a purgatorio et ad gloriā dei. Illa autem auctoritas eſt Ambroſij in libro de officijs dicentis. Aurum eccleſia habet vt nō ſeruet: ſed vt eroget et ſubueniat in neceſſitatibus. Quid eſt opus cuſtodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quantum auri atqꝫ argenti de templo domini Aſſyrij ſuſtulerūt? Nonne melius conflat ſacerdos pro alimonia pauperum ſi aliqua ſubſidia deſunt ꝙ̄ ſi ſacrilegus contaminat et aſportat hoſtis? et que ſequuntur. Ubi beatus Ambroſius nō ſolum dicit opes eccleſie pro redemptione captiuorum eſſe dandas: ſed etiam pro pauperum alimonia et ſepultura: concludens in his tribus generibus vaſa eccleſie etiam initiata: licere confringere/ conflare/ et vendere. et non ſolum intelligit de iſtis ſed de omnibus ſimilibus pijs cauſis: contra eccleſie prelatos neotericos: et contra aliquos ſue tempeſtatis. modo ſicut dicebam/ plus eſt animam liberare a purgatorio ꝙ̄ corpus a captiuitate. Nunquid prebende annectitur onus docendi? Textus ad hoc eſt expreſſus in ca. penulti. de magiſt. Nec etiam opus eſt cautela gloſſe. Non video quin in datione rei temporalis ⁊ prophane poſſit conditio ſpiritualis et pia apponi. Et ad ſimoniam non refert/ ſiue ante/ ſiue tempore dationis onus ſpirituale annectatur. Et idem patet de diſſenſione inter quendam noſtratem abbatem de Melros: et quendam nobilem de Foreſta/ nomine Alanum. vbi pōtifex reſpexit intentionem patris iſtius Alani de conditione appoſita.

¶ Contra iſta rurſus arguitur. ex cōcluſionibus et earum probatiōibus ſequitur ꝙ aliquis poſſet dare bona eccleſie adiecta conditione: ꝙ ſi eccleſia non faciat ſicut promittit: poterit illa bona reuocare: vel heredes etiam propria auctoritate vel ſucceſſorum. hoc eſt inconueniens. igitur. Et ꝙ ſequatur patet ex probationibus ad primam concluſionem.

¶Repõ 3der. Donator poteſt multifariã aliquid dare eccleſie. Uno modo ſic/ do hoc eccleſie. licet intendat ꝙ miniſter bene viuat ⁊ ſuperflua in pios vſus elargiatur Secundo modo ſic. do talem poſſeſſionẽ eccleſie vt quotannis tali die celebretur anniuerſariũ: addẽs/ ſi nõ ſeruetur illud: ego ⁊ heredes mei reuocare poſſumus. Tertio ſic reuocare poſſumus ſine auctoritate ſuperioris/ immo ꝓpria auctoritate. Primo modo donatio valet/ nec reuocari poteſt modo nõ ſeruato. hoc modo dotate ſunt eccleſie in beneficijs. nã dotãtes eccleſiam dederũt fructus Chriſto ⁊ miniſtris eius expendendos. In ſecundo mõ res reuocari poſſunt ſi nõ adimpleatur cõditio. Et ad hoc eſt textus expreſſus in. c. Uerum. de ꝯditio. appo. ĩ deſpon. vel in alijs cõtrac. vbi Romanus põtifex dicit Uerũ cum alicui eccleſie poſſeſſio qualibet interpoſita conditione donatur: a donatore donũ poſtea reuocari nõ poteſt: niſi forte tali ſit ꝯditione collatum ꝙ ea ceſſante debeat reuocari. Et hoc mõ conceſſa ſunt ſtipẽdia ꝓ anniuerſarijs celebrãdis: q2 ita a cõmuni hominũ ꝯſuetudine iudicat̃/ niſi fuerit rationabile impedimẽtũ. Uñ Auguſtinus ad Caſulanũ inqt. De quibus nil certi ſtatuit diuina ſcriptura. mos populi dei ⁊ inſtituta maiorũ ꝓ lege ſunt tenenda. Si dicas. que ſemel dicata ſunt eccleſijs/ nõ debent in vſus prophanos reuocari. hoc eſt verũ/ ſi cathegorice collata ſint. Circa tertiũ membrum eſt dubiũ. Sed teneo partẽ illã ꝙ non põt reuocare propria auctoritate/ ſed auctoritate iudicis. alioqui eſſet ſacrilegium. c. Quicũqꝫ militũ. ⁊. c. Nulli. xij. q. ij. Et hoc eſt ꝓpter multos malos qui nimis terrenis bonis afficiuntur: qui fingerent de nõ cauſa cauſam. Si petas. quõ iſtud capitulum. poteſt obligare ſucceſſores ad celebrãdum anniuerſariũ: Reſpondet̃. res tranſit cum onere. ⁊ beneficium datur ꝓpter officiũ. c. finali. de reſcrip. lib. vj. ſic ob ſtipendiũ/ quod eſt beneficium ꝓ hoc anniuerſario officio. Qui enĩ capit emolumentu pariter debet ſubire onus. ¶Concedẽdo dico ꝙ ſpiritualia cum ſpiritualibus permutanda ſunt: ⁊ conditio ſpiritualis rei prophane addi poteſt dũmodo ipſa ſit rationabilis. cuius ratio a iure ſcripto colligitur. et ex cõſequẽtibus ex eo/ vel in lumine naturali a iudicio prudẽtũ. Alique autem conditiones eſſent inhoneſte ⁊ cõtra rationẽ. vt poſte ſi beneficium ſemper detur vni cognatorũ cum collator teneatur magis idoneo cõferre. Idẽ autẽ eſt in effectu/ addere conditionẽ rei de anniuerſario quotãnis celebrando: ⁊ poſtea illã rem cũ onere eccleſie dare/ ⁊ ãnectere cõditionẽ tẽpore donationis. Quod ꝓbat̃. vel cõditio erat licita a pñcipio. vel illicita. Nõ ſecũdũ/ vt notũ eſt ꝑm eos. Si primũ: põt addi in trãſlatione rei ſicut ante tranſlationem. Nec eſt opus dicere. nos relinquĩ⁹ vobis tot redditus quotannis ex talibus agris colligendos: ⁊ rogamus vos amore dei vt quotãnis ꝓ nobis celebretis anniuerſarium officiũ tali die. Dixi nõ opus eẽ nã mos ille dicendi eſt bonus: ⁊ a cõſuetudine hominũ poſſet fieri obligatio. ſed volo dicere ꝙ ꝯditio põt apponi ⁊ ſatis diſtincte: vel inſtitui miſſa in honorẽ corporis Chriſti: vel vt cantetur Salue regina. quolibet die ſabbatino ante noſtram dominã/ apponendo conditionem: ſi non adimpleant officiũ/ non recipient redditus. Illic enim datur eis calcar bene faciendi quatenus implorẽtur auxilium chriſtifere virginis: ſicut pueri ad ſtudiũ vel ad ſanctos mores alliciuntur munuſculis. Non ſec⁹ inſtitute ſunt diſtributiones nocturne ⁊ diurne in eccleſia. Quare de ijs mirãdum eſt qui hoc dubium vertũt: et etiam de alijs: quomodo varias (vt dicunt) cautelas excogitarunt pro euitanda ſimonia: cum ſit eadem ſententia: vt cognoſcitur ab hominum conſuetudine: ⁊ hoc in hoc in foro contradictorio declararetur. Si aũt heredes defuncti redditus recuperare vellent: vl' ſi eccleſia officium iniunctum perficere nollet: ſemper homines intelligunt ꝙ illud ſpirituale officium nõ datur ꝓ illis tẽporalibus bonis vltimate ⁊ ꝓ precio adequato. Nec dãnandi ſunt ſimplices quocũqꝫ modo loquẽdi vtant̃: ſuã fidẽ et modũ aſſentiẽdi ꝯformãtes formaliter vel virtualiter eccl'ie. Si enĩ fieret eis obiectio ꝙ male iudicarent illic eſſe emptionẽ vl' huiuſmodi dicerẽt ſe putare habere melius. ſcꝫ ſpirituale pro temporali: ⁊ ad gloriã dei ⁊ ad ſalutem animarũ ſuarũ ⁊ parẽtum hec facitare: ⁊ ſi ſibi oſtendi cuperent qualiter loqui in hac parte oporteat Immo aliq̃ fundant obitus plurimos/ aſſignantes redditus fratribus minoribus peccantibus illos redditus aſſumendo cũ ſit contra eorum profeſſionem. abſit autẽ ꝙ pie redditus fundantes peccarent niſi ſuper hoc eſſẽt edocti: quẽadmodũ vulgus dans eis pecuniam nõ peccat: quia non cognoſcit eorum regulam nec ſcire tenet̃. Secus eſt de docto qui peccat/ quia peccato recipientum cooperatur ſcienter vel ignoranter vincibiliter/ qꝺ enim vni eſt ignorantia vincibilis: alteri eſt inuincibilis.

¶Diſtinctionis Uigeſimeſeptime.
Queſtio Septima.

SEptimo & vltimo circa hanc materiam queritur. que ſit pena ſimoniacorum. Reſpondetur. licet multiplices ſint eorũ pene: tamen de grauioribus ſolũ loquar. Una pena eſt ꝙ ſimoniaci in ordine vel beneficio ſunt excõmunicati: nec ius acquirũt in beneficio. Hoc queſtione quinta in probatione concluſionis diximus. Et Martinus Quĩtus in alia extrauagante facta anno ſecundo ſui pontificatus Mãtue que incipit Dãnabiliem. confirmat omnes excommunicationes/ ſuſpẽſiones/ priuationes/ ⁊ interdicta/ ⁊ alias cẽſuras a ſummis pontificibus latas contra ſimoniacos: quos vult incurrere ipſo facto omnem ſimoniacum occultum vel manifeſtum. vbicũqꝫ ſimoniam commiſerit cuiuſcũqꝫ ſtatus: etiam ſi epiſcopatus aut cardinalat⁹/ vel quauis alia eccleſiaſtica vel tẽporali preſulgeat dignitate: dictarum excommunicationum/ ſuſpenſionum ⁊ penarum abſolutionem ſibi reſeruãs niſi in mortis articulo. nec vult ꝙ virtute conceſſionis indulti aut cuiuſcũqꝫ facultatis abſoluendi conceſſe vel concedende a ſede apoſtolica poſſint abſolui: niſi ſpecialiter de peccato ſimonie auctoritatem abſoluendi contineant. Hoc idẽ voluit Eugenius Quartus in extrauagãte que incipit Cum deteſtabile. ⁊ Paulus Secũdus in proceſſu quẽ in die Iouis ſancta fecit. ⁊ Sixtus Quartus. ¶Secunda pena eſt quo ad reſtitutionem/ que eſt onerosior in foro anime. Dicitur ꝙ ab omnibus penis a canone latis/ ſuſpenſione/ irregularitate/ infamia/ excommunicatione/ pontifex diſpenſare poteſt. Et hec ſit vna propoſitio ſiue concluſio. cuius ratio eſt: quia non eſt aliquod ſtatutum pure penale qꝺ poſſit eũ obligare: ſicut enim par in parem non habet auctoritatem: ita nec idem in ſeipſum. ¶Secunda cõcluſio. Non poteſt diſpenſare quin ſimonia contra ius diuinum/ ſit peccatum. probatur: quia inferior non poteſt legem ſuperioris reuocare. ¶Tertia propoſitio. poteſt tamen facere ꝙ actus qui eſſet ſimoniacus propter ſuam prohibitionem in inferiori: ſit non ſimoniacus. hoc ſequit̃ ex ꝓbatione prime propoſitionis. Non tamẽ põt facere ꝙ illud qꝺ in tali actu fuit peccatum/ nõ fuiſſet peccatũ: q2 de p̃terito non põt facere non preteritum: immo nec deus. vj. Ethicorum. ¶Quarta propoſitio. põt diſpenſare cũ ſimoniaco pactionali quacũqꝫ pecunia data/ ꝙ licite teneat beneficiũ probatur. poteſt dare nouã collationem illius beneficij nec ius nature vel diuinũ repugnat: quin is ſit illius beneficij capax: ergo poteſt ei illud cõferre. Satis ei purgatur vitiũ quãdo res peruenit ad dominũ. ff. de vſucap. l. Si fur. ⁊. c. Quod quidã. §. Si forte. j. q. j. vt ſi ego habeam equũ tuũ furto ſublatũ: equo manente penes me potes ĩ me trãſferre dominiũ equi/ ⁊ manebit meus. modo pontifex poteſt cõferre beneficiũ ⁊ preuenire cõmunes collatores. ⁊ hoc rationabile eſt in ꝓpoſito: q2 alioquin homines cõtra cõſcientias nõ reſignarẽt hec beneficia: q̃qꝫ poteſt eſſe aliqualis occaſio emẽdi beneficia. Sed de munere ab obſequio quãdo nulla eſt pactio: ſi homo ſit idoneus quocũqꝫ fine inſeruiat: nõ credo ꝙ teneatur beneficiũ reſtituere. Eodẽ modo ſi prece vel conſanguinitate beneficiũ acquiſiuit/ dũmodo ſit idoneus. ſufficit penitere de peccato/ ſiue erat intentio pñcipalis per obſequium vel preces obtinere beneficium/ ſiue nõ. Iſtud poteſt oſtendi per capitulũ vltimũ de ſimonia.

¶Sed de ſimonia mẽtali inter doctores eſt difficultas nõ modica ꝓpter. c. fi. huius rubrice: vtrũ homo beneficium acquiſitũ per ſimoniam mentalem ſi ſecum nõ diſpenſetur a Romano pontifice/ teneatur reſignare. Pro cuius intelligẽtia cõſiderato. Quedam eſt ſimonia mẽtalis ſine opere. ⁊ quedã mẽtalis cũ opere ſubſecuto ſine pactione. quedã cũ opere ſubſequuto pactionalis. ⁊ ĩtelligo de pactione in munere in re vl' in ſpe. Pono exempla. vnũ/ do collatori a. ſummã pecunie vt habeã pactione beneficiũ in re: ⁊ ipſe ſic accipit. De iſta pactionali nõ reuocatur in dubiũ quin homo teneatur beneficiũ reſignare. nec poteſt aliter penitere. vt in. c. Inquiſitiõis. de accu. ⁊ pene excõmunicationis p̃miſſe ſunt cõtra hos late. de mentali aũt ſine ope nõ eſſe reſtitutionem faciendam/ certũ eſt: q2 illic nihil dat̃: vt ĩ vno corollario pñne queſtionis diximus. De ſecũdo mẽbro: vt quãdo do p̃lato pecuniã vt bñficiũ habeã tẽpe vacationis eius ⁊ aũ: ⁊ ipẽ ſcit me hac intẽtione dare: ⁊ illa intẽtione ſuſcipit/ nihil mihi loq̃ns varie ſunt põnes. Ioãnes Andreas dr̃ ꝙ ſola intẽtio nũqꝫ ĩducit niſi ſimoniam mentalẽ. hoc approbat Panor. ĩ. c. Tua nos. Cõtra hoc arguitur. beneficiũ in hoc caſu acquirens tenet̃ ipſum reſtituere. nec titulũ ĩ beneficium acquirit: vt ptꝫ per allegata. alioqui eſſet ſimonie palliatio: ⁊ tacite ſine pactione formali homines emerẽt beneficia. Et põtifices volẽtes ſimoniacã labẽ e medio tollere/ contra iſtaꝫ potiſſimũ ſicut ꝯtra vulpeculam loquuntur. Preterea ſi quis nomine Petri ipſo Petro ignorãte/ ⁊ etiam epiſcopo: apud collateralẽ epiſcopi ſimoniã ꝯmiſit. Petr⁹ tenetur beneficium reſignare. j. q. j. Preſentium. ergo a fortiori in caſu noſtro. Et patet in vſura. Dicis. pecunia fenebris eſt accipientis ad vſuram: quam pecuniam põtifex remittere non poteſt. reſtitutio vero ſimoniaca eſt facienda eccleſie quam remittere poteſt eccleſia ſi vult. Obijcio. vna eccleſia non poteſt remittere pecuniam alterius eccleſie. Non valet dictum Hoſtienſis dicentis vſuram iure diuino prohibitam. Simoniam vero in beneficio/ de iure ſolum humano. Hoc enim eſt contra predicta in queſtione ſecunda. huius diſtinctionis. Ioannes Andreas dat aliquas friuolas rationes. dicẽs Magis quis obligatur ad mutuum q̃ꝫ ad beneficium. in ſimonia mens vtriuſqꝫ poteſt eſſe lacerata: ideo melior ẽ conditio poſſidẽtis. in mutuo ſolum deprauatur mens mutuantis. Primum eſt falſum. aliquis enim obligatur alteri dare beneficium: mutuo vero non/ extra neceſſitatem. contigit etiam ꝙ in ſimonia vnius ſolum mens laceretur: et in vſura aliqua/ vtriuſqꝫ. Panormi. tamen in ca. fi. diſcedit ab opinione priori in ca. Tua nos. Magis explanando membrum de quo eſt queſtio: ſit hoc exemplum. Petrus dat trecẽtos ducatos prelato tempore prebende vacantis: et nihil dicit: epiſcopus hos trecentos capit: et ratione eorum ſine pactione dat prebẽdam. hic eſt vera ſimonia: et tenetur reſtituere: vt opinor/ pecuniam epiſcopus: nec Petrus acquirit ius in beneficio. Et eſt ſimile: ſi ego deponerem mille ꝙ epiſcopus non dabit fratri meo beneficium vacans: credens ꝙ hac via auarus epiſcopus fratri meo dabit beneficium: et reuera ita facit: tunc dico ꝙ epiſcopus tenetur hanc pecuniam reſtituere: nec frater acquirit ius in beneficio. et ita vtrobiqꝫ quando effectus ſimonie mentalis eſt cauſa motiua habẽdi beneficij. Alia enim eſt ſimonia mentalis que non eſt cauſa habendi beneficij. et tale beneficium vel pecuniam acquiſitam non oportet reſtituere. vt ſi idoneus aliquis det epiſcopo gradarium hac intentione vt ſibi prebendam det: nihil ſuper hoc epiſcopo ſignificans: iam iſte eſt ſimoniacus. poſt annum vel duos epiſcopus memor et muneris accepti et idoneitatis: dat ei beneficium quia idoneus eſt: fortaſſe equus quo inuehitur eſt cauſa memorie: nec epiſcopus tenetur reſtituere gradarium: nec clericus prebendam: et tamen preceſſit ſimonia mentalis et hoc quadrat cum litera quam poſui: que cõgruit propoſito. ¶Teneo igitur idem eſſe in vſura et ſimonia. Et proportionabiliter hic dicendum eſt ad dicta de vſura in ſimili. Et ad caput fi. huius rubrice: dico ꝙ illic eſt ſermo de monacho. Ordinatum ſiquidem erat in concilio ꝙ religioſi recepti precio vna cum recipientibus de monaſterio expellerentur et in arctioribus monaſterijs ad peragendam penitentiam detruderentur. Sed recepti ante illud concilium ponebantur ſicut recepti in alijs locis eiuſdem ordinis: vt dicitur in cap. Quoniam. conſultus eſt pontifex: an illud ſtatutum monachorum ad abbates extendatur: et ad reſignationes temporalium et ſpiritualium. Reſpondit Romanus pontifex dicens. Conſultationi tue breuiter reſpondentes dicimus mandatum apoſtolicum etiam ad abbates extendi: et ad reſignationes ſpiritualium et temporalium: que nullo pacto ſed affectu animi precedente vtrinqꝫ taliter acquiruntur: in quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam penitentiam ſuo ſatiſfacere creatori: eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri. Dico ꝙ pontifex loquitur ſolum quo ad iſtos monachos: vt maneant monachi et in cenobio. Etiam poteſt pontifex pecuniam taliter acquiſitam applicare cui velit in pios vſus: quemadmodum faciebat applicando huic monaſterio de quo eſt mentio. nec loquitur de alia ſimonia indifferenter. ¶Aliter tamen et forte apparentius reſpondebo. quia nec glo. ordinaria: nec alij quos ſuper hoc legi: literã ad intentionem meã explicant: eam ordinabo. et hoc ſic. Quando affectio animi emẽdi beneficij preceſſit: vt in Petro idoneo dãte gradarium epiſcopo hoc in anno: epiſcopus illius intentionis ignarus dat Petro beneficium anno ſequente/ ob eius magnam idoneitatem: vterqꝫ tenebit acceptum licite: vt diximus. Petrus etiam poterat mutare propoſitum ſimoniacum quod preceſſerat volendo epiſcopo pure dare: non reſpiciendo ad prebendam: et iam nulla pactio preceſſit formaliter vel equiualenter: quare non eſt opus reſtitutione. Secus eſt: dicit pontifex: ſi pactum preceſſerit/ pactum inquam expreſſum/

vel effectualiter hoc eſt virtualiter/ implicite vel equa:
lenter. tunc autē eſt pactū equiualenter quādo factum
ꝛ modus faciendi equiualent pactioni verbali. quis eñ
eſt qui deberet negare illic eſſe reſtitutionē magis ꝙ in
verbis vel ſcripto? Tot⁹ textus integre hoc modo ſerua:
tur vt idem ſit de vſura ꝛ ſimonia. Joannes Andreas/
Panor: ꝛ alij capiēdo vt ceperunt nūꝗ poterāt ad por:
tum vllum deuenire: ſed putātes portum attingere agi:
tati ſunt a cōtrario vento in altum pelag⁹. Et quia pra:
xi vtor quando eſt apparentia magna: nō credā gloſſis:
ſed verba textus pondero. Itaqꝫ ad textum rediēs: opi:
nione mea inuenī ꝙ pontifex ſolū loquit̄ de ſimonia mē
tali in qua nō procedit ad effectū: ꝓ qua ſufficit peni
tētia vt in ſecūdo corollario p̄me queſtionis hui⁹ diſti.
dixi. et tūc intellige (vtrinqꝫ taliter acquirūt̄) .i. ꝙ homo
habere vellet ſimoniace. glo. tñ in verbo (affectu animi)
dicit ꝙ ſola volūtas ſiue affectus animi nō facit aliquē
ſimoniacū: licet aliter peccet. Et in .c. Cōſulere dicit ſic
Sed hoc nō credo ꝙ ſola volūtas facit hoīnē ſimoniacum
dūmodo contenta ſit ſuis terminis. vt in .c. vltimo.
licet alias peccet: ſed hic nō fuit contēta ſuis finibus: i
mo proceſſum fuit ad actum. Vult ergo dicere ꝙ in .c.
ſi. nullo modo proceſſum ē ad actum ꝛ nullo modo ſit ſi:
monia/ ſed peccatum. At hoc eſt falſum. nā ſi eſt pecca:
tū vt bene cōcedit/ addo/ nō ſpectat ad aliud genus pec
cati ꝙ ad ſimoniam ergo eſt ſimonia: ꝛ patet ſolutio ex
ſecūdo corollario .q. j. ꝛ ſm̄ hoc nulla eſt difficultas.

HIc dubitatur cui facienda ſit re
ſtitutio pecunie ſimoniace accepte. Diſtigui
tur. vel pecunia data eſt in odium eligendi: ꝛ
ſic nō eſt reſtituenda illi qui dedit: ſed ei cu:
ius odium data fuit. ar. ff. de calūniatoribus. l. iij §. vl:
timo. vbi datur repetitio pecunie date vt calumnia fiat
nō danti: ſed ei cōtra quem calūniam ꝓcurare volebat.
Quemadmodum ſi pecunia detur ꝓ aliquo eligendo i
odium: nō tenetur electus reſignare beneficiū vel ordi:
nē. vt patet in .c. Nobis. de ſimonia. quia fictione iuris
preſumitur ꝙ alter eſſet eligendus ꝛ idoneus: ſed alius
in eius iacturam dedit pecuniam quatenus in electiōe
poneret maculā. Vel pecunia data eſt in fauorem eius
qui ſpirituale adipiſcitur. Vel data eſt pecunia vt vexa
tionis iniuſte redimēde: quia alia via ius ſibi acquiſitū
obtinere nō poterat ſine grauiore diſpendio: ꝛ tūc eſt re
ſtituenda danti. Alter enim turpiter accepit: ꝛ ꝓpterea
dans poteſt cōtradicere. ff. de cōdi. ob tur. cauſam ꝑ to
tum. Vel data eſt pecunia in caſu in quo dare non licet.
Panor. poſt dominum Anto. ꝛ Hoſtienſem dicit. Vel
dedit pecuniaꝫ ſeculari vel regulari. Primo modo ſi il:
le qui dedit nō habet vnde viuat: ei reſtituetur. ar. cap̄.
Veniēs. Si habeat vnde viuat: eccleſie applicabit̄ in
cuius ignominiā pecunia applicabatur. De regulari ꝓ
portionabiliter dicatur. Non poteſt hic magna ratio re
ſtitutionis haberi. In multis ꝯſulerem dare pauperib⁹
vel in quoſcūqꝫ pios vſus. ꝛ hoc ſufficit. An Giezi reſti:
tuerit acquiſitum a Naamā Syro nec ne: non refert. eſt
enī queſtio facti. ¶ Hactenꝰ de ſimonia que ſe varias
effigies inſtar Simonis Magi ꝯfigurat: quia caſus
cū vna circūſtantia eſt ſimonia infectus qui illa circum
ſtātia exutus eſt cādidus. De penis ſimonie tam in ſe ꝙ
quo ad reſtitutionem ꝛ a iure diuino ꝛ a canone inflict⁹
Et quia de ſimonia mentali dicendum ſit: ꝛ ꝙ non ſemp
pari paſſu eſt reſtitutio facienda in vſura ꝛ ſimonia. in
vſura enim lucrum vltra ſortem vi mutui acceptum ſē
per illi reſtituetur qui mutuo accepit quod nō oportet
ſemper in ſimonia. Amplius dictum eſt ꝙ religioſus ſi:
moniace religionem ingrediēs manet religioſus: nec po
teſt exire/ licet ſit puniend⁹. ſicut ordines accipiēs ſimo:
niace: reuera ordines accipit et ſacramenta: ſed non or:
dinum exequutionem. Ex quo patet ꝙ multum diſtant
beneficium ſimoniace et pactionaliter habere: et mona:
chatum vel ſacramentum. Spirituale excedendo ipſū
ad ſpirituali annexum/ eſt illud quod ordinatur ad op⁹:
quod miraculoſe ꝛ ſupernaturaliter ſperatur a ſpiritu
ſancto: vt predicere futura contingētia: curare īfirmos
miraculoſe: ſacramenta/ donum linguarum/ mancipati
cultui diuino/ ſiue per religionis īgreſſum/ ſiue per ius
ad beneficium gratia illius mancipationis accipiendū
ſepultura. ꝛ ſimilia. Et hec de ſimonia a qua nos immu
nes ſeruet qui ob eam Simonem Magum iuſte punit:
ſicut Simonem Petrum ꝓ illius euitatione premiat.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſexte. Queſtio Prima.

SVperius de ſex ſa
cramentis/ ſcilicet baptiſ
mo/ cōfirmatione/ eucha
riſtia/ extrema vnctione/
ꝛ ordine loquuti ſumus.
cōſequenter de matrimo
nio (quod magnā partē
politie Chriſtiāe ꝯtigit)
loq̄ndū ē. cuius intelligē
tia theologo in p̄mis ē ne
ceſſaria tā q̄d ad fo⁊ iteri⁹ ꝙ exteri⁹. multa quoqꝫ ābigua
īcludit. i cui⁹ arg. xvj. diſt. ſup hoc ſolo ſacramēto Ma:
giſter ꝯpilauit. ꝛ xxv. ſolū ī alijs. vj. ꝙ breuiſſime ſꝫ exi
gētiā materie in ſingulas diſtinctiōes vt in ceteris/ ſcri
bere propono. ¶ Et primo queritur talis titulus q̄ſtio:
nis. An matrimonium ſit ſacramentum noue legis. Cir
ca hanc queſtionem ſic procedam. Primo aliqua pre:
mittam circa rationem nominis. Secundo concluſiue
reſpondebo. Tertio concluſionem impugnabo: impu:
gnationes: vt veritas magis eluceſcat: ſicut in ceteris/
eluendo. ¶ Pro primi expeditione. Matrimonium
tantum valet quantum matris officium: per hoc enim
mulieres exequuntur officium maternum. et quia plu:
res labores pro fetu habēt ante partum in partu: ꝛ poſt
partum ꝙ pater: dicitur matrimonium. Ex oppoſito
opes congeſte dicuntur patrimonium: quia patrū offi:
cium eſt pro familia opes conquirere et coaceruare.
Et quia mulieres iuniores fere contrahunt ꝙ viri: et
pauce opes in illo contractu acquiſite ſunt: contractus
ipſe matrimonium dicitur: quia rebus vocabula con:
ſona eſſe debent. Inſtitu. de dona. §. Eſt ad illud. de
preben. Cum ſm̄ Apoſtolum. Et ſic definitur. ¶ Ma:
trimonium eſt coniunctio legitima viri ꝛ mulieris per:
petua. Inſti. de pa. po. in principio. et. xxvij. q. ij. §. j. vel
ſic. Matrimoniū eſt ſenſibile ſignū quo vir et mulier le:
gitime cū ꝯſenſu ꝑuio ꝑpetuo ꝯiūgunt̄. Ponit̄ ſenſibile
ſignū. alioq̄n nō eēt ſacramētū ex dictis in ꝑncipio q̄rti.
ſiue ſit vocale ſiue ſcriptū/ nutus: et hmōi. ſed terminus
mr̄imoniū nō ſupponit ꝓ iſtis ſignis abſolute: ſꝫ cōnota
tiue cū cōnotatiōe oīa ad mr̄imoniū req̄ſita īcludēde. ſi
cut eques ꝓ hoīe ſupponit: nō quolibet ſꝫ taliter ſe ha:
bēte. Ponit̄ (legitima) ad ꝑſonas īhabiles excludēdas
Per (ꝑpetua) īfideliū ꝛ legꝫ Moyſi mr̄imōia excludūt̄
¶ Ex hac definitiōe corollaria īfero. Primū aliquod
mr̄imōiū eſt vox vel voces. vt vox viri: ſil'r vox mulieris
dici pōt mr̄imōiū et ex ꝯgeries. ¶ Secundo ſequit̄ ꝙ
aliq̄d mr̄imoniū eſt ſubſtātia. vt ſcriptura ſenſum expli
cās. hoc ipm̄ patet ꝑ nutus: qui ab hoīe vel eius par:
te non diſtinguuntur: ſicut nec motus localis a mobili.



ꝙ non requirat̄ vox: pꝫ inter mutuos. xxvj. q. vj. Qui
recedūt. Idem eſt in verecūda puella. vel ſi vir dicat. tā
ge manum ſi in me cōſentis: da florem vel oſculū: ſi ipſa
hoc faciat: licet alius maritus/ pater/ vel alius ꝓ ea lo:
quatur. ¶ Tertio ſequitur ꝙ licet ꝯſenſus ad matrimo
nium requiratur: non tamē eſt matrimoniū: cū non ſit ſē
ſibile ſignum. ¶ Quarto ſequitur ꝙ lꝫ matrimonium
realiter aliquod ſit accidēs aeri inherens/ ꝛ crebro eua:
neſcat: tñ effectus eius manet in tota vita. Hic aūt non
eſt querēda forma ꝓprie dicta: nec materia: cū accidēs
nullam talem habeat. Poteſt dici ꝙ conſenſus ob ſpiri
tualitatem rationē forme participat: ꝛ ſignum ſenſibile
de quo locuti ſumus eſt materia metaphorice dicta/ q̄
cū toto in recto coincidit. in hoc nō eſt immorandū. In:
utile etiam eſt īſiſtere talibus ꝙ verba viri ſunt materia
ꝛ verba mulieris forma. nec refer vtert eorū pri⁹ loqua
tur: immo poſſunt eſſe muti. Nō opinaberis multorum
more inter hec diſcrepantiā: ſacramentū matrimonij cō
tractus matrimonij: ꝛ vinculum matrimonij ꝙ vnū ſit
relatio/ ꝛ matrimoniū ſuperius ad ſacramentum matri
monij. ꝛ ꝙ in lege Moſaica erat. Non pono relationem
diſtingui a fundamēto ꝛ termino. Collocutio hincinde
agitata cōtractus matrimonij dici poteſt ſi placet ſicut
emptio pariter ꝛ venditio dicitur cōtractus. vbi ſi ꝟba:
le actiue capiatur/ eſt ille qui emit: paſſiue res empta:
ābſtractiue ſigna mediantibus quibus ipſa emptio per:
ficitur. His omnibus minime immorandū iudico. Hoc
de vocabuli ratione: ꝛ que res ſit matrimoniū dictū ſit:
q̄d p̄terire nō ſolet theologus in philoſophia educat⁹.

¶ Hoc p̄miſſo ponitur cōcluſio affir
matiua ad titulum queſtionis reſpōſiua. que concluſio
probatur per definitionem ſacramenti. ꝛ per .c. Ad abo
lendā. de here. vbi inter ſacramēta alia a Lucio Tertio
enumeratur. Et vt dicit̄ Geneſis. ij. primum in paradi:
ſo terreſtri inſtituebatur: quādo deus dicebat. Creſcite
ꝛ multiplicamini. ꝛ Adam. Hoc nūc os ex oſſibus meis
Vñ Augu. xiiij. de ciuitate dei. c. xxij. Nos nullo modo
dubitamus ſm̄ benedictionem dei: Creſcite ꝛ multipli:
camini ꝛ replete terram: donū eſſe nuptiarū quas deus
ante peccatū hominis ab initio cōſtituit/ creando maſ:
culum ꝛ feminā/ approbatum in lege gratie. Matrimo
nio interfuit Saluator noſter in Chana Galilee: ac ſic
ſua preſentia ipſum approbauit. ꝛ verbo. Matthei. xix.
Quos deus coniunxit homo nō ſeparet. Et Apoſtol⁹
ad Epheſios. v. ait. Sacramentum hoc magnū eſt. ego
autem dico in Chriſto/ ꝛ in eccleſia. Ex iſtis patet ꝙ cō
tractus matrimonij eſt licitus ꝛ in habente gratiā meri
torius ſi recte contrahatur.

¶ Contra varias particulas huius defi
nitionis paucis inſtabo. Primo probando ꝙ non ſit ſa:
cramentum. Et hoc ſic. Omne ſacramentum eſt collati
uum gratie virtute operis operati: matrimonium non
ē collatiuum gratie virtute operis operati. ergo matri:
monium non eſt ſacramentum. cōſequentia tenet in q̄r
to ſecunde. Et quia maior eſt nota: probatur minor. naꝫ
xxxij. queſtione. ij. Honorantur. querens Apparatus
quare datur pecunia in matrimonio potius ꝙ in alijs
ſacramentis: dicit quia in hoc ſacramento non confer:
tur gratia ſpiritus ſancti. Ad hoc introducit. capitul.
Multi. j. queſtione. j. Idem tenet Bernardus in gloſſa.
de ſimonia. in cap̄. Cum in eccleſie. Et ad hoc propoſi
tum alios locos citat: ſcilicet. xxvij. q. p̄ma. Nuptiarū.
xxxij. q. ij. Connubia. hoc idem Gaufredus ꝛ Hoſtiēſis
aſtruunt. ¶ Reſpondetur. Minor eſt falſa: vt pꝫ per de
finitionem ſacramenti. de cuius ratione eſt: virtute ope
ris operati conferre gratiam. ſed in quo tempore vel in:
ſtanti conferatur gratia: queſtione tertia huius diſt. di
cetur. Gloſſas illas cum auctoritatibus recitatis et ſi:
milib⁹ omnib⁹ nego. Textus autem quos ꝓ ſe inducūt
ne ſonū quidē ꝓ eis habent. Nam .c. Multi loquit̄ con
tra laicos qui vitā clerico⁊ reprehēdūt putātes eos nō
vere conferre ſacramenta. Cuius contrariū illic oſten:
dit Gregorius: ꝛ de baptiſmo/ Euchariſtia/ ꝛ chriſma:
te id ꝓbat. An matrimoniū conferat gratiā an non: il:
lic inuenies nihil. c. Nuptia⁊. loquit̄ de diſſolutiōe vo:
uentiū. ꝛ ita in alijs nihil ad eorū intentū habet̄. Argu:
mentū quoqꝫ eo⁊ nullius eſt momēti. hic dat̄ pecunia:
ergo non eſt ſacramentū. nā ꝛ poſt baptiſmū in aliq̄bus
locis datur pecunia: et in fine celebrationis miſſe: vt in
diſt. p̄cedēte dictū eſt. hic autem nec maritus nec p̄ſby
ter ratione ſacramenti matrimonij capit pecuniam lici
te: ſed ratione ſuſtētationis mulieris in victu ꝛ veſtitu:
que ſibi plerūqꝫ ꝓuidere neſcit. Et hoc vbiqꝫ ſeruatur
apud nos. Forte aliud erat in Meſopotamia Syrie:
vbi Jacob ſeruiuit. xiiij. annos ꝓ Lia ꝛ Rachele: ſicqꝫ
care earū matrimoniū emit: ſed ob peritiā in arte paſcē
dorū pecorū multa ꝓmerebat̄: in ſignum cuius pro. vj.
annorum ſeruitio magnā pecudum multitudinem col:
legit. vel hoc eſſe poterat quia pauper erat: cum in ba:
culo ſuo Jordanem pertranſiuerit Laban viſitaturus:
et Laban potens et ſm̄ gloriam mundi nobilis: ſicut
adhuc in nonnullis locis ignobilis cum nobili contra:
hens dat pecuniam et munera: ſaltem clādeſtine. Sed
qualitercūqꝫ hoc ſit: non eſt hec pecunia licite data ra:
tione ſacramenti. ¶ Ex dictis ſequit̄ ꝙ hec conſequen
tia eſt nulla. In virginitate que coniugio p̄fertur nō cō
fertur gratia: ergo nec in coniugio: cum virginitas non
ſit ſacramentum. Secundo patet hanc conſequentiam
eſſe nullā. ſecunde nuptie non benedicuntur: ergo in ſe:
cundis nuptijs nō confert̄ gratia. hec enim benedictio
eſt ex ſola hominum inſtitutione: cum nec oporteat ma:
teriā baptiſmi benedici. et ſiue benedicātur contrahen:
tes ſiue non nihilo tamen minus confertur gratia. Ter
tio ſequitur ꝙ plurics cōtrahens plus gratie matrimo:
nialis habet ꝙ non contrahens: vel rarius contrahens
ceteris paribus. Forte tamen minor gratia in hoc ſa:
cramēto datur ꝙ in baptiſmo et Euchariſtia. Non eñ
eſt veroſimile ꝙ equalis gratia virtute operis operati
in quolibet ſacramento conferatur: nam virtute operis
operantis non eſt dubium. ¶ Secundo arguitur pro:
bando ꝙ verba requiruntur in hoc ſacramento. j. q. j. c.
Detrahe. dicit Auguſtinus. Accedat verbū ad elemen
tum et ſit ſacramentum. Reſpondetur. illa auctoritas
Auguſti. eſt de baptiſmo qui verba requirit: nō autem
hoc ſacramētum. cuius cauſa eſt inſtitutio Chriſti. Et
lꝫ eēt facile dare congruentias: circa id non eſt opus in
ſiſtere. ¶ Tertio arguitur. propoſitum mentale ſine ex:
plicatione per ſignum exterius ſufficit ad votum: ergo
etiam ad matrimonium. Si neges conſequentiam ꝛ be
ne: quia votum fit deo qui ſcrutatur corda et renes: ma
trimonium autem reſpicit homines qui non cognoſcūt
niſi per exteriora et accidentalia. Accidentia enim ma
gnam partem conferunt ad cognoſcendū qd̄ quid eſt. j.
de anima. Ponatur ꝙ angelus dicat Berte ꝙ Sortes
in eam conſentit: et idem dicat Sorti: vel deus reue:
let reuelatione interiore: tunc ille conſenſus ſine ſigno
ſenſibili ad matrimonium ſufficit: ergo male ponitur
(ſignum ſenſibile) in definitione matrimonij. ¶ Reſpon
detur. non ſufficit conſenſus mutuus: alioquin ſi Sor:
tes Bertam videret et in eam conſentiret et econuer:

ſo eſſet matrimoniũ cõſequẽs eſt falſum: quia ſic ſtatus
matrimonialis eſſet penitus icertus. requiritur ergo ꝙ
ꝯſenſus ille eis innoteſcat. quod fieri nõ poteſt ſine ſigno
ſenſibi i nnaturaliter. Si aũt deus reuelaret relatione in
teriore: eſſet matrimoniũ: ſꝫ caſus eſt pͤter legẽ. nec hoc
definitionẽ impedit: cũ ſm legem loquamur. ¶ Quar-
to arguitur. ꝓbando ꝙ nõ debet eſſe perpetua coahita-
tio. Omnis res diſſoluitur ꝑ illas cauſas ꝑ quas oritur
ff. de re iu. l. Nihil tã naturale. vt pꝫ in ſocietate/ ⁊ alijs
cõtractibus. C. quando licet ab emptione diſcedere. l. j.
¶ Reſp. ndeᷓ. licet gloſſa in. c. Omnis. de re. iuris i an
tiquis. multas conetur dare inſtãtias cõtra hãc regulã
tñ non ſunt ſufficientes. concedo maiorem: ſed negatur
minor: ꝙ ſcilicet ſolus ꝯiunctorũ cõſenſus matrimoniũ
cauſet/ ſed deus ratificãs. modo ſi deus diſſolutionem
cum ꝯſenſu/ vel ſine eorũ conſenſu diſſolutionem vellet:
eſſet vera diſſolutio matrimonij. Analogia eſt. cardina-
les Romanũ pontificem creant: ſed eorũ diſſenſus non
deſtituit euꝫ a papatu: quia deus approbauit illã crea
tionem mediãte electione: ⁊ poſt electionem via huma-
na ⁊ legitima habitã papatus de iure diuino in iſto cõ-
ſtituitur. Sic de matrimonio: licet nõ ſit penitus ſimile
qꝛ papatus põt in caſu a perſona pape tolli/ cedẽdo ſua
pura ſponte/ vel aliqua alia via licita. nõ ſic eſt de matri
monio. ſed tñ quo ad hoc ſufficit manuductio. ¶ Quĩ-
to arguiᷓ cõtra eandem partẽ ſupponatur qꝺ in diſtin-
ctione. xxxviij. dicetur. ꝙ maximus põtifex põt diſpen
ſare cũ religioſo vt religionẽ egrediaᷓ: ⁊ matrimonium
cõtrahat vt heredẽ habeat quatenus in republica pax
obtineatur que alia via haberi nõ poteſt. Hoc ſuppoſi-
to Arguitur ſic. poſt heredem vel heredes genitos ille te
netur religionẽ repetere: quia ceſſante cauſa ceſſat effe-
ctus: ergo matrimonium eſt diſſolubile. ¶ Reſpondeᷓ.
ſuppoſitionẽ admittendo nego ꝙ teneaᷓ iterato religio
nem aſſumere/ heredibus genitis. nã viuente vxore ⁊ no
lente aſſumere/ certum eſt. ⁊ ipſa mortua nõ opinor ꝙ te
neatur religionẽ repetere cum ſit abſolutus/ ⁊ vinculũ
ſimpliciter ruptum. Idẽ cenſeo de illa que emittit votũ
ſimplex: ⁊ peccando contrahit: ſi ſit abſoluta ab illo qui
diſpenſare in hoc potuit. Et quãdo dicis/ ceſſãte cauſa
ceſſat effectus: in liberis non oportet. nec in naturalibꝰ
niſi quãdo cauſa ab effectu depẽdet vt lumen a corpore
luminoſo. nã calor ꝓductus ab a/ igne: a/ igne extincto
remanet. ¶ Hactenus de matrimonij ⁊ patrimonij ap-
pellatione: matrimonij definitione: ⁊ quomodo ipſum ẽ
ſacramentũ noue legis. Quis autem in paradiſo terre-
ſtri inſtitutũ ſit in officium: ⁊ poſtea tam in officiũ q̃ꝫ in
remediũ ante legẽ gratie: hoc non concludit non eſſe ſa-
cramentum noue legis: ſed nõ eſſe ſacramentum preci-
ſe legis gratie. Etiã forte nõ dedit ante legẽ gratie/ gra-
tiã virtute operis operati: qꝺ eſt de eſſentia ſacramẽti
legis grẽ in nõ ponẽte obicẽ. Alteriꝰ pꝫ ꝙ nõ ſufficit ſo-
lus ꝯſenſꝰ ad mrĩmoniũ: ſed requiriᷓ ꝙ expliceᷓ ꝯſenſꝰ
mutus per ꝟba vel aliud ſignũ ſenſibile: qꝛ matrimoniũ
nõ claudicat vno pede. Item quõ ipſum ſit perpetuũ.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſexte. Queſtio Secũda.

S Ecundo circa hanc di-
ſtinctionem queritur. An matri-
monium ob pulchritudinem vel
opes cõtrahi poſſit. Pro ſolutio
ne queſtionis pono cõcluſiones.
quarum Prima eſt. Aliquis lici-
te contrahit matrimoniũ ob mu-
lieris pulchritudinem. Probaᷓ.
Iacob ſeruiuit ſeptennio ꝓ Rachele mulieris pulchri-
tudine allectus: vir exemplaris ⁊ maturus. lxxxiiij. an-
nos iam natus: in hoc tamen non peccauit: ergo non eſt
illicitum. hoc patet Deutero. xxj. Si videris in medio
captiuorum mulierem pulchram et adamaueris eam:
volueriſqꝫ vxorem habere: introduces eam in domum
tuam. Inſuper ſi quis contrahendo matrimonium ob
pulchritudinem peccaret: hoc eſſet referendo principa-
liorem finem in finem minus principalem: ſed hoc non
arguit peccatum: ex diſtinctione precedente. igiᷓ. Pre
terea. quis licite poteſt cõtrahere matrimoniũ ob ꝓge-
niem mulieris vt quietius viuat: ⁊ cõſiliũ et auxiliũ ab
vxoris cognatis habeat: ergo ⁊ ꝓpter pulchritudinem.
¶ Secunda concluſio. poteſt quis contrahere matri-
monium cum muliere propter eius opes. alioquin tur-
pes mulieres et impudice raro inuenirẽt viros. ¶ Ter
tia concluſio. Actus quo quis vult vxorẽ ducere/ in lu-
mine naturali / etiam lege diuina ſecluſa eſt honeſtus.
Probatur. obiectum ſcilicet matrimoniũ eſt licitũ: cir-
cũſtãtie omnes licite addi poſſunt. vt ꝑſone habiles ob
fines bonos: ad generationem prolis religioſe educan-
de: et ad caſte ſimul viuendum: et ad deo ſeruiendum
tempore non prohibito: et ita de alijs circũſtãtijs ſuffi-
cientibus. Etiam ſine matrimonio genus humanũ con
tinuari non poteſt. ſed nullum nobis neceſſarium eſt in-
honeſtum. Preterea Ariſtoteles: patriarche et viri ce-
lo digni matrimonium contraxerunt. Item matrimo-
nium eſt a deo inſtitutum: ergo actus eius circũſtãtijs
reqͥſitis circũamictus eſt licitus ⁊ honeſtus. ¶ Quar
ta concluſio. licet ponatur mala circũſtãtia in actu ma
trimonij: adhuc manet verus actus matrimonij: vtpo-
te Petrus vult contrahere cum Berta quatenus fra-
trem Berte poſſit circumuenire vel occidere: vel gratia
explende libidinis. probatur. nam ſi malitia actus im-
pediret eſſentiam matrimonij: plerũqꝫ matrimonium
eſſet anceps. quod eſt inconueniens. Preterea emens
ordines/ baptiſmum/ vel alia ſacramenta ſimoniace/ ſa
cramẽta realiter ſuſcipit q̃uis peccet. ergo eodem mo-
do in matrimonio.

¶ Contra primam concluſionem ar-
guitur. Mulier pulchra eſt crebro cauſa peccati viri/
cum ad peccatum alliciens: et ab alijs plerũqꝫ allicitur
et interpellatur extra thorum maritalem: non autẽ tur-
pis. arx autem frequenter et diu obſeſſa debilitatur: et
tãdem corruit. ¶ Reſpõdetur. non oportet ꝙ pulchra
mulier virum ad peccatũ alliciat: quia poteſt licite vi-
re ſua. forte ſi fedam haberet: non eſſet adeo caſtus ca-
ſtitate coniugali: nec domi maneret. Arx autem mate-
rialis ab ictibꝰ crebris debilior efficitur et ſenſim peſ-
ſum it. ſed non habet verum hoc de muliere/ que poteſt
reddi fortior in caſtitate cõiugali poſt interpellationẽ.
ſi vero fuerit imprudens et lubrica: argumentum ha-
bet colorem. Et propterea reſpiciendo ad illa que plu-
rimum eueniunt/ nõ poteſt dari vna regula. Interdum
preſtat habere minus pulchram q̃ꝫ pulchriorem. capia
tur ergo prudens et bona/ honeſtis parentibus progeni
ta/ et religioſe educata. Vlterius dico/ omnibus in ar-
gumento tactis conceſſis: ꝙ preſtat habere mulierem
mediocris forme inter pulchritudinem et feditatem.
nec expugnatur concluſio in qua dicitur ꝙ pulchritu-
do poteſt eſſe cauſa finalis ſecũdaria matrimonij/ quã-
do cum pulchritudine eſt virtus.

¶ Contra ſecundam concluſionem ar
guitur. ſi vir opulẽtã mulierem ducat/ vulgo dicimus.
Iſte non ducit hanc mulierem: nec cum ea maritatur/
ſed cum opibus: ergo inter eos non manet amor coniu-
galis. Reſpondetur concedendo ꝙ ita dicimus. et cer-
te ſi mulier non fuerit bona ob ſolas opes non eſt ducẽ-
da: alioquin vir erit tota vita in erũnoſo ſtatu. quemad
modum et vir probus ac induſtrius licet pauper diui-
ti et ignauo preſtat. Propterea recte dicebat Roma-
nus ille: cum duo generi ſibi offerrentur: alter diues et
imprudens: alter inops et prudens. Malo/ inquit/ virũ
ſine fortune bonis q̃ꝫ bona fortune ſine viro. Sed vbi
quis poteſt vtrũqꝫ habere: non eſt vituperãdum: niſi is
ſit cui nõ prodeſt/ immo obeſt plura habere bona fortu-
ne: qꝺ crebro contingere poteſt. ¶ Contra tertiam con-
cluſionem arguitur. Multa mala in matrimonio con-
tingunt: vt lites/ iurgia bella et huiuſmodi monſtra. er
go actus non eſt honeſtus. Reſpondetur. conſequentia
eſt nulla: quia eodem modo argumentum ꝓbaret mul-
ta reipublice neceſſaria. ĩhoneſta. ¶ Contra quartam
concluſionem arguitur. Circũſtãtia mala cadens in ra
tione obiecti ſuper actum alioquin bonum/ facit ipſum
malum et non bonum: ergo circũſtãtia mala actui ma-
trimoniali ſuperueniens facit ipſum non eſſe matrimo-
nialem. Reſpondetur. conſequentia eſt nulla. nam ad
eſſentiã bonitatis actus moralis requiritur ꝙ obiectũ
totale ſit bonum: ad eſſentiam autem matrimonij nõ re-
quiritur ꝙ nulla circũſtãtia mala ponatur.

E T quia in quæſtiõe præceden
te diximus matrimonium debere eſſe per-
petuum: gratia illius dubitatur. An in lumi
ne naturali matrimonium debeat eſſe per-
petuum. Reſpõdetur per diſtinctionem ⁊ concluſionẽ.
Diſtictio eſt hec. Aliquid eſt de iure nature bifariam.
Vno modo quando eſt principium practicum euidens
ex terminis: vel concluſio inde euidẽter deducta. Alio
modo quando rationes naturales ſunt multo apparen
tiores ad vnam partem q̃ꝫ ad oppoſitam apud ſanũ in-
genium. Hoc ſuppoſito dicitur ꝙ matrimonium nõ eſt
de iure nature primo modo: bene autem ſecũdo modo.
Primum patet. nam in lege Moſaica: vt poſtea dice-
tur: libellus repudij erat permiſſus: ergo ipſe nõ eſt cõ-
tra legem nature primo modo. Hoc amplius patebit:
probando ſcꝺm membrũ: ſcilicet ꝙ indiſſolubilitas ma
trimonij ſit de iure nature ſecundo modo. Probaᷓ ſic.
Aliqua ſunt animalia que ſtatim genita ſibi prouident
ab inſtinctu nature: vt anates ſylueſtres. Aliqua ſunt
que maiore egent tempore poſtq̃ꝫ genita ſunt: ita vt ali
quibus ſola mater ſufficiat: nonnunq̃ꝫ vterqꝫ parẽs tã q̃ꝫ
requiſitus opẽ preſtat: vt eſt in columbis: vbi tam mas
q̃ꝫ femina incubat. Aliqua vero ſunt animalia que mul
tum temporis ad crementum tam in corpore q̃ꝫ in mo-
ribus requirunt: et opes ad hoc vt educentur: vt homi-
nes. illud autem non poteſt fieri in breui tempore: ⁊ vix
prime prolis educatio. generant autem viri ad annum
ſeptuageſimum vſqꝫ: et mulieres pariunt vſqꝫ ad quin-
quageſimum. ergo magna pars etatis erit confecta an-
teq̃ꝫ vltima proles erit adulta in corpore et moribus. ꝙ
vero tunc ſeparentur/ cum ſenio ſunt confecti: qui tri-
ſtitias et letitias pariter tãdiu experti ſunt: eſt alienũ.
igitur. Nec valet inſtare de nõ habentibus proles. quia
vt plurimum homines generant: et leges reſpiciunt il-
la que plurimum eueniunt. etiam ad vtilitatem cõmu-
nem reſpicere oportet: et nõ priuatam. ergo licet alicui
eſſet vtilius diuortium mulieris ſterilis habẽdo aliam
fecundam: hoc eſt in preiudicium communitatis: quia
multi alij ſollicitarent diuortium: in reipublice perni-
ciem. Confirmatur tota hec ratio. quando vir ſcit ſe non
poſſe per legem latam: ab vxore ſeparari: nec econuer-
ſo: non ſollicitat diuortium: nec ipſa ſeparationẽ: q̃uis
eum peniteat matrimonij cõtracti. Exemplum accipe
de multis religioſis quos crebro tedet religionem aſ-
ſumpſiſſe. ſed cum ſciant ſe non poſſe reſilire: de neceſſi-
tate virtutem faciunt et progrediuntur. Separatio au
tem eſſet vtriqꝫ parti et liberis maxime nociua. nã qui-
libet furto ab alio ſubtraheret vt aliud matrimonium
poſt diuortium contrahere poſſet: ⁊ liberi in pauperta-
te manerẽt: quod eſſet in grauem iacturam reipublice.
Preterea vxor ſecretorum viri conſcia lites ⁊ iurgia in
politia ſeminaret: a quibus reipublice conducit abſti-
nere. Inſuper Virgilius primo Aeneidos in lumine na-
turali loquẽs ita iratꝰ eſt: ex ꝑſona Iunonis ad Aeolũ.
vt diſtinctione. xxxj. poſtea oſtẽdetur: ergo quilibet ra-
tione vtẽs diceret vtile fore legem ferre vniuerſalem: ꝙ
nemo poſt matrimoniũ initũ poſſit facere diuortiũ: nec
in caſu excipere: vt de ieiunio. nam cum homines eſſent
ad hoc propenſi: poſt lites ⁊ ſterilitatem: matrimonium
nunq̃ꝫ haberet ſtabilimentum. Hoc ipſum habet natu-
raliter loquentium princeps ſeptimo Politicorum: vt
patebit amplius diſtinctiõe. xxviij. Sed quia aliqui in
lumine naturali incedentes diuortio vſi ſunt: vt Aſſue-
rus reginam Vaſthi repudians etiam concilio proce-
rum: ſignũ eſt ꝙ non eſt de lege nature primo modo: be-
ne autem ſecundo modo. ¶ Ecce quomodo clara ha-
bens naturalia diceret matrimonij ſeparationẽ eſſe cõ-
tra equitatem naturalem in quocunqꝫ euentu niſi deo
diſpenſante: cui homines parere habent. quia ſi aliquã
exceptionem admitteret: cõfunderetur tota politia ma
trimonialis. Et ſicut vnum paruum membrum in cor-
pore vero patitur iacturam: immo abijcitur vt bene ſit
toti: ſic in corpore myſtico eſt ſeruandum. ſed ꝓpter ali-
quas apparentias in contrarium: aliqui oppoſito faci-
le aſſentirentur. quare non eſt contra legem nature pri-
mo modo dictam. Vlterius dico ꝙ ſi alter coniugum
ioco ſe vel aliter dicat alteri ꝙ in eum vel eam non con-
ſenſit: alter vel altera non debet ei credere: et poteſt ſi-
cut ante reddere debitum vel petere. Si tamen credat:
ipſa ex ſua ſtultitia eſt perplexa: ⁊ reddendo peccat: ſue
conſcientie contrauenendo. non reddendo etiam pec-
cat: omittendo actum ad quem tenetur. ſimiliter de vi-
ro dicatur. Licet autẽ in legẽ nature vel diuinam reue-
ra nunq̃ꝫ cadat ꝑplexitas: ex ſtulto tñ alicuius iudicio
poteſt cadere perplexitas: qꝺ iudicium facile poteſt ho
mo conſilio prudentum amouere.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſexte.
Queſtio Tertia.

T Ertio circa eandem di
ſtinctionem queritur. An matri-
monium ſit ſacramentum vniuo
ce cum alijs ſacramẽtis. Propo
ſita eſt hec queſtio propter Du-
randũ in ſuo primo ſcripto quar-
ti dicentem ꝙ matrimonium nõ
eſt ſacramentum. ſed in ſecunda
editione moderatius loquutus eſt: ꝙ non ſit ſacramẽtũ
vniuoce cum alijs. Pro quo pono hanc concluſionem.
Matrimonium eſt vniuoce ſacramẽtum cum alijs ſex.
hoc eſt iſte terminus ſacramentum: vniuoce dicitur de
matrimonio: baptiſmo ⁊ alijs. probatur. omnia illa que
habent nomen commune et rationem ſubſtãtie eãdem:
ſunt vniuoca vniuocata: et nomen illa vniuoce ſignifi-
cat. vt patet in antepredicamentis. ſed ratio ſubſtantie
termini ſacramentum eſt vna in omnibus ſacramentis:

quia matrimonium eſt ſenſibile ſignum/in quo confertur gratia virtute operis operati. et illa eſt ratio ſacramenti in cõmuni. Nec obſtat ꝙ baptiſmus vel Euchariſtia ſit perfectior matrimonio. nam ſic homo eſt aſino perfectior. ſed quia aſinus eque participat rationẽ animalis vt homo: cum ſit ſubſtantia ſenſitiua: animal hec omnia vniuoce ſignificat. ſic eſt in ꝓpoſito. igitur.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. matrimonium non confert gratiam: ergo non eſt ſacramentum. Ad hoc argumentum reſpõſum eſt queſt. prima huius diſtin. ſed reſtat oſtendere quando confertur gratia matrimonialis: prout in prima queſtione huius materie pollicitus ſum. Et dicitur ꝙ in fine terminante prolationem verborũ femine/ſi ſecundo loco ꝓferat: vel viri ſi ſecundo loco proferat: quia hic non eſt ordo de neceſſitate: licet a viro tãꝙ a capite inchoãdum ſit de congruitate vel conſuetudine. probatur. in inſtanti terminãte formã verborum in baptiſmo vel euchariſtia/datur gratia baptiſmalis: et conſecrat̃ corpꝰ Chriſti. ergo in fine ſigni ſenſibilis conſenſum explicãtis datur gratia matrimonialis: vel in tẽpore ad illud inſtans terminato: vt pluries ante diximus. ſed hac difficultate pretermiſſa ſufficit dicere/in fine. Preterea in primo inſtãti quo verum eſt dicere: nũc eſt matrimonium: primo confertur gratia matrimonialis. nam ſi matrimonium per vltimum non eſſe habeat originem: ſimiliter gratia inceptionem habebit. ¶ Ex hac ſolutione aliquas propoſitiones inferam corollarias: quarum Prima eſt. Si duo putent ſe contrahere/ et de facto nõ contrahãt: qꝛ eſt aliquod impedimentum: nõ acquirũt gratiã matrimonialem. Secũdo ſequitur. Si duo fuerint in gratia ante inſtans cõſenſus per ſignum ſenſibile explicati/⁊ in illo inſtãti in mortali peccato: ⁊ poſtea mox in gratia: nunꝙ habebunt gratiã matrimonialẽ. Iſtud corollariũ dependet ex vno prius dicto in de baptiſmo: ꝙ in ſacramentis iterabilibus ſi non fuerit aliqs diſpoſitus ad gratie ſuſceptionem: non dabitur ei ꝓ tũc gratia: nec vnꝙ poſt. Tertio ſequitur ꝙ interdum dat̃ gratia matrimonialis vni parti et nõ alteri: qꝛ eſt in mortali: actus autem actiuorum ſunt in patiente prediſpoſito. ſecundo de anima. Quarto ſequitur ꝙ contingit Bertam habere gratiam matrimonialem in fine ſeptẽnij. quod patet. conſentiat Berta ab initio: et Sortes ficte pronunciet: in fine ſeptẽnij conſentiat in Bertam: iam eſt matrimonium de nouo: qꝛ conſenſus mutuus: ⁊ tũc vterꝙ habebit gratiam matrimonialem. nam ſtat/ quãdo ipſe conſenſit Bertã nondum cõſenſiſſe: ſed Sorte dormiente ipſam primo conſentire. quemadmodum ſi paruulus dormiẽs baptizaretur. illud autem contingit de gratia ſacramẽtali ⁊ non de gr̃a actus operãtis. ¶ Secundo arguitur. Sacramenta noue legis trãſcẽdunt rationem luminis naturalis: cum ſint quedam ſigna fidẽ ꝓſtãtia: que eſt de his que non apparent. ad Hebreos. xj. ſed in matrimonio nihi eſt qd rationem naturalem trãſcendat. igit̃. ¶ Reſpondet̃: ſi minor ſit vera: maior vniuerſaliter intellecta eſt falſa: et propterea neganda. Aliqua enim ſunt in lumine naturali nota: vt vnitas dei a philoſophis probata: videlicet. viij. Phyſicorum. ⁊. xij. Metaphyſice ab Ariſtote. de fide etiam minor eſt falſa ꝙ gratia virtute operis operati cõferatur: qꝛ lumen naturalis rationis tranſcendit. ¶ Tertio arguitur. baptiſmus eſt ianua omniũ ſacramẽtorum. ſed non eſt ianua matrimonij: ergo matrimoniũ non eſt ſacramentum. minor patet. nam infideles matrimonium contrahunt: qꝛ non oportet ꝙ in omnibus actibus carnis peccent. ¶ Reſpondetur diſtinguendo maiorem. ſi (omnium) capiatur collectiue: eſt ianua omnium: hoc eſt/nemo poteſt capere omnia ſine baptiſmo: etiã loquẽdo de alijs: vt patet de ordinibus/confirmatione/et de matrimonio perpetuo. et ſic concedo. diſtributiue autẽ vt ſit diſtributio accommoda: nõ eſt vera. nam realiter quis ſumit euchariſtiam ſine baptiſmo: qꝛ brutum acciperet. ⁊ ex errore inuincibili putãs ſe baptizatũ ſuſciperet fructum penitentie. Et fateor ꝙ infidelis nõ peccat in quolibet actu cognoſcendo ſuã vxorem niſi actus ille ab infidelitatem procedat: vel vt habeat prolem gr̃a ſui erroris continuãdi. ⁊ hic eſt ſermo de baptiſmo fluminis: ⁊ non ſanguinis/vel flaminis. ¶ Quarto arguitur. matrimonium inter abſentes cõtrahitur: nõ ſic alia dãtur ſacramenta: ergo non eſt ſacramentum eiuſdem rationis cum alijs. Similiter in alijs ſacramentis ſunt verba: ⁊ debitus miniſter: hic autem non requiritur miniſter alius a coniugãdis. ¶ Reſpõdetur. nõ eſt opus reſpicere formã argumenti. nã ſacramenta habent aliqua ꝑ que argumentatiue inter ſe habẽt diſcrimen: ſed omnia conueniunt in ratione cõmuni ſacramentorũ. ſicut animalia in particulari inter ſe habent aliqua propria per que ſeiunguntur: conueniunt tamen in ratione animalis. quẽadmodum ꝓbare ꝙ homo ſolus rideat: ⁊ hoc nulli alteri animali conueniat: non eſt ꝓbare ꝙ animal equiuoce de homine ⁊ alijs animalibus p̃dicetur. ¶ Ex his liquet matrimonium eſſe ſacramentum: et vniuoce cum ſex alijs. hoc eſt: iſtud vocabulum ſacramentum vniuoce de matrimonio vel pronomine ipſum demonſtrãte predicatur: vt de alijs. Ulterius dictum eſt in quo tempore vel inſtãti gratia matrimonialis cõferatur. Et quomodo hec propoſitio intelligenda ſit. Baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum. et ꝙ baptiſmus fluminis eſt ianua ad hoc vt quis cetera ſacramenta ſuſcipiat.

IN hac matrimonij materia dubitatur: an mulier in matrimonio debeat viro ſuo eſſe ſubiecta. Reſpondet̃ affirmatiue. Nam Geneſis iij. dixit deus mulieri. In dolore paries filios: et ſub viri poteſtate eris: ⁊ ipſe dominabitur tui. Et Apoſtolus ad Epheſios. v. Mulieres viris ſuis ſubdite ſint ſicut domino: quoniã vir caput eſt mulieris. ſicut Chriſtꝰ caput ẽ eccleſie. Et prĩe ad Corinth. xj. Uolo autem vos ſcire ꝙ omnis viri caput Chriſtus eſt: caput autem mulieris vir. Item ad Titum ſcribens precipit adoleſcentulas eſſe ſubditas viris ſuis. Mulier enim debet eſſe quaſi famula viri: vt Auguſtinus in queſtionibus veteris et noui teſtamenti aſſerit. et Gratianus. xxxij. q. v. in ca. Satis. allegat. ſic inquiens. Satis hinc apparet quemadmodum viris feminas ſubditas et pene famulas lex eſſe voluit vxores ⁊c̃. Idem patet in. c. Eſt ordo. et in. c. Hec imago. que ſunt auctoritates ex Auguſtino in queſtionibus veteris ⁊ noui teſtamenti deprõpte. Idem habet Hieronymus in epiſtolam ad Titum. et Ambroſius in hexameto tractatu diei quarte. cuius ꝓbatio eius eſt. quia Adam per Euam deceptus eſt: non autem econuerſo: ideo in penam peccati ipſa eſt viro ſubiecta. Et idẽ dicit ſuper primã epiſtolã ad Corinth. ſic ſcribens. Mulier debet velare caput quia non eſt imago dei (more viri): ſed vt viro oſtendatur ſubiecta: ⁊ qꝛ preuaricatio ꝑ illã inchoata eſt. Sic Sara vocauit Abraã dominũ ſuum. Et vt dicit Ioãnes Andreas vir matrimonio iunctus/prout recitat Panor. in. c. Literas. de reſti. ſpo. debet mulier lauare viri pedes/caput: ⁊ huiuſmodi obſequia facere. qd oportet itelligere niſi fuerit mulier nobilis quã ex conſuetudine huiuſmodi opa dedecet. Et ſcdõ Oeconomicorũ. ij. dicit Philoſophus. Exiſtimare enim debet mulier vere cõpoſita mores viri eſſe legẽ ſue vite ĩpoſitã ſibi a deo/ꝑ coniũctionẽ mr̃imonij atꝙ ꝯſortij. Non eſt tñ oĩno ſerua: ſed aliquo mõ poſſidet virũ. Hinc Ariſtoteles in poſtpredicamentis recitãs acceptiones (habere) aſſignat modũ quo vir habet vxorẽ. ſed ille inqt: eſt alieniſſimus modus habẽdi: cũ vir ab eadẽ aliquo mõ habeat̃. Qd bene oſtendit Apl's pͥme ad Corinth. vij. dicens. Uir ſui corporis poteſtatẽ nõ habet ſed mulier. hoc eſt: aliqbꝰ legibus honeſtis aſtringit̃ vt eã ꝯm ſuũ ſtatũ multo honorificentiꝰ ⁊ humanius ꝙ famulã tractet. Illa autẽ que ad rẽ familiarẽ attinẽt/cure eius relinquat. ſi ſecus faciat: turpe eſt vt dicit Philoſophus ſcdõ Oeconomicorum. j. Nec ei conuicia dicat: vt idẽ p̃cipit pͥmi Oeconomicorum. iiij. ſic nec ipſe iniuriã patiet̃. hoc enim et cõmunis lex indicit: vt Pythagorici dicũt. Quẽadmodũ ſeruã ab lare ductã quã minime decet videri/afficere iniuria apud maiores religio erat. Et ſi hoſtis vel ſerua ad larẽ confugiſſet: fuit a penat p̃ſeruata. quãto magis vxor q̃ eſt cõtinuo ꝓpe larem? Aliã legẽ ſubiectiõis vxoris ponit Ariſtoteles: ꝙ nõ debet eſſe nimis in veſtibꝰ ſumptuoſa: dicẽs. De ornatu vero quẽadmodum neꝙ mores ſuperbos eſſe decet/ſi ſimul appropinquare debeant: ſic etiã nec corpora. Nã illa que ꝑ ornatũ fiunt/nihil differũt ab hiſtrionũ vſu/tragedias in ſcena agẽtiũ. Et ſcdõ Oeconomicorum dicit. Sumptu aũt ⁊ veſtitu ⁊ apparatu minore etiã vtat̃ ꝙ leges pmiſerint ciuitatis: conſiderãs ꝙ nec veſtimẽtorum nitor: nec excellẽtia forme: nec auri magnitudo tãtũ valet ad mulieris laudẽ quãtũ modeſtia in rebꝰ/ac ſtudiũ honeſte decoreꝙ viuẽdi. ¶ Ex dictis igit̃ habes ꝙ ſi viro in domo dominet̃ vxor puertitur ordo nature: qꝛ vir eſt caput mulieris: vt ex ſacris eloquijs pariter ⁊ gẽtiliũ ſcriptis/paucis oſtendimus. Et licet in iudicio mulieres ſint p̃cipites: vt dicit̃ pͥmo Politicorum: male in iudicio/ſyllogizãdo ꝯſiſtũt. incõſtãtes nãꝙ ſunt ⁊ paſſiõibꝰ agitate: quare earum iudiciũ eſt inualidũ. et hoc niſi ĩterdũ vir eſſet multũ hebes/⁊ mulier multũ ſenſata. ⁊ adhuc fortaſſe magis ei ꝓdeſſet/ſi opulẽtus fuerit: cõſilio prudẽtũ vti virorũ ſi inops: ſolã vxorẽ habẽs/eius ꝯſilio vti neceſſe habet. Ulterius patet ꝙ volẽs cũ vxore pacifice viuere non debet eã iniurijs laceſſere/ne iterato ꝓbo afficiat̃. memor ſit mulierẽ primã ex oſſe ⁊ qdẽ curuo fabricatã. Saccus autẽ oſſibus refertus in ſolũ ꝓiectus magnũ dat ſonum. ſaccus vero terra/ex qua Adam plaſmatus eſt/plenus: ſonum exilẽ reddit. Mulierẽ ad veſtiũ mediocritatẽ reducat: ⁊ potiꝰ ad defectũ ꝙ ad abundãtiã: oſtẽdẽdo ei quomõ hoc ad decorẽ virtutis cedat viri/⁊ vxoris legitime.

¶ Diſtinctionis Uigeſimeſeptime.
Queſtio Prima.

CIrca diſtinctionẽ vigeſimãſeptimã q̃rit̃ primo. An req̃rat̃ ⁊ ſufficiat cõſenſus mutuus ꝑ ſigna p̃ſentialia explicitꝰ ad verũ mr̃imoniũ. Rñdet̃ affirmatiue. nõ tñ req̃rit̃ cõſenſus formalis in matrimonium: vel cõſenſus formalis in dationẽ corporum: ſimplices enĩ neſciunt ita diſcernere: ſed requirit̃ ſaltẽ ꝯſenſus tacitus inter illos quo velint illũ ꝯtractũ inire quo ſint ꝯiuges: vel poſſint licite reddere debitũ: vel aliquid equiualens. Probat̃ ꝯcluſio. Aliqua ad mr̃imonium inter ꝑſonas legitimas requirunt̃: ⁊ non videt̃ qd aliud ꝙ iſta recitata: igit̃. ſolus aũt ꝯſenſus nõ ſufficit. nã poteſt Petrus in Bertã ꝯſentire ⁊ ꝯtra: ⁊ vterꝙ ignorare de alterius ꝯſenſu. ſi autẽ tũc eſſet mr̃imoniũ/eſſet valde incertũ. Et patet hoc in. c. Tua nos. de ſpon. Item mr̃imoniũ eſt ſacramentũ ad qd de cõmuni lege requirit̃ ſignũ ſenſibile. verba tñ ſine conſenſu etiã nõ ſufficiũt. Tertio arguit̃ ad idẽ. vir habꝫ dominiũ ſui corporis: ſic mulier: ⁊ vterꝙ põt trãſferre partiale dominiũ in alterum: ſi trãſlatio nõ ſit irritata ꝑ legẽ ſuperioris. qd excludo ꝑ (legitime). ſꝫ hec trãſlatio non poteſt fieri niſi per ſigna. igitur.

¶ Contra concluſionẽ arguitur. Non req̃rit̃ explicatio ꝑ ſignũ ſenſibile in caſu inter Petrũ ⁊ Bertã iã ſignatos. Nã Petrus in Bertã ꝯſentit: et ſcit ſe conſentire: hoc etiã Berta de ſeipſa ſcit: ergo ipſi duo ſciũt ſe ꝯſentire in ſe mutuo. Rñdet̃. licet iſti ſciãt ſe cõſentire de mr̃imonio: hoc tñ nõ ſufficit: ſed requiritur ꝙ vterꝙ ſciat illud de altero. ¶ Secũdo arguitur. ff. de reg. iur. dicit̃. Nuptias nõ cõcubitus ſed conſenſus facit: ergo ſolus ꝯſenſus ſufficit. Rñdet̃. ꝯſenſus partialiter facit matrimoniũ: licet partialiter facere ſit facere ſimpliciter. ¶ Tertio arguit̃. Matrimoniũ ĩter abſentes crebro ꝯtrahit̃: vt reges ꝯtrahere ſolẽt in magna locorum ĩtercapedine. tũc aũt vno ꝯſentiẽte altera forte dormit: ergo nõ req̃rit̃ ꝯſenſus mutuus. ¶ Rñdet̃ ꝯcedendo ꝙ mr̃imoniũ ĩter abſentes ꝯtrahit̃ ſi ſpecialiter mandet̃ ꝓcuratori vt ꝯtrahat: et ſignet̃ ei determiata ꝑſona cũ qua ꝯtrahat̃ ſi ꝑſeueret in eadẽ voluntate. vt habet̃ de ꝓcur. c. Procurator. lib. vj. iuncta gloſ. Sed ad formã argumẽti dico. ꝙ duplex eſt ꝯſenſus. quidã actualis: ⁊ ille ad mr̃imonium ſufficit: ſed nõ requirit̃. Nã qñ vir ꝓfert ꝟba de p̃ſenti ⁊ ꝯſentit: põt mulier adhuc non ꝯſentire. poſtea muliere ꝟba ꝓferẽte ⁊ habẽte ꝯſenſum viri: conſenſus non eſt in rerum natura: ⁊ tñ eſt verum mr̃imoniũ. alioqn rariſſime erit mr̃imoniũ ſi talis vnio conſenſus requirat̃. Alius eſt ꝯſenſus virtualis/q̃ debet eſſe ſimul: ⁊ ille ſufficit. Cõſenſum virtualẽ voco qñ alter cõſenſit: ⁊ poſtea nõ diſſentit. Uirtualis etiã cum formali ſufficit. hoc ſic declaro. Sortes in Britãnia cõſentit in Bertã in Gallia in p̃ncipio Ianuarij. Berta ꝟo in Frãcia ꝯſentit in hũc Sortẽ pͥmo die Februarij Sorte dormẽte: iã conſenſus virtualis in Sorte cõcurrit cũ ꝯſenſu actuali Berte: q̃ duo ꝯſenſus ad mr̃imoniũ ſufficiũt. Tertia ꝓpoſitio. poſſibile eſt mr̃imoniũ primo eſſe contractũ: et tñ nullũ eſſe ꝯſenſum actualẽ in vno ꝯiugatorũ. Probat̃. Sortes in p̃ncipio Ianuarij in Bertã conſenſit: ⁊ Berta in Sortẽ ãte explicationẽ ꝟborum in p̃ncipio Februarij qñ mr̃imoniũ ꝯtrahit̃: nõ eſt aũt neceſſariũ ad mr̃imoniũ ꝙ Berta tũc iterato ꝯſentiat: ſed ſufficit ꝙ ipſa ꝯſenſerit: ⁊ poſtea nõ diſſentiat. ¶ Ex iſtis tribus ꝓpoſitionibꝰ ad argumẽtũ reſpõſiuis infero alias ꝓpoſitiones: quarum Prima eſt. Conſenſus virtualis nullũ actũ volũtatis vel ĩtellectus ponit. ¶ Secũda ꝓpoſitio. ſi Sortes diſſenſit tẽpore ĩtermedio quo oratores erãt in itinere anteꝙ Bertã adirẽt: ⁊ poſtea ꝯſenſit: conſenſus virtualis manet ſufficiẽs. ¶ Tertia ꝓpoſitio. ſi Sortes in Bertã cõſentiat ⁊ hoc explicet ꝟbo: ⁊ Berta diſſentiat: ſed Berta ꝯſentiẽte Sortes diſſentiat: nõ eſt mr̃imoniũ. patet: qꝛ nec eſt ꝯſenſus actualis/nec virtualis cũ formali ſimul: et ille ad mr̃imoniũ req̃rit̃. Afferri poteſt exemplum ex ſcdõ Regũ de Thamar et Amnõ.

¶ Quarta ꝓpoſitio. Nihil eſt qđ Panoꝛmi. in c. Dilectus. de ſponſa. dicit. ꝙ de ſubtilitate iuris ſecurioꝛ et tutioꝛ debet eſſe conſenſus mutuus ſimul. qꝛ talis iuris ſubtilitas oĩa mr̃imonia tã inter p̃ſentes ꝙ̃ inter abſentes cõfunderet. Nec valet dictũ Spec. in tit. de ſponſa. dicẽtis ꝙ alterius reſpõſio debet ſeq̃ icõtinẽti. Ad hoc adducit. l. j. ff. de ꝟbo. obli. Iſti de actuali ꝯſenſu loquũtur. Et patet ꝙ nõ: inter abſentes ⁊ inter p̃ſentes. Similiter ſi Soꝛtes ꝯſentiret in Bertã: ⁊ Berta mẽtiretur ꝓferẽdo ꝟba/ nõ ꝯſentiẽdo vſq; ad finẽ hebdomade: adhuc eẽt mr̃imoniũ qñ Berta ꝯſentiret. nec video opus eſſe ꝙ ipſa hoc Soꝛti explicet: qꝛ antea ei ſuã mẽtẽ aperuit/ licet doloſe. qđ ſufficit. Ad. l. inductam dico ꝙ eſt conſenſus virtualis ſimul: ⁊ hoc ſufficit. ¶ Quinta ꝓpoſitio. licet Berta e Gallis ad Britãniã rediẽs ꝯtrahat in facie eccleſie/ nõ facit mr̃imoniũ: qꝛ iã illud eſt ꝯtractũ: ſz hoc fit ob ſolẽnitatẽ et ad cautelã ꝓ maioꝛi ſecuritate. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Si Soꝛtes mittat lr̃as ad Bertam dicẽs ſe ꝯſentire in eã de p̃ſenti ⁊ ꝑmãſurũ in hoc ꝓpoſito ſi ipa conſentiat: viſis lr̃is anteq̃ reſcribat/ eſt mr̃imoniũ: qꝛ eſt ꝯſenſus mutuo ſigno ſenſibili explicatus. Sed ꝯtra illud arguitur. non ſufficit ꝯſenſus mutuus niſi ꝑ ſignũ cõſtiterit: qđ nõ fit iter abſentes. Rñdetur. eſt ſignum ſenſibile exterius ſufficiẽs ſcḋm exigẽtiã materie. nã oratores ⁊ magni viri poſſunt de mẽte illius facere fidem. et ipa ꝯſentit actualiter ⁊ p̃ſentialiter oratoꝛibus: vel antea ꝯſenſit: ⁊ in illo ꝓpoſito manẽs poſtea nõ diſſenſit/ vel ſi diſſenſerit/ ſufficit poſterioꝛ ꝯſenſus. opoꝛtet aũt habere vltimũ: qꝛ ꝯſenſus ſupueniẽs diſſenſum reuocat ⁊ cõtra: ante cõplemẽtũ cõtractus. ¶ Quarto arguitur. Erat mr̃imoniũ inter Jacob ⁊ Liã: et tñ nõ erat ꝯſenſus mutuus nec formalis nec virtualis. ergo ꝯcluſio falſa: ⁊ ſolutio p̃cedens nulla. maioꝛ patet: qꝛ nõ peccauit Jacob Liã cognoſcẽdo: ergo actũ caſtitatis ꝯiugalis exercuit. Minoꝛ nota eſt ex Geneſeos. xxix. capite. ¶ Rñdetur negãdo maioꝛẽ. Et ad ꝓbationẽ ꝯceditur ꝙ Liã cognoſcẽdo non peccauit Jacob: qꝛ erat ei ignoꝛãtia inuincibilis: ⁊ fecit actũ caſtitatis ꝯiugalis: ad quẽ non req̃ritur ꝯiugiũ/ ſed inuincibiliter putata cõiunx. putabat enim fuiſſe Rachelem. Lia tñ ⁊ Laban peccarũt: licet excuſandus eſſet Laban a tãto: nolens minoꝛẽ natu p̃ter patrie ꝯſuetudinẽ nuptũ tradere: qꝛ hoc fuiſſet in maioꝛis natu ꝯtẽptũ ⁊ iacturã: ſicut inter nos videmus. In fine aũt ſeptẽ dierũ conuiuij cõſenſit de nouo: ⁊ erat verũ matrimoniũ. ¶ Quinto arguitur. dicat Soꝛtes in facie eccleſie. capio te in meã. ꝑ faciẽ eccleſie hominũ multitudinẽ intelligo. ⁊ ꝯtra Berta. faciat hoc Soꝛtes grã libidinis explẽde vel habẽdarũ opum: breuiter nõ ꝯſentiat: conſentiat tñ Berta. poſtea ꝯtrahat Soꝛtes cũ Teberga: et in eã cõſentiat. Hoc ſuppoſito ſic argumẽtoꝛ. Inter Soꝛtẽ ⁊ Bertã eſt verũ mr̃imoniũ: ⁊ nec conſenſus actualis/ nec virtualis. igitur. maioꝛ ꝓbatur: quia cõpellitur Soꝛtes Berte adherere et ei reddere debitũ: ergo hoc eſt ei licitũ: alioq̃n eccleſia illicitũ p̃cipet. qđ eſt incõueniẽs. Si dicas. excuſabitur a pctõ adherẽdo Berte ob eccleſie p̃ceptũ. Contra. ergo ꝯcluſio contra quã obijcimus eſt falſa. Itẽ tenebitur verã vxoꝛẽ ſcz Tebergã dimittere. ⁊ ſic in lege grẽ erit diuoꝛtiũ. ¶ Rñdetur negando maioꝛẽ: ſcz ꝙ ſit verũ mr̃imoniũ iter Soꝛtẽ ⁊ Bertã. nã ſi nõ ꝯtraxit cũ Teberga/ tenetur de nouo in Bertã cõſentire: ⁊ mr̃imoniũ inchoatũ ꝑficere ſub pena moꝛtalis pcti. Si vero cũ Teberga ꝯtraxerit/ cũ ea manebit: nec eccleſie parebit: qꝛ non põt. eccleſia tñ licite p̃cipit ei facere aliq̃d qđ facere eſſet illicitum: puta relinquere ꝓpriã vxoꝛẽ. Eccleſia enim põt falli in tali facto. Et ſcḋm ꝓbatiões allegatas bñ ꝓcedit ⁊ iudicat: qꝛ plus eſt credendum teſti in prima depoſitione anteq̃ falſum deponat ꝙ̃ poſtea. Dicebat iſte in facie eccleſie ſe in Bertam conſentire: nec cõſtabat adhuc de eius falſitate. qñ aũt poſtea dicit ſe nõ conſenſiſſe: minus debet ei credi ꝙ̃ ab initio. iudicat enim eccleſia ꝙ initio mẽtiri noluit: et eam cognoſcere ſi nõ fuiſſet ei vxoꝛ. Nam ſi ei crederet poſtea: daretur occaſio multis a mr̃imonio retrocedendi. qđ foret incõmodũ in politia chꝛiſtiana: cũ ipm ob ſuã vtilitatẽ ⁊ honeſtatẽ ſit omni modo licito cõſeruãdũ et manutenẽdũ. Si aũt cõfiteatur officiali ſe excõmunicãti: credet ei officialis in occulto: qꝛ in illo foꝛo creditur viro tã ꝓ ſe ꝙ̃ cõtra ſe. ſed in foꝛo exterioꝛe eũ excõmunicabit: ſuadendo ei et recte adherere ꝑme. ſed hoc deus diſſuadet. nã crebꝛo deus et homo diffoꝛmiter volũt in volito: ⁊ homo licite vult. quia in foꝛo exterioꝛe opoꝛtet ſcḋm allegata ⁊ ꝓbata cõcludere. ſcit enim officialis illũ moꝛtaliter peccaſſe ⁊ eſſe ꝯtumacẽ/ eccleſie nõ parẽtẽ: ⁊ ꝑ cõſequẽs excõmunicatione dignũ. et poteſt officialis aſſentiri ꝙ doloſe cõtraxit vel oppoſitũ vel nullũ aſſenſum de hoc habere/ ſcḋm rationes ⁊ apparẽtias occurrẽtes. Poteſt aũt Romanũ põtificẽ adire ei caſum reuelãdo: qui eũ a ſentẽtia excõmunicatiõis abſoluet hac lege: ſi verũ ſit qđ recitat. ſi falſum: non intẽdit eũ abſoluere. Et vbi eſt cognitus: in occulto ſuſcipiat ſacramẽta. vbi eſt incognitus: poteſt cape in publico: qꝛ abſolutus eſt ꝯditionaliter: ⁊ ipſe ſcit ꝙ conditio inexiſtit. ⁊ ſiue ſit abſolutus/ ſiue non: eſt in ſtatu ſalutis. Nemo enim rationis cõpos in lege dei eſt ꝑplexus: quin ei pateat via ſalutis: etiã ex quacũq; culpa p̃cedẽte. Sed Berta nõ põt ꝯtrahere mr̃imoniũ Soꝛte viuẽte. Ratio eſt: qꝛ non põt ei conſtare qñ Soꝛtes ſit vir ſuus/ licet ipa ſit ꝑſona habilis: ⁊ Plato cũ quo ꝯtrahit. et reuera eſt matrimoniũ inter eã ⁊ Platonẽ: cũ nec ipſa nec ipẽ ſint ꝑſone inhabiles ad mutuo cõtrahẽdũ. Sed ꝙ̃diu putãt matrimoniũ eſſe inter Soꝛtẽ ⁊ Bertã: illo iudicio ſtãte nõ poſſunt ſine pctõ contrahere. Si tñ cõſtaret ſufficiẽter Berte ⁊ Platoni nõ fuiſſe cõſenſum Soꝛtis primo cum Berta: ipſa Berta poſſet tunc Platoni cohabitare. ¶ Ecce ꝙ conſenſus ad mr̃imoniũ requiritur/ q̃ nõ ſufficit niſi aliquo ſigno ſenſibili vel equiualẽti explicetur. quis ſit conſenſus actualis: ⁊ quis virtualis ꝙ ficte contrahens cum aliqua/ ante illud matrimoniũ contractũ debet deponere fictionem: ⁊ cum prioꝛe contrahere: vel poſt mr̃imoniũ de p̃ſenti ante carnalẽ copulã poteſt religionẽ ꝓfiteri: vt in queſtione ſequente dicetur. poſt matrimoniũ vero contractũ ⁊ conſummatũ/ difficilius eſt culpã tã quo ad ſe ꝙ̃ quo ad illã cui illuſit reparare.

## ¶ Diſtinctionis Vigeſimeſeptime. Queſtio Secunda.

SEcundo circa eãdem diſtinctionẽ queritur. An matrimoniũ ꝑ ſacros oꝛdines et religionis ꝓfeſſiõem diſſoluatur. Pro queſtionis ſolutione pono tres concluſiones: quarum Prima eſt. Contrahẽs matrimoniũ ꝑ verba de p̃ſenti ante carnalem copulã poteſt: altera parte etiã renitẽte religionem ꝓfiteri. patet de conuer. ꝯiug. c. Ver. vbi ſic ſcribitur. Verũ poſt conſenſum legitimũ de p̃ſenti licitũ eſt alteri/ altero etiã repugnante eligere monaſterium: ſicut ſancti quidã de nuptijs vocati fecerũt: dũmõ carnalis cõmixtio nõ iteruenit iter eos. et alteri remanẽti ſi commonitus cõtinentiam ſeruare noluerit/ licitũ eſt ad ſcḋa vota trãſire. Idẽ dicitur in ca. Ex publico. eiuſdem tituli. et. xxvij. q. ij. c. Deſponſatã. Macharius nãq; et aliqui ſcti patres hoc obſeruarũt. xxvij. q. ij. ca. Scribit. §. Ecce. vbi ſic dicitur. Ut enim refert beatus Hieronymus. Macharius precipuus iter Chꝛiſti eremitas. celebꝛato nuptiali conuiuio cũ veſperi thalamũ eſſet ingreſſurus: ex vꝛbe egrediens trãſmarina petijt: ⁊ eremi ſolitudinem ſibi elegit. Item beatus Alexius epiphanij clariſſimi filius ſimiliter ex nuptijs diuina gratia vocatus: ſponſam deſeruit: et nudus Chꝛiſto famulari cepit. Et magiſter in litera hec recitat. ¶ Secunda concluſio. ſuſceptio ſacri oꝛdinis non dirimit matrimoniũ nõ conſummatum/ per verba de preſenti contractũ. Hec concluſio patet per determinationem Joãnis. xxij. que incipit. Antique cõcertationi. Et ꝓbatur ratione. nõ repugnat iuri diuino ꝙ quis primo cõtrahat et poſtea efficiatur ſacerdos: ex diſtinc. xxviij. nã ⁊ greci hoc faciunt. Indiſſolubilitas enim matrimonij eſt de iure diuino/ niſi in illo ſolo caſu. vt poſt dicetur. ¶ Tertia cõcluſio. Matrimoniũ conſummatũ. vtraq; parte conſentiente tã ad matrimoniũ ꝙ̃ ad conſummationẽ nõ diſſoluitur ꝑ religionis ꝓfeſſionem/ vel alio modo: extremis manentibus ſine vtriuſq; conſenſu: vel niſi alterius petẽdi amiſit. Prima pars patet Matthei. xix. vbi dicit Chꝛiſtus. Quod deus coniunxit homo non ſeparet. ⁊ de diuoꝛ. c. Gaudemus. ⁊ poſtea amplius dicetur. Itẽ vir nõ ſolum habet poteſtatẽ in ꝓpꝛiũ coꝛpus: ſed in coꝛpus mulieris ⁊ econuerſo. vt dicit Apoſtolus prime ad Coꝛinth. vij. ergo nõ poteſt vouere illud qđ eſt in p̃iudiciũ mulieris. ſed ꝓfiteri religionem eſſet in mulieris p̃iudiciũ/ nõ cohabitãdo ei nec debitũ reddendo. De extremis non manentibus patet. nam moꝛtuo viro/ ſoluta eſt mulier a lege viri: ſcḋm Apoſtolũ prime ad Coꝛinth. vij. Poſt adulterium vero alter poteſt religionẽ ꝓfiteri poſt carnalem copulam: etiã muliere cõtradicente. vt fecit Paulus ſimplex eremita. Ratio eſt: quia non tenetur ei reddere debitum in ſeculo: ipſa enim ius debiti amiſit. ergo cũ ſit licite ſolutus. poteſt ea cõtradicente religionem ꝓfiteri.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. Uel hoc eſſet qꝛ Chꝛiſtus ita fecit de Joãne: cum ad apoſtolatũ vocãdo poſt matrimoniũ de p̃ſenti. nã cũ de nuptijs nubere volentem vocauit dominus: vt dicit Hieronymus in ꝓlogo euãgelij Joãnis. ſed de hoc non conſtat. etiã nullo modo ſufficiẽter docetur ꝙ apoſtoli tria vota emiſerunt. Uel hoc eſt qꝛ religio eſt de melioꝛe bono. ⁊ tũc diſſolueretur matrimoniũ conſummatũ: qꝛ illi matrimonio religio p̃ſtat. ¶ Reſpondetur. quicquid dicatur de matrimonio Joãnis cũ Magdalena: non eſt veroſimile ꝙ cum Magdalena cõtraxit. qꝛ primo/ pauper erat et piſcatoꝛ: illa autẽ mulier nobilis. Secundo nec eis defeciſſet vinũ ob ſolertiã Marthe ſoꝛoꝛis eius. cõtraxiſſet tñ matrimoniũ ſi ad apoſtolatum nõ fuiſſet vocatus: vt Petrus ⁊ alij. ⁊ hoc ſufficit ꝓ dicto Hieronymi. Dico igitur ꝙ inter arguendũ nulla cã ſufficiẽs tacta eſt. ſed exẽplis ſanctoꝛũ: ⁊ determinationibus pontificum ad hoc ſufficiẽter edocemur ꝙ iſtic eſt exceptio nõ ſolũ ad religionem: ſed etiã ad eremũ in qua vouetur caſtitas. iſtum ergo caſum deus excepit: nã deo inſtigãte aliqui ſcti ita fecerũt. ⁊ hoc erat in cã quare eccleſia ita determinauit. ¶ Secundo arguitur. Matrimoniũ carnali copula conſummatũ nõ eſt maioꝛis ligaminis ꝙ̃ ante carnalẽ copulã: qꝛ alioq̃n ipm ſolueret: qđ eſt falſum: vt patet in. c. fi. de ſpon. duo. ſed vnũ eſt indiſſolubile: ergo et aliud. ¶ Reſpõdetur diſtinguẽdo ꝙ ſit tãti ligaminis: vel quo ad ſeparationem: ⁊ ꝙ fiat nouus cõtractus matrimonialis: et hoc eſt dubiũ: qđ paulopoſt tãgemus. vel ꝑ hoc ꝙ fluctiuagũ ⁊ inſtabile ſeculũ relinquitur: ⁊ ꝓfeſſimũ ꝑ religionis ꝓfeſſionẽ. ⁊ ſic nõ eſt idẽ. ratio iã pꝛoxime reddita eſt. ¶ Sed cõtra hoc arguitur. qñ ille ꝓfitetur religionem: vel vinculũ mr̃imonij eſt ſolutum: vel non. ſi ſecũdũ/ cũ ipa poſſit ꝯtrahere ſicut pontifex definit: ſequitur ꝙ vna mulier habebit duos viros in mundo: et ad duos viros duo vincula: qđ eſt icõueniẽs. Si eſt ruptũ: contra. vtrũq; extremũ eſt in rerũ natura: ⁊ vinculũ eſt ille ꝑſone vincte. Relatio enim nõ diſtinguitur a fundamẽto ⁊ termino: ꝓut ſuppono: ⁊ extrema manent: ergo illud vinculũ manebit. Rñdetur. aliqui dicunt illud vinculũ non eſſe ſolutũ. ſed dico ipm eſſe ruptũ vbi ille ꝓfitetur caſtitatẽ: queãdmodum in moꝛte naturali. Et habetur xxxj. q. j. Quoniã virginibus. de diuoꝛ. c. Gaudemus. Nec habet hec mulier duos viros. nã cum vinculum ſit ruptũ: nõ habet eos amplius. quemadmodũ diceretur de reſuſcitato. vt vxoꝛ Lazari: nõ qua fuerit: non tenebatur poſt reſurrectionẽ eũ capere: nec ꝓhibitã virũ. ſi tamen voluiſſet/ poterat. nam legitur ad Hebꝛeos. xj. de mulieribus accipiẽtibus viros ſuos. licet illud potius intelligi de filijs capitur. ſicut Sunamitis recepit filiũ a ꝓpheta reſuſcitatũ ante Naim. Luce. vij. Sed ad ꝓpoſitũ redeundo ꝓpter ipam in ſeculo manentẽ cogetur ille ſtatum religionẽ ꝓfiteri in duobus menſibus: vt manens in ſeculo ſibi ꝓuideat de mr̃imonio. nec opoꝛtet tenere legẽ cõmunẽ nouitioꝛũ in illo caſu: ſed arbitrio iudicis tempus eſt abbreuiandũ. ¶ Sed dicto papã poſſe diſpenſare cũ religioſo vt religionem derelinquat. Soꝛtes igitur de quo in cau argumẽti tractatur/ egrediatur cenobiũ et ducat vxoꝛẽ: ã Berta habebit duos viros in ſeculo: cũ ipa nunc ſit coniuncta. Rñdetur. impertinẽs eſt nobis illud qđ infertur. Opinoꝛ illud eſſe ꝓbabilius: ꝙ Soꝛtes cũ diſpẽſatione põt aliã vxoꝛẽ ducere: cũ vinculũ fuerit ſolutũ: ⁊ ſit reſuſcitatus ad ſeculũ ciuiliter. queãdmodũ reſuſcitatus ad vitã põt aliã vxoꝛe ducere ſua prioꝛe coniuge viuẽte. Sed iſtius cõceſſio nõ infert idẽ eſſe cũ diſpenſato. nõ ſufficit tñ caſtitas in domo ꝓpꝛia. vt patet ex ca. Ex parte tua. Et qñ dicis. ille ꝑſone poſt mr̃imoniũ cõſummatũ manẽt: ergo vinculũ. nego ꝯſequẽtiã. nam vinculũ manebit quãdo nõ manebit vinculũ. ꝑ moꝛtem enim ciuilem coꝛrumpitur vinculum: licet vinculũ non deſinat eſſe entia.

¶ Sed quo ad aliam particulam dubiũ eſt: an põtifex poſſit diſpẽſare: cũ aliqua fidelis cõtraxit mr̃imoniũ de p̃ſenti cũ aliquo/ ante carnalem copulam: vt alter iſtoꝛũ altero in ſeculo manẽte poſſit contrahere rurſus cũ alio. puta poſſit ſeparare mr̃imoniũ inter Soꝛtẽ et Bertã: dado facultatẽ Berte cõtrahẽdi cũ Cicerone: ⁊ Soꝛti cum Teberga. Et hic duas poſitiones oppoſitas inuenio: quarum vna eſt gloſſe in cap. Ex publico. de con. coniu. ſaltem recitatiue. et clarius in. c. Quapꝛopter. xxvij. q. ij. que dicit ꝙ mr̃imoniũ nõ cõſummatum ſignificat vnionem anime fidelis ad deũ. Conſummatũ ſignificat vnionẽ verbi ad humanitatẽ: ⁊ dei ad eccleſiam. prioꝛ vnio ꝑ moꝛtale diſſoluitur: ſecũda vero nunq̃. ꝓpterea mr̃imoniũ nõ cõſummatũ diſſoluitur: non aũt ꝯſummatũ. Hoſtienſis ⁊ Panoꝛ. hic diſſolute ⁊ ſiniſtre gloſſam impugnant. tum primo ꝙ gloſ. ſolum recitat. tũ ſecũdo: nõ negaret quin mr̃imoniũ ſit ex inſtitutione dei. Sed nodus argumẽti in hoc cõſiſtit: an indiſſolubilitas mr̃imonij ante carnalẽ copulã ſit ex inſtitutione diuina an humana. et volunt gloſ. dicere ꝙ erat ex humana. ⁊ tenẽdo ꝙ põtifex diſpẽſare poſſit: bñ conſequẽter loquitur. Et ſicut Hoſtienſis et Panoꝛ. gloſſam

Vide q̃re q. 1 q 13

nõ intelligũt:ita nec ſeipſos:nec leporem argumẽti īquirunt. Sed in effectu dicit Hoſtiẽſis:ꝙ cõſenſu vtriuſqꝫ ſponſi poteſt papa ex poteſtate abſoluta diſſoluere tale matrimonium:nulla alia cauſa exiſtẽte, ſed ex poteſtate ordīaria poteſt ex cauſa diſſoluere tale matrimoniũ: non autem conſummatum:quia conſummatio conſiſtit in facto:qđ non poteſt haberi ꝓ non facta. xxxij.q.v.ca. Si paulus. Panormitanus dicit illud mirabile verbum:ſed cũ eo tranſit. ¶ His relictis iterato tango nodum argumẽti. vel indiſſolubilitas matrimonij ante copulam carnalem eſt de iure diuino: vel ex inſtitutiõe eccleſie. Si primũ:non poteſt vllo modo diſpenſare:quia hoc eſt ius ſuperioris reuocare. Nõ valet dicere. ſeruare votum ſpontanee emiſſum eſt de iure diuino:ſed non in omnem euentum:verum in caſu ancipiti ſuperior interpretatur quando eſt tenendum: et declarat ipſum in caſu ſoluẽdum. ſic in propoſito: licet ſit de iure diuino. Nam ſi hoc ſit verum/ habetur poſitio Hoſtiẽſis ⁊ eum imitantium falſa/ꝙ non poteſt de potentia abſoluta ſic matrimonium diſſoluere. Sed nec illud ſufficit. quia ſic diceres de matrimonio conſummato. Prorſus etiã nihil valet qđ dicit: conſummatum conſiſtit in facto:q2 ſic matrimonium de quo loquimur eſt preſentialiter factum: ⁊ non poteſt haberi pro non facto:per eadem que ipſe allegat. Reſtabat ergo dicere ꝙ eſt ex inſtitutione poſitiua eccleſie:per eccleſiam pontificem intelligẽdo. ⁊ ſic pontifex poteſt ad nutũ in tali matrimonio diſpenſare. Et hoc vult gloſſa in effectu:et Hoſtienſis cũ alijs canoniſtis. Sed hoc conſequens eſt falſum:qđ ſic probo. non poteſt papa nec pro cauſa nec cum cauſa diſſoluere matrimonium de preſenti ante carnalem copulã. Si cum cauſa: maxime eſſet ob hereſim vbi aliter non poſſet manere cum altera ſine cõtumelia creatoris. ſed hoc non poteſt pontifex:quod probatur per ca. Ex parte tua. de conuer. coniugato. vbi Innocentius Tertius archiepiſcopo Lugdunẽſi ſcribens ſic inquit. Ex parte tua eſt intimatum ꝙ cum quedã mulier velum viduitatis coram duobus abbatibus aſſumpſiſſet/benedictione ſolẽni cum celebratiõe miſſe ac letania (ſicut debuit) accedente:quidam nobilis proponebat ſe prius mulierem ipſam mediantibus internuncijs per verba de preſenti/arra etiam interpoſita deſponſaſſe. et infra. At illa ſe in illum conſenſiſſe confeſſa: dixit ꝙ audierat eũ eſſe lepra percuſſum:et ob hoc eius fuerit abominata complexus. et infra. Nos autẽ inquiſi. r.t.r. ꝙ et ſi poſſit non inconſulte videri: ꝙ ex quo matrimonium inter legitimas perſonas per verba de preſenti cõtrahitur:illis viuentibus in nullo caſu poſſit diſſolui: vt viuẽte reliquo alter ad ſecunda vota tranſmigret:etiam ſi vnus fideliũ inter quos eſt ratum coniugium fieret hereticus: ⁊ nollet permanere cum altero ſine contumelia creatoris:niſi forte ſecus fieret ex reuelatione diuina que ſuperat omnem legem:ſicut a quibuſdam ſanctis legitur eſſe factum. Nos tamen nolẽtes a predeceſſorum noſtrorum veſtigijs declinare:qui reſpondere conſulti:anteqꝫ matrimonium ſit per carnalem copulam conſummatum:licere alteri coniugum reliquo inconſulto ad religionem trãſire:ita ꝙ reliquus extunc legitime poterit alteri copulari: hoc ipſum tibi conſulimus obſeruandum in articulo prenotato: Quis falſa ſit cauſa per quam ad ſuſceptionẽ veli predicta mulier eſt inducta:cũ ſine qualibet tali cauſa idipſum religionis obtẽtu facere potuiſſet. Porro licet predicta mulier videatur in veli ſuſceptione religionis habitum aſſumpſiſſe: ſi tamen velit in domo ꝓpria remanere quaſi ꝓpoſitum caſtitatis in ſeculo ſeruatura: nihilominus conſummandum eſt matrimonium iam contractum/niſi ſe voto aſtrinxerit ad obſeruãtiam regularem:in quo caſu compelli poteſt vt relicto ſeculo religionis ꝓpoſitum exequatur. Hic manifeſte habes ꝙ nullus caſus excipitur niſi igreſſus religionis. Unde Panor. in ꝟſi. Nos autẽ. dicit. Hic nota optimum argumentum ꝙ matrimonium cõtractum per verba de preſenti etiam carnali copula nõdum conſummatum/nõ poteſt ſolui niſi in caſibus a iure expreſſis. vnde põdera textũ in ꝟſiculo. Nullo caſu. iũcto ꝟſi. Nolentes. et ſic bene facit ille textus in argumento/papam nõ poſſe diſſoluere tale matrimonium/ niſi ex cauſa in iure expreſſa/vel omnino ſimili. Ecce eius verba ſup ſententia litere fundata: que licet eius poſitioni repugnent/non eſt admirãdum in viro plura ſcribente: et habẽte ex litera fundamentũ. ¶ Sic ergo clare formatur ratio. nec ꝓ lepra/ nec ꝓ hereſi matrimoniũ non conſummatũ inter fideles poteſt diſſolui: nec ꝑ aliqua alia cauſa niſi per religionis ingreſſum: vt doctiſſimus ille Innocentius Tertius determinat. ergo poſitio gloſſe nulla. ¶ Secũdo arguitur ad idem. Si quis matrimonium contraxerit cum aliqua: ⁊ ante copulã carnalẽ in amentiã ceciderit: vel ſi membra genitalia trũcẽtur: tale matrimonium diſſolui non poteſt. Textus ad hoc eſt rotundus in. c. Si qui matrimoniũ. xxxij.q.vij. vbi Nicolaus papa ſic inquit. Si qui matrimonium ſani contraxerũt: et vni ex duobus dementia aut furor aut aliqua infirmitas acceſſerit: ob hanc infirmitatem et cauſam coniugia talium ſolui non poſſunt. ſimiliter ſciẽdũ eſt de his qui ab aduerſarijs excecantur: aut membris truncantur: aut a barbaris execti fuerint. Et tamẽ hic eſſet cauſa ſoluendi matrimonij ſi ſolui poſſet: cum non poſſit mulierem cognoſcere pluſqꝫ religioſus: licet ille caſus in iure expreſſe nõ habeatur. igitur. Secus fuiſſet ſi hoc ante matrimonium poſt ſponſalia accidiſſet.

¶ Tertio arguit. Dictũ Chriſti Matthei. xix. Quos deus coniunxit/homo nõ ſeparet. debet teneri vt verba ſonãt: niſi vbi ponitur aliqua determinatio aliquem caſum excipiẽs ⁊ verbũ Chriſti exponens. ſed nuſqꝫ in iure diuino vel pontificio ponit exceptio ab illa ꝓpoſitione ꝑter religionis ꝓfeſſionem. ergo nemo debet alium caſum excipere ne legis diuine tranſgreſſor habeatur.

¶ Quarto arguitur. matrimonium conſummatum ſequens matrimoniũ non conſummatum/ ipſum non diſſoluit. textus eſt expꝛ̃ſſus in. c. fina. de ſpon. duo. ergo nõ eſt vinculum maius in matrimonio nõ conſummato/ vllam patiẽs exceptionem niſi in ꝓfeſſione religionis: nec maioris ligaminis. ſed matrimonium conſummatũ inter fideles a nullo puro homine poteſt diſſolui: ergo nec etiam matrimonium nõ conſummatum niſi in caſu a iure expreſſo: extra quem ius diuinum matrimonium dicit indiſſolubile. nec iura excipiũt vllũ caſum niſi hũc/ vbi homo vocatur ſpecialiter a deo religionem: ⁊ dicũt nullum aliũ caſum excipi debere. nec vlla ratio eſt vel textus ad oppoſitum tendens. igitur hoc eſt tenendum.

¶ Quinto arguitur. Cum quidam peteret (vt recitat Panor. hic) ab Innocẽtio Octauo diſpenſationem de matrimonio non conſummato: ⁊ Innocentius reſpõderet ſe non poſſe: diſpenſationem petens hãc opinionem a gloſſa recitatã allegauit. cui Innocentius. Maledictus qui te docuit. ergo conſilium ⁊ opinio gloſſe eſt maledicta: ⁊ peccare facit ſibi innitentes.

¶ Teneo itaqꝫ impreſentiarũ ꝙ pontifex diſpenſare nõ poteſt in caſu propoſito de matrimonio poſt verba de preſenti ante carnalem copulã: cũ ſit tã verum matrimoniũ qꝫ poſt carnalẽ copulã. vt patet de matrimonio inter diuã virginẽ ⁊ Ioſeph. Ratio Hoſtienſis nullã habet apparẽtiã. Illa autem metaphora quã gloſſa ponit de cõiũctione verbi ad humanitatẽ/ ⁊ ad animam peccatoris: nihil infert. Et ſi aliqui pontifices hic diſpenſarint et fecerint diuortiũ ante matrimoniũ conſummatũ: nihil ad a. Sic cum multis in exceſſiua: et iniqua beneficiorum pluralitate et alijs materijs diſpenſarũt. cõcludere ergo hoc licitum vel ex parte illoꝝ/vel diſpenſationẽ requirentiũ/ nõ eſt argumentũ in Barbara vel in Darij. Sed bonum eſt argumentum ex determinatis pontificaliter ab eis: et in iure expreſſis.

¶ Sed cõtra iſtud arguit. Matrimoniũ conſummatũ ꝑ carnalẽ copulã eſt maioris ligaminis: et matrimoniũ nõ ꝯſummatũ ſoluit. ergo ꝓbatio quarti argumẽti nulla. Antecedẽs patet per. c. Licet. de ſponſa. duoꝝ. in. §. Quis. vbi dicit papa. Quãuis aliter a quibuſdã ꝑdeceſſorib⁹ noſtris ſit aliquãdo iudicatũ. Itẽ vnus pontifex etiam poſterior circa expoſitionem iuris diuini non eſt maioris auctoritatis qꝫ predeceſſor eius: ergo determinationes ſummorum pontificũ adducte ſunt inualide.

¶ Reſpõdet. licet teſte Salluſtio in Iugurtha/ſatius foret de Carthagine tacere qꝫ parum de ea loqui: vt tñ põtificũ vtilia ſcripta tueamur: dico: qñ ſancti cõtradicũt: vt Hieronym⁹ et Auguſtin⁹ in exponẽdis ſacris literis: ſentẽtia illa eſt ſequẽda que eſt rationabilior. ſic ſi põtifices oppoſita determinent. modo ſententia illa magis cũ iure diuino Matthei. xix. ſcripto quadrat: ꝙ matrimoniũ carnali copula cõſummatum nõ poteſt aliud diſſoluere. illud ergo eſt tenẽdum. Qꝛ põtifices poſſunt cõtraria determĩare: patet ex litera. Unde in ꝑdicto. c. Licet. dicit Panor. Noto papam poſſe reuocare ſentẽtiã ſui ꝑdeceſſoris: et cõtrariã cõſtitutionem facere: vel aliter declarare/etiam ꝑcepta iuris diuini qꝫ ꝑdeceſſor declarat. Hoc itẽ expꝛ̃ſſe habes in. c. Quãto. de diuor. vbi doctiſſim⁹ Innocẽtius Tertius in. §. Nos. ſic dicit. Nos igit conſultationi tue reſpõdẽtes diſtinguimus: licet quidam ꝑdeceſſor noſter ſenſiſſe aliter videatur. vbi gloſ. ordi. in verbo (ꝑdeceſſor noſter) ſcꝫ Celeſtinus: cuius dictũ olim habuiſti in decretalib⁹. de ꝯuer. infide. c. Laudabilẽ. ⁊ male dixit Celeſtinus. Sed dices ex illo tolli robura determinatiõib⁹ ſummoꝝ põtificum. Dico ꝙ nõ ſequit. nã determinatio illius q̃ motiua bona profecitat/vincit. Iſti aũt poſteriores quoꝝ ſcripta ſunt in iure cõtẽta/ſunt rationabiliora: ⁊ ꝯtraria excluſa. et ita quilibet doctus intelligit. ergo licet ꝑdeceſſores in iure diuino determinarint oppoſita: nõ ꝓpterea tollit aliqđ roboris a decretalib⁹/ vel a iure ſcripto. Poteſt etiã dici ꝙ põtifex nõ dicit ꝑdeceſſorẽ ſuũ põtificaliter oppoſitũ determinaſſe: ſed ꝙ aliter ſenſit: hoc eſt/adheſit oppoſito. Preterea reuocare ꝑdeceſſoris ſtatutũ nõ eſt cõtradicere: ſed ſm tẽporis exigẽtiã aliã. concedere legẽ. In iuris autem diuini expoſitione eſt aliud.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit. Ex ea ſequitur ꝙ ſacerdos in occidẽtali eccleſia poſſit habere vxorẽ in ſenſu cõpoſito: ⁊ eã cognoſcere ſine diſpenſatione. Reſpõdet cõcedẽdo quãdo primo cõtrahit: et poſtea efficit ſacerdos. cui debitũ in occulto reddet ita vt neſciat verſari in domo cum illa. alioquin ſcãdalizabit alios: et occaſionem male faciendi ceteris prebebit: ſed nunqꝫ debet ei dari bñficium vel aliqđ ex eccleſie ꝓuẽtib⁹. ⁊ ita ſeruiet deo ac celebrabit: ⁊ tenuiter viuet/niſi ꝓuiſionẽ aliũde habeat. ¶ Hactenus de matrimonio cõtracto ꝑ verba de ꝑ̃ſenti/ante carnalem copulã indiſſolubili: niſi in vno caſu tñ: ꝑ ꝓfeſſiõem. ſ. religionis. qñ cognoſcimus ꝑfectõs a deo vocatos ante carnalẽ copulã: et põtificum determinationes. Et licet aliqs violẽte cognoſceret cõiugẽ ante tẽpus elapſum: a iure cõceſſum de aſſumẽda religione: adhuc illa poteſt religionẽ ingredi. hoc eñi ius cõmune/ mulieri cõcedit: qđ alter non poteſt ab ea tollere/ niſi ipa culpabiliter tẽpus ꝓceſſum ꝑtergrediat: tũc eñi ipe põt ſe in poſſeſſionẽ ponere: nec ipa poſtea poterit religionẽ ꝓfiteri. niſi ⁊ ipſe ꝓfiteat: qñ effecti ſunt vna caro. Nec ex iſtis infringit Chriſti auctoritas. Quos deus coniunxit homo nõ ſeparet: q2 deus q̃ legẽ illã tulit: facto aliquos ante carnalẽ copulã ad ſe traxit. ꝓpterea põtifices declararũt illud licere: ⁊ ſic diſpenſarũt interꝑtãdo/ et expoſuerũt. Preterea. ſi pontifices oppoſita dicãt circa ius diuinũ exponẽdũ: ſtãdum eſt illi expoſitioni que eſt rationabilior: puta que cũ iure diuino magis quadrat: vel ratiõe naturali/ſi ius diuinũ deſit. Ex quo nullo mõ ſequit iuris põtificij/decretoꝝ põtificioꝝ aut iuris ĩfirmitas. ratio eſt: q2 illa que circa hãc materiã minus erãt rationi cõſentanea/ſunt excluſa: ⁊ rationabiliora inſerta ſeu incorporata. nõ tñ nego quin ſint circa aliqua in iure pontificio contrarie expoſitiones: vt qñ agit de auctoritate cõcilij vniuerſalis et Romani põtificis: de ꝑminẽtia regũ ⁊ põtificis in tẽporalib⁹: ⁊ ſimilib⁹. Dico tñ vix ſufficiẽter oſtẽſum: ꝙ oppoſita ſucceſſiue determinauerint: licet gloſ. et Panor. ita dicant. Forte ſufficit dicere: aliter ſenſerunt vel ſentire viſi ſunt. ex quo non ſequitur ꝙ aliter determinarunt.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſeptime.
Queſtio Tertia.

TErtio quæro quis poſſit ſponſalia contrahere: et an ſint licita. Pro queſtionis ſolutione notabis ꝙ ſponſalia ſunt futurarũ nuptiaꝝ ꝓmiſſio. xxx.q.v. Noſtrates. Et dicunt a ſpõdeo ſpondes. vt in. l. ij. ff. de ſponſa. hinc ſponſus quaſi promiſſus. ſponſa quaſi ꝓmiſſa. ideo poſt matrimoniũ de ꝑ̃ſenti/ etiã ante carnalẽ copulã non dicunt ꝓprie ſponſi: ſed maritus et vxor. Unde cũ legat aliqđ alicui ſi cõtraxerit matrimoniũ cũ Berta: illico vbi cõtraxit ꝑ verba de ꝑ̃ſenti/ debetur ei legatũ: licet nõ cõſummauerit. patet. xxvij.q.ij.c. Sufficiat. Quãdoqꝫ tñ appellatione matrimonij comprehẽdit mĩmoniũ dũtaxat carnali copula cõſummatũ. vt in. c. Ex publico. de cõuer. ꝯiug. et ſic ante copulã poſſunt/licet minus proprie/ dici ſponſi: q2 mulier regulariter eſt ſponſa: id eſt promiſſa reſpectu copule carnalis. Et propterea dicit Panor. de ſponſa. c. j. ꝙ quando agitur de odio: appellatione maritate non venit ſponſa. Secus eſt ſi de fauore ageretur.

¶ Hoc premiſſo reſpõdetur per duas concluſiones: quoꝝ prior eſt. Omnis qui poteſt mĩmoniũ ꝯtrahere poteſt ſponſalia cõtrahere: ⁊ aliqs alter: q2 q̃ nõ ꝓhibet/admittit. prior pars patet. Nã aliq̃ ꝑſone poſſunt ꝯtrahere: et nõ eſt maior ratio de aliquib⁹ qꝫ de alijs in quibus nõ repit ꝓhibitio. Secũda pars ꝓbat: q2 ſeptẽnes ⁊ ſupra eã etatẽ poſſunt ꝯtrahere ſponſalia: et tñ nõ oẽs tales poſſunt mĩmoniũ ꝯtrahere: vt infra patebit. ſimiliter tẽpore orationis vt in quadrageſima/ poſſunt homines ſponſalia ꝯtrahere: ⁊ non mĩmoniũ: ꝓpter mĩmonij ſolẽnitatẽ. citra autẽ ſeptimũ annũ ꝯtrahere nõ poſſunt. de deſpon. impuberꝝ. c. vnico. lib. vj. et ſi contrahãt: non tenẽt. nec orit publice honeſtatis iuſtitia: licet alter ſit ſupra ſeptimũ/niſi minor ratificet cũ ſeptẽ-

nium attigerit. ¶ Secūda ꝯcluſio. Sponſalia ſunt ra⸗
tionabiliter inſtituta. ꝓbaẜ: q꞉ contractus matrimonia⸗
lis eſt difficile iugū multis: ergo expedit facere contra⸗
ctū futurū ꝑuiū potius ꝙ̄ repēte ꝯtrahere: q꞉ facilius
erit corrigere errorem ſi quis ſit in contractu initiato ꝙ̄
conſummato. propterea enim ponitur tempus nouitia⸗
tus in religione.

¶ Contra primam concluſionem ar⸗
guitᷣ. Quis poteſt mr̄imoniū ꝯtrahere qn̄ malitia ſup
plet etatem/ante annos pubertatis ꝯpleros: puta ante
quartūdecimū annū: ergo et ſponſalia ante ſeptēnium.
Inſup nō eſt ratio ſignāda quare poti⁹ ſtatᷣ in ſeptēnio
ꝙ̄ in alia etate. igiᷣ termin⁹ eſt irrationabilis. ¶ Ad pri
mū nego conſequētiā: ⁊ cā dicta eſt virtualiter. nā cū al
ter eſt mulieris potens: ⁊ diſcretionem habet ante .xiiij.
annos ⁊ ꝯſentit: eſt verū mr̄imoniū. ante ſeptēniū aūt nō
pōt vllo mō mulierē cognoſcere. Propterea intentio le⸗
giſlatoris eſt rationabiliter poſita: ꝑcipue in vno ⁊ nō in
alio. Et patet .xxx. q. ij. in vtroqꝫ ca. Ad ſecūdum dico:
ꝙ in his pure poſitiuis qḋ principi placuit/ legis habet
vigorē. Et licet nō poſſit dari ratio quare terminus po⸗
natᷣ in hoc/⁊ non in illo: tn̄ multū rōnabile eſt figere ter⸗
minū. et hoc in eqtate naturali fundaᷣ. volūtas autē le⸗
giſlatoris ſupueniēs ponit terminū in vno determinato
volūtarie. ſicut de iure nature erat ꝙ trib⁹ leuitica cul⸗
tui diuino mācipata oīās ꝓ ſe ⁊ tribubus reliquis eſſet
nutriēda ⁊ ſuſtētāda: ſed quo ad quotam decimaꝝ erat
de poſitiuo iure diuino/tēpore illi⁹ legis. Aliqua enim
lex in equitate naturali fundata eſt. Et hoc dupliciter.
vno mō euidēter oībus: alio mō euidēter ſolū bn̄ natis.
Aliqua etiā habet ꝓ ſe ⁊ ſuo oppoſito rationes: ſed plu⸗
res ꝓ ſe ꝙ̄ ꝓ oppoſito. vt lex de poſſeſſione bonoꝝ. Aliq̄
nullā rōnem habet ꝓ ſe: nec ꝓ oppoſito: aliā a volūtate
legiſlatoris. ⁊ illa eſt etiā prudēter inſtituta. vbi non eſt
querēda ratio legis: ſed ſola inſtituētis volūtas ſufficit.

¶ Contra ſecundam concluſionem ar
guitᷣ. Totū ⁊ ꝑfectum idē ſunt. iij. Phyſi. ſed ꝑfectū eſt
mr̄imoniū ſine ſponſalib⁹. ergo ſponſalia non ſunt rōna⸗
biliter inſtituta ꝓ mr̄imonio. Rn̄detᷣ. ſponſalia non ſunt
pars mr̄imonij: nec de neceſſitate ſacramēti ad mr̄imo⸗
niū reqſita: nec alique ꝓclamatiōes in eccleſia: licet ple
rūqꝫ miniſtri peccēt illas relinquētes. Nā multa incō⸗
moda illis omiſſis ſequerenᷣ: vtpote multe ꝑſone inha⸗
biles ꝯtraherēt. Sicut aūt nouitiatus nō eſt pars reli⸗
gionis: q꞉ habitus nō facit monachū: tn̄ ad bn̄ eſſe ꝓfeſ⸗
ſionis prerequiritur: ſic in ꝓpoſito. Contra hoc arguiᷣ.
vniuſcuiuſqꝫ rei potiſſima pars eſt ſuum ꝑncipiū. ff. de
ordi. iur. l. j. Et Horatius dicit. Dimidiū facti ꝗ cepit
habet. Reſpondetur. hoc eſt verum de principio intrin⸗
ſeco/non autem extriſeco. Secundo dico ꝙ multum fa⸗
cit principiū extrinſecum ad ꝯplementum opis: nō ta⸗
men eſt de eius eſſentia.

¶ Dubitatur: quomodo poſſint ſpon
ſalia ꝯtrahi cathegorice. Rn̄detᷣ. quadrifariā. Primo
ꝑ ꝟba de ꝑſenti ſi ſint ambo īpuberes: vel alter dūtaxat.
Nā iuris fictione talia ſunt ſponſalia: vt patet in .c. fi. de
deſpon. īpube. ⁊ ratio eſt: q꞉ vel oportet dicere ꝙ eſt ma⸗
trimoniū: ⁊ hoc nō: q꞉ vetat lex: vel ꝯtractus nullus. et
ſic fruſtra ꝯtraxerunt. ſed intelligiᷣ hec clauſula: ſi non
valet vt ago valeat vt valere poteſt. Lex ergo niti⁹ in⸗
terꝑtaᷣ ꝓ ſponſalib⁹. Secūdo mō ꝯtrahunᷣ ꝑ verba de
futuro ad hoc apta. Tertio per annuli ſubarrationem.
.xxvij. q. ij. ca. Si quis deſponſauerit. Quarto ꝑ arrarū
dationē. ¶ Ecce qḋ ſint ſponſalia de futuro matrimo⸗
nio. licet autē ꝯſenſus ꝑſens cū ſigno ſenſibili ꝑſenti cau
ſet mr̄imoniū: tn̄ ꝯſenſus ꝑſens de mr̄imonio futuro
cū ꝟbis futuris nō cauſat mr̄imoniū futurū: ſed ſolum
ſponſalia ꝑſentia. Inſup diximus quis poſſit ꝯtrahere
ſponſalia: et quomō: et ꝙ rōnabiliter inſtituta ſunt: licet
nō ſint pars mr̄imonij: in quib⁹ requiriᷣ ꝯſenſus deter⸗
minatus ſicut in mr̄imonio. Si qs autē ante matrimo⸗
niū vage ꝓmitteret ſe ducturꝝ vnā e duab⁹ vel plurib⁹:
⁊ quelibet earꝝ in eū ꝯſentiret/ id idē ꝓmittēs: non eſſent
ſponſalia: niſi oēs vna dēpta eſſent īhabiles. Preterea.
ſi qs ꝓmitteret ſe ꝯtracturū ſponſalia cū aliq̄: cū illa nō
ꝯtrahit ſponſalia. ſicut ꝓmittēs ſe ꝯtracturū mr̄imoniū
cū aliq̄: non ꝓpterea cū illa ꝯtrahit. Inſup poſt mr̄imo⸗
niū ꝯtractū non eſt opus facere ſponſalia. inutile nāqꝫ
eſt facere ꝓmiſſionē futurā de re ꝓpria.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſeptime.
Queſtio Quarta.

Q Varto circa eādem di
ſtinctionē q̄riᷣ: quomō mr̄imo⸗
niū ꝯditionale ꝯtrahaᷣ. Rn̄de⸗
tur. aliq̄ ſunt ſponſalia ⁊ matri⸗
monia pura et pure categorice
ꝯtracta. aliq̄ ꝯditionaliter: ſiue
ꝑ ꝓpoſitiōes categoricas de cō
ditionatis extremis/ ſiue cōdi⸗
tionales/nō refert. De ſecūdis
nūc loquimur. Conditionū autē alique ſunt honeſte: ali
que inhoneſte ⁊ turpes: alique contingentes: alique im⸗
poſſibiles: alique neceſſarie.

¶ Hoc præmiſſo pono concluſiones.

Prima ꝯcluſio. Aliqua forma ꝟboꝝ cū ꝯditiōe futura
ſufficit ad mr̄imonium ꝑſens. ꝓbaᷣ. hic eſt vere mr̄imo
niū. capio te in meā ſi deus eſt: ⁊ ꝯtra: dūmō conſenſus
mutuus ponaᷣ. qḋ ꝓbo: q꞉ eſt ꝯſenſus mutuus: et ꝟboꝝ
forma ſufficiēs. nā ſi relinqueretᷣ illa ꝯditio: eſſet forma
ſufficiēs ſm oēs: ſeu illa cōditio eſt neceſſaria ſimplici⸗
ter: igiᷣ. Inſup hec forma eſt ſufficiēs ad mr̄imonium:
ego capio te in meā: ⁊ ꝯtra. ſed altera forma in qua po⸗
niᷣ conditio neceſſaria equiualet iſti vt in ꝓpoſito capi⸗
mus: ergo ſi vna forma ſufficit et altera ſufficiet. Pre⸗
terea ꝑ theoricā ꝯmunē in hac parte nullū ſacramētū
ꝯferri pōt ſub ꝯditiōe ſuſpēſiua vel reſolutiua qn̄ tēpus
futuꝝ expectaᷣ rōne ꝯditiōis. vt poſtea dicemus. ſed ꝑ
locū ab oppoſitis in propoſito nihil futurū expectaᷣ qḋ
nō eſt ꝑſens. igiᷣ. Item hec forma eſt ſufficiēs: ⁊ veꝝ eſt
mr̄imonium mō ꝯſenſus mutuus adſit. capio te in meā
ſi Adam eſt mortuus: vel ſi dies iouis ſit hodierno die
(ſit ꝑſens dies iouis) ergo ⁊ alia. ꝯſequētia eſt nota. ⁊ ꝓ⸗
baᷣ antecedēs. l. Cū ad ꝑſens. ff. Si certū petaᷣ. Et ꝓ⸗
baᷣ rōne. ꝓmiſſio ꝯditionalis tenet extāte cōditione: q꞉
hec eſt intētio ꝯditionaliter ꝓmittētiū. ſed cōditio eſt iā
poſita. igiᷣ. Preterea aliter arguiᷣ. capio te in meā ſi
deus eſt vel dies iouis eſt: ſed deus eſt: ergo capio te in
meā. qḋ ꝓtꝫ ꝑ ſacramētū baptiſmi: q̄libet eīm ꝯditio pre⸗
ſens vel ꝑterita a futuro contingēti nō depēdēs ſufficit
ad formā baptiſmi de preſenti: et ſi cetera eſſentialia po
nātur/verum eſt ſacramētum tā baptiſmi ꝙ̄ mr̄imonij.
¶ Secūda ꝯcluſio. Aliq̄ eſt cōditio inficiēs mr̄imoniū
poſita reliqua forma de ꝑſenti cū ꝯditiōe. ꝓbaᷣ. hec for
ma non ſufficit: capio te in meā ſi pr̄i meo placeat. ⁊ po⸗
naᷣ ꝙ nihil ſciat pr̄ nec adhuc ꝯſentiat: dico hic non eſſe
mr̄imoniū. qḋ ꝓbo: q꞉ vel hoc eſt āte ꝯſenſum pr̄is: ⁊ hoc
nō: q꞉ id nō intēdūt ꝯtrahētes/ ſed ꝯſenſum ei⁹ expectāt.
igitur. Inſuper hec forma baptiſmi non ſufficit ad ba⸗
ptiſmum/nec paulum baptizatum reddit: ego te bapti⸗
zo in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti amen ſi patri
tuo placeat. vt in ſecūda diſtinctione huius deduxim⁹.
q. ij. in ſolutiōe quinti. ergo eodem modo nec hic eſt for⸗
ma ſufficiens ad hoc vt ſit verum matrimonium. Pre⸗
terea arguitur ad idem ſic. contrahēs/hoc eſt nitens cō
trahere hoc pacto/ cogetur ꝯtrahere ſi ponatur ꝯſen⸗
ſus paternus: ergo ante non eſt matrimoniū. conſequen
tia patet: quia nullus viuente vxore legitima teneᷣ con⸗
trahere. Antecedes probatur per .c. Super eo. de cōdi.
appo. in deſpon. et matri. ſolum ergo equiualet ſponſa⸗
libus: et per conſequens idem erit effectualiter dicere:
capio te in meam ſi patri meo placuerit: et capiam te ſi
patri meo placuerit. verba enim potius debent interpre
tari vt aliquem effectum inducant ꝙ̄ vt nihil operenᷣ:
vt ſuperius recitauimus de impuberibus contrahenti⸗
bus per verba de preſenti: ꝙ fauore matrimonij intelli⸗
gitur illa clauſula: ſi nō valet vt ago valeat vt valere po
teſt. et hoc niſi ꝓteſtetur ꝙ non erunt ſponſalia: q꞉ ſi ſic/
nihil valebunt. non enim erunt ſponſalia/ob intentionē
ꝯtrariam. nec eſt matrimonium ante patris ꝯſenſum.
nec ſolus ſequens conſenſus cum toto contractu ꝑteri⸗
to ſine adiuncto facit matrimoniū. quēadmodum in de
baptiſmo diximus ꝙ ſi quis baptizat paruulum ſi pa⸗
tri placeat: ante patris conſenſum paruulus nō erat ba⸗
ptizatus: nec patris poſtea ſuperueniens conſenſus re⸗
trahit baptiſmum: qui nullus fuit. Requiritur ergo cō
ſenſus preſens ad matrimonium cum ſigno hoc explicā
te. Verba autem requiruntur categorice in forma vel
in valore. in valore dico propter conditionem iam poſi⸗
tam in eſſe non depēdentē ex aliquo futuro. quēadmo⸗
dum eſt conditio neceſſaria de preterito vel de preſenti:
que conditio non dependet ex vna de futuro contingen
ti. Quare hec forma nō ſufficit: capio te in meam ſi an⸗
tichriſtus fuit futurus: vel ſi antichriſtus erit vel eſt re⸗
probus. omnia enim illa dependent ex aliquo de futu⸗
ro contingenti. Et idem eſt in effectu in talibus ac ſi po
neretur conditio omnino futura que nondum poſita eſt
in eſſe. Ex iſta concluſione ſequitur ꝙ ſi Sortes ꝯtra⸗
hat cum Berta ſub hac forma: capio te in meā ſi patri
meo placeat: et interea ante patris conſenſum contra⸗
hat cum alia: verum eſt matrimonium. probatur: quia
ſunt perſone habiles prout ſuppono: nec cum Berta
adhuc contraxit. ⁊ idem eſt poſt conſenſum patris Sor
tis ſi aliud factum non fuerit inter Sortem et Bertam.
¶ Tertia concluſio. Aliqua conditio matrimonium vi
tiat: ⁊ non vitiatur. probatur hec concluſio. Aliqua con
ditio repugnat vni ex tribus bonis matrimonij. ſed q̄li⸗
bet talis conditio repugnat ſubſtātie matrimonij: vt di⸗
cit Romanus pōtifex in .c. fi. de condi. appo. Nota ſunt
tria bona matrimonij: ſcilicet bonum fidei/bonū ꝓlis/⁊
bonum ſacramēti. de quib⁹ fit mētio .xxvij. q. ij. Omne
itaqꝫ. ⁊ infra non nihil loquemur. Dat pontifex tria exē
pla in litera: que ponam vt per illa manuductionem ca⸗
pias. ſic autem dicit. Si conditiones contra ſubſtantiā
coniugij inſerantur: puta ſi alter dicat alteri: contraho
tecum ſi generationem ꝓlis euites: vel donec inueniam
aliam honore vel facultatibus digniorē: aut ſi ꝓ queſtu
adulterādā te tradas: matrimonialis contractus quan
tūcūqꝫ ſit fauorabilis/caret effectu. licet alie conditio⸗
nes appoſite in matrimonio/ſi turpes et īpoſſibiles fue⸗
rint/debeant propter fauorem eius/pro nō adiectis ha⸗
beri. Ecce integrum caput. hoc ipſum patet .xxxij. q. ij.
ca. Solet. ⁊ c. Aliquando. Prima conditio eſt cōtra bo
num prolis. ſecunda contra bonum ſacramēti. tertia cō
tra bonum fidei. Et quelibet iſtarum conditionum ma⸗
trimonium vitiat et non vitiatur: vt patet ꝑ determina⸗
tionem pontificis: ac ſi immediate ⁊ ꝑ ſe conditio impe⸗
diret contractū matrimonij. vt dicendo: capio te in vxo
rem ſi non conſentias in me ⁊ non aliter: vel ſi non ſim ti⸗
bi maritus. vel capio te conſanguineam ſi non habeam⁹
diſpenſatiōem. Ex iſto patet ꝙ aliquid ſtat cum matri⸗
monio: et tamen ſi illud ponatur in conditione in princi⸗
pio contractus/ipſum contractum irritat in fieri. patet.
non habere ꝓlem ſtat cum matrimonio: ſimiliter adul⸗
terari: ⁊ euitare generationem ꝓlis: ⁊ tamen ſi aliqua il⸗
larum cōditionum ponatur in principio cōtractus/ma
trimonium vitiat: quia ponit aliquid contra ſubſtantiā
contractus matrimonialis: vt per dicta patet. Hoc de⸗
claro non inconuenire per ſimile. licitū eſt mutuanti ca⸗
pere donum a mutuatario more non mutuantis: et ta⸗
men non poteſt hoc deducere in pactum. ſic ſi hec cōdi⸗
tio vel quecūqꝫ ponatur poſt matrimonium cōtractum
ipſum non tollit. cum enim ſubſtantia matrimonij con⸗
ſummati eſt poſita: poſterius nullum/ipſum diſſoluit: ⁊
ante carnalem copulā: ſtante vtroqꝫ extremo in vita na⸗
turali et politica. ſicut in naturalibus ferox candele ge⸗
nerationem ꝓlis impedit: que tamen ꝓlē nō tollit e me⸗
dio. Petrus Paludanus tn̄ non improbabiliter reſtrin
git .c. prefatum quo ad vnum bonum: ſcilicet bonū pro⸗
lis. nam ſi euitetur medio licito ꝑ caſtitatem honeſtā: di
cit hoc nō impedire ſubſtātiā matrimonij. ¶ Quarta
concluſio. Aliqua eſt conditio appoſita in matrimonio
vitiata ⁊ matrimonium non vitians. probatur. quecūqꝫ
conditio appoſita in matrimonio pure preſentialiter: nō
repugnās ſubſtantie matrimonij: vitiatur et non vitiat.
Probatur etiam hec concluſio ꝑ .c. Si cōditiones. pri
me citatum. Ex hac concluſione ſequitur ꝙ hec forma
verborum ſufficit ad matrimonium: capio te in meam ſi
homo eſt aſinus. ſuppoſito ꝙ Berta ita dicat ex contra⸗
rio. probatur per .c. prefatum. preterea iſte due forme
ex inſtitutiōe eccleſie equiualent quo ad hoc ꝙ ſunt for⸗
me: capio te in meam: et capio te in meam ſi homo eſt aſi
nus. conditio enim impoſſibilis habetur pro non adie⸗
cta: ac ſi non eſſet appoſita. ſed vna illarum formarum
ſufficit vt notum eſt apud omnes: ergo et altera. Si au⸗
tem non ſit conſenſus: in rei veritate non eſt matrimo⸗
nium. per cap. Tuas. de ſpon. duo. quo non obſtante ec⸗
cleſia pro matrimonio preſumet: quia idem contingit in
prolatione pure categorica. vt dicādo: capio te in meā:
ſi non ſit conſenſus: nullo modo eſt matrimonium. et ſi⸗
cut eccleſia procedit in foro exteriori cum vna illarum
formarum: ita cum alia procedet: ſicut in vltimis vo⸗
luntatibus. l. Obtinuit. ff. de conditio. et demonſtra⸗
tio. et illud eſt rationabile: ne per tricas femine que cre⸗
dule ſunt facile fallantur. vt dicendo: capio te ſi tan⸗
tum pater eſt: vel ſi Sortes fingat ſe eſſe ſophiſtam vel
hypocritam.

¶ Contra primam concluſionem ar⸗
guitur. tota promiſſio eſt impoſſibilis: ergo non eſt for⸗
ma ſufficiens. Antecedens probatur: q꞉ hec eſt mala cō
ſequētia: capio te in meam ſi deus eſt: vt notum eſt: cum
antecedens ſit neceſſarium et contingens. et cum idem
requiratur ad bonitatem conſequentie in cōditionali: ⁊
veritatem ꝓpoſitionis: et conſequentia ſit impoſſibilis:
propoſitio eſt impoſſibilis. igitur. ¶ Reſpōdetur. (ſi) in
ꝓpoſito non capitur illatiue: ⁊ ꝑ conſequēs nullo modo
eſt conſequentia ꝓprie dicta: ſed capitur ſolum ꝓmiſſi⸗
ue. et ſic eſt ſimia conditionalis proprie dicte. et nego ꝙ
ad eius veritatem requiratur bonitas conſequētie. hec

enim ꝯceditur apud omnes/ſi veneris ad me dabo tibi equū.ſuppoſito ꝙ ita fuiſſem:et tamen certum eſt conſequentiam non eſſe bonam.alibi diximus quid ad eius veritatem requiratur.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur. Hec forma eſt ſufficiens ad matrimoniū/ capio te in meam ſi ſol cras orietur.ergo ⁊ hec eſt forma ſufficiens.capio te ſi dies iudicij erit.cõſequentia ꝓbaꝫ:q̄ꝛ vtraqꝫ vnū de futuro contingenti cõplectitur. poteſt eī deus facere ꝙ ſol non orietur cras:ſicut poteſt facere ꝙ antichriſtus nõ ſit futurus:vel dies iudicij erit. Et antecedens pꝫ:quia que per rerū naturam certa ſunt/nõ morantur obligationē:licet apud nos ſint incerta. Inſtitu. de verbo. obliga §. Cõditiones. ¶ Reſpõdeꝫ:tenendo cõmunem viã conſequētia eſt nulla:cū cõmunis opinio antecedens cū oppoſito cõſequentis ꝯcedat:q̄ꝛ additio conditionis neceſſarie naturaliter ꝓprie nõ facit conditionē.⁊ conſequēter loquēdo diceret:ꝙ ſi deus faceret oppoſitū/quod eſt ei poſſibile/ꝙ ſcꝫ ſol nõ oriaꝫ: adhuc erit matrimoniū:q̄ꝛ ſufficit ꝙ hoīes putabãt illam cõditionem neceſſariam.que eīn per rerū naturam certa ſūt non moranꝫ obligationem vt citauimus. ¶ Secūdo arguitur.hic eſt matrimonium.capio te vxorem quia placet patri tuo vel vt patri tuo placeã:ergo ⁊ hic:ſi placet patri tuo. Reſpondeꝫ cõſequētia eſt nulla.nõ eīn eſt idē de modo conditione/demõſtratione ⁊ cauſa: vt pꝫ per carmen quod recitat gloſſa.in.c.Verū.de cõditioni.appo.in deſpon. Scito ꝙ vt modus eſt:ſi conditio:quia cã pro cuius intelligētia notato ꝙ modus ē adiectio qualitatis:ad quam volumus cum obligari cū quo cõtrahimus.vt do tibi bibliam vt in illa legas.modus autē nõ ſuſpendit actuꝫ/ſed modificat. Si modus fuerit cauſa finalis:contractus poteſt agi ad reuocationē/ſi modus nõ ſeruetur.patet. C.de pac.inter emp.⁊ vēdi.l.Cum te fundum. Si autē modus nõ fuerit cauſa finalis cõtractus non agitur ad reuocationē:ſed ad obſeruantiã modi.ſed in donatione eccleſie ſemper preſumitur ꝙ modꝰ ſit cauſa finalis contractus:niſi ſpecialiter dictum ſit ꝙ poſſit reuocari. Hoc manifeſte patet per cap. Verum. huius rubrice.vbi põtifex. Verum cum alicui eccleſie poſſeſſio quelibet interpoſita ꝯditione donatur:a donatore donum poſtea reuocari non poteſt: niſi forte tali ſit conditione collatum ꝙ ea ceſſante debeat reuocari. Cã eſt cum denoto aliquid ꝓpter quod volo. Demõſtratio eſt cum ſignificamus abſolute aliquid ſub aliqua qualitate.quēadmodum ſi dicerem/forti qui librum ſcripſit do decem. Demonſtratio enim nihil aliud eſt q̄ȝ oſtenſio nam omne verbum vel factum per quod aliquid oſtenditur/demonſtratio dicitur. Dies cum in futurum tempus aliquid volo. Interdum tamen vnū loco alterꝰ capimus.quare magis ad mentem habendus eſt oculus q̄ȝ verba. His notatis palam eſt conſequētiam argumēti facti eſſe nullius momenti. ¶ Contra Tertiam cõcluſionem arguitur. Sortes religionem profitens cum hac conditione vt poſſit habere proprium/vere profitetur:⁊ eſt realiter monachus.cap. Inſinuante.qui cleri.vel vouē.⁊ hoc eſt contra ſubſtantiam monachatus.ergo conditio contra ſubſtantiam matrimonij nõ impedit matrimonium. Ad hoc argumentum reſpondebitur in diſtinctione.xxxviij.huius. ¶ Ecce quid ſit de matrimonio vel ſponſalibus conditionalibus.quibus theologus poteſt ſe inuoluere/⁊ forte non multū vtiliter.ſicut artiſte in conditionalibus ⁊ conditionatis extremis crebro q̄ntum pedem in ariete querunt. Mente tenebis ꝙ cõditio contingens futura non ſufficit ad matrimoniū. licꝫ illic poſſit difficultas applicari de cõtingenti in inſtanti in q̄ eſt:quia ſolum illã opinionem veram arbitror que tenet contingēs eſſe contingēs quãdo eſt.ſed tales difficultates extraneas huic materie applicare eſt inutile:qui autem illarum poſitionum extranearū materias nouit poteſt eas ſi occurrãt diluere.in immenſum enim turgeret opus quãlibet materiã cuilibet applicando.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſeptime. Queſtio Quinta.

Q Vito queritur. An ſpõſalia contrahēs cū aliqua/teneatur de neceſſitate ſalutis matrimonium perficere. Reſpondetur per cõcluſiones. Prima eſt negatiua.nam per vtriuſqꝫ conſenſuꝫ poſſunt diſſolui:dato ꝙ erant pura ⁊ categorica.hoc pꝫ per. cap. Preterea.de ſpõ. Sed dicis:põtifex dicit illud tollerãdum:ſicut aliqua peccata minora ne deteriora ꝯtingãt/tollerãtur. Et ita tenet glo.ordi. Cõtra hoc arguo. hūc contractū pontifex ſocietati cõparat.modo ſocietas inita cū vtriuſqꝫ cõſenſu poteſt ſine peccato diſſolui. Verꝫ hoc argumentum nõ vinceret.q̄ꝛ diceretur nõ eſſe omnio ſimile:ſed in aliquo quo ad tolerantiã. Secundo arguiꝫ ad idem. Omnis res per quaſcunqꝫ cauſas oriꝫ per eaſdem diſſoluitur.⁊ hoc in ꝯtractibus ratificationē indiſſolubilitatis nõ habentibus a deo quēadmodū ſunt ſpõſalia.ſed ſponſalia etiam categorica ſunt hmõi. igitur.

¶ Secūda concluſio. Sponſalia poſſunt diſſolui ſine peccato altero diſſentiente. probaꝫ. poteſt ſuperuenire noua cauſa:que ſi occurriſſet in contractione ſponſaliū ſponſalia nõ fuiſſent ꝯtracta:ſed in tali caſu poſſunt ſpõſalia ſine peccato diſſolui.igiꝫ. Secundo ꝓbatur idem. aliqui caſus in iure conceduntur liciti de nõ ꝑficiendis ſponſalibus:etiam altero diſſentiente:ergo cõcluſio vera.quorum aliquos enumerabimus. ¶ Primus caſus eſt quãdo alter religionem aſſumit etiam ante profeſſionem.patet per.c. Veniens qui cleri.vel vouē.ſm vnum intellectum. Preterea/matrimoniū ante carnalem copulam per profeſſionem diſſolui poteſt ex dictis in hac diſtin. quod alioquin eſt indiſſolubile.ſed multo minus ſponſalia obligant q̄ȝ matrimonium.igiꝫ. Tertio. aliqs caſus ſponſalium diſſolutionem pariꝫ:qui id minus videtur poſſe q̄ȝ religionis ingreſſus/vt patebit per ſequētia:ergo etiam ille eſt admittendus. ¶ Secundus caſꝰ quando alter ſponſus cum alia contrahit per verba de preſenti vel per verba de futuro carnali copula ſubſecuta.c.j.de ſpon.duorum. Et patet ratione.nam vinculuꝫ minus/vinculum maius ⁊ icompoſſibile tollit. ¶ Tertius caſus.quando certus terminus tēporis a pricipio ſponſalium appoſitus fuit. Nam termino elapſo ille per quem non ſtetit liber eſt:⁊ contrahit etiã ſine periurio:ſꝫ alteri imponitur penitentia de periurio.patet in eodem titulo cap. Sicut ex litteris. Signanter dicitur (a principio ſponſalium) quia ſi fuiſſent ſponſalia a principio categorice contracta ⁊ poſtea de die nuptiarum conueniſſent:per lapſum illius diei nõ liberaꝫ alter. ¶ Quartus.quãdo alter lepram aut paralyſim incurrit:aut viſum vel naſum amittit.aut ei aliquid turpius eueniꝫ pꝰ ſpõſalia.pꝫ in.c. Lrãs.de ꝯiu.lepro. Et i.c. Quēadmodū.de iureiu. Notãter (poſt ſpõſalia) q̄ꝛ ſecus ē ſi ãñ ſpõſalia vitiū tale inerat. Et rõ iſtiꝰ caſꝰ eſt:q̄ꝛ ſi iſtud vitiū a pricipio affuiſſet:fictiõe iurꝫ obicē ſpõſalibꝰ ꝓſtitiſſet ſi dicas ꝙ nõ:tuc alter vitiū nõ hñs põt mr̄imoniū ꝑficere.ſi ꝗ vitiū nõ hñs retrocedit ⁊ nõ ꝯſtat q̄re aliūde decedit:ſignū ē ꝙ vitiū illd̓ ipedimētum ſpõſalibꝰ dediſſet a pricipio ſi affuiſſet. ¶ Quintus caſus:quãdo alter fornicatur/quo ad ignocētem. ille enim qui fornicatus eſt non poteſt reſilire ſi alter innocens velit cū ipſo vel ipſa contrahere.patet per.c.ij.de tranſla.prela.etiam ſi fornicatio eſſet violenta cū tali cognita. Pleriqꝫ enim ſunt qui nullo modo contrahere/⁊ rationabiliter nollēt cum tali. hoc poteſt etiam cõtingere ſi tempore deſponſationis erat corrupta quã virginē putabat. nã poteſt eſſe ꝙ nolit bigamiã et illam penã canonicã incurrere. vel ſine hoc/vult caſtã ⁊ incognitã. ¶ Sextus caſus:quãdo alter eſt hereticus. Hereſis enim eſt fornicatio ſpiritualis.xxviij.q.j.c. Non ſolū.⁊.c. Iam nunc. ¶ Septimus caſus:in ſponſalibus conditionalibus deficiente conditione: vt ſi mulier promittat dotem quam dare nequit. ¶ Octauus caſus eſt ob affinitatē vt ſi ſponſus conſanguineam ſponſe cognoſcat:vel ecõtrario.xxvij.q.ij. Si quis ſponſam. de eo qui cogno.conſangui.vxo.ſue.ca. Ex literis. Non autē ob publice honeſtatis iuſtitiã.ratio eſt:q̄ꝛ ꝑ ſponſalia primo contracta fuit primo inducta publice honeſtatis iuſtitia: ergo par ratio inducta nõ poteſt eam tollere. ¶ Nonus caſus ob ordinis ſacri ſuſceptionem.xxvij.q.ij.c. Scribit.§. Ecce. ſecus eſt de matrimonio.vt ex precedentibꝰ patuit. ¶ Decimus caſus.ſi ſponſus ſe ad remota transfert:ſponſalia etiam iuramento firmata ſunt diſſoluenda a muliere:ſi per eum non ſtetit quin matrimonium compleuiſſet.de ſpon.ca. De illis. Et licet ponantur tres anni ſm leges. vt. C. de repudi.ij.non tñ eſt neceſſe ſic expectare:ſed ad arbitriū iudicis ſm exigentiã caſus/tempus eſt abbreuiandum vel prorogandū. Caſus hos tangit gloſſa in dicto.c. De illis.⁊ patēt in his ꝟſiculis. Lepra ſupueniēs/furor/ordo/ſanguis/et abſens: Leſaqꝫ virginitas:mēbri dãnū: minor etas/ Ac hereſis:lapſus/ fidei remiſſio / prorſus Sponſos diſſoluunt et vota futura retractant. Breuiter tot caſus ſupuenire poſſunt vt enumerari nequeãt. Sed in hac theorica ſtandū eſt quo in tota materia vtimur. Caſus ille poſt ſponſalia eueniens diſſolutionem eorūdē inducit:qui ſi affuiſſet in principio ſponſalium/ eadem iudicio prudentum impediuiſſet. Et quãdo cauſa eſt notoria vel ſponſalia ſunt penitus occulta: auctoritate ꝓpria poteſt reſilire:in caſu autem dubio eccleſie auctoritate ſeparatio fieri debet. patet per ca. Si duo pueri. de deſpon.impube. ¶ Tertia concluſio. Sponſalia nõ poſſunt diſſolui ſine peccato niſi vbi interuenit cauſa/que ab initio ea iudicio prudentis impediuiſſet. probatur.quelibet promiſſio deliberata et rationabilis eſt ſeruanda.de pac.c.j.vbi dicitur. Antigonus epiſcopus dixit.⁊ infra. Aut inita pacta ſuã obtineãt firmitatem: aut conuentus ſi ſe non cohibuerit/eccleſiaſticam ſentiat diſciplinã. Pacta enim legitima que neqꝫ dolo malo/neqꝫ aduerſus leges/neqꝫ quibꝰ fraus alicui fiat facta ſunt/ſeruabo.ait ꝓtor. ff. de pac.l. Iuris gētiū.§. Ait pretor.

¶ Contra primam concluſionem arguitur per.l.j.ff. Ex quibus cau.infa.irro.vbi ſponſa efficitur infamis ſi bina ſponſalia contrahat. Reſpondetur.hoc eſt verum:niſi primis ſponſalibus renūciet. vt patet.l.j.C.de ſpon.vbi dicitur. Vni deſponſata alteri nubere non prohibetur. ¶ Secundo arguitur.per matrimonium ſequēs/ſponſalia diſſoluuntur. vt videre eſt in ſecūdo caſu prius recitato. ¶ Reſpõdetur.hic ponuntur due regule.quarum Prior eſt.quando ſunt duo vincula incompoſſibilia: a minore vinculo maius abſoluit.vt eſt in materia preceptorum de obligato ſeruare vitam: et obligato ieiunare qui eſt infirmus. cum vero ſunt compoſſibilia/vtrūqꝫ ſeruabitur. ¶ Secūda regula.quando vincula incompoſſibilia ſunt equalis ligaminis:prius eſt ſeruandum. propterea cum duabus ſucceſſiue cõtrahens/priori adherebit:licet iurata fuerint ſponſalia ſecunda. Et ratio eſt:q̄ꝛ per iuſiurandum non egrediuntur limites contractus ſponſalium: et iuramentum eſt illicitum: quapropter non eſt ſeruãdum: niſi fuerit vnus caſus in quo a prioribus licet diſcedere ſponſalibus.ſemper illum excipio. Ex quo patet ꝙ votum ſimplex ſponſalia precedens etiã iuramento firmata/ipedit ea.caſus eſt in.c. Rurſus.qui cleri.vel vouen. iuramētum enim eſt illicitum cum iura quis facere qd̓ non poteſt: quare non obligat iurantem. Sed ſi ſponſalia iurata votum preceſſerint:poteſt defendi ꝙ votū nõ diſſoluit ſponſalia illa. Tenendo autem ꝙ votum et iuramentū equaliter obligant:prius ligamen erat maius: licet oppſitum ſit rationabilius:quia vnū ex parte obiecti preſtat:ſcilicet votum de continentia ſeruanda: que caſtitati coniugali eſt anteferēda. Vlterius ſequitur ꝙ matrimonium de preſenti ante carnalem copulã omnia ſponſalia ſoluit:ſed iſta per matrimonium conſummatū non tolluntur:vt ſuperius dictum eſt. Secūdum enim non eſt maius vinculum:immo nõ eſt vinculum:ſed purum nihil poſt verum vinculum/qd̓ ſolo vno modo ſolui poteſt. ¶ Tertio arguitur.contrahat Petrus ſponſalia cum duabus ſimul/poſtea cum vna:tunc ſecunda ſponſalia non diſſoluūtur per prima. ergo male dictum eſt. Reſpondetur concedendo ꝙ ſecunda per prima nõ diſſoluuntur: quia prima non ſunt ſponſalia: et hoc ſi ambe conſentiant ſimul:nemo enim poteſt habere duas coniuges.ſi autem ſolum vna conſentiat:cum illa contrahet.ſi neutra conſenſit:ſecūda eſt ei ſponſa cum qua manebit. ¶ Quarto arguitur contra eandem concluſionem.ponendo ꝙ Petrus cum priore ſub hac forma contraxit:nullam aliam abs te vnq̄ȝ habebo: et cum ſecūda ſub forma cõmuni.illo caſu ſuppoſito poteſt cum ſecunda manere.qd̓ probo: quia non cõtraxit ſponſalia cum priore:quippe per illam negatiuam ſponſalia non contraxit:ſed poterat licite tota illa ꝓmiſſione admiſſa: perpetuo celibem ducere vitam. Reſpondetur.contrahendo ſponſalia cum ſecunda peccat:contrauenicndo ſuo promiſſo:non tamen promiſſo ad ſponſalia ſufficienti:cum ſit pure negatiuum. Secus eſt de negatiua affirmatiuã non neceſſariã intrinſece inferēte:vt de tali:nullã mulierem capiã preter te vel niſi te.que infert hãc:capiam te. ¶ Ecce quomodo ſponſalia ꝑ vtriuſqꝫ conſenſum diſſolui licite poſſunt:et vno diſſentiente interdum licite ſoluuntur quando cauſa occurrit poſt ipſa cõtracta:que ſi ta principio infuiſſet:contractum ſponſalium ꝓhibuiſſet iudicio prudētum.interdum ab eis diſceditur de facto cū peccato. Item ꝑ vinculū maius eorū fit diſſolutio:q̄ꝛ ſemꝑ in vinculis incõpoſſibilibus vinculū minus tollitur per maius.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeſeptime.
Queſtio Sexta.

E T quia magiſter in vltimo capitulo huiꝰ diſtinctionis dicit ꝙ bigamus nõ poteſt ad ordines promoueri:idcirco Sexto q̄riꝫ. An põtifex poſſit cum bigamo diſpēſare vt ordines ſuſcipiat. ¶ Pro illo notato ꝙ triplex ē bigamia. quedam vera:quedam interpretatiua:et quedam ſimilitudinaria. Vera/quãdo quis ha-

buit plures vxores legitimas.xxvj.diſt.Acutius.⁊ ca.ſeq.ſi ambas cognouit. vt patet ex ca. Debitū.de biga. Bigamia interpꝛetatiua bifariā contrahiť. Uno modo quādo quis cum coꝛrupta quā cognouit/ꝯtraxit. xxxiij diſt.Maritum ⁊ cap.A nobis.de biga. Altero modo qñ debitum vxoꝛi adultere reddiť.xxxiij.diſt.Si cuius.⁊ c.Si laici. Bigamia ſimilitudinaria quadrifariā ꝯtrahitur. Primo cū quis cū deo contraxit per votum ſolēne:⁊ poſtea contraxit matrimonium de facto.xxvij.q.j. Quotquot. Secūdo modo qñ quis diuerſis tempoꝛibꝰ habuit plures vxores:vnā de iure:⁊ alteram de facto.⁊ ambas cognouit.c.Nuper.eiuſdem titu. Tertio modo ſi ſimul habuit duas vxores:vnā de iure:et alteram de facto:⁊ vtramq; cognouit. Quarto modo ſi exiſtens in ſacris contrahat:vt di.c.Nuper. Ex his patet ꝙ ſi quis in concubinatu ſeculariter vel regulariter/ſiue in matrimonio ꝟo ſiue ſimilitudinario:ſiue īterpꝛetatiuo cognouerit quotlibet mulieres: ꝓpterea nō efficitur bigamꝰ.

¶ Secundo patet ꝙ ſi quis cōtraxerit cū virgine: et ea moꝛtua ante carnalem copulā cū alia virgine cōtrahit/ ⁊ eā cognoſcit.nō eſt adhuc bigamꝰ. Idē eſt ſi pꝛimam cognouiſſet ante ſecundam cognitā:ſed ſecunda cognita eſt bigamus.quia carnem duabus vxoꝛibus diuiſit.

¶ Et ex illo cum īterpꝛtatione vocabuli quodā modo ſequitur ꝙ violans virginē ⁊ poſtea cū ea cōtrahens/ cognoſcens eam in matrimonio/nō eſt bigamus:quia non diuiſit carnem ſuā multis.pene ei ſunt reſtringēde.quare nullus eſt dicēdꝰ bigamus/niſi iure ꝓbetur iuxta id quod dicitur in.c.Cum apud deſponſa.⁊ ma. ¶ Quarto ſequitur ꝙ plerique credunt ſe monogamos qui ſunt bigami.nā ſi quis credat ſe cū virgine cōtraxiſſe:⁊ poſtea comperiens cōtrarium reuera eſt bigamus.li.di. Qui in aliquo.xxij.q.v.Ille. Idē eſt cognoſcendo ſuam vxorem poſt adulterium. ¶ Quito infertur ꝙ velle cognoſcere plures vxores niſi ſequatur effectus/nō inducit bigamiam. ¶ Sexto ſequitur ꝙ quis ꝑ eundem actū cōtrahit matrimonium ⁊ incurrit bigamiam:puta cognoſcendo viduam deſponſatam. ¶ Septimo ſequitur ꝙ maioꝛ bigamia ex parte mulieris ꝗ̄ viri oꝛitur:licet vir bigamus/et non mulier appelletur.

## ¶ His præmiſſis reſpondetur ad titulū

queſtionis ꝑ tres ꝯcluſiones:quarū Pꝛima eſt Bigamꝰ nō eſt promouendꝰ ad ſacramēta.ſine diſpenſatione patet de biga.per totū. ¶ Secūda cōcluſio. Papa pōt diſpenſare cū bigamo quolibet vt ad oꝛdines ꝓmoueať ꝓbatur. Bigamū non oꝛdinari ad oꝛdines eſt ſolum de iure hūano pōtificio.ſed in illo pōtifex pōt diſpenſare. Nam ſi eſſet de iure diuino:hoc eſſet ꝓpter verba Apoſtoli ad Thimotheū ſcribentis (vnius vxoꝛis virū) hoc eſt/non habeat plures vxoꝛes.ſed nō pꝛopterea eſt de iure diuino vt patet de virginitate pꝛime ad Coꝛinth.vij. Sed dicis.illic dicit.Dico ego nō dominus.Contra .nō eſt magis bigamus de iure diuino pꝛohibitus ꝓmoueri ꝗ̄ ceteris vitijs infecti/quibus cōiungitur:ſcꝫ vinolētus dyſcolus/percuſſoꝛ repꝛehenſibilis.ſed tales non ꝓhibentur iure diuino ad oꝛdines pꝛomoueri:ergo nec bigamus nec trigamus. Hec cōcluſio communiter a ſapientibus tam theologis ꝗ̄ canoniſtis tenetur. Preterea vt gloſ.dicit in ca.Lectoꝛ.xxxiiij.di.Lucius diſpenſauit cum archiepiſcopo Panoꝛmitano.ſed illō argumētum non eſt maximi ponderis.alia tamen ad concluſionem ſufficiunt. ¶ Tertia cōcluſio. Inferioꝛ papa nō poteſt diſpenſare cum bigamo vt ad oꝛdines pꝛomoueať. patet de bigamis per totum .naꝫ alicui illic pꝛohibetur ſub pena ⁊ non pape:quia par in parem non habet imperium.igitur.

## ¶ Contra primam concluſionē argu

mentoꝛ.contingit virū contrahere cū meretrice occulta quam putāt eſſe virginē:⁊ ea moꝛtua ſuſcipere oꝛdines etiā ſine diſpenſatione:ergo bigamus licite ſine diſpēſatione ꝓmouetur. Reſpondetur diſtinguēdo cōſequens. vel notus bigamus.⁊ ſic nego:⁊ de illo intelligitur concluſio.vel incognitus:⁊ ſic conceditur.ſicut multi ſacerdotū filij in occidentali eccleſia ad oꝛdines ſacros ꝓmouentur ſine diſpenſatione ob ignoꝛantiā inuincibilē. Et hic erit extenſus erroꝛ pꝛobabilis.nam ſi aliqui īmo mlťi dicant vxoꝛem tuā non fuiſſe virginem quando cū ea contrahebas/vel eā adulterium cōmiſiſſe tēpoꝛe tuo.⁊ te eam poſtea cognouiſſe:vbi ſufficienter de hoc non doceris/fidem nō adhibebis.nam multi multa loquuntur nec te toꝛquebis/magnam indaginem ſuper hoc faciendo.ſed ſi ſufficienter es ſuper hoc edoctus:te bigamum iudicabis.

## ¶ Contra ſecundam concluſionem ar

guitur de biga.c.ij.dicitur ſic. Quia in bigamis cōtra Apoſtolum diſpenſare nō licet:vt debeant ad ſacros oꝛdines ꝓmoueri/vel in eis ſi pꝛomoti fuerint remanere. Reſpondeť. Non licuit illi inferioꝛi epiſcopo ad quem Romanus pontifex ſcripſit/cū bigamo diſpenſare/etiā in minoꝛibus:vt notatur in.c.vnico.de biga.li.vj. Et ēt fuit foꝛte rationabilis cauſa diſpenſandi.⁊ ita fuit contra Apoſtolum. Dicētes aūt Romanū pōtificem diſpēſare contra Apoſtolū/nihil dicunt.ratio eſt:quia vel eſt rationabilis cauſa nō ſeruandi illius dicti apoſtolici ꝙ vir non habeat plures vxoꝛes:⁊ ſic apoſtolus annueret: quomodo ergo tūc contra Apoſtolum diſpenſat papa? vel non eſt rationabilis cauſa diſpenſandi:⁊ ſic non ē bona diſpenſatio. Uel dicitur ꝙ pꝛohibeť oꝛdinari per legem cōmunem:non autē diſpēſari. ¶ Secūdo arguiť contra eandē cōcluſionem per illa que ſcribūtur in . ca. Debitū.de biga.⁊ in gloſ.q̄ ſic dicit in verbo(ſacramentū) Triplex ſacramentū deſignať in matrimonio carnali copula cōſummato. Pꝛimo eſt vnio fidelis anime ad deum per dilectionē animoꝛū in ipſa pꝛima deſpōſatione:dū alter per mutuū conſenſum cōſentit in alterū. Secunduꝫ eſt vnio humane nature ad deū que facta eſt in vtero virginali per īcarnationē verbi dei:⁊ hec deſignatur per carnalem cōmixtionem viri ⁊ vxoꝛis. Reliquuꝫ vero deſignat confoꝛmitatem que cōſiſtit in carne/inter Chꝛiſtum ⁊ ſanctā eccleſiaꝫ. Et pōtifex in illo capitulo ſic dicit. Cum ergo pꝛopter ſacramēti defectum inhibitū ſit nec bigamꝰ aut maritus vidue pſumat ad ſacros oꝛdines ꝓmoueri:quoniā nec illa ē vnica vnici:nec iſte vnus vnius:pꝛofecto vbi deficit inter huiuſmodi coniuges cōmixtio coꝛpoꝛū non deeſt huiuſmodi ſignaculuꝫ ſacramēti. Eccleſia aūt eſt vna ab oꝛigine ſua ad finem mundi ⁊ incoꝛrupta.ergo ſi quis contrahat cū coꝛrupta vel pluribus:non manet hec ſignificatio. Hoc ſuppoſito arguitur ſic. Cū quis eſt bigamus non manet hoc ſacramentum:ergo cū illo nō poteſt diſpenſari. ¶ Propter hoc argumentum dicebat Hugo/vt Panoꝛ.allegat in cap.Super eo.ꝙ papa nō poteſt diſpenſare. Panoꝛ.dicit illic.non eſt cōtra ius nature:ſed eſt ſolum de iure poſitiuo.de diuino loquiť.⁊ ī hoc multū pōt papa. Pꝛioꝛ modus dicendi per ſecundā concluſionem ⁊ eius pꝛobationē eſt repꝛobatus:⁊ ſecūdus etiā. Dico igitur papaꝫ poſſe exponere ius diuinū in caſu ambiguo:et nihil aliud poſſe facere.nam ſi eſſet de iure diuino:non ſe in hoc ingereret ipſum relaxando. ¶ Ad argumentum dico ꝙ ipſum eſt ſolū metaphoꝛicū ⁊ non ponderandū.ſicut eñ vere poteſt oꝛdinari q̄ nūq; cōtraxit cū virgine:in cuius cōiūctione:qꝛ nulla eſt: non manet hec metaphoꝛa:ſic ꝑ diſpēſationē trigamus pōt oꝛdinari. Non eñ facit pontifex ꝙ bigamus vel trigamus nō fuerit talis:vt iſti putāt:ſed irregularitatē eccleſiaſticā ab eccleſia inflictam tollit:ſicut ab homicida. Propter verbū tñ Apoſtoli et illā ſignificationem additā difficulter pōtifex diſpēſat. is vere eſt ſacerdos:inter quem ⁊ eius vxoꝛes nō eſt hec metaphoꝛa:quare ipā nō eſt neceſſaria. Et ex ꝯſequenti ſequiť ſtoliditas imaginationis Nicolai furioſi: quam Panoꝛ.recitat.c.ij.huiꝰ tituli.ꝙ bigamus nō plus recipit oꝛdines ꝗ̄ aſinus. quilibet enim maſculus eſt oꝛdinū ſuſceptiuus quocūq; crimine irretitus fuerit. vt in diſt.xxiiij.diximꝰ. Et ſi ſine diſpenſatione oꝛdines attētaret ſuſcipe:reuera eos obtineret:ſed nō oꝛdinū executionem:ob ſolam eccleſie pꝛohibitionem.

## Dubitatur:an is qui habuit vxo

rē cognitā vel plures ante baptiſmū:et ipſis moꝛtuis/poſt baptiſmū ducēs virginem:ipā moꝛtua poſſit ſuſcipe oꝛdines etiā ſine diſpēſatione. Rūdeť. Hic eſt duplex modus opinādi. Hieronymꝰ ad Oceanū tenet partē affirmatiuā:cū ſit nouus homo:nec ſtupꝛa:nec aliqua alia q̄ ante fuerunt:obſint. Oppoſitū tenet Auguſtinꝰ ſcribēs in epiſtolā ad Titū: et recitat Gratianꝰ.xxvj.diſt.in.c.Acutius.opinionem Auguſtini pferēs:cū inquit. Acutius intelligūt qui nec eum q̄ catechuminus vel paganus habuerit vnam ante baptiſmum:⁊ poſt baptiſmū habuerit alterā: oꝛdinādū cenſuerūt:qꝛ de ſacramēto agiť:nō de pctō ꝓpter ſcitatē ſacramēti.ſicut ſi femina catechumina vitiata eſt nō pōt poſt baptiſma inter dei virgines conſecrari:ita non abſurde viſum eſt bigamū non peccaſſe:ſed noꝛmam ſacramēti amiſiſſe. Et in.c.Unus.eiuſdē diſt.vbi recitatur opinio Hieronymi tenētis partē affirmatiuā. dicit Apparatꝰ. Nō dicit(Hieronymus).ſ.vex/qꝛ mrimoniū non ſoluiť in baptiſmo.vt infra.c.Deinde.et male ſentit hic Hieronymꝰ.vnde Auguſtinꝰ eū coꝛrigit ī ꝓxio ca. ¶ Licet opinio Auguſtini ſit communioꝛ:opinio tamē Hieronymi eſt nō minꝰ ꝓbabilis:q̄ ſic defendiť. Ex dictis manifeſtū eſt: bigamū nō poſſe ad ſacra ꝓmoueri: non eſſe de iure diuino : ſed ex iure eccleſie.modo eccleſia non arctat infideles : ſm illud Aplī.j.ad Coꝛinth.v. Quid eñ mihi de his q̄ foꝛis ſunt iudicare. Hinc Mahumetani ⁊ Iudei in gradibꝰ ab eccleſia ꝓhibitis reuera cōtrahūt:nō autem Chꝛiſtiani.ergo pena hec de non ſuſcipiēdis ſacris oꝛdinibꝰ ſolos Chꝛiſtianos concernit ⁊ nō alios:qꝛ ante baptiſma nullā irregularitatem contrahūt.ſicut catulus nō eſt vidēs neq; cecus ante nonū diē. Nullus aūt eſt pena bigamie puniendus niſi vbi in iure hoc expſſe habeať. vt patet ex allegatis in.c.Cum apud.de ſpon.⁊ cū in coꝛpoꝛe iuris hoc nō habeatur:talis non erit dicēdus bigamus. Ad Gratianū dicitur ꝙ nuſq; liber eius eſt ab eccleſia appꝛobatus:ſed tātū habet auctoꝛitatis quātū ex ſanctis quos fideliter recitat colligiť:vel ſi rōne vel auctoꝛitate ꝓbet.modo hi eruditiſſimi viri cōtradicūt:⁊ neutrū alteri in eruditione cōpleta ꝑponēdū puto:licet hominum affectiones hos ad hūc:⁊ illos ad alterū inducāt. Et cū rōnes hincinde ſint ꝓbabiles:tenere poſſumus alterutrā poſitionem. De ſacramento ꝓxime ſolutū eſt:reſpōdēdo ad obiectum cōtra ſecūdā cōcluſionem. Ad id qđ hic de muliere addiť a Gratiano:dico.licet pontifex non poſſit facere de nō virgine virginē:īmo nec deus:poteſt tñ facere ꝙ velum inter alias vocatas virgines deferat et benedicatur : ſicut interdū contingit de illa que putať virgo:⁊ non eſt. Non tñ nego quin ſentētia Auguſtini ſit etiā ꝓbabilis:⁊ ꝙ de lege cōmuni ꝓpter defectum ſacramēti non debet ꝓmoueri.ſecus eſt ꝑ diſpēſationē. Hieronymꝰ autem diceret ꝙ nulla lex poſitiua vetat quin is de quo in dubitatione tractať: ꝓmoueri poſſit etiam ſine diſpēſatione. Eſt enim queſtio inter eos de legibus in illa tempeſtate latis: nec memini me ſuꝑ hoc legē vſpiā vidiſſe. ¶ Epilogādo tā in dictis ꝗ̄ in obiter occurrētibus moꝛe noſtro : licet non conſequentibus ſed a materia tractata non extraneis:habetur ꝙ bigamus ſine diſpenſatione Romani pontificis non eſt ꝓmouendus ad ſacra. An autem Romani pontificis diſpēſatio in qualibet bigamia requiratur:ad canoniſtas:et non ad theologum ſpectat. Bigamus enim eſt irregularis.modo irregularitas eſt inhabilitas ad ſuſceptionem et executionē oꝛdinum:eſtq; pena ſolum a iure canonico inflicta que inter ceteras penas canonicas:ſcilicet degradationē/ īfamiā/excōmunicationem/⁊ ſuſpenſionem enumerať. Irregularitas vero hec crebꝛo ſine culpa contrahiť:vt patet in noſtra materia . Et ſic homo ſine culpa ab oꝛdinibus ⁊ beneficijs repellitur:non autem ſine cauſa:vt addiſcat magis a venereis abſtinere . Multi item ſunt bigami qui ſine peccato ſuſcipiunt oꝛdines ſine diſpenſatione.et bigami ſcientes ſuſcipiunt oꝛdines ſine diſpenſatione. Hec ꝓpoſitio verificatur dupliciter. Uno modo ex pꝛecedente:ſic ſyllogizando.iſti ſcienter ſuſcipiūt oꝛdines:iſti ſunt bigami:igitur.pꝛemiſſe ſunt vere. Secundo verificatur:ſi ſciant ſe bigamos ante baptiſmum ſm ſententiam Hieronymi.alioquin non opoꝛtet . Amplius patet non opoꝛtere pontificem capere diſpoſitionem Pauli vniuerſaliter in diſpoſitione oꝛdinādoꝛum in ſacris. patet. non tenetur capere diſpoſitionem alterius pōtificis maximi.nec hoc eſt dicto Pauli ꝯtraire: quādo eſt rationabilis cauſa diſpēſandi. Ultimo:quādo diſpenſať cum bigamo:nō facit pontifex de bigamo nō bigamū:ſed tollit irregularitatem:hoc eſt penā eccleſiaſticā a pdeceſſoꝛe illatam:ab illo ꝓmouēdo.ſicut rex tollit penā:vltimū ſupplicīū hoc eſt penā homicidio debitam/in caſu:de quo ꝗ̄diu viuit verum eſt dicere:iſte eſt homicida.

### ¶ Diſtinctionis Uigeſimeoctaue. Queſtio Pꝛima.

Queritur pꝛio circa diſtinctionē vigeſimā octauā:an carnalis copula cum ſponſalibꝰ mrimonium cauſet. Reſpondetur per cōcluſiones: quarum Pꝛima eſt. Carnalis copula ante ſpōſalia nō cauſat matrimonium verum: nec pꝛeſumptū. puta totum illud aggregatū. Quod nō ſit verū mrimoniū:patet:qꝛ hic nō eſt ꝯſenſus pſentialis mutuus actualiter/ vel virtualiter ſigno ſufficiēte declaratus: ergo non eſt mrimoniū verū. Quod nec ſit pſumptū ꝓbať:qꝛ carnalis copula ſola nō facit mrimonium:nec ſponſalia ſola:nec ſponſalia ſequētia carnalē copulā:qꝛ ex his oībꝰ iunctis nō colligiť argumētum ꝯſenſus mutui.ergo nō eſt mrimonium pſumptū. ¶ Scđa ꝯcluſio. Carnalis copula poſt ſponſalia ſi adſit ꝯſenſus mutuus:verū facit mrimoniū. Pꝛobať.illic eſt ꝯſenſus mutuus ſignis exterioꝛibꝰ ſufficienter oſtēſus:ergo eſt verum mrimoniū.ꝯſtia ex dictis eſt

nota. probo antecedens. nā cum ſpōſalia contraxerint: ⁊ cōmiſcerint ſeſe eſt ſignum probabile cōſenſus mutui ⁊ ꝙ ſe cōmiſcere voluerint ſine culpa vel ſaltē affectu maritali. hoc aūt ſignum ſufficit. quod ꝓbatur: quoniā non requirunt determinata verba: ſed nutus/ſcriptū ⁊ alia ſigna ſufficiunt ſicut v̄ba: quia de equipolentibus idē eſt iudiciū: vbi certa verba nō precipiūtur: vt in Eucha riſtia ⁊ in baptiſmo. ergo ī iſto caſu carnalis copula eq̄pollet verbis illud tū̄ ſignum ſenſibile/ fateor / eſt multo magis occultū ꝙ̄ verba. ¶ Tertia concluſio. Carnalis copula poſt ſponſalia ſiue addunt ꝯſenſum/ ſiue nō/ cauſat matrimoniū preſumptū. probat̄ ſic. verba conſenſuꝫ indicantia mendacio ꝓlata efficiūt matrimoniū p̄ſumptum: licet non verū: ſed ſponſalia ⁊ carnalis copula ſequens/ verbis equiualent ex precedēte: ergo tale matrimonium efficiunt quale verba p̄ſentialiter ꝓlata. Secundo arguitur ad idem matrimoniū quod eſt preſumptum nullū/ non preſtat impedimentum matrimonio ſequēti. ſed carnalis copula poſt verba de futuro preſtat impedimētuꝫ matrimonio ſeq̄nti: ꝯtra quod etiā nō admittitur ꝓbatio: vt ptꝫ de ſponſa. c. Is qui fidē. igitur.

¶ Cōtra iſta arguitur. duæ vltime cōcluſiones repugnant. ergo ſunt male poſite. antecedens ꝓbatur: q2 carnalis copula ante ſpōſalia equiualet ſpōſalibus cū copula ſequēte. ſicut ducatus ⁊ denarius eq̄ualent denario ⁊ ducato. ſed de equiualentibus idē eſt iudicium. vt in probatione ſecūde cōcluſionis dicitur. ¶ Reſpondet̄ negando ꝙ ille due ꝯcluſiones inter ſeſe pugnēt: ⁊ nego ꝙ aſſumpta equiualent. nec eſt ſimile in adducto. Nam tranſponendo aliqua verba explicātia cōſenſum: nō habebis vllū ſignum ſufficienter explicatiuum cōſenſus mutui illo modo vtēdi. hoc dico propter tales rationes/ quas cudere potes. he voces vel ſcripture ſic poſite ſunt ſignum ſufficiens: ⁊ he littere ſic trāſpoſite ſunt he littere qualitercūqꝫ ſituentur. igit̄. Nōne in arithmetica vides nō eſſe idem ponere elementū nihili quod cifrā vocant. ante figurā ⁊ poſtponere ? Et tū̄ idē eſt multiplicare nouē per ſeptem/ ⁊ ſeptē per nouem.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur. Sola copula carnalis non facit matrimonium: nec ſolus cōſenſus facit matrimoniū: ergo illud aggregatum non facit matrimoniū. Reſpondetur. conſequētia eſt nulla. vt patet in conſenſu mutuo cū verbis p̄ſentialibus: quorū neutrum ſolum ſufficit. ¶ Secundo arguitur contra eandem. Sortes non habet tale ꝓpoſitū quo vult Bertā cognoſcere tanqꝫ vxorem ſuā: nec Berta ꝙ vult cognoſci tanqꝫ eius vxor: ſed ſe ad copulam applicant de matrimonio non cogitantes: ergo concluſio nulla. Reſpondetur. argumētum querere intēdit/ quid ſit Sortem ⁊ Bertam affectu maritali ſe inuicē cognoſcere. Si ſint ābo docti ⁊ prudentes: dicūt verbo ſe hoc ſigno matrimonium ꝑficere: vel Sortes dicit/ permittas me te potiri tanqꝫ vxore. ⁊ ipſa hac lege adiecta ꝯſentit vel aliquo ſimili expreſſo: ⁊ tūc nulla eſt difficultas. forſaſſe nullum verbum dicunt: ſed conſentiunt in ſe inuicem tanqꝫ vir in vxorem ⁊ contra: nihil vocaliter exp̄mēdo: ⁊ ſic adhuc eſt matrimonium: quia per factum ⁊ verba precedētia conſenſus verus ſufficienter explicatur: illo facto addito. ⁊ illa copula carnalis/ modo aſſenſus mutuus ſubſit/ eſt ſignum ſufficiens ſicut verba. ſi vero alter diſſentit intendens potiri altera gratia explende libidinis ſolū/ ⁊ non matrimonij contrahendi/ non eſt matrimoniū realiter. Alio modo poſſūt ſe habere ſic ꝙ nec conſentiant nec diſſentiant: vel ſaltem alter nec cōſentit nec diſſentit preſentialiter/ cognoſcendo aliam tanqꝫ cōiugem: ſed non cogitant de hoc: ⁊ tunc reuera nō eſt matrimoniū. ratio eſt: quia nūqꝫ fuit ꝯſenſus mutu9 actualis vel virtualis preſens. tamen cogēdi ſunt cohabitare mutuo per cenſuram eccleſiaſticā / ⁊ conſentire preſentialiter: ⁊ ad hoc tenētur: niſi ſit notabile diſcrimē inter virum ⁊ mulierē/ vtpote vir eſt multum nobilis ⁊ opulētus: illa vero infimite cōditionis: ſed pulchra: tunc ei facile p̄ſumitur ꝙ nō fuerit cōſenſus viri in matrimoniū: licet enim mulier conſenſerit/ hoc nō ſufficit. nec preſumitur ꝙ ipſa deciperetur: ſed ꝙ voluit ſe cū alio cōmiſcere: ⁊ per verba ſub vmbra matrimonij ſe protegere (ſceleri eñ nunqꝫ defuit excuſatio) putās hac via magnū virum in matrimoniū allicere: ſed ipſa ob incōtinētiam habebitur nō modo contēptui ab illo: verumetiā a pari: et merito erit vehemens p̄ſumptio incontinentie eius. Secus eſt ſi vir ſit pauper/ ⁊ mulier nobilis ⁊ opulenta. tūc eñ citius p̄ſumetur de matrimonio: cum multo turpi9 ⁊ exprobabilius ſit illi cognoſci more meretricio ab inferiore ꝙ̄ affectu vxorio: ⁊ nullus magnanim9 factum cognoſcens eſt eam in poſterū ducturus. E diuerſo eſt in viro: licet ſit mulier prudentior: incōtinentia enim non ē ei adeo exprobabilis ⁊ feda vt mulieri ſi ſit habilis contrahere. Aliter namqꝫ eccleſia inter equales ꝓcedit: ꝙ̄ ī equales/ aliter inter pauperes iudicādo ꝙ̄ inter diuitē ⁊ pauperem: nec male facit/ quia cetera ſunt imparia. Alio etiā modo neſciunt an conſenſerint vnqꝫ in alterutrū p̄ſentialiter: vt multi ſimplices. Et ī omnibus talib9 ꝓ matrimonio iudicandū eſt. tum p2io. quia eſt res multum fauorabilis. tū ſecundo/ licet non ſit matrimonium contractū eis cōſentire de nouo non eſt malū: ⁊ eos ſeparari eſt periculoſum. nā poteſt eē contra legē dei. ⁊ ſecurius tenendū eſt. quare eruditus theologus/ canoniſta/ vel alius debet eis ꝯſulere in caſu ambiguo vt ſimul cohabitent: ⁊ ad cautelam de nouo conſentiant. Quo fit vt ſi aliquis cognoſcat ſuam ſponſam credēs eſſe matrimonium/ diſſentiens tamen: non eſt propterea verū matrimonium: ꝓpter diſſenſum actualem. ſi autē non diſſētiat: conſenſus tacitus reputabitur.

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur. Cōtrahat Sortes cum duabus vage hoc modo capiam vnā veſtrū: ⁊ poſtea vnā illaꝝ cognoſcat. tunc hic erit matrimoniū verum vel p̄ſumptum. qꝺ ſi concedas: in iſto ſponſalia nulla precceſſerint: ergo nō habet̄ ſignum ſenſibile ſufficiens. ¶ Reſpondetur. erit matrimonium p̄ſumptum. ſed non eſt contra tertiā concluſionē: q2 non erant ſponſalia ꝓprie dicta. nam vage ⁊ diſiunctim quodammodo ſponſalia fecit: ſed cum vnā cognoſcit/ preſumitur ꝙ ſponſionem vagam in determinatam de preſenti commutat. Ex quo patet ꝙ ſi ſponſus ſponſam cognoſcere velit/ et ipſa renitatur: non eſt verum matrimoniū: nec preſumptum/ cognoſcitur enim ꝙ non eſt conſenſus mutuus. immo ſi tētaret quis ſponſam cognoſcere quā non poteſt: cōtrahens cum alia/ cum ſecunda manebit. Textus eſt clarus in. c. fi. de ſponſali. ¶ Hactenus que copula cum ſponſalibus cauſet matrimoniū ⁊ que non. ⁊ ꝙ copula carnalis poſt ſponſalia ſic matrimonium p̄ſumptum cauſat vt contra ipſum non admittatur ꝓbatio. Pro p̄ſumptione melius intelligenda. Notato ꝙ fictio eſt quando ius certum de aliquo fingit ſtatuēdo oppoſitum: vt cum fingit vxorem ſtipulatam dotem reddi ſibi: licet ſit certum ꝙ nō fuerit ſtipulata. ſed in fauorem mulieris hoc fingit. Preſumptio vero eſt ſuper dubio ⁊ veroſimili. Et eſt duplex. Quedā p̄ſumptio iuris: quedā hoīs. Preſumptio iuris adhuc ſubdiuidit̄. q̄dā eñ eſt ſimplex: vt cū ius in aliquo dubio p̄ſumit: ſed nō fingit in tātū vt pedes ſtatuat ſuꝑ falſo p̄ſumpto ſicut ſuꝑ vero. Et cōtra talē p̄ſumptionē admitit̄ ꝓbatio in contrariū. vt patet in. c. Propoſuiſti. de ꝓba. Quedam eſt p̄ſumptio non ſimplex: vt q2 ius vltra p̄ſumptionē ꝓcedit ad ſtatuēdū ac ſi ex facto p̄ſumpto vere ſibi conſtaret. ⁊ cōtra illā p̄ſumptionē non admitit̄ ꝓbatio in contrariū. Et ſic intelligit̄. c. Is qui. allegatum in ꝓbatione tertie cōcluſionis. Contra omnem autem p̄ſumptionem iuris ſimplicem admittitur ꝓbatio in oppoſitū. et appellatur preſumptio iuris quia a iure habuit originem. Preſumptio hominis eſt cum iudex aut alius homo preſumit in caſibus nō ſpecifice in iure preſumptis. Vlterius patuit quid ſit mulierem affectu vxorio cognoſcere. et rurſum dico ꝙ eſt mutuo commiſceri modo coniugali. nam putant eſſe coniugium: et hoc volūt in effectum deducere. vel volunt ſe cognoſcere copula tali quā licitā putāt: vel copula tali qualē vir ⁊ vxor facere ſolent: vel aliquid equiualēs. Et cum te ſuper hoc conſulent in caſu ancipiti: pete eorum intētionem: ⁊ ꝑm hoc ſententiam feres recte conſulendo. alioquin erit tibi tenebroſa aqua in nubibus aeris ferre ſententiam. Omni autem alio modo cognoſcere eſt meretricie cognoſcere: niſi in altero ſit ignorātia inuincibilis: que ad caſtitatem coniugalem ſufficit. Vltimo patet materiā matrimonij eſſe fauorabilem ad meretricium euitandum: et ꝙ etiam in foro conſcientie pro eo ſtādum eſt: in caſu ancipiti.

¶ Diſtinctionis Vigeſimeoctaue.
Queſtio Secunda.

SEcundo in eadem diſtinctione queritur. An ſit tempus aliquod ad ſponſalia ⁊ matrimonia contrahēda determinatū: et que ſit ratio ſic ſtatuendi. Pro illius queſtionis ſolutione pono aliquas concluſiones: quarum Prima eſt. De iure nature nullū tempus determinatum eſt ſtatutum pro ſponſalib9 vel matrimonijs. Probatur: quia tempus illud apud ſapientes variatur ⁊ in mare et in mulierē: vt ex dicēdis patebit. ergo oportet ꝙ tempus a iure poſitiuo inſtituatur: vel quilibet ſit ſibi relictus ad quodcūqꝫ tempus accipiendum: ſed ꝑm eſt preter rationem propter deceptiones et mala que ſequi poſſent: et non eſt determinatio ex iure diuino poſitiuo: relinquitur ergo ꝙ ſit ex iure humano poſitiuo. ¶ Secunda concluſio. ſponſalia non poſſunt contrahi ante ſeptennium. hoc patet de deſpon. impube. c. vnico. libro. vj. vt in diſtinctione precedenti retulimus: ſed cōparatiue hic pro matrimonio reſumpſimus. ¶ Tertia concluſio. Tempus matrimonij contrahēdi in mare eſt etas. xiiij. annorum: in femina. xij. niſi malitia ſuppleat etatem. In. c. Puberes. de deſponſa. impube. dicitur: ꝙ pubertas ex aliquibus cognoſcitur. primo ſi habeat quartūdecimum annum: maſculus ſcilicet. in §. Quidam. vbi dicitur. Quidam tamē ex annis pubertatem eſtimāt: id eſt eum eſſe puberem qui. xiiij. annos īpleuerit: ꝙ̄uis tardiſſime pubeſcat. et patet. xx. q. j. Illud. et de regula. Ad noſtrā. Secundo quādo malitia ſupplet etatē. vt quādo vir poteſt cognoſcere ⁊ mulier parere. ⁊ hoc expiētia dignoſcit̄. arbitrio aūt iudicis reliquitur: quādo ſit pubertas. alia enim regula dari non poteſt.

¶ Contra tertiā concluſionem arguitur. Mulier poteſt ꝯtrahere in duodecimo anno: ergo et maſculus: cū ſint eiuſdē ſpeciei. Reſpōdet̄. conſequētia eſt nulla: q2 licet ſint eiuſdē ſpeciei eſſentialis: nō tū̄ accidētalis. Sed quare mulier ante virum cōtrahat: eſt dubiū. Dicūt quidā. q2 mala herba cito creſcit. vt videm9 de cicuta/ vrtica/ ziꝫania/ et ſimilib9. ſed hoc nihil eſt. licet enim mulieres ſint viris inſtabiliores et īprudentiores cām aliūde oportet oſtēdere. Dico igitur ꝙ mulier deſinit parere anteqꝫ vir deſinat generare. Mulier enim poſt annū quinquageſimū nō parit: vir aūt ad ſeptuageſimū vſqꝫ generat: et nō vltra. rariſſimum nāqꝫ eſt qꝺ de Maſiniſſa Numidarum rege legit̄: ꝙ in cēteſimo anno genuerit. Sicut autē viro deus naturā dedit generādi vltra feminā: ſic in partu ꝓuidit mulieri ꝙ citi9 pariat. Sed non pōt dari certus terminus vtrobiqꝫ generādi. Aliqui enim ex cōplexione indiuiduali habēt ꝙ citius generēt ꝙ̄ alij: q2 calidiores ſunt. Salomon ſiquidē ante decimū annum genuit Roboam. Nec debet illud Nicolaū Lyranū ⁊ aliquos alios deterrere. nam ⁊ Gregorius recitat in libro dialogorum. ꝙ quidā in nono anno ſuā nutricē impregnauit. Et Albertus in quarto dicit ſe vidiſſe puellā quādā nouē annoꝝ grauidā: ac eam in decimo anno pepiſſe. Et Iacobus Foroliuienſis Fen pma: doctrina q̄nta p̄mi canonis dicit ꝙ q̄dā fide dign9 Marſilius de ſancta Sophia: ſibi retulit ſe vidiſſe Papie puellā pregnantē que cōpleuerat ꝑfecte annos octo. Quare ad annos non poteſt haberi reſpectus quando malitia ſupplet etatem. In mare autē quatuordecim anni ſufficiunt: ⁊. xij. in femina: potiſſimum quādo poſt factum non cognoſcitur error in altero. Q2 tamen ſtatim in. xiiij. poſſit cognoſcere non requiritur: vt patet de laborāte morbo. Ariſtoteles aūt aliā habuit ſentētiā: a legibus Ceſareis ⁊ pontificijs alienā. vij. Politicoꝝ. Dicebat ꝙ mulier debebat in. xviij. anno primo cōtrahere et vir in. xxxvj. et hoc propterea q2 vir ad ſeptuageſimū annum generat: ⁊ mulier ad quinquageſimū annum parit. ⁊ ita ſimul erit ſtatus generādi et pariēdi. ſtāte autē oppoſito: non bene cōuenirēt. Dicit inſuꝑ philoſophus ꝙ quando nimis iuuenes cōtrahūt. fetus debiles generāt. qꝺ patet in brutis. et in libro de animalibus. hoc ad oculū oſtēdit. ſimiliter in hominibus. nam iuuenes ⁊ ſenes/ debiles tā corpore ꝙ̄ mente generāt et potiſſimum feminas. et illa eſt cauſa quare parui homines generentur in quibuſdā regionibus. vbi ſi in bona etate coniungerent̄: viri eſſent robuſti. Preterea nimis homines multiplicātur quādo tā cito incipiunt. Sed dicis. idē philoſophus ꝑmittit vt fiat aborſus: ⁊ ꝑcipit orbatos expellere. ſed hoc eſt multum in hac materia errare: ergo non oportet oculū in hac parte ad Ariſtotelem flectere. Reſpondeo. non deſinit dicētes Ariſtotelē velle ita dicere vt argumētum aſſumit. ſed longe aliter ſentit. Dicit expreſſe in illo ſeptimo: cauendum eſſe ne aliquis occidatur. ſed caueri poteſt a tāta ꝓlis generatione per abſtinētiā ⁊ cōtinentiā ⁊ alijs medijs. vel cū aliqui legiſlatores ita leges tulerint: minus malū eſt cauere ne ꝓles generet̄ ꝙ̄ ꝓlē vitalē ſuffocare. et certe hoc eſt verum. nā Plato talē legē ante recitauit. Ex hoc manifeſte ſequitur ꝙ noluit orbatos occidi: ſed exponēdos eſſe extra vrbē: et illic nutriēdos: ſi lex vrbis eos reſidere in vrbe non patiat̄. ꝙ ita voluerit: patet ꝑ ei9 verba. At ſi multitudo tāta ꝓlis alicui cōtigerit: vt duplicat9 ſit filiorū nūerus (nā is deſinitus eſſe debet) ad multitudinē nimiā euitādā antevenire oportet ne fetus ꝯcipiātur. nā poſtqꝫ cōcepti ſunt: et ſenſum aut vitā acceperint: nefas eſt attingere eos. Ecce eius v̄ba. ac ſi expꝛeſſiſſime dixiſſet. Culpa grādis eſt eis nocere. Ex quo clare ſequitur ꝙ nulli

tales ſunt neccādi. Nuſꝗ̃ vero melius ꝗ̃ in materia ma-
trimonij ⁊ puerorū educatione locutus eſt philoſophꝰ
quare mirandū eſt de aliquibus theologis: qui Politi-
corum libros vix inſpexerint/eorūdem reprobant. Alia
cauſa eſt ſm eū: nā quando coniungūtur iuuenes parū
etatis diſtat inter parētes ⁊ liberos quāobrem nō proſe
quuntur eos honore. Sed contra illud arguit. ergo ipſe
admittit fornicationem ſimplicē licitā: qꝛ nō approbat
matrimoniū ante contractum. hoīes enī tam diu conti-
nere nequeūt. Reſpondet negando ſequelā nūquid no-
ſtri vouētes ⁊ ſacerdotes ↄtinere poſſunt ſine matrimo-
nio vel fornicatione: preſertim ſi Ariſtotelis vterent cō
ſilio ⁊ doctrina in eodem ſeptimo: ſcꝫ ꝙ in iuuentute nec
viderent nec audirent turpia/⁊ honeſtas occupationes
ſequerentur. Fateor tamē ꝙ cōſuetudo eccleſie eſt faci-
lis ꝓ cōmuni plebe. prudētes autē multas proles habē
tes ſi obſeruarent doctrinā Ariſtotelis/bene agerēt: ⁊ eſ
ſet eccleſie gratiſſimum. Vides igit ſm oēs ꝙ mulier
ante virū nubit. Sed ſumme cauendū eſt ſenibus quin-
quagenarijs ⁊ ſupra eam etatē ne ducāt iuuenculas po
tiſſimum nobiles aut diuites. multa enī mala ex talibꝰ
cōiugijs euenire ſolent. Si tamen ſenex grā ſobolis ha-
bende iuuenē mulierē deſideret: ducat viduā probā/cu
ius fecunditas eſt cognita. vel pauperem mulierē e bo-
na ⁊ laudata ſtirpe: que viro erit ⁊ vxor ⁊ ācilla: vidimꝰ
ſiquidē pleraſqꝫ tales caſte ⁊ pie cū maritis ſuis in omī
ꝓbitate viuentes. opulentas aūt ⁊ nobiles mulieres cū
ſenibus contrahentes crebro labi audiuimus. ¶ Secū
do arguitur contra eandē cōcluſionē. Pigmei generāt
in quinto anno. ⁊ ſeneſcunt in octauo. ergo concluſio fal
ſa. Si neges pigmeos: hoc eſt ↄtra Ariſtotelē. vij. de hi-
ſtorijs animalium. Et Auicēna octauo de animalibus
dicit ꝙ Pigmei ſunt vnius cubiti: ⁊ pugnāt ↄtra grues
nec hoc eſt mendacium. Petrus itē Ebanēſis in deci-
ma particula problematū Ariſtotelis/dicit ſe aliquos
vidiſſe. ¶ Rūdet. Pigmei nō ſunt homines/ſed omino
more aliorū brutorū inuerecundi/⁊ bruta nobiſcū mul-
tum cōmunicantia. propterea ei homines putant a mul-
tis. ꝙ bruta citius generent: nō eſt mirandum: nā etiam
citius moriuntur. ¶ Tertio arguitur. homines ab exor
dio mūdi diutius vixerunt ꝗ̃ nūc viuāt/vt videt ex prī
cipio Geneſeos. plerūqꝫ enī vltra nōgentos annos vixe
runt. ergo ſenſim ⁊ tēporis ſucceſſu dabūtur viri nō po
tētes viuere. xviij. vel. xx. annos. quare oportebit eos ge
nerare ante. xiiij. ānos. alioqn mūdus hoībus vacabit.
¶ Reſpondet. ſcriptura loquitur de hominibus qui diu
vixerūt/⁊ eſt veroſimile ꝙ hoc fiebat miraculoſe: nā alij
nō ita diu vixere. Nec ſufficit dicere ꝙ erant tēperati ⁊
bone cōplexionis ſub bono celi aſpectu ꝓducti. quia il-
la in diebus iſtis contingūt: in quibus nulli ad hanc eta
tem perueniunt. Opinor tamen ꝙ hoīes alij de quibus
ſcriptura nō facit mētionem/vixerūt multo diutius ꝗ̃
homines nūc viuant. deus nāqꝫ conſeruabat eos ob eo-
rū bonitatem: vel quia pauci eruditi erant. ad alios do-
cendos tam in legibꝰ ꝗ̃ in moribus. Sed a bis mille an-
nis preteritis cōmunes homines optima ↄplexione do-
nati non tranſierunt. lxx. annos. In giganteis aūt viris
etas eſt. lxxx. annorum. Teſtis eſt pſalmographus pſal-
mo. lxxxix. canens. Anni noſtri ſicut aranea meditabun
tur: dies annorū noſtrorū in ipſis. lxx. anni. Si aūt in po-
tentatibus octoginta anni ⁊ amplius. eorum labor ⁊ do
lor. Homines quoqꝫ adhuc eam etatem viuunt. Nego
igitur ſuppoſitum argumēti ꝙ ſemper homines ſenſim
minus ⁊ minus viuant. Aliqui enim viuunt tādiu ꝗ̃ in
diebus Dauidis/etiam apud nos. Nā Strabo. xv. lib.
dicit indos paſſim viuere. cxxx. annos. ⁊ Seres. cc. Sꝫ

quicquid ſit de hoc: nihil ad nos. Credo etiā ꝙ et ipſi nūc
longe minus viuant ꝗ̃ ſui maiores vixerint.

Hic dubitatur primo: quādo oc
currit dubium in aliquo cōtractu: an ſponſa-
lia cōtrahātur an matrimoniū: pro quo iudi-
candū ſit. Reſpondet. oportet videre circunſtātias con
tractus. In noſtro propoſito ſpōſalia plerūqꝫ matrimo-
nium antecedunt. Porro in caſu dubio pro ſpōſalibus
preſumitur ſi iam nō pceſſerint: ſi autē anteceſſerint pro
matrimonio preſumendum ē. Sed qꝛ ſponſalia nō ſunt
neceſſaria matrimonio. poſſunt audientes ↄſiderare ex
alijs circūſtātijs: qñ erit pſumptio pro matrimonio. In
verbis autem dubijs oportet reſpicere cōmunē hoīm in
telligentiam/⁊ nō argutias ineptas. vt ſi Sortes Berte
diceret. tenebo te pro vxore quouſqꝫ terra oculos meos
cooperiat. licet intelligat quouſqꝫ puluerē ſuper oculos
ponat/cōgitur matrimoniū continuare/⁊ eo preſumit:
licꝫ ſi non cōſentiat/non ſit matrimonium. hoc pꝫ in cap.
Ex litteris. i. de ſponſa. vbi Alexāder Tertiꝰ Cātuariē
ſi archiepiſcopo ſcribit dicens. Ex litteris. ⁊ infra. De
hoc autem quod cōſuluiſti quid debeat obſeruari/ quā
do inter aliquos ſponſalia contrahūtur: nec intelligit al
ter quod alter proponit. Reſpondemꝰ ꝙ inſpiciendū eſt
iudici ſi matrimoniū contractaturi: ad id faciendū ſunt
idonei ſcientia ⁊ etate. quo cognito ſi alter non intellexe
rit quod alter ꝓpoſuit: ad cōmunem verbi intelligentiā
recurratur: ⁊ cogatur vterqꝫ verba ꝓlata in eo ſenſu re-
tinere quē ſolent recte intelligentibus generare. Optꝫ
vero theologū in conſciētia querere eorū intentionē. in
foro autē contradictorio reſpiciatur ad cōmunē intelli-
gentiam cum circūſtantijs caſus. vt ſi vir ⁊ mulier ꝓmit
tant iuramēto ꝙ tenebunt ſe pro coniugibus in poſterū
matrimonium iudicabitur ab eccleſia. de ſponſa. cap.
Ex parte vero ambiguus ſequamur illud quod eſt veroſi
milius. ⁊ ſi perſone pares ſint: potius ꝓ matrimonio iu
dicandū eſt: cū ob eius fauorē: tū ꝓ ſecuritate ↄſciētie.

¶ Dubitatur ſecundo: an ſecunde nu
ptie ſint benedicēde. Reſpondet ꝙ nō. de ſecū. nup. ca.
j. ⁊ ca. Vir. ratio glo. in. c. primo nihil valet/dicēs ꝙ be
nedictio eſt ſacramentū. quod eſt manifeſte falſum. naꝫ
eſt ſacramentale quoddā ab eccleſia introductū: ⁊ cōſti
tutio eccleſie eſt ſola cauſa. propterea hic ſufficit cape-
re intentionē eccleſie. cū enī alter cōiugum fuerit ſemel
matrimonialiter benedictus: nō eſt ipſe/nec eius ↄiunx
cum eo cōtrahens amplius benedicenda: vt patet in. c.
Vir. ſiue alteri cōmunicet benedictionē ſiue non. nō enī
eſt hic aliud niſi voluntas eccleſie. pōt tamen eſſe cōſue
tudo alicuius regionis in contrariū/cū ſit humanū ius
nec oportet papam in hoc ſcire tolerādo vt dicit glo. Inſu
per aliud falſum illic tenet glo. ꝙ ſcꝫ extrema vnctio nō
eſt ſacramentum.

¶ Dubitatur tertio: quid ſit matrimo
nium clandeſtinum. Reſpōdetur. Tripliciter matrimo
nium eſt clandeſtinum. Primo cū non habentur teſtes
vt in. cap. Quod nobis. eo. titu. Secundo cum non ſit
cum ſolennitate illa de qua in. ca. Aliter. xxx. q. v. Ter
tio quādo ſit ꝑtermiſſis edictis que multi bāna vocant
in publico per ſacerdotem: vt qui voluerit impedimen-
ta proponere/proponat. cap. Cum inhibitio. eodē titu.
Quando autem quis contrahit ſm conſuetudinem re-
gionis ſue coram vicinis ſufficientibus vl' amicis: in fa-
cie eccleſie contrahit: hoc eſt: non contrahit clandeſti-
ne. Eccleſia enim hic eſt catholicorum collectio. de



conſe. diſt. j. Eccleſia. Quiſquis autem clādeſtine con-
trahit/peccat/nō parēdo ſuperiori: niſi rationabilem cām
nō cōtrahēdi in facie eccleſie habeat. vtpote timet ali-
quod impedimentum iniuſte ſibi inferri ſi publice con-
trahat: vel eſt ſenex ⁊ verecundus et pre rubore omittit.
Preterea in. c. Cum inhibitio. iſtius tit. in. §. Si quis.
dicit. Si quis vero huiuſmodi clādeſtina vel iterdicta
cōiugia inire pſumpſerit in gradu ꝓhibito etiā ignorā-
ter: ſoboles de tali cōiunctione ſuſcepta prorſus illegiti
ma cenſeat: de parētū ignorātia nullum habitura ſubſi-
diū: cū illi taliter cōtrahēdo nō expertes ſciētie: vel ſal-
tē affectatores ignorātie videant. Pari modo proles il
legitima cenſeat: ſi ambo parētes impedimētum ſcien-
tes legitimum/ꝑter omne interdictū etiā in cōſpectu ec-
cleſie contrahere preſumpſerint. ¶ Ecce ſponſalium et
nuptiarū annos: ⁊ ꝙ mulier citius cognoſci poteſt regu-
lariter ꝗ̃ mas generare: qđqꝫ ei natura negauit in diu-
turnitate tēporis pariēdi: id in acceleratione eius repē-
dit. nec hoc in ea maiorē cauſalitatem arguit: immo eſt
multo minor: qꝛ nec hemorroides nec nariū ꝓfluuium:
virorū more patit. Ipſa enim eſt phlegmatica ⁊ frigida.
Vlterius diximus aliquos a complexione indiuiduali
ante. xij. annos et. xiiij. generaſſe et peperiſſe: in quibus
malitia ſupplet etatē: que eſt multū ꝓna in venerea. vt
de Salomone diximus. Preterea nō ſemꝑ homīes mi-
nus ⁊ minus viuūt: qꝛ illo dato mūdus deſtitueret ho-
minibꝰ naturaliter: qđ nō eſt cōcedēdum. Licet autem
Neſtor Homericus trecēteſimū intrauerit annum: hoc
nō cōcludit de reliquis illius tēpeſtatis. Joānes quoqꝫ
de tēporibꝰ: amplius tēpore Caroli magni et poſtea vi-
xit. ſed de alijs hoc nō cōtingit. Et eodem modo opinor
de hoībꝰ bibliacis. nō tū nego quin celi clemētia: regio-
nis ſalubritas: ⁊ tēperātia victus: vitā prorogēt: ſed nō
ad tot annorū cōgeriē ſine dei miraculo: qđ oēs ꝑpetuare
poteſt. ſicut Enoch et Heliā incolumes hactenus con-
ſeruat: ⁊ in celo poſt diem iudicij conſeruabit.

¶ Diſtinctionis Vigeſimenone.
Queſtio Prima.

Circa diſtinctionē
vigeſimānonā ꝗrit pmo.
An cōſenſus coactus per
metū ad mrimoniū ſuffi-
ciat. Rūdebo ad ꝗſtiōem
ꝑ cōcluſiones: ſed pus ac-
ceptionē metus ⁊ timoris
explicabo. Metus iterdū
ꝓ religione capit: que na
ta eſt per timorem. vt do-
cet Seruius in illud. vij.
Aeneidos. Multoſqꝫ metu ſeruata ꝑ annos. at nō ſic ca
pimus: ſed vt Vlpianus deſinit. Timor eſt de inſtante
vel futuro piculo mentis trepidatio. ¶ Hoc pmiſſo po
no cōcluſiones: quarū Prima eſt. Voluntas ſimpliciter
cogi nō poteſt ꝓprie capto vocabulo. ¶ Secunda con
cluſio. Volūtas tñ poteſt cogi laxato vocabulo. hoc eſt
induci ad conſenſum partim ſponataneū ad quē cōcur-
rit voluntas. ¶ Tertia cōcluſio. Conſenſus coactus ti-
more cadēte in cōſtātē virū ad mrimonium nō ſufficit.
¶ Quarta cōcluſio. conſenſus coactus timore non ca-
dente in conſtantem virum ad matrimonium ſufficit.
¶ Probat pma concluſio. Illud ꝓprie cogit ad aliqđ
qđ omnino mouetur ab extrinſeco: ⁊ nō cogit ad illud.
hinc dicit philoſophus. iij. Ethicorū. Violētū eſt cuius
principiū eſt extra: nō conferēte vim paſſo. modo volun

tas ad quēlibet ſuū actū coagit: ergo ad nullū actū co-
git. Sed dices: ꝓbabile eſt ꝙ deus ſolus poteſt actū in
volūtate ꝓducere ad quē nullā efficientiā habet volun
tas: que nedū eſt potentia actiua ⁊ paſſiua: ſed etiā ope
ratiua. hoc eſt: ꝑ actū talē in obiectū tēdit volēdo vel no
lēdo. vt in diſt. xlix. dicet. Illo dato nō infirmantur di-
cta. ſed oppoſitū eſt ꝓbabile. Dicamus ergo vniuerſa-
lius ſic. Illud eſt violētū alicui qđ eſt cōtra naturalem
inclinationem ipſius: ita vt res ipā ꝓpetat oppoſitum: ⁊
ipm tollat ſecluſo īpedimēto exēplum. qñ graue mouet
ſurſum: motus ille eſt omnino ab īpetu īpreſſo: ad quē
motū nec concurrit grauitas nec pars aliqua corporis
grauis: qꝛ graue appetit eſſe deorſum: ⁊ impetu a graui
tate extincto corpus deſcendit: nec poteſt nō ponere op-
poſitum. ſic de calore in aqua: qui omnino ab extrinſeco
inducit: et eſt cōtra naturalē inclinationem aque: aqua
enim nitit in oppoſitū: calorē corrūpēdo. ⁊ in ꝗete ſubſi-
ſtēs ſub oppoſito ſicut corpus graue: īpetu ceſſante: vel
remoto ꝓhibēte ſe deorſum pellit. ſi enim ad deſcēſum
et aſcenſum eſſet indifferens: non diceret violentari ad
aſcēſum. Sed ſub nullo actu volūtario violente ſtat vo
lūtas: cū ſi ſibi relinquat: nō naturaliter oppoſitū ꝓdu-
ceret. Ingenue tū fateor ꝙ deus poteſt tā volitionem ꝗ̃
nolitiōem ꝓducere in volūtate reſpectu eiuſdē obiecti:
qꝛ aliquas qualitates contrarias poteſt ponere in eodē
ſubiecto: et eadē ratione omnes. et ſic realiter volens ⁊
nult: ⁊ ſi volitio fuerit multo intenſior nolitione: opus vo
litioni reſpondēs. ſecus eſt ſi fuerit paritas. ſed toto iſto
admiſſo nullo modo eſt cōſequēs ꝙ volūtas eſt coacta:
vel ꝙ inuita vult. ¶ Ex iſto patet ꝙ licet beatitudo a ſo
lo deo ꝓducat: beatus tū nō cogit ad beatitudinē: nec
ſtat violente ſub actu beatifico. Secūdo patet ꝙ ad nul
lum actū elicitum volūtas violentat. ꝓbat ex dictis: et
etiā aliter. nā ad quēlibet talē cōcurrit. ⁊ ſi teneretur ꝙ
vnus actus elicitus voluntatis aliū totū ꝓducat: ita vt
voluntas pure paſſiue ſe habeat reſpectu illius actus:
adhuc ad illū actū volūtas non violētaret: qꝛ talis actꝰ
eſſet pfectio ⁊ ſalus anime. Etiam volūtas eſt libera re-
ſpectu actus totaliter a voluntate eliciti: illius ſcđi actꝰ
naturaliter ꝓducti: vt ſi voluntas efficaciter velit di-
lectionē Sortis. Tertio patet ꝙ ad actū exteriorē volū-
tas eſt libera. licet enim ille mere naturaliter ab iteriore
procedat. ix. Metaphyſice. tū actus ille eſt liber in ſua
originali cā. Si qs enī manū meā aliquē pcutiat: ⁊ eam
me nolente moueat ad aliū pcutiēdū: illa verberatio nō
eſt mea: nec meus actus imperatus. Ex quo patet ꝙ aq̃
manet naturaliter ſub frigore ⁊ violēte ſub calore. mate
ria tamen aque ſtat neutraliter ſub calore vel frigore.
¶ Secūda cōcluſio ꝓbat ſic. Licet voluntas ſit libera
libertate ↄtrarietatis ⁊ cōtradictionis: nihilo tñ minus
aliqđ eſt ei pſuaſibile ſm rectā rōnem: volūtatē mouēs
ad faciēdū. bonū nāqꝫ volūtatē allicit in amorem ſui. vt
enī dicit philoſophus pmi Ethicorū. j. Omnia bonū ap
petūt. Similiter bonū delectabile allicit ⁊ trahit incōti
nentē in malū vt videmus. ſicut orator ingenij acumine
ſub quodā verborū nectare volūtatē audientis ad ſe tra
hit. hoc idē facit terribile. Talis aūt volitio eſt inuolū-
tario admixta qñ a diſcōuenienti mouet qđ eſt nolitum
abſolute. vt qñ mercator eſt in naui tēpore piculi nauim
exonerādo ne peat: piculum abſolute ⁊ ſolitarie eſt noli-
tū: quo nō obſtāte volitio merces eijciendi magis de vo
lūtario participat. iij. Ethicorū. in pncipio. Et ꝓpterea
dicebā in concluſione: eā eſſe partim ſpontaneā. ¶ Ter
tia cōcluſio ꝓbat p. c. Cum locū. de ſponſa. ⁊. c. ſeq. ⁊. c.
Conſultationi. in fine. et. ff. De metus cauſa. l. Metum.
Nō iuuat dicere: corā deo eſt mrimonium: ſed eccleſia

preſumit ꝙ non eſt matrimonium ꝓpter non cōſenſum. Nam eccleſia caſum fratris interpretatur in meliorem partem: vbi non conſtat de oppoſito. Et ideo interpretatur ꝙ homo non vult mentiri preſentialiter dicendo: capio te in meam: quin conſentiat. Nec valet dictum domini cardinalis in. c. Abbas. de his que vi. ⁊c. dicētis ꝙ matrimonium metu contractum tenet: poteſt tn̄ reſcindi per actionem ꝙ metus cauſa. Qd' probatur per cap. Significauit. de eo qui duxit in matrimo. ⁊c. vbi tenuit ſecundum matrimonium factum poſt primum meticuloſum: nulla petita prius reſciſſione per actiōem ꝙ metus cauſa. Si enim valuiſſet primum matrimoniū: non tenuiſſet ſecundum primo non annihilato: cū matrimonium non poſſit conſiſtere niſi inter duos. Rationabile eſt enim ꝙ odio nocentis ⁊ fauore innocentis ius patiēti talem coactionem ſuccurrat. ¶ Quarta concluſio: ſcilicet ꝙ conſenſus coactus per metum non cadentem in conſtantem virum ad matrimonium ſufficit. probatur ſic. Conſenſus et verba de preſenti ad matrimoniū ſufficiunt: etiam ſi ſit coactus: vbi conſenſus ab omni iure non irritatur. ſed ſic eſt de iſto conſenſu. igitur. patet maior: ſi non irritetur iure nature/diuino/vel humano. ſed duobus primis modis nullus conſenſus coactus irritatur pluſꝙ̄ in capiendis ordinibus. nec etiā iure humano. c. Cum dilectus. de his que vi me. ve cau. fi. ſicut leges ſubueniunt reſtituēdo in integrum et qui iuſtum metum paſſus eſt: non autem iniuſtum. Idem patet qui cleri. vel vouen. c. Inſinuante. ff. ꝙ metus cauſa. l. Metum. ſuperius allegata. Pro his duabus concluſionibus intelligendis ſcito: ꝙ duplex eſt metus. quidam cadens in conſtantem virum: hoc eſt in prudētem virum. vt viro ducere aliquā mulierem meretricem ignobilem inferioris conditionis eſt penale. ſi tamen eſt veroſimile ꝙ ſi non conſentiat: grauiorem iacturam et fugibiliorem patietur ꝙ̄ cum illa cōtrahendo: a maiore pena fugiet prudens: ⁊ minori appropinquabit: vbi vtraꝗ abſolute eſt nolita. Oppoſito modo facit inconſtans qui ducitur in cōſenſum aliquem metu minoris pene: et ſic eſt inconſtans. Ceruicoſus autē et pertinax is dicit̄ qui nō mutat conſenſum vbi ſm̄ rationem mutare deberet.

## ¶ Ex his ſequuntur aliquæ propoſitiones.

Prima eſt. Vir conſtans plus fugiet a quacūꝗ culpa/et ſi veniali/ꝙ̄ a quacunꝗ pena non culpa. Probatur. ſemꝑ fugiet a maiore periculo. ſed ſic eſt de malo culpe incomparabiliter reſpectu cuiuſlibet mali pene non culpe: igitur. ¶ Secundo ſequitur ꝙ potius cōſtans conſentiet in meretricem ducēdam et in quācūꝗ mulierem ꝙ̄ dicat ſe conſentire ⁊ non conſentiat. patet: quia primum eſt ſolum malum culpe/quia mēdacium. ¶ Tertio ſequitur. Aliquā penā conſtans patietur anteꝙ̄ contrahat matrimonium cum impari: et aliquā nō patietur. Primum probatur. nā contrahere matrimonium et ſi licitum ſit cum hac muliere imparis cōditionis: tamē eſt viro forti valde penale ita ꝙ in ratione nō errante mauult ꝑdere centum ſcuta ꝙ̄ cum illa contrahere. ergo ſi tyrānus minetur inferre viro perditionem centum ſcutorum/vel minoris ſumme: non conſentiet. quia ſi conſentiat iam ius ei non ſuccurret: cum talis timor non cadat in conſtātem virum: et ſic erit matrimonium. ⁊ ꝑ conſequens non eſt vir conſtās contra poſitū. Et aliquā penā non patietur anteꝙ̄ contrahat. nā contingit dare aliquā penā magis fugibilē ꝙ̄ ſit matrimonium contrahere cum muliere ꝓpoſita: vt eſt ſtupratio: verberationes ꝑiculoſe/mors/ſeruitus legalis: que continentur hoc carmine communi. Stuprum ſiue ſtatus verberum atꝗ necis. Perditio omnium bonorum vel maioris partis: quia ſicut ſpiritualia ſine temporalib' diu eſſe non poſſunt. j. q. iij. Si quis obiecerit. a fortiore nec hec vita corporalis poteſt ſubſiſtere. Que autē pena debeat voluntatem mouere ad conſentiēdum: ⁊ que minus: non poteſt vna regula determinari niſi ſm̄ iudicium prudentis. ¶ Quarto ſequitur ꝙ duobus habentibus duos conſenſus equaliter coactos: vnus realiter contrahit ⁊ non alter. Probatur. contingit ꝙ in vno nō ſit timor cadens in conſtātem virum: ſed in alio: nā ſecūdus irritatur et non primus. et patet in ſimili. contingit duos habere conſenſus equales ⁊ ſpontaneos: quorum vnus contrahit realiter et non alter. qd' videre potes in xij. annos nato: ⁊ in. xiiij. conſenſus enim prior a lege irritatur. ſic in propoſito. ¶ Quinto ſequitur ꝙ ante irritationem iſtius conſenſus coacti ab eccleſia ad cōtrahendum: realiter fuiſſet matrimoniū. ſicut in baptiſmo ⁊ in ordine. Baptiſmus enim eſt ſacramentum ſalutis: ⁊ felix eſt illa coactio que ad meliora compellit. iuxta illa que in baptiſmo diximus. pauci etiā ad ordines compelluntur. Si autem conſenſus coactus ad contrahendum non fuiſſet irritatus: crebro occurreret. ſed eſt graue iugum cum odioſa muliere ſemper cohabitare. non ſic autem in baptiſmo ⁊ ordine. propterea eccleſia illum contractum irritauit. Si dicas. de iure diuino requiritur conſenſus liber ad matrimonium: tunc quero/quare conſenſus non cadens in conſtantem virum ſufficit ad matrimonium.

## ¶ Contra tertiā concluſionem arguitur.

Sortes doctus in hac materia: dicens hec verba: capio te in meam. ſcit ſe dicere verum vel falſum. Si ſecundum/eſt mēdacium. Si primum/eſt matrimonium contra dicta. ¶ Reſpondetur. ſi Sortes ſit doctus: ſcit ſe dicere verum in toto ſenſu quem recte itelligit: hoc eſt capio te in meam quātum eſt ex parte mea: vel quātum ad me attinet: vel per me non ſtat. etiam ſi iuraret ſe promittere: hoc mentaliter intelligit. et q2 materia eſt odioſa: non oportet illud totum tyranno exprimere. hoc autem ſaluat eum ne fallat: quia non mētitur: ſed ita aſſentit ſicut ꝓfert. Etiā hoc totum eſt verum. Si vero verba diceret ⁊ diſſentiret: iā mentiret̄ ⁊ peccaret: ⁊ ſic non eſſet conſtans. ſed tamen realiter nō eſſet matrimonium dato ꝙ nulla eſſet cōſenſus irritatio. Cōtra hoc arguo. Voluntas eſt libera: ⁊ nihil ex natura ſua eſt voluntati diſconueniens: ſed ſolum quia et nolitum. ergo adhuc ſtante illo conſenſu coacto poteſt alium conſenſum pure ſpontaneum elicere: ⁊ tunc erit realiter matrimoniū: quia non erit conſenſus coactus. Non valet dicere ꝙ illi duo conſenſus erunt eiuſdem ſpeciei ⁊ ſe intēdent: q2 ſic argumentum nondum eſt ſolutum. nā vna pars eius erit conſenſus liber: ⁊ altera conſenſus coactus. Nec iuuat dicere: non poteſt alium actum elicere propter aliū actum elicitum. quia ponatur alter conſenſus coactus remiſſus: ſi ſpecie diſtinguantur: argumentum procedit. Reſpōdetur: et ſi actum liberum reſpectu talis obiecti habere poteſt: nihil ad ꝓ. quia omnis cōſenſus quem habet eſt a lege irritatus. ¶ Secundo arguitur: et virtualiter contra principalem ſolutionem argumenti precedentis. Fortius eſt vinculum ſigni ſenſibilis de p̄ſenti cum conſenſu de preſenti: ꝙ̄ verborum de futuro: cū cōſenſu de futuro: ceteris parib' hīcinde. hoc eſt ꝙ vterꝗ ſit liber vel vterꝗ coactus: ſed contractus ſponſaliū de futuro coactus iuramento vallatus iurātem obligat. c. Ad aures. de his que vi me. ve cauſa fiūt. vbi dicit Romanus pontifex ꝙ renuncians electioni de ſe facte terrore laicorum poteſt preſici eccleſie: niſi iuramētum vel fidem ſuper hoc preſtiterit. et per theoricam cōmunem iuſiurandum quodlibet ſeruandum eſt: qd' poteſt ſine ſalutis interitu ſeruari: q2 coacta volūtas eſt volūtas. xv. q. j. c. Merito querit̄. Sed ꝓmiſſio coacta ſponſaliū eſt huiuſmodi. igit̄. ¶ Reſpōdet̄. argumētū eque concluderet de mr̄imonio de p̄ſenti. Pro omnib' dicit̄: ꝙ aliq̄ ſunt contractus a iure irritati etiā ſi conſenſus vtriuſꝗ partis ponat̄. talis cōtractus eſt inualidus: quēadmodū eſt cōſenſus coactus matrimonialis: etiā licet q̄s ex culpa ſua in talē metū incideret. patet ꝑ. c. Veniens. de ſponſali. Idē eſt in rebus eccleſie ꝑ metū traditis. vt dicit̄ in Cle. j. de reb' eccle. nō alie. Et in voto. vt in diſtin. xxxviij. dicemus. Et de contractu inter iniuſte detētū in carcere ⁊ detentorē. vt eſt tex. in. l. Qui in carcere. ff. eo. Talē aūt cōtractum irritare poteſt lex ceſarea: licet Antoni. Butricēſis caſum de renūciatione bñficij excipiat: etiam tenens ꝙ renūciatio eſt ipō iure nulla. Sed gloſ. in. c. Sup hoc. de renun. tenet ꝙ renūciatio bñficij ꝑ metū facta tenet: licet reſcindat̄ ꝑ actionē ꝙ met' cauſa. et illa opinio eſt vulgatior. Alia vero que ꝑ metū fiūt tenēt. ſed poteſt peti reſciſſum eoꝝ que acta ſunt ꝑ actionē ꝙ metus cauſa. vt ſi iuraui dare vſurario lucrum vltra ſortem: poteſt epūs me abſoluere a iuramēto. et ita ſit quādocūꝗ iuramētū cōtinet turpitudinē ex parte recipiētis: ⁊ in eius odiū: ⁊ hoc ſi nō ſit aliud cōpetēs remediū qd' prius debet atteſtari: vt prius ſoluendo ⁊ poſtea repetēdo. ſed ſi prius abſolutus eſt: ſufficit. Eodē modo de pecunia quā iuro raptorib' dare. in p̄mis abſolutionē capiā: q2 ſi eis pecuniā darē/nō rehaberē niſi clientes victores p̄ſentes haberē q̄ pecuniā ꝓmiſſam mihi ſaluā tenerēt. ⁊ hoc ſi ſine culpa in metū inciderem: q2 ſi ex culpa: tenēt acta: ⁊ nō cōpetit aliquod remedium metū paſſo. ff. eo. l. Si mulier. vbi dicit̄ ꝙ ſi libera cōmiſit ingratitudinē cōtra dominū ⁊ p̄ceptā: ſed ne reuocaretur in ſeruitutē aliq̄d ꝓmiſit dn̄o ſuo: nō ſuccurrit̄ ei cōtra illam ꝓmiſſionem: licet metu ſeruitutis ꝓmiſerit. ⁊ hoc ideo q2 ipſa ſibi intulit metū cōmittēdo ingratitudinē. ⁊ dn̄s iuſte ei minabat̄ ꝙ eā ad ſeruitutē reuocaret. Per iſta ad formā ſolutiōem habes. ¶ Tertio arguitur per reſponſum beati Auguſtini ſcribētis Seuero Mileuitano epō de caſu quēdā Vbaldū ſuū parochianū tāgēte: qui Vbaldus captus ⁊ timore necis ipulſus iurauerat ſue cōcubine ꝙ eā vxorē duceret: ⁊ ꝓpriā matrē cū fratrib' domo expelleret: et nihil alimonie eis vnꝗ̄ daret. q̄ caſus recitat̄ in. c. Inter cetera. xxij. q. iiij. Rn̄dendo Aug. dicit ſic. Quia vero quā ꝓus habuerat non eſt petiū in cōiugē ſuſcipe: mr̄imoniū ſit in deo firmū ⁊ ſtabile. Porro iuramētū nō ob hoc fuiſſe inſtitutū inuenitur: vt eſſet vinculū iniq̄tatis vel matricidij vel fratricidij ſeu cuiuſꝗ criminis. ¶ Rn̄det̄. glo. in. c. Abbas. de his q̄ vi me. ⁊c. dat varias ſolutiōes. ⁊ ſimiliter Panor. ſed nulla valet. primo dicit ꝙ non erat metus cadēs in cōſtātē virum. Secūdo ꝙ metus nō fiunt illic ꝓbatus. primū non valet: q2 erat metus mortis. nec ſecūdū cum p̄ſupponat̄ metus. nec ꝙ ſit de cōſilio valet: vt patebit ꝑ dicēda. Aliter ergo dicendū eſt: ꝙ beatus Auguſtin' loquit̄ ꝓ tempore ſuo quo nō erat irritatio a lege ſuꝑioris contractū inualidāte. De lege enim Ceſarea in materia mr̄imonij/iuriſiurādi/vſure/vel ſimiliū loq̄ non oportet. Stetit aūt beatus Augu. recte in maxima in ſcd'o argumēto adducta ꝙ iuramentū licitū eſt ſeruādum ſine exceptione. ſed ius pontificiū poſt dies eius aliquos contract' licitos/ꝓpter rōnabilē cām irritauit. ⁊ capit (ſit) illic in verbis recitatis p̄ceptiue: qd' patet ꝑ ꝟba adiuncta. Quia vero quā prius ſuſcepat nō eſt petiū in cōiugē ſuſcipe: mr̄imoniū ſit in deo firmū ⁊ ſtabile. ac ſi diceret: q2 poteſt ꝓmiſſum iureiurādo vallatum ſeruare: tenet̄ ipm̄ ꝓpter iuramētum tenere ſtabile in dn̄o. qd' etiā patet ꝑ aliā partē/q2 cū iurauit matrē a domo abijcere ⁊ fratres/illud nō eſt ſeruādū: imo debet non ſeruari: q2 iuramētū nō eſt vinculū iniq̄tatis. ¶ Quarto arguit̄. ſit Sortes q̄ nullo modo velit mr̄imoniū contrahere cum Berta meretrice cui p̄cipiat deus vt ducat Bertā vxorē. vt de Oſea factū eſt. hic eſt ꝯſenſus coactus: ⁊ tn̄ eſt veꝝ mr̄imonium. qd' patet: q2 tenet̄ cum illa cohabitare tāꝗ̄ cū ꝓpria ⁊ legitima vxore. ¶ Reſpōdet̄ concedendo ꝙ illic eſt mr̄imoniū. nec eſt intētio eccleſie talē contractū irritare: cū deus oppoſitū p̄cipit: q̄ poteſt rotūda quadrare et quadrata rotūdare. ¶ Quinto arguitur. Pulchra ꝟba/blāditie/et huiuſmodi: aliquos ceruicoſos vel forte generoſi animi tam mouent ꝙ̄ mine. ſed huiuſmodi nō ipediūt mr̄imoniū: ꝙ̄uis ꝯſenſus ſit coact'. igit̄. ¶ Rn̄det̄ raro blāda ꝟba tātū mouent quātū mine. Nā. M. Tullij eloquētia cū eius adinuētionib' orādo non tātū Auguſtū ad iperiū relinquēdū ſenatui ipuliſſet: quātū met' mortis a Dionyſio tyrāno vel Annibale icuſſus. Et hoc pt3 ex mēte Ariſtotelis tertij Ethi. j. ꝙ ſi quiſpiā ideo iucunda violēta dixerit eſſe q2 ⁊ extra ſunt ⁊ cōpellūt/oīa erūt ei' ſentētia violēta. Vult dicere. nō ſic mouēt dulcia vt terribilia. ⁊ ſi interdum cōtingat: nihil eſt. Leges enim reſpiciūt illa q̄ plurimū eueniūt. ⁊ vnum cōtractum irritāt: nō aliū. ſic meticuloſus dūtaxat mouebit̄ a paruis minis: cui leges et iura non ſuccurrūt niſi fuerint dulcia ꝟba tyrāni cogniti: qui ſolet viros rogare ſuppliciter vt ſibi cōdeſcēdāt. cum ſi nō cōdeſcēderint: ſolet graue tormētū applicare. talis autē ꝯſenſus eſt coact' ꝑ terribile apprehenſum ⁊ iudicatū in fine de ꝓpinquo adducendū/et non ꝑ dulcia ꝟba. ¶ Sexto arguit̄. Si q̄ eligāt ꝑ metū tenet electio: ergo et mr̄imoniū. Rn̄det̄. ſi electores cogant̄ eligere aliquē vnū certū: electio eſt ipō iure nulla: q2 ꝯtra ſubſtātiā electionis. nā electio eſt vnū ex plurib' eligere. patet iſtud in. c. Quiſquis. de elec. et in. c. Vbi ꝑiculū. in. §. Ceteꝝ. de elec. lib. vj. vbi dicit pōtifex ꝙ ceſſat electio vbi adimit̄ libertas eligēdi. Nā electio eſt vnū de pluribus acceptare. Aut electores cōpellunt̄ vnū eligere ex vno certo genere ꝑſonaꝝ: ⁊ ſic met' nō viciat ipō facto: q2 nō ex toto adimit̄ poteſtas eligendi: pt3 in. c. Abbate. de ver. ſig. ⁊ in. c. Cum dilect'. de ꝯſue. Sed q̄cq̄d ſit de ſcd'o dicto: dico ꝙ male agūt eos cogētes quēuis eligere. ⁊ potiſſimum in paruo numero electores tenent̄ eligere magis idoneū nō curādo de patria/ex dictis: in diſt. xxiij. Pro dictis aūt canonib' inductis dicit̄ ꝙ erat priuilegiū ad hoc vt alij eſſent capaces paſſiue. Si enim ſunt idonei actiue: ⁊ non det̄ eis facultas/lex eſt iniqua: et ꝑ conſequens non meret̄ dici lex: tenendo qd' puto verum ꝙ elector et collator tenent̄ eligere magis idoneum vel ei beneficium conferre.

## ¶ Contra quartam concluſionem arguit̄.

mediocres mine ſufficiūt irritare ꝯſenſum mulierū: ergo etiā viroꝝ. ꝯſequētia tenet: q2 ſunt eiuſdē ſpeciei eſſentialis. antecedēs pt3. xxxij. q. vj. Indignātur. et de homi. Sicut dignum. ¶ Reſpōdet̄. ꝯſequētia eſt nulla: q2 ſunt a tota ſpecie regulariter timidiores ⁊ frigide: nec ad viroꝝ animoſitatē accedūt. hinc dixit Sapiens prouerb. vltimo. Mulierē fortē q̄s inueniet? Nec reſpiciēdū eſt ad pauca idiuidua. nā licet Semiramis/Penthesilea/⁊ Thomyris multis viris p̄ſtiterint: hoc nō eſt frequēs. nec facile crediderim Amazones illas. viroꝝ in ſimili patria natorum animoſitatē attigiſſe. Sed eſt

etiam quidam timor in conſtantes mulieres cadẽs qui ſufficit matrimonium impedire. aliquis autẽ timor nõ ſufficit: vt in viris diximus. ¶ Secundo arguitur contra eãdem concluſionem. Metus cadens in conſtãtem virum non ſufficit ad matrimoniũ: ⁊ metus non cadens in conſtantem virum ſufficit/ſed dubium eſt quãdo eſt talis metus: ⁊ quando non. ergo dubium eſt quando eſt matrimonium. Reſpondetur. prudens et iudex habet de tali metu iudicare in caſu ambiguo. Sed cõtra hoc arguitur. Si erat metus ſufficiens conſtantem virum mouere: reuera non eſt matrimonium. nam poteſt eſſe ꝙ iudex ⁊ prudentes conſulti iudicent non eſſe talem metũ. et per conſequens ſeparabunt matrimonium vere contractum. Reſpondetur. argumentum non cogit in ꝓpoſito. Eadẽ enim eſt difficultas in alijs materijs: ſed contingit ꝙ iudex ⁊ prudentes ſint omnes excuſati per errorem inuincibilem. putantes non eſſe matrimonium quãdo eſt: ⁊ econuerſo. In talibus autem ſi homines facientes qđ in ſe aberrent: non imputatur eis ꝙ tranſgrediantur illud preceptum Chriſti. Quos deus coniunxit homo non ſeparet. ¶ Hactenus de metu: et quis cadat in conſtantem virum vel mulierem: qui conſenſum nõ dat ſufficientem ad matrimonium. quare ſtante tali metu vir non debet mulierem cognoſcere/nec econuerſo mulier poteſt pati ſe cognoſci: quia hoc velle facere vel pati vbi reſiſtere poteſt: eſt peccatũ extra matrimoniũ: niſi ignorantia inuincibilis excuſet. Vbi autem mulier eſt in captiuitate: ſm̃ vires reſiſtens: ſemꝑ preſumitur conſenſus coactus. ſed libere permittat ſe cognoſci/preſumitur conſenſus liber. preſertim ſi non diſcedat cum libere diſcedere poteſt: preſumitur ꝙ conſenſum pure ſpontaneum mutauerit: qui ad matrimonium ſufficit. Metus tamen non cadens in conſtantem virum non irritatur. Preterea tempore metus dicens ſe aliam vxorem velle ducere: ⁊ hoc iurans: nec mentitur nec peierat: intendens tamen id complere quantum in ſe eſt: quia illa conditio tacite eſt intelligenda. Si tamen animo diſſentiret peccaret: nec eſt timor in cõſtãtem virum cadens. ſed talis conſenſus eſt iure ipſo irritus et inanis: ⁊ a iure annihilationẽ capit. ſecus eſt in conſenſu mixto. qualem habet capiens ad vſuram de tranſlatione lucri vltra ſortem: vel qualem habet quis de pecunia raptori danda. blanditie autem et pulchra allectiua regulariter non ſic mouent vt terribiles mine. quapropter a iure non irritantur.

¶ Diſtinctionis Vigeſimenone.
Queſtio Secunda.

SEcundo circa hãc diſtinctiõem queritur: an matrimoniũ contractũ inter raptã ⁊ raptorẽ cum vtriuſqꝫ conſenſu mutuo anteq̃ꝫ rapta parentibꝰ reſtituatur/teneat. Hac q̃ſtionẽ ꝓpter dñm Martinum de magiſtris mouemus qui in ſuo libro de tẽperãtia in q̃ſtione de raptu tenet concluſiones aliquas quas non minus reꝓbare intendo q̃ꝫ debeam. In ſexta concluſione ſic dicit. Prius q̃ꝫ inter raptorem et raptam legitimum conſtituatur matrimonium: oportet vt puella rapta patris primum reddatur poteſtati: et rapine crimen digna penitentia emendetur. In ſeptima concluſione dicit. Raptor niſi beneficio epiſcopi ad ſecundas nuptias trãſire non poteſt. In octaua quoqꝫ concluſione ſic dicit. Ad legitimum inter raptorem et raptam coniugium non ſufficit raptoris ⁊ rapte ⁊ parẽtum eorum conſenſus: quia requiritur primo ꝙ ipſa reſtituatur parentibus: et raptor publice peniteat. alioquin manebit ſemꝑ excommunicatus: nec ad contrahendum erit habilis.

¶ Contra iſta pono duas concluſiones: quarum prior eſt prime eius concluſioni hic recitate virtualiter contradictoria. Ad verum matrimonium ſufficit rapte et raptoris liber conſenſus mutuus abſqꝫ penitentia preuia et vlla reſtitutione facienda parentibus. ¶ Poſterior cõcluſio. Raptor abſqꝫ beneficio epiſcopi: hoc eſt abſolutione poteſt tranſire ad ſecũdas nuptias. Prior concluſio probatur. Ad verum matrimonium ſufficit conſenſus mutuus ſpontaneus ſigno exterior explicitus: ſi perſone ipſe fuerint habiles ad cõtrahendum: omnia hec inter raptorem ⁊ raptam cõtingũt. igitur. Contingit etiam ꝙ detur rapte facultas abeundi: ⁊ ipſa vltro redeat: ⁊ ſe ingerat in matrimonium: ſicut plerũqꝫ fit quãdo rapiuntur: quia alioquin minoris ab alijs eſtimabitur: non autẽ a raptore. nec tale matrimonium cum alijs habebit quale non cognita habuiſſet: et ei ab alio viro obiectabitur in opprobrium. vel quia vir ei placet: ipſa redit. hoc ſupponamus. tunc coram deo ⁊ hominibus eſt conſenſus liber: ⁊ ꝑſonarum habilitas. patet: quia omnes perſone quibus non eſt prohibitum contrahere per legem naturalem diuinam vel humanam/ſunt habiles. Edictum enim de matrimonio contrahendo eſt prohibitorium: et quecũqꝫ ꝑſone non ꝓhibentur/ꝑ cõſequẽtiam admittũtur. vt pontifex dicit in. c. Cum apud. de ſpon. ⁊ patet. ff. de teſti. l. j. iſti autem ſunt huiuſmodi: vt patebit per argumentũ ſequens. Confirmatur hec ratio: et perſonarum habilitatem ꝓbat. de raptori. incẽdia. ⁊ viola. eccle. in. c. vltimo. Innocentius Tertiꝰ ſic dicit. Accedẽs ad apoſtolicã ſedem. et infra. Rapta puella legitime cõtrahet cum raptore ſi prior diſſenſio trãſeat poſtmodũ in ꝯſenſum: ⁊ qđ ante diſplicuit: tãdẽ incipiat cõplacere: dũmodo ad cõtrahẽdũ legitime ſint ꝑſone. Vides ꝙ ꝑſonas tẽpore raptus non reputat pontifex illegitimas: ſed dicit ꝙ durãte tẽpore raptꝰ dũmõ aliud impedimẽtũ canonicũ nõ p̃ſtet obicẽ: eſt vere matrimonium. Patet hec cõcluſio. xxxvj. q. ij. ca. Deniqꝫ. et. c. Tria. Preterea arguitur ad idẽ. Si inter has perſonas eſſet inhabilitas: hoc eſſet ꝓpter leges vel ãtiquos canones eas illegitimas reddẽtes/ſed hoc non. nã in canonibꝰ poſitiuis ſemꝑ ius poſterius reuocat p̃cedẽs: ergo illi canones. de puellis. ca. Si aũt. ⁊. c. Placuit. qui hñtur. xxxvj. q. ij. nũc nõ habẽt robur. Olĩ ſiquidẽ infra ſeptimũ gradũ nõ ꝯtrahebatur ſine diſpenſatione. poſtea ius illud reuocatũ eſt ad quartũ gradum cõſanguinitatis. vt patebit. diſti. xlj. Ad legẽ vnicã. C. de rapto. ꝟgi. nõ oportet oculum flectere: q2 in matrimonio eccleſie ſacramẽto iuri canonico et nõ ciuili fidẽdũ eſt. vt põtifex merito determinat. ca. penultimo ⁊ vltimo. de ſecundis nup. ſicut legibus ⁊ nõ canonibꝰ de pena qua raptor puniẽdus eſt innitimur. ¶ Secũda cõcluſio ex priore ⁊ eiꝰ ꝓbatione ſequitur: ſcꝫ ꝙ cõſenſus mutuus ſpontaneus inter ꝑſonas legitimas ſiue parẽtes conſentiãt/ſiue contradicãt: ad matrimoniũ ſufficit ſine vlteriore diſpenſatione. modo ꝓbatum eſt has ꝑſonas eſſe legitimas: hoc eſt nulla illegitimatio ex rapina prouenit.

¶ Contra has concluſiones doctor nominatus facit preciſe vnum argumentũ in valore: q2 ad antiquos canones quos ex Gratiano allegat non oportet reſpõdere vltra ꝓxime dicta. Ratio eius eſt. Hic rapiẽs virginem vel mulierẽ eſt excõmunicatus quouſqꝫ



eam reſtituat. ſed nullus excommunicatus poteſt eccleſie ſacramẽtum ſuſcipere: ergo nõ poteſt matrimonium contrahere. Reſpõdeo. hoc argumẽtum nullã habet apparentiã. nã licet excõmunicatus non debeat ſe ingerere participationi in diuinis: tamen ſacramenta reuera ſuſcipit: ſiue peccet ſiue nõ/nihil intereſt. vt patet de ſacramẽto euchariſtie: ⁊ in ꝓpoſito exp̃ſſe de ſacramento mr̃imonij. ꝑ ca. Significaſti. de eo q̃ duxit in matrimo. quã polluit ꝑ adulte. vbi caſus eſt rotũdus de excõmunicato qui relicta vxore, meretrici adheſit: quã poſt vxoris mortem deſponſauit. illic Innocẽtius Tertius epõ Spoletano ſic ſcribit. Nos igitur inquiſitioni t. t. r. ꝙ niſi alter eorum in mortẽ vxoris defuncte fuerit machinatus: vel ea viuente ſibi fidem dederit de mr̃imonio ꝯtrahendo: legitimũ iudices matrimonium ſupradictum: excõmunicato munus abſolutiõis: ſi petierit: iuxta formam eccleſie impenſurus. Similiter poteſt ordines ſuſcipere de facto/⁊ characterẽ ordinis. c. Cum illorum. de ſentẽ. excõ. Quare ꝯſequẽtia eſt nulla: cũ oppoſitum ꝯſequẽtis manifeſte iã ſit oſtenſum cõpati antecedens ipſum. Non enim memini me legiſſe raptorẽ mulieris excõmunicatũ. bene habemus in. c. Tua nos. de ſen. excõmu. ꝙ oẽs incẽdiarij ꝓprie dicti poſtq̃ꝫ fuerint publice excommunicati ⁊ denũciati: nõ poſſunt abſolui citra ſedẽ apoſtolicã. Idẽ legimus de ſpoliatoribꝰ ⁊ effractoribus eccleſiarum. in. c. Conqueſti. eiuſdẽ tituli. Et ſic argumentũ deficit tã in materia q̃ꝫ in forma. ¶ Hactenus ꝙ raptor poteſt cõtrahere matrimoniũ cum muliere quã rapuit: modo abſit conſenſus mutuus pure liber: ⁊ ſint perſone habiles. nec ponderande ſunt leges iuri pontificio contrarie in materia ſacramentorũ. Forte dicis/ſicut Panormi. in. c. penul. de rapto. ꝙ leges et pontificum canones nõ ſunt cõtrarij: ſed diuerſi: q2 leges cõſiderarũt delictũ raptoris ⁊ deceptionẽ mulierum. Ius vero canonicũ cõſiderat libertatẽ in mr̃imonio. Hoc nõ valet. Nemini enim dubium eſt: quin leges poſitiue in varijs foris ſint oppoſite: q2 habẽt rões ꝓ vna parte: ⁊ ꝓ parte contraria. vt in Britãnia p̃mogenitꝰ domꝰ nobiliũ eſt heres in toto: in alijs aũt regnis eſt oppoſitũ. et in ꝓpoſito noſtro inter leges ⁊ canones. nã hi dicerẽt: hic contractus eſt matrimonium: leges vero dicerent hic cõtractus nõ eſt matrimonium: que ꝓpoſitiones realiter contradicũt: ⁊ ita vtrobiqꝫ eſt in omnibus: q̃ꝫuis cauſe ſint differentes: quare he dentur leges.

¶ Diſtinctionis Trigeſime.
Queſtio Prima.

IN hac trigeſima diſtinctione Magiſter primo loquitur de errore matrimoniũ ĩpediẽte. poſtea mr̃imoniũ ĩter diuã virginẽ ⁊ Ioſeph ꝓſequitur. Cõformiter ad hoc aliq̃s proponã q̃ſtiões: quarum prima erit. Vtrum error mr̃imoniũ ĩpediat. Secũda queſtio: in quo conſiſtat virginitas: ⁊ an ſit virtus. Tertia: an viduitati ⁊ caſtitati cõiugali virginitas ſit anteferẽda. Quarta: an fuerit verum mr̃imoniũ inter diuã virginẽ et Ioſeph. ¶ Pro prime enucleatiõe ſupponatur ꝙ error eſt aſſenſus falſi extra ꝓpoſitionẽ inſolubilẽ nõ ſignificãtẽ taliter eſſe qualiter eſt. Vel eſt diſſenſus veri/vel aſſenſus veri inferẽtis cũ circũſtãtis caſus iudiciũ habentẽ errare. vnde aſſenſus iſtius/hoc eſt falſum/ꝑ ꝓnomen demõſtrãdo ꝓpoſitionẽ cuius eſt pars: nõ eſt erroneus: ⁊ tñ eſt aſſenſus falſi: ſed q2 ita eſt ſicut illud falſum ſignificat: nõ eſt error. ſecus eſt de aſſenſu iſtius. Omnis propoſitio vniuerſalis eſt falſa. aſſenſus enim illius ꝓpoſitiõis vniuerſalis eſt error. diſſenſus iſtius: mares ſunt longioris vite q̃ꝫ femine eſt error. Similiter aſſenſus iſtius/ego erro: licet ꝓpoſitio ipã ſit vera. Non voco errorẽ verũ vel falſum: q2 eſt ꝓpoſitio vera vel falſa: ſed ſolum obiectiue ob eius obiectũ. Omnis enim ꝓpoſitio mẽtalis ex partibus diuerſarum rationũ cõponitur. aſſenſus autẽ ille vel diſſenſus eſt qualitas ſimplex in eſſendo/complexus in rep̃ſentando. ſed hoc eſt alterius negocij: et in propoſito nõ refert. ¶ Preterea aduerte ꝙ q̃druplex eſt error: vt dicit magiſter in litera. ⁊ Gratianus. xxix. q. j. §. Ad hec. ſcilicet error ꝑſone: cũ q̃s putatur Sortes: q̃ eſt Plato. non tñ circa ſolã nominis mutationẽ: dũmõ identitas maneat ꝑſone: vt ſi q̃s credat ꝯtrahere cũ p̃mogenita talis regis: putãs ei nomen eſſe a. eſt tñ b. nõ eſt error ꝑſone: cum ſemꝑ maneat eadem ꝑſona. Secũdus error: eſt cõditionis. vt cũ q̃s putatur liber: eſt tñ ſeruus ſeruitute legali. Tertius error eſt qualitatis: vt cũ putatur pulchra ⁊ mitis que eſt deformis ⁊ tumida. Quartus error eſt fortune: vt quãdo putatur homo opulẽtus qui eſt pauꝑ: vel econuerſo.

¶ His præmiſſis duas pono concluſiones: quarum prior eſt. Error cõditionis ⁊ ꝑſone mr̃imoniũ ĩpedit. Secũda ꝯcluſio. Alij duo errores nõ ĩpediunt. ¶ Prior ꝯcluſio ꝓbatur ſic. Quicq̃d ĩpedit cãm alicuius effectꝰ: ip̃m effectũ ĩpedit: ⁊ hoc q̃ñ ille effectꝰ nõ poteſt ꝓduci niſi ab illa cã. ſed error ĩpedit notitiã ſine qua nõ habetur ꝯſenſus: dicẽte Aug. v. de trinitate. Inuiſa diligere poſſumꝰ: incognita vero nequaq̃ꝫ. Cõſenſus enim eſt actꝰ volũtatis q̃ ab actu intellectꝰ puta notitia ꝓducitur: vel eã p̃ſupponit. nã in nullũ ꝯſentimus vel amamus quẽ neq̃q̃ꝫ cognoſcimus. Dixi in ꝓbatiõe (q̃ñ ille effectꝰ nõ põt ꝓduci niſi ab illa cã) nã illa q̃ ꝓhibet ignẽ a ꝓductiõe caloris nõ ĩpedit caloris ꝓductionẽ: cũ ille a radio ſolis in ſpeculo cõcauo vel alibi ꝓduci poſſit. Dicis. calor ꝓducibilis ab vna iſtarum cauſarum nõ poteſt ꝓduci ab alia. Non eſt alius in ſpecie: quare hoc nõ impedit: q2 illud ſufficeret de idẽtitate ſpecifica. ꝓpterea dicitur: q̃ errat nõ ꝯſentit. l. Si ꝑ errorẽ. ff. de iuriſdi. om. iu. Idẽ patet. de iure ⁊ facti ignorãtia. l. Cum teſtamẽtum. Errãtis volũtas nulla ſit. Idẽ patet de ſeruitute. nã qui credit aliquã liberã ⁊ in eã ꝯſentit: cũ ipſa ſit ancilla: ꝓprie nõ ꝯſentit. ⁊ dato ꝙ in hãc/demonſtrãdo ancillã/conſentiat: hoc non ſufficit ꝓpter eccleſie illegitimationẽ ⁊ errorẽ p̃uiũ cũ iugo intolerabili. Partus aũt inſequitur vẽtrẽ: niſi fuerit lex municipalis vel ꝯſuetudo in oppoſitũ. alioq̃n oportebit habere ſobolẽ ſeruituti miſere ſubiectã. nec ipã poteſt reddere debitũ ad nutũ petẽtis rõnabiliter: ⁊ qđ acquirit eſt domini. hoc patet de ꝯiu. ſeruo. ca. Propoſuit. ¶ Secũda ꝯcluſio ꝓbatur. remanẽtibus eſſentialibꝰ alicuius cõtractus qualiꝰcũqꝫ varientur accidẽtalia: manet ꝯtractus ille. Accidẽtia eñ nõ variãt eſſentiã rei. vt ptꝫ ꝑ definitionẽ accidẽtis apud Porphyriũ: prime intẽtionaliter ⁊ de rebꝰ eã exponẽdo. ſed preſupponuntur mas ⁊ femina habiles ꝑ modũ materie: conſenſus aũt explicatus ꝑ verba obtinet ſimilitudinẽ forme. modo ſecluſa materia vel forma ſecluditur cõpoſitum integrũ: ⁊ eis poſitis/omnibꝰ alijs ſecluſis ponitur cõpoſitũ. ſed in duobꝰ ſcđis erroribꝰ ponuntur mas ⁊ femina et ꝯſenſus. igitur. diuitie aũt ⁊ bonitas accidunt mr̃imonio: quia ſi oporteret habere illa de neceſſitate/nũq̃ꝫ eſſet firmitas in matrimonio. ꝓtinus diceret maritus bile cõci

tus/arbitrabar hãc humilem ꝙ more leonino ſupba eſt. hinc noſtrates loquẽtes puellis hoc prouerbio vtũtur. Si humilis ante matrimoniũ: poſtea erige cornua: qđ crebro in praxim deducunt. De diuitijs minus eſſet ſtabilimenti. Si quis autem contrahat cum cõditione expreſſa de diuitijs vel huiuſmodi: alioquin non intendẽs contrahere/non cõtrahit: nec eſt matrimonium verum: nec preſumptum ab eccleſia. ſed ſi non conſentiat mente niſi ſint diuitie: et hoc non expreſſe exponat: non eſt conſenſus matrimonialis: preſumitur tñ matrimoniũ ab eccleſia: ⁊ cogetur de integro conſentire/illam capiendo.

¶ Subnectam aliqua pro explicatione materie: quorum aliqua ſequũtur corollarie: aliqua vix inferuntur. Primum. Contrahẽs cum muliere que eſt genita ex libero et ancilla: vbi eſt conſuetudo regionis ꝙ partus ſequitur conditionem patris: vere contrahit. quia talis eſt libera. de coniug. ſeruo. c. Licet. Non loquimur de ſeruis mercẽnarijs/ſed de ſeruis ſeruitute legali: quales in neutro Britãnorum regno reperiuntur. Propterea hec ſeruitus apud vulgus Britannicũ eſt incognita: et in magna parte Gallie. ipſa tamen non eſt improbãda tãꝗ vitium. Jus nãq; pontificium eam licitam admittit. ſed nullos tales habere honeſtius eſt. Aſcriptitius autem qui ſine gleba vendi non poteſt: nec econuerſo: nullo modo eſt perſona illegitima. patet: quia edictũ matrimonij eſt ꝓhibitorium: ⁊ cetera. Et hoc patet in auten. de ſanc. epiſco §. Aſcriptitius. col. xix. vbi dicitur. Aſcriptitij poſſunt ordinari et matrimoniũ contrahere ſine voluntate domini: non autẽ ſerui ſm leges. ¶ Secundo ſequitur ꝙ ſi Sortes contrahat cum Berta neſciens conditionem eius: et ipſa ſit ancilla: nõ manet matrimonium ſi recedat cum primum ei conſtiterit. ¶ Tertio. ſi Sortes contrahat cum berta ancilla: et dominus Berte dederit libertatem ancille poſt matrimonium: non eſt neceſſe ꝙ Sortes eã capiat. quia licet ante in eam conſenſerit: et ipſa nunc conſentiat: non eſt conſenſus mutuus ſufficiens ſi vero tempore contractus vel ante eam manumittat: eſt verum matrimonium. ¶ Quarto ſequitur. ſi Sortes credat ſe contrahere cũ ancilla: ⁊ ipſa ſit libera manet matrimonium. patet: quia error ꝯditionis melioris nõ impedit. ⁊ q̃ cõſentit in Bertã q̃ eſt ancilla ꝯſentit cũ libertate. nec ledit̃ ĩ aliquo ſic ꝯtrahẽs. talis etiam nõ eſtimat̃ perſona ĩhabilis ab eccleſia. Eodẽ modo ſi ſeruus cum ancilla contrahat quã credit eſſe liberam/manet matrimonium: quia eque leditur vterq;: ar. xxix. q. ij. per totum. de diuor. c. Significaſti. Si item liber ſcienter cum ancilla contrahat: eſt matrimonium. xxix. q. ij. Si quis liber. et liber tenetur ſequi ancillam. ipſe autem eſt liber: non ipſa. ¶ Quinto ſequitur ꝙ ſeruitutis conditio nõ illegitimat ſimpliciter: hoc eſt/ſi alter conſentiat. nam cum quis cõtrahit cum ancilla ignoranter vel ex ignorantia: poſtea tamen conſentiẽs in eam dum hoc ſciuerit: eſt vere maritus illius mulieris: et hoc ſi mulier tunc conſentiat. ſecus eſt ſi mulier diſſentiat. ¶ Sexto ſequitur ꝙ cum ancilla quis ſcienter contrahit/⁊ non manet matrimonium. patet. credat Titius Tebergã liberã que eſt ancilla: ⁊ conſentiat in eã: tunc ſic. Cum hac Teberga Titius ſciẽter contrahit: hec Teberga eſt ancilla: ergo cũ ancilla ſcienter contrahit. et tamen matrimonium nõ tenet. ſed is nõ contrahit ſcienter cum ancilla. ſicut in ſimili: regem ſcio eſſe prope me: et non ſcio regem eſſe in hac vrbe. Capio hic contrahere vt tãtũ valet quãtũ nititur cõtrahere vt vides. nõ luctemur ſemꝑ de virtute ſermonis. ¶ Septimo ſequitur ꝙ ſeruus cõtrahẽs cum libera ea ignorante/peccat eam cognoſcendo: quia ſcit non eſſe matrimonium: licet adhuc ipſa conſentiat poſt carnalem copulam: niſi ignorantia inuincibilis eum excuſaret/credentem eſſe matrimonium.

DVbitatur: an ſeruus poſſit matrimonium contrahere inuito domino. Et quid faciet vxore vnum petente: et domino aliud in eodem tempore. Reſpondetur. ſeruitus non prohibet virum a ſacramentis eccleſie. de ſacramẽtis neceſſarijs id notum eſt: vt baptiſmo. nec etiã ab alijs ſacramẽtis vt a matrimonio: ad qđ nõ obligat̃. patet de ꝯiugio ſeruoꝝ. c. j. a penitẽtia: ⁊ huiuſmodi. nã ꝑ hec nõ impedit̃ a ſeruitio dñi. nõ debet ĩponi ei penitẽtia ꝑegrinationis/ieiunij/et huiuſmodi ꝑ quã redderet̃ inutilis ſeruitio dñi. Et ratio eſt: q2 ex delicto ſerui non debet dñs priuari iure ſuo. Et eodẽ modo ſi ſeruus clericũ ꝑcuſſit: nõ cogit̃ ire ad Romanã curiam ꝓ abſolutione. vt habet̃ in. c. Relatũ. de ſen. exco. Si etiã attẽtet ordines ſuſcipe: reuera eos ſuſcipit: et honeſtũ officium dño exhibebit. ¶ Ad ſecũdã partẽ dubij dicit̃. vel dñs dedit facultatem ſeruo cõtrahẽdi: vel nõ. Si primum: ⁊ vxor ⁊ dñs incõpoſſibilia ſimul petãt: ceteris parib9 potius vxori parẽdũ eſt. Si ſecundũ/dño. Si vero cetera ſint ĩparia: puta vnus ſit in maiore neceſſitate: illi prius obediẽdũ eſt: vt cũ dñs petit opẽ ꝓ defenſiõe corporis: ⁊ mulier ꝑcipit viro vt eat ad cõquirẽdũ quinq; ſolidos.

¶ Ecce quadruplicẽ errorẽ: ⁊ quomõ error ꝑſone ⁊ cõditionis inferioris matrimoniũ impedit. primũ: q2 deficit conſenſus. vt ſi ꝓmittat̃ Sorti mulier abſens a. quã relatione alioꝝ cognoſcit in forma corporis/moribus/⁊ parẽtib9: ⁊ adducat̃ ei ꝑſens mulier b. in quã licet cõſentiat: hoc ẽ ex ꝑſuppoſito ꝙ ſit a. aliter nõ: tũc nõ eſt cõſẽſus: ⁊ ꝑ ꝯſequẽs nec matrimonium. Femina etiã ſtatus inferioris: puta ſeruitutis viro ignota non cõtrahit matrimoniũ. Conſenſus enim mutuus non ſufficit propter eccleſie ꝓhibitionẽ. ſecus eſt ſi in eã conſentiat poſt ſeruitutẽ cognitã. Ignobilitas aũt vel paupertas non eſt ſtatus inferior in propoſito ſed ſtatus equalis: cum maneat libertas. Omnes enim liberi ſunt equalis cõditionis ſeu ſtatus ĩpreſentiarũ. Et ex illo patet ꝙ ſeruit9 nõ eſt impedimẽtum ſimpliciter ſicut cõſanguinitas: nã in ſecundo impedimẽto nullo modo fit matrimonium ſine diſpẽſatione. ſecus autẽ hic. Error etiã fortune et qualitatis matrimoniũ nõ impedit aliquo modo: q2 alioqñ nũꝗ matrimoniũ eſſet firmũ. Vlterius patet ꝙ ſeruitus de iure canonico eſt admiſſa licita. xv. q. vltima. Cum multe. imo interdũ ꝑ ius canonicũ inducit̃ ſeruitus. vt in. c. Ita quorũdam. de Judeis ⁊ Sarrace. de illis qui deferunt arma ad hoſtes fidei ad nos impugnandos.

## ¶ Diſtinctionis Trigeſime. Queſtio Secunda.

SEcũdo queritur. In quo virginitas cõſiſtat: ⁊ an ſit virtus. Pro queſtiõis ſolutiõe notato ꝙ virgo a viridiore etate appellata eſt. Matres enim ſepe virgines dicũtur. vt apud Virgilium in Bucolicis Paſiphe: que trium liberorum mater erat Ah virgo infelix que te dementa cepit. Theologi tñ non ſic capiũt/ſed longe aliter. cui9 rei diuerſitas ex dicendis nota euadet. ¶ Virginitas actualis ꝓut eſt virt9 ſic deſcribit̃. Virginitas eſt volitio in illo qui non cognouit vel in illa que non eſt cognita: qua vult ſeruare ſuũ corpus ne polluatur per opus libidinoſum ſm dictamen recte rationis: ⁊ ſic non eſt ſemꝑ virtus. nam fatuis virginibus cõuenit. Adhuc tertio modo capitur apud vulgo loquentes pro illo qui nunꝗ cognouit: et pro ea que nondum eſt cognita ꝑ carnalem copulam: licet nullum actũ vnꝗ habuerit de corpore ſeruando immuni a venereis. Hec acceptio eſt recepta alioquin multas ſimplices iuuenculas/virgines nullo modo diceremus: contra vulgatum modũ loquẽdi: quia talia propoſita actualia nunꝗ habuerunt. Corrupta etiam que habebit corp9 reintegratum in patria: poteſt aliquo modo dici virgo. Ex iſto patet ꝙ aliqua eſt virgo que habet propoſitum temporarium de virginitate ſeruanda: ſaltem ſi nubere non intendat. ſed de ea que intendit nubere/poſthac loquemur. Secundo patet ꝙ propoſitũ ſeruande continentie in cognita non eſt virginitas. vt patet per deſinitionem. nam terminus virgo eſt connotatiuus pro homine ſupponens: connotãdo ꝙ non fecit actum ad cognitionem ſufficientem. vel ꝙ nõ eſt cognita: nec hoc voluit. ſed ſi voluntãte cõpletionem actus emendat per penitentiam. Schiaticus enim non cognoſcens vel ſpado faciens quod in ſe eſt ad cognoſcendum: vel aliter contra naturam delinquens/nõ eſt virgo.

¶ Hoc ſuppoſito ponuntur cõcluſiones due. Prior eſt. Virginitas eſt virtus. Probatur. Omnis actus in mediate conſiſtens inter exceſſum et defectum/eſt virtus. virginitas eſt huiuſmodi. igitur. Conſequentia tenet cum maiore. minor ſic oſtenditur. Aliquis poteſt excedere in venereis vbi non oportet et quãdo non oportet. aliquis etiam poteſt deficere: quod notum eſt ſi vxorem habeat. etiam non habens qui deberet vxorem ducere deficit. ergo in medio eſt virtus. Secunda cõcluſio. Virginitas eſt pulchra et excellẽs virtus. probatur. virtus et ars ſunt circa difficile. ij. Ethi. Difficile autem eſt ab omnibus venereis abſtinere: qđ per virginitatem ſit. Inſuꝑ virginitati debetur aureola virginum. vt patebit diſtinctiõe. xlix. huius. ergo eſt virtus excellens.

¶ Contra priorem concluſionem arguitur. Nulla virtus per virtutem corrumpitur: virginitas per caſtitatem coniugalem amittitur: ergo virginitas nõ eſt virtus. maior probatur: quia ſicut omne verum vero conſonat. j. Ethi. viij. ſic virtus quelibet cuiq; virtuti eſt cõpoſſibilis. ¶ Reſpondet̃ negando maiorẽ: quando virtus vel eius actus eſt opus conſilij. Aliquis enim poteſt eſſe virgo ſine voto: ⁊ habere ꝓpoſitum ſeruãde virginitatis ꝓ tempore/vel ꝑpetuo: que ꝑ ꝯiugiũ licitum ⁊ meritorium corrũpitur. Et licet poſſit habere ꝓpoſitum eiuſdem ſpeciei cũ eſt coniunx: tamen non habet amplius virginitatẽ: ſiue actus categoricos caſtitatis: ſiue cõditionales habeat. ¶ Secũdo. ponat̃ Berta habens habitũ intenſum virginitatis ⁊ actũ: cognoſcat̃ inuita ⁊ renitẽs tũc ſic arguit̃. In hac virginitas amittit̃ vel amittit̃ virginitas. ſed nulla virtus inuito aufertur. igit̃. Hic a varijs vario modo reſpõdet̃. ſed dico ꝙ corrũpit̃ virginitas. Contra hoc arguit̃. non eſt neceſſe habitũ illũ corrũpi: qui augeri poteſt. Hic dicit Martinus magiſter: ꝙ ille habitus non corrũpit̃: ſed nõ inclinat in ſimiles actus eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue vt antea: ſed in ſimiles qui equiualẽt in merito virginitatis. Integritas enim corporis exiſtẽs cadit in ratione obiecti virginitatis. propterea integritate amiſſa deſinit illud obiectũ: et ꝑ cõſequẽs nõ poteſt virginitas haberi: nec ꝓpoſitũ actuale eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime quẽadmodũ notitia intuitiua non manet obiecto abſente vel corrupto. Hec poſitio eſt nullius momẽti. nã quero quid in viro corrũpat̃: ⁊ reſpõdere nõ poteſt. Secundo ponẽdo ꝙ deus miraculoſe teneat clauſtra pudoris integra in muliere cognita: ⁊ ꝙ ſit penetratio corporũ: nã poteſt habere ꝓpoſitũ actuale eiuſdẽ ſpeciei. ⁊ ſic meretrix erit virgo. Tertio ſequit̃ ꝙ corrupta ferro in iuuentute: hoc eſt ſi clauſtra virginalia ſint in iuuentute corrupta: non poſſit eſſe virgo: cũ nõ poſſit habere ꝓpoſitũ ſufficiẽs ad virginitatem ſm eum. Quarto: ſanum eſt ꝙ mulieris ĩtegritas corrumpit̃: ſed ſolũ corrũpit̃ integritas mulieris. Partes enim que fuerũt ĩtegritas manẽt: ſed nõ manent integritas. Quinto: ſi Berta habeat ꝓpoſitũ actuale virginitatis anteꝗ cognoſcatur non video quin ipſa cognita poſſit talẽ actũ in ſpecie entitatiua cõtinuare vel ſimilẽ elicere: nõ aũt in tali denominatione. Et licet actus volũtatis depẽdẽs a notitia intuitiua: ⁊ actus ab abſtractiua depẽdẽs differãt ſpecie: nõ poteſt hic ad illud ꝯfugere. ⁊ ratio eſt: q2 de tali obiecto nõ oportet mulierem habere notitiã intuitiuã ſiue obiectũ ſit/ſiue obiectũ nõ ſit. ¶ Propterea dico ꝙ qñ ipſa eſt cognita/deſinit eſſe virgo: ⁊ poteſt habere ſimile actũ in ſpecie ſpecialiſſima entitatiue: nõ aũt in ſpecie ſpecialiſſima moris ⁊ accidẽtali. nã poſtꝗ ipſa eſt cognita: non eſt amplius virgo: nec eius habitus virginitas. ſicut ſi actus eſſet cõtinuatus ꝑ vnũ tẽpus in cuius priore parte ipſa eẽt ĩcorrupta: ⁊ in poſteriore corrupta: primo act9 ille eſſet virginitas: ⁊ poſtea idẽ act9 deſinit eſſe virginitas: ⁊ incipit eſſe viduitas: ſi vir eã relinquat: ⁊ ipſa caſte viuat. Eodẽ mõ de habitu: q̃ꝗ habitus ipſe a virginitatis actib9 emerſit. hoc enim nõ ſufficit: ſed requirit̃ cum hoc ꝙ ſuppoſitũ habitũ habẽs ſit virgo incorrupta. ſiue ipſa conſentiente ſiue renitẽte. Nullus enim habitus vel actus denominat̃ virgo. alioquin virgo poſſet parere in ſenſu cõpoſito: qđ apud vulgo loquẽtes reputat̃ incõuenicẽs. habitus aũt ille qui ꝑus erat virginitas: inclinabit in actus de ſeruãda caſtitate eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue cum virginitate: ſed nõ erit virginitas ob defectũ cõnotati termini virgo: quia virgo nõ ſupponit amplius ꝓ aliqua poſtꝗ ipſa eſt corrupta. Ad multas auctoritates inſinuãtes ꝙ corrupta corpore/ĩcorrupta mẽte adhuc manet virgo: dicat̃ ꝙ intelligunt̃ de virginũ aureola: ⁊ ꝙ ſic corrupte nõ peccãt: q2 non eſt in earũ poteſtate nõ corrũpi corpore. quare eis non imputabit̃. Or ſint auctoritates docẽtes violẽte corruptas eſſe virgines: videre eſt apud Auguſtinum. j. de ciuita. dei. longiuſcule. in libro de duabus animabus. et in primo de libe. arbi. et Hieronymum in epiſtolam ad Romanos. ¶ Tertio arguit̃. Omnis virt9 amiſſa eſt reparabilis. virginitas amiſſa nõ eſt reparabilis: ergo virginitas nõ eſt virtus. conſequẽtia eſt in Baroco. Minor patet per Hieronymũ in epiſtola ad Euſtochiũ. Audẽter loquar cum deus poſſit omnia/ſuſcitare nõ poteſt virginẽ poſt ruinã. ¶ Reſpondet̃. cũ illa qualitas eſt amiſſa: non eſt amplius virginitas: licet ꝓpoſitũ eius de ſpecie ſpecialiſſima actuali vel habituali recupet̃. immo licet idem actus numero reparetur a deo: nũꝗ tñ redit virginitas ꝓpter cõnotationẽ termini. Aliqui nãq; termini ſupponũt ꝓ aliquo cõnotãdo talem qualitatẽ ſubiecto inherere ſiue corrũpat̃ ſemel/ſiue nõ. ⁊ tales termini propter vnicũ defectũ cõnotationis adhuc ꝓ illo ſupponunt ꝓ quo ꝑus ſupponebãt. vt albũ ſciẽs. Alij vero ꝓ ſubiecto ſupponũt ꝯnotãdo ꝙ nũꝗ ceciderũt actualiter in actũ exteriorẽ: et ſi ceciderũt nõ ſupponũt ꝓ eis amplius defectu cõnotationis. vt hoc complexũ ſtatus innocentie

poſt peccatum primorum parẽtum et penitentiã pactã. Licet enim quilibet fuerit in grã et oĩs peccati experſ: ſtatus innocẽtie nõ recupabit̃. ſimiliter hoc complexũ: nũq̃ peccat: nũq̃ cecidit ad terrã: poſt caſum in terram nõ amplius ſupponit ꝓ illo ꝓ quo ſupponebat. Sic eſt de illo termino (virgo) q̄ cõnotat ꝙ ſubiectum eius nũq̃ fuit corruptũ libidinoſe. Virginitas tñ amiſſa ante coniũctionem carnalem eſt recupabilis: ⁊ qui ſic eam recuperauit decedẽs aureolã virginũ habebit. Virginitas enim connotat ꝙ nũq̃ cecidit: vel ſi cecidit ante carnalẽ copulam recuperatur per diſplicentiam: poſt copulam vero recupari non poteſt. ¶ Quarto arguitur. Omnis virtus cuilibet eſt bona. virginitas nõ eſt cuilibet bona: ergo virginitas non eſt virtus. minor probatur. nam ſi omnes eſſent virgines / periret mũdus: nec eſſet hominum ꝓcreatio: neq̃ etiam forẽt homines ſolliciti laborare in mũdo. maior patet de temperãtia / fortitudine / prudentia ⁊ alijs. Reſpondet̃. qđ eſt vni virtus / alteri nõ eſt virtus: capiendo virtutem tã ꝓ actu q̃ ꝓ habitu. Si autẽ intelligas: qđ eſt vni virtus: cuilibet eſt bonum ⁊ virtus: illã nego. nec enim regi nec regine virginitas eſt bona. ſimiliter caſtitas cõiugalis nõ eſt bona religioſo / ſacerdoti / vel virgini: immo eis cõpetere nõ poteſt. aliquarũ nãq̃ virtutum eſt incompoſſibilitas: q2 non dicũtur tales niſi taliter ſe habeãt. modo nõ poſſunt taliter ſe habere inter ſe. vt virginitas ⁊ caſtitas cõiugalis. Et licet cuilibet nõ obligato ad cõtrahẽdum virginitas eſſet bona vel vouere caſtitatem: vt patet aſcẽdẽdo: tamen toti multitudini nõ erit bona. ſicut non ſequitur: quilibet homo eſt vnus ſolus homo: vel poteſt ſtare in bibliotheca mea. nã aliquod p̄dicatũ cuilibet ſuppoſito alicui⁹ multitudinis licite cõuenire poteſt: ⁊ nõ toti multitudini. ſimiliter aliquod p̄ceptũ toti multitudini cõpetit: et paucis vel nullis partibus eius: vt de generatiõe. nec oportet aliquem eſſe ſup hoc ſollicitum an hoc p̄ceptũ ſeruetur: cum ob ꝓnitatem ⁊ ꝓpenſionem ad libidinem plures illi actui vacent q̃ oporteat.

HIc dicitur de paruula duodecim annorum: que habet hoc ꝓpoſitum: volo corporis mei itegritatem ſeruare: vel melius volo me ſeruare ab actibus libidinoſis ad viceſimum annum vſq̃ ⁊ nõ vltra. Reſpondeo. Ipſa multifariã poteſt ſe habere. vel habet iſtũ actum: volo p̄ſeruare me a venereis p octo annos futuros: vel ad viceſimum annum vſq̃: ⁊ talis actus eſt virginitas. vel habet duos actus: vnum / volo p̄ſeruare me a venere ad viceſimum annum vſq̃. alium / volo dare vſum corporis mei viro quem capiã poſt viceſimum annum. Et de illo ſecũdo eſt difficultas ſub qua ſpecie cõtineatur. nõ enim eſt actus virginitatis: nec viduitatis. oportet ergo icludatur in caſtitate coniugali. alioquin diuiſum latitudinem membrorũ diuidentium exupabit: cum talis actus ſit caſtitas. Forte dicis. ſecundus actus eſt caſtitas cõiugalis. Inſto: ergo nõ omnis caſtitas elicita a virgine eſt caſtitas virginalis: ⁊ p cõſequẽs nec omnis caſtitas elicita a cõiuge eſt caſtitas cõiugalis. patet de illo actu in quo ipſa oblectatur de virginitate preterita ante matrimoniũ: qualis eſt iſte: placet mihi ꝙ ſeruauerim virginitatem meã ante matrimoniũ: ſm illud Aenee. Forſan ⁊ hec olim meminiſſe iuuabit. Reſpondeo. vt vides oportebit nos aliquam harum partium eligere: aut diuiſum excedet membra diuidentia: puta non omnis caſtitas eſt virginalis / vidualis / aut coniugalis / aut aliqua caſtitas elicita a virgine eſt cõiugalis: aut virginitas eſt volitio dandi ſuum corpus alteri. Et malo in alterum duorum vltimorum incidere: ⁊ do tertium membrum ꝙ vterq̃ actus eſt virginitas. ſed prior eſt virginitas melior et magis ſpectans ad virginitatem. ſecũdus autem actus eſt virginitas per accidens: hoc eſt ratione ſubiecti: q̄libet eñ caſtitas in virgine eſt virginitas. ¶ Et pro maiore intelligentia huius notato ꝙ iſtic dabis tres gradus virginitatis. primus eſt actus quo aliquis vel aliqua vult ſeruare ꝑpetuo ſe a venereis / quando par eſt. Secundus actus quo quis vult ſeruare ſe immunẽ ad tempus a venereis. Tertius eſt actus quo vult dare corpus ſuum alteri pro tẽpore ⁊ loco. primus actus eſt optimus: tertius infimus. Si cuipiam placebit dicere ꝙ iſte actus de quo dubitatur / ſit caſtitas cõiugalis: nec repugnet virginẽ habere actum caſtitatis coniugalis: is non nimis late a ratione deuiare videbitur. ſed non tãtum placet. ratio eſt: quia pari ratione dicere debebit ꝙ coniunx habet actũ ⁊ habitũ caſtitatis ꝯginitatis: ⁊ ꝙ ſit virgo. Nec ſequitur: decedit virgo: ergo habebit aureolã. q2 hoc itelligitur de ſimplici virgine. modo iſta eſt mixtim virgo: hoc eſt / ipſa eſt virgo et coniunx: copulatim an copulatiue / non inſiſto. Sed tũc eſt dubium de illa / an habebit aureolam virginum ſi ſic decedat: puta illa que eſt citra annos nubiles: et habet propoſitum temporarium: vult tamẽ nubere pro loco et tempore. et poteſt dici ꝙ ſic. Sed iam aliud oboritur ambiguum: vbi eſſet idẽ actus numero quo aliqua vult ſeruare ſe expertem a venereis ad certum tempus vſq̃: et deinceps habere virum. ſm illa que diximus paulo ſuperius. talis erit ſimpliciter virgo ſemper manens in latitudine virginitatis: tamen ille actus eſt mixtus ex duobus gradibus virginitatis: vt eſt de vſu et fruitione. Si quis autẽ voluerit ea tutari que immediate ante diximus: oportebit concedere eũdem actũ numero eſſe caſtitatem virginalem ⁊ coniugalem. et ſic vidua poterit habere eũdẽ actum qui eſt viduitas ⁊ virginitas: vel eũdem actum qui eſt viduitas ⁊ caſtitas coniugalis.

¶ Iã vidiſti quid ſit virginitas. & quomodo ante carnalem copulam virginitas amiſſa ſit recuperabilis: ⁊ ex cõſequẽti que nũc eſt meretrix poſtea per penitentiam incipiet eſſe virgo. ſed per actum exteriorem virginitas amiſſa / nõ eſt recuperabilis. Ex quo ſequitur ꝙ due equaliter peccant: et equaliter peccata per penitentiam emendant: ſed in vna virginitas recuperatur: non autem in alia. hoc patet de duab⁹ viroſis in carnalem copulam equaliter conſentientibus: quarum vna eſt tantum cognita: altera autem non: ſed per eam non ſtat: cum actus exterior manente vniformitate in actibus interioribus nihil malitie actui interiori adijciat: que ſi penitudine / ducatur patet propoſitum. Et ex conſequenti conceditur ꝙ due equaliter peccantes et merentes erunt: quarum vna habebit virginum aureolam: non autem altera. Aureola eſt quoddã premium accidentale preſeruationi ab actu libidinoſo reſpondens: et non pro corporis integritate. nã ſi qua violente corrupta fuerit: prorſus retinens quantum poteſt: ipſa aureolam virginum habebit: quia non conſenſit in opus libidinoſum: ſed et reſtitit quantum potuit: vel ſaltem quantum tenebatur ſi pure paſſiue ſe habebat ſine conſenſu. Non reſiſtens autem vbi virginitatem per reſiſtentiam ſeruare poterat: non habebit aureolã: ſed eſt meretrix: que cognita inuita / ſi poſtea conſentiat in hãc commixtionem carnalem: irrecuperabiliter virginum aureolam amittit: non per vnum illorum: quia non per ſolam copulam carnalem: bene tamen virginitatem ſic amittit: ſed per complacentiam ſequentem carnali copule iũctã. Forte non ſic erit in polluta noctu ipſa dormiente / cui poſtea placet pollutio: quia illa hoc modo ſe habẽs nõ poteſt parere. ſecus eſt de violẽte cognita. nec equaliter peccare vel non peccare arguit virginitatem recuperabilem vel irrecuperabilẽ. ¶ Preterea dico ꝙ contingit virginitatẽ amitti / ſemen non diffundendo: qđ patet in frigido. eunucho / octogenario / ebrio / et huiuſmodi. in ſeminis enim reſolutiõe virginitas amittit̃: ſed p tactus / oſcula / vel venereorũ auditum nõ eſt ſeminis reſolutio: ſed alterius humoris. Nã vt naturaliter loq̄ntes dicũt: e mẽbris genitalibus triplex egredit̃ humor. quidã vrina. ſecundus ſemẽ: qđ ad generationẽ ꝓlis natura ordinauit. tertius medius qui naturaliter ab aliquibus impudicis adoleſcentibus egredit̃ etiam violente cum de venereis cum voluptate loqui audiũt. Huius tertij humoris egreſſio nihil facit ad virginitatis amiſſionẽ: ꝑinde ac ſi nõ egrederet̃ ceteris paribus. ſed contingit bene virginitatem cum illo humore ꝑdi ꝑ actum voluntatis: ſed hoc nõ pertinet ad virginitatem. ¶ Vlterius dico ꝙ interdum aliquibus virginitas eſt illicita vt regi ꝓlem nõ habẽti: quomõ erat in principio nature inſtitute: q2 tunc preceptum. Creſcite ⁊ multiplicamini: obligabat omnes ꝓ loco ⁊ tempore. vnde ſi Abel vixiſſet / matrimonium contraxiſſet: ſicut Cain. Et in lege Moſayca ſterilitas erat opprobriũ: ⁊ fecunditas benedictio. ſm illud Pſalmographi. Vxor tua ſicut vitis abundans in lateribus domus tue. Filij tui ſicut nouelle oliuarum in circuitu menſe tue. Ecce ſic benedicet̃ homo: qui timet dominum. Pſal. cxxvij. Et p locum a cõtrario ſenſu: qui non habebat hanc fecũditatem / ſaltem apud vulgus maledicebat̃. vel p legẽ cõmunem. diſpẽſante autem deo ſemp pulchrius erat ſeruare virginitatem. vt videre eſt de Helia / et Hieremia. in cuius libri ꝓlogo Hieronymus dicit. Virginitate ſua euangelicũ virũ Chriſti eccleſie dedicãs. ⁊ Hieremie. xvj. Non accipies vxorem: ⁊ non erũt tibi filij: ⁊ filie in loco iſto. hoc eſt in Iudea. In Aegypto autem ſemp erat in vexatione: quare non eſt veroſimile ꝙ illic vxorẽ duxerit. Diua virgo quoq̃ ⁊ Ioãnes baptiſta celitus erãt inſpirati de virginitate ſeruãda. ipſa enim erat prima in qua virginitas plurimum laudata eſt. vnde dixit Pſalmogra. Adducentur regi virgines poſt eam. Pſal. xliiij. Si filia Iepte ⁊ Plato ob vulgus defleuerunt virginitatem: nihil improbitatis in virginibus concluditur. Tamẽ cũ virginitas in lege gratie ſit conſulta: iam eſt multo ſpecioſior coniugio: et vxoris fecũditate. Et licet tota multitudo quo ad aliquas ſui partes adhuc ad coniugium obliget̃: tamen nõ quodlibet ſuppoſitum obligat̃: immo pauciſſima. Nec oportet oculũ ad hoc dirigere: quo modo illud p̄ceptum. Creſcite ⁊ multiplicamini. nũc adimpleat̃ in tota multitudine: cum homines ad coniugium ꝓpenſos videamus. Amplius ſi aliqua virgo fuerit nolens corrupta: habitus eius nõ amplius inclinat in act⁹ virginitatis. bene tamen inclinat in actus eiuſdem ſpeciei entitatiue: q2 nunq̃ habitus acquiſitus immediate inclinat in actus alterius ſpeciei eſſentialis ab actibus a quibus emerſit. Martinus autem tenens oppoſitum omnino preter rationem loquit̃. Ex quo ſequit̃ ꝙ habitus qui fuit virginitas inclinat in actus viduitatis vel virginitatis. Secundo ſequit̃ ꝙ virginitas iclinabit in viduitatem immediate. Dixi (immediate) q2 mediat inclinat in actũ alterius ſpeciei entitatiue. vt habitus premiſſarum inclinat mediate in aſſenſum actualem cõcluſionis. hoc nihil aliud eſt dicere q̃ habitum aliquẽ concurrere ad a. ſuum actum: et ꝙ a. actus eius inclinat in b. actum alterius ſpeciei ab a. propterea iſte habitus dicitur mediate in talem actum b. inclinare.



¶ Diſtinctionis Trigeſime. Queſtio Tertia.

TErtio iuxta promiſſa querit̃. An viduitati et caſtitati coniugali virginitas preſtet. De virginitate in queſtione p̄cedenti locuti ſumus. Viduitas autẽ eſt caſtitas in illa que fuit cognita et virũ nõ habet: vel in illo q̄ cognouit: ⁊ vxorẽ non habet. Vidua enĩ dicit̃ ab altera parte diuiſa. nam viduo diuidere ſignificat: ⁊ viduus priuatus. Unde Horatius libro. j. carmi. Voce dum terret viduus pharetra Riſit Apollo. Caſtitas coniugalis eſt caſtitas in viro ⁊ vxore: vel ignorãter inuincibiliter putata inter illos. Coniugium autem eſt vinculum. nã vir et femina cõiungunt̃ ſicut boues iugo copulant̃. iugum enim noſti eſſe inſtrumentum quo boues iungunt̃. Quare ſi vir non habeat vxorem: caſtitas in eo non eſt cõiugalis. Eodẽ modo in muliere. ſemp tamen ignorantiam inuincibilem excipio mentaliter: licet deinceps non loquamur de illa. ¶ Ex iſtis patet ꝙ meretrix que continet: et fuit corrupta: eſt vidua. Nã ipſa eſt caſta aliqua caſtitate / et non coniugali: nec virginali. ergo viduali alioquin diuiſum caſtitas hãc membrorum trinitatem exuperaret. quod nõ eſt neceſſe dicere. Et idẽ eſt in viro ꝯtinenter nunc viuente qui mulierẽ cognouit. Secũdo ſequit̃ ꝙ he mulieres quas Pariſij filias penitentes vocant / ſunt vidue. Tertio pꝫ ꝙ aliqua caſtitas primo eſt ꝯiugalis: ⁊ poſtea eadem numero cõtinuata eſt vidualis. vt ſi Berta habeat propoſitum bonum coniugij viuente viro: qđ eo mortuo continet: iam eius caſtitas eſt vidualis q̄ prius ꝯiugalis erat. Quarto infertur ꝙ caſtitas virginalis incipit eſſe vidualis. vt ſi virgo propoſitum virginitatis continuet: et ſit cognita in tempore medio violente. Quinto patet ꝙ chriſtifera virgo poſt mortem Ioſeph non erat vidua. q2 nunq̃ fuit cognita.

¶ Hoc ſupppoſito pono duas concluſiones reſpõſiuas. Prior eſt. Virginitas viduitati ⁊ caſtitati cõiugali p̄ſtat. Probat̃. nã virginitas eſt difficilior viduitate ⁊ caſtitate cõiugali: difficultate ex parte obiecti etiã ꝓueniẽte. ergo eſt melior illa. ꝯſequẽtia patet. nã virtus ⁊ ars ſunt circa difficile. ij. Ethicorũ. ⁊ potiſſimũ quãdo eſt idẽ obiectũ. Antecedẽs patet. q2 difficili⁹ eſt omnia venerea ⁊ ꝑpetuo abdicare q̃ tẽporaria. primum facit virgo: ⁊ ſecundũ alie due. Secũdo ꝓbat̃ idem. maior eſt mentis puritas in virginitate q̃ in alijs duab⁹: ⁊ ad clare ſpeculandũ maior promptitudo. hinc contra patrios mores: philoſophorũ deus Plato virginitatem ſeruauit. ⁊ poete muſas virgines in nemoribus aquã bibentes effinxere. Et ꝓpterea colligit Gratian⁹ xxxij. q. j. cap. Nuptie. ex Ambroſio: ꝙ virginitas replet paradiſum: dicente. Nuptie terram implent: virginitas paradiſum. Figurate quoq̃ colorat virginitatem coniugio preferendã p animalia in arca Noe: dicẽs. Unde et in arca Noe omnia animalia q̄cũq̃ bina ingrediunt̃: immunda ſunt. impar numerus eſt mũdus. Tertio. virginitas eſt de conſilio tanq̃ de meliore bono reſpectu aliarũ duarũ. Nã. j. ad Corinthios. vij. dicit Apoſtolus. Volo autem vos omnes eſſe ſicut meipſum. hoc eſt virgines. Et paulopoſt. Dico autem non nuptis ⁊ viduis: bonum eſt illis ſi ſic permanſerint / ſicut et ego. Et ratio Apoſtoli eſt: quare virginitas caſtitati coniugali preferenda ſit. Qui (inquit) ſine vxore eſt ſollicitus eſt que

dominí ſint: quomodo placeat deo. Qui autē cū vxore eſt: ſollicitus eſt que ſunt mūdi: quo mō placeat vxori: ⁊ diuiſus eſt. Preterea Chriſtus ⁊ eius mater ſtatū virgineum aſſumpſerunt: ⁊ qui ſequntur agnū. de quibus dr Apocalypſis. xiiij. Hi ſunt qui cū mulierib⁹ nō ſunt coinquinati: virgines eñ ſunt ⁊ ſequunt᷑ agnum quocūq; ierit. hinc Chriſtus Joannē euangeliſtā ꝓpinquum et charum habuit: ⁊ virginem matrē (vt ex induſtria euangeliſte cecinerūt) virgini cōmendauit. Et Matthei. xix ait ſaluator. Sunt eunuchi qui ſeipſos caſtrauerūt propter regnū dei. Qui poteſt capere capiat. Itē reſpōdet ei fructus cēteſimus: ſm gloſſam. Matthei. xiij. ⁊ inferior alijs caſtitatibus vt in cōcluſione ſequēte dicet᷑. modo numerus cētenarius eſt quadrat⁹ ex ductu denarij in ſe numerū autē quadratum. j. Ethic. Ariſto. beato coaptat. nā quocūq; loco cadit teſſera quadrata / ſup coſtā ſolide ſtat. ⁊ fructuū vidualē in ꝓportione ſuperbi partiente exuperat: nā ſexaginta ꝯtinet ⁊ eius duas tertias

¶ Secūda cōcluſio. viduitas caſtitati coniugali preferēda eſt. ꝓbatur. melius eſt oīno a venereis abſtinere q̄ in parte / ex cōcluſione precedente. ergo melius eſt abſtinere in maiore parte q̄ in minore. ſic facit vidua reſpectu cōiugis. Secūdo ꝓbatur idē. fructus ſexageſimus viduitati reſpondet / ⁊ tricenarius fructus caſtitati coniugali ſm p̄fatam gloſſam: ſicut centenarius virginitati. modo ſexagenarius tricenarium in ꝓportione dupla exuperat. ⁊ eſt numer⁹ impariter par: cū ſcindi poſſit in partes pares: ⁊ vtraq; illaꝝ partium ſcindi non recuſet. ſic vidua a libidinib⁹ p̄ſentibus ⁊ futuris abſtinet. Tricenarius autē numerus pariter impar / par ab exordio ſtatim partitus in paritatē ꝓgredit᷑. ſicut vir ⁊ mulier ī voluntate ab exordio pares in animos impares temporis ſucceſſu prolabuntur. Item p̄me ad Thimoth. v. p̄cipit apoſtolus dicens. Viduas honora que vere vidue ſunt. Inſup in ſolo deo iactant cogitatū: ⁊ non querunt ſolatium a viro. illud autē eſt difficile. Preterea viduarum cauſe ſunt pie. lxxxvij. diſt. cap. vbi ſic dicitur. Licet omnibus de nobis ſperantibus nō debeamus inquātum poſſumus nos denegare: plus tamen viduaꝝ ⁊ orphanorum cauſas / ⁊ impenſius ducimus exequēdas / quas tueri a nobis vel ab oībus diuina manifeſta aſſertio. Cauſe namq; paupeꝝ ⁊ oppreſſorum ad eccleſiā ſpectant. xxiiij. q. iij. Si quis de potētibus. Amplius / imperator viduis ⁊ pupillis conceſſit p̄uilegiū q̄ nullus poſſit eos trahere in iudicium extra ꝓuinciam. ipſi tamen poſſunt alios trahere. C. Quādo impe. inter pupi. ⁊ viduā. l. vnica. Ceteꝝ pro magno ducit᷑ etiā a tyrannis / viduaꝝ maledictionē ſuſcipere. nam eaꝝ mos eſt ſibi maleficientibus / mō opulente fuerīt / ſic imprecari. do tibi omnium paupeꝝ viduaꝝ maledictionem. Vidua protectionem nō habet: ⁊ potiſſimū vbi liberi ſunt adhuc teneri: nec habet parentes. ¶ Ex his duabus cōcluſionibus ſequit᷑ q̄ caſtitas coniugalis eſt bona. patet ſic. caſtitas vidualis ⁊ virginalis eſt ea melior: ergo ipa eſt bona / exponibili copulatiue ad alteram exponentiū ꝓpter comparatiuum capiendo. Et patet hoc ipſum per Apoſtolum. prime ad Corinth. vij.

¶ Contra primam concluſionem arguit᷑. viduis ⁊ cōiugibus difficilius eſt cōtinenter viuere q̄ virginibus: ergo plus merent᷑. probo cōſequētiam ſicut ꝓbaui cōcluſionem quā impugnamus. antecedēs patet / quia ob experta venerea difficilius cōtinent. hic Leo papa / vt recitatur. xxxij. q. v. in c. Ille ſic ait. Ille autē famule dei que integritatem pudoris oppreſſione barbarica perdiderunt: laudabiliores erūt in humilitate ac verecūdia ſi ſe incōtaminatis nō audeant comparare virginibus. ¶ Reſpondet᷑ negando q̄ ſit difficili⁹ viduis ⁊ coniugibus cōtinere: quia contigit virginē putare maiorē delectationē / ineſſe copule carnali q̄ ſit. vidua autē ſcit multas anxietates ⁊ turpitudines in venereis / eſſe quas ipſa abhorret. Si autē alicui ſit difficili⁹ ceteris īparibus / nō inconuenit q̄ plus mereat᷑. Ad dictum Leonis pape dicit᷑ q̄ mulier cognita iudicio ſuo eſt in gloria: quia nō ſufficienter conſtat an ipſa reſtitit: ⁊ q̄uis cognoſcatur ipſa nō debet verecūdari: tamē verecundatur ⁊ minoris ſeipſam eſtimat: ⁊ ex conſequenti minus ꝓ caſtitate ſeruāda laborat. ¶ Secūdo arguit᷑. Virginitas Joannis nō prefert᷑ caſtitati ꝯiugali Abrahe. vt dicit Auguſti. in lib. de virginibus. ⁊ in lib. de bono ꝯiugali. ſicut nec mors Petri prefert᷑ vite Joannis. ¶ Reſpondet᷑. poſſibile eſt dare aliquā caſtitatem coniugalem equalis meriti cū caſtitate virginea. Abrahā naq; diu manſit coniunx. nō ita diu fuit Joānes virgo. Secundo dico q̄ virginitas fuiſſet Abrahe vitiū: cū eī ſit dictum. In ſemine tuo benedicēt᷑ omnes gētes. paratus tñ erat more Joannis vitam celibē ducere: ſi de⁹ ei precepiſſet. vt Augu. dicit. quēadmodum ſi nunc eſſet aliquis paratus ſeruare virginitatē cui deus p̄ciperet cōiugium: is non minus mereret᷑ in coniugio q̄ ſi in virginitate viueret: modo bene naturalibus vtat᷑. Hoc vltimum dicit beatus Tho. quod Martinus ſic impugnat habere v̄tutem actu plus eſt q̄ eam habere ſꝫ preparationē animi. ſed Joānes erat virgo actu: nō autē Abrahā. Hac ſolutione reprobata dat aliā dicens. Coniugiū Abrahe habuit Chriſtum ꝓ obiecto ⁊ fine: quia erat ei reuelatum q̄ in ſemine eius eſſent benedicende oēs gentes. Ratio Martini nō eſt ſolum contra ſanctum Tho. ſed cōtra beatū Aug. manifeſte: ⁊ eſt omnino ſophiſtica nego q̄ ſit melius actu ſeruare virginitatem q̄ ſm p̄parationē animi ſuperiore precipiente oppoſitū. et quādo hoc colorat p̄ ingreſſum religionis: color eſt nullus. nā ſi Sortes deliberatus religionem ꝓfiteri non profiteat᷑ prohibente deo / ⁊ bene ſe habeat in ſeculo ſicut Abrahā is non min⁹ meret᷑ q̄ religionē profeſſus. Inſup ſtatus epiſcoporū nō religioſoꝝ eſt ſuperior ſtatu religioſorū. Cōtra ſolutionē Martini arguo. Si Abrahā virginitatē reliquiſſet p̄cipiente dño: licet neſciuiſſet de generatiōe Chriſti: adhuc tñ meritus fuiſſet parēdo deo quātū Joānes. qḋ pꝫ p̄ exemplū de volēte profiteri religionē qui a deo eſt prohibitus. Tertio arguit᷑. duo poſſūt decedere in equali charitate. quoꝝ alter eſt v̄go: ⁊ alter cōiugatus: ⁊ ſic erūt equalit᷑ boni ⁊ p̄miati: ⁊ p̄ ꝯñs v̄ginitas ⁊ caſtitas ꝯiugalis equant᷑. Reſpōdet Martin⁹. ſi cetera bona ſint in eis paria / ⁊ gradus v̄ginitatis ⁊ caſtitatis cōiugalis pares: v̄go ſemp̄ in maiore charitate decedit: ⁊ eſt melior. Hec ſolutio eſt nulli⁹ momēti. nam ſi inequales ſint charitates ſm eius imaginationē / ⁊ tenendo viā cōmunem de charitate: oportet q̄ ſint inequalit᷑ boni: ⁊ īequaliter beati. ¶ Reſpondet᷑ ergo aliter / cōcedēdo duas p̄mas propoſitiones: ⁊ ſi vn⁹ actus v̄ginitatis actū viduitatis vel caſtitatis ꝯiugalis exuperet: cōiunx pōt habere alios bonos act⁹ plures q̄ v̄go: ⁊ habere equalitatē aliūde. ſed ex hoc nullo mō ſequit᷑ q̄ caſtitas cōiugalis v̄ginitati equet᷑: ſicut denarius aure⁹ denario argēteo p̄ſtat. ⁊ tñ denariū argēteū hñs pōt in bob⁹ ⁊ ouib⁹ ⁊ alijs eē magis diues vel eque diues ac habēs denariū aureū. Cōcedo igit᷑ q̄ ꝯiunx aliq̄s ⁊ aliq̄ vidua cū aliqua v̄gine hꝫ equalē beatitudinē: cū aliq̄ minorē ⁊ cū aliqua maiorē. ¶ Quarto arguit᷑. bonū cōe eſt potius bono p̄uato. j. Ethic. ſed ꝯiugiū ordinat᷑ ad bonū cōe ſcꝫ m̄ltiplicationē hoīm: v̄ginitas aūt ad bonū p̄uatū. Reſpondet beatus Tho. bonū cōmune qḋ eſt eiuſdē generis cum bono priuato: eſt preferendum cum hoc tamē ſtat q̄ bonum priuatum ſm genus ſuum ſit melius. Hoc reprehēdit Martinus: ⁊ dicit q̄ multiplicatio generis eſt melior q̄ contemplatio. ⁊ ratio eius eſt: q̄r quis derelinquit virginitatē ꝓpter bonum ꝓlis papa diſpēſante. ſed hec impugnatio eſt nulla. Dico cū beato Thoma q̄ contemplatio eſt finis melior q̄ generare: licet cōtemplatio ſit accidens: et puer genitus ſubſtātia. nā de bonitate entitatiua non eſt ſermo. aliquis autem in caſu derelinquit illud qḋ eſt plerūq; melius / propter caſum incidētem: et propter illud qḋ plerūq; eſt minus bonum ſiue ſit ei melius ſiue equaliter bonum: forte erit ei opus precepti. nunquid ipſe vidit multos etiam coniugatos vouere ⁊ religionem ꝓfiteri? ergo per ipſius modum arguendi / religio / virginitas / et contemplatio eſt melior. dicere autem q̄ cōiugiū ſimpliciter preſtat virginitati / eſt error Jouiniani teſte Hieronymo. ¶ Quinto arguit᷑. reprehenditur virginitas in Origene virilia abſcindente: vt eunuchus fieret. tales enim prohibētur ordinari. lv. diſtin. cap̄. Si quis abſciderit ſemetipſum. id eſt / ſi quis amputauerit ſibi virilia: non fiat clericus: q̄r ſui eſt homicida: ⁊ dei conditioni inimicus. Reſpondetur. virginitas in Origene nō eſt vituperāda: nec ſanctum deſiderium caſtitati ꝯſeruāde: qḋ vehemens in eo erat. ſed modus ꝓcurāde caſtitatis erat illicitus: quia expoſuit ſe p̄iculo mortis. Etiā p̄ hoc libido intrinſecus non extinguitur. ſeruanda ſunt ergo mēbra / occaſiones luxus tollendo: ⁊ hoc eſt ſe caſtrare.

Dubitatur primo: quomodo intelligatur illud beate Lucie ad Paſchaſiū. Si me inuiolatam violauerīs: michi caſtitas duplicabit᷑ ad coronam. Videt᷑ ex illo dicto ſequi q̄ poſt corruptiōem violentā maneat virginitas: contra dicta in queſtione precedēte: aut dabitur alia caſtitas. ¶ Secundo dubitatur: an caſtitas virginea / vidualis / et coniugalis ſint eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. ¶ Tertio dubitat᷑: an aliqua ſit meretrix ⁊ virgo ſimul. ¶ Reſpondet᷑ ad primum. aliqui dicunt q̄ in patiendo equanimiter generat᷑ patientia: ⁊ manet etiā caſtitas: ⁊ ſic caſtitas duplicat᷑. Sed hoc non valet: q̄r nō duplicabit᷑ caſtitas ad coronam. Dico igitur ſic. Caſtitas que erat virginalis augebit᷑ / licet non manēs in motu virginitatis / propter duplicationem actus. quia autem eſt caſtitas duplex: erit meritum duplex. ⁊ licet deſineret eſſe virginitas: non deſinet eſſe caſtitas: nam argumentum ab inferiori ad ſupius cum dictione negationem includente nihil valet. etiam non eſt inferius totius extremi ad extremum. ſicut incipiens eſſe albus non incipit eſſe coloratus. ¶ Ad ſecūdū dubium reſpōdet᷑ q̄ ſic: dūmō habeāt obiecta eiuſdem ſpeciei. hic enim nihil apparet diſcriminis ſpecifici: nolo cognoſci ab iſto: demonſtrando virginē. ſed actus ille in ipſa eſt. virginitas: in vidua eſt viduitas: in cōiuge caſtitas cōiugalis. differūt tamē in ſpecie moris et caſtitatis. nam vna eſt virginitas: alia ſub alia ſpecie cōtēta. nō tamen nego quin aliqua virginitas ab aliqua viduitate diſtinguat᷑. ſic enim aliqua virginitas ab aliqua virginitate ſpecie eſſentiali ſecernitur: quādo obiecta ſpecie differūt. ¶ Ad tertium dicit᷑ q̄ aliqua poteſt habere actū quo vult pati ſe cognoſci a non ſuo puta Sorte: et habere nolitionem qua non vult cognoſci a Platone. qui actus in Berta reſpectu Platonis eſt virginitas. qḋ ꝓbat᷑: q̄r eſt act⁹ caſtitatis: et nō vidualis: nec cōiugalis: ergo virginitas. ⁊ tamen ipa eſt meretrix: ⁊ actū meretriciū caſtitati inimicum reſpectu alterius habet. Hoc idē patet aliūde. Nam aliqua poteſt ſimul habere pctm̄ mortale et actū moraliter bonū: ergo aliqua poteſt habere actū meretriciū ⁊ actū virginitatis. ſed ſi aliqua ſic decedat dānabitur: nec habebit aureolā virgineā. ¶ Ecce quomō virginitas caſtitati viduali: ⁊ viduitas caſtitati cōiugali p̄ſtat ceteris paribus. Sed poteſt aliqua habere virginitatē breuē. vt porte p̄mo in. xij. anno: ⁊ cōiugi in. xiij. vel velle tūc ꝯiugi: et fortiter in magnis inſultib⁹ paſſiōis ſe habere in caſtitate coniugali: q̄ plus merebit᷑ q̄ alia vidua. Aliqua etiā eſt v̄ginitas nō melior viduitate. Sed optimum indiuiduum v̄ginitatis optimo idiuiduo viduitatis ⁊ cōiugij p̄ſtat. vel regulariter tota v̄ginitas viduitati p̄ſtat: ⁊ tota viduitas ꝯiugio. Itē multe decedūt ꝯiuges q̄ equalē btitudinē ⁊ charitatē habent cū v̄ginib⁹: ⁊ aliq̄ maiorē. Multe aūt v̄tutes v̄ginitati p̄ferunt᷑. plus enim laudat᷑ diua v̄go ratione humilitatis q̄ rōne v̄ginitatis. Preterea aliqua eſt v̄ginitas ⁊ viduitas cū voto. Sed adoleſcentule vidue ſunt cuitāde etiā poſt votū. Hinc. j. ad Timoth. v. p̄cipit Aplo dicēs. Adoleſcentiores viduas deuita. cū eñ luxuriate fuerit in Chriſto nubere volūt: habētes dānationem q̄r p̄mā fidē irritā fecerūt. Simul aūt ⁊ ocioſe diſcūt circuire domos: nō ſolū ocioſe / ſed et v̄boſe ⁊ curioſe: loquētes q̄ nō oportet. Volo aūt iuniores nubere: filios procreare: matresfamilias eſſe. Et paulo āte in eodē caplo. Vidua eligat᷑ nō min⁹ ſexagīta annoꝝ: q̄ fuerit vnius viri vxor: in opib⁹ bonis teſtimoniū habēs ⁊c̄. licet nō oporteat hec oīa ſeruare ad lrām. ſed voluit dicere. Cauende ſunt iuuenes vidue. ⁊ ſexagenarie: hoc eſt / quaꝝ libido extincta eſt / admittende ſunt.

¶ Diſtinctionis Trigeſime.

Queſtio Quarta.

Quarto circa eādem diſtinctionē querit᷑. An fuerit verum matrimonium inter Mariā virginē / ⁊ Joſeph. Reſpondetur. verum erat matrimonū inter diuā virginem ⁊ Joſeph. Q̄ erat matrimonium / patet Matthei. j. dicēte angelo. Noli timere accipe Mariā coniugem tuā. q̄ autem erat virgo patet p̄ Auguſtinum in libro de vitijs ⁊ concupiſcentijs. ⁊ recitatur. xxvij. q. ij. c. Beata Maria propoſuit ſe ſeruaturā votum virginitatis in corde: ſed ipſum votum virginitatis non expreſſit ore: ſubiecit ſe diuini diſpoſitioni: dum ꝓpoſuit ſe perſeueraturā virginem: niſi deus aliter ei reuelaret. Et paulo poſt. Poſtea vero cum filium genuit: qḋ corde conceperat / ſimul cum viro labijs expreſſit: et vterq; in virginitate p̄manſit. Simile ferme in litera dicit magiſter. Et licet conditio diuine voluntatis in omni voto ⁊ ꝓpoſito intelligi debeat: non tamen eſt imperfectionis / ſed perfectionis hoc addere. ⁊ etiam quia fere tunc omnes contrahebant non ſeruantes virginitatem: ſuam in virginitatem diuine diſpoſitioni expreſſe reliquit. Q̄ tamen vouerit / conuincitur ex reſponſione eius ad angelum. Luce. j. Quomō fiet iſtud? quoniā virū non cognoſco. nā ſi hactenus ipa ſeruaſſet virginitatē: ⁊ nō ꝓpoſuiſſet firmiter in poſterum virginitatē ſeruare: inanis fuiſſet queſtio virgūcule. Quomodo fiet iſtud quoniā virum non cognoſco? ac ſi dixiſſet. eſt difficile captu qḋ ais angele dei: cum iam virginitatem vouerim. cui cum angelus egregie cum analogia (quia opus erat) reſpondiſſet de vtriuſq; cōpoſſibilitate: īgenioſa virgūcula mox hoc deprehendēs: quia animā ſortita erat bonā / acquieuit.

¶ Secūdo ꝓbatur idem. ſi nō erat verum matrimoniū inter diuā virginem ⁊ Joſeph: hoc erat ideo quia erant virgines: ſed hoc non īpedit. igitur. Probat̃ minor. Nā aliqui duo virgines poſſunt ſimul cōtrahere/ ⁊ poſt contractū matrimoniū ſimul vouere virginitatem: inter quos erit verū matrimoniū/ vt erat inter Criſantū ⁊ Dariā. ergo matrimoniū nō repugnat virginitati: ⁊ ſi virginitas ſit matrimonio ꝯpoſſibilis poſt matrimoniū cōtractū nō magis intrinſece matrimonio repugnat ante matrimonium. ¶ Et hoc patet tertio arguēdo ad idē. contrahant Sortes ⁊ Berta virgines matrimoniū ante carnalē copulam: querit̃ poſt verba de preſenti ⁊ ꝯſenſum mutuum: an ſit verū matrimonium/ an nō. ſecundū dici nō poteſt. ſi primum. ergo poſſunt illud vouere ante matrimoniū. ¶ Quarto arguitur. poſt votū ſimplex ſortes ⁊ Berta poſſunt cōtrahere matrimoniū de facto: q: votum ſimplex matrimoniū contrahendū impedit: ſed nō dirimit cōtractum: ⁊ nō peccarēt cōtrahendo niſi quia ſe exponerēt diſcrimini peccati de violāda virginitate. ſed diua virgo ⁊ Joſeph erant facti certiores vtrinq̄ ꝙ nō eſſet periculū virginitatis violande. igit̃. ¶ Quīto ſi nō fuiſſet matrimoniū/ hoc eſſet q: carnalis copula ē de eſſentia matrimonij. ſed hoc non. q: carnalis copula matrimonialis eſt poſterior matrimonio: ſed nihil poſterius tpe eſt de eſſentia prioris. igit̃. ¶ Sexto tenens cōcubinam ex qua ſuſcepit proles: deſperās de vita iam ī extremis vere cōtrahit cū cōcubina: ⁊ proles legitimat̃ quā tamē ſcit ſe nūq̄ cognoſciturū: ergo carnalis copula nō eſt de eſſentia matrimonij. ¶ Septimo arguitur. Aliquis poteſt dare alicui dominiū alicuius rei/ nō dādo ei vſu; illius dominij. ⁊ ecōuerſo. ergo mulier poteſt dare viro dominiū ſui corporis nō dando ei illius dominij vſum: ⁊ ecōuerſo. ſed vſus dominij corporum eſt per carnalem copulā. ergo carnalis copula nō eſt de ratiōe matrimonij. ¶ Octauo arguitur. iurans cōtrahere matrimonium/ ⁊ poſtea ante matrimonium cōpletum mutans propoſitum volens religionem ꝓfiteri/ debet debito cōgruitatis prio ꝯtrahere: ⁊ poſtea religionē aſſumere. caſus eſt rotundus in. c. Cōmiſſa. de ſpōſa. ergo in illo erit verum matrimonium ſine carnali copula. ¶ Nono. Si Sortes ⁊ Berta virgines iam contrahant quibus deus prohibeat carnalē copulā in perpetuū: inter iſtos eſt verū matrimoniū: ⁊ tamē nō poſſunt carnaliter ſe cognoſcere. ¶ Decimo. inter frigidū ⁊ ſterilē dummodo inter ſe mutuo conſentiant poteſt eſſe matrimoniū: inter quos nūq̄ erit carnalis copula. ergo copula non eſt de eſſentia matrimonij. Decē his rationibꝰ circa matrimonium eius que ſimilē non habuit in ſeruandis decem p̄ceptis decalogi/ contētus manebo.

## ¶ Cōtra hanc concluſionem arguitur

ſic. Scribit̃. xvij. q. j. c. Vouētibus. ex Hieronymo. Vouentibus virginibus nō ſolum nubere: ſed etiā velle nubere damnabile eſt. Simile ex Paulo prime ad Timotheū. v. adduci poteſt. Dicitur ꝙ hoc eſt verum regulariter: niſi aliqua intēderet profiteri religionem ante carnalem copulam: vel eſſet docta a ſpiritu ſancto ꝙ ab ipſa vel ipſo non peteretur debitum. ¶ Secundo arguitur. ex hac via ſequitur ꝙ inter ſororem ⁊ fratrem poſſet eſſe matrimonium. conſequens eſt inconueniens: ergo et antecedens. Reſpondetur. non ſequitur/ cum ſint perſone inhabiles. ¶ Tertio arguitur. ſequitur ꝙ aliqui poſſēt contrahere cum conditione appoſita: vt nō reddant debitum. conſequens eſt contra ca. ſi. de cōditioni. appo. ī matri. Ad hoc prius reſponſum eſt. Paludanus exiſtimat eſſe probabile ꝙ illa conditio poteſt apponi, modo licito. ⁊ quicquid ſit de illo certiſſimum eſt quando ſunt docti a ſpiritu ſancto ꝙ hoc pactum ſeruabunt. alioqui imprudenter apponeret̃. nam cō ſimul cohabitāt/ non ē ꝓ ſimile ꝙ illud ſeruatū ſit. Sed obijcies. eccleſia cogit hominē profiteri religionem: vel reddere debitum alteri coniugi. patet. de cōuer. cōiug. c. Ex publico. de quo ſuperius mentionem fecimꝰ. ergo debitū alteri coniugi reddere eſt matrimonio eſſentiale: q: nemo tenet̃ ſeruare accidentalia matrimonij. Reſpondet̃ concedendo ꝙ cogit more conſueto cōtrahentes ad reddendū debitu; alterutri. ſed tamē illud nō eſt eſſentiale matrimonio in cōmuni. imo nulli matrimonio eſt eſſentiale: cū quodli; contrahat̃ ante carnalem copulam matrimonialē. ⁊ nego ꝙ nemo tenet̃ ſeruare accidētalia matrimonij. Secūdo. ſi eccleſia cognoſceret ſimilē caſum qualis erat inter Joſeph ⁊ deiparam virginē: non cogeret eos ad reddendū alterutri debitū. Nec ſi duo poſt votum ſimplex cōtraherēt: cogeret ad carnalem copulā. ¶ Sed cōtra hoc arguit̃. poſito ꝙ Joſeph petiuiſſet a diua ꝟgine debitū: ipſa tenebat̃ ei debitū reddere: alioquin nō fuiſſēt tria bona matrimonij in illo cōtractu matrimoniali. Reſpondeo. Joſeph iuſtus erat/ etiam virgo ⁊ animi gnoſi quod cōuincit̃ ex hoc ꝙ cum e tot hominū milibus deꝰ elegit pro cōiuge ſue pientiſſime matris ⁊ virginis verecūde: ⁊ vt Chriſti baiulus ⁊ nutritius aliquando foret. quare nō petiuiſſet vnq̄ debitum. Sed vt argumēto ſatiſfiat/ dicit Martinus ꝙ virgo debitū reddidiſſet. Hanc ſolutionē dico eſſe falſam. quod ſic ꝓbo. virgo vouerat: ⁊ ſciebat Joſeph vouiſſe: ergo ſciebat ſe abſolutā a redditiōi debiti. ⁊ patet hoc ex caſu none ꝓbationis adducte ad concluſionē ꝓbandam mulier enī in illo caſu peccat debitū reddendo: ⁊ eſt abſoluta ab illo. ſic erat de diua ꝟgine: que ſciebat ſibi vetitum a deo debitū vllum/ hominū vlli reddere. Dico ergo ꝙ Joſeph petēte/ nihil ei reddidiſſet. Et addo ꝙ male ageret mulier reddendo debitū in euentu noni argumenti. Quādo autē obijcis in hoc cōtractu nō erant tria bona matrimonij. hoc certe nego. bonum enī ſacramenti erat indiſſolubilitas: bonum ꝓlis filius dei ⁊ bonum fidei in nō reddendo alteri extra cōiugium vſum. Et ita ꝯtigeret in re nunc in caſu quarte ⁊ none ꝓbationum. nā in caſu quarte le; peccēt contrahendo: reddendo debitum adhuc nouo peccato peccarent mutuo cōmercio. Contra iſtud arguit̃. ergo matrimonium diue virginis nō erat vniuoce matrimonium cum matrimonio aliarum mulierū/ ⁊ eiuſdem rationis: cum alias mulieres oporteat debitum reddere coniugi. Reſpondetur. conſequentia eſt nulla: quia ille terminus (matrimoniū) vniuoce quēlibet cōtractum ſignificat in quo eſt mutuus ꝯſenſus animorum cū ſigno ſenſibili exteriore: licet ſit aliquod matrimonium in quo neceſſario reddēda eſt carnalis copula: ⁊ aliquod ī quo nō ē reddēda: ēt admiſſo ꝙ vni mr̃imōio carnalis copula eēt eēntialis ⁊ non alteri. Hoc ſic declaro t̃minꝰ aīal vniuoce oīa ꝑa aīalia ſignificat. vt Ariſtoteles in frōte p̄dicamentorū dicit/ ⁊ ratio ē: q: eſſe ſubſtantiā ſenſitiuā equaliter oībus aīalibus cōuenit: que eſt ratio aīalis in cōmuni. li; autē eſſentiale ſit homini habere aīam rationalē: ⁊ aſino animā aſininam: tñ hoc nō ē de ratione aīalis in cōi. Sic in propoſito eſt: vti iam diximus.

## ¶ Quarto arguitur beata Maria &

Joſeph erāt īhabiles ad ꝯtrahēdū ſimul ex lege Moſaica q̄ adhuc durabat: ergo inter ipſos nō erat verū matrimoniū. Añs pt;: q: nō licuit mulieribꝰ vniꝰ tribꝰ/ alteri tribui ſe ꝯiūgere. vt dr̃ Nūeri vl. nā Joſeph erat e tribu Juda: q: ex familia et domo Dauid. Math. j. ⁊ dei genitrix ex tribu Leui: q: cognata Helizabeth. Luce. j. quā ꝯſtat fuiſſe e tribu Leuitica. ¶ Rñdet̃. diſtinguo ꝙ nō licuit mulieri nubere viro alterius tribꝰ. vel vbi illa mulier erat heres parētū: ⁊ ſic ꝓcedit̃. vnde cū Numeri vltimo. querimonia filiarū Salphaad que erāt ex tribu Joſeph/ ꝓponeret̃ corā Moyſe: quas ſi alterius tribus hoīes accepiſſent vxores poſſeſſio earū fuiſſet trāſlata ad aliā tribū: definiuit Moyſes dicēs. Nubāt quibꝰ velint: tm̄ vt ſue tribꝰ hominibus: ne cōmiſceat̃ poſſeſſio filiorū Jſrael de tribu in tribū. Par ratio eſt de omnibꝰ mulieribus heredibus ⁊ filiabus Salphaad. Vel alijs mulieribus: ⁊ ſic negat̃: immo licuit eis nubere viris cuiuſcūq̄ tribus. Michol enim ex tribu Beniamin nupſit Dauid ex tribu Juda. nā cū mulier habēs fratres nūq̄ eſſet heres in terris: poterat cuicūq̄ cuiuſcūq̄ tribus ſe copulare: dūmodo maneret in populo Jſrael: ꝑ hoc enī diuiſio tribuū nō augebat̃ nec diminuebat̃: q: lex hereditatis erat ꝙ ſi q̇s haberet filios et filias/ filij eſſent heredes. Si nō habuit filium filia erat heres. ⁊ ſi nec filiū nec filiam/ frater: ⁊ ex conſequenti patruus defectu fratris. vt patet Numeri. xxvij. Mulier itaq̄ non heres poterat cuicūq̄ de populo Jſraelitico ſe coniungere. Idē videt̃ de viris dūmodo ducerent mulierem nō heredē. Illud aūt q̇d Numeri vltimo ſcribit̃. Omnes enim viri ducent vxores de tribu ⁊ cognatione ſua: ⁊ cuncte femine de eadē tribu maritos accipiēt: litera que mox ſequitur elucidat: tā quo ad viros q̄ quo ad mulieres: q: eſt eadē ratio legis. Ecce literā. Ut hereditas ꝑmaneat in familijs: nec ſibi miſceant̃ tribus: ſed ita maneant ſicut a dño ſeparate ſunt. Terra enim ꝓmiſſionis erat diuiſa ſm̄ virorum capita qui egyptum egreſſi ſunt. Porro de beata virgine opinor ꝙ erat heres Joachim: licet aliqui aliter ſentiant. me id mouet ꝙ erat vnica filia patris: licet beata Anna habuerit alias duas filias ex duobus alijs viris. vt habetur ex Mantuano primo libro de beata virgine dicente. Jſmerie ſoror Anna fuit/ regalis origo. Et ſoboles magni veniens Dauidis ab alto Sanguine: zacharie coniunx ſata ſemine prime. Tres triplici partu Marios tribꝰ Anna maritis Progenuit: ſanctum ⁊ ſummo genitore et here dignū. Prima deo ſacros partus dedit. altera natos Quattuor Alpheo: Judā/ Simona/ Jacobum/ Et qui iuſtitie clarum cognomen habebat. Tertia de natis tibi quos zebedee duobus Edidit: ad Calpen vnum tranſmiſit: et vnus Si populi preſtanda fides rumoribus vlla eſt: Viuus Amazonijs Epheſi ſepelitur in agris. Ex quo conſequens eſt ꝙ nō cuit beate virgini nubere viro alterius tribus. Et ſic cōuincit̃ ꝙ erāt eiuſdem tribꝰ: cum mulieres non heredes poſſent ſe coniungere cuicūq̄ Jſraelitico. Sed nullum eſt dubium quin chriſtifera virgo ex tribu Juda poterat eſſe conſanguinea mulieris alterius tribus: vt ſi heredes mulieres Normāne ex lege haberent ꝙ poſſent ſe coniungere ſolis Normānis: alie vero mulieres poſſent ſe cuicūq̄ Gallo coniungere: quid mirū/ ſi Carola Normanna heres: ſit conſanguinea Ludouice picarde / vel Joanne andegauenſi: Inane eſt dicere ꝙ tribꝰ Leui ⁊ Juda regia poterant cōtrahere inter ſe matrimonium: et non tribus alie. ¶ Sed nunc eſt dubium: cum Mathei primo deducatur ſolum genealogia Joſeph de domo Dauid: Chriſtus autem non erat filius Joſeph: ſed cōceptus de ſpiritu ſancto ſine patre/ genitus ex puriſſimo ſanguine beatiſſime virginis quo ad humanitatē. Forte dicis: ⁊ ſic dicunt doctores: ꝙ cum beatus Matheus deducat genealogiam Joſeph qui duxit beatam virginem/ et ipſa eſſet heres: ipſa erat eiuſdem tribus. Sed obijcies: ex hoc non habes ꝙ ipſa erat de domo Dauid: quia in tribu Juda multe erant domus et familie alie a Dauid: quia domus fratrum Dauid erant de tribu Juda ſicut ipſe Dauid. et non cogebantur mulieres nubere viris ſue familie: ſed licuit capere cuiuſcūq̄ familie virum: dūmodo in ſua tribu manerent. Reſpōdet in additione Burgenſis ꝙ credendū eſt auctoritati beati Matthei. Hoc non valet. nā volebat euāgeliſta oſtendere Chriſtum Bethleemitā eſſe/ ⁊ ex domo Dauid/ cōtra multos qui eum putabāt fuiſſe a Nazareth: ⁊ ꝑ conſequens non eſſe meſſiam. Notum erat omnibus illius tempeſtatis ꝙ virgo erat ex domo Dauid. propterea nō laborabat circa hoc. Hinc ad Hebreos. vij. dicit Apoſtolus. Manifeſtum eſt enim ꝙ ex Juda ortus ſit dominus noſter. Et ad Roma. j. De filio ſuo qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſm̄ carnem. Et patet a ſigno. cum Julianus hereticus: et predicabilium cōpoſitor Porphyrius niſi ſint repugnātiā īuenire circa genealogiā Chriſti inter Mattheum/ ⁊ Lucā: de hoc nullā fecerūt difficultatem: quia hoc erat eis notiſſimum.

## ¶ Quinto arguitur contra hoc quod

diximus ꝙ ipſa erat virgo. Nam Matthei. j. ſcribit̃. Et accepit coniugem ſuā: ⁊ nō cognoſcebat eā donec peperit filium ſuum primogenitum. ergo per locum a cōtrario ſenſu poſtea eā cognouit. ¶ Reſpōdetur. locus a cōtrario ſenſu parum ſoliditatis habet. ex modo autē loquendi ſcripture/ nō cōuincitur ex hac dictione (donec) ꝙ aliquid tale poſt hoc fuerit. quomodo Geneſis. viij. ſcribitur de coruo. Non reuerſus eſt donec ſiccarentur aque. et nō cognouit homo ſepulchrū eius (Moyſi) vſq̄ in preſentē diem. Deutero. vltimo. et tamen nec coruus rediijt vnq̄: nec ſepulchrum Moyſi vſpiā repertum eſt. Idē eſt in illo pſalmographi. Sede a dextris meis donec ponā inimicos tuos. Alio modo ſic explicatur euangelicus ſermo. non poterat faciem eius intueri cum cōcepit de ſpiritu ſancto ſicut antea, quemadmodum faciei Moyſi radij ſplenduerunt: vt cum populus vix cognoſceret. ij. ad Corinth. iij. ſic: vt eſt veroſimile: fuit de diua virgine: ⁊ nulli alij hoc patuit: niſi ſoli Joſeph/ qui plura myſteria in hac cognouit q̄ alius quiuis: vt de eius virginitate nō vacillaret. poterat enim deus actionem radiorum impedire vt alios lateret. Decuit autem vultus Moyſi radium a toto populo cognoſci quatenꝰ a toto populo timeretur/ et honoraretur. ¶ Sed an Joſeph cognouit eam eſſe grauidā a ſpiritu ſancto/ anteq̄ angelus ei inſinuauit: vix exploratū eſt. Scribit̃ Matthei. j. Cū eſſet deſponſata mater Jeſu Maria Joſeph: anteq̄ conuenirent/ inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Joſeph autem vir eius cum eſſet iuſtus ⁊ nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam, Ipſa enim erat ſponſa Joſeph. quia nos fuit antiquitꝰ obſeruatus: vt dicit Chryſoſtomus euāgelium exponens: et recitatur. xxvij. q. ij. cap̄. Priuſq̄. ꝙ ſponſe in domibus ſponſorum habitarent. vt generi Loth apud ſocerum leguntur habitaſſe cum ſponſis nondum ſibi copulatis lege coniugij. Sic et Maria habitabat cum ſponſo. Anteq̄ conuenirent (dicit gloſſa) ad carnalem copulam: accepit eam in ſuam: non in domum ſuā/ a qua ea nō eiecerat: ſed accepit in affectum. Turbationis autem principium in Joſeph erat: cum ipſa ab Helizabeth redibat: ⁊ erat in eius domo. vidēs enim Joſeph eā grauidā: argumentum forte incontinentie habuit. ex aduerſo eā vidit prudentem/ mitem/ ⁊ virtutibus redimitā: ⁊ optimā opinionem iter oēs de ea audiuit: vt nō facile eſſet ſuſpicari aliq̇d mali de ea. ⁊ ſic fluctuabat. tā dē concluſit eā dimittendam: et non domo expellendam, cui angelus.

Noli timere accipere Mariã coniugem tuã.id eſt ſpõ-
ſam. Unde Auguſtinus in ſermone de natiuitate dicit
Intelligẽs Marie vterũ grauidari turbatur:ꝙ Mariã
quã de templo domini acceperat ⁊ nõdum cognouerat
grauidam ſentiebat:ſecũqꝫ eſtuabat diſputãs ⁊ dicens
quid faciã:prodo:an taceo? Si prodidero:adulterio nõ
cõſentio.ſed vitium crudelitatis incurro:qꝛ ſm Moyſi
ſentẽtiam lapidandã eam eſſe cognoſco. Si tacuero ma
lo conſentio.⁊ cũ adulterijs portionem meam pono. qñ
ergo tacere malum ẽ:adulteriũ ꝓdere/peius eſt:dimit-
tam eã a coniugio. Nolens eam traducere:hoc eſt ꝓpa
lare:vt gloſſa interlinearis exponit. Hic cõuincitur pru
dentia Joſeph ⁊ bonitas:qui nõ impleuit aerem clamo
re more ſtultorum paruã ſuſpicionem de cõiugibus ha
bentium.nec dixit diue virgini quid animo cõciperet.
Et licet Chriſtifera virgũcula verecũdia ducta / hanc
turbationẽ in Joſeph perciperet:noluit tamẽ indicare
Nam pmo/nõ fuiſſet ei adhibita fides. Secũdo/noluit
dei ſecretum reuelare:quippe que ſciebat deũ oĩa ſuaui
ter diſpoſiturum. Origenes tamen in homilia eiuſdem
euangelij aliter exponit hunc locum dicẽs. Myſteriũ
cognouit Joſeph anteqꝫ angelus ei dixit.⁊ ſe indignuꝫ
reputabat habitare cũ ea : ⁊ cum angelus reuocabat.
Que expoſitio litere non repugnat:licet prior ſit appa
rẽtior ⁊ communior. ¶ Sexto arguiť. Ex illo verbo (do
nec ipſa peperit filium ſuũ primogenitũ)ſequitur ꝙ ipſa
habuit poſtea ſecũdo genũ qui ex ſpiritu ſctõ nõ erat cõ
ceptus:ꝗ deſijt eẽ virgo. Rñdeť. ſi ſuplatiuus affirma
tiue ſumereť:argumentũ cõcluderet.ſꝫ negatiue expo
niť. Dictio nãqꝫ ſuperlatiui gradꝰ reddit propoſitionẽ
exponibilem affirmatiue ⁊ negatiue:quare eſt diſtiguẽ
da/vt ex artibus patet.negatiue igitur ſolꝰ genitus ẽ pri
mogenitus:etiã ſi ſit ſolus genitus.⁊ ſacerdotibus debẽ
tur pmogenita.vt ex lege patet. ¶ Septimo arguitur.
Chriſtus habuit fratres.diciť eni Matthei.xij. Ecce
mater eius ⁊ fratres eius ſtabant foris querentes loqui
ei ⁊ non ex parte patris vt notum eſt:⁊ per conſequens.
nec ex parte vtriuſqꝫ:ergo ex parte matris. Aliq dicunt
ꝙ Joſeph habuit vxorem ante virginẽ:ex qua proles
habuit.⁊ quia reputabať pater Chriſti:vocabãtur fra-
tres Chriſti. Et hoc ĩ vna ſolutione tenet Martinus. Il
lud nullo modo placet. Auguſtinus eñ ⁊ magiſter tenẽt
eũ fuiſſe virginẽ:⁊ hoc credo.certe virum integerrimũ/
pariter ⁊ optimum illa tempeſtate elegit deꝰ ꝓ cõiuge
matris/⁊ virginem.quo mortuo ante paſſionẽ alteri vir
gini eã cõmendauit.ſi autẽ Joſeph tẽpore paſſionis ſu
pertixiſſet:matrem nulli alteri cõmẽdaſſet. Omnes vero
conſanguinei more ſcripture fratres dicebanť.ſic Abra
ham Loth fratrem appellabat. Geneſis.xiij.qui tamẽ
erat ei nepos ex fratre:et Saram vxorẽ ſuam ſororem.
Geneſis.xx.modo multi apoſtoli erant eius cognati ex
parte matris.vt patet ex ſolutione ad quartũ. ¶ Jã iã
vidimus quomodo erat verum matrimoniũ inter chri-
ſtiferam virginem/⁊ virginem Joſeph. nec virginitas
vtriuſqꝫ partis cũ matrimonio pugnat. Si enim matri-
monio per verba de preſenti contracto/vir membris ge-
nitiuis orbaretur: verum erit matrimonium/⁊ inſepara
bile niſi ꝑ religionis ingreſſum.⁊ manebit hincinde ꝟgi
nitas corporis/⁊ animi ſi voluerint.vel ſi duo nũc votũ
ſimplex virginitatis vouerint:edocti a ſpiritu ſancto nõ
eſſe periculum cõtrauenien di votis pariter cõtrahẽdo:
⁊ deo matrimonium precipiente:matrimonium eſſet li-
citum cum virginitate. Preterea diximus ꝙ mulier nõ
heres poterat nubere cuicũqꝫ viro cuiuſcũqꝫ tribus po
puli Iſraelitici:heres aũt ſolũ viro ſue tribus. Alioqui
vna tribꝰ creuiſſet et altera decreuiſſet in magnitudine
terre ſup ſortes datas a deo ſub ducatu Joſue. qđ erat
incommodũ ꝓ tempore illius legis in illa plaga terre.⁊
propterea terram vendere nõ poterãt vltra annũ iubile
um. Amplius diximus terram partitã ſm capita coruꝫ
qui Aegyptũ egreſſi ſunt. Salphaad autẽ mortuus eſt
in deſerto:cuius terrã filie (quia filios nõ habuit) acce-
perunt in hereditatẽ. Et ex conſequente ſequiť ꝙ multi-
plicatis liberis diminuebatur inter eos dñiũ terre. Ul-
terius pꝫ ꝙ beata Maria ſemper virgini tradita eſt cu
ſtodienda.primo ipſi Joſeph in coniugio:ſecundo poſt
eius mortem Chriſto filio ſuo.tẽpore vero paſſionis cõ
mẽdata eſt virgini nepoti ex ſorore. Addo.licet Joſeph
ſenex depinguatur:nõ eſt veroſimile ꝙ tẽpore cõtractꝰ
matrimonialis ſic fuerit ſenex.⁊ id teſtatur gloſ. Eſaie.
lxij.ſuper illo verbo. Habitabit iuuenis cum virgine.i.
Joſeph cum Maria. Criſantus cũ Daria. De hominũ
pictura dicatur illud Horatianũ. Pictoribus atqꝫ poe
tis. Quidlibet audẽdi ſemꝑ fuit equa poteſtas. Imagi
nor tamen ꝙ erat.xxxiij.annos natus vel amplius. Ue
roſimile eſt (⁊ ita pie credo) deũ preſeruaſſe ſuã caſtiſſi
mam matrẽ ſic vt nullus in eam impudice moueretur:
licet eẽt virgo decora nimis·David de ſemine regis.ad
motum eñ impudicũ in eã non concurrebat deus.⁊ ex
cõſequẽti nullũ talem motum habere poterat quiſqꝫ ob
defectũ concurſus generalis dei . hoc aũt decuit in dei
matre. In expoſitione euangelij Matthei.j. hoc ꝓlixiꝰ
deduximus.quocirca his paucis contentus tranſeo ad
reliqua

¶ Diſtinctionis Trigeſimeprime.
Queſtio Unica.

PRo diſtinctione
trigeſimapma quero. An
tria bona matrimonij ex-
cuſent actũ matrimonia-
lem ne ſit peccatuꝫ. Ad
uertes iuxta diuũ Augu-
ſtinum ſuper Geneſim ad
literã libro.ix.cap.vij.tri-
plex eſſe bonum matrimo
nij. non ꝙ hec tria ſint de
eſſentia matrimonij:nã põt eſſe verũ matrimoniũ ſine
illis.ſed aliquo mõ poſſunt dici matrimonio eſſẽtialia:
qꝛ pactione excludẽs ea in principio ꝯtractꝰ mñimonio
nullo modo cõtrahiť. vt ante diximus de cõditionibus
appoſitis. Sed hec tria ſũt potiora ꝗ matrimonio ĩſunt
ſcꝫ bonũ fidei:hoc ẽ ſeruare fidelitatẽ alteri ꝯiugũ/ non
reddẽdo cuiuis alteri vſũ ſui corꝑis : ⁊ cõiugi reddẽdo
qñ par ẽ vt inter Ulyſſem ⁊ Penelopẽ:inter Lucretiã
⁊ eiꝰ maritũ Collatinũ fuiſſe memorãt. Bonũ ſacramẽ-
ti ẽ indiſſolubilitas:hoc eſt/ꝙ vinculũ ſit indiſſolubile.
Petrus Paludẽſis hic tres poſitiones de entitate vin
culi recitat:quas ad indiſſolubilitatem cõducere exiſti
mat. Una tenet ꝙ vinculũ ẽ relatio rationis ſolum. Se
cũda poſitio/vinculũ eſt aliquid abſolutũ corpori inhe-
rẽs. Tertia eſt quã Petrus inſequiť/ꝙ eſt qđ abſolutũ
in aĩa. Sed dico illa ꝓpoſito nõ ꝯducere.quecũqꝫ enim
res ſit vinculũ:ſemꝑ manet equalis indiſſolubilitas. Ul
teriꝰ dico ꝙ nulla poſitionũ quã recitat eſt ꝟa.nõ pma.
qꝛ nulla eſt relatio realis nec rationis ꝓut exiſtimat qđ
alibi videri hꝫ. Et iã hoc ab oĩbꝰ pterqꝫ pdicatoꝝ ⁊ mi-
noꝝ ꝯuẽtu teneť Pariſijs/reclamãte nemine. Scđo ſi il
lud vinculũ eẽt qualitas abſoluta:tã ſm noĩales ꝙ rea
les poſt carnalẽ copulã matrimonialẽ deꝰ poſſet huiuſ-
modi qualitatẽ abſolutã corrũpere manẽte ꝑpetuitate
vĩculi ſicut nũc mãet. Dico ꝗ/vĩculũ nihil aliđ eẽ ꝗ pſo
nas ꝯiũctas.vt ĩ di.xxvj. diximꝰ. Et ſic habeť ꝙ ꝗcũqꝫ



opinio alioꝝ teneať de entitate vinculi:idẽ eſt de ĩdiſſo
lubilitate dempto tertio Petri cõmento irrationabili.
Tertiũ bonũ eſt bonũ ꝓlis. Bonũ aũt ꝓlis eſt ſcẽ ⁊ re-
ligioſe ꝓlẽ ſi genereť educare. ſm illud ſcđi Ethicoꝝ.j.
Non parũ immo plurimũ quin potius totum refert:ſic
an nõ ſic hoĩes ab adoleſcentia cõſueſcãt.⁊.ij.c.eiuſdẽ.
Ob voluptatem (inquit) res improbas agimus:ob dolo
rem vero res poſthabemus honeſtas. Quapropter ho-
mines ab ipa ſtatim adoleſcẽtia (vt inqt Plato) inſtitu-
tos eſſe oportet:vt ijs gaudeãt doleãtqꝫ:quibꝰ gaudere
dolereqꝫ oportet. Hec enim educatio ac eruditio recta.
Quia autẽ hoc ponderandũ cenſuit Ariſtoteles:aucto
ritatẽ Platonis in mediũ adduxit : vt illud roboraret.
Propterea antiquitus ſolebãt parẽtes deum timentes
ſuos liberos in locis ſacris/moribꝰ inſtituẽdos tradere:
et poſtea matrimonio. Hoc nempe de chriſtifera virgi-
ne/cuius in diſtinctione precedẽte mẽtionem fecimus:
btã Anna ⁊ venerabilis Joachim ſtudioſe obſeruarũt.
qđ narrat Baptiſta Mantuanus pmo libro Partheni-
ces pme:cũ inquit. Mos erat antiquis lõgum ſeruatus
in euũ:Aede puellares annos ĩcludere ſacra : Aetatẽqꝫ
deo tenerã/primũqꝫ dicare Uirginee florẽ vite:et gene-
rare pudoris Ingenij curã:ſanctoſqꝫ inducere mores.
Mox vbi veſtitum pma lanugine tempus Uenerat : in
thalamos ibãt:hymeneaqꝫ tecta:Coniuncte viris proli
indulgere ſolebãt. Propterea legum memores ⁊ moris
auiti Uenturi Solymã trima cũ ꝓle parẽtes Deſerue
re ſolũ/galileaqꝫ Nazareth arua. Ex quo patet ꝙ multi
habẽt ꝓles qui nõ habẽt bonũ ꝓlis:cũ nõ religioſe ꝓlẽ
inſtituãt. ¶ Iſtud autẽ triplex bonũ in lumine natura-
li eſt equũ.alioquin coniuges nunꝗ bene cohabitarẽt:
ſed alter alterã deciperet.vt in diſt.xxvj.q.ij.diximus. Et
illud oſtẽdo ex Marone pmo Aeneidos.ſolũ naturali-
ter loquẽte.vbi in ꝑſona Junonis ad Aeolũ iſta tria ex
plicat:inquiens . Sunt mihi bis ſeptem preſtãti corpo-
re nymphe: Quarũ que forma pulcherrima Deiopeiã
Connubio iungã ſtabili:ꝓpriãqꝫ dicabo: Omnes vt te-
cum meritis ꝓ talibꝰ annos Exigat:⁊ pulchra faciat te
ꝓle parẽtem. Ecce bonum ꝓlis.per (ꝓpriã) fidelitatem
intelligit.⁊ cum dicit/ſtabili/⁊ omnes annos/ꝑpetuita-
tem intelligit. Simile eſt in.iiij. Aeneidos dũ Dido im-
ponit Aenee ipſum violaſſe matrimonium ob receſſum
in Italiam . ob qđ volẽs Aeneas ſe purgare/dicẽs non
eſſe matrimonium:ſic inquit. Neqꝫ ego hanc abſcõdere
furto Speraui (ne finge) fugã:nec cõiugis vnqꝫ Pretẽ-
di tedas:aut hec in federa veni.

¶ His præmiſſis reſpõdebo ad inten
tionem queſtionis: quãdo ſit licitum vxorem cognoſce-
re:⁊ quando illicitum. Magnã autem varietatem inter
doctores hic inuenio:et viros opinione mea nimis rigi-
dos. Ponã aliquas cõcluſiones. ¶ Prima erit hec. vo
litio qua quis vult cognoſcere ſuã/cauſa ꝓlis generan-
de tempore/loco/ et modo debito/eſt actus bonus mo-
raliter:⁊ in habẽte gratiã meritorius. quãdo loquor de
copula carnali:intelligo de actu elicito illius actus im-
peratiuo:qꝛ actus exterior poteſt a bono actu ⁊ malo ſi-
mul ⁊ ſemel impari. Probať concluſio.aliquis actꝰ cõ-
iugij eſt bonus:erit actus aſſignatus.igiť. Inſup quili-
bet actus cadẽs ſup obiectum debitum/finem debitũ/
circũſtantijs requiſitis circũamictus eſt bonus morali-
ter.actus de quo loquor eſt huiuſmodi: igitur . obiectũ
debitum eſt propria vxor:finis eſt generatio prolis gene
rande eſt quando mulier non eſt impregnata:⁊ non con-
ſtat de eius infecunditate . non enim oportet actualiter
actum quẽlibet referre in deum . de circunſtantijs qua-
tem requiſitis nonnihil poſtea loquemur.et ſi ſit bonus
actus moraliter:et gratia affuerit/ eſt bonus meritorie:
quia a gratia elicitur. ¶ Secunda concluſio. Actus
quo quis reddit debitum vxori petenti/eſt licitus . pa-
tet.xxvij.q.ij. Si tu.et.xxxiij.q.v.ca.j. Et probatur ra-
tione . Negare debitum vxori petenti eſt actus iniuſti-
tie:ergo ei reddere eſt actus iuſtitie:quemadmodũ red-
dere depoſitum . quia non modo vir habet dominium
ſui corporis:ſed et mulier.pme ad Corinth.vij. Mulier
autem trifariã debitum petere poteſt . Uno modo ver-
bo. Secundo nutu vel ſigno: quod mariti eſt cognoſce-
re. Tertio modo quãdo vir cogitat ſm fragilitatem hu-
manam ꝙ ipſa erit tentata/ſi non detur ei debitum:et
ipſa peteret niſi verecundia probis mulieribus ingeni-
ta obſtaret:que non eſt in viro . ¶ Tertia concluſio. co-
gnoſcere vxorem gratia euitandi adulterij in ipſa/eſt li-
citum.probatur:quia matrimonium non ſolũ eſt in offi-
cium:ſed etiam in remedium. Inſuper vir hoc modo oc
currit peccato vxoris ſue ne adulteretur : et eam tunc
cognoſcere non eſt prohibitum:ergo eſt licitum. hec cõ-
cluſio patet prime ad Corinth.vij.vbi dicit Apoſtolus.
Propter fornicationem autem vnuſquiſqꝫ ſuum vxo-
rem habeat:et vnaqueqꝫ ſuum virum habeat. Uxori igi-
tur vir debitum reddat. Preterea forte tunc rationabi-
liter ipſa poteſt petere debitum:cui vir tenetur ſuccur-
rere ſi poteſt ſine ſuo damno . ¶ Quarta concluſio. vir
licite cognoſcit vxorẽ gratia vitandi adulterij in ſeipſo.
Quia hec concluſio eſt contra ſan.Tho.et do. Sera-
phicum.probatur ſic. Uir licite cognoſcit vxorem gra-
tia euitandi adulterij in vxore ex premiſſa:ergo in ſeipſo
probatur conſequentia:quia quilibet tenetur ſuccurre-
re potius ſibijpſi ꝗ alteri. Exempli cauſa. ſi Sortes ſit
aſſuetus cum Berta commiſceri ante matrimonium:
ſed vt a fornicatione ſe retrahat/contrahit cum Teber-
ga:et Bertam allocuturus : ante propriam vxorem co-
gnoſcit vt libido in ſe extinguatur : et adulterium in ſe
ipſo euitet: quis dicet eum in hoc male agere? Apoſto-
lus nihil aliud vult per predicta verba. Propter forni-
cationem autem vnuſquiſqꝫ ſuam vxorem habeat . ac ſi
dicat.vtatur vir propria vxore : quia hoc eſt ei licitum
vt in ſe fornicationem euitet. Non valet quod Paluda
nus dicit:cõcluſio eſt vera ſi non poſſit aliter vitare:pu-
ta domãdo carnem: vel fugiendo conſortium alterius:
vel non loquendo ſeorſum cum ſola.hoc inquam nõ va-
let.et ratio eſt:quia habens duas vias rationabiles po-
teſt alterutram quam vult libere et licite acceptare . vt
de hac carne comedere vel illa.nec voluptas maior in
vna re arguit peccatum.quod patet in potente comede-
re de anſerulo/et porcello: qui tamen de porcello come-
dit quia magis diligit : et ex conſequenti maiorem vo-
luptatem ex illa comeſtione capit . Inſuper vir non te-
netur retrahere vxorem ſuam ad viam non voluptuo-
ſam/faciẽdo eam ieiunare/et corpus macerare:aliqua
enim voluptas eſt licita : ergo nec ſeipſum . ¶ Quinta
concluſio. Quis poteſt vxorem ſuam licite cognoſcere
gratia ſanitatis habende tam in ſe ꝗ in vxore ſua . eo-
dem modo gratia ſerenãde mentis ſue vel vxoris. Pro-
batur.ſanitas eſt optanda : ſicut mens ſana in corpore
ſano.et medici dicũt ei ꝙ ea procuratur/ſuam vxorem
cognoſcendo:et iſta eſt propria eius vxor/ data ei in re-
medium:igitur . Non valet quod aliqui dicunt . Non
eſt idem de euitanda fornicatione in ſe vel vxore:et de
ſanitate corporis vel mentis . nam ſeptimo Ethicorum
dicit ꝙ concupiſcentie venereorum in quibuſdam in-
ſanias faciunt . et ratio eſt . quando non poteſt habe-
ri proles ꝑ actum generationis que eſt finis principalis

matrimoniali capitur aliquid de fine minus principali ſcʒ de adulterio euitādo: ſecus eſt de ſanitate dicūt. q2 propter eam nō ordinatᷣ. In lumine naturali/ opinione mea gentilis philoſophus diceret illud eſſe licituʒ. nec cōſtat ex ſacris litteris bibliacis oppoſitū. Neqʒ debemus legē dei nimis arctare/ſicut nec ipſam laxare: vbi de oppoſito docetur. nō matrimoniū eſt datum viro ⁊ mulieri in remedium. Si ergo medici probabiliter dicerent ꝙ mulier aliquā inſaniam mētis vel mortē incurreret niſi cū viro ſuo dormiret: nō opinor illic vllū eſſe peccatum/ſi vir eius eā cognoſcat vt eam ab his ꝓſeruet: ⁊ nullo modo cauſa euitāde fornicationis in ſe vel in ea: ad generationem ꝓlis. ❡ Sexta cōcluſio. voluptas incidens in copula carnali cū vxore/nō reddit actum illicitum. ꝓbatur. quando aliquis facit actum liberū licitū ꝓpter paſſionē naturaliter inherentem actui/ actus prior nō redditur illicitus: nec illa paſſio ei imputatᷣ exemplum cape de comeſtione cibi ⁊ bibitione potꝰ. vterqʒ enim iſtorū actuū eſt licitus: ⁊ voluptas in cibo ⁊ potu naturaliter incidit ob cōiunctionem obiecti cōuenientis cū ſua potentia: ſiue voluptas ſit magna/ſiue parua nō refert: potiſſimū quando hō non facit actum illum ob voluptatē. nam comedendo eūdem cibū habens guſtum bene diſpoſitū/maiorem volutatē capit ꝙ̄ habēs palatū indiſpoſitū. ſed abſit ꝙ ꝓpterea peccet. ❡ Septima cōcluſio. Quicquid hoīes dicant difficile eſt ꝓbare ꝙ homo peccet cognoſcendo vxorem ſuam cauſa voluptatis habende. ſemꝑ intelligo dūmodo non ſit in iacturam fetus generandi. Et probo ꝙ non ſit peccatū. Si quis comedat plus ꝙ̄ ſibi ſufficiat/non tranſcendit latitudinem temperātie in cibo (dūmodo cibus nō ſit in iacturam corporis vel anime: ⁊ nō ſit prohibitus) ob ſolam voluptatē non ponendo illic finem principalē. namʒ ſi quis pyrum vel pulchrum pomū comedat gratia voluptatis/nō peccat. ergo neqʒ cognoſcēdo ꝓpriam vxorem. Dicendo autē oppoſitum multos (vt opinor) coniugatos de peccato argues. Preterea in lumine naturali hoc nō videtur dicēdū: nec auctoritate ſcripture hoc oſtēdi poteſt: ergo licet doctores etiam ſancti dicant cōtrarium: nō habetur intentum. Et ſi forte ſuaſiones he tibi ſufficiant: non tamen ponitur hec cōcluſio tanqʒ in publico predicanda: ſed vt homo confeſſiones audiendo poſſit cognoſcere quādo ſit peccatum. Theologi nāqʒ intereſt multa cognoſcere que in publico ſermone dicenda nō ſunt. ſola autē edificatoria ſunt predicanda.

❡ Contra primam concluſionem arguitur ſic. ſm indulgentiam admittitᷣ matrimoniū prie ad Corinth. vij. ergo actus eius nō poteſt exerceri ſine peccato. Reſpondetᷣ. indulgentia eſt illic de minore bono ⁊ nō de malo. Secūdo arguitur. erubeſcunt ꝯiuges de copula carnali: ergo eſt turpis. Reſpondetur. eſt turpis turpitudine pene ⁊ non culpe. nā ſi Adam non peccaſſet: non magis erubuiſſent homines in hac ꝯmixtione ꝙ̄ in tactu digiti ad digitum. propterea ante peccatum licet membra genitiua in primis parentibus eſſent nuda: nō erubuerunt: bene autem poſt peccatum: cum ceperunt folia: ⁊ ceperūt ſibi perizomata. ſic etiam erubeſcit vir de egeſtione ſuperfluitatum naturalium prime et ſecunde digeſtionis/ ⁊ occulte facit. nec tamen ſequitur eſſe peccatum.

❡ Contra ſecundam concluſionem arguitur. mulier peccat petēdo debitum: ergo vir peccat ei reddēdo. Reſpondetᷣ. conſequentia eſt nulla: quicqd ſit de antecedente. quēadmodū ego habens pecuniam tuam in cuſtodia. quā repetis a me inutiliter expēdere: hoc nō obſtāte/quia mea nō intereſt/reddam tibi pecuniam. Similiter vſurarius/raptor/ ⁊ exiſtēs in mortali petens Euchariſtiā in publico peccat petendo: ſed ego nō pecco pecuniā eis dādo/vel Euchariſtiā. Preterea mihi dubium eſt an ipſa peccet petēdo. poteſt tamē cōiunx petere debituʒ ſic illicite vt alter nō teneatur ei ſic reddere. ſed quando ſic et quādo nō: prudentis eſt diiudicare. ⁊ ꝙ̄uis petens peccet eius peccato nō cooperatur alter/cum licite debitum reddat. ❡ Secūdo arguitur. Elephas non accedit ad elephantem impregnatā nec alia bruta feta ſeu impregnata appetūt coitū. ergo mulier nunqʒ poteſt petere debitum quādo eſt grauida vel confecta ſenio. Reſpondetur. cōſequentia eſt nulla. nam varia animalia viros habent appetitus. aliqua enim in vere coeūt vt aſini/cameli/ porcus ſylueſter. ⁊ aues. quinto de hiſtorijs animaliūʒ. aliqua in decēbri vt viſi. aliqua omni tempore vt mulier. vnde mulier ⁊ iumentum ſm Ariſtotelem. iiij. de generatione animalium/ impregnata appetunt coitum. Secus eſt de alijs animalibus. quare per alia animalia aſſumere argumentū de muliere nihil eſt. quod tibi oſtēditur ad oculum. Nam vir licite poteſt ex premiſſis extra generationem ꝓlis petere debitum. immo licet peccaret. mulier teneretᷣ ei reddere. ſi autem abhorreret hoc a natura / nō libenter redderet debitum. deꝰ ergo dedit ei aliam naturā quatenꝰ viro ſatiſfaciat. nec ad alia bruta reſpectū hēbis.

❡ Contra tertiam & quartam concluſiones ſimul argumentor ſic. quis poteſt procurare ſibi remediū. de ſeruanda caſtitate tam in ſe ꝙ̄ in vxore ſua alia ratione ꝙ̄ vxorem cognoſcēdo per abſtinētiam ſcilicet. ſm illud Terentij. Sine Cerere ⁊ Baccho friget Venus. Et recitat Vegetius. iij. lib. capi. iij. quomodo Penus Hannibal in florente etate vigilijs ⁊ abſtinētia corpus ſuū macerabat. per quas libido extiguebatur. Si hic infidelis hoc effecit ob rei militaris gloriā: quanto fortius debet chriſtianꝰ miles hoc efficere? ergo nō debet exponere ſe vni actui per quē priuatᷣ ratione. namʒ vij. Ethicorum dicit philoſophus. Venus furatur intellectum ſpiſſe ſapientis. quēadmodum qui poteſt ſiti extinguere vino aqua diluto. peccaret vinū purū bibendo: ex cuius potu percutiatᷣ eius ratio ad ebrietatē ⁊ rationis amiſſionē. Nō eſt autē ſimile de ſomno qui ē viro neceſſarius: quia acquirit ſibi aliquid eque bonum vel melius ꝑ ſomnū. digeſtio enim in ſomno ꝯpletur ⁊ mane ſomno peracto citius egerit ꝙ̄ alio tēpore: quia virtus digeſtiua alijs ſenſibus ligatis operatur in ſomno: et vires corporis ⁊ animi firmātur. ergo acquiritur aliquid ita bonū vel meliꝰ ꝙ̄ amittebatur in ratione. ❡ Hic reſpōdetᷣ negando antecedēs: ita commode pro ꝯiugatis loquor. Secūdo conſequētia eſt nulla. ⁊ argumentum/ ſi aliquid valeret/cōtra primam concluſionē militaret. licet enim homo priuetur ratione in coitu ꝑ breuē morulā: hoc excuſatur per equiualēs/faciēdo illud ad qd tenetur/vel ꝙ licite poteſt. Tertio ſic ⁊ melius. priuari rōne nō arguit pctm̄/qm̄ homo facit actum licitū: vt pʒ in dormiente: ⁊ pugnante in bello iuſto: cuius ratio percutitur ꝑ vulnera inflicta/per medicinā/ſtudium honeſtū vel huiuſmodi. Nō eſt idem ebrietate omni ſapiēti interdicta. vt in. xvij. diſtin. huius diximus. priuari autem ratione nō eſt cauſa quare ebrietas ſit mala: ſed q2 multa alia inhoneſta in ebrietate ꝯtingūt. ❡ Scdo arguitᷣ per Auguſtinum in libro de bono coniugali. Cōiugalis concubitus generandi cauſa/non habet culpam: concupiſcentie vero ſatiande/ ſed tamen cum cōiuge propter



thori fidem: venialem habet culpam. Idem ponit gloſſa Auguſtini prime ad Corinth. vij. et cum (ſatiande) ponitur refrenande. Reſpondetur. auctoritates ſanctorū non canonicorum ſunt ſtricte exponende vbi extreme loquuntur: vt in propoſito: et non extēdende. modo gloſſa Auguſtini in loco allegato dicit ꝙ in tribus bonis matrimonij excuſatur coitus vt non ſit peccatum: vel veniale eſt. ad veritatem autem diſiunctiue ſufficit alterā partem eſſe veram.

❡ Contra ſextā concluſionem arguitur per Gregorium dicentem: vt magiſter in litera allegat in cap. vltimo huꝰ diſtin. ⁊ Gratianus. xxxiij. q. iiij. in ca. Vir cum proprii vxore dormiens niſi lotus aqua eccleſiam intrare non habet. Et paulopoſt. Sed quia ipſa licita admixtio coniugis ſine voluptate carnis fieri non poteſt: ideo a ſacri loci ingreſſu eſt abſtinendum. q2 voluptas ipſa ſine culpa nullatenus eſſe poteſt. Et hoc probat ſubiungens. Non de adulterio vel fornicatione: ſed de legitimo matrimonio ſuſceptꝰ erat: qui dicebat. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum ⁊c. Reſpondetur. Hugo canoniſta hac auctoritate potiſſimum inductus tenet ꝙ nunqʒ actus coniugalis poteſt exerceri ſine peccato: et qui debitū reddit: peccat ſaltem venialiter: quia illic eſt quidam pruritus et voluptas in emiſſione ſpermatis. Ecce virū alioquin ingenioſum: ob ſonum verborum totum mundum illaqueantem. Ego facilius (vbi nulla reſtaret alia reſponſio) decem auctoritates Gregorianas inficiarer ꝙ̄ hoc concederem: dicendo/ipſe ſic dicit: ſed non probat. et tamen vbi quis dicit inopinabile: opus eſt fortiſſima probatione. Sed dictū Hugonis ſic improbatur. Sortes tenetur reddere debitum vxori: et non poteſt reddere ſine peccato: ergo tenetur ad actum peccati vel ad peccandum. Sed forte (ſicut ipſe ⁊ non ſine ingenio) negas conſequētiam. quēadmodum hec conſequentia non eſt valida. Sortes pſbyter tenetur celebrare miſſam: et non poteſt celebrare ſine lingua: ergo Sortes pſbyter tenetur habere linguā. ſic dicetur de alia. Contra. hoc non ſatiſfacit argumento. quia ſicut preſbyter tenetur in caſu celebrare: ſic ſuam linguam ſeruare: ne ſua culpa amittatur. Secundo ad nodum rei. Sortes hunc actum copule coniugi tenetur reddere: hic actus eſt peccatum per te: ergo ad peccatum tenetur Sortes. conſequētia eſt ſyllogiſmus expoſitorius. et antecedens concedis. Abſurdiſſimum autem eſt concedere ꝙ homo ad actum qui eſt peccatū: et non poteſt bene fieri/teneatur. ac ſi cōcederetᷣ ꝙ Sortes teneatur ad celebrationem: et tamen celebratio non poſſit eſſe ſine peccato. ❡ Sufficiēter opinione mea errore Hugonis euacuato: in meipſum argumētādo vertar: probādo ꝙ homo ad peccatū teneatur. Capio actū precepti diuini ad quem Sortes tenetur: et habeat cōſcientiam erroneam ꝙ ille actus eſt peccatum. tunc ſic. Ad iſtum actum Sortes tenetur: hic actus eſt peccatum: ergo ad peccatum Sortes tenetur. conſequētia eſt ſyllogiſmus expoſitorius. et maior patet: q2 eſt actꝰ precepti diuini. et minor patet: quia quicūqʒ elicit actū licet de ſe bonum/ quem iudicat malum/peccat cōtraueniendo conſcientie ſue. ❡ Reſpondetur. illud argumentum non concludit: propter duo. primo admiſſa concluſione iſtius argumenti/nihil habetur niſi ꝙ ad aliquem actum qui eſt peccatum ſibi/ex ſtultitia ſua ipſe teneatur. hoc eſt: ad aliquid Sortes tenetur: ⁊ illud eſt Sorti peccatū/contraueniendo conſcientie ſue. ille tamen actꝰ poteſt bene fieri deponendo conſcientiam erroneam/ et vincibilem. Sed actus coniugalis de quo loquimur nō poteſt bene fieri ſm Hugonem. propterea multum intereſt inter hec duo. Secundo dico: ꝙ nec concluſio argumenti adducti eſt concedenda propter hoc argumentum: licet conſequentia ſit bona. nam maior ex qua partialiter dependet eſt falſa. Sortes enim poteſt implere preceptum dei per medietatem illius actus: ⁊ medietatem medietatis: quia ad nullum gradum illius tenetᷣ. ⁊ ſic ſemꝑ maior eſt falſa. ſed ſi actus in certo gradu preciperetur: oporteret ad priorem viam habere recurſum. Vult autem beatꝰ Gregorius dicere ꝙ plerūqʒ eſt peccatum in hac voluptate propter aliquā inordinationem additam. Ad verbum pſal. dicitur: ꝙ ponitur plurale ꝓ ſingulari: quia illic eſt ſermo de peccato originali: peccata enim parētum Dauidis nō ſunt ſua. gloſſa marginalis Auguſtini illic dicit. Non quia peccatū ſit miſceri cōiugibus: ſed qd ſit de carne: penale ſit. Et gloſſa interlinearis eiuſdē. Non ꝙ de adulterio natus: ſed quia in omnibus trahitᷣ iniquitas ex Adam ⁊ vinculum mortis. Peccatum nāqʒ et iniquitas interdum capiūtur ꝓ pena pcti. Itē qd ſit contra naturā hominis primo inſtituti/poteſt dici peccatum. Etiam peccatum eſt ſupius ad culpam. hinc monſtrum in natura. ij. Phyſicorum vocatur peccatum: non autē culpa. Nec mirabere ſi interdum gloſſemati gloſſema addatur. nam et piſces in aqua ſalſa aliti/ſale iterato egēt. ❡ Ecce tria bona matrimonij: ſcilicet bonum ſacramenti: qd eſt matrimonio eſſentialius: et reliquis duobus eminentius. Bonum fidei/tam in reddendo debito pro loco et tempore. ꝙ̄ non reddendo alteri. ſm priore eſt eſſentialiꝰ matrimonio loquendo de redditione licita. Bonum prolis: vt proles ſi habeatur religioſe educetur. Et licet carnalis copula in coniugio crebro ſit licita: tamen quia plura peccata in eam incidunt et turpitudines: dicitur excuſari ꝑ tria bona matrimonij. Et vltra hec voluptatem actui deus indidit ne ob actum turpem euitaretur generatio. Nā Ariſto. quarta particula ꝓble. problemate. xv. ⁊ in. viij. problemate eiuſdem dicit tantam eſſe turpitudinem in actu vt maſculus nunqʒ eam diligat quā primo cognouit/virginitatem amittendo. Non ſic autem eſt de multis alijs actibus: qui totiens bene fiunt quotiens male. Iſta tamen bona matrimonio non ſunt eſſentialia. Inſuper poteſt quis vxorem cognoſcere gratia prolis generande: hoc eſt quando ꝓbabiliter vel apparenter proles generabitur. Item reddendo debitū vxori: vel quando ipſa aliquo ſigno petit: quia non refert quomodo quis ſuam voluntatem exprimat/verbis an factis. ff. de leg. l. De quibus. vel quando dubitatur de eius incontinentia niſi ei detur. Et poteſt quis etiam petere debitū gratia adulterij in ſeipſo vitandi: qd etiam alia via ad quā non tenetur/poteſt euitare. Ex quo ſequitur ꝙ poteſt cibis calidis vel oſculis ſeipſum ꝓuocare: ſi aliūde impotens fuerit ad ſatiſfaciendum parti moderate petēti: vt columbe ⁊ viſi faciunt. Eodem modo poteſt vxorem cognoſcere gratia mentis ſerenande: vel corporis preſeruādi in ſe vel in vxore ſua: ⁊ hoc aliquo modo poteſt reduci ad generationem ꝓlis: q2 is qui ſano eſt corpore et mente: eſt aptior ad generādum ꝙ̄ infirmus vel amēs. Societas eīm viri ⁊ mulieris eſt ad amicitiā. viij. Ethi. non ſolum ad ſobolem generandam: ſed etiam ad conſolationem ⁊ alia obſequia mutua preſtanda. Vlterius diximus difficile eſſe in lumine naturali ꝓbare ꝙ coitꝰ viri cū ꝓpria vxore gratia mode…e voluptatis ſit peccatum imputabile: hoc eſt culpa: dūmodo non ponatur alia mala circūſtātia: ⁊ nolit maritus cū aliqua alia cōcūbere ꝙ̄ cū ſua ⁊ contra: nec ſit in iacturā corporis aut anime in eo vel in vxore eius: aut ꝓlis. Sancti tamē ra-

tiõabiliter rigide ⁊ ſeuere de carnali copula locuti ſunt: nõ q᷑ iudicarũt eã vtrobiq̃ eſſe malã: ſed ob ꝓnitatem qua in ea delinquit͛. verũ eoꝝ dicta nõ oportet extẽdere: ſed potius in hac parte reſtringere: ne oẽs coniuges dãnemus. Et theologo expedit tũ in confeſſione audiẽda: tũ in conſilio dãdo/ ſcire qui in ea re ſunt culpabiles: et qui nõ. ¶ Apoſtolus quoq̃ vas electiõis ⁊ virgo ꝓnitatẽ humanã in libidinem cõſiderãs ꝑme ad Corinth. vij. paucis verbis de carnali copula magnã cõpleuit ſentẽtiam. Cuius dicta epilogãdo ponã ꝑ ꝓpoſitiones: vt ad eas obtutum in hac materia dirigas.

¶ Prima propoſitio: bonũ eſt homini mulierẽ nõ tãgere. ¶ Secũda ꝓpoſitio. Propter fornicationẽ aũt vnuſquiſq̃ ſuã vxorẽ habeat: ⁊ vnaqueq̃ ſuũ habeat virũ. hoc eſt: poteſt ſine peccato ſatiſfacere ſuo appetitui cũ ꝓpria cõiuge. Melius eſt enim nubere q̃ vri. Ex quo ſequit͛ q᷑ maritus poteſt ⁊ reddere debitũ ⁊ petere gr̃a euitãde fornicationis: ſiue in ſe/ ſiue in ſua. hoc eñ exp̃ſſe illa v̾ba volũt. qđ magis adhuc explicãs. Tertiã ꝓpoſitionẽ ponit. ¶ Vxori igit͛ vir debitũ reddat: ⁊ ɔtra. Subdit cãm in quarta ꝓpoſitiõe dicẽs. ¶ Mulier ſui corporis poteſtatẽ nõ habet: ſed vir: ⁊ cõtra. Per quã ꝓpoſitionẽ intelligo Apoſtolũ dicere voluiſſe. Cum vir habeat dominiũ corporis vxoris: et contra: poteſt mulier gr̃a ſanitatis corporis vel inẽtis habẽde vti corpore viri ſui: q᷑ poteſt vti re ſua: vbi nõ eſt ei aliqua lege naturali diuia vel humana iterdictũ. ¶ Quĩta ꝓpoſitio. Nolite fraudare iuicẽ niſi forte ex conſenſu ad tẽpus: vt vacetis orationi. Per hãc ĩtelligo neutrũ coniugũ poſſe caſtitatẽ vouere ſine alterius ɔſenſu: aut religionẽ ꝓfiteri. ſed ſi mulier in aliquo ſctõ tẽpore continere velit: ⁊ nõ poſſit ſuum maritum ad cõtinẽtiã ſimilem inducere: reddat ei debitũ: ne adulterij viri arguat͛. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Et iterũ reuertimini in idip̃m ne tẽtet vos ſathanas ꝓpter ĩcõtinẽtiã veſtrã. hoc eſt: ſi ɔiugũ alter ſit in p̃iculo incõtinẽtie: ſibi mutuo debitũ reddãt: ⁊ petãt ob incõtinẽtiã euitãdam. ¶ Septima ꝓpoſitio. hoc aũt ſm̃ indulgẽtiã dico: ⁊ non ſm̃ imperiũ. vbi gloſſa ĩterlinearis. Et ideo non peccat q̃ aliter agit: ĩmo peccat q̃ ſic agit: ſed leuius. Sed certe hãc gloſſam non intelligo. volebat Apoſtolus hoc dicere: non eſt p̃ceptũ cõtrahere: ſed ꝑmitto tãq̃ licitũ. volo aũt oẽs homines eſſe ſicut meip̃m. ¶ Poſtremo adhortor dominũ p̃dicatorẽ: in ſermone de ſexta ⁊ ſeptima cõcluſione: et oſculis cõiugij licitis: ⁊ de ꝓuocatione ꝑ cibos et medicamina in caſu rationabili loqui nõ debere: q᷑ nõ omne verũ ⁊ licitũ eſt in vulgus ſpargẽdũ: ſed ſolũ illud qđ poſſe edificare iudicet prudẽs. ſcimus tñ interdum ex rationabili dicto/ verbi diuini declamatoris prudẽtis/ occaſionem malos accipere: qđ concionator euitare non poteſt.

### ¶ Diſtinctionis Trigeſimeſecunde. Queſtio Prima.

MAgiſter in hac diſtinctione trigeſimaſecunda ferme ſimilem materiã precedenti tractat. Propterea illã ꝓſequẽdo q̃rã. An alter coniugũ ſemꝑ tenea͛t alteri petẽti reddere debitũ: et quomõ caſtitas ɔiugalis ſeruãda ſit. Pro ſolutiõe q̃ſtionis memorie mãdabis ex q̃ſtiõe p̃cedẽte aliquos caſus in quibꝰ actus matrimoniales licitos diximus. Nunc de tp̃e/ loco/ ⁊ alijs occurrẽtibus loquemur ꝑ cõcluſiones. ¶ Prima eſt. In occulto ⁊ cum verecũdia eſt debitum cõiugi reddẽdũ. Probat͛ ɔcluſio. poſt pctm̃ ꝑmi parẽtis hoĩes de mẽbris genitiuis verecũdant͛: ⁊ ea occultant inſtinctu naturali: ergo ſignũ eſt q᷑ eoꝝ actus eſſe debẽt occulti. Secundo ꝓbat͛ idẽ. Si fieret talis actus in publico: cũ homĩes ſint ad carnis vitia ꝓcliues: aꝑiret͛ via peccãdi et ꝓximos ſcãdalizãdi. Q᷑ cũ verecũdia cõiunx ſit tractãda/ patet. Nã ꝑ verecũdiã ſeruat͛ caſtitas: ergo vbi cõiunx eſt effrons frontem attritã ⁊ meretriciã habens: eius caſtitas p̃iclitat͛. hec pars etiã roborat͛ ab Ariſtotele ſcđi Oeconomicoꝝ. iij. vbi hoc ex Homero ꝓbat dicẽs. Nam neq̃ amorem neq̃ timorẽ abſq̃ verecũdia laudat Homerꝰ: ſed vbiq̃ amare p̃cipit cũ modeſtia ⁊ pudore. Eo quidẽ modo timere Helenã Priamũ inq̃t ita dicentẽ. O metuẽde mihi ſemper ſemperq̃ timẽde Chare ſocer. Et Vlyſſes ad Nauſicaã inquit. Te mulier valde equidem admiror/ ⁊ metuo. nam nemo deteriorẽ ſe admiratur et reueretur. ¶ Secũda ɔcluſio. vir vxorẽ deſiderãs debet eã in ſanctis legibus tenere occupatã: ⁊ in officijs domus: benigne eã tractãdo: ⁊ ei fidẽ ſeruando: virtutẽ ⁊ caſtitatem laudãdo. probatur. quia deũ timẽdo magis ſeruabit caſtitatẽ/ ne deũ offendat. Secũda pars patet: q᷑ ſi veterno torpeat: via malaꝝ cogitationum aꝑit͛. Tertia pars patet: q᷑ ſic ipſa eũ magis diliget: ⁊ credet eũ meliorẽ: ⁊ ex hoc eũ plus reuerebit͛: ⁊ caſtitatẽ ſeruabit. Quarta pars patet: q᷑ in vindictã ſtudebit caute ei nõ ſeruare fidẽ. Hoc ꝓbat Ariſto. ſcđi Oeconomicoꝝ. iij. ꝑ ſtultitiã Agamẽnonis Briſeidẽ barbarã in publica grecoꝝ concione Clytemneſtre p̃ferẽtis. At Vlyſſes cum Calypſo Atlãtis filia: ſempiternitatem etiam pollicẽte ꝑmanere noluit: q᷑ ei cure erat ꝓpria vxor Penelope. ⁊ ꝓpterea ip̃a fidẽ ei ſeruauit. hinc verificat͛ vulgare ꝟbũ. Frãgẽti fidẽ frãget͛ fides eidẽ. Vltima pars patet: q᷑ virtꝰ laudata creſcit. ¶ Tertia ɔcluſio. Vir tenet͛ debitũ reddere vxori: ⁊ e diuerſo: niſi aliquo caſu legitimo excuſetur: patet prior pars: q᷑ hoc eſt p̃ceptũ: ex q̃ſtiõe p̃cedẽte. ſecunda pars ꝓbat͛: q᷑ eſt p̃ceptũ affirmatiuũ: ergo ſolum obligat ꝓ loco et tẽpore. quãdo aũtẽ hoc ſit: patebit ſoluendo obiectiones aliquas contra concluſionem.

¶ Contra primam concluſionem arguit͛. Certe corpꝰ eſt ipſius Sortis: ergo poteſt illo vti in publico: vt Diogenes Cynicus feciſſe dicit͛. Reſpondet͛. ɔſequẽtia eſt iualida. Aliq̃d eñ eſt licitũ ⁊ honeſtũ vno mõ: qđ alio mõ eſt ĩhoneſtũ. Nemo enim eſt q̃ nõ nouit ĩhoneſtũ eſſe/ vẽtrẽ in publico exonerare: qđ tñ in occulto licet. Qđ de Diogene circũfert͛/ anile eſt cõmentũ. is eñ erat omniũ hominũ ſiue tẽpeſtatis tẽperatiſſimus. ⁊ dicebat͛ caninus q᷑ hominũ mores vitioſos carpebat: ac ita canis latrãs erat: nõ modo Athenis cõſpicuus: ſed totius grecie fulgentiſſimum iubar: de quo ſuperbus ille Alexãder dicere ſolitus erat. Si non eſſem Alexãder/ vellem eſſe Diogenes.

¶ Contra tertiã concluſionem arguitur ſic. Aegrotus ſeu infirmus vel leſus nõ tenet͛ reddere ɔiugi petẽti debitũ: ergo cõcluſio falſa. Rñdet͛. conſequẽtia eſt nulla: q᷑ homo habet p̃ceptũ de ſeruãda vita ꝓpria: ⁊ aliud de reddẽdo vxori debito. ſtrictius autẽ obligat͛ ſeruare ſuam vitã vel vxoris q̃ ei reddere debitũ. ⁊ licet ex nõ redditione debiti ſequat͛ incõtinentia ex culpa vxoris: illa viro non ĩputabit͛ legitimã excuſationẽ habẽti: qui forte eſt ethicus vel alio morbo laborat: ⁊



reddendo notabilem iacturam in corpore patietur: vel mulier/ ſi ipſa morbo laboret. Iſtud patet per ſimile in naturalibus. nam homo ſuperfluum tertie digeſtionis pro continuatione ſpeciei emittit: ⁊ bonum nutrimẽtum pro ſe tenet. Sed obijcies q᷑ ſanus tenetur reddere debitum vxori leproſe. de coniu. lepro. c. j. Reſpondetur. ſanus non tenetur continuo aſſiſtere ⁊ cohabitare cum leproſa coniuge: ſed tenetur ei reddere debitum: quia non eſt veroſimile q᷑ eam cognoſcendo incurret lepram. q᷑ ſi leonina lepra percuſſa fuerit mulier: ſic ſcilicet q᷑ medicorum iudicio ſanus nõ poſſit eam cognoſcere quin tabificã leprã contrahat: non credo q᷑ teneatur ei tũc reddere debitum. hic medicis qui conſiderãt ſanũ ⁊ egrum credatur. vnuſquiſq̃ enim in ſua arte ſapiens eſt. Vxor autem ſana tenetur viro leproſo reddere debitum: quia non eſt tãtum periculi lepre contrahende in ea. nã multorum leproſorum vxores etiã cum maritis cohabitantes videmus non ꝑcuſſas lepra. Vir itaq̃ et mulier quo ad copulã carnalem iudicãtur ad paria/ quando cauſe ſunt pares. Satis autem vulgatum eſt: q᷑ ſanus cognoſcens ſanã a leproſo cognitã/ leprã incurret. ergo a fortiori leproſam cognoſcens. ⁊ hoc ſi cognoſcat cognitã a leproſo in partibus inferioribus infecto: quia forte manent infectiones adhuc in matrice mulieris. ¶ Secundo arguitur ex parte loci. Sortes non tenetur reddere debitum vxori ſue in loco ſacro in occulto: etiam licet illic cohabitent tempore belli ad magnum tempus. ergo concluſio falſa. Antecedens patet: quia per hoc locus ſacer polluitur. c. ſi. de cõſecra. eccle. vel alta. ¶ Reſpõdetur negando q᷑ non liceat. nam poteſt reddere ⁊ petere in caſibus licitis: de quibus queſtione precedente locuti ſumus. Et eccleſia per hoc nullo modo polluitur: immo per occultam pollutiõem mortalem fornicariam non pollut͛ eccleſia. ea enim que occulte fiunt non egẽt reconciliatione. ¶ Tertio arguitur ex parte temporis. Magiſter in hac diſtin. c. iij. et Gratianus. xxxiij. q. iiij. ca. Chriſtiano. allegãt Aug. in lib. queſtionũ vete. ⁊ noui teſta. dicentem. Chriſtiano cum vxore ſua aliquãdo conuenire licet: aliquãdo non licet. propter proceſſionis enim dies ⁊ ieiuniorũ aliquãdo non licet conuenire. ⁊c̃. Et Hieronymus in quodã ſermone. ⁊ habet͛ in queſtione et cauſa allegata. c. Sciatis. dicit q᷑ tẽpore quo vxori debitum redditur: abſtinere oportet a carnibus agni. Idẽ dicit Ambroſius in ſermone de aduentu domini. ⁊ citatur ibidem. ca. Fratres. ¶ Reſpondetur. vir poteſt vxorem cognoſcere cauſa ꝓlis generande: vel reddendi debiti vxori: quãdo certum eſt vel ſaltem dubium ip̃am habere rationabilem cauſam petendi: vel euitãdi adulterij in ſeipſo. vt in diſtinctione precedẽte diximus. Auctoritates autem inducte ſunt de cõſilio. nec tenetur vir abſtinere ab eſu agni: ſi inueniat ſe bene diſpoſitum mẽte in craſtino. ⁊ hoc ſi non faciat ob contemptum: ſed vt reddat debitũ: vel quatenus ſe a peccato p̃ſeruet. quare ergo abſtinẽdum eſt ſi expreſſa ꝓhibitio eccleſie non ſuperueniat: ſancti autem conſuluerũt illo tempore abſtinere ꝓpter pericula peccatorum que illi actui ineſſe ſolent. ſed vbi eſt viro probabile q᷑ illa non euenirẽt/ vel iudicio ſacerdotis cũ quo conſultat in cõfeſſione vel extra confeſſionẽ: non eſt neceſſe abſtinere. ¶ Quarto arguitur. non eſt neceſſe reddere debitum mulieri menſtruate que de menſe in menſem ſanguine mouetur: ſicut marebis in die naturali: et quartana febris de quarta in quartã q̃diu durat. Nam dicit Hieronymus ſuꝑ illud Eſaie. lxiiij. Quaſi pannus menſtruate/ vniuerſe iuſtitie noſtre. Tunc concipiuntur membris damnati/ ceci/ claudi/ leproſi. vt quia parentes non erubuerunt in conclaui cõmiſceri: eorum peccatum patenter et aperte redarguatur in paruulis. Ex hac auctoritate ſic formatur ratio. non licet cognoſcere maritã in iacturam ꝓlis/ vel ſi egritudo corporis ſit conſecutura: ergo etiã non licebit ad euitãdã leprã vel aliã calamitatem iã ab Hieronymo nominatã. Et Leuitici. xviij. dicit͛. Ad mulierẽ que patitur menſtrua non accedes. Qđ ſi concedas: obijcio. licet cognoſcere mulierem leproſam: et facilius ex ea generabit͛ ꝓles leproſa/ q̃ ex menſtruata muliere. Forte dicis. in lepra morbus eſt continuus: et ꝓles aliter generari non poteſt. ſecus eſt de menſtruata muliere que fluxum talem ꝑ temporum viciſſitudines patit͛: ⁊ eſt morbus momentaneus. Contra hoc arguo. ſi generare ꝓlem leproſam ex ſe eſſet peccatũ mortale: vbicũq̃ eſſet illud/ eſſet peccatum mortale. ¶ Reſpondetur de muliere menſtruata. vel ipſa iudicat virum ſuum habiturum ſe magis inuiſam ſi id vitij in ea deprehendat ſi dicat: ⁊ tũc excuſat͛. vel neuter eorum ſcit q᷑ tempore illo ꝓles genita iacturam patiet͛. ⁊ ſic vterq̃ excuſat͛. vel iudicat ſi vir ſciat/ nõ abſtinebit: qđ ex more viri cognoſcere poteſt. et ſic excuſat͛ mulier. vel non eſt veroſimile q᷑ generabit͛ ꝓles in illo conceptu: ⁊ tunc debitum reddens nõ peccat. ſi vero credat q᷑ abſtinebit vir ſi ei dicat morbum cõmunem mulierum: dicat: nec eſt erubeſcendum in hoc. vt fecit Rachel illudẽdo Laban patri ſuo. ſi autem non abſtineat vir/ peccat: ⁊ mulier reddẽs excuſabit͛. Ex his reſpondere potes ad auctoritatem Hieronymi. Auctoritas autem Leuitici: extra moralia nõ habet apparentiã. Eodẽ modo de muliere poſt partum dicendum eſt. nã poteſt vir vxorem ſuam accedere anteq̃ ipſa templum ꝓ purificatione ingrediat͛: q᷑ continere ꝑ numerum dierum eſt cerimoniale legis nunc non obligãs: ⁊ hoc poſtq̃ matrix eſt a ſuꝑfluitate purgata. Recitat nãq̃ Auicẽna in lib. de animalibꝰ. c. de formatione embryonis in ſpeciali. Sãguis menſtruus in pregnãte trifariã ſcindit͛. Vna pars eſt ꝓ pueri cibo. Alia pars ad mãmillas ꝓ fetu nutriẽdo extra vterũ trãſmittit͛. De tertia parte locuti ſumus. Sed q᷑ viri non intereſt ſcire de hac purgatione: nõ accedat ad vxorem quouſq̃ mulier eum admittat: que tempus purgationis nouit. fortaſſe etiã morbũ habet ob labore in partu. ¶ Hactenꝰ viſum eſt quomodo vxori reddendum ſit debitum in occulto. ⁊ addo/ non exceſſiue ſed moderate reddendũ: ne maritus vxorem ad libidinem ſuapte natura promptã/ faciat procliuiorem: nec poſſit facile caſte viuere in ſua abſentia. non inducat mechos ⁊ indiſciplinatos in familiaritatem: nec tales teneat famulos. ſed ſeruet ei fidẽ/ eam diligens cum verecundia: ac ante omnia eam doceat timere deum. nec facile in caſu dubio de ea male ſuſpicetur: ne ſeipſum fruſtra torqueat. nã ſi clãculum ipſa fuerit meretrix: ⁊ falſos faciat heredes ſine eiꝰ culpa: ei non imputabitur. Si vero publicetur error ambiguus: in mulierem peccat et in ſuos: ⁊ deum offendit: et plagam inemendabilem in domo erigit: ac in merore tota vita ſua et ignominia manebit. ꝓpterea ſit in his prudens/ et incommoda hincinde ante eliminet q̃ indicet. Et licet famulorum aliqui ſiniſtre de vxore referant: iudicet hoc ex inuidia dictum/ eis ſilentium indicendo. at ſi hoc eſſe verum cognouerit: vxore vocata ſic dicat. talia de te a paucis referuntur fortaſſe falſa: quibꝰ amore tui deuinctus ⁊ nota vite ꝓbitate motus/ facile aſſentiri nequeo. ſed te rogatam facio per ſuperos/ per meum caſtum amorem: ⁊ in te fidem: et liberorum charitatem: ⁊ tue familie ⁊ mee ⁊ totius vicinie honeſtatem: vt a cõſuetudine ⁊ ſocietate talis abſtineas. q᷑ ſi amore non moucaris: te numina/ penates/ me/ liberos/ mũdũq̃ omnẽ

grauiter offendiſſe exiſtimes:in tue vite perniciem ⁊ notã ꝑpetuã. Si his ⁊ ſimilibꝰ nõ moueat̃:marmoreã cautem ⁊ incorrigilem exiſtimato mulierem.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeſecũde.
Queſtio Secunda.

QVia magiſter in ſecundo capitulo huius diſtinctionis inquirit:an vnus coniugum poſſit vouere ſine conſenſu alterius: propterea ſecundo loco quero id ipſum. quid nominis voti relinquã ꝑ diſtinctione.xxxviij. Pro q̃ſtionis deciſione pono aliquas cõcluſiones. De voto aũt ſimplici in p̃mis duabꝰ cõcluſionibꝰ loquor. ¶ Prima ꝯcluſio. Aliq̃s vouẽs/m̃rimoniũ poteſt ꝯtrahere ſine pctõ. Probat̃. is q̃ iurat m̃rimoniũ ꝯtrahere:vouẽs põt vtrũq; facere. vt dicit pontifex de ſponſa. in.c. Cõmiſſum. modo nõ intendat m̃rimoniũ ꝯſummare. ¶ Secũda ꝯcluſio. Votũ ſimplex impedit m̃rimoniũ ꝯtrahendũ:ſed nõ dirimit ꝯtractũ. hoc eſt:ſic ꝯtrahẽs animo ꝯſummãdi:peccat ꝯtrahẽdo:ſed m̃rimoniũ tenet etiã ſine diſpenſatiõe. Prior pars patet:q2 cõtrauenit ſuo voto:ergo peccat. Secũda pars patet in.c. Rurſus. ⁊ in.c. Conſuluit. q̃ cle. vel vouen. Ratio eſt:q2 tales ꝑſone nõ illegitimãtur ab eccleſia:nec ab aliq̃ alia lege:ſiue ãbe ꝑſone votũ ſimplex emiſerint: ſiue vna tñ. ¶ Tertia ꝯcluſio. Poſt carnalẽ copulã vir nõ põt ꝓfiteri religionem ſine ꝯſenſu vxoris ſue. Probat̃:q2 nihil põt vouere in p̃iudiciũ vxoris. modo nõ habet liberũ dominiũ ſui corporis ex diſtinctione p̄cedẽte. ¶ Quarta ꝯcluſio. Cõiugatꝰ poſt carnalẽ copulã religionem aſſumẽs ꝯtradicẽte vxore:⁊ ei reſtitutꝰ:nõ tenet̃ ea mortua religionem ꝓfiteri. probat̃ ꝑ.c. Quidã. ⁊.c. Placet. de ꝯuer. ꝯiug. ⁊ ratio eſt:q2 ꝯtractꝰ erat ꝑ vxorẽ irritatꝰ:ergo nõ erat religioſus. ſi vero votũ ꝯtinẽtie erat ꝑpetuũ: mortua vxore tenet̃ ſub pena pctĩ ꝯtinere. ſi tñ ꝯtrahat: manet matrimonium: quia erat ſolum votum ſimplex. ¶ Quinta ꝯcluſio. ſi maritꝰ religionẽ ꝓfiteãt:⁊ votum nõ ſit irritatũ ab vxore in vita:poſt mortẽ vxoris manebit religioſus. ꝓbat̃ ꝯcluſio. per.ca. Conſuluit. de ꝯuer. ꝯiug. ¶ Sexta ꝯcluſio. de ſubſtãtia religiõis nõ req̃rit̃ neceſſario vt alter ꝯiugũ voueat ꝯtinẽtiã:vel ꝙ interueniat ꝯſenſus epĩ. Probat̃ hec ꝯcluſio. ꝑ.c. Ex parte. vbi eſt caſus exp̃ſſus de quodã in egritudine ꝯſtituto:q̃ conſentiẽte vxore habitũ ſuſcepit monachalẽ. poſtmodũ liberatꝰ vxorẽ ſuã retinuit:⁊ ea defuncta aliã duxit. Mãdauit põtifex ꝙ vir ille ad religionẽ cõpelleret̃:⁊ mulierẽ dimitteret. ſi aũt fuiſſet votũ ſimplex ſolũ:⁊ non votũ ſolẽne:ſecũdũ m̃rimoniũ de facto tenuiſſet: ⁊ nullo modo fuiſſet rumpendum.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit̃ ſic. votũ ſolẽne dirimit m̃rimoniũ ꝯtractum:ergo ⁊ votũ ſimplex. tenet ꝯñtia:q2 ambo eq̃liter obligant corã deo. Rñdet̃ ꝯceſſo añte negãdo ꝯñtiã cũ ꝯñte. ⁊ ꝓbatio eſt nulla:vt ptꝫ ꝑ.c. vnicũ. de voto. lib. vj. ¶ Secũdo arguit̃ ꝯtra eãdẽ ꝯcluſionẽ. ſi Sortes voueat voto ſimplici:⁊ m̃rimoniũ de p̄ſenti ꝯtrahat:nõ põt reddere debitũ ſine pctõ etiã ꝯiuge petẽte. ergo nõ eſt verũ m̃rimonium. Rñdet̃ ꝯcedẽdo totũ añs. ⁊ rõ eſt:q2 p̃mo reddendo peccat:cũ poſſit adhuc votũ ſeruare:religionẽ ꝓfitẽdo. Si tñ ſolũ ꝓpoſuerit ꝯtrahere:⁊ non ꝯſummare abſq; voto: põt debitũ reddere ſine pctõ:q2 ꝯtraire bono ꝓpoſito de ꝯſilio ſine voto nõ eſt pctm̃. qđ ptꝫ de illo q̃ ex ꝯſuetudine ⁊ de ꝯſilio dicit quolibet die aliq̃s preces: ⁊ poſtea illas relinquit qñ vult ſine pctõ. Sed ꝙ primũ is q̃ vouit vxorẽ cognouit: iã non põt ad religionẽ vxore inuita trãſire: ſed tenet̃ reddere debitũ vxori petẽti. Hoc eñ eſt de iure diuino:cũ ꝑ carnalẽ copulã facti ſint vna caro. et ſic ſcđo reddẽdo/ ⁊ deinceps nõ peccat plus ꝙ ſi nõ vouiſſet. ⁊ ita ex culpa ſua abſoluitur a parte ſui voti ꝑ aliud ſtrictius obligãs ſic cõpoſſibile de facto ſuo voto. queadmodũ incurrẽs egritudinẽ ex culpa ſua abſoluit̃ a ieiunio quadrageſime. ¶ Sed an poſſit petere debitum: eſt maior difficultas. Et vtrinq; arguit̃. ad partẽ negatiuã ſic. licitũ eſt ei nũq̃ debitũ petere:ergo adhuc eſt obligatus ſeruare ſuũ votũ quo ad illud qđ ſeruare põt; ꝑ illã regulã iuris. Si nõ valet qđ ago vt ago:valeat vt valere poſſit. de quo in.c.j. de deſpõſa. ĩpube. lib. vj. Ad partẽ affirmatiuã argumẽtor. tenet̃ reddere debitũ:ſꝫ erit ei nimis difficile reddere niſi interdum cũ muliere dormiens poſſit petere. Difficile eñ eſt in medijs vndis ſiti laborare. Inſuꝑ m̃rimoniũ eẽt in nimis grãde onus mulieri. nã ipa ſola haberet verecũdiã in petẽdo:in reddendo enim nõ eſt tãta verecũdia. modo verecundia debet eq̃liter iter eos diuidi:ſaltẽ nõ relinqui ĩfirmiori vaſculo. ſ. mulieri:cui verecũdia eſt magis annexa ꝙ viro. ergo etiã debitũ põt petere. Concedo cõcluſionẽ harũ rationũ ad partẽ affirmatiuã adductarũ: tã cũ ꝓlis generãde ꝙ debiti reddẽdi ad ſeruãdã mulierẽ ꝯtinẽtẽ:⁊ ad ſeipm̃ ab ĩcõtinẽtia ꝑſeruãdũ. Petat ergo diſpẽſationẽ ab epõ q̃ in hoc caſu diſpẽſare põt ꝓpter ꝑiculũ caſtitatis ꝑdẽde: q̃ in hoc diſpẽſare põt:vt in dicto.c. Rurſus. cõmuniter tenet̃. q2 epĩs diſpẽſat ob ꝑiculũ fornicatiõis vt poſt votũ ſimplex caſtitatis q̃s ꝯtrahat. c. Veniẽs. q̃ cle. vel vouen. ⁊ ſi ambo ꝯtrahẽtes votũ caſtitatis emiſerint:epĩs adhuc facere põt vt debitũ petãt ⁊ reddãt: ſed ꝓles ſic generata erit illegitima. vt notat Innocẽtiꝰ i.c. Dudũ. de ꝯuer. ꝯiu. q2 non eſt ampliꝰ m̃rimoniũ quo ad exercitiũ carnis. De illegitimatione tñ que eſt penalis/ niſi vlterius ſuꝑ hoc doceat:nõ credat̃ illi. ſed de hac legitimatione parum theologi intereſt.

¶ Contra tertiã concluſionem arguitur. de voto ⁊ voti redẽptione.c. Ex multa. §. In tanta. dicit̃ ꝙ vir põt ĩplere votũ adeũdi terrã ſctãm ſine ꝯſenſu vxoris:⁊ põt illic tota vita ſua ꝑmanere:ergo ⁊ poteſt vouere. Rñdet̃. vxor põt virũ ſeq̃. vel forte occidet̃ in bello:⁊ ita mulier erit libera ad ꝯtrahẽdũ. Vlteriꝰ dico ꝙ male ⁊ ĩprudẽter facit vir relinquẽs vxorẽ ſuã in ꝑiculo ĩcõtinẽtie rõne ſue abſentie. ¶ Preterea arguit̃ ꝓbando ꝙ quarta ꝯcluſio ſexte repugnet. In ꝓbatione ſexte ꝯcluſiõis vir vxori reddebat̃. ergo ꝯtractꝰ erat irritatꝰ:⁊ tñ poſtea cogebat̃ religionẽ ꝓfiteri mortua vxore. Rñdetur. nõ eſt repugnãtia. nã in quarta ꝯcluſione eſt ſermo de viro q̃ vxore ꝯtradicente religionẽ aſſumpſit:in ſexta aũt cũ facultate vxoris. ¶ Secũdo arguit̃ ꝯtra ſextam ꝯcluſionẽ. vir nõ debet aſſumere religionẽ niſi etiã vxor idipm̃ faciat:vel niſi ſuſpecta nõ ſit ⁊ ꝯtinẽtiã ꝓmittat. ca. Cũ ſis. de ꝯuer. ꝯiu. Rñdet̃ ꝯcedẽdo ꝙ nõ debet fieri de ordine iuris:⁊ peccat aliter faciendo. multa eñ fieri nõ debẽt:que tñ facta manẽt. ⁊ ptꝫ exẽplariter de ꝓfeſſione que nec debet fieri nec recipi citra tẽpus ꝓbationis:ſed facta et recepta tenet. de regula. ⁊ tranſeun. ad religio.c. Ad apoſtolicã. Similiter homo non debet cõſecrare poſt prandium:⁊ tamen reuera conſecrat.

¶ Pro illa rubrica intricata de cõuer. ꝯiu. intelligẽda notato ꝙ ſi m̃rimonialiter ꝯiũcti velint mutare ſtatũ: hoc poteſt fieri multipliciter. aut maritꝰ vult eſſe epĩs ⁊ tũc req̃rit̃ vt vxor ingrediãt monaſteriũ:



etiam ſi nõ ſit ſuſpecta de incõtinẽtia. patet in.c. Sane. Si vero maritus velit ad ordines promoueri:et vxor ſit ſuſpecta:debꝫ ꝓfiteri religionẽ. ſi nõ ſit ſuſpecta:voueat ꝯtinẽtiã in ſeculo. vt dicit̃ in.c. Coniugatꝰ. Aut vult ingredi monaſterium:⁊ hoc multipliciter. Vel inſcia ꝯiuge:aut ſciẽte ⁊ ꝯtradicẽte:aut ea diſſimulãte:aut ea cõſentiẽte ꝑ metum ⁊ dolũ:vel ſimpliciter vxor ꝯſentit non emittẽdo votũ:vel etiã vouet. Si duo p̃ma:põt reuocari. Si tertiũ. ſ. ſciuit vxor:et diſſimulauit:põt in vita reuocare. ſi aũt in vita non reuocauerit:nõ põt poſt mortẽ manẽtis in ſeculo/ ꝓfeſſus relinq̃re monaſteriũ. ⁊ idem eſt in caſibꝰ p̄cedẽtibus ſi in vita nõ reuocet̃:q2 iã ceſſat cã q̃ illũ ingreſſum ĩualidabat. Si alter ꝯſenſit iniuꝰ:fit reuocatio ad ſuã petitionẽ. vt in.c. Accedẽs. Idẽ eſt de dolo.c. Veniẽs. Si vero ꝯſenſit ſpõte in ĩgreſſu alteriꝰ: nõ tñ emittẽdo votũ ꝯtinentie:vel ipa eſt iuris ꝯſcia:aut inſcia. Si p̃mũ:ipa tacite ꝯſentit voto. ad hoc eſt ar. i.c. Ex parte. Si ſecũdũ:debet ad petitionẽ mulieris vir a cenobio euocari. vel vt dicit Io. Calde. ⁊ Panor. inſeq̃tur:et gloſſa idẽ ponit in.c. Vxoratꝰ. ex iudicis officio: q2 p̄ſtãdo facultatẽ alteri religionẽ aſſumẽdi ipa renunciat iuri qđ in alterũ habet q̃re nõ habebit ampliꝰ actionẽ. Sed hec rõ nõ ꝯcludit:cũ ſit iuris inſcia. ſed ſiue ſic ſiue minꝰ:nõ refert. gloſſa in.c. Vxoratꝰ. credit ꝙ vir eſt: religioſus:⁊ votũ ſolẽnizauit quo ad ſe. Epĩs tñ põt eum cenobio euocare vt reddat debitũ vxori. ⁊ hoc idẽ credit Panor. ꝙ ſcꝫ eſt vere religioſus. Ad hoc eſt rõ:quia mortua vxore tenet̃ religionẽ ꝓfiteri: ergo non eſt votũ ſimplex. ⁊ oſtẽdit̃ ꝑ.c. Ex parte. Si vxor ꝯſenſit in igreſſu viri vouẽdo ꝯtinẽtiã:⁊ ſit antiqua:de qua nõ ſit mala ſuſpicio:põt manere in ſeculo:⁊ alter in religione ꝑſeuerabit. vt in.c. Cum ſis. ⁊ in.c. Vxoratꝰ. Si aũt remanẽs in ſeculo ſit iuuenis ⁊ ſuſpectꝰ vel ſuſpecta de incõtinentia:nõ debet ſuꝑior alterũ pati religionem ꝓfiteri niſi alter ſimiliter faciat. ſed ſi reuera ꝓfiteãt tenet ꝓfeſſio:q2 ꝓfeſſio vniꝰ ꝯiugis nõ eſt de ſubſtãtia ꝓfeſſiõis alteriꝰ. ſuſpectꝰ aũt exiſtẽs in ſeculo poſtꝙ vouit/ cõpellet̃ igredi monaſterium:⁊ hoc ſi vouit ꝓfiteri religionẽ. vt in.c. Agathoſa. xxvij. q. ij. Vbi vero ſimpliciter vouit ſolum ꝯtinentiã: dãdo marito facultatẽ aſſumẽdi religionẽ:ſi erat iuris cõſcia/ coget̃ ꝓfiteri. xxxiij. q. v. Qui vxorẽ. ſi erat iuris inſcia:non cõpellet̃ ꝓfiteri/ ſed eſſe in monaſterio. ¶ Ecce quomõ votũ ſimplex vtriuſq; m̃rimonio nõ repugnat:⁊ ꝑ ꝯñs vir ⁊ mulier poſſunt vouere ꝯtinentiã ſtatu nõ mutato. talia aũt m̃rimonia dicunt̃ ſanctiora. xxxiij. q. v. Qđ deo pari. ⁊ ſic vouẽtes poſſunt meliꝰ contẽplationi vacare/a carnalibꝰ ceſſando. hinc Plato de diuinis ꝓfundius eſt meditatus. Sed de mutatiõe ſtatꝰ etiã vtcũq; patuit:quomõ vnꝰ poſt carnalẽ copulã poſſit religionẽ aſſumere:alia ꝯiuge ignorãte/ ſciente ⁊ inuita/ ꝑ metũ/ dolũ/ diſſimulationẽ:aut ꝯſentiẽdo ꝙ alter religionẽ ꝓfiteãt:ſiue ſit iuris inſcia ſiue conſcia: vouẽdo ꝯtinẽtiã:vel ꝓfitẽdo religionẽ. Quomõ aũt poſſit religionẽ aſſumere ante carnalem copulã/ ſuꝑius dictũ eſt. ⁊ quomodo poſt adulterium altera parte inuita poſſit:paulopoſt videbitur.

ET quia magiſter in vltimo ca. huius diſtin. querit:quibus temporibus nõ poſſint nuptie celebrari: idcirco dubitat̃ qñ poſſint nuptie celebrari:⁊ qñ non. Rñdet̃. cũ edictũ de m̃rimonio ſit ꝓhibitoriũ/ qđ nõ eſt ꝓhibitũ/ ꝑ ꝯñtiã eſt ꝑmiſſum. Dico igit̃ ꝙ nuptie ꝓhibent̃ celebrari ab aduentu ad epiphaniã vſq; incluſiue. xxxiij. q. iiij. Non oportet. ij. Itẽ a ſeptuageſima ad octauã paſche incluſiue. de ferijs. ca. Capellanus. Itẽ a p̃mo die rogationũ qui eſt feria ſcđa ante aſcẽſionẽ dñi/ ad octauã pẽtecoſtes vſq; ĩcluſiue. q2 litera dicit: Vſq; ad ſeptẽ dies poſt pẽtecoſten. ſed nõ eſſent ſeptẽ dies niſi dñica includeret̃. Qui tñ his tẽporibꝰ cõtrahit:reuera ꝯtrahit:ſed contra ꝓhibitionem eccleſie et male agit: iuxta verſus quos recitat gloſſa in.c. prefato. Eccleſie vetitũ:necnon tẽpus feriarũ Impediũt fieri:ꝑmittunt facta teneri.

¶ Diſtinctionis Trigeſimetertie.
Queſtio Prima.

CIrca diſtinctionẽ trigeſimãtertiã ĩqua magiſter de vxorũ pluralitate loquit̃. Querit̃. an liceat vel licuerit vnq̃ ſimul plures habere vxores. Rñdetur ꝑ ꝯcluſiones:quarũ prima eſt. Licuit diſpẽſante deo ſimul habere plures vxores. Probatur hec cõcluſio ſic: habere plures vxores:non eſt per ſe et in ſe malum ſicut odium dei: ergo põt deo auctore bñ fieri. Cõſequẽtia tenet:q2 in oĩbꝰ talibꝰ põt deꝰ diſpẽſare. Scđo ꝓbat̃ idẽ habere plures vxores nõ eſt cõtra ius nature ꝓpriiſſime acceptũ:ergo in illo põt deꝰ diſpẽſare. Tertio. Viri optimi:famuli et amici dei familiariſſimi habebãt plures vxores. ergo illud erat licitum. Cõſequẽtia eſt nota in lumĩe naturali. Añs ptꝫ ex ſcriptura de Abrahamo q̃ habuit Saram ⁊ Agar. de Iacob duas ſorores habẽte. ſ. Liã ⁊ Rachelẽ cũ duabꝰ earũ ancillis:⁊ tpe legis de Helcana habente Annã ⁊ Fenẽnã. j. Reg. j. de Dauide plures vxores habẽte. vt ex. j. Reg. ⁊. ij. notũ eſt. ¶ Secũda cõcluſio. admittere vnũ virum ſimul habere plures vxores ſine dei diſpẽſatiõe eſt ꝯtra vtilitatem publicã. Probat̃. Illud eſt cõtra vtilitatẽ publicã qđ lites/ rapinas/ ⁊ vitia iure publica nutrit. ſed ſic eſt in vxorũ pluralitate. igit̃. ꝯñtia eſt nota cũ maiore. minor oſtẽdit̃. nã m̃rimonium ꝓpter ꝓlẽ q̃rit̃: ꝑ pacifica cohabitatiõe viri ⁊ mulieris: ꝓ domo/ pueris/ ⁊ familia moderãdis/ ⁊ ꝓ acquirẽdis ⁊ ꝯſeruãdis bonis fortune: licet p̃mũ ꝑ vxorũ pluralitatẽ meliꝰ acq̃rat̃ ꝙ ꝑ earũ ſingularitatẽ. aliorũ aũt ſequẽtiũ oppoſita ꝓuenirẽt. Non eñ eſſet pacifica mulierũ cohabitatio inter ſe:ac cũ marito lites ⁊ iurgia haberẽt. qđ ptꝫ exẽplo de famatis mulieribꝰ in bonitate. q̃d erit ergo in alijs? vide quanta fuerit inuidia inter Saram ⁊ Agar: poſtꝙ ipa concepit Geñ. xxj. Rachelis in Liã:q2 filios nõ habebat Rachel vt Lia. Geñ. xxx. quãta Anne ſterilis in Fenẽnã fecũdã. quãta Marie ad Moyſen ꝓpter Aethiopiſſam. Numeri. xij. Refert beatꝰ Hieronymus ꝯtra Iouinianũ/ cũ Xanthippe ⁊ Miro vxores Socratis crebro inter ſe iurgarẽt:⁊ ille eas eſſet ſolitꝰ deridere ꝙ ꝓpter ſe fediſſimũ hominẽ/ ſimis naribꝰ/ recalua frõte/ piloſis humeris/ repãdis cruribꝰ diſceptarẽt:nouiſſime ꝟterũt in eũ ĩpetũ:⁊ male multatũ: fugiẽtẽq; diu ꝑſecute ſunt. Quondã cum infinita cõuicia ex ſuperiori loco in gerẽti Xãthippe reſtitiſſet:aqua ꝑfuſus immũda nihil ampliꝰ rñdit ꝙ capite deterſo. Sciebã (inq̃t) futurũ vt poſt iſta tonitrua imber ſubſequeret̃. Ex his videre licet q̃ pax futura ſit vxorũ inter ſe ⁊ cum marito:viſa earũ ĩpudẽtia. vnde Lactãtius. iij. inſti. diui. dicit:nũq̃ aliquã mulierẽ ſciuiſſe philoſophiã niſi Themeſtẽ. Et. iij. Politicorũ. ait Ariſto. Si mulier ſit eloquẽs:nõ eſt ꝟtuti aſcribẽdũ ſed loquacitati. ac ſi diceret. Suapte natura mulier eſt loquax. Cui ꝯſonat Baptiſta i Bucolicis

Aegloga q̄rta de muliere loquens. Et lepor in molli radiat meretricius ore. Flet: ridet: ſapit: inſanit: formidat: ⁊ audet. Vult non vult: ſecumq; ſibi contraria pugnat. Mobilis/ inconſtans/ vaga/ garrula/ vana/ bilinguis: Imperioſa: minax: indignabunda: cruenta: Improba auara: rapax: querula: inuida: credula: mendax. et paulopoſt. Seminat in vulgus nugas: auditaq; lingua Auget: ⁊ ex humili tumulo ꝓducit olympū. Diſſimulat: ſimulat: doctiſſima fingere cauſas: Vndiq; dolos: fraudiq; accommodat ora. Hinc mulier teſtimonium ferre prohibetur in cauſa criminali. de verbo. ſignifi. in. c. Forus. vbi dicitur. Nam varium ⁊ mutabile teſtimonium ſemꝑ femina ꝓducit. Et gloſſa illic verſus ponit. Quid leuius fumo? flamē. Quid flamine? ventus. Quid vento? mulier. Quid muliere? nihil. Cum igitur iſte ſint mulierum conditiones: quomodo morabitur aliquis in pace cum eis? Et cum ſint natura auare: vt Seneca in libro Declamati. dicit colligerent pro ſe et ſuis liberis: et maritum bonis fortune ſpoliarent: potiſſimum vbi curā haberent familie. quemadmodum habent in magna parte Europe: vbi in domibus non concludūtur. Cum igitur hec incommoda contingant: contra vtilitatē publicam humanam eſt plures habere vxores. Lege autem ciuili eum qui binas habebat vxores concomitabatur infamia. C. ad legem Iul. de adulte. l. Eum qui binas. Et Geneſis. iiij. de Lamech ſcribitur. Qui accepit duas vxores. qd̄ non ſine ſale adiectum eſt. vbi gloſſa interlinearis. Primus contra naturam ⁊ morē: adulterium committens. Adde ꝙ vxorum multitudo non facit amicitiam in republica inter affines, non inter ſocerum et generum. nam licet Bocchus Iugurthe filiam haberet vxorem: Iugurtham Sylle dolo tradidit. Dat cauſam Salluſtius in Iugurtha q̄re mulier in Aphrica non annectit duas domos in charitate/ dicēs id eſſe propterea ꝙ Numide ⁊ Mauritani tot habent vxores/ quot alere queunt. ¶ Tertia concluſio. Nullo modo licet in lege gratie plures tenere vxores. Probatur ex verbo Chriſti Matthei. xix. Quicūq; dimiſerit vxorē ſuā niſi ob fornicationē: et aliā duxerit mechatur. Si enim dimiſſa vxore non licet aliam ducere: multo magis nec ipſa retenta. Secūdo probatur idem: per rationes Innocentij Tertij in. c. Gaudemus. de diuor. §. Quia vero pagani. Chriſtus ſiquidem reduxit matrimoniū ad primariam inſtitutionem quando dixit. Ab initio autē non fuit ſic. Sed Ade dictum eſt. Erunt duo in carne vna: nō tres vel quatuor. et Adherebit vir vxori ſue: nō vxoribꝰ ſuis. Nulli enī vnq̄ licuit ſimul plures vxores habere: niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum.

## ¶ Contra primam concluſionem arguitur.

Nunq̄ licuit vni mulieri habere plures viros: ergo nec vni viro plures habere vxores. Dicis. conſequētia eſt nulla. nam vir vnus in pauco tempore poteſt plures impregnare mulieres: ſed plures viri non impregnarent vnam. Contra. contingit vnum virum eſſe frigidū. Si dicas tunc poſſe eſſe diuortium: oppono. poteſt cognoſcere mulierem: ſed erit ineptus ad generandum. ¶ Reſpōdetur. inter arguēdum diſcrimen tactum eſt. fateor tamen ꝙ deus poterat cum vtroq; diſpenſare ꝙ ſicut vir potuit plures vxores hr̄e: ita vna mulier diſpēſante deo potuerit plures habere viros. ſed vnū eſt magis congruum q̄ aliud. nam licet plures vxores concitarēt lites ⁊ rixas mutuas: et ſequerentur mala in probatione ſecunde concluſionis allata: plura tamen ſequerētur abominanda inter viros: qui ſe mutuo ferro confoderent: vbi mulieres ſolum litigant: et ex inſtabilitate ad pacem redeunt. non ſic autem viri. ¶ Secundo arguitur. quando Abraham contraxit cum Sara/ ipſa habebat dominium corporis ipſius Abrahe. ergo Abraham non poterat dare dominium ſui corporis alteri: cum iā datum eſſet Sare. Inſuꝑ poterāt ambe ſimul debitum coniugale petere: et nō poterat vtriq; ſimul ſatiſfacere: ergo neutri contra dicta in diſtinctionibus immediate precedentibus. nec eſt maior ratio quare debitum exolueret vni potius q̄ alteri. igitur. ¶ Reſpondetur ad primū ꝙ Abrahamus conſentiente Sara dedit dominiū partiale ſui corporis Agar. Geneſis. xvj. et. xxxij. q. iiij. Dixit Sara ad Abrahā. Ecce cōcluſit me dn̄s ne parerē: ingredere ad ancillā meā: ſi forte ſaltē ex illa ſuſcipiā filios. Similiter forte Rachel cōſenſit ꝙ Iacob duceret Liā ꝓpter conſuetudinē Meſopotamie ne minor natu nuberet ante maiorē natu. accepit aūt Balā ⁊ zelpham ex cōſenſu Lie ⁊ Rachelis. Geneſeos. xxx. ⁊ ſic introducta eſt cōſuetudo ex conſenſu expreſſo vel tacito prioris vxoris/ accipiēdi ſecūdā vxorē. modo ſciēti ⁊ volēti non fit iniuria. v. Ethi. Deus tn̄ poterat dare facultatē viro ducēdi ſecūdā: priore repugnāte. vtraq; ergo vxorū habebat dominiū corporis mariti. Ad ſecūdum prudētes erāt mariti: ⁊ vxoribꝰ determinata tēpora aſſignabant. qd̄ patet Geneſis. xxx. vbi ꝓ mandragoris quas repperit Ruben tempore meſſis. Rachel conceſſit Lie ꝙ vir cū ea dormiret vna nocte. ex qua genitus eſt Iſachar. nā bone ille matrone generationi operā dabant libidine neglecta. Ex quo ſatis cōuincitur ꝙ noctes habebant determinatas ꝓ concubitu maritali. ¶ Tertio arguitur. Agar fuit ancilla Sare: ergo nō fuit vxor Abrahe. Sic Bala ⁊ zelpha. et interdū vocantur cōcubine. nam Salomon legitur. iij. Reg. xj. habuiſſe ſeptingētas vxores quaſi reginas ⁊ trecētas concubinas. ¶ Rn̄detur. vxores minus principales: que forte vxorū ꝑcedētiū erāt vere ancille: poſtea fiebāt vere vxores: ſed manebant in ſeruitio ſicut antea, quēadmodū ſi nūc potēs ſenex duceret vxoris ſue ancillā poſt mortē vxoris ꝓprie: q: caſtitatem et ꝓbitatē ancille iā nouit. quomō prudētes ⁊ magnos viros ſenes in patria mea factitantes noui. Et pauperiores mulieres dicebantur cōcubine: que tn̄ vere erāt vxores ſicut diuites. Patet iſtud Iudicū. xix. et ſcd̄i Regū. xvj. vbi Achitophel cōſuluit Abſaloni vt ingrederetur ad cōcubinas Dauidis p̄ris: que erāt vere vxores Dauidis. Sed licet Deuteronomij. xvij. ꝓhibitū fuerit regi habere plurimas: non tn̄ plures. quare in hoc Salomon peccauit: et in deum ingratiſſimus erat: q̄ ſibi ſapiētiā tātā dederat: ⁊ latū imperiū cū quiete. Qz aūt mille ſic haberet: poterat eſſe ſicut de Aſſuero gētili ſcribitur: ꝙ nulla veniret ad regē niſi vocata. nā multe earum rariſſime vocabantur forte non amplius ſemel. ¶ Quarto arguitur. vel licuit habere plures vxores ob hominū paucitatē in cultu dei: ⁊ hoc nō: vt patet ante diluuium. nā Lamech: vt dicitur Geñ. iiij. magno opprobrio habebatur ꝙ binas habuit vxores. vel ꝓpter aliq̄d aliud. ¶ Rn̄detur. ſola paucitas hominū nō erat cā quare deus diſpēſabat. ſed cā fundamētalis erat dei voluntas. nā in ꝓ̄cipio erāt homines bene inſtituti: ⁊ māſerūt vna cōtēti. poſtea genere humano multiplicato cum multi idololatrie et vitijs ſe traderent: volens deus gentem vnā paruā habere in qua fidem plantaret; admiſit vxorum pluralitatem gratia filiorum procreandorum.

## ¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur.

In hiſtoria triptita lib. viij. c. xj. legitur ꝙ Valentinianꝰ ſenior legē ꝓtulit vt ꝓcreationis cā liceret duas habere vxores. Inſuꝑ dux eſt dicere ꝙ oēs: plures vxores habentes ſint damnati: vt optimus Socrates duas vxores habens: et multi alij. ¶ Reſpondetur. ille Valentinianus erat Arrianus: et legem illā ob ſuā libidinē tulit. qd̄ ab effectu patuit: nā ipe p̄ter Seuerā vxorem/ Iuſtinā duxit: ex qua Valentinianꝰ iunior natus fuit. Ad aliud dicitur ꝙ cū ante legē gratie non omnes tenerētur legem Moſaycā ſuſcipe: viuētes in lumine naturali ſaluabantur dummodo legem luminis naturalis bene ſeruarent: q: illā impreſſit deus eorum cordibꝰ: que eis tunc ſufficiebat. vel ſi male vixerāt: et penitudine ducebantur: ſaluabantur ſine penitētia ſacramēto. poſt legē vero grē promulgatā omnes habentes plures vxores ſunt in ſtatu damnationis. lex enim gratie obligat omnes. ¶ Sed cōtra hoc arguitur Innocētius Tertius in. c. Gaudemus. de diuor. dicit. Nec vlli licuit vnq̄ habere plures vxores niſi cui fuit diuina reuelatione cōceſſum. Reſpondetur. cum hebreis omnibus tempore legis Moſayce diſpenſatum erat: cum principaliores ⁊ artetes in populo plures habere poſſent: more multorū patrum ante legem. Iſaac autem Chriſti figura ſolā vnā habuit. Sed gentiles omnes durum eſt pro tempore legis Moſayce dānare in ea regione in qua erat hominū paucitas poſt acceptā cladē in bello: vt erat tēpore Socratis: quo lex lata dicitur fuiſſe de pluribus vxoribꝰ habendis ob multos Athenienſes peremptos. et ſic forte ſufficit dicere: vbi erat in gentilibus apparens cauſa in lumine naturali fuiſſe a deo diſpenſatum lege interiore ſufficiente.

## ¶ Contra tertiā concluſionem arguitur.

pontifex poteſt diſpenſare cum religioſo vt vxorem ducat in ſeculo: ergo poteſt diſpēſare cum viro vxorem ſterilem habente vt aliā fecūdā ſuꝑinducat. et ſic duas habebit. Reſpondetur concedendo antecedens: quod patebit amplius diſtinctione. xxxviij. huius. ſed nego conſequentiā. nā vnum dependet ab actu hominis ſpontaneo: ⁊ interpretationem ſuſcipit: aliud autem eſt prohibitum expreſſe a Chriſto. et ſi cum religioſo/ de quo ducitur argumentum: diſpenſetur qui vxorem cognitā in ſeculo habeat: non poteſt aliam illa vxore viuente ducere cum vinculum illud poſt carnalem copulam non ſit ſolutum per mortē ciuilem. ¶ Ex dictis igitur habes ꝙ in initio orbis cōditi nemo poterat ſimul habere plures vxores. Deinceps autem temporis ſucceſſu patres poterant plures habere vxores diſpenſante deo. Scriptura nāq; expreſſe in Geneſi mentionem facit de vxoribus pluribus deuotorum virorū: et poſtea in lege ſcripta. que pluralitas ſine dei facultate non fuiſſet admiſſa. Hinc Auguſtinus ſuper Geneſim: vt allegat magiſter/ dicit. Quando mos erat/ crimen non erat. Vlteriꝰ diximus ꝙ plures vxores habere eſt contra bonam politiam humanam. vt patet ex dictis in ſecunda concluſione. Cum omnibus his que diximus/ ſcimus feminarum multas eſſe bonas. nam ⁊ eccleſia precatur diuam virginem. Intercede pro deuoto femineo ſexu. Et licet multum prone ſint in vitia: per verecundiam tamen et pudicam vitam: illa plurime peſſundant: conculcant: et exterminant. Tunc autem humano generi neceſſarie: ⁊ a deo create in natura bona: modo eam bene moderentur. Aliquid tamen de earum inſtabilitate et imprudentia ſm̄ exigentiā materie quā tracto/ ex induſtria explicaui: ne homines nimis inordinate erga eas afficerentur. nunc vero eaſdem mundo neceſſarias laudo: vt me circa eas ſolum tenuiſſe medium oſtendam. ſicut in philoſophia latitudo vniformiter difformis reducitur ad denominationem gradus medij.



## ¶ Diſtinctionis Trigeſimetertie. Queſtio Secunda.

SEcūdo quæritur circa eādem diſtinctionem. An libellus repudij in lege Moſayca fuerit licite ꝑmiſſus. Pro queſtionis ſolutione memorie mandabis: quadrifariam aliquid eſſe permiſſum. Primo modo minus bonū maioris boni cōparatione. hoc modo matrimonium reſpectu virginitatis eſt permiſſum. et illud eſt licitum. Secūdo modo aliquid eſt permiſſum: quia non punitum. et ſic nullum poſitiuum dicit/ ſed ſolū impunitatem. et dicitur diſſimulatio: permiſſio ſimplex/ ſiue tolerantia: quia non punitur/ ſed non tollitur culpa. hoc modo deus permittit peccata in hoc mundo: quia ea nō ſemper hic punit: ſed in futuro puniturus eſt ſi in eis quis decedat. Tertio modo permiſſio capitur vt duo dicit: ſcilicet impunitatem: ⁊ ꝓhibitionem impeditionis. et hoc modo quis dicitur ꝑmittere aliquid quando illud non punit: et ꝓhibet eos qui volunt impedire facientes tale malum. quemadmodū eccleſia permittit Iudeis vti eſt mortale peccatum: id eſt eccleſia nō punit eos ꝓ illo peccato. et cū hoc ꝓhibet Chriſtianis ne in hoc eos infeſtent: vel eos ab hoc peccato impediant. vt patet in ca. Qui ſyncera. xlv. diſti. Quarto vt tria dicit: primo impunitatem: ſecundo prohibitionem impeditionis: et cum hoc promotionem. hoc eſt: aſſiſtit aliquid facienti: auxilium preſtās vt illud aſſequatur. hoc modo lex Ceſarea aliquas permittit vſuras quia eas non punit: et prohibet ne quis impediat exercere volentes: et dat eis actionem in foro contradictorio vt eis in vſura ſoluatur. Hoc quarto modo tam licitum q̄ illicitum ab imprudentibus ſuperioribus permittitur. bona hoc modo permittuntur et mala.

## ¶ Hoc prænotato dico ad quæſtionem:

duas eſſe poſitiones oppoſitas: ſed pars affirmatiua eſt ꝓbabilis. que ꝓbatur. nā Deuterono. xxiiij. ſcribitur. Si acceperit homo vxorem: ⁊ habuerit eā: ⁊ non inuenerit grām ante oculos eius ꝓpter aliquā feditatem: ſcribet libellum repudij ⁊ dabit in manu illius: ⁊ dimittet eā de domo ſua. Ecce libellum repudij permiſſum ⁊ formā libelli traditam. ergo libellus repudij non erat illicitus. Sed dicis conſequentiā inualidā. nā poteſt legiſlator ſtatuere legem et formam de modo ſoluēdi meretricibus ſine peccato. ⁊ etiam accedentes eas ſoluere poſſunt ſine peccato: tamen actus ꝑ quē pecunia acquiritur/ eſt peccatum. ergo licet poſſit forma ſcribi ſine peccato: repudiare tamen mulierem eſt peccatum. Secundo arguitur ad idem. Si repudiatio vxoris eſſet mala: hoc eſſet/ quia vinculum matrimonij eſt indiſſolubile de lege nature. ſed hoc non obſtat: q: in lumine naturali multi diuortium admiſere. Patet. ff. de diuor. ⁊. C. eo. titu. Oſtenditur idem de regina Vaſthi/ conſilio ſapientum Perſarum ⁊ Medorum ſeparata. Secundo: q̄uis eſſet contra legem naturalem: vt Valerius lib. ij. c. xxxiiij. de repudio dicere videtur: cum inquit. Inter virū et vxorem a condita vrbe vſq; ad vigeſimum et quingenteſimum annum nullum interceſſit. Primus autem Spurius Carbilius vxorem ſterilitatis cauſa dimiſit. qui q̄q̄ tolerabili ratione motus videbatur: reprehenſione tamen non caruit: quia nec cupiditatem quidem liberorum: coniugali fidei preponi debuiſſe arbitrabātur. Non plurimū

ab hac ſententia Aulus Gellius lib.iiij.c.iij. diſcrepat. Hoc tamen non ſufficit. nam licet indiſſolubilitas matrimonij ſit multo rationabilior ꝙ̄ eius diſſolubilitas: deus tamē poteſt in diuortio diſpenſare: ſicut in vxorum pluralitate. ſed vnum fecit ex queſtione precedente: ergo et alterum facere poterat. Tertio arguitur. Si reuera non erat diuortium/et matrimonium ruptum: ſequitur ꝙ contrahēs cum repudiata nullo modo contrahebat. quod eſt cōtra illud quod ſcribitur Deuterono.xxiiij. Cūq̄ egreſſa alterum maritum duxerit/et ille quoq̄ oderit eam: dederitq̄ ei libellū repudij/et dimiſerit de domo ſua/vel certe mortuus fuerit: nō poterit prior maritus recipere eam in vxorem: quia polluta eſt ⁊ abominabilis facta corā domino. ergo textus vult dicere ꝙ ipſa cōtraxit reuera cū ſecundo. nec prior maritus poterat iterato eam recipere: ne homines redderentur propenſi ſuas repudiare vxores. Itē Matthei.xix. ſcribitur. Quicūq̄ dimiſerit vxorem ſuā niſi ob fornicationem/et aliā duxerit: mechatur. ergo per locum a contrario ſenſu: qui dimiſerit vxorē ſuā ex cā fornicationis ⁊ aliā duxerit/non mechatur. Sed illud dices non eſſe magni ponderis: quia vir poteſt aliā ducere etiam vinculo matrimonij manente cum priore. Quarto arguitur. Si vxorem repudiare fuiſſet illicitum: hoc debuit per legem oſtendi: ſm illud Eſaie.lviij. Annūcia populo meo ſcelera eorum. ſed nec per Moyſen. nec poſteriores prophetas hoc oſtēditur: immo potius oppoſitum. nam Malachie.ij.c. ſcribitur. Cum odio habueris eam: dimitte dicit dominus deus Iſrael. Alter tamen erat de vſura. Quinto Chryſoſtomus ſup Mattheum dicit. Sicut apoſtoli permiſerūt ſecundas nuptias ita Moyſes permiſit libellum repudij. ſed ſecunde nuptie ſunt licite: ergo ⁊ libellus repudij. Dices. argumentum a ſimili claudicat vno pede. At licet non omnes rationes adducte opinionem demonſtrent: videtur tamen illa pars apparentior.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur per illud quod reſpondit Chriſtus Matthei.xix. ad queſtionem Phariſeorum. vbi ſic ſcribitur. Et acceſſerūt ad eum Phariſei tētātes eum ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuā quacūq̄ ex cā? Qui reſpondens ait eis. Non legiſtis: quia qui fecit hominem ab initio: maſculum ⁊ feminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem et matrē: et adherebit vxori ſue: et erunt duo in carne vna? Itaq̄ iam non ſunt duo/ſed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non ſeparet. ergo ex his verbis videtur veritas voluiſſe dicere libellum repudij illicitum. ⁊ ita Phariſei intellexerunt: vt videtur per eorum obiectionem contra reſponſionem eius. nam ſequitur in litera. Dicunt illi. Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij et dimittere? acſi more ſcholaſtico dixiſſent. Contra hoc eſt auctoritas Moyſi. Ait illis. Quoniā Moyſes ad duritiā cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras. ab initio autem nō fuit ſic. vbi gloſſa interlinearis ſup verbo (Moyſes) non deus. ac ſi diceret. ſeparatio matrimonij erat contra voluntatem dei: ſed ad maius malum euitādum permittebatur. Etiā ex verbis Chriſti hoc videtur haberi. Et ita diſcipuli Chriſti intellexerūt: ſicut Phariſei: dicentes. Si ita eſt cauſa hominis cum vxore: non expedit nubere. ac ſi dicerent. Si vinculum matrimonij eſt indiſſolubile: non expedit nubere. ¶ Reſpondetur. obiectum eſt apparens ex reſponſione Chriſti. Et ꝙ res fuerit intricata: patet a ſigno. Nunq̄ enim Phariſei in lege exercitati: propoſuerunt Chriſto queſtionem niſi ancipitem ⁊ probematicā: vt quicquid reſpōderet/locus reſtaret obiectioni: more diſputationis vici ſtraminis vel ſorbonici actus: quicquid dicatur impugnando. non tamen addētes: ſm laudabilem conſuetudinem huius alme vniuerſitatis. Si enim dixiſſet libellum repudij fuiſſe licitum: expreſſe obiecissent illa que Chriſtus adduxit a principio de Adā ⁊ Eua: ⁊ bona equitate naturali in oppoſitum. Reſpondeo. igitur ꝙ Chriſtus non reprobauit libellum repudij. nā cum ipſo eſſe licito ſtat tota Chriſti reſponſio: ꝙ non ſic erat a principio: ſed propter duritiā cordis: hoc eſt. Iudeis propenſis ad vxorum cedem deus permiſit. et ſic propter duritiā cordis permiſit licitum. Ad gloſſam reſpondetur ꝙ nō erat dei imperium: ſed a deo permiſſum. alioquin Moyſes hanc viam eis non aperuiſſet. Analogiā accipito. Si aliquis Romanus pontifex ſubtraheret duos dies quadrageſime in hebdomada qualibet/ſcilicet diem iouis ⁊ martis propter hominū ⁊ duritiā ⁊ maliciā non ieiunātium: non ieiunātes illis duobus diebus non peccarent: ⁊ tamen relaxatio dierum fieret ob duritiā cordis. ¶ Contra hoc probatur ꝙ ſolutio ſtare non poteſt. peccat repudiatā ducens: ergo non ſeparabatur vinculum matrimonij. antecedēs patet per verba Chriſti. Dico autem vobis/quia quicūq̄ dimiſerit vxorem ſuā niſi ob fornicationem/et aliā duxerit/mechatur. Et ſequitur neruus argumenti. Et qui dimiſſam duxerit/mechatur. hoc eſt: qui cōtrahit cum repudiata/mechatur. ⁊ hoc non niſi ꝙ eſt vxor prioris mariti: et vinculum matrimonij adhuc manet cū priore viro q̄ eā repudiat. ¶ Reſpondetur. Chriſtus dicebat vxorē non eſſe dimittendā niſi ob fornicationem. ſic ſolū libellus repudij fuit licitus. Si ita eſt cā hominis. Phariſei multi ad nutū aliter illum locū exponētes dixerūt illud licere ob turpitudinē vel aliā diſplicētiā vel ad nutum. Sed ſic exponendus eſt. Quicūq̄ vxorem dimiſerit niſi ob fornicationem: ⁊ aliā duxerit, mechatur. hoc eſt: vxor nō eſt dimittēda vllo modo niſi ob fornicationem. Illic enim (niſi) capitur exceptiue. fornicatiōem ergo excipit. ſed q̄ dimittit vxorem ob aliā cām: vtpote pro turpitudine/vel alia diſplicētia: et aliā duxerit/mechatur cū ſcdā: quia vinculū nō eſt ſolutum cū priore. Et q̄ dimiſſam duxerit/mechatur: hoc eſt q̄ ducit dimiſſam aliter ꝙ̄ per fornicationē/mechatur. Dedit autē ex induſtria verſipellibus ⁊ vafris phariſeis ſolutionē inuolutā: ita vt vix caperēt in quo ſenſu reſpōſionem dederit: vt cōfuſi diſcederēt: quia doloſe diſputabāt. Apoſtolis autē/diſcipulis/et ſimplici plebi ſeorſum lucidas propoſuit reſponſiones cū analogiis rudibus. ſicut īgenioſus homo in mēſa ſedēs īter magnos viros: aliter reſpōdet ſophiſte cauillāti ac manē gloriolā captāti: ⁊ aliter bono viro ſerioſe querēti. Si aūt clare apoſtolis coram Phariſeis reſpondiſſet: illū ſubito doloſe īpugnaſſent. quēadmodū in Sorbona reſpōdens: primus arguētibus: quos non timet/intellectū ſuarū poſitionū reſeraret: niſi vereretur ingenioſos ſecuturos. ¶ Ecce libellū repudij licitū. q̄ propterea dictus eſt libellus/quia mulier habebat libellū a marito datū: in quo dabatur ſibi facultas abeūdi vt aliū ducere poſſet. In libello ſcribebatur ſm Ioſephū. Promitto tibi ꝙ non plus cōueniā tecū. Simile ferme ponitur in lege ciuili. ff. de diuor. l.ij. Tuas res tibi habeto. vel tuas res agito. auctoritas aūt Chriſti q̄ ſola ſtringere videtur in oppoſitū: ſoluta eſt ad lrām. Ad auctoritates eorū q̄ oppoſitū tenuerūt/rūdere non oportet: niſi rationes pro ſe adducāt/ vel auctoritates irrefragabiles. Cū enim Deuteronomij.xxiiij. libellus repudij ſit apertus: nec a Moyſe vel a propheta quo ꝙ̄ poſteriore ſit reprobatus tāꝙ̄ malus: īmo Malachias īter nouiſſimos poſt reditū a captiuitate Babylonica eū admittat: non erat reprobādus pro tēpore illius legis. Nūc aūt Chriſtus



in lege gratie repudium vetuit/ legem non de repudiando prime inſtitutioni coniungens: et repudium legis Moſayce e medio tollens tanq̄ minus perfectum. vt patet Matthei decimonono. et prime ad Corinth.vij. vbi dicit Apoſtolus. His autem qui matrimonio iuncti ſunt precipio non ego ſed dominus/vxorem a viro non diſcedere. quod ſi diſceſſerit: manere innuptam: aut viro ſuo reconciliari. Vlterius patet. ꝙ apud gentiles vxoris repudium eſt iniquius iudicatum: ꝙ̄ vxorum pluralitas.

## ¶ Diſtinctionis Trigeſimequartæ. Quæſtio Prima.

PRimo circa diſtinctionem trigeſimā quartam Queritur: an impotentia coeundi matrimonium impediat. ¶ Pro ſolutione queſtionis notato ꝙ aliqua ſunt impedimēta que virum impediunt ne mulierem cognoſcere poſſit vt naturalis frigiditas. et ſiue a calore vel qualitercūq̄ illud a natura proueniat: ſub nomine frigiditatis includitur: vt ſi vtroq̄ teſte careat. Similiter arctatio in muliere impedit ne cognoſci poſſit ſi illud arctitudini remedium apponi non poſſit ſine periculo vite ipſius: vel niſi mulieris mēbrum ad generationem aptum abſcindatur. Preterea quedam ſunt impedimenta que matrimonium impediunt contrahendum: et dirimunt cum hoc cōtractum. et ratio eſt: quia quedam ſunt impedimenta ſine quibus non conſtituitur ſacramentum. talia ergo dirimunt matrimonium contractum: hoc eſt matrimonium quod putatur inter homines contractum. Matrimonium enim reuera contractum non poteſt dirimi. Alia ſunt impedimenta que impediunt matrimonium contrahendum: et non dirimunt contractum. hoc eſt: peccant cōtrahentes et male faciunt: matrimonium tamen tenet: vt poſt votum ſimplex: poſt interdictū eccleſie: ⁊ in matrimonio clandeſtino: et in temporibus prohibitis. Et ita alique perſone ſunt illegitime ad contrahendum abſolute: que ſimpliciter a matrimonio arcentur. Alique ſimpliciter legitime: et alique medio modo ſe habent: neq̄ legitime plene et perfecte/vt vouētes: neq̄ illegitime complete. ſunt tamen legitime perſone: vt legitimum opponatur in toto ſuo ambitu/illegitimo. Alique item ſunt illegitime categorice ⁊ ſimpliciter: alique conditionaliter ſi partibus vel parti diſpliceat: poſſunt tamen ſi velint ſic perſiſtere.

¶ His præmiſſis pono aliquas concluſiones ad titulum queſtionis reſponſiuas: quarum Prima eſt. Matrimonia habent diuerſa impedimenta: ipſum contrahendū impedientia. Probatur omnis effectus qui ex cauſis impedibilibus conſtituitur: poteſt impediri. matrimonium eſt huiuſmodi. igitur. minor patet/quia ex conſenſu contrahentium et perſonis legitimis conflatur.

¶ Secunda concluſio. Impedimentum in viro perpetuum ante matrimonium ſiue naturale/ſiue accidentale/ratione cuius non poteſt mulierem cognoſcere/impedit matrimonium: ſi fuerit mulieri ignotum. Patet hec concluſio de frigid. ⁊ maleſi. ca.ij. et.iij. Ratio concluſionis eſt. quia error impedit matrimonium: vt in diſtin.xxx. diximus. ſi enim ſciret mulier/non contraheret cum tali.

¶ Tertia concluſio. Contrahens cum impotente ad copulam ſciens/vere contrahit. patet in capitu. Conſultationi. eiuſdem titu. Ratio concluſionis eſt: quia non eſt de eſſentia matrimonij carnalis copula. vt longiuſcule in trigeſima diſtinctione oſtendimus. ergo ſi perſone inter ſe conſenſerint: licet vir ſit impotēs ad carnalem copulam/eſt verum matrimonium: quia eſt conſenſus mutuus ſufficienter explicatus. nec eccleſia illegitimat perſonas illas abſolute: ſed ſolum ſi alter diſſentiat.

¶ Quarta concluſio. Arcta contrahens cum aliquo: cui abſq̄ diuino miraculo auxilium dari non poteſt: vel ſine corporis probabili pericule: nō vere contrahit. patet in capitu. Fraternitatis. eiuſdem tit. Ratio eſt: quia matrimonium ordinatur ad duo potiſſimum/in officium ſcilicet et in remedium. neutrum autem in hac haberi poteſt. cum enim non poſſit cognoſci: non erit generatio: nec poteſt viro eſſe remedium cōtra incontinentiam. Rationabile ergo erat mulierē reddere illegitimam/niſi vir in eam conſentiret.

¶ Contra ſecundam concluſionem argumentor. Sequitur ex ea ꝙ inter ſenes non ſit matrimonium. conſequens eſt falſum: vt patet. C. de nuptiis. l. Sancimus. ⁊ vigeſimaſeptima queſtione prima. Nuptiarum. ¶ Reſpondetur. nullo modo ſequitur. nam licet vltra ſeptuageſimum annum viri non generent poſſunt tamen mulierem cognoſcere: quāuis ſemen ab eis diffuſum ad generationem non ſufficiat. Iuuenes nāq̄ quatuordecim annos nati vere contrahunt ſuppoſito ꝙ poſtea poſſint mulierem cognoſcere: alioquin infirmi contrahentes non vere contraherent. quod eſt falſum.

¶ Secundo arguitur. Sequitur ꝙ fornicatio ſimplex in caſu non ſit peccatum. conſequens eſt falſum: ergo et antecedens. Conſequentiam probo. ſi Sortes frigidus cohabitet cum Berta: et in fine triennij: in quo pōt cū muliere cohabitare: vt patet in.c. Lau

dabilem iſtius titu. videat ſe non poſſe mulierem cognoſcere: ⁊ idem iudicet mulier: probabiliter iudicat ꝙ hec non eſt vxor eius: ergo eam cognoſcens quantum in ſe eſt / fornicatur vel fornicationi probabiliſſime ſeſe exponit. Et qui exponit ſe periculo dubio peccati mortalis mortaliter peccat. ſicut exponens ſe periculo dubio de aliquo occidendo. ¶ Reſpondetur negando ſequelam: ſed circa eam rē poteſt ſe habere coniunx ſic vt nullum ſit peccatum: vel vt peccet. ſi enim ſit certus de frigiditate: et coniunx non conſentiat in frigidum / peccat. Unde ſicut Innocentius tertius dicit in capitul'. Inquiſitioni. de ſenten. excommunicatio. et Lucius tertius in capitu. Dominus de ſecundis nuptijs. vel alter coniugium certo ſit impedimentum coniugij: vel habꝫ conſcientiam ex credulitate leui ⁊ temeraria: vel ex probabili ⁊ diſcreta. Si primum: nec debet reddere debitum nec petere: Si ſecundum: deponat illam conſcientiam ſm̄ conſilium ſui paſtoris. ⁊ tunc tam reddat ꝗ̄ petat. Si tertium non exigat debitum / ſed reddat. In primo membro nulla eſt difficultas. In ſecundo membro deponat conſcientiam per motiua in oppoſitum rationabiliora / et ſm̄ iudicium prudentum cum quibus cōfert nam ſtante iudicio de oppoſito per ſuam conſcientiam non poteſt aſſentiri iudicio prudentum: quia nō poteſt habere iudicia contraria. et ſi ſue particulari conſcientie contrauenia etiam erronee / peccat: ſed ſua conſciētia euacuata / reddendo nō peccat. vt patet ex tertio mēbro. neqꝫ petendo: quia iam recte informatus aſſentitur eſſe verum matrimonium inter ſe et Bertam. et per cōſequens licite more aliorum poteſt debitum petere. Si autem habeat ſcrupulos leues: hoc eſt motiua aliqua parui momenti ꝙ non ſit matrimonium: aſſentiendo rationabiliter eſſe matrimonium / poteſt expetere debituꝫ et reddere. habere enim ſcrupulos in oppoſitum / non ē oppoſito aſſentiri. nam aſſenſus oppoſiti contrariantur iiij. Metaphyſice. Si vero habeat probabiles ratiões etiam equilibres / poteſt reddere debitum. non autem petere. ratio primi eſt: quia probabile eſt eſſe matrimonium: pone ꝙ ſit problema neutrum. ⁊ habet rationem: ꝙ reddendo debitum peccet / eo ꝙ non eſt matrimonium. habet etiam rationes tot ⁊ tante efficacie in oppoſitum ꝙ ſit matrimonium / et ꝙ non dando peccaret. et cum alter coniugum ſit in poſſeſſione: lite pendente nihil debet innouari: ſed poteſt reddere debitum. Petere autem debitum non poteſt. ⁊ ratio eſt: quia non petendo non peccat: illud membrum eſt certum: petendo autem exponit ſe periculo peccati: cum nō ſit releuamē in oppoſitum / iuxta notata in ſecunda queſtione prologi. ergo non debet petere. Conformiter poteſt ſe habere iſte frigidus vel vxor eius peccando vel non peccando ſm̄ conſcientiam ⁊ motiua rationabilia que habet. naꝫ poteſt habere iudicium. ꝙ ſit matrimonium: et ꝙ non ſit frigidus. et ſic eius coniunx. Et ꝗ̄uis ſit frigidus. ſic nō peccat. forte enim placet eis ſimul cohabitare: nō obſtante frigiditate. Si vero rationabiliter dubitet de matrimonio: patet ſolutio ex dictis cum alio membro. Si ex ſtulta opiniōe ſua peccet / quid ad ſ: Quod dicitur de longa cohabitatione / poteſt impedimentum eſſe notum: vt pote per aſpectum / aut quia non poteſt ſeminare in vas debitum: vel quia ipſa eſt adhuc virgo: ⁊ tunc non diu ſimul cohabitabunt. ſi quis autem ſtatim reclamet quando res eſt anceps: diutius ſimul cohabitabūt et toto tempore dubitationis debitum reddens quantū in ſe eſt non peccat: nec etiam petens dummodo habeat probabile motiuum ꝙ poſſit mulierem cognoſcere: quia nihil aliud ad verum matrimoniuꝫ requiritur. nā poteſt neſcire quid ſit mulierem cognoſcere: ⁊ facere poteſt in hora quod fecit in anno.

DVbitatur: cum hic de mulierū ſterilitate et virorum frigiditate tractetur: quid cauſe ſit quare reges et principes raro habeāt liberos. agricole autem et plebei plurimos generent. Et dubitatiōis ratio eſt. naꝫ pauperes minus generationi vacant: quare pauciores proles habere deberent. In oppoſitum tamen eſt quotidiana experientia. ¶ Reſpondetur. multiplex eſt ratio. Prima ob eorum culpas. nam liberos nō merentur in peccatorum penam. ſm̄ illud Pſalmographi. Beati om̄es qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. et que ſequuntur. Pſalmo. cxxvij. Secunda ratio eſt naturalis. nam exceſſiue coitui vacantes nec pariunt. nec generant. vt euenit de mulieribus proſtitutis: que nunꝗ̄ / cum ſe omnibus applicent / pariunt. Sed non eſt idem omnino in viris ⁊ mulieribus: in his enim eſt ſeminum variorum forte contrariorum in matricem coniectio. et non ſufficiens quies. non ſic in viris. Sed principes / et crebro coeuntes non patiuntur ſemen concoqui: ſed ante concoctionem ſufficientem concumbunt: quare eſt inutile. Preterea a crapula ⁊ exceſſiuo potu obruuntur / ſic vt natura ſit proſtrata: quare ad generationem ſunt inepti. In ieiunio namqꝫ aliqui plus polluūtur noctu in ſomno: ꝗ̄ poſt ſplendidam cenam. Petrus Ebanenſis Ariſtotelem exponens quarta particula problematum dicit ſe audiuiſſe quendam iuuenem ieiunantē duobus diebus in hebdomada in pane ⁊ aqua: dicēdo ſe illo tempore pollutiones nocturnas paſſum. Et Ariſtoteles tāgens cauſam in problemate citato dicit. Foramina corporis / ieiunio ſunt inaniora: repleto autem plena habentur. itaqꝫ impediunt ne humor ſeminis genitalis valeat permeare. Adde ꝙ ex delicatioribus cibis / etſi ſuperflue aſſumptis. natura ad ſe multum trahit / ita vt non relinquatur ſuperfluum tertie digeſtionis. Mulieres etiam iſte delicate ſūt ocioſe: ⁊ humidiores exceſſiue fiunt. E diuerſo autem in pauperibus cōtingit. nam excitantur in laboribus tam domi ꝗ̄ forisi agris. propterea minus pingues ⁊ humide ſunt ꝗ̄ femine diuites. inſuper communibus et minime exquiſitis veſcuntur cibarijs: ⁊ temperate ac raro rei venereę dāt operam: quapropter crebrius pariunt. ¶ Ecce quomodo ex parte frigiditatis viri ⁊ arctitudine mulieris cui per artem ſubueniri non poteſt ſine corporis diſcrimine impedimentum redditur: ſi partium alteri placeat. poſſunt tamen ſi velint / matrimonium inter ſe contrahere. Sterilitas autem femine dummodo cognoſci poſſit nō eſt impedimentum. quare ob ſterilitatem mulier dummodo ipſa tempore matrimonij cognoſci poſſit / non eſt a viro remouenda. nec in hoc Romanus pontifex diſpenſare poteſt. Eodem modo ſi vir poſſit mulierem cognoſcere tempore matrimonij. licet poſt matrimonium non poſſit: ſed fiat impotens etiam ante carnalem copulam: manet matrimonium: nec vxor poteſt alium maritum habere niſi ipſe religionē ꝓfiteat̄. Si vero putatꝰ frigidꝰ a muliere ſeparetur / ⁊ ꝯtrahat cū alia: coget̄ ad priorē redire. nā verū erat matrimoniū: ⁊ nullū impedimentū: ſed ſolū putatū. Et patet illud. xxxiij. q. j. c. Quod autē interrogaſti. Si quis autē ſit impotēs cognoſcere Bertā: ⁊ poſſit cognoſcere Tebergā poteſt cū Teberga contrahere ⁊ nō cum Berta: quā nullo modo poteſt cognoſcere. quēadmodū ſi quis nullā mulierem poſſit cognoſcere / cum nulla contrahit niſi aliqua velit. et potēs quācūqꝫ mulierē cognoſcere cū qualibet contrahere poteſt ſi aliud nō obſtet. Si Berta que cōtraxit cum Sorte / quā ipſe cognoſcere nō poteſt: ſeparato matrimonio cognoſcat̄ a Platone: ⁊ forte ꝓpter vſum carnis poteſt a Sorte cognoſci: q̄d facto opus ſit: ⁊ alijs eiuſmodi: nō inſiſto: nec vtile cenſui. ¶ In dubitatione tetigimus varias cauſas habēde ꝓlis: quarū p̄cipua eſt: bene viuere in mādatis dei. hoc enim maximopere cupiēs ſobolē ⁊ ſe ꝑpetuare in ſobole / exequi ſtudebit: qꝛ forte deus eī vel eā ſobole habenda fruſtrat̄ ob eius meritū. Secundo obeſt ꝙ nimis rei veneree coniunx dat operam extenſiue cum pluribus / vel intēſiue cum ſuo vel ſua. Tertio ꝙ non temperate viuit / nec laborat.

¶ Diſtinctionis Trigeſimequarte. Queſtio Secunda.

SEcundo circa eādem diſtinctionē querit̄. An maleficiatus poſſit ꝯtrahere. Reſpōdet̄ ꝑ duas cōcluſiones: quarū prior eſt. Alique ſunt mulieres malefice ⁊ magice. patet. cōtra tales grauiſſime pene tam a ſacris literis ꝗ̄ ab humanis legibus cōſtitute ſunt. que pene ꝓ chimeris non conſtituuntur. igit̄. Unde Leuitici. xx. ſcribit̄. Anima q̄ declinauerit ad magos ⁊ ad ariolos: ⁊ fornicata fuerit cū eis: ponā faciē meā contra eā: et interficiā illā de medio populi ſui. Et in fine eiuſdem ca. Uir ſiue mulier in quibus phytonicus vel diuinationis fuerit ſpiritus: morte moriant̄. lapidibꝰ obruēt eos: ſanguis eoꝝ ſit ſuꝑ illos. Propter hoc peccatū Ochozias egrotus mortuus eſt. quarti Regū p̄mo. et Saul. primi Paralipo. x. Pena autē capitis ſm̄ leges ſunt plectendi. ⁊ ſi accedāt domū alterius: debēt cremari: ⁊ eorū bona omnia publicari. C. de malefic. l. Nemo. et. l. Culpa. Uirgilius etiā quarto Aeneidos. hāc artē vitādam docet: vbi Dido ſororē ſic alloquit̄. Teſtor chara deos ⁊ te germana / tuūqꝫ Dulce caput: magicas inuitā accingier artes. ¶ Secūda cōcluſio. Maleficiatus ꝑpetuo: non poteſt cōtrahere. Probat̄ cōcluſio. Nam primo eſt īpotens mulierē cognoſcere: et mulier poteſt auribꝰ viri intonare / volo eſſe mater: licet hoc nō impediat matrimoniū. modo enim poſſit vir mulierē cognoſcere nō requirit̄ maternitas. Secūdo ꝓbat̄ ꝑ rubricā quā tractamꝰ. ⁊ ca. allegata. vbi frigiditati ſemper perpetuum maleficium coniungitur.

¶ Contra priorem concluſionem arguit̄. Nullus eſt maleficus: ergo queſtio p̄ſupponit falſum. Antecedens patet. xxvj. q. v. c. Epiſcopi. ⁊ eſt ex cōcilio Acquirenſi deꝓmptū. vbi ſic dicit̄. Illud etiā nō eſt omittēdum ꝙ quedam ſcelerate mulieres retro poſt ſathanā conuerſe: demonum illuſionibus ⁊ phantaſmatibus seducte credunt ſe: ⁊ ꝓfitētur cum Diana nocturnis horis dea Paganoꝝ / vel cum Herodiade / vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuꝑ quaſdā beſtias: ⁊ multaꝝ terraꝝ ſpatia intempeſte noctis ſilentio ꝑtrāſire: eiuſqꝫ iuſſionibus obedire velut domine: et certis noctibꝰ ad eius ſeruitiū euocari. Paulopoſt ſcribit̄. Quapropter ſacerdotes ꝑ eccleſias ſibi commiſſas populo dei omni inſtātia p̄dicare debēt: vt nouerīt hec omnino falſa eſſe: ⁊ nō a diuino ſed a maligno ſpiritu talia phātaſmata mētibꝰ fideliū irrogari arbitramur. Et paulo inferius. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquā creaturā: aut in melius aut in deterius immutari: aut transformari in aliā ſpeciē: vel in aliā ſimilitudinem niſi ab ipſo creatore qui omnia fecit: et ꝑ quē oīa facta ſunt: ꝓculdubio infidelis eſt ⁊ pagano deterior. ¶ Reſpōdetur. hoc ca. ꝓpterea nō vult negare ſicut nec debet: quin viri ⁊ mulieres ⁊ alia bruta a demonibꝰ reuera deducātur localiter ꝑ ſpatia. Cuius poſſibilitas declarat̄. Nā angelus Thobie corpus aſſumpſit: ⁊ Thobiā in Rages Medorū aſportauit: ille enim angelus corpꝰ aſſumptū mouebat. Idem fecit demon de humanitate Chriſti. Matthei. iiij. Et angelus tranſportauit Abacuc a Judea in Babylonē: vt Danieli cibū miniſtraret. Danielis xiiij. Angelus itē mouet celū ab oriēte in occidentem in xxiiij. horis. ⁊ anima mouet corpus. Quare ergo angelus bonus vel malus non poterit mouere homines. lupos / equos / vel alia corpora: quoꝝ reſiſtētia nō eſt equalis potētie motiue eius ſi ſibi relinquat̄: Sed valt illud cap. dicere: ꝙ nō omnis qui putat ſe deferri localiter: ſic defert̄. crebro enim eſt error. qd̄ patet ꝑ ſimile de patiente incubū: vbi eſt ſanguis coadunatus circa cor dormiētis reſupine poſt ſplendidā cenā: ſi ſit humoribꝰ plenus. videt̄ nāqꝫ viro ꝙ ſit reuera magna mole externa p̄ſſus: vel mulieri: ⁊ tamē nihil externū eſt. Nec debet aliquis aſſerere ſe eſſe localiter motū niſi aliūde doceatur. ſicut ſomniās ſe eſſe ſuꝑ trabē, non debet illud aſſerere: niſi rationes valde ꝓbabiles ad hoc habeat. et vbi ſunt rationes hincinde oppoſite: dicere debet ſicut Apoſtolus ſecūde ad Corinth. xij. Neſcio an in corpore: an extra corpus: deꝰ ſcit. homo eīn nō debet aſſentiri viſis in ſomno niſi vigilās de hoc doceat̄. Ubi vero in alia parte dicit̄ nō poſſe aliq̄d mutari de ſpecie in ſpeciē: non eſt hic ſermo de ſpecie eſſentiali et quidditatiua. nō eīn credo cum Joſepho de Nabuchodonoſor ꝙ deꝰ poſſit facere hominē: bouē: vel equū: qꝛ hoc īplicat. ſermo eſt illic de creatione proprie dicta: de qua in prima q̄ſtione p̄me diſtin. huius quarti loquuti ſumus: que creature non competit. nō eīn poteſt facere creaturas quas deus. ipſe nāqꝫ poteſt formā ſubſtātialem ꝓducere ⁊ corpus: et partes coniungere: totū cōpoſitū ꝓducendo: qd̄ non poteſt facere angelus. bene tn̄ poteſt cōiungere actiua paſſiuis: vt agentia naturalia producant̄. vt dicit gloſſa Auguſtini Exodi. vij. Demones ꝗ̄uis mali: naturā ſuam non amiſerunt. Ideo dum ꝑ incarnationem eorum: malefici aliquid efficere conantur: diſcurrunt ꝑ mundum: et ſubito ſemina eorum de quibus hoc agitur: afferunt: ſicqꝫ de illis permittente deo nouas rerum ſpecies ꝓducunt. Nihil autē hic faciūt niſi ꝙ actiua paſſiuis applicāt: ſicut Uulcanus in formatione ignis. et hoc in creaturis imperfectis. Etiā de animalibus ꝑfectiſſimis: ſcilicet homine: gloſſa marginalis Geneſeos. vj. tenet hoc non eſſe improbabile: vtpote de gigantibus a demonibus incubis genitis. Quod vero demon poſſit ſemen viri impedire ſi ſibi relinquatur: patet multis modis. Primo modo inter virum et mulierem. nam poteſt impedire meatus per quos fluit ſemen in corpore. licet enim ſit ſpiritus: poteſt corpus mouere expulſiue: vt patet ex dictis. ergo poteſt impedire ſemen ne per meatus naturales currat: etiam ſi ab omnibus partibus corporis diffundatur: vt dixerunt antiqui ante Ariſtotelem. quia erit per totum corpus exiſtens multo magis poteſt ſeminis

diffuſionē impedire ſi a determinatis ptibus corporis
diffundat̄: ⁊ magis ſeminis generationē. Alique autem
ſunt herbe ſpermatis nutritiue ⁊ calefactiue/ vt apđ au
ctores notū eſt. ſed exemplificare nō conducit. Alique
ſunt frigefactiue: que febricitantibus in eſtate cōceđū=
tur. Influētia etiā celi ad hoc multū facit. Ariſtoteles
in problematibus dicit viros in hyeme ⁊ in tēpore frigi
do veneris magis appetētes: ⁊ minus in eſtate. oppoſi=
to modo de feminis. Cum itaq̄ homines illa experimē=
to nouerit. multo melius demones ea capiūt. Non ergo
mirabere ſi demones poſſint carnalē copulā impedire:
⁊ venefice mulieres demonum auxilio adiute.

❡ Secundo arguitur contra eandē cō
cluſionem. Magice mulieres ⁊ demones per dicta non
poſſunt rē de vna ſpecie eſſentiali in aliā mutare: ſed tā
ta eſt apparētia q̄ rem de ſpecie eſſentiali in aliā tranſ=
mutent: quāta de quibuſcūq̄ alijs tranſmutationibus:
ergo nō habes dicere q̄ aliquid faciāt. Reſpondet̄. licȝ
multa de tranſformatis legātur: ⁊ aliqua apud poetas
vt apud Naſonem in Metamorphoſi: poetarū figmēta
ſunt: ⁊ intelligentiam latentem ⁊ moralē habent. vt de
multis in porcos mutatis: q̄ in viros ſordidos luxui de
ditos ⁊ in gradum beſtialitatis vitij deſcenderūt. Poe
tarum nāq̄ mos eſt ſub nube allegoriaȝ ſeu moralitatē
includere: vt apud Aeſopum ⁊ alios intueri licet. Alia
ad literam aliquo modo verū habēt: iudicio tamē pluri
mum erroneo hominū. vt videre eſt apud Auguſtinum
xviij. de ciuitate dei. c. xvij. de ſocijs Diomedis in aues
conuerſis. Et apud poetam dicentē. carminibus Circe
ſocios mutauit Vlyſſis. nā ſublatis ſocijs Diomedis lo
co eorū corpora auiū demones adducere poterāt. Sed
quia plerique hominum dicūt̄ in beſtias mutari: deluſio
erat in hominum viſib᷒. Quedā enim fertur eſſe herba
que accenſa fumigans facit trabes/ ſerpentes apparere
❡ Sed hec illuſio poteſt ex parte obiecti medij/ poten=
tie exterioris vel interioris ꝓuenire. Ex pte obiecti/ de
mon poteſt aſſumere corpus equi: vel fabricare corpus
equi ⁊ ponere circa corpus hominis: ⁊ hominem trude=
re ſuper terram: vt incedat manibus ⁊ pedibus: ⁊ aufer
re ei vocē. hoc enim homo nouit facere: ponendo corp᷒
rotundū in ore alterius: ⁊ poſtea portare totum ipſe de=
mon. Et ſic venefica mulier poteſt equitare ſuper homi
nem in equum cōuerſum: ⁊ cogere eum ire ad molendi=
num cum graui pondere quod tres equi ferre nō poſſēt
quia demon hec facit: vt Gregorius primo libro Dialo
gorum refert de demone qui in ſpecie lactuce moniali:
in maſſa auri beato Antonio apparuit. Hinc Iob cum
illo plurimū verſatus recte dicebat. Nō eſt ſuper terrā
poteſtas que cōparetur ei. Iob. xlj. ❡ Poteſt eſſe faſci
natio ex parte medij. nā poteſt īpedire ſpecies ne deue=
niant ad organum aſtantiū: que ſpecies licet corporales
fuerint: nō poſſunt naturaliter ab homine videri ſed ſo=
lum ſunt mediū per quod homo videt. Demō autem po
teſt has ſpecies expellere ab vna parte medij ad aliā. ⁊
ſic vnus aſſiſtens videbit ad quē deueniēt ſpecies/ ⁊ nō
alter demō quoq̄ tam corpus q̄ȝ animā: vel ſuperior de
mon inferiorem a ſuo loco pellere pōt: q̄uis ſint ſpirit᷒
non repugnat eſſe ſimul in eodem loco ſi velint. Sicut ei
fortior poteſt debiliorē proſternere/ ⁊ a ſua ſede trudere
ſic poteſt demon ſpecies omnes verſus obiectum tendē
tes repellere/ vt nemo aſſiſtens videat: nō mouēdo acci
dens de ſubiecto in ſubiectū: ſed aerē ⁊ totum ſimul re=
pellendo. Et ſi teneatur poſitio quā minus rationabiles
q̄ non ſunt ponēde ſpecies in medio: pōt impedimētum
ne obiectum videatur efficere. ſicut iam vnū obiectum
opacū alterius obiecti viſionē impedit. Inſup poteſt fa
cere q̄ vnum obiectuȝ alterius coloris vni appareat q̄ȝ
alteri: ſpecies immiſcendo quo ad aliquos: ⁊ nō quoad
alios. Sicut idem obiectum alterius coloris videt̄ quā
do ſuper ipſuȝ pānus tenuis ponitur. ⁊ aliter videmus
per vitrum rubrum q̄ȝ ſine illo. Et a ſomno modo excita
tus aliter iudicat de Iride circa candelā q̄ȝ iamdudūȝ
vigilans: ⁊ in propinquitate aliter q̄ȝ in diſtantia. ⁊ vn᷒
iudicat propter ſuum viſus ⁊ varios colores plures co=
lores vt in collo colūbe vel Iride/ q̄ȝ ſint. ❡ Poteſt inſu
per eſſe preſtigium in potētia tam exteriore q̄ȝ interiore
nam Maniacus ⁊ phreneticus ob humore cadentes cir
ca potentias iudicat ſerpentes vel demones in domo q̄
non ſunt. ⁊ oculus parum a ſua ſede eleuatus facit vnū
obiectum duo apparere: vt piſum digitis cācellatis ta=
ctum duo apparere facit. Et quando ſenſus circa ſuuȝ
ſenſibile errat: intellectus nō repertēs rationē fortiorē
ad ſenſum caſtigandū/ illuditur ⁊ aberrat. hic autē hoc
deprehendere non poteſt. Beatus tū Macharius vt in
vitis patrum legimus/ iuuenculā reuera vidit: quā alij
in equam cōuerſam putarunt: ſed miraculoſe adiutus.
Porro in ſomno ob ſpecies fortiter mouentes ⁊ comple
xionem/ homo iudicat q̄ rem videt intuendo rerū adex
tra ſimulacra in memoria recōdita: quā nullo modo in=
tuetur. experientia namq̄ȝ hoc in nobis deprehendimus
Phlegmaticus. enim plerūq̄ȝ ſe iudicat ſubmerſum eē
in aquis vel prope eas: ⁊ q̄ apprehendit arbores creſcē
tes in ripa fluminis. ſic choleric᷒ de bello: melancholi=
cus de caco demonibus ⁊ nigris ſomniat. de quibus in
morbo prudens medicus inquirit: ⁊ ſimiles ſpecies oīni
no in memoria reconditas habent. ⁊ hoc eſt propter ali=
as diſpoſitiones in corpore ⁊ ſpecies fortius potētie ob
iectas: ⁊ aliquas optime potētie applicatas. ❡ Vis
ſiquidē hec nouit facere demon ſibi relictus: vt puta po
teſt ſenſationes ⁊ intellectiones ⁊ eorum ſpecies intuiti
ue cognoſcere. Poteſt aliquas melius potētie applica=
re q̄ȝ alias vel alias tollere aias q̄ue obiecꝫ mouēdi po
tentiam preſtant. Et licȝ teneatur poſitio aliorū q̄ ſibi re=
lictus nō poſſit cognoſcere intellectiones: intellect᷒ ſpe
cies vel habitus/ nō refert: tamen percipit demon p ex=
teriora circa que illicita aliquis mouetur. cuius q̄ȝ qui
cūq̄ homo. ſicut peritus medicus per pulſum/ vrinam/
⁊ ſuperfluum prime digeſtionis multa nouit/ ſuper qui
bus imperitus mirat̄. Cōſiderat namq̄ȝ caute ⁊ malitio
ſe circa que illicita homo verſetur: vt pote ſi circa mulie
rem hanc pulchram/ coniugē vel aliquid tale: ⁊ ſpecies
talis mulieris optīe potētie applicat ⁊ nocte ⁊ interdiu
ſic vt tentat᷒ cogitationes actuales crebro habeat: qui
bus apprehēſis homo ex negligētia ⁊ debilitate plerun
q̄ȝ ſuccumbit. ſed quā do ille ſpecies cū potentia appli=
cate naturaliter producunt cogitationē mulieris de q̄
loquimur: nō eſt pctm̄ vllū. ſi hō non ꝯſentiat ſed diuer=
tat ſe q̄ȝ primū cōmode pōt ab illa cogitatiōe periculoſa
nā pōt ꝯuertēdo ſe ad alia obiecta ſcā ⁊ ſalutifera/ vt
pote ad paſſionē Chriſti. ⁊ ad horrēdū extremū iudiciū
illas cogitatiōes naturalr̄ extīguere. licȝ eīi intellect᷒ et
ſenſ᷒ poſſit plures ſēſatiōes vl̄ītellectiōes actuales ha=
bere remiſſas: tū capacitas actiua ⁊ ſenſ᷒ ⁊ ītellect᷒ ter=
minat̄. ⁊ qn̄ vna potētia ūtū intēſe ⁊ ꝓfūde circa vnū
obiectū īmergit̄: faciat alias potētias a ſuis cogitatiōi
bus ceſſare: ita vt nullas hēat circa alia obiecta aliquā
actiua capacitas ſenſus vel intellectus nō haberet ſta
tū: qđ ē falſum. Volūtas ei cū ſit libera nō pt moueri ni
ſi cōſentiat. a demone vllo. nec ſe ſolo pōt demon in volū
tatem actum producere. ❡ Quare corollarie infe
ro q̄ diabolus nullum vincit peccando niſi volentem.



Signāter (peccando) q̄z deo pmittente poteſt hominē et
ledere et occidere ſine hominis peccato. Interdū nāq̄
obſeſſio demonis eſt pena peccati inexiſtentis. forte in=
fidelitatis: et deus illa penā pmittit: ſm illud Pſalmo=
graphi Pſal. xc. Quoniā in me ſpauit: liberabo eū. er=
go p locū a contrario ſenſu: q̄z non ſpauit in me: non libe
rabo eū. Interdū eſt pena peccati pcedentis. nonnunq̄ȝ
ad patientiā in homine experiēdā. vt in Iob. Aliqui au
tē dubitāt an demones ſint. vt Saducei in lege. ſed pro=
pter incredulos deus pmittit eos cognoſci. Semp iudi=
ca q̄ deus pmittat hec ob bonū finē: licet nos lateat. Iu
dicia eīi dei abyſſus multa. Pſal. xxxv. Preterea infe
ro q̄ interdū viſus non decipit̄. hoc eſt: vidēs circa obie
ctū p ſe ad extra: bene tamen circa obiectū p accidēs. vt
quādo homo ꝓpter figurā equi externā iudicat̄ equus.
Vltimo infert̄ q̄ aliq̄s deluſus putat ſe videre aſinū: q̄
nullū aſinū videt. vt ſomniās qui ſolū ſpecies rei ſenſate
pcipit iudicās ſe aſinū ſenſatū videre. ſimiliter homo q̄
putat̄ in brutū conuerſus: qui tamen nullo modo brutu
effici poteſt. Si dicas. Danielis. iiij. Nabuchodonoſor
conuerſus eſt in brutū. Illic eīi ſcribit̄. Cor eius ab hu=
mano cōmutet̄: et cor fere det̄ ei. Et paulopoſt in eodē
cap. ſcribit̄. Fenū vt bos comedit et rore celi corp᷒ eius
infectum eſt: donec capilli eius in ſimilitudinem aqui=
larum creſcerent: et vngues eius quaſi vngues auium.
Reſpōdetur. nō eſt reuera factus bos: prout Ioſephus
exiſtimat: ſed amens īter pecora currēs. ſicut ſtulti cum
canibus ⁊ brutis currunt. Deus nāq̄ȝ in ſuā gloriā: ⁊ ad
confundendā ſupbiā Nabuchodonoſor hoc fecit. glan=
dibus quidem/ fructibus nemoris ⁊ herbis veſcebatur.
nam deus poteſt conſeruare hominem ſine comeſtione/
vel cum comeſtione graminis: ſicut nūc viuit homo fru
ctus ⁊ porros comedendo. preſeruauit tamen eū a mor=
te naturali: ⁊ ne a beſtijs occideretur. cum autem ſui et
ipſe hoc futurum ad annos ſeptem audiuerunt a Da=
niele: cui ob ſanctimoniam et ſtupenda miracula fidem
adhibuerūt: pmiſerūt eū currere ⁊ vagari quoquouer=
ſum: certo ſcientes q̄ rediret ad ſceptra regni: et conſer=
uaretur a deo: vt addiſceret dei potentiam ⁊ hominum
infirmitatem.

CIrca iſta dubitatur. An Fauni
⁊ homines ſylueſtres ſint demones. ❡ Secū
do dubitat̄: quare ſint plures mulieres vene=
fice q̄ȝ viri. ❡ Tertio dubitat̄: an liceat malefi
ciū p maleficiū tollere. ❡ Reſpōdet̄. Demon interdum
aſſumit corpus humanū vt aliquem fallat: qđ creberri=
me videre eſt in vitis patrū. Sunt vero nonnulli q̄ deuo
tionis vel triſtitie gratia mundū relinquentes p nemora
diſcurrūt/ nudi ⁊ hirſuti/ folijs tecti/ vitā eremiticā du=
centes/ aliquando pro beſtijs in retibus a venatoribus
capti. Sunt ⁊ monſtra rationalia effigies ferinas habē
tia vt ſatyri. qđ habere poſſunt ab influentia celi. nā vi=
demus aliquos conterraneos toruis vultibus: et alios
pulchros. ſic eſſe poteſt de iſtis. Mirabile monſtrum et
rationale vidit diuus Antonius cum Paulum primū
eremitā queſiuit: vt ſcribit Hieronymus. Qui premiſ=
ſo ſigno crucis: cum quiſnā eſſet interrogaſſet reſpondit
Satyrus ille. mortalis ego ſum: vnus ex accolis eremi:
quos vano errore deluſa antiq̄tas Faunos/ Satyroſq̄ȝ
⁊ incubos appellat: legatione fungor gregis mei/ preca=
murq̄ȝ vt cōmunē dominū ꝓ nobis depcceris: quē ꝓ ſa=
lute mundi olim veniſſe cognouimus: ⁊ in omnem terrā
exiuit ſonus eius. Hunc virū Hieronymus deſcribens
ait. Erat autem homūcio aduncis naribus: ⁊ frōte cor=
nibus aſpera cuius extrema corporis in caprarum pe=
des deſinebāt. Aliqui preterea ſunt ferme ſtolidi et feri=
ni/ nati ſub polis ⁊ in inſulis recenter ab heſperijs inuē=
ti ꝓpe equatorē. fortaſſe enim ſicut mula ab equa et aſi=
no generat̄: ſic poteſt animal rationale ab homine et pe=
core: ⁊ ſi ſic/ qđ mirū qđ habeat effigiē quodāmodo bru=
talē ⁊ quodāmodo humanā: vt mula cum equa et aſino
participās. ❡ Ad ſecūdā dubitationem reſpōdetur q̄
mulieres ſunt dicaces et docent ſeminecem: nec poſſunt
ſilere de maleficio ſi qđ habent. viri autem ſunt ſecreti ⁊
ſilere nouerūt. Secūdo mulieres ſunt maxime appeti=
tiue vindicte: ⁊ querunt vlciſci in eos q̄ ſibi multū diſpli
cuerūt. Hinc dicit̄ Eccleſiaſtici. xxv. Commorari leoni
et draconi placebit q̄ȝ habitare cu muliere nequā. Non
enim eſt malitia ſup malitiā mulieris. ⁊ cū vires non ha
beāt: demonis opē ſollicitant: ⁊ cum eo pactum faciūt/
eū colēdo ⁊ ſibi conciliādo. Ille autem habentes pactū
explicitum cum demone docent alias verba aliqua ⁊ ſi=
gna: que ſi faciāt/ ꝓmittūt/ q̄ habebūt intētum: vt quas
demon ſolus capere nequit: ope iſtarum malarum ca=
piat. intendens ſine pacto explicito ab initio alias ſugin
ducere vt ſe colāt: ⁊ de fide Chriſtiana male ſentiant: vt
tādem dānentur. ſed pedetētim ⁊ caute procedit: etiam
aliquas ꝓmiſſiones eis ſeruando vt fallat. nā ſine cauſa
apparentie non cōmittit̄ fallacia: vt ex libris Elencho=
rum perſpicuum eſt. Fidem enim totius ſalutis funda=
mentum euertere ſtudet. Mulieres autem propter car=
nis fluxibilitatem ſunt maxime leues ⁊ inſtabiles. vnde
Eccleſiaſtici. xix. Qui credit cito: leuis eſt corde: et mi=
norabitur. ❡ Ad tertiū dicitur q̄ nullo modo licet ma=
leficium vnum per aliud maleficium tollere: quia non
ſunt facienda mala vt bona eueniāt. ad Romanos. iij.
Licitum tamen eſt maleficium vijs licitis e medio tol=
lere: vt per licitum exorciſmum/ p aque benedicte aſper
ſionem/ ſanctorum interceſſionem/ per penitentiā verā/
p Euchariſtie deuotā ſumptionem. nā poteſt homo his
munimentis contra demonum verſutias procedere.

❡ Hactenus de maleficis qui demo=
num ope omnia mala perpetrant: quorum poteſtas ad
grandines/ tempeſtates/ leſionem et mortem extendit̄/
niſi a deo impediantur. ⁊ cum a deo prohibentur ei gra
tie immenſe ſup hoc reddēde ſunt. licet enim magis vel=
lent demones nocere inſontibus q̄ȝ ſontibus: tamen hoc
paſſim a deo non permittit̄. Legimus ſiquidē de ſeptē
viris occiſis/ cum Sara gratia voluptatis matrimonio
iunctis. Thobie. vj. Et plerūq̄ȝ vel ꝓpter peccatū pre=
ſens vel precedens hec obſeſſio pmittitur. Et q̄uis bo=
nus Iob tam in bonis fortune: q̄ȝ in corpore et in filijs a
demonibus vexaretur: tamē ei demū ad gloriam ceſſit.
Summe autem cauendum eſt demonibus habere com
mercium. Audiui e quodam religioſiſſimo patre de ali=
quibus mulieribus multū vexatis a demonibus: quos
in magna penitentia expellere nequibant: quia aditum
ipſis initio dederant. modo vno inconueniēte dato mul=
ta mala contingunt. Non ſatis mulieres he in deo confi
debant: nec eum timebant: impetu feminco et temera=
rio auſe pactionem cum demonib᷒ fallaciſſimis inire.
Vlterius cauendum eſt ab omnibus ſuſpectis modis
operandi circa curas hominum vel brutorum. Suſpe=
ctos modo voco qui ſunt preter communem eccleſie cō
ſuetudinem: vel verba ambigua imponentes. vt tangen
do ter terram: et tangendo toties genam inflatam cum
orationibus. Illa enim tactio eſt inutilis: ſicut alii cha=
racteres. et propter ſpeciem mali ne ſimplicibus de=
tur occaſio ſic faciendi/ multa alia in ſe licita ſunt
omittenda. Et idem intelligitur in ſomnijs/ et augurijs

auiũ/ geomantia/ necromãtia/ pyromantia/ chiromãtia de nominibus eñi non refert. Poteſt tamẽ homo aliq̃s effectus naturales ꝑ manus deprehẽdere. vt ex multitudine longorum lineamentorũ in manu/ cognoſcimus ingenioſum virũ ⁊ delicatam carnẽ. nam molles carne aptos mente dicimus. ſecũdo de anima. Sed iudicare ꝑ lineamenta ex trãſuerſo ducta bonã fortunam vel malam/ eſt cõmentum vanum nullã cauſam naturalẽ habens. Sic in faſcinatione/ vbi aliqua mulier malis humoribus plena odio vel ira agitata/ humores ad oculos dirigit: ⁊ teneros oculos paruulorũ inficit per aerem infectum intermediũ: paruuli eñi facile leduntur. Et ſicut Ariſtoteles recitat de oculo mẽſtruate q̄ ſpeculũ mundum inficit/ nõ autẽ vetus. ſic de agno ⁊ nõ de oue/ ſm illud Vergilianum. Neſcio quos teneros oculus mihi faſcinat agnos. Cruditatẽ autem humorũ muliebrium per menſtruũ ex Plinio lib. vij. naturalis hiſtorie intelligere potes. ſic dicẽte. Nihil facile reperitur mulieruz ꝓfluuio magis monſtriferũ: aceſcũt ſupuentu muſta: orta ſterleſcunt/ fruges moriunꝛ/ hortorũ germina ⁊ fructus arborũ quibus inſedere decidũt/ ſpeculorũ fulgor aſpectu ipſo hebetatur/ acies ferri perſtringitur/ eborisq̃ nitor/ aluei apũ moriuntur/ odoreq̃ dirus aera corrũpit/ ⁊ in rabiem aguntur guſtato eo canes/ atq̃ inſanabilis veneno morſus infigitur. Sic epidimia infectus aerem inficit. quo infecto alius ſui ceptiuꝰ inficitur. ſicut prior videns lupũ/ fit raucus/ vt aiũt. Et egreditur ſanguis a vulnere recẽter occiſi ob humores ab occiſoris cõmoto organo ad vulnus vſq̃ egredientes. Et vt Solinꝰ narrat/ quedã in aphrica hominũ familie ſunt voce atq̃ lingua effaſcinantes: que ſi impenſius forte laudauerint pulchras arbores/ ſegetes letiores infantes amenio res egregios equos/ pecudes paſtu atq̃ cultu opimas: emoriuntur repente. Hic ſignum ẽ maleficij quãdo ꝓpter laudẽ aliquid mali alicui iſtorũ cõtingit: quia nulla cauſa naturalis motiuum ſuppeditat. Apud noſtrates adhuc vulgariſſimꝰ eſt mos/ ſi equũ laudaueris/ eũ ſubito verbo benedicũt. Exiſtimant eñi laudem tuã fore eius mortis cauſam. vel ſi preciũ cõpetens ꝓ eo offeratur/ non audẽt equum tenere/ ne ſubito moriatur. forte eñi a maleficio originẽ illa duxerũt: q̄ aliqui equi laudari/ vel pro quibus cõpetens precium offerebatur mortui ſunt. et ex illo error plebeis pullulat. Sane abhinc quinquennium cũ multis mercatoribus ꝑ Angliam ꝓficiſcens lares patrios reuiſurus hoc inter eos oẽs comperi iuxta morem antiquũ mee pueritie. vt opinatus ſũ. Sed hec vana ſunt. Similiter vertere clauez iter duos digitos ꝓ furto deprehendẽdo/ dicẽdo. Si videbas furem ⁊ currebas cũ eo ⁊ cetera. vel ſcripto/ nomina eorum de quibus dubitas ponẽdo in vas plenũ aqua: vel ꝑcutiendo faciem ſuſpecti in pariete que ledeꝛ ſi furtum fecerit. Hec eñi ſine arte demonis fieri nequeũt: cum cauſam naturalem habeant nullã. Sed de auium cantu naturaliter aliqua deꝓhẽdimus. nã ſcimus aliquas aues tẽpore tempeſtatis future mare relinquere/ petẽtes rura. tunc autẽ prognoſticamur pluuiam futurã. ſicut teſte Ariſtotele in Meteoris ex pulicibus mordẽtibus/ et bobus a campis redeuntibus vel per humorem lapidũ. ¶ Eodem mõ dicatur de ſomnijs: que multifariã eueniunt in ſomno. Interdũ ſomnia ſunt cauſa alicuiꝰ effectus futuri. vt Galenus de quodã recitat ſomniante: q̄ ſi minueretur ei ſanguis inter duos digitos/ ſanareꝛ qꝺ poſtridie faciẽs ſanatꝰ eſt. ⁊ forte illud erat ex dei reuelatione. vt ſomniũ Ioſeph. Geneſis. xxvij. de quo dicebat. Audite ſomniũ meũ quod vidi. Et Daniel. vij. oſtẽditur q̄ ſomniũ prophete cepit a cogitatione ⁊ terminabatur in reuelatione. ſm illud Numeri. xij. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta domini in viſione apparebo ei: vel per ſomnium loquar ad illum. Interdum ſomniũ eſt ſignum alicuius humoris in dormiẽte abundãtis nõnunq̄ illuſione demõis. Interdũ a caſu ⁊ fortuna euenit qꝺ ſomniaꝛ ⁊ ſic facile fallitur homo. Interdũ de his circa que homo verſatur ſomniat. vt doctus circa ſuã artem ⁊ theoricas. quocirca ſtudioſorũ ſomnia laudabilia eſſe dicit philoſophꝰ ſcḋo Ethicorũ. Nã mihi ipſi noctu dormienti: ſenſibus exterioribus clauſis ⁊ ſpeciebus nõ turbatis in materia ancipiti interdũ occurrit quod mihi viſum erat dicendũ: ⁊ vigilando in illo iudicio tandẽ conſtiti. ſm illud Catonis. Somnia ne cures: nã mens humana qꝺ optat. Dũ vigilat ſperat: per ſomnũ cernit idipm. Hinc auarus de auro: ⁊ lubricus de luxu ſomniat. Vñ Virgilius in Bucolicis. An qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt: In oĩbus his quãdo cauſa eſt naturalis vel putatur naturalis. ſm illud potes iudicare. alioquin iudicare de ſomno eſt vanũ ſm illud Eccleſiaſtici. xxxiiij. Multos errare fecerunt ſomnia. ⁊ exciderũt ſperãtes i ipſis. ⁊ Eccleſiaſtes. v. c. Vbi multa ſunt ſomnia plurime ſunt vanitates ⁊ ſermones innũeri. Et Leuitici. xix. Nõ augurabimini: nec obſeruabitis ſomnia. Et Deuteronomij. xiij. Propheta autẽ ille/ aut fictor ſomniorum interficietur. ¶ Summatim cõcludendo poſſumus licite prognoſticari de futuris quãdo habeꝛ cauſa naturalis. In alijs autẽ vti poſſumus orationibus deuotis cũ cerimonijs in eccleſia cõſuetis: ab alijs verbis obſcuris ⁊ vetularũ ſignis ⁊ carminibus cauẽtes. licet mulieres alique interdũ ex ſimplicitate talia facientes vbi nõ docentur de oppoſito non videantur peccare. Verbi gratia. ſi Berta videat matrem ſuã habitam ꝓbam dicentem quinquies Pater noſter ⁊ quinquies tangẽtez vbera vacce a buffone īfecta: per naturam autem vacca ſanetur: ⁊ putent mater Berte ⁊ Berta hoc ꝓuenire a cã naturali orationis ⁊ tactus vberum. vel a cauſa meritoria ſicut de exorciſmo creditur: cũ a ſapientibus non doceatur de oppoſito: nec ſit ſcriptum oppoſitum in corde iſtius bone ruralis mulieris alioquin ꝓbe viuentis: durũ eſt dicere hanc ſimplicem propterea delinquere.

¶ Diſtinctionis Trigeſimequinte.
Queſtio Prima.

MAgiſter in hac trigeſimaquinta diſtinctione diſquirit: an vir poſſit vxorem ob adulteriuz dimittere. et hoc manebit ꝓ queſtionis titulo. Reſpõdetur per duas concluſiones. Prior eſt. Hoc eſt licitum: etiam loquẽdo de matrimonio cõſummato. et altero coniuge diſſentiente. patet concluſio de diuor. cap. Ex literis. Et Matthei. xix. fornicatio excipiꝛ. ſed hec probatio non concludit: quia veritas loquitur pro tempore legis Moſaice: ⁊ etiã de vinculo matrimonij. Ratio cõcluſionis eſt: quia vt plebeio verſiculo dicitur Frangenti fidem frãgetur fides eidem. ſi igitur coniũx peccauit contra bonum fidei. equum eſt ei negare debitum in penam peccati. Ex qua concluſione ſequitur q̄ vir reperit cõuenientem rationẽ profitendi religionem quãdo vxor ſua adulterata eſt. vt Paulus ſimplex eremita. ¶ Scḋa ꝯcluſio. Hoc etiã eſt verũ in hereſi q̄ ẽ fornicatio ſpũalis. xxviij. q. j. c. Idolatria. de diuor. q̄ſiuit. ⁊ hoc ſi nolit ſe corrigere. vbi etiam non eſt neceſſarium illã recipere. Ratio concluſionis eſt: quia hereſis eſt cõtra bonum prolis vt non religioſe educetur.

¶ Contra priorem concluſionem arguiꝛ. Reddere debitum vxori petẽti eſt de iure diuino. prime ad Corinth. vij. ergo ꝑ conſtitutionem eccleſie nõ poteſt ab hoc iure abſolui innocẽs. Forte dicis. non eſt de iure diuino reddere debitum vxori: ſi ipſa peccauit contra bona matrimonij: et thorum coniugis violauit. Contra hoc arguo. ergo ſi mulier occulte peccauit ⁊ virum lateat: ipſa non poteſt debitum petere: ſed peccat petendo: quia ius petendi ſuo peccato occulto amiſit. ¶ Reſpondeꝛ ſufficienter inter arguendũ. iſtud enim eſt ius poſitiuum qꝺ mulier nõ tenetur ſcire. ſed ipſa intendens mutare ſuã malã vitã/ poſt penitentiam poteſt petere. ¶ Secundo arguiꝛ. ſi vxor dominico die amiſerit ius petẽdi debitum: et Sortes die lune ob ſimile peccatũ: teneꝛ vxori reddere debitum. xxxij. q. vj. c. penul. ¶ Reſpondeꝛ. ſeptem vel octo modis teneꝛ vir reddere debitum adultere. Primus modus iam inter arguẽdũ dictus eſt. Secundo modo ſi vxor ſit vi oppreſſa. xxxij. q. v. c. Ita ne. Tertio: ſi maritum ꝓbabiliter credat mortuum. xxxiiij. q. j. Cum ꝑ bellicam. Quarto ſi alter ſub ſpecie mariti cognouit mulierem. xxxiiij. q. ij. In lectũ. Quinto: ſi maritus tradidit eã adulterãdã ꝑſertim inuitam. de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſue. ca. Diſcretionem. Sexto: ſi maritus poſt adulterium cognouit et tolerauit eam. ar. xxxij. q. j. Si quis vxorem. Septimo: ſi matrimonio in infidelitate cõtracto vir dedit vxori libellum repudij: ⁊ vxor alteri nupſerit: q̄ ſi vir conuertatur: tenetur eam accipere. cap. Gaudemus. de diuorti. Octauo: ſi vir dedit occaſionẽ mulieri remote ⁊ mediate adulterij perpetrandi: vtpote nõ miniſtrauit ei neceſſaria vel eam reliquit: ipſa contra virum ſe repudiãtem non poteſt obijcere. Textus ad hoc eſt clarus in. c. Significaſti. de diuor. de muliere relicta a marito: que tẽpore illo ex alio ſobolem ſuſceperat: et cum ipſa peteret marito reſtitui: pontifex definiuit q̄ ad eam recipiendã maritus cogi non deberet. Si autem vir dederit ei cauſam ꝓpinquã adulterij: puta inſtigauit eam ad adulterium: ipſa viro eſt reſtituenda. Sed cõtra hoc arguitur ꝑ Auguſtinũ de adulterinis coniugijs. ⁊ recitaꝛ. xxxij. q. ij. dicentem. Si tu abſtines ſine vxoris voluntate: tribuis ei fornicãdi licẽtiã: ⁊ peccatum illius tue imputabitur abſtinentie. Reſpondetur concedendo q̄ maritus in illo caſu peccat et mortaliter: multum vel parum ſm magnitudinem vel paruitatem occaſionis date. ſed hoc mulierem non excuſat a graui peccato: vel vt ipſa reſtitui debeat. Nec eſt ignoſcendũ ei: q̄ pretextu paupertatis turpiſſimã vitã ducit. ff. de ritu nup. l. Palã. §. Nõ eſt. ¶ Ecce quomodo propter fornicationem corporalem vel ſpiritualem ſolum poteſt eſſe diuortium quo ad thorum vel cohabitationem mutuam: etiam poſt carnalem copulam muliere inuita. Unde Aug. in lib. de ſermone domini in monte. ⁊ citatur. xxxij. q. v. ſic dicit. Si vxorẽ quis habeat ſterilẽ ſiue deformẽ corpore: ſiue debilem mẽbris: vel cecã: vel claudã: vel ſurdã: vel ſi qꝺ aliud: ſiue morbis: ſiue laboribꝰ doloribuſq̃ confectã: ⁊ quicqꝺ excepta fornicationis cauſa: excogitari poteſt vehemẽter horribile: ꝓ ſocietate fideq̃ ſuſtineat. Et ſi ſit fornicatio notoria: poteſt vir vxorẽ ꝓpria auctoritate dimittere: non tamen obtinebit donationẽ ꝓpter nuptias vel dotem. patet ꝑ c. Plerũq̃. de dona. inter vir ⁊ vxo. vbi diciꝛ. Plerũq̃. et infra. Si mulier ob cãm fornicatiõis iudicio eccleſie aut ꝓpria volũtate a viro receſſerit: nec recõciliato poſtea ſit eidẽ: dotẽ vel dotalitium repetere nõ valebit. Si vero delictum non ſit notorium diuortiũ debet fieri ꝑ eccleſiã. alioquin inſtante altero compelletur cohabitare. Sed quo ad redditionem debiti poteſt ꝓpria auctoritate denegare: cũ ſibi conſtet alterius delictũ. Adulteriũ autẽ eſt notoriũ ex mulieris confeſſione: vel quia ex alio ſobolem ſuſcepit ex quo eſt a marito cognita: vel q̄ cum alio verſatur in domo/ menſa/ et huiuſmodi: qꝺ nulla tergiuerſatione poteſt negare. Sed matrimonium conſummatum: quo ad vinculum nõ eſt ſeparabile etiam ꝑ mortem ciuilẽ: ſed ſolum ꝑ mortẽ naturalem: altero coniugum moriente. De quo dicit Apoſtolus ad Roma. vij. Nam que ſub viro eſt mulier: viuẽte viro alligata eſt legi. Si autẽ mortuus fuerit vir eiꝰ: ſoluta eſt a lege viri. Et. j. ad Corinth. vij. Mulier alligata eſt legi quanto tẽpore vir eius viuit. q̄ ſi dormierit vir eius liberata eſt a lege. Cui autem vult nubat: tñ in dño. Obligatio enim ſemel extincta non reuiuiſcit. et ſi reſuſciteꝛ: nõ teneꝛ maritum recipe. Aliud autem eſt in ſacramentis characteres imprimentibus et interabilibus: quemadmodum ſunt baptiſmus/ ordo/ et cõfirmatio. illa enim poſt reſuſcitationem non ſunt iteranda. et aliud de alijs quatuor ſacramentis: profeſſione religionis: et alijs contractibus. Si vero mulieris peccatũ ſit occultum: non accuſet eã vir: q̄ in ꝓbatione ſuccumberet. ⁊ ſi non ꝓbauerit intẽtum: non erit diuortium per legem Talionis: q̄ ad correctionem agit. Sed moneat eã q̄ cõmodiſſime poterit ad caſtitatem. ⁊ cũ mulieris cõditionẽ nouerit an ſit meticuloſa an animoſa: aſtuta an ſimplex: ſcḋm hoc ꝓcedat. Si peccatum ſit publicũ: poteſt eã accuſare vt ſuã innocentiam oſtendat: ne ipſe videaꝛ turpis delicti fotor. Et ſi videat q̄ potius corrigetur ſecũ manendo q̄ eã expellẽdo: nõ debet eã a ſe eijcere. Similiter ſi non poſſit ſine ea cõtinẽter viuere: maxime eam tenebit in remedium.

POſt concluſiones & epilogationẽ/ triplicẽ afferã dubitationẽ. ¶ Prima erit. An adultera poſt penitentiã poſſit licite dicere ſe nõ eſſe adulterã. ¶ Secundo dubitaꝛ. An liceat vxorem in adulterio deꝓhenſam punire. ¶ Tertio: quomõ vir debeat vxorẽ ob adulterium relicta recõciliare. ¶ Ad pmã rñdeꝛ q̄ ſic. nã cũ ipſa habeat firmũ ꝓpoſitũ caſtitatis: ⁊ nullum actũ luxus: nõ eſt ampliꝰ pctõ adulterij obnoxia: q̄uis habitꝰ adulterij in ea adhuc non fuerit oĩno remiſſus ꝑ caſtitatẽ ꝯiugalẽ adulterio oppoſitã. ¶ Ad ſecũdũ dubiũ diciꝛ q̄ lex Moſayca in adulterio deꝓhẽſas occidebat. ptz Leuitici. xx. Si mechatꝰ q̄s fuerit cũ vxore alteriꝰ: et adulteriũ ꝑpetrauerit cũ cõiuge ꝓximi ſui: moriaꝛ ⁊ mechus ⁊ adultera. Nec Chriſtꝰ mulieri deꝓhẽſe in adulterio parcens. Ioãnis. viij. illã legem Moſaycã euacuauit. Et licet tota lex Moſayca in paſſione Chriſti ſit extincta: tñ iudicialia poſſunt adhuc ſeruari: ⁊ vim obligãdi habere: nõ a lege ſed a legiſlatore humano: nã lex ſit ratiõabilis. Hec etiã lex fuit apud Romanos. C. ad leg. Iul. de adulte. l. Gracchus. et adhuc in pleriſq̃ locis occidẽtalis heſperie ſeruaꝛ: ſed ipſa eſt valde rigida. ꝓpterea Phariſei mulierẽ deꝓhenſam in adulterio ad Chriſtũ adduxerũt: vt experireꝛ qꝺ ipſe ſuꝑ hoc ſentiret. ¶ Ad tertiã dubitationẽ diciꝛ: q̄ aut mulier eſt corrigibilis: aut nõ. ſi ſecũdũ: nõ eſt recõciliãda. Si eſt correcta: põt eã recõciliare. nã diuortiũ eſt itroductũ in fauorẽ innocẽtis: ⁊ iuri ſuo renũciare põt in caſu quo põt fieri reconciliatio. Aut vterq̃ cõcordat in recõciliationem: aut vterq̃ diſcordat: aut vnus concordat: et alter diſcordat. Si pmũ: debet fieri recõciliatio. Si ſecũdũ:

nõ debet. Si tertiũ/cõtingit dupliciter. aut innocẽs petit recõciliationem: ⁊ ſic debet fieri: quia innocẽs per diuortium nõ amiſit ius quod habet in altero. aut nocens petit innocẽtem: ⁊ ſic non debet cogi innocẽs: quia penitentia nõ tollit actionẽ. xxxiij. q. ij. c. Admonere. ⁊ multo minus exceptionẽ: cũ facilius tollaꝛ actio q̃ exceptio. Aut nocens petit nocentẽ: vt mulier que prius fornicata eſt petit virũ qui poſt diuortium fornicatꝯ ē. ſic videtur ꝙ vir ſit cogendus redire ad vxorem in foro cõſcientie: niſi ſuſcipiat ordines/aut religionẽ. ſi enĩ velit alterũ corꝝ nõ tenetur: quia preiudicaret ſibi cognoſcendo vxorem prius fornicatam.

¶ Diſtinctionis Trigeſimequinte.
Queſtio Secunda.

IN tertio capitulo huiꝯ diſtinctionis Magiſter querit. An aliquis poſſit mulieres ſibi matrimonio coniungere quã per adulteriũ polluit vel ſi propriam vxorē occidit vt aliã ducat idipſum ſecũdo loco in hac diſtinctione inquirã. Reſpondeꝛ. Aliq̃ ſunt crimina pſonas aliquas inhabiles efficientia ad contrahendũ inter ſe: que perſonas illas nõ prohibẽt contrahere cũ alijs. Et in propoſito ſũt duo caſus quos in altera tangit magiſter. Prior eſt: ſi quis cum aliqua cõtrahat per verba de preſenti viuẽte vxore propria/vel ecõuerſo vxor cũ alio: vel fidẽ de ꝯtrahendo dedit: ⁊ ad quodlibꝫ iſtorum ſequutũ eſt adulterium. vt in cap. ſi. de eo qui dux. in matri. quã pol. p adul. Hic requiritur ꝙ vterq̃ ſciat alterũ habere coniugem: quia ſi cũ ignorante aliquis contraheret: poſſet eſſe matrimoniũ inter eos poſt mortẽ prime vxoris: vt patꝫ per ca. primũ huius tituli. ⁊ hoc ſi ſupinducta fuit ignorãs toto tẽpore vite vxoris. Dicitur autẽ ignorãs q̃diu nõ habet certitudinẽ vel probabilem opinionẽ. vt in ca. inquiſitioni. de ſenten. excõmuni. alioquin ſi certior reddita de vita prime vxoꝛ ꝑmitteret ſe cognoſci nõ poſſet inter eos eſſe matrimoniũ. vt habet dictũ cap. ſi. Et idem eſt quando data fide ſequiꝛ adulterium: quia illud cap. dicit (parificantur). Secũdo requiritur ꝙ ſit fides data de ea in cõiugem accipienda. quia ſine fide data nullũ eſſet impedimentũ: ſola enim fides ſine adulterio: ⁊ ſolũ adulterium ſine fide nõ efficit hoc impedimentũ. vt dicitur in cap. Significaſti. titulo quẽ tractamus. ⁊ xxxj. q. j. c. j. Statutũ autẽ hoc eſt rationabile. nã alioquĩ pleriq̃ vxores occiderent. vt alias haberẽt: ⁊ ediuerſo vxores viros. ad quod vitandũ hec inhabilitas lata eſt. Secundus caſus vel impedimentũ eſt/ cũ alter coniugum machinatus eſt mortem alicuius: vt poſſit in virũ vel vxorem alterũ vel alterã habere/ interueniente adulterio. c. Sup hoc. eodem ti. Sed ſi adulterium nõ interuenit: oportet ꝙ ambo/ ſcꝫ coniugatus ⁊ illa quã vult habere vxorem/ ſint machinati mortem alterius: ⁊ ꝙ mors ſequatur cũ effectu. Nã ſi vnus ſolꝫ machinatus fuit mortẽ alterius cũ effectu: nõ eſt impedimentũ quin illũ habere poſſit propter quem habendũ mortem alterius ſollicitauit. vt colligiꝛ ex di. c. Super hoc. Si vero fuerit adulterium: ſufficit machinatio vnius tantũ cũ effectu: vt ſit illud impedimentũ. Ad hoc facit. ca. Si quis viuẽte. xxxj. q. j. Sed ſi effectus homicidij nõ īteruenit machinatio etiam cũ adulterio nõ inducit īpedimentũ vt dicit Joãnes Andreas. in dicto ca. Super hoc.

¶ Cõtra primum impedimentum p modum cõcluſionis poſitũ arguiꝛ ſic. ponendo ꝙ Sortes ꝑmittat Berte ſi ſibi cõſentiat. poſt mortem ſue vxoris ducet vxorem illã quam Teberga amica Berte ſibi conſulet ducendam: ⁊ mortua vxore Sortis Teberga cõſulit Sorti contrahere cũ Berta: ſequitur ꝙ Sortes poſſit contrahere cũ Berta. cũ enim edictum de matrimonio ſit prohibitorium/ quod nõ eſt prohibitum/ eſt cõceſſum. ſed non ꝓhibetur matrimonium inter Sortem ⁊ Bertam: cũ non dederit eis fidẽ. Reſpondeꝛ. ſi non faciat hoc Sortes in fraudem legis: verũ eſt matrimoniũ vt argumentum tãgit. ſi vero fecerit hoc ex induſtria p circuitum: ſunt perſone inhabiles: ⁊ nullũ eſt matrimonium. ¶ Secũdo arguitur: ponendo ꝙ Sortes dedit fidem Berte ꝙ eam ducet vxorem: ſed Bertam non cognouit. vxore mortua cõtrahat cũ Joanna tertia muliere/ qua viuẽte cognoſcat Bertam ex dictis ſequitur ꝙ mortua Joãna nõ poſſet cõtrahere cũ Berta: cũ dederit ei fidem ⁊ eam cognouerit. Reſpõdeꝛ. poteſt cũ Berta cõtrahere: quia licet ei fidem ꝓmiſerit: ab illa tamen diſceſſit cõtrahendo cũ Joanna. ¶ Contra ſecundum impedimentũ loco cõcluſionis poſitũ arguitur ſic. Dauid cognouit Berſabeã ⁊ machinatus eſt mortẽ viri eiꝯ ſcilicet Vrie: ⁊ tamen poſtea cũ ea contraxit. Reſpondetur. iſta ꝓhibitio eſt ſolum poſitiua põtificia: in qua põtifex poteſt diſpẽſare. In diebus autẽ Dauidis nõ erat hec ꝓhibitio cõtractum irritans. Ecce duo crimina poſitiua que impediũt matrimoniũ cõtrahendum: ⁊ dirimunt contractũ: ſcilicet datio fidei / hoc ē promiſſionis nude: que crebro fides vocatur/ ſecuto adulterio. requiritur autẽ ꝙ reuera ſit matrimoniũ: quia ſi prima vxor non ſit legitima/ nõ erit impedimentum. perinde namq̃ eſt vxorem illegitimã habere/ ⁊ non habere vxorẽ. alterum impedimentum eſt cũ alter machinatus eſt mortem alterius eo modo quo iam dictum eſt.

¶ Dubitatur: an grauius ſit crimẽ cõiugem occidere/ an alterũ parentem. Reſpondeꝛ. grauius eſt parentem occidere q̃ vxorem. nam eē naturale ⁊ morale a parentibus habet proles: quale ab vxore nõ hꝫ grauior aũt penitẽtia ꝓ vxoricidio q̃ matricidio ſtatuta nõ arguit grauitatem ſceleris: ſed procliuitatẽ. viri cuĩ ſunt procliuiores ad vxores perimendas q̃ matres. ꝓpterea acerbior penitẽtia cõſtituiꝛ. vt patet. xxxiij. q. ij. c. Admonere. Graue tamen eſt peccatũ ⁊ abhominabile vxorem ꝓpriam occidere: nec in nece mariti: nec in adulterio deprehenſam. Et licet in his deprehendatur eam tamẽ occidere eſt viro etiã graue peccatum. xxxiij q. ij. cap. Inter hec. vbi Canon dicit nemini licere vxorem in adulterio deprehẽſam occidere: licet ſm mundanã legẽ aliter habeatur. vbi gloſ. in verbo (liceat) dicit. Hoc licet ſm legẽ Lombardã: ſed nõ Romanã. Ignoſciꝛ tamen marito (inquit) ſi vxorem in adulterio deprehẽſam occiderit/ quo ad pene mitigationẽ. C. ad. l. Iu. de adul. l. Grachus. Licet autẽ magna penitẽtia ꝓ matricidio imponatur: vt decẽnis. xxxiij. q. ij. Latorem. rariſſime tamen auditum eſt viros ſuas matres occidere. Nã ꝙ iuuenis Ninꝯ matrẽ Semiramidẽ occiderit: q̃d mirum ꝓ fedo matrimonio inito: ꝙ Alcmeon matrem Eriphilen iugulauerit: in parte danda erat venia: ꝙ patrẽ ad bellũ in quo eſt occũbere rata ē/ miſerat. quo nõ obſtãte turpiter ⁊ inique egit. Oreſti multo maior venia dãda ē/ ꝙ eſſet vindex necis Agamẽnonis pr̄is: cuiꝯ mr̄ Clytẽneſtra auctor erat. Breuiꝛ ſunt mõſtra hoĩm/ matrũ occiſores. Quis aũt i. xxxvij. di. loquaꝛ mgr̄ de ordinatis nõ potẽtibꝯ ꝯtrahere: ⁊ in. ij. c. de vxoꝝ ſuarum interfectoribus: malui tamen hãc dubitatiunculaꝫ ob cõuenientiam cũ materia quam tractamus hic inſerere.



¶ Diſtinctionis Trigeſimeſexte.
Queſtio Vnica.

QVæritur circa diſtinctionẽ trigeſimã ſextã An ſeruitus īpediat matrimoniũ. Reſpondetur. ſeruitus precedens impedit quando ignoratur. vt prediximus de errore cõditionis. ſed ſeruitus ſubſequens non dirimit matrimoniũ contractum vel precedens: dũmodo contrahatur ſcienter. ſeruus enim contradicente domino: matrimoniũ contrahere poteſt. vt dicitur de coniug. ſeruo. ca. j. vbi Hadrianus pontifex allegat verbum Apoſtoli ad Gala. iij. dicẽs. Dignũ eſt. ⁊ infra. Sane iuxta verbum Apoſtoli ſicut in Chriſto Jeſu neq̃ liber: neq̃ ſeruus eſt a ſacramentis eccleſie remouendus: ita nec inter ſeruos matrimonia debẽt vllatenus prohiberi. Et ſi contradicentibus dominis ⁊ inuitis cõtracta fuerint: nulla ratione ſunt propter hoc diſſoluenda. Quemadmodum licet dominus ꝓhibeat ſeruo manducare: non eſt ei obtemperãdũ. oportet enim conſeruare indiuiduum. ſimiliter poteſt conſeruare ſpeciem renitente domino. nam poſitiuum ius ſeruorũ non tollit ius nature ⁊ diuinum.

¶ Sed obiicies: ſeruus non poteſt ordinari ſacerdos vel monachus. liiij. diſtin. per totum. ⁊ tamen ordo eſt ſacramentum eccleſie. igitur. Inſuper teſte Ariſto. primi Politicorum. iij. ſeruus eſt omnino domini. ergo non poteſt dare mulieri poteſtatem corporis ſui ſine conſenſu domini. Hinc dicimus ꝙ vir nõ poteſt abdicare omnia venerea contradicente vxore: que habet dominium corporis viri. ¶ Ad primum reſpondetur. non eſt ſimile: quia per matrimonium parum impeditur ſeruus a ſeruitio domini. ſecus eſt in ordine et religione: vbi homo eſt mancipatus cultui diuino: ⁊ voluntati prelati. ſed etſi peccat accipiendo ordines: reuera manet ordinatus. et epiſcopus talem ordinans ſcienter: debet pro eo ſatiſfacere. ſi vero ignorãs ordinet tradẽdus eſt domino: ⁊ deputabitur negocijs honeſtis ſm ſuum ſtatum. Ad aliud diſtinguo ꝙ ſit domini: vel quo ad ſeruitia corporalia: et ſic concedo: ſed non tale dominium habet in corpus ſerui: quale vxor. Dicis. ex iſto ſequitur ꝙ coniugatus nõ habet tam plenum dominium in corpus proprium q̃ non coniugatus. Concedo illatum. propterea nãq̃ mortua vxore vir dicitur liberatus a quadam ſeruitute. ¶ Potes ponere ꝙ Titius manumittat Sortẽ ſeruum hac lege: ſi primus cui obuiat dicat verum: ⁊ non aliter. ⁊ obuiet Berte cum qua contrahat: ⁊ ante omnia dicat Berta: tu es ſeruus. querendo an ſeruus Titij ſit liber ⁊ poſſit cõtrahere: nec ne. Si dicas. eſt ſeruus: iam Berta dicit verum: ergo per conditionem poſitum/ eſt liber. ergo prima ei occurrens dicit verum: et Berta dicit Sortem eſſe ſeruum: et ita eſt per te: ergo nõ eſt liber ad contrahendum de iure. ca primus ſi promiſſiue. Simile argumentum refert. A. Gellius in noctibꝯ Atticis libri quinti. c. x. Quale eſt (inq̃t) peruulgatum illud quo Protagoram ſophiſtarũ acerrimum vſum eſſe ferunt aduerſus Euathlum diſcipulum ſuum. Lis nãq̃ inter eos: ⁊ controuerſia ſuper pacta mercede hec fuit. Euathlus adoleſcens diues: eloquentie diſcende: cauſarumq̃ orandi cupiens fuit. Is in diſciplinam Protagore ſeſe dedit: daturumq̃ ꝓmiſit mercedem: grandem pecuniam quantam Protagoras petiuerat. Dimidiumq̃ eius dedit iam tunc ſtatim priuſq̃ diſceret: pepigitq̃ vt reliquum dimidium daret quo primũ die cauſam apud iudices oraſſet/ et viciſſet. Poſtea quum diutule auditor: aſſectatorq̃ Protagore fuiſſet: et in ſtudio quidem facundie abunde promouiſſet/ cauſas tamen non reciperet: tempuſq̃ iam longũ tranſcurreret: et facere id videretur: ne reliquũ mercedis daret: capit conſiliũ Protagoras: vt tum exiſtimabat/ aſtutum. Petere īſtituit ex pacto mercedem: litem cum Euathlo cõteſtatur. Et quum ad iudices conijciẽde conſiſtẽdeq̃ cauſe gratia veniſſet: tum Protagoras ſic exorſus eſt. Diſce/ inq̃t/ ſtultiſſime adoleſcens: vtroq̃ id modo fore vti reddas q̃d peto: ſiue contra te pronunciatũ erit/ ſiue pro te. Nam ſi contra te lis data erit: merces mihi ex ſentẽtia debebitur: quia ego vicero. Sin vero ſm te iudicatum erit: merces mihi ex pacto debebiꝛ: q̃ tu viceris. Ad ea reſpõdit Euathlus. Potui/ inquit/ huic tue tam ancipiti captioni iſſe obuiam ſi verba ipſe non facerem: atq̃ alio patrono vterer. Sed maius mihi in iſta victoria proludium eſt: quum te non in cauſa tm̃: ſed in argumẽto quoq̃ iſto vinco. Diſce igitur tu quoq̃ magiſter ſapientiſſime vtroq̃ modo fieri vti nõ reddam q̃d petis: ſiue contra me pronunciatum fuerit/ ſiue pro me. Nam ſi iudices ꝓ cauſa mea ſenſerint: nihil tibi ex ſententia debebitur: quia ego vicero. Sin cõtra me pronunciauerint/ nihil tibi ex pacto debebo: q̃ ego nõ vicero. Ecce argumenta reciproca. Sed dico ꝙ Euathlus non obligabaꝛ ſoluere. ſi vincebat: notum eſt. ſin minus: ex pacto nihil debebat. Sic in propoſito dicas. Sed illud argumentum ⁊ ſimilia ſunt iunioribus qui recenter philoſophiam imbiberunt/ relinquenda. nam in theologia prolixe eiuſmodi tricas deducere: eſt eã labefactare ⁊ indecore augere. tribus tamen verbis ioco ſe dictis: dãda eſt venia. hec enim non poſuimꝯ vt ſophiſtis aditũ ſic ſcribẽdi demus: ſed vt eos miſeros ⁊ infelici ingenio: ne id faciant: dehortemur ⁊ deterreamus.



¶ Diſtinctionis Trigeſimeſeptime.
Queſtio Vnica.

TRigeſimã ſeptimã diſtinctionẽ pauciſſimis abſoluam/ proponendo. An ſacer ordo impediat matrimonium. Reſpõdetur affirmatiue. nam ſacris initiati redduntur inhabiles ne cõtrahere poſſint. vt oſtẽdit Magiſter in litera. ca. j. et. xxxij. diſt. in. c. Placuit. ex concilio Carthaginenſi dicitur. Placuit epiſcopos/ preſbyteros/ diaconos/ ſubdiaconos ſm priora conſtituta etiam abſtinere ab vxoribus: q̃d niſi fecerint/ ab eccleſiaſtico remoueantur officio. ceteros vero clericos ad hoc non cogi: ſed vniuſcuiuſq̃ eccleſie conſuetudinem obſeruari debere. Idem patet in ca. Seriatim. ⁊ qui cleri. vel vouen. c. j.

¶ Contra concluſionem hanc argumentor. coniugatus poſſibiliter eſt ſacerdos: ergo ſacerdos poſſibiliter eſt coniugatus. antecedẽs patet de grecis. ¶ Reſpondetur concedendo illatum. nam potẽs ⁊ poſſibiliter ampliãt a fronte ⁊ a tergo. ¶ Secũda propoſitio. poſſibile eſt ſacerdotem eſſe cõiugatum. patet. tollendo modum: q̃d reliquum eſt veritatẽ habet in gre-

co ſacerdote: vtpote ſacerdos eſt coniugatus. nam cum coniugatus ſit ſacerdos: per conuerſionem ſimplicẽ ſacerdos eſt coniugatus. ſed iſti greci ꝑmo coniugantur: ⁊ deinde aſſumunt ordines. ¶ Tertia propoſitio. ei qui primo eſt ſacerdos non licet poſtea ducere vxorem. hoc amplius diſt. xxiiij. proſecuti ſumus. Per ſacerdotem etiam intelligo diaconum et ſubdiaconum. At dicis. contrahens matrimonium cõtra interdictum eccleſie: vere cõtrahit licet peccet contrahendo. ergo ordinatus contrahens vere contrahit licet peccet contrahendo. quia ordo non impedit matrimoniũ quia ordo: alioquin omnis ordo impediret matrimonium. quod eſt falſum. nec ratione voti: alioquin nõ eſſent duo impedimẽta diſtincta: ordo ⁊ votum. Nego conſequẽtiam. nam eccleſia aliquos contractus ꝓhibet: ſed non irritat eos ſi fiant. vt in interdicto eccleſie. Aliquos ⁊ ꝓhibet ⁊ ſimul reddit inanes. vt in propoſito ordo impedit quia ſacer. Itaqꝫ ordo ſacer eſt cauſa ſine qua non: vel propinqua. Irritatio autem legis eſt proprie cauſa in ordine ſacro. Et dicitur ſacer quia ei caſtitas eſt annexa: que virum celibem ⁊ ſacrum facit. reliqui autẽ omnes quia ſacramenta: etiam aliquo modo ſacri dici poſſunt.

## ¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue. Queſtio Prima.

AGgrediendo trigeſimaoctauã diſtinctionẽ in qua de votis nõnulla determinabo. Primo dicã de voto ĩ vniuerſali: pauca de religione annexurus. Secundo loqui ꝓpono de religione tam cõparatiue ꝙ̃ abſolute: ſ. cõparando eam tam ad vitam ſecularẽ: ꝙ̃ vnam religionem ad aliam. Et tertio de religione in ſe et religioſorum votis ac cõſtitutionibus. Circa primum queram an expediat vouere. Secũdo: an requiratur ad votum ꝙ promittens intendat ſe obligare ad hoc vt dicatur vouere. Tertio: an omne votum obliget. Quarto: an opus factum cum voto ſit preferẽdum operi ſine voto facto. Pro primi expeditione declarabitur quid nominis voti. poſtea cõcluſiue ad queſtionem propoſitam reſpondebo. ¶ Votum interdum capitur vt tãtum valet quantum arbitrium vel voluntas: ſm̃ illud Perſij. Velle ſuum cuiqꝫ eſt nec voto viuitur vno. non ſic ĩpreſentiarum capimus: ſed aliter: vt ex eius definitione qđ nominis videbit̃: quã pono hãc. Votum eſt volitio deliberata de meliore bono/non neceſſario ad ſalutem/deo facta mediate vel immediate et nõ irritata a ſuperiore. Volitio eſt ſuperius ad votum: ſuperius inquã denominatiuum. nam omne votũ eſt animi volitio. ſi ſit nolitio volitionem inferens: nihil intereſt. (Deliberata) hoc eſt ꝙ fiat cum libramine debito et iudicio intellectus ſaltẽ notitia ſufficiente. qđ ex parte temporis deprehendi nõ poteſt: cum homo poſſit iudicium ſufficiens habere in inſtanti cum actu voluntatis: ſed ponit̃ ꝓpter actus indeliberatos quos ſolent aliqui habere. vt anteꝙ̃ a plene a ſomno excitet̃ aliquis. vel cum ratio ꝑturbatur: vt in ſubita ⁊ magna ira accedẽte ad inſaniã: vel cum ꝓxime tendit ad ebrietatem vulgarem. Iuramẽtum autem in ira extortum non valet. de iureiuran. c. Sicut. Similiter nec confeſſio calore iracũdie emanans. niſi quis pſeueret. vt dicit gloſſa in. c. Ex literis. de diuor. ergo eodẽ modo in ꝓpoſito. Sed de hoc ad materiam primorum motuum in ſecundo ſentẽtiarum remitto: quia illic materiam hanc prolixius proſequar. Additur (de meliore bono) qđ eſt obiectum et cauſa materialis voti. ſi enim ſit de malo: non eſt votum. nam turpi promiſſo oportet reſcindere fidem. quare tertio officiorum M. Tullius dicit ꝙ imprudenter Agamẽnon exoluit votum Diane factum immolãdo Iphigeniam. hoc ipſum per fabulã ſolis et Phetõtis: Thelei et Hyppoliti declarat. Nec oportet ꝙ illud obiectum ſit melius vouenti: ſed ſufficit ꝙ in ſe ſit melius. pleriqꝫ enim vouerunt quibus votum ꝑ accidens ex mala vita fuit exitiale: qui ſine voto fuiſſent ſaluati. ſed vitium non eſt ex parte materie que vouetur. nam aliqua ſunt bona quorum oppoſita ſemper ſunt mala vt ꝑcepta decalogi. Aliqua ſunt bona: et etiã eorum oppoſita ſunt bona: vt nubere/non nubere: profiteri religionem/non ꝓfiteri religionem. tamen vnum eſt alio melius. Aliqua ſunt bona ⁊ etiam eorum oppoſita: nec reperitur maior bonitas in vno extremo ꝙ̃ in alio: vt facere circulum in cineribus. Circa ſecunda ſunt potiſſimum vota. Dicitur (nõ neceſſario ad ſalutem) quia vouere eſt ſupererogationis. vt dicit gloſſa ſuꝑ illo verbo pſalmographi. Vouete et reddite. Dicitur (mediate vel immediate) interdum nãqꝫ vouimus adire ſanctum Iacobum: ſed hoc eſt vt ſanctus Iacobꝰ pro nobis intercedat apud deum. Finis enim eſt cauſa cauſarũ. ij. Phyſicorum. et. ij. Metaphyſice. Dicitur (non irritata a ſuperiore) nam licet ante. xiiij. annos quis poſſit habere conſenſum liberum vouendi religionem: et cetera oĩa que poſuimus: tamen non erit propterea obligatus permanere in religione. patet de regula. ⁊ tran. ad reli. cap. Ad noſtram. ⁊ in. cap. Significatum. lib. vj. Sed oportet ꝙ mas quatuordecim annos compleuerit: et femina duodecim. nec hic eſt ſermo de malitia ſupplente etatẽ: vt in matrimonio. ¶ Ecce definitiõem voti ex quatuor cauſis conflatam. Cauſa efficiens voti eſt voluntas hominis volẽtis aliqđ vouere. Cauſa materialis ſiue obiectiua eſt res ipſa que vouetur: peregrinatio/eleemoſyna/caſtitas/religio/vel ſimile. Cauſa finalis/deus. Cauſa formalis/alia que ad votum requiruntur.

¶ Ex hac definitiõe propoſitiones aliquas infero: quarum prima eſt. Votum ꝓprie captum non eſt de neceſſitate ſalutis ante votum. laxato tamen vocabulo poteſt dici votum neceſſarium ad ſalutem. et ſic eodem modo definitur vt prius: relicta dũtaxat illa particula (non neceſſario ad ſalutem): quomodo Iacob vouit ꝙ dominus futurus eſſet ſibi in deũ. Geneſis. xx. licet illic poſſit dici ꝙ hoc erat in dominium ſpeciale/dando ei decimas. vt habetur Geneſis. xxv. qđ erat opꝰ cõſilij ante legem Moſaycam. Sed quicquid ſit: homo põt vouere ad hoc qđ aliunde eſt obligatus. qđ patet: qꝛ homo poteſt ſe firmare in bono opere precepti ſicut in opere conſilij. Item homo poteſt idem pluries vouere. ¶ Secundo ſequitur hic nõ eſſe votum: voueo me aditurum ſanctum Iacobum ea lege vt occidam Sortem. poſito ꝙ Sortes occidatur illicite: et licite ſit ſeorſum adire ſanctum Iacobum. probatur corollariũ. hoc totum eſt illicitum: ſcilicet adire ſanctum Iacobum ea lege vt occidat̃ Sortes: licet vna pars ſit licita. ergo hoc totum non eſt licita materia voti. Secundo oſtenditur idem. votum conditionale non tenet niſi extante conditione: ad quã implendã vult vouẽs deum vel ſanctum/opem preſtare. ſed illa conditio ponit peccatum: ad qđ nec iuuat deus nec ſanctus. ergo ſiue ponatur conditio ſiue non: ipſe vouens non obligatur. Preterea. hic non eſt votum: voueo me occiſurum Sortem ea conditione vt cenobium conſtruam: ergo nec in alio. ¶ Tertium corollarium. aliquid eſt licitum qđ nõ eſt licita materia voti. Probatur: quia non profiteri religionem eſt licitũ: et tamen non eſt licita materia voti: quia ſic vouens ponit obicem motioni ſpiritus ſancti: et firmat ſe contra cõſilia Chriſti. Item illic excluditur maius bonum de per ſe: ergo non eſt materia voti. ſecus eſt hic. voueo me ꝓfeſſurum religionem ſancti Auguſtini: vbi ꝓfitendo regulam beati Auguſtini: Carthuſia regula arctior: vel maius bonum de per accidens et indirecte excluditur. Sic ſi quis iurauit ꝙ mulierem ducet in matrimonium conſummatum: hoc eſt ſeruandum. i. dignum ſeruari. ¶ Et ex illo ſequitur quarto. ꝙ ſi quis voueat ſe nunꝙ̃ profeſſurum religionem: poteſt ꝓfiteri ſine diſpẽſatione. quia ſi non: hoc erit quia vouet ſe non profeſſurum. ſed hoc non obſtat. nam licet dicat: voueo me hoc facturum: non eſt votum: vt patet de vouente occidere hominem auctoritate propria/in ſecundo corollario. et licet hoc iuret non eſt ad hoc obligatus: quia non eſt licita materia iuramenti. Iuramẽtum enim ſuper materia de ſe licita non obligat quando per ſe maius bonum ſecludit. Gratianus tamen videtur eſſe alterius ſententie. xxij. q. iiij. ca. ſi. §. vltimo. vbi dicit. ꝙ ſi quis iurauerit ſe clericatus tonſuram et religionis habitum non ſuſcepturum: ꝙ̃uis aliquibus videatur reprehenſibile: qꝛ opus charitatis iuramento ſe non facturum promiſit: nulla tamen auctoritate ſeruare prohibetur. quia etſi nunꝙ̃ clericatus tonſuram vel religionis veſtem ſuſcipiat: nõ tamen ideo minus ſalutẽ promereri valet. Potes etiam dicere ꝙ non tenet oppoſitum corollarij. quia dicit: non eſt cogẽdus ad aliud. licet iſtud nõ videatur eſſe ad eius mẽtem. Potes eum relinquere: ſicut manifeſte in eodem ca. gloſ. eum reprehendit: cum dicit. Aliquando nãqꝫ iuramento deeſt iuſtitia: veluti cũ quiſpiã poſt votum caſtitatis ducit vxorem: iuramento firmãs nunꝙ̃ ab ea diſceſſurum. qđ ꝙ̃uis illicitum ſit: quia iuſtitia ſibi probatur deeſſe: tamen auctoritate Auguſtini ſeruari precipitur. Vbi gloſ. in verbo (nunꝙ̃) nõ bene dicit: quia ſi ille vouit ſimpliciter poſtꝙ̃ duxit vxorem: iurat ꝙ non dimittet eam. illud iuramentum licitum eſt. ſed ſi prius vouit ꝙ̃ ducat vxorem: tunc potius ſeruabit votum ꝙ̃ iuramentum ſequens. vt extra qui cle. vel vo. Rurſus. Fateor tamen dictum Gratiani prima fronte habere colorem apparẽtem. ¶ Quinto ſequit̃ ꝙ incurrens iacturam ex mutuo et vouens ꝙ nũꝙ̃ dabit alicui mutuo: occurrẽti alicui cui eſt preceptum dare mutuo: vel conſilium: dando mutuo non contrauenit ſuo voto. qđ patet: quia non eſt votum: non enim eſt de meliore bono: ſed vel eſt peccatum: vel minus bonum non dãdo: ergo vi voti nõ obligat̃ ad illud. Pro regula nãqꝫ hic ſeruato: quãdo quis vouet aliquid qđ poteſt vergere in bonam partem vel in minus bonam: cum in minus bonam partem maioris excluſiuam de per ſe vergit: non eſt votũ. Hoc eim ſequitur ex definitione voti. Itaqꝫ vbi magis ſaluti mee ⁊ meorum expedit nõ dare mutuo: eſt votum: et non aliter. Propterea Iepte ſtulte cõpleuit ſuũ votum: vt ſcribitur Iudicum. xj. Is vouerat domino ꝙ primum animal egrediens de domo ſua offerret domino ſi filios Amon vinceret. in quo nõ peccauit: ſed in hoc zelo laudatꝰ eſt: vt dicit Apoſtolus ad Hebreos. xj. vbi ponitur in ſanctorum catologo. quia poterat eſſe ꝙ animal immolatitium egreſſum fuiſſet primo. ſed nõ debebat filiam offerre. prudenter itqꝫ vouebat: quia votũ poterat bene impleri: ſed imprudẽter votum impleuit: vbi nõ debebat implere. Non valet qđ Nicolaus dicit: ꝙ nõ occidit filiam niſi ciuiliter. Non eſt veroſimile (dicit) quin prudentes ei dixiſſent ꝙ non tenebatur filiam occidere: ſed ad oppoſitum tenebatur. Hec inquam non valet. nam vel aliorũ conſilio non acquieuit: vel alij videntes eum obtinuiſſe victoriam miraculoſam: conſulerũt ei filiam perimere. Et hoc oſtendo per beatum Auguſtinum: qui in queſtionibus veteris et noui teſtamenti. q. xliij. querit: quare Abraham erat prohibitus filium occidere: ⁊ non Iepte filiam: varias afferẽs cauſas. filiam ergo occiſam ſupponit. Dicis. hoc non ſufficit ad Nicolaum omnino improbandum. Oſtendo hoc idem ex litera que dicit. Et dimiſit eam duobus menſibus. Cumqꝫ abiiſſet cum ſocijs ac ſodalibus ſuis flebat virginitatem ſuam in montibus. Expletiſqꝫ duobus menſibus reuerſa eſt ad patrem ſuum: et fecit ei ſicut vouerat. Exinde mos increuit in Iſrael ⁊ conſuetudo ſeruata eſt: vt poſt anni circulum conueniant in vnum filie Iſrael: et plangant filiam Iepte Galaadite diebus quatuor. Non eſt autem veroſimile ꝙ hoc feciſſent ꝓ morte ciuili: ſed pro naturali ob caſum laudabilem eius quã litera virginẽ aſſerit. Similiter ſi aliquid eſt licitum tempore voti: ꝓceſſu temporis factum illicitum vel minus licitum: non eſt obligatio. Alia regula non longe ab hac diſcrepans eſt. Quicquid impediret votũ ſi preſens eſſet: aufert obligationẽ a voto. Nam que de nouo emergunt: nouo egẽt conſilio. vt ego vouens me non comeſturum carnes vt dometur caro: incidens in debilitatem nõ obligor: quia ſi debilitas a principio adfuiſſet: nõ fuiſſem obligatus: ergo nec nunc. ¶ Sexto ſequitur. ꝙ ſi pater voueat pro filio: filius non tenetur ſeruare votum patris niſi voluerit. votum enim ꝑſonale et ſingulare non obligat niſi volentem. ¶ Septimo ſequitur. ſicut aliquod eſt votum categoricum: ita eſt aliquod conditionale. nam tota definitio voti conuenit illi. vt voueo me profeſſurum religionem ſi fuero ſanus iſto anno. ſed non tenetur niſi extante conditione: quia illa eſt intentio vouentis. et licet ex intemperantia ſua non habeat ſanitatem: dũmodo hoc intendat: non eſt obligatus. ſicut vouens ꝙ faciet a. ſi deus det ſibi bonã doctrinã vel ſe ꝑſeruet a peccato: nõ obligat̃ ad a. ſi in peccatũ labat̃: qꝛ licet nõ ſtet ꝑ deum quin ꝑſeruet̃: ſed ꝑ ipſummet non facientem qđ in ſe eſt: hoc non obſtãte: cũ hec eſt eius intentio: non eſt obligatus. Nec putet̃ cum domino Innocentio ꝙ ſit ſimonia emendo a deo ſanitatẽ vel huiuſmodi ꝓ tẽporali. nã cũ deo ꝗ omniũ noſtrũ dominus eſt: non cõmittit̃ ſimonia. Nunqđ ꝓmittit vitã eternã ꝓ eleemoſyna ⁊ bonis operibus: Matthei. xxv. ⁊ Danielis. iiij. dicit̃. Et pctã tua eleemoſynis redime: ⁊ iniqtates tuas miſericordijs pauperũ. Sicut aliqs punit̃ pena ſimonie cũ inferiore: ⁊ nõ cũ Romano pontifice. vel loquendo de ſimoniaco quia ꝓhibitũ eſt a pontifice: aliqđ eſt ſimoniacũ cũ inferiore a Romano pontifice: non autẽ cũ ipſo. ſic in ꝓpoſito. Sicut ſi Romanus pontifex ꝑcipet rẽ alienã auferre: eſſet furtũ et peccatũ: non autẽ ſi deus ꝑcipet. ſic eſt in materia ſimonie. ¶ Octauo ſequit̃. ꝙ aliqs eſt actus vnus quo religioſus ſuo voto contrauenit: ⁊ tamẽ actus eius eſt equiualenter duo pctã. non loquor de partibꝰ actus quaꝝ ꝗlibet eſt peccatũ. Probat̃: qꝛ duas habet deformitates annexas. hoc eſt: cõtrauenit pluribus legibus: ſcilicet prohibitioni diuine de furto: ⁊ ſuo voto de paupertate. ſed ſi actus ſit impartibilis ſm̃ intentionem: vt Thomiſte putant: non erũt in re duo pctã. Sicut ſi ſecũda perſona in diuinis duas aſſumeret humanitates: nõ eſſet ꝓpterea duo homines: ſed vnus homo. Sed an religioſus diſtrahens pecuniam ſibi a ſuperiore cõceſſam contra ſuã regulã: virtualiter duobus peccatis peccet: ſcilicet contraueniendo voto: ⁊ precepto diuino: non eſt

ita lucidum. de priore notum eſt ꝙ illi contrauenit. Sane ꝙuis frater minor frangens ieiunium diei veneris in quadrageſima/ dupliciter peccet: alium tamen diem veneris non obſeruans: nō ſic dupliciter peccat: ſed ſolum ſemel contraueniendo ſue regule. ergo ſimiliter ille cum ſecluſo voto paupertatis: prefatā pecuniā expendendo cōtra regulā: nō peccaret cōtra p̄ceptum dei/ ſi peccet/ vnico peccato peccat. ¶ Nono ſequit̃ ꝙ aliqđ eſt votū labijs non expreſſum: ſed ſolum mente.

¶ His præmiſſis reſpōdetur affirmatiue ad titulum queſtionis. nā votū eſt de bono/ ex diffinitiōe voti. modo firmare animū in bono ꝑ obligationē eſt aliud bonū: ⁊ bonū bono non repugnāti adiunctum/ totum bonum reddit: ⁊ inter illa bona nulla eſt repugnātia vt notum eſt. igitur.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur ſic. multi ſunt dānati: ſuis votis contrauenientes. vt multi religioſi qui regulā ſuā non ſeruarūt: q̄ tñ fuiſſent ſaluati nō vouēdo. ergo non expedit vouere. ¶ Rñdet̃ cōcedēdo antecedēs. nā melius eſt nō vouere ꝗ̄ votum nō ꝑficere. xij. q. j. Scimus. ſed hoc ex eorū culpis ꝓuenit: ⁊ nō ex parte rei quā vouēt vel vouerūt. Queadmodū ſi homo habeat optimū pontē ad trāſeūdū fluuiū: inſidēs tñ equo indomito: vel inaduertenter trāſiens frangat tibiā vel collū: non eſt ponti īputādū: ſed negligētie trāſeūtis. ¶ Secūdo arguit̃. vouēs ſe nūꝗ̄ peccaturū emittit bene votū: ⁊ tñ nō expedit hoc vouere: q: vbi eēt minus peccatū voto ſecluſo peccādo: cōtrauenīēdo voto erit maius pctm̄. ergo non expedit vouere. ¶ Rñdet̃ vno modo negando p̄ma facie maiorē. licet enim homo obliget̃ non peccare ſub pena pctī: tñ nō eſt licita materia voti: q: non eſt veroſimile ſm̄ cōmunē legē ꝙ illud licitū bene ſeruabit. ſecus eſt de aliqua vna ſpecie peccati: a qua poteſt veroſimiliter cauere. ꝓponat tñ hoc cū ope diuina ꝙ ab omni peccato cauebit. ſed forte nō prudēter facit hoc vouēdo. Potes hic replicare. cū nō peccare ſit licitū: nō tñ licita materia voti: vouēs nō obligabit̃ vi voti ad illud. ergo contrauenīēs nō peccabit amplius ꝗ̄ ſi non vouiſſet: ſicut vouēs ꝙ auctoritate ꝓpria hominē occidet: hoc relinquēs nullo modo pccat. Sed nō eſt ſimile: q: habet p̄ceptū diuinū in ꝯtrariū de nō occidendo. hic aūt legē dei habet omne pctm̄ ꝓhibentem. Aliter poteſt dici cōcedēdo maiorē: ⁊ negando minorē. nec ꝯſequētia ꝓbationis valet: q: eodē modo ꝓbaret ꝙ nō liceat vouere. ¶ Ecce qđ eſt votū: ⁊ ꝙ expedit vouere ſiue ſit p̄ceptū dei vel hominis: ſiue non. ⁊ ꝑ ꝯſequens homo poteſt vouere pluries ſeruare ſuam religionem. vſitate tamen vocabulum capimus pro opere cōſilij ante votum emiſſum.

Circa hanc materiam dubitatur que ſint diuiſiōes voti. Rñdet̃. duplex eſt votū. Nā quoddā eſt generale ad qđ oēs obligātur. vt baptiſmus: ⁊ renūciare diabolo ⁊ pompis ei⁹. ⁊ illud obligat tā volētes ꝗ̄ nolētes. xvij. q. j. ca. Sunt q̄dā. Aliud eſt votū ſingulare: de quo in p̄fata diffinitiōe locuti ſum⁹: ad qđ nemo obligat̃ niſi volēs. Itē votoꝝ quoddā eſt ꝑſonale: vt votū cōtinētie. Aliud reale vt eleemoſynā vouere. Aliud mixtū: vt dare ſe et ſua religioni. Itē votoꝝ aliud ſolēne: aliud votū nō ſolēne/ ſiue ſimplex. Votū ſolum eſt ſolēne duob⁹ modis. Uno modo ꝑ ſuſceptionē ſacri ordinis. Alio modo ꝑ ꝓfeſſionē religionis approbate. de voto ⁊ voti redēp. c. Qđ votū. lib. vj. Quodlibet aūt aliud votū eſt ſimplex: ſiue fuerit occultū/ ſiue publicū. Ex quo patet non eſſe idē votū ſolēne/ ⁊ votū publicum. Item votorum aliud temporarium: aliud perpetuum.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue. Queſtio Secunda.

Secundo circa hāc votorū materiā q̄rit̃. An ꝓmiſſio obliget ꝓmittentē abſq; hoc ꝙ ꝓmittēs intēdat ſe obligare ad ſeruādū illud qđ ꝓmiſit. Intēdim⁹ q̄rere de illo q̄ ꝓmittit ſe facturū a. ſine intētiōe formali ſe obligādi: hoc eſt nō cogitando de obligatiōe: an dicat̃ obligat⁹ ſub pena pctī ad illud faciēdū: et an hoc ad votum ſufficiat. Et hincinde eſt difficultas: quam Ricardus Middiltonus tenet problematicā: ſed mihi non placet. ¶ Propterea ꝓ q̄ſtiōe ſoluēda ponit̃ hec ꝯcluſio. Homo tenet̃ nudū pactū licitū et honeſtū ſeruare ſub pena pctī. Nudū pactum voco qđ nec fide nec iureiurādo eſt vallatū: ſed ſimplici pollicitatione. Probat̃ concluſio. Pacta enī legitima q̄ neq; dolo malo/ neq; aduerſus leges/ neq; quib⁹ fraus alicui fiat/ facta ſunt/ ſeruabo: ait p̄tor. ff. de pact. l. Iuris gētiū. §. Ait p̄tor. et nollet p̄tor hec ſeruare niſi cōtrauenīēdo eſſet turpe ⁊ vitium. igit̃. Inſuꝑ ꝑ dictū vulgare. Omne ꝓmiſſum licitū ⁊ honeſtū ex ore fidelis cadit in debitū. Uulgo quoq; dicit̃. Verba ligāt hoīes: tauroꝝ cornua funes. Tertio: ſi homo nō teneret̃ ſeruare ꝓmiſſum: laberet̃ in extremū ꝯ̄trarietatis. ſ. mēdaciū: qđ Ariſto. iiij. Ethico. vitiū aſſerit. Preterea nō poterit aliter ꝯſtare de intētione hominū: ſi liceat ſine pctō reſilire ab honeſto ꝓmiſſo ad nutū. ¶ Secūda cōcluſio. aliqua poteſt eſſe trāſgreſſio nudi ꝓmiſſi/ quā homo preteriēs mortaliter peccat. Probat̃ ꝯcluſio. nemo eſt excōmunicād⁹ niſi ꝓ mortali. xj q. iij. c. Nemo epoꝝ. ſed ꝓ trāgreſſione nudi pacti aliq̄s poteſt excōicari. ca. Antigon⁹. de pactis. vbi dicit̃. Aut inita pacta ſuā obtineāt firmitatē: aut cōuictus ſi ſe nō cohibuerit eccleſiaſticā ſentiat diſciplinā. Preterea arguit̃ ad idem. Aliq̄ poteſt eſſe ꝓmiſſio boni notabilis: a qua ſi q̄s ſine cā labat̃: mortaliter peccabit. Nā p̄terire ꝓmiſſum ſine rōnabili cā eſt pctm̄: in re modica veniale: in magna mortale. ſicut in furto magno ⁊ paruo. ſi enī homo intēdat nō ſeruare ꝓmiſſum: ſed fallere ꝓmittēdo peccat. ſed non tenet̃ ſeruare ꝓmiſſum: ſicut in voto vel iuramēto: niſi aliter aliquā iacturā rōne illius ꝓmiſſionis incurrat: puta q: confidebat in te ꝓmittēte: nec ꝓuidit ſibi de libris/ lignis/ equo/ vel huiuſcemodi: vnde patit̃ iacturā. quare teneris ei ſuccurrere: cum ei occaſionem dāni dederis. ¶ Inſuꝑ arguit̃ ad vtrāq; cōcluſionē ſimul: ꝓbando ꝙ trāſgreſſio ꝓmiſſi ſit pctm̄: nō curādo de mortali vel veniali. ſufficit enī ꝙ ſit pctm̄ in genere. patet hoc. xij. q. ij. c. Quicūq; ſuffragio. ⁊ q. v. c. Quia Ioānes. ⁊ expreſſius ex Ioāne Chryſoſtomo: vt citatur. xxij q. v. ca. Iuramēti. vbi ſic habet̃. Et ideo dominus inter iuramentū ⁊ loquelā noſtrā nullā vult eſſe diſtātiā. q: ſicut in iuramento nullā ꝯuenit eſſe ꝑfidiā: ita quoq; in ꝟbis noſtris nullū debet eſſe mēdaciū. Sed dicis. illud nō cōcludit. q: illic loquit̃ de mendacio ⁊ piurio. ⁊ notū eſt vtrūq; illoꝝ eſſe pctm̄. modo ꝓmittēs aliq̄d de futuro: intēdens facere qđ ꝓmittit: nō facit mēdaciū. Ex his nudum pactū ſiue nudā ꝓmiſſionē reor eſſe obligatoriā ſub pena peccati mortalis vel venialis/ niſi rationabilis cauſa nō implendi promiſſi occurrat. Prudentis autem eſt mutare conſilium in cauſa rationabili. vt prolixe declarat Ioannes Caſſianus in collatione abbatis Ioſeph.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. promittēs ſe ꝓfeſſurū religionē: ⁊ nō intēdens ſe ad hoc obligare: nō vouet. igit̃ cōcluſio falſa. aſſumptū oſtēdit̃ ꝑ. c. Literaturā. de voto. vbi eſt caſus de pctī ri... mortis pauore/ ꝓponēte animo ꝙ aliqū religiōis habitū eſſet ſuſcepturus. illic pōtifex ꝯcluſit ꝙ ſi nō ſit amplius ꝓceſſum in voto nō tenebat̃ ꝓfiteri religionē. Ubi dicit gloſ. in ꝟbo (ꝓponēs in animo). Nō tñ animo obligādi nec firmiter hoc proponēdo ſeu eligēdo. ⁊ nemo ſe obligat niſi q̄ animū hab; obligādi. ¶ Rñdet̃ neglecta gloſſa ⁊ canoniſtis. quia ca. aliq̄d ex artibus p̄ſupponit ad hoc vt explicet̃: dicam ꝗ̄ facillime poſſim. Ex textu Literaturā. nihil aliud cōcludit̃ niſi ꝙ ille timore pculſus dicebat: nō diu hic morabor. proponens in animo ꝙ aliqū religiōis habitū eēt ſuſceptur⁹. q̄ ꝟba expoſitione indigēt. Propterea. ſic dico. cū votū ſit act⁹ volūtatis: ⁊ volūtas nō ferat̃ in īcognitū: p̄ſupponit vnū actū ītellectus vel plures. hoc eſt: tā notitias apphēſiuas ꝗ̄ iudicatiuas: ⁊ diſcurſum. ſyllogiſat nāq; prudēs anteꝗ̄ votū emittat: pꝉicula mūdi/ ⁊ ei⁹ īſtabilitatē apphēdit: ⁊ ita iudicat. quāobrem ꝓponit deo ſeruire: et putat ſe poſſe meli⁹ hoc facere in religiōe ꝗ̄ extra religionē. tūc cogitat de religiōe: ⁊ iudicat ſibi vtili⁹ fore ꝓfiteri religionē ꝗ̄ manere in ſeculo: ſed adhuc nō vouet: q: nullū actum volūtatis habet: ⁊ volūtas eſt libera tā ꝯtrarie ꝗ̄ ꝯtradictorie: ſtāte quocūq; ītellect⁹ iudicio: nullū enī īperiū in intellectu cū alijs pono. Secūdo vbi volūtas habet ſuū actū. ſ. ꝓponit ꝓfiteri religionē: hoc eſt/ habet homo itētionē ꝓfitēdi religionē: vult tñ ſeruare ſe liberū ab obligatione: et tenere ſe nō obligatū adhuc quouſq; ampli⁹ excogitet: adhuc nullo mō votū emittit. ⁊ illud eſt ꝓponere de quo eſt ſermo in. c. Literaturā. ꝓ cui⁹ itelligētia hec dicim⁹. Declaro ꝙ illud ꝓponere non obligat ꝓponētē. Nōne vides ꝙ homo ꝓponit ſurgere tota eſtate hora quarta vel tertia: et alijs dicit ſe intēdere hoc facere: quo nō obſtāte ſi nō ſurgat hora quarta: qū etiā bñ pōt: nemo iudicat eū male agere. Breuiter (ꝓponere) neſcio meli⁹ explicare ꝗ̄ ſic. homo intēdit aliq̄d facere/ vel habet velle aliq̄d faciēdi: ſed intendit explicite vel īplicite ſe ad hoc non obligare. hoc eſt: vult tenere libertatē obligationis penes ſe: cū hoc ſit in facultate ſua. Huic ergo ꝓpoſito homo ꝯtrauenit ſine pctō. et iſte eſt caſus capli Literaturam. Canoniſte autē ſm̄ hoc debent explicare ſeu/ vt dicūt/ figurare ſuū caſum: et ſic totū in recitatiōe elucidabūt. Tertio: homo intēdit ſe ad hoc obligare formaliter vel effectualiter: ſiue ꝟba exp̄mat ſiue nō. ⁊ hoc eſt vouere. ⁊ ſi nullū ſignū exteri⁹ ſuꝑ hoc faciat: eſt ꝓmiſſio interior deo nota: ⁊ homo obligat̃ ſuū votū implere: niſi volūtas īperet aliqđ ſignū exterius vt vocē/ ſcriptū/ vel nutū/ qđ ſignū ſenſibile eſt nota promiſſionis interioris: vel ꝓmiſſio exterior/ non refert. Declaro illud qđ dixi (formaliter vel effectualiter) q: expꝛ̄ſſiōe vlteriore eget. Formaliter/ qū homo ītēdit actualiter ſe ad hoc obligare: vel actu vouet. Uirtualiter aūt vel effectualiter/ qū homo taliter iudicat: ⁊ vult ꝓmittere ſicut alij q̄ ad vota ſe obligāt. vt diximus de matrimonij cōtractu. ¶ Ecce votū ad qđ ꝑ duos vel tres grad⁹ ſit conſenſus. primo ꝑ apphēſiōes ⁊ iudicia ītellectus/ ꝙ bonū ſit religionē ꝓfiteri: ita vt omnes opationes intellectus vnum gradū faciāt. ꝓpoſitū voti eſt ſecundus gradus: ⁊ deliberata ꝓmiſſio eſt votū ipſum. poteſt enim eſſe act⁹ indeliberat⁹ circa materiā voti.

Dubitatur. An vouens profiteri religionē debeat ſtatim ſuū votū adīplere: ⁊ nō ſuꝑ hoc mature deliberare. ¶ Scđo dubitat̃: an vouens aſſumere religionē: ſtatim exiēs ſatiſfaciat ſuo voto. Rñdet̃ ad Primū. vel homo idoneus religioni promittit in certo tp̄e ꝓfiteri religionē: ⁊ tūc debet adīplere ante finē tp̄is p̄fixi. ſi enī tēpus illud labat̃ ſua negligentia/ peccat: q: nō deb; tardare reddere dn̄o deo ꝓmiſſa. Uel non ponit terminum ſed morat̃ in ſeculo: vt magis poſtea in religiōe vel in vinea dn̄i ꝓficiat: q: fortaſſe nō pōt in religione bonas artes addiſcere: intēdēs cū religioſus erit alios docere: ⁊ vt ꝓſit: dūmō maneat cū ſtatu ſalutis extra religionē/ nō peccat. Et licet peccet votū differendo quouſq; idoneus religioni reddat̃/ peccādo ꝑ omiſſionē: ſufficit ei penitere ꝙ ſuū votū diſtulerit: ſed tūc nō obligat̃: q: ſi hec ꝯditio q̄ nūc eſt p̄ſens/ affuiſſet ab initio qū vouebat: nō fuiſſet ꝓpe votū. Qz aūt aliq̄s ſucceſſu tp̄is reddat̃ īdoneus religioni q̄ in iuuēta erat idoneus: oſtēdo ſic. cōtingit ꝙ in morbū chronicū incidat: in debilitatē ſtomachi: vertiginē/ vel ſeniū. et tūc erit religioni in grauamē: nō potens cū alijs ieiunare/ ſurgere noctu: ⁊ ſimilia agere. ⁊ ꝑ ꝯn̄s erit occaſio ceteris nō ſeruādi rigoris monaſtici: ⁊ vita ei⁹ notabiliſſime p̄ripiet̃ ſeu breuiabit̃. in ſeculari autē vita bñ viuet. quare tali ſufficit habere diſpēſationē ſui voti. Non eſt idē imo longe differt/ ſi fuiſſet religioſus. talē nāq; oportet in cenobio ꝑmanere: ⁊ facere qđ poſſit. ac ei codeſcēdet̃ in ieiunio/ matutinis nocturnis/ ⁊ ſimilib⁹. mala enī induceret̃ ſeq̄la ⁊ religiōis eneruatio: ſi ꝑmitteret̃ egredi. nā tātū humanitatis ei īpēdet̃ in religione quātū extra eā. ⁊ cum actualiter ſit mortuus ciuiliter: nō redibit ampli⁹ ad ſeculū. Etiā ingrediēs cenobiū in iuuentute acq̄rit habitū rigide ⁊ ſtrenue viuēdi in religione: ita vt nūꝗ̄ futurus ſit tā indoneus quin regulā ſeruare poterit: nō aūt ſenex ingrediēs. ſicut arbor tenera etiā curua ſuapte natura/ pōt ſic flecti vt erecta ſemꝑ maneat: non aūt iā indurata. ſic eſt in ꝓpoſito. ¶ Ad ſecūdā dubitatiā rñdet̃ ꝙ talis cenobiū ingrediēs poteſt multifariā ſe habere. vel vouet ingredi vt exeat: ⁊ hec eſt illicita materia voti. vel vouet ingredi: de egreſſu nihil cogitādo: vel ſi cogitet/ nullū actum volūtatis ſuꝑ egreſſu habet: ⁊ ſic tenet̃ ingredi. ſed ſi religionē ſuis humeris imparē inuenit/ poteſt exire: nec erit vllo modo apoſtata vel pctor: quia ſm̄ legē cōmunē dat̃ vnicuiq; tēpus ꝓbationis vt expiat̃ an velit in religione ꝑſiſtere. niſi acciderit caſus quo eſſet alijs occaſio ſcādali in bona religione. Uel eſt intētio eius manere ꝑpetuo in religione: vel dūtaxat ad tempus pro ſumenda ꝓbatione. et facile eſt conſequenter dicere.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue. Queſtio Tertia.

Tertio circa hanc votorū materiā q̄rit̃. An omne votum obliget vouentē/ ad ſui obſeruantiā. Rñdet̃ affirmatiue. ꝓbat̃ cōcluſio Deuteronomij. xxiij. Cum votū feceris dn̄o deo tuo: non tardabis reddere: q: req̄ret illud dominus deus tuus. ⁊ ſequitur. Si nolueris polliceri abſq; pctō eris. Ac ſi diceret. vouere eſt cōſilij: ſeruare eſt precepti. Et Pſalmographus ait Pſalmo. lxxv. Uouete ⁊ reddite domino Deo veſtro. Et Pſalmo. lx. Reddā vota mea de die in diē. Et. lxiiij. Tibi reddet̃ votum in Hieruſalē. Et Pſalmo. cxv. Uota mea domino reddam in conſpectu omnis populi eius. Et in cap. Licet. de voto. dicitur ſic. Licet vniuerſis liberum ſit arbitrium in vouendo: vſqueadeo tamen ſo-

lutio neceſſaria eſt poſt votum:vt ſine proprie ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire.

¶Contra hanc concluſionem argumentor. ſi voueat Sortes dare vnam menſuram alicui religioſorum conuentui: de nulla determinata intēdēs: Sortes non tenetur adimplere votū.ergo concluſio falſa. Antecedēs patet:quia nullam menſuram dare tenetur. Reſpondetur. ſiue intendebat dare determinatam menſuram ſiue non:non eſt queſtio in argumento:ſed argumentum ponit omnia que difficultatem promouent. Et dico ꝙ oportet reſpicere communitatem cui vouebat:et opes vouentis:et ſm iudicium prudentum adimpleat votum. ¶Secundo arguitur. proponēdo ꝙ Sortes voueat profiteri religionem ſi Plato voueat idē:et non aliter:et non velit religionem profiteri/niſi Plato profiteatur:quia eius ſocietate ſpirituali gaudet. Cōtra Plato videns Sortem malum vouet ſe religionem profeſſurum:ſi Sortes non profiteatur:et ſi Sortes ꝓfiteatur:ipſe non profitebitur. Iſto caſu ſtāte neuter iſtorum tenetur profiteri religionem.et tamen vterqꝫ iſtorū vouet.igiᵗ. Maior patet:qꝛ ſi Sortes profiteaᵗ religionem:Plato non ꝓfitebiᵗ ex caſu Platonis. Et ſi Plato nō profiteatur:nec Sortes,tenebiᵗ ex caſu Sortis:ergo neuter teneᵗ religionem profiteri. Minor patet:quia vterqꝫ conditionaliter vouet:ergo eſt obligatus ſeruare ſuum votum. ¶Reſpōdebo ad argumentum primo quo ad logicā ⁊ vicū ſtraminis. ſecundo quid theologice et in materia conſcientie ad caſum hunc et ad ſimiles dicendum ſit.(ſi)non capitur illatiue in propoſito:ſed promiſſiue:votiue:vel iuratiue. ad veritatem autem propoſitionum in quibus ſic accipitur:non requiritur bonitas conſequentie:immo non eſt conſequētia. nā idem requiriᵗ ad bonitatem conſequentie ⁊ veritatem propoſitionis conditionalis in qua coniunctio illatiue ſumitur:videlicet ꝙ non poſſit ita eſſe ſicut ſignificatur ꝑ antecedens:quin ita fuerit ſicut ſignificaᵗ ꝑ conſequēs.ergo capiendo(ſi)illatiue in prefato caſu cōditionales ille ſunt propoſitiones impoſſibiles et non admittēde. Sed capimus(ſi)promiſſiue:⁊ ad veritatem propoſitionis in qua ſic accipitur:ſat eſt:ſi ponaᵗ ita eſſe ſicut ſignificaᵗ ꝑ antecedens:ꝙ ita erit ſicut ſignificaᵗ ꝑ conſequens:ſiue vnum extremum ponaᵗ:ſiue nō. vt ad veritatem huius:ſi veneris ad me dabo tibi equum:ſufficit ꝙ ſi ad me veneris:dono equū a me accipies. nā ſi veneris:et equū abduxeris:iam cōditionalis ꝓmiſſiua eſt adimpleta. ſi non veneris:ſed ſi veniſſes equum habuiſſes:adhuc illa conditionalis ꝓmiſſiua eſt vera.et qꝛ non ponit ad ſuā veritatē antecedens vel conſequens:ſicut nec conditionalis illatiua:conditionalis ꝓmiſſiua:conditionalis illatiue ſimia dici poteſt. Eodem modo dicatur ꝙ ad veritatem huius.viri Ceile tradidiſſent Dauid et ſuos in manus Saul ſi Dauid manſiſſet in ciuitate:non requiriᵗ bonitas conſequētie:vt Nicolaus in litera ⁊ Doring in replica putāt.de quo.j.Regū.xxiij. Burgenſis vero in additione diffuſius ꝓcedit. Pro illa litera vno verbo dicatur ſufficere ꝙ ſi Dauid māſiſſet in ciuitate/viri Ceile tradidiſſent eum in manus Saul. nec illic eſt conſequentia aliqua ſed deus nouit intentionem ciuium Ceile:⁊ impedimēta poſſibilia:non autem Dauid. propterea conſulendo dominū ſciebat illā conditionalē interrogatiuā eſſe verā. Aliqua enim eſt conditionalis ꝓmiſſiua:aliqua votiua:aliqua iuratiua:aliqua interrogatiua ⁊ conſultiua:vt in ꝓpoſito. Et non differunt niſi ſicut ꝓmiſſio:votum:iuramentum circa eādē materiā. ¶Hoc ꝓmiſſo dico ꝙ votū Sortis non tenet niſi extāte conditione:qꝛ non intēdit ſe obligare ad religionis profeſſionē:niſi Plato ꝓfiteaᵗ.⁊ ſic caſus eius poteſt bifariā verificari. Vno modo ſi ambo religionem ꝓfiteanᵗ. Alio modo ſi neuter ꝓfiteaᵗ.⁊ vtriuſqꝫ modi verificatio caſui Platonis repugnat. quare inter caſus eſt incompoſſibilitas:ſiue ſimul voueāt:ſiue ſucceſſiue.modo ad impoſſibile nemo obligaᵗ. Sortes nāqꝫ non intendebat ſe obligare ad religionē niſi ⁊ Plato ſe obligaret:⁊ cum Plato non poſſit hoc ſimul implere:Sortes eſt liber:ac ſi nihil vnqꝫ vouiſſet. et eodem modo Plato eſt liber.et neuter teneᵗ ꝓfiteri religionē vi iſtius voti. Illud autē argumētū iunioribꝰ ⁊ his qui artes callēt:relinquo.nec enim materia eſt ꝓducēda:ſed ſuis limitibus continenda:ne theologie ignari muſcas ſophiſticas querētes lōgius philacteria dilatēt:alios ſub vmbra boni fallētes. decuit tamē aliqd dicere:qꝛ quandoqꝫ docti viri non logici:ſe temere fatigant etiam in altioribus diſciplinis. ¶Tertio arguiᵗ. votū eſt cōmutabile in aliud. vt patet de voto ⁊ voti redēp.ꝑ totū.⁊ potiſſimū in.c.Magne.§. Cum igiᵗ.⁊ id quotidie videmus.ergo nō omne votum obligat ad ſui obſeruātiā. Concedo antecedēs:⁊ diſtinguo cōſequēs. vel quo ad eius obſeruātiā in ꝓpria forma:⁊ ſic nō oportet:ſed ſufficit in meliore illud adimplere:vel in equali:⁊ in caſu ancipiti cum conſilio ſuperioris. quodlibet enim aliud votū eſt in votū religionis cōmutabile ꝑ legē ſcriptā ⁊ cōmunē. vt patet ꝑ.c.Scripture. de voto ⁊ voti redēp.in quo diciᵗ. Reus fracti voti aliquatenus nō habeᵗ:qui tēporale obſequium in ꝑpetuā noſciᵗ religionis obſeruātiā cōmutare. Sicut ſi voueā me daturū duodenū in vſus pauperū:dādo ſcutum non adimpleo in forma qꝺ voui:ſed tamen in meliore. ſic votū religionis quolibet aliorū votorū eſt melius. Multa quoqꝫ in canonibꝰ dicūtur de voto terre ſancte que nūc non ſunt maxime ſeruāda. tūc enim erat ſpes militū terrā ſanctā recuperare vel tueri potētiū:cū Chriſtiani aliqñ eſſent illic ad reſiſtēdum. Sed Ptolemaide ablata vir priuatus ad hoc parū poteſt conferre. quare ſi gr̄a deuotionis terrā ſanctā petere vouerit:poteſt votū illud cōmutari. In voto aūt ꝑegrinationis terre ſancte ſolus papa diſpēſat.c.Magne. de voto ⁊ voti redēp. Idē ſeruaᵗ de voto viſitādi limina apoſtolorū Petri ⁊ Pauli in vrbe:⁊ voto ſcti Iacobi:licet in nullo iure ſcripto inueniatur. In alijs aūt votis epi diſpēſant quo ad ſuos ſubditos:⁊ abbates ⁊ priores quo ad ſuos religioſos ſemꝑ intelligēdo ꝙ ſit legitima cā diſpēſandi. alioqn nō erit tutus in cōſciētia is cū quo fuerit diſpēſatum. ¶Quarto arguitur. homo licite vult ſe non vouiſſe:ergo non obligatur ſeruare ſuū votum. antecedens patet:qꝛ licitū erat a principio non vouiſſe:ergo adhuc poſt votū poteſt elicere talē actū:vellē me nō vouiſſe vnqꝫ:vel ſi nō vouiſſem nō vouerē. ¶Reſpōdetur cōcedēdo antecedēs. nā qui vouit poteſt trifariam ſe habere reſpectu voti preteriti emiſſi. Vno modo votum ꝑteritū approbādo. Secūdo modo ſic:nollē me vouiſſe. hoc eſt:ſi nō vouiſſem:nō vouerē.ſed tñ cū vouerim:volo votū meū ſeruare. Tertio modo nec volēdo nec nolēdo. Primo modo habet actū bonū. Secūdo modo bene agit reſpectu ſecundi actus:volo ſeruare votū meū qꝺ emiſi:et etiā reſpectu prioris actus illius ſecūdi modi:ſed ille eſt minus bonus qꝫ alter. cum enim ſit actus deliberatus habēs in intellectu iudiciū regulatiuum ſui:nō eſt indifferēs.ſ.neqꝫ bonus neqꝫ malus:imo ꝓbabiliter nullus eſt talis poſt vnā relatiōem actualē. nec videtur ꝙ ſit malus:quia ſicut ille actus eſt licitus:nolo vouere ante emiſſum votum:ſic actus iſte de quo eſt ſermo poſt votū:qꝛ ſolū mētionē facit reſpectu illius actus ꝑteriti qui interdum erat licite nolitus antequā erat emiſſus. Nec ille manum mittit ad aratrū ⁊ retro aſpicit:cōtra verbū Chriſti. Luce.ix.cū ſuū votū ſeruare ſtudeat in poſterū:⁊ poſt votū emiſſum etiā ille actꝰ ſit licitꝰ:nō ſeruarem votū meū in futurū ſi nō eſſem a deo obligatꝰ ſeruare. queadmodū vellē occidere Sortē ſi nō eſſet a deo ꝓhibitū. cū his enim actibꝰ conditionalibꝰ ſtāt iſti actus boni:nolo occidere Sortē ob ꝑceptū dei:volo ſeruare votū ꝓpter legē dei me obligātē. Dādo vero tertiū mēbrū:nec eliciēdo velle nec nolle:nō mereᵗ nec moraliter bñ agit:cū nullū actū in volūtate habeat. ¶Quinto arguiᵗ. vbi Berta vouit virginitatē ponaᵗ ipā corrupta ſiue inuita ſiue non. Hoc ſuppoſito arguiᵗ ſic. Berta vouit virginitatē:et nō tenetur ſeruare virginitatē:qꝛ hoc eſt impoſſibile:igiᵗ nō omne votū obligat ad ſui obſeruātiā. ¶Rñdeᵗ caſu admiſſo ad formā argumēti cōcedēdo vtrāqꝫ ꝓmiſſarū ⁊ etiā cōcluſionē. ſed ipa teneᵗ ſeruare hoc qꝺ pōt. Si eñi peccauit in virginitatis amiſſione:teneᵗ hoc deteſtari:et debet ſeruare id qꝺ reſtat de illo voto ſeruādo. virtualiter nāqꝫ ipa vouit ꝙ nūqꝫ actui venereo dabit operā. ſi aūt ſemel dedit/iā ablata eſt ꝟginitas:ex dictis in diſt.xxx. remanēt tñ alij actus poſſibiles a qbꝰ ipa abſtinere pōt. Hic noteᵗ illa regula iuris. Si nō valet qꝺ ago vt ago/valeat vt valere pōt. ¶Sexto. Voueat Sortes exiſtēs in Britānia adire Romā. poſt quatuor annos nō aduertēs ad hoc votum trāſeat gr̄a ſtudij Paduā vel Bononiā:⁊ illic aliquādiu ſtudeat:deinde trāſeat Romā:⁊ illinc ad Britāniā redeat:⁊ tū primo faciat ꝯſciētiā de ſuo voto adimplēdo. Hoc ſuppoſito arguiᵗ ſic. Sortes qui in Britāniam reuerſus eſt vouit viſitare limina Petri et Pauli Rome:et tñ nō teneᵗ illud votū adimplere cum Romā iā viſitauerit. Si dicas. adimpleuit hoc qꝺ promiſit vtpote iuit Romā ſicut ꝓmiſit. Cōtra hoc arguiᵗ. Sequiᵗ ergo ꝙ ſi ad imaginationem fuiſſet delatus in ſomno Romā in ſpiritu: vel pone caſum de loco propinquo:votū adimpleuiſſe. qꝺ nō eſt dicēdū. Preterea. dormiēs vnū diē quo ꝑceptū eſt ieiunare:non ꝯſcius diei illius ante tēpus ieiunij non ſatiſfacit ꝑcepto eccleſie:ergo nec iſte de quo loqmur. ¶Rñdeᵗ. certū eſt ſi qs ab initio habeat ꝓpoſitū adeūdi locū ſue ꝑegrinatiōis nō cogitādo de illo loco imediate/dūmō eiꝰ trāſitio iperet ab actu interiore ad illū locū adeūdū:ꝙ is votum adimplet. Et etiā ille votū adimplet qui vadit Bononiā gr̄a ſtudij:⁊ poſtea memor voti petit Romā. nā vouit adire Romā:⁊ ita facit animo deliberato. Et idem reor eſſe ſi iuit gr̄a habēdi bñficij: dūmō Rome ſit memor ſui voti in Britānia emiſſi. Forte etiā idem eſt ſi approbet illud Roma redeūdo:vel qꝺ amplius eſt cū eſt in termino ad quē reditus ſuū trāſitū approbādo. Ad id qꝺ tangiᵗ de dormiēte in die ieiunij: dico ꝙ nō trāſgrediᵗ ieiunium peccādo/licet nō mereatur. ſed raro hic caſus occurrit/quare nō inſiſto. ¶Septimo arguiᵗ de votorū incōpoſſibilitate ponēdo ꝙ Sortes vouerit ſe ieiunaturū in die veneris in pane ⁊ aqua. deinde voueat ſe nō comeſturū panem in die beati Laurētij: q in die veneris occurrit. vel ponaᵗ de quibuſcūqꝫ alijs votis:quorū quodlibet eſt poſſibile:ſed multa illorū votorū ſunt incōpoſſibilia:et ꝑ ꝯſequēs reddūt inter ſeſe īpoſſibilitatē:ſicut copulatiua cōpoſita ex cōtradictorijs cōtingētibus. ¶Rñdeᵗ. qñ vota ſunt cōpoſſibilia ⁊ vouēs intēdit illa obſeruare. Si aūt ſint incōpoſſibilia:ſeruet maius ⁊ melius. Si equalis bonitatis/ſeruet illud qꝺ prius vouit. ſemꝑ enim in ꝓmiſſionibꝰ prior obligatio fortius ligat ceteris paribus. queādmodū in matrimonio ſupius diximus:de contrahēte cum duabus ſponſalia. Si vero ſimul illa vota emittat:eligat vtrum eorū ſeruare maluerit. ¶Octauo arguiᵗ. Nemo pōt obligari ad votū ſuperogatiōis. nam qñ obligaᵗ:nō eſt ſuperogatio. Rñdeᵗ. ad opus ſuperogatiōis homo pōt obligari:tñ nō pōt obligari ad opꝰ ſuperogatiōis. nec eſt poſſibile ꝙ obligeᵗ ad opꝰ ſuperogatiōis. intelligēs logicā vno ꝟbo hec capit. ¶Nono. Voueat Sortes ꝓfiteri a.religionē:et a.religio non velit Sortē recipe. illa eñi ſimul ſtāt. Tūc ſic arguiᵗ. Sortes emiſit votū ꝓfitēdi a.religionē:⁊ non teneᵗ ad illud:ergo cōcluſio falſa. Rñdeᵗ. nō eſt ꝯtra ꝯcluſionē. vouēs tñ debet facere qꝺ in ſe eſt ad ꝓfitendū a.religionē.⁊ qꝛ ꝑ eū nō ſtat quin a.religionē ꝓfiteaᵗ:nō peccat. Ipe autē vouēs poteſt intēdere ꝓfiteri a.⁊ nō intēdere ꝓfiteri aliā religionē niſi a. et tūc ſi a.religio noluerit eū recipe:ad nullā religionē teneᵗ:nec teneᵗ ſeruare regulā.a.religiōis in ſeculo:qꝛ nō vouit illā regulā niſi cū illa cōditione adiecta:ſi a.religio velit eū ſuſcipere. ſicut trāſiēs ad ordines/putās ſuſcipe ordinē ſacrū/et nō ſuſcipiēs/qꝛ alter nō pōt ordinē ꝯferre:nō teneᵗ ad ꝯtinētiā:qꝛ nō intēdebat ſe obligare ad ꝯtinentiā niſi ordinem ſuſcipet. Sed ſi is de quo loqmur vouit ꝓfiteri religionē principaliter:⁊ determinet ſe ſecūdario ad hāc religionē:tūc ſi religioſi nolunt eū recipe:teneᵗ ꝓ impletione ſui voti oīa religionis cenobia adire quouſqꝫ recipiaᵗ: vt ꝑ eū nō ſtet. ¶Ecce quomō votum eſt obligatoriū: cui homo pōt ſatiſfacere multis modis. Vno mō īplendo hoc qꝺ vouit. Secūdo petēdo cōmutationē ſui voti/ vt cōmutetur in aliud deo magis gratū. Tertio cū ē rōnabilis cā nō iplēdi. vt ſi qs vouit ſe qñ robuſtus erat aliqua executurū q̄ nūc debilis effectꝰ facere non pōt ſine corporis iactura: tūc cū habeat ꝑceptū diuinū de ſeruāda vita:non teneᵗ ſeruare votū. ⁊ vbi caſus eſt euidēs:nō opꝰ eſt diſpenſatione:niſi ꝓ conſciētie ſcrupuloſe ſolicitate. vbi vero eſt dubiū:petaᵗ diſpēſatio: vel de voto tollēdo vel cōmutādo ꝓut ſuperiori equius videbiᵗ. Regula autē. Qꝺ ſemel placuit/ampliꝰ diſplicere nō pōt:intelligiᵗ in neceſſarijs ad ſalutē:vel qñ nō occurrit cā cōmutabili.

## ¶Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
## Queſtio Quarta.

QVarto circa hanc materiā q̄riᵗ. An opus factū ex voto ſit meliꝰ qꝫ opꝰ factū ſine voto. Rñdeᵗ affirmatiue. ꝓbatur ſic. Quicquid boni eſt in opere facto ſine voto. hoc eſt in opere voti:⁊ aliqd aliud. ergo ꝯcluſio vera. Antecedens ꝓbaᵗ:qꝛ vouēs/ſe obligare intēdit ad hoc: ſine voto aūt nō oportet. ¶Beatꝰ Thomas ⁊ Middiltonꝰ alias rōnes ad hāc ꝯcluſionē adducūt. quarū prima eſt. Modus inferioris virtutis īperatū a ſuperiore virtute eſt magis meritoriū qꝫ ab inferiori īperatū. vt actꝰ tēperātie eſt melior īpatꝰ a charitate qꝫ a ſola tēperantia. ſed actꝰ ieiunij in illo q vouet/a latria impaᵗ:nō aūt in alio q nō vouet. Secūdo:ꝑ votū qs īmobiliter firmaᵗ in bono:nō aūt ſine voto. Tertio:q vouet/magis ſe dat deo qꝫ ille q nō vouet:ergo actꝰ eius eſt gratior. Per cōparationem nāqꝫ bti Anſelmi in lib. de ſimilitudinibus plus dat alicui dās arborē cū fructu qꝫ ſolū dās fructꝰ. ¶Sed dico ꝙ he rōnes non ſunt efficaces. ⁊ ſi ꝯcludāt ꝓ religioſis ⁊ ꝓ ſecularibꝰ cōcludūt. qꝺ patebit rñdēdo ad ſingulas. Ad primā rōnē ꝯcedo maiorē ⁊ negaᵗ minor. non eñi oportet vouētē plus actualiter referre actū tēperātie/caſtitatis vel cuiuſcūqꝫ alterius virtutis in deum qꝫ nō vouētē. ⁊ ſic actꝰ inferioris virtutis q elicitiue eſt ab inferiore ꝟtute:et īpatiue ꝓduciᵗ a ſuperiore ꝟtute: equaliter

tã in vouẽte q̃ in nõ vouẽte ſperaṫ. ⁊ ſi ad virtualẽ relationẽ ob tutũ ſigas: idẽ erit in non vouẽte prudente. Ad ſecũdã rationẽ dico/ q̄ ratio ſi ꝓbet intẽtũ/ ſolum cõcludit de actib⁹ q̄ a ꝓfeſſione religionis emanant: ⁊ non de alijs actib⁹ bonis ad religionẽ nõ ꝑtinẽtib⁹. Dico ſecundo q̄ nec de illis cõcludit: quia nõ vouẽs poteſt eque firmiter in animo ꝓponere ſe hoc facturũ/ ac vouẽs. q: ad bonitatẽ actus ex ſcdo Ethicoꝝ requiriṫ q̄ ſit firmiter ⁊ ꝓpter hoc. id eſt/ q̄ habeat obiectũ ⁊ finẽ: ⁊ ĩmobiliter fiat. Nec religioſus obligat ſe ſub pena peccati ad quẽlibet actũ religionis: vt poſtea diceṫ. ⁊ ſi ſe ſub hac pena obligaret: nõ oportet/ ſaltem nõ cõſtat q̄ actus eius erit ꝓpterea melior. Tertio dico q̄ nõ in quolibet actu etiã religioſi eſt diſtinctũ votũ. et non religioſus poteſt illud bonũ vouere in particulari: ⁊ ſic actus eius erit firmior. Si dicas: a primo ꝓpoſito ſue ꝓfeſſionis ĩperatiuo qlibet actus eſt aliquo modo votũ. Hoc poteſt habere non religioſus: vouendo q̄ velit ſeruare oĩa p̃cepta dei ⁊ eccleſie: et tũ actus eius procedit a voto ſicut actus religioſi. Nec tertia ratio concludit. Nã ſecularis recognocit ſe creaturam dei: et eſt eius ſeruus vt religioſus. Ad exẽplũ beati Anſelmi cõcedo q̄ plus dat dãs arborẽ cũ fructu q̃ fructum ſolũ: q: duo bona dat. Modo ſi velis applicare hoc ad ꝓpoſitũ: oportet probare q̄ religioſus det pomũ ⁊ fructus eius: hoc eſt bona opa deo: ⁊ etiam ſeipm/ arborẽ: quia homo eſt arbor euerſa: ⁊ q̄ ſecularis non dat hec deo. ſed hoc eſt falſum: q: facit actus ſuos ꝓpter deũ: ⁊ contingit q̄ det ſe deo: etiã quolibet die ſemel. Dicis. licet dicat/ do me deo: tamẽ nõ dat reuera ſe deo: cum teneat bona fortune/ bona anime/ et corporis: q̃ tria religioſus a ſe abdicat: ⁊ ſic actualiter dat ſe deo: cũ nihil retineat amore dei. Contra. religioſus ꝑ te dat ſe deo: q: vult viuere ſm regulã ſuã: q̃ illa tria abdicat. ſed nõ ꝓfeſſus ſacerdos ꝯtinẽs/ ſequẽs regulã euãgelicã ſumẽs ſolum neceſſaria vite: poteſt ſic facere. igitur. ꝓbaṫ minor: q: vouet ꝯtinẽtiã virtualiter: ⁊ votum ſit ſolẽne ꝑ ſuſceptionẽ ſacroꝝ ordinũ: nec q̄cq̃ habet niſi fructus bñficioꝝ. modo illoꝝ deus eſt dñs ex. xxiiij. diſtin. huius. Itẽ ſi actus religioſi eſt magis meritorius: q: eſt ſpecialiter deo dicatus: ſequiṫ q̄ religioſi ſtrictioris religionis actus erit magis meritorius q̃ act⁹ religioſi religionis latioris: ceteris oĩb⁹ parib⁹ hoc dempto q̄ vnus ſit religionis ſcti Auguſtini: ⁊ alter actus/ Carthuſiẽſis vel bonoꝝ hominũ. qd opinione mea non oẽs religioſi latioris ordinis ꝯcederẽt. ꝯñtia tñ eſt euidẽs. nam ſicut tu dicis q̄ actus religioſi mãcipati deo eſt melior actu religioſi viri in religione Chriſtiana ceteris parib⁹: quia eſt magis cultui diuino mãcipat⁹: ꝓportiõabiliter dicere debes de actu viri ĩ ſtrictiore ⁊ latiore regula. ¶ Quarto ꝓbãt iſti ꝯcluſionẽ ſic. Religioſus plus peccat q̃ nõ religioſus: ergo plus mereṫ. tenet ꝯñtia: q: alioquin religioſus eſſet ſecurus de dãno ⁊ nõ de lucro. Rñdeṫ. conſequẽtia eſt nulla. nã argumẽtũ ꝓbaret quodlibet opus p̃cepti p̃ſtare cuicũq̃ opi ꝯſilij. qd eſt falſum. ¶ Quinto. ieiunet religioſus die veneris ſm regulã: ⁊ etiã ſecularis. tũc ſic. ſi nõ eſſet p̃ceptum/ vterq̃ actus eſſet alteri par. ſed circũſtantia p̃cepti facit actũ meliorem. igitur. Rñdeṫ. adhuc ꝓbatũ nõ eſt q̄ circũſtãtia p̃cepti faciat actũ eſſe meliorem q̃ eſſet ſine illa circũſtãtia. q: ſi ſic: ſi mille actũ p̃ciperẽt/ act⁹ eſſet melior q̃ ſi pauci ipm p̃ciperẽt. Secũdo dato q̄ hoc ſit veꝝ/ nõ ꝓbaṫ de actu non ꝯtẽto in regula. ¶ Sed an ſecularis grauius peccet q̃ religioſus: dicunt iſti q̄ ſic. Sed ceteris oĩb⁹ parib⁹ hoc dempto q̄ vnus ſit religioſus: et nõ alter: q̄cq̄d alij dicãt cõcedo q̄ religioſus plus peccat. tũ quia eſt deo magis deuinctus: vt ipſi. tũ q: cadit a gradu altiore et ſecuriore. loquor de his que plurimũ cõtingũt. nõ enim oportet loq̄ de viro heroico ſeculari: et mediocri religioſo. Sed q̃uis grauius peccet q̃ non religioſus: ſi ſit in ſocietate bonoꝝ/ citi⁹ reſurgit: quare nõ ita ꝑiculoſe peccat vt ſecularis. Si vero loquaris de pctõ regule cui ꝯtrauenitur: ſecularis nõ peccat: ſed religioſus peccat. et certus eſt de pctõ/ ſi male agat: et nõ alter. ſed illud ꝑiculũ pctĩ cõpẽſaṫ ꝑ bona religionis. de q̄b⁹ poſtea dicemus cõparando ſtatum ſecularem ad ſtatum religioſorum.

Dubitatur: qui poſſint vouere. Rñdeṫ. oẽs q̄ nõ ꝓhibenṫ. quare de ꝓhibitis vouere loquendũ eſt. q̄b⁹ cognitis adequate: in promptu habebis qui poſſint vouere. Aliq̄ aũt ꝑſone de iure nature ꝓhibenṫ vouere: vt dementes et breuiter rõnis oĩs expꝑtes. Alique de iure poſitiuo. cũ quo ius naturale multũ/ vel parũ conuenit. ¶ Primo. Epiſcopi ⁊ alij ſuꝑiores p̄lati nõ poſſunt facere votum/ quo vinculũ inter ſe ⁊ ſuas eccleſias diſſoluaṫ: ſine ꝯſenſu pape. de renun. c. Niſi cũ pridẽ. nõ eĩn põt p̄lat⁹ emittere votũ quo graue p̄iudiciũ fieret eccleſie ſue. viij. q. j. Clemẽs. ¶ Secũdo clerici bñficiati in bñficijs reſidentiã requirẽtib⁹/ nõ poſſunt facere votũ lõge ꝑegrinationis ſine facultate epi. de voto. c. Magne. Poſſunt tñ inferiores epis ꝓfiteri religionẽ ĩuitis epis. xix. q. ij. Due. ⁊ bñficiũ coꝝ nõ debet alteri ꝯferri quouſq̃ fuerint profeſſi: vel abſolute appareat q̄ vitã mutare voluerint. ca. Bñficiũ. de regula. li. vj. ¶ Tertio religioſi nõ poſſunt vouere ſine ꝯſenſu formali vel v̾tuali ſuꝑioris. qd patet ꝑ illud Baſilij qd recitaṫ. xx. q. iiij. c. Monacho. vbi ſic ſcribiṫ. Monacho nõ licet vota vouere ſine ꝯſenſu abbatis ſui. ſi aũt vouerit frãgẽdũ erit. Ratio eſt: q: volũtatẽ a ſe abdicauit. Sed dicis. nõ teneṫ parere abbati niſi in regula: ergo in alijs ĩꝑtinẽtib⁹ eſt ſicut erat ante ꝓfeſſionẽ. vouere poterat aliqua ad regulã nõ ꝑtinentia: ⁊ fuiſſet obligatus illa ſeruare: ergo adhuc põt illa vouere/ et potiſſimũ regule nullo mõ aduerſa: vt ſic. voueo me oratuꝝ ⁊ factuꝝ hoc quolibet die ſi nõ vocer a ſuꝑiore. ⁊ cõtingit q̄ a ſuꝑiore non voceṫ: ergo põt facere qd vouit: ⁊ manebit obligatio. Scim⁹ hoĩem poſſe illa rõne euaſionẽ ꝓbabilẽ ĩuenire: ſed ſatius eſt dicere q̄ licet nõ teneatur abbati in ijs que ad regulã nõ ꝑtinẽt parere: tñ non põt vouere ſine ꝯſenſu abbatis. nã p̄ſumiṫ abbas paſtor prudentior ſua oue: que multis onerib⁹ ĩportabilibus ſe ſub ſpecie deuotiõis premens votũ voto accumularet. Propterea rationabilius eſt dicere q̄ ad hoc eſt arctatus. ⁊ ꝓbabiliter hoc ꝯſtat: vt aliquo mõ iã patuit: ⁊ amplius oſtendiṫ ꝑ vxorẽ. ¶ Quarte ꝑſone vetite vouere ſunt vxores. nã vxor nõ põt ſine ꝯſenſu viri vouere votũ abſtinẽtie. vt dicit Aug. in q̄ſtionib⁹ Numeri. ⁊ citatur xxxiij. q. v. c. Noluit. et in. c. Manifeſtũ. Et eodẽ mõ de quocũq̃ alio voto: etiã ad carnalem copulã nõ ꝑtinẽte. quo ad copulã aũt marit⁹ ⁊ vxor ſunt pares. c. Gaudemus. de diuor. ⁊ etiã quo ad ea que copulã cõcernũt. vt vir nõ põt vouere q̄ dormiet indut⁹ veſtib⁹: nec põt vouere abſtinẽtiã ꝑ quã nõ poſſit mulieri reddere debitũ. Et licet vir mulieri ꝯſenſerit: põt tñ votũ mulieris reuocare/ licet ĩterdũ male agat: nõnũq̃ bene/ qñ ſcꝫ eſt rõnabilis cã voti ſoluendi. rõ eſt: q: eſt caput mulieris. Sic abbas eſt caput religioſi: et magis ẽ religioſus ſubiect⁹ abbati/ q̃ mulier viro. xij. q. j. Non dicatis. Et ꝓpterea recte dicit gloſſa in dicto ca. Noluit. q̄ abbas poteſt reuocare votum qd religioſus emiſit ante monachatum. ¶ Quinto: filiusfamilias nõ põt vouere aliq̄d qd ſit cõtra regimẽ dom⁹ et familie niſi ex ꝯſenſu p̄ris: p̄ter votũ religionis. ¶ Sexto/ impubis non poteſt facere votum



religiõis ẽt cũ facultate p̄ris quãtũcũq̃ prudẽs fuerit. de regula. c. j. lib. vj. vbi ille q̄ ante. xiiij. annũ fuerat profeſſus licite poterat redire ad ſeculũ. poteſt eĩn põtifex talẽ ꝯtractũ irritare. ⁊ q̃uis iſte ſit prudẽs: ne tñ alij iuuenes paſſim circũueniantṫ a religioſis: ꝑmitti nõ debꝫ. ¶ Septimo ſerui nõ poſſunt vouere aliq̄d qd eſt in p̄iudiciũ dominoꝝ ſuoꝝ. ¶ Octauo ⁊ vltimo nec abbates poſſunt aliq̄d vouere: ꝑ qd p̄iudiciũ in ſuo officio generẽṫ: ſine ꝑmiſſione ſuoꝝ ſuꝑioꝝ. xviij. q. ij. Abbates. Non ſic intelligas q̄ cũ facultate ſuꝑioꝝ poſſint etiã tale votũ cõplere: ſed ſic/ in caſu ambiguo de p̄iudicio cenobij implorãda eſt ſuperioris permiſſio.

Dubitatur: an iuramẽtum plus obliget iurãtẽ ad p̄ſtãdũ id qd iurat votum. Rñdet beatus Thomas ſcda ſcdẽ. q. lxxxix. arti. viij. q̄ plus obligat votũ. Cuius rõnes ſunt. nã iuramẽtũ interdũ fit homini: votũ aũt ſoli deo: igitur obligatio voti eſt maior. Alia ratio. obligatio voti naſciṫ ex fidelitate quã deo debemus: vt ſcꝫ ei ꝓmiſſum ſoluam⁹: obligatio autẽ iuramẽti ex reuerẽtia quã ei debemus: ex qua tenemur verificare illud qd per nomen eius ꝓmittimus. omnis autẽ infidelitas irreuerentiã continet. ſed non conuertitur. videṫ enim infidelitas ſubiecti ad dominũ/ eſſe maxima ĩreuerentia. Rationes iſte non concludũt. non prior. nã loquimur de iuramẽto quo aliquid iuratur deo: vtpote iurãdo q̄ ꝓfitebor religionem quemadmodũ ſi illud vouerem. ponamus ſemper cetera paria/ hoc dempto q̄ vnus iurat ſe facturum a: ⁊ alter ad idem vouet. Nec ſecũda ratio cõcludit: q: ſicut votũ naſciṫ ex fidelitate quã deo debemus: vt ei ꝓmiſſum ſoluamus: ſic etiã iuramentũ ex eadẽ fidelitate oriṫ. Ex fidelitate aũt quã debeo de voto/ teneor ſeruare iuſiurãdũ meũ licitũ. nec obſtat q̄ in trãſgreſſione iuramenti irreuerẽtia fiat deo. ſic enim fit in trãſgreſſione voti. Preterea. poſſibile eſt tranſgreſſorẽ voti habere fidem rectã in intellectu/ ſicut non implentẽ iuramẽtũ. ergo non eſt maior infidelitas in trãſgreſſione vnius q̃ alterius. An autem infidelitas quelibet irreuerẽtiam dei exuperet: nũc non inquiro. ¶ His rationib⁹ euacuatis arguiṫ contra concluſionem. B. Thome. Omnis ratio obligationis in voto: manet in iuramento: ⁊ additur aliquid aliud. ergo iuramentũ nõ minus/ imo magis obligat q̃ votum. Antecedẽs patet de intẽtione obligãdi: ⁊ cum hoc aſſumitur nomẽ dei in teſtimonium. ergo quecũq̃ ratio obligationis eſt in voto: illa et aliqua alia eſt in iuramẽto. nõ minus igitur obligat: immo plus. Preterea. iuramentum metu extortum tenet: votum autem metu extortum non tenet. ergo plus ligat iuramentum q̃ votum. probatur conſequentia: quia ſi votum eſſet maius vinculum q̃ iuramentum ſpontaneum: votũ magis obligaret q̃ ſpontaneum iuramentum: et coactum votũ magis obligaret q̃ coactum iuramentũ. ¶ Propterea teneo q̄ iuramentum plus obligat q̃ votum ceteris omnibus paribus. non tamen habet conſuetudo ſic iurare ob euitãdum periurium. Sed prudens in caſu licite iurare poteſt. ſicut deus ꝑ ſemetipſum iurauit. Geneſis. xxij. et ſm Apoſtolũ ad Hebreos. vj. Omnis controuerſie finis ad conſummationẽ eſt iuramẽtũ. ergo cũ ei plus ſteṫ q̃ voto tãq̃ ſim cõtrouerſie: plus obligat. et eius preuaricatio eſt cõtra preceptum prime tabule: nõ autem preuaricatio voti. Ex iſto ſequiṫ q̄ ſi prudens iuret deliberate ſe religionẽ ꝓfeſſurũ/ qd eſt ſibi licitũ: nõ minus/ immo magis corã deo eſt obnoxius ſuũ iuramẽtum implere/ q̃ hoc ipſum vouere.

+ c. per latum · de his que in mest..

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue. Queſtio Quinta.

Aliqua iam de voto in generali tetigimus: ⁊ obiter aliqua de religioſis. deinceps tria inueſtigabo. Et primo: an ſtatus religionis ſit vite ſeculari q̃ ad meritũ: ⁊ ex ꝯſequẽte quo ad p̄miũ p̄ferẽdus. In p̄mis videamus qd ſit religio: ⁊ ſtatus ſecularis: ne videamur vmbratice ĩ equiuoco laborare. Termin⁹ religio ĩterdũ ꝑ metu capiṫ. vt apud Virgiliũ. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes. Dira loci. vbi Seruius. Religio, inq̄t. i. metus vel ſollicitudo: ab eo q̄ mẽtẽ religet. Unde dies religioſi infames vel infauſti dicti ſunt. Aliquãdo ſumiṫ pro ſuperſtitione. quo modo religioſus diciṫ q̄ nimia ⁊ ſuperſtitioſa religione ſe alligat. Terẽti⁹. Ut ſtulte ⁊ miſere oẽs ſumus religioſe. Alio aũt mõ religioſum vocaṫ illud qd ob ſctitatẽ aliquã remotũ ac ſepoſitũ eſt a nobis: a relinquẽdo dictũ. vnde Virgilius in. viij. Eſt igẽs gelidũ lucus ꝓpe Ceretis amnẽ Religione patrũ late ſacer: vndiq̃ colles Incluſere caui ⁊ nigra nemus abiete cigũt. Lactãti⁹ lib. iiij. religionẽ a religãdo dictã aſſerit. Auguſtin⁹ v̾o lib. x. de ciui. dei. a religẽdo religionẽ deducit. Prima acceptio eſt nobis aliena cũ ſcdã: ſꝫ tertia peculiaris. ¶ Itaq̃ tertio mõ capiendo religionẽ vel religioſum a religando/ trifariã accipiṫ. Uno mõ latiſſime vt oẽm Chriſtianũ includat. ⁊ vocaṫ Chriſtiana religio apud loquẽtes. vt in. c. Pro humani. de homi. lib. vj. ſicut in lege Moſayca de comedẽdo agno paſchali diciṫ Exodi. xij. Hec eſt religio phaſe. et Numeri. xix. Hec eſt victime quã ſtatuit dñs. ¶ Secundo mõ capiṫ religio ꝑ eis q̄ realiter honeſte viuũt/ ſiue ſint ſeclares/ ſiue clerici: ſiue q̄cũq̃ alij. ⁊ ſic ap̄ls vocabat ſe phariſeũ ſecũdũ certiſſimã ſectã religiõis Hebreoꝝ. Act. xxvj ⁊ Iaco. j. ſcribiṫ. Religio mũda ⁊ ĩmaculata apud deũ ⁊ patrem. hec eſt: viſitare pupillos ⁊ viduas ⁊ c̃. Et Act. ij. Erant aũt in Hieruſalem habitãtes Iudei/ viri religioſi: ex oĩ natione q̄ ſub celo eſt. q̄ tñ oẽs erãt ſeculares. ⁊ ſic vocamus ſanctũ Ludouicum Regẽ: et magiſtrum noſtrum Stãdonck Mechliniãnũ/ religioſiſſimos viros. ¶ Tertio modo capiṫ religioſus ꝑ illo qui aliquã e religionibus approbatis ab eccleſia ꝓfiteṫ: ⁊ veſtes a ſecularib⁹ diſtinctas habet. Ex quo patet q̄ religio ſecũdo mõ eſt optima inter has acceptiones: q: in ſe bonitatem includit: ⁊ malitiã excludit. Tertio autẽ modo dicta religio bonitatem ⁊ malitiã non recuſat. Secularem tot modis oppoſitis poſſumus accipere ꝑ regulã topicam. Quot modis diciṫ vnum oppoſitorum: tot modis dicitur ⁊ reliquum. ſed capimus oppoſito modo ad tertiã acceptionẽ: ita vt quẽlibet nõ religioſum religione vulgari ſecularẽ appellem⁹. Uidem⁹ eĩn aliquos imo plurimos religioſos ſuaꝝ ꝓfeſſionũ p̄uaricatores: q̄ putanṫ a ſapientib⁹ eſſe in ꝑiculoſiſſima ſorte viuẽdi: nec putanṫ ꝯſequi ſalutem viuendo vt viuunt. alij autem bene viuunt.

¶ His p̄miſſis pono cõcluſiones ſequẽtes: quaꝝ Prima eſt. Stat⁹ religiõis ſiue ꝯuẽt⁹ religioſoꝝ in q̄ f̄res religioſe viuũt/ eſt ſecurior ad merẽdũ ⁊ pctã vitãda: q̃ ſtat⁹ ſeclaris ⁊ mũdan⁹. Probaṫ pclo. Nã in ſeclo plurimũ in auaritia peccaṫ/ vẽdẽdo/ emẽdo/ ⁊ in multis alijs ꝯtib⁹: ⁊ crebro nõ eſt alieni reſtitutio. q̃ ille ſtat⁹ in quo homĩes ſe talib⁹ accõmodãt eſt ꝑiculoſus. peccatur item in luxu et in ſuperbia vite/ ſm illud p̄me

Joannis. ij. Omne quod eſt in mundo: eſt cōcupiſcentia carnis ⁊ ꝯcupiſcentia oculoꝝ/ et ſuꝑbia vite. Qua de re Baptiſta in vita Ludouici Morbioli ita cecinit. Ambitioſus honos ⁊ opes: ⁊ feda voluptas. Hec tria ꝓ trino numine mūdus habet. Hee ſunt p̄cipites furie quibus vritur ardens. Orcus ⁊ in terram ſeminat omne ſcelus. Ab his autē tribus in bona religione cauet̃: ⁊ cōtra ea vouentur tria cōtraria: cum contraria contrarijs curentur. Contra ſuꝑbiam: proprie voluntatis in manꝰ alterius renunciatio. Cōtra cōcupiſcentiam oculorum hoc eſt auaritiā, paupertas. Contra carnis cōcupiſcētiam vouetur caſtitas. ¶ His ſuppoſitis arguitur ſic. Datis duobus ſtatibus vel vijs de ceteris nō curemus ſtatus ille eſt ſecurior ⁊ melior qui relinquit oīa/ illa penitus in quibꝰ paſſim peccāt: ꝙ ſtatus ille/ qui hec non relinquit: ſed permittit: ſed ſic eſt de ſtatu religionis reſpectu ſtatus ſecularis: vt ad oculum videmus. igitur. Inſuper ſi ſtatus religionis nō eſſet melior ſtatu ſeculari: imprudentes eſſent viri deſerētes ſeculum ⁊ manentes in religione. hoc autē ab oībus habet̃ falſum. ⁊ conſequentia patet: quia nō deberent hoīes ſic mundū deſerere ⁊ ad religionē volare ſi ſtatus ſecularis eſſe potior. Tertio oculatiſſimi patres has religionū ciſternas foderūt vt homines prudēter ⁊ caute ad patriā ducerent ergo ſtatus religionis ſtatu ſeculi eſt perfectior. Quarto arguit̃ ſic. beneficiatos ſeculares ī ſimonia beneficiorum pluralitate: ꝓdiga fructuū eccleſiaſticoꝝ diſſipatione: ⁊ male ſuis officijs incūbendo peccare videmus. milites/ mercatores/ agricolas. ⁊ oīs ſortis homines videmus ꝓ terris aut poſſeſſionibus litigantes fraudulēter crebro ⁊ nō fraternaliter: incidētes in adulteria: nā luxus plurimi ſunt cogniti. ⁊ ab his omnibꝰ in bona religione cauetur. Preterea dicit Petrus bleſenſis. Si paradiſus eſt in terris/ eſt ī religione aut in ſtudio. in religione vtrūqꝫ habebis. cui eī plus ocij dat̃ ſtudendi ꝙ religioſo a tumultu ſeculi ſegregato? Litteras aūt Maro in primis elegit cū in ſecūdo Georgicoꝝ īquit. Me vero primum dulces ante oīa muſe. Quarū ſacra fero ingenti ꝑcuſſus amore/ Accipiant. Religioſus itaqꝫ ſacre ſcripture intēdit que cū mores ⁊ ſapientiam docet: dicit nāqꝫ Apoſtolus ad Romanos. xv. Quecūqꝫ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinā ſcripta ſunt. vt per patiētiam ⁊ cōſolationem ſcripturarū ſpē habeamꝰ. ⁊ Eſaie xlviij. Ego dominus deꝰ tuus docēs te vtilia ⁊ ad Hebreos. iiij. Viuꝰ eſt enim ſermo dei ⁊ efficax. ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti. ⁊ Pſalmographus. Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori meo. pſal. cxviij. Et pſal. xviij. Deſiderabilia ſuꝑ aurū ⁊ lapidem precioſum multū: ⁊ dulciora ſuper mel ⁊ fauū. A pctō ſiquidē ſacre ſcripture lectio p̄ſeruat. vnde rex ⁊ vates dicebat. Me expectauerunt pctōres vt perderēt me ſed non p̄ualuerunt/ qꝛ teſtimonia tua intellexi. ⁊ pſal. xxij. Poſui in cōſpectu meo mēſam aduerſus eos qui tribulant me. ſacre ſcripture lectioni intēdēs. Nūc vitas patrū religioſus reuoluit vt eos imitari conetur: nunc caſus cōſcientie ſapientum perlegit: vt mentē ſuā ⁊ alioꝝ purget: horis ſtatutis hymnos ⁊ dei laudes hilarit̃ depromit: ⁊ mēte in celum rapitur: nūc in cellula orādo cū deo muſſitat. ſic ſancte occupatꝰ a fluctibus ſeculi ꝓrſꝰ eſt ſemotus. parce ī refectorio comedit ⁊ bibit: modico quoqꝫ ſomno indulget. Ecce boni religioſi vitā: vel pauca exercitia quibus ſeſe in vita occupat. Longe autem ab his diuerſa in ſecula eueniunt. quare cōcluſio vera. ſcꝫ qꝫ ſtatus religionis in qua regula a fratribus ſeruatur: eſt ſtatu ſeculari ſecurior ⁊ longe preſtantior. ¶ Secunda cōcluſio. Multi in ſeculo ſaluātur. patet nā aliq̄ ſūt boni laici ⁊ plures ꝯparatiue: ſacerdotes quoqꝫ paucis cōtenti verbo ⁊ exemplo vite alios inſtituentes ⁊ edificantes: caſti/ nō auari. nec alijs vitijs irretiti. q̄ exiſtētes in mūdo/ mundū non curant: ſed legem dei querunt ⁊ queſitum obſeruant. ¶ Tertia ꝯcluſio. Multi ſunt religioſi vulgares in periculoſo ſtatu ex ſua culpa viuentes. ꝓbatur ſic. multi illoꝝ nō obſeruāt regulas quas vouerūt. ſed ſi ſint religioſi mathematici ⁊ habitu. malitia autē non ꝓuenit a regulis: ſed ex eoꝝ culpis. Hic beatus Auguſtinus ſcribens ad Vincentium Donatiſtā dicit. Sicut difficile ſum expertus meliores ꝙ qui in monaſterio ꝓfecerunt: ita nō ſum deteriores expertꝰ ꝙ qui in monaſterio defecerūt. ⁊ citatur. xlvij. diſt. ca. Quantūlibet. Hi cū vouerint paupertatē obedientiā cum caſtitate/ ſeculum deſerentes: iterato more canum ad vomitū redeūt ⁊ ad ſeculum. Sed vt dicit Eugeniꝰ papa. ⁊ recitat̃. xvj. q. j. c. Placuit. Sicut piſcis ſine aq̄ caret vita. ita ſine monaſterio monachus. Porro cenobio relicto ſaculo ſeſe ingerentes non relinquūt ſindonē cum illo qui Chriſtum inſtante paſſione ſequebatur: nō hydriam cū Samaritana. non rete cum petro: non teloniū cum Mattheo. nō pallium cum Joſeph egyptiace mulieri: ſed conantur ab itinere ad terrā promiſſiōis redire ad egyptum. ⁊ comedere carnes more recalcitrātium Hebreoꝝ: qui vt ſcribitur Numeri. xj. dicebant. Quis dabit nobis ad veſcēdū carnes? recordamur piſciū quos comedebamus in egypto gratis: in mentē nobis veniunt cucumeres/ ⁊ pepones porriqꝫ/ ⁊ cepe/ ⁊ allia. Anima noſtra arida eſt. nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Iſti moraliter ſunt religioſi Aegyptū. i. mundum relinquentes: ad religionē locum penitentie ⁊ arctitudinis pergētes: vt ad terram ꝓmiſſionis: hoc ē ad paradiſum celeſtem ꝑueniant. in qua religione manna mādūcant. hoc eſt deuotionem ſacre ſcripture: ⁊ ea que in cōcluſione precedēte citauimus. ſed hoc iſti contēnunt: carnes deſiderant. hoc eſt carnales delicias in mūdo. Herbe autem frigide que tanꝙ ſalſamenta eis dabāt̃ frigiditatē deuotionis. ⁊ ſpiritualis letitie ſignificant: q̄ cū illis carnalibus voluptatibus miſcet̃ porri cepe/ ⁊ allia ſuapte natura calida appetuntur/ que choleram ⁊ auaritie ardorem generant. Anima eſt arida charitate ⁊ deuotione: nec ſapit ei dulcedo ſacraꝝ literarū. ſicut plato nō ſano cibus optimus eſt pena qui ſano eſt ſuauis. hinc dꝛ Prouerb. xxvij. Anima ſaturata calcabit fauū. more fabricātis. Iſti nanqꝫ febribus calidiſſimis laborant. ⁊ cōtraria ſue ſaluti petunt. Poſtꝙ aūt dedit eis carnes coturnicū: quod ſecutum ſit. litera ſequens in fine. c. narrat dicens. Adhuc carnes erant in dentibus eoꝝ: nec defecerat hmōi cibus: et ecce furor dn̄i cōcitatus in populum ꝑcuſſit eum plaga magna nimis. vocatuſqꝫ eſt ille locꝰ ſepulchra ꝯcupiſcētie/ ibi eī ſepelierūt populū q̄ deſiderauerat carnes. Sic iſti religioſi in ꝯcupiſcētijs carnalibꝰ ⁊ ardoribꝰ crebro in ſeculo moriūt̃: ⁊ ī ſtatu horrēdo egrediūt̃: ⁊ potiſſimū q̄ alijs p̄ſunt: veſtiti tāꝙ ſpōſi de thalamo ꝓgredientes cū mutatoris veſtiū/ more Naamā Syri: magna clientū multitudine ſtipati. vt nō p̄res monaſterioꝝ: ſed dn̄i caſtroꝝ videri poſſint: nō rectores aīaꝝ: ſed p̄ncipes ꝓuinciarū: tumultus aulicos ſub vmbra defēſiōis bonoꝝ cenobij ſectātes: ⁊ ad regia ꝯſilia nō vocati ꝓperātes: cū tñ deberēt ſaluti ſue ⁊ ſuoꝝ ꝯſulere: ſed religionem facto docent eſſe ſeculo poſtponendam: ⁊ in ſuum miſerandum exitium precipites ruunt.

¶ Contra primam concluſionem arguit̃. Religio chriſtiana ē neceſſaria ad ſalutē ſtatꝰ religionis nō eſt neceſſarius ad ſalutem: ergo ſtatus ſeculi non eſt religioni poſtponendus. Rñdet̃. ſi ſtatus religionis Chriſtianiſſimū excluderet/ argumētū cōcluderet: ſed ipm̄ includit cū aliquibꝰ adminiculis que ad finem intētum in Chriſtiana religione maxime cōducunt: ad que noluit dn̄s obligare omnes: ſed ꝯſilium dedit. Religio autē Chriſtiana eſt cuilibet neceſſaria ad ſalutē: et illā ſeruare ſufficit. alia autē factitia/ non eſt neceſſaria ad ſalutē. ¶ Secundo arguit̃. ſtatus religionis eſt vna methodus in religiōe Chriſtiana incluſa. ſed difficilius eſt ꝑ illā methodū incedere ꝙ ꝑ totā religionē Chriſtianā: qđ oſtēdit̃ ad oculū in via materiali. nā facilius eſt multo incedere ſine errore in via regia inter Pariſios ⁊ Lugdunū/ ꝙ cape methodū: licet paulo breuiorem. Et patet a ſigno. nā multi dānātur in religione qui fuiſſent in ſeculo ſaluati. Rñdetur. Religio nō eſt excluſa a religione Chriſtiana/ ſed cōſulta: ⁊ eſt methodus breuis ad terminum ad quē/ ſcꝫ patriā ducēs. Et licet difficilis ⁊ anguſta ſit in principio: tñ lata eſt via ⁊ tranquilla in fine: muros habet et ſepta: arcēs incolā ne ad dexterā vel ad ſiniſtrā cadat: niſi q̄s ex ſtultitia ſua muros frangat. In via aūt regia ob diuites trāſeūtes ſunt fures/ latrones/ ⁊ ſicarij viri belial: bona fortune/ vt aurū: argētum: pulchra ſuppellex: mulieres pulchre: deuotiones ⁊ cetera id genus monſtra ad vitiū allectiua. Licet vero ſint verbidiuini declamatores: populū ad bonum mutātes ſic vt prudēs mercator ſecurus incedere poſſit: tamen multi ſunt īprudētes q̄ illaqueant̃: et terminū nō attingunt. Et ꝯcedit̃ illud qđ in argumēto tāgit̃: qꝫ aliqui religioſi ſunt dānati/ q̄ in ſeculo fuiſſent ſaluati. ſicut enim auis incluſa in bona cauea non exponit̃ prede auibꝰ rapacibus: vt auis vaga in aere: ſic eſt de religione et ſeculo. ¶ Tertio arguit̃. Aliqui in ſeculo ſaluātur ex omni hominū genere: vt dictū eſt in ſecūda ꝯcluſione: ſed difficilius eſt illis bn̄ viuere extra religionē ꝙ in religione: ergo plus merētur. ergo melius eſt manere in ſeculo ꝙ in religione. Reſpōdet̃ cōcedēdo totum argumētum ceteris paribꝰ. ſed ſtatus ille eſt ꝑiculoſior: ⁊ ꝑ ꝯſequens aliꝰ p̄ferēdus eſt a prudēte. ¶ Jam videmus quonā pacto poſſit quis viuere tā in religione ꝙ in ſeculo: ſecurꝰ tamen in religione/ in qua bn̄ viuit̃ ſm̄ inſtitutū cenobij. ⁊ ſic non eſt idē de religione ⁊ ſeculo: qđ de parua methodo ⁊ via regia. multi tñ ſunt religioſi male viuētes/ proprietarij/ inobedientes: ⁊ regulas quas ꝓfeſſi ſunt nō ſeruantes: vt ex dicendis latius patebit.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Sexta.

SEcundo circa hāc materiā querit̃: ⁊ eſt q̄ſtio ſexta in materia votoꝝ. an ſtatus religioſoꝝ ſit ꝑfectior ſtatu epiſcopoꝝ ſecularium. Per ſtatum officium: ⁊ modum viuendi intelligo. de vocabulis eīm non eſt curādum. hoc dico qꝛ ſtatus ſm̄ leges diuidit̃ in libertatē/ ciuitatē/ ⁊ familiā: ſecūdū quē eſt maxima capitis diminutio/ media/ et minima. vt patet in. ff. de capitis diminu. l. ſi. §. j. ij. ⁊ iij. Et ſm̄ hoc aliqui volunt dicere ſtatū debere eſſe perpetuum.

¶ Pro ſolutione quæſtionis pono aliquas concluſiones: quaꝝ Prima eſt. Aliqui ſunt ſtatus viuendi vel operationes magis ſtantes cum ſalute anime ꝙ alie. patet. nā piſcator/ ⁊ agricola de cuius ſorte Virgilius dicit. At ſecura quies et neſcia fallere vita. eſt in ꝑfectiori ſtatu ꝙ aduocatus: caupo: negociator: vel miles in bello. igit̃. ¶ Secunda concluſio. Aliqui ſunt ſtatus ꝑfectionis. ꝓbat̃ ſic. aliqui ſunt ſtatus ſiue modi viuendi vel diſpoſitiones: in quibus homines melius viuere ſolent ꝙ in alijs. et iſti dicunt̃ ab aliquibus ſtatus ꝑfectionis: in quibus homines obligāt ſe cum aliqua ſolennitate ad deo ſeruiendum: vt ſunt epiſcopi et religioſi. propterea Dionyſius. v. cap̄. celeſtis Hierarchie attribuit ꝑfectionē epiſcopis tāꝙ ꝑfectoribus: ⁊ in. vj. capite eiuſdem libri attribuit ꝑfectionē religioſis quos monachos vocat: vel therapeutas. i. deo famulātes: tanꝙ ꝑfectis. ſed quālibet bonā conditionem viuendi: qualis eſt virginitas: viduitas: ⁊ coniugium: ſtatum vocabo: tū qꝫ de nominibꝰ non refert. tum qꝫ hoc eſt in cōmuni vſu. nam vocamus ſtatum virgineum ⁊c̄. Inſuꝑ ꝑfectio ab aliquibus diuidit̃ in ꝑfectionē acquirendā: ⁊ in ꝑfectionē acq̄ſitā. prior religioſis: poſterior epiſcopis conuenit. ¶ Tertia concluſio. Status epiſcopoꝝ ſecularium eſt ꝑfectior ꝙ ſtatus religioſorum. probat̃ hec ꝯcluſio. nulli licet a maiore ſtatu ad minorem trāſire: bene autē ediuerſo: qꝛ hoc eſſet retro aſpicere. ſed poteſt aliq̄s tranſire a ſtatu religionis ad ſtatum epiſcopalem. vt dicit̃. xviij. q. j. c. Statutum. Hec concluſio etiā ꝓbat̃ ꝑ ca. Licet. de regula. ⁊ ꝑ ca. Clemens. de renun.

¶ Contra hanc tertiam concluſionem arguit̃: probādo qꝫ ſtatus religioſoꝝ ſit ſtatu epiſcoporum ꝑfectior. ⁊ hoc ſic. Epiſcopi fluctibus ſeculi exponunt̃: et ſunt in maiore diſcrimine ſalutis tā in collatione beneficioꝝ ꝙ in adminiſtrādis bonis eccleſie ꝙ religioſi. ⁊ cum ſplendide comedant: ⁊ in ſocietate ſint ſecularium virorum: in maiore ſunt ꝑiculo ꝑdēde caſtitatis ꝙ religioſꝰ ſimplex. ¶ Reſpōdet̃. argumētum ſufficiēter concludit religioſos eſſe in ſecuriore ſtatu bene viuēdi ꝙ ſint epiſcopi noſtre tempeſtatis ꝓpter illa ⁊ ſimilia que in argumento tāgunt̃. Q̃ autē dicant̃ epiſcopi eſſe in ſtatu ꝑfectiōis acquiſite: expoſitione indiget. nā multi eorum habent ꝑfectionem acquiſitā. vtinam haberēt charitatem infuſam. Religioſi autem ſunt in ſtatu perfectionis acquirende. i. ſunt de ſtatu illo in quo adhuc ſunt ſub modio: in quo laborant pro acquiſitione perfectionis. Ad hoc autē vt epiſcopi bene preſint: prerequiritur qꝫ virtutes habeant ad hoc vt ponantur ſuper candelabrum. Ex quo ſequitur qꝫ aliqui ſunt in ſtatu perfectionis acquirende nominaliter et non in ſtatu ꝑfectionis acquirende participialiter. ſicut obligator concedit vnā ꝓpoſitionem concedendā nominaliter: vt hanc: homo eſt aſinus. ſi conuertatur cum hac: deus eſt: que non eſt concedenda participialiter. Eſſe ergo in ſtatu perfectionis acquirende nō eſt eſſe in via qua propinque magna perfectio acquirit: ſed eſt virum eſſe aſtrictum perpetuo ad cultum diuinum: cum quadā ſolēnitate. Unde Joannes Gerſon circa finem prime partis ſic īquit. Religiones huiuſmodi factitie ſatis improprie ⁊ abuſiue et forſitan arroganter dicte ſunt ſtatus perfectionis. qđ verum eſt. nam contingit homines imperfectiſſimos tales ordines profiteri. modo non propter perfectionem acquirendam: ſed acquiſitam debet dici ſtatus perfectionis. Et infert. propterea melius nominaret̃ via quedam: inſtrumentum vel diſpoſitio ad perfectionem acquirendam. nam ſicut iuuat quoſdam ad ꝑfectionē vere religionis Chriſtiane: ſic multos impedit atqꝫ precipitat: quos tutius fuerat in ſeculo remanſiſſe. Sic ille. Quo fit vt aliquis ſit in proxima via acquirende perfectionis: qui non eſt in ſtatu perfectionis: et ediuerſo. qđ

¶ Contra ſextam concluſionem argumētor. Habeat abbas mille ſcuta: quoꝝ ducēta vel trecēta ſufficiāt religioſis nutriēdis. Tēplū aūt ꝛ domꝰ nō egeāt reparatione. hic abbas pōt reliquā partē pecunie expendere vt volet: ꝛ tamen nō erit ꝓprietarius. igitur. ¶ Intendimꝰ hic paucis attingere illud qđ principaliter in qſtione queriṫ. Dico ergo pmo. qñ abbas expēdit ſm rōnē: vtpote edificādo tēplū ꝛ cenobij muros ad includēdo fratres: in hoc nō eſt ꝓprietarius. Quo ad mēſam vero ꝛ famulos: qꝛ mundū reliqt ꝑ ꝓfeſſionem ſuā: tametſi quinquies mille ducatos pōt expendere annue: ſufficit ei hre ꝯſociū religioſum cū vno/duobꝰ: vel tribꝰ famulis: ꝛ mēſe ac veſtiū mediocritatē: famulis ſoluendo ꝓ laboribꝰ. eo nāꝗ modo certū eſt eū nō eſſe ꝓprietariū. Non aſciſcat ſibi famulos ꝯſanguineos q eū ad mala īpellāt: ſed ex toto ꝯuētu deligat religioſiſſimū fratrē conſociū: ꝛ famulos ꝓbate vite in caſtitate ꝛ ſobrietate. Certū aūt eſt ipm eſſe ꝓprietariū: ſi reliquā partē pecunie nomiate expēdat in multitudine cliētū: ꝛ potiſſimū diuitū in menſa. Secūdo ꝓprietarius eſt: ſi tot nutriat quot multi iā epi nō potētes plura expendere ꝗ iſte abbas. Ille eñi votū pauptatis emiſit: nō aūt alter epūs nō religioſꝰ. ꝛ ſi tot habeat: eſt dūtaxat mathematica paupertas ꝛ nomie: nec eſt gloria religionis: ſꝫ ignominia ꝛ dedecus: ꝛ religionis exitiū. Tertio qñ dat ſuis conſanguineis diuitibꝰ aliqd puro dono/eſt ꝓprietariꝰ. Si dicas. pluribꝰ egēt ꝓ ſua ꝯditiōe. hac via ꝯcludes eū licite poſſe dare hec bona regi vel duci ditiſſimo. qđ eſt abſurdū: ꝯtra regulā ꝛ intētionē fundatoꝝ. Quarto quando abbas eſt ꝓfuſus in veſtibꝰ vel in cibo. Quinto qñ ſe ꝯfert ad curias pncipū: ſine rōnabili cā multa expēdendo. Si qs dicat eū peccare ſic pecuniā ꝓdige expēdendo: ꝛ nō eſſe ꝓprietariū: eadē eſt ſentētia: et verbale ſolū diſcrimē. Sed cū religioſus nō poſſit hre dñium rei vſu non ꝯſumptibilis: qñ ꝓdige aliqd expendit ꝯtra regulā: meliꝰ eſt dicere ꝙ ſemꝑ eſt ꝓprietariꝰ. nā in aliqbꝰ talibus eſt ꝓprietariꝰ: vel nūꝗ eū ꝓprietariū dabis. nec eſt maior rō in vno ꝗ alio: ergo in quolibet tali. vnꝰ tñ actꝰ ꝓprietatis erit alio multo minor. Et breuiter vbi expendit ꝯformiter ad īſtitutionē ſeu regulā ſuā: nō peccat ꝯ votū pauptatis: vbi ꝯtra regulā: eſt ꝓprietariꝰ. Et ꝓ illo dignoſcēdo: ꝯſideret abbas intētionē fundatoꝝ ꝛ religionis inſtitutoris: ꝛ coneṫ illā imitari quātum pōt. ꝛ ſi paꝝ ab illo fine diſcedat: paruū eſt pctm̄. ſi multū: plurimū peccat: ꝛ plagis vapulabit multis. At ſi abbas indoctus fuerit: aſciſcat ſibi viꝝ ſapiētē ꝛ deū timētē q regulā explanet. vbi aūt occurret dubiū: an in aliquo ꝯtraueniat voto pauptatis: conſulat illū: vel plures vbi res erit īplicita. eoꝝ eñi vtēdo ꝯſilio/nullo mō erit ꝓprietariꝰ: ꝛ omnis conſcientie ſcrupulus ab eo auferetur.

¶ Secundo arguitur. Religioſi in aliquibꝰ cenobijs habēt decē ducatos ꝓ veſtibꝰ ex ꝯſenſu abbatis: ꝛ tñ nō ſunt ꝓprietarij. qđ ꝓbo: qꝛ vnus pōt ſeruare totā pecuniā cōmunitatis ꝓ veſtibꝰ ꝛ alijs neceſſarijs emēdis. ſꝫ qꝛ ille erit pecunie adminiſtrationi nimis īplicitꝰ in ſuā iacturā ſpūalē: (nā q tetigerit picē inquinabiṫ ab ea. Eccli.xiij.) vtilius fuerit illud onus duobus īpartiri: ꝛ qua rōne duobꝰ/eadē rōne vel maiore/tribꝰ: ꝛ cuilibet relinqueṫ ſua portio decē ducatorū/ab officio nō ꝓpediēs. et exonerabiṫ vnꝰ ꝓcurator cōis ꝑ multoꝝ paruā ſollicitudinē. ¶ Et cōfirmaṫ hec rō. ſi oporteret abbatē in ſingulibꝰ neceſſarijs expēdēdis adire: inuerecūdi ꝛ effrōtes ꝯtinuo eū ꝓ neceſſarijs adirēt: verecūdi aūt etiā in neceſſitate nō exigerēt. Itē ꝯtingit abbatem crebro alijs eſſe īuolutū: vel aliū ab eo ſubſtitutum: ꝛ ſuperueniētes cognatos religioſi ꝓ ſua ꝓbitate nō excipi ſiue tractari. ergo expedit ꝙ qlibet habeat ſuā pecuniolā expēdēdā. ¶ Rñdeṫ. hic tāgiṫ caſus ſicut in priori argumēto ābiguus: an. ſ. liceat ꝛ expediat religioſum ꝯuētualē hre certā pecunie ſummā ꝓ veſtibꝰ ꝛ alijs neceſſarijs expēdēdā. In pmis ſuppono ꝙ multa licēt que nō expediūt. Scđo dico non expedire ꝙ religioſus habeat certā quotā pecunie ſic expēdēdā: vt tāgit argumentū/īmo eſt valde periculoſum: qꝛ eſt cuilibet religioſo dare occaſionē redeūdi ad vomitū ꝛ ad Aegyptū. id eſt ad ſeculū qđ deſeruit. nā opinione mea qlibet hoc in ſe experiṫ: cū aliquā pecuniā hꝫ: ſollicitior eſt ad pecuniā colligēdā ꝗ cū nihil hꝫ: et ad tēporalia diſtrahiṫ. Scđo dabiṫ ei occaſio mediāte pecunia delīquēdi: qꝛ ſi pecunia nō eēt occaſio peccādi ſtulti fuiſſent oēs religionū inſtitutores/ſic arctiſſime pecunie vſum ꝓhibētes. qđ nefas eſt dicere. Tertio dico. poſſent aliq tales eſſe in via ſalutis: dūmodo pecuniā illā capiāt diſtribuēdā ſolū: ſicut prudēs oeconomus ſibi diſtribueret: niſi ſic via obliqua alijs detegereṫ. ſꝫ multi nō ſic expēdūt: q re ipis apiṫ feneſtra ad vitia. Pro regula itaꝗ habeto. Nullꝰ religioſus pōt pecuniā datā expendere niſi cū licite pōt petere pecuniā a ſupiore/ꝛ oīno in tales vſus. Si igitur ſit prudēs religioſus in cenobio q nouit ſuā regulā: ꝛ nolit aliter expēdere pecuniā/ꝗ regula patiaṫ: debet debito cōgruitatis/ vel neceſſitatis non cape illā quotā pecuniariā ne via reliqs īprudentibꝰ apiaṫ. Crebro eñi hō abſtinere debet a licito etiā ſi nihil mali ſeqreṫ: ꝓpter ſeqlā. ꝓpterea ex Caſſiano allegauimus publicā penitentiā hebdomadario īpoſitā ꝓ ablatione triū granoꝝ ſolū ob ſeqlā mali: ne pus audētes ſenſim ꝓcederēt ad maiora. ¶ Ex his pꝫ argumēti ſolutio. Cū eñi religioſi illi videātur eſſe ꝓprietarij: ꝛ de proprietate ſint vehementer ſuſpecti: ꝗuis nō ſit neceſſariū eis ab hac ſumma pecunie abſtinere: ſecuꝝ tñ eſt ꝛ ꝯſulēdū. pōt aūt non religioſus pecuniā ſeruare: vel plures viciſſim: q rōnē diſtrictā habeāt reddere abbati. ꝛ melius eſt religioſus de hoc ſe nō ingerere: qꝛ certe piculoſiſſimū eſt officiū totiꝰ cenobij. Et vtilius eſt ꝙ vnus ſit īplicitus potiſſimū prudēs circa illā pecuniā expēdēdā: q multū mereaṫ ſi bñ expēdat: ꝗ qſꝗ religioſoꝝ: quoꝝ nōnulli ſunt ꝓpēſi ad malū: ꝛ forte oēs erūt infecti. Itē pōt eſſe ꝙ vnus ſit prudens oeconomus: ꝛ nō plures: vel duo ꝛ nō plures. et tūc illic ſiſtēdū eſt. licet autē oēs eſſent prudētes: ꝓpter ꝯſequētiā/qꝛ nō ꝯtinuaṫ prudētia: in vno ſtādū eſt/vel in cenobio vel foris: ꝓut opportunū videbiṫ. ¶ Ad ꝯfirmationē rñdeṫ ꝙ nō oportet adire abbatē/ſed ꝓcuratorē prudendē qui effronti imponat ſilētium: ꝛ verecundo negeṫ nihil. ꝛ ſi negauerit: querimonia eſt ad abbatem deferēda/qui omnia iudicare debet.

¶ Habes vtcūꝗ ex his quomodo monachus qlibet poſſit deprehēdi ꝓprietarius/vel nō. Pcipuus autē ꝓprietarius in cenobio eſt abbas. nā ſi cum quinꝗ ſcutis decedēs ſepultus eſt in ſterquilinio a beato Gregorio: iure abbas ſub vmbra pminētie decem milia ducatoꝝ ꝛ ampliꝰ ſenſim ꝓfundēs mereṫ iuxta cētrū terre ſepeliri. Cui ꝯſonat reſpōſio Diomedis pirate capti ꝛ Alexādro Macedoni pſentati: dicētis. Quia ego pauca in mari capio/pirata vocor: tu autē q oia in terra ca

pis: īperatoꝛ vocaris. Vidē nāqꝫ religioſus ſubdit⁹ abbati cognito malo: inēte dicere pōt. Ex quo ptʒ ꝙ abbatis officiū eſt in tota religione ꝑiculoſiſſimū: qꝛ pecuniā ꝑicē manuū denigratiuā tractat. et ſe in vita cū Auguſto cēſēs felicē: ī Priami calamitates īcidet. Hinc Act. vj de apl'is legim⁹. Cōuocātes aūt .xij. multitudinē diſcipuloꝝ dixerūt. Non eſt equū nos derelinquere ꝟbū dei: et miniſtrare menſis. Ubi gloſſa interlinearis. Meliora ſunt fercula mētis ꝗ̄ dapes coꝛpoꝛis. q̄re officiū eoꝝ q̄ tꝑalib⁹ ꝑſunt eſt infimū. Si itaqꝫ velit ſe a ꝓprietate ſeruare īmunē / figat ſe in tuto: in expēſione bonoꝝ cenobij dubia prudētes ⁊ deū timētes ꝯſulat: raro egrediaꝛ cenobiū: ſʒ ꝟſeꝛ cū alijs in choꝛo. nā ꝑſtat ꝙ aliquā iacturā faciat cenobiū in tꝑalib⁹ ꝗ̄ abbas / vel aliq̄s religioſoꝝ ꝑicliteꝛ in aīa. Foꝛte enim cenobiū nimis abundat. Elōget ꝑterea ſe a ſecularib⁹ viris. Hinc beat⁹ Antoni⁹ hominū cōſpectus cū fratrib⁹ fugit. ⁊ ad Carthuſiēſes difficilis eſt īgreſſus. Bernardus ꝓ iuſſit in nemoꝛib⁹ habitare. Et potiſſimū fugiat ꝯſanguineos: a q̄b⁹ facili⁹ vinciꝛ prudēs: cū religioſo cuilibet dictū ſit illud Geneſis. xij. Egredere de terra tua: ⁊ de cognatione tua: et de domo p̄ris tui: et veni in terrā quā monſtrauero tibi. hoc eſt: relinque terrena id eſt foꝛtune bona (⁊ de cognatione tua) hoc eſt egredere de inclinatiōe tibi cōnaturali: id eſt appetitu illicito carnis (et de domo patris tui). hoc eſt: ꝓcul ſis a ꝯſanguineis tuis q̄ animā tuā abs te euellūt. ⁊ veni in religionē: ⁊ verſare cū bonis: ⁊ cum ijs duoꝝ ſctā eſt ꝯuerſatio: qꝛ Cū ſctō ſctūs eris: ⁊ cū inocēte īnocēs eris. Et cū electo elect⁹ eris: ⁊ cū ꝑuerſo ꝑuerteris. Pſal. xvij. Cū manū ad aratrū miſeris: noli retro aſpicere. Purgare inſuꝑ hʒ abbas religioſoꝝ vitia: ⁊ potiſſimū religionē tāgētia. Dabit eis ſolū neceſſaria que ad ſalutē ꝯducūt: nō ferculoꝝ pluralitatē q̄ fratrū ſanitati coꝛpoꝛali nocet. det eis tñ poꝛtionē ſufficiētē q̄ coꝛpus enutrire ſufficiat: vt fercula bina nō ſoꝛdida nec infecta / ⁊ non ā̄ pli⁹: cū potu. ſic nāqꝫ fiet ne coꝛp⁹ in animā recalcitret. Non eīn opoꝛtet hr̄e oculum ad vitas patrū in Thebaide Aegypti. tū ꝙ hoīes foꝛte tūc eſſent robuſtioꝛes: tū ꝙ m̄lti illoꝝ ſenſim latitudinē tēꝑātie arctā in ſe ꝯcreauerāt: ad quā nec ipſi / nec alij tenenꝛ. tū ꝙ illic herbe / aque / et fructus ſint melioꝛes ꝗ̄ in his regionib⁹ ſeptētrionalib⁹. Non det autē pecuniā religioſis in particulari ꝓ veſtib⁹. Ioānes Caſſian⁹. c. xij. loquēs de ſpū phylargyrie ꝑtualiter tāgit de pecunia in particulari: dicens. Non ignoꝛo quēdā q̄ ſemetipſū autumat monachū: ſibiqꝫ (qđ eſt deteri⁹) de ꝑfectiōe blādiꝛ: q̄ cū admoneꝛeꝛ vt oīa a ſe relegaret: abbati r̄ſidit. ſi tu habes vnde plurimos ſuſtētes: ne ſimiliter hr̄e cur ꝓhibebis? illic Ioānes Caſſian⁹ reputat illū ſpū philargyrie laboꝛare. ſed veꝝ eſt ꝙ ille iuſſus erat a ſuꝑioꝛe pecuniā relinq̄re. Et foꝛte ſunt multi iā vocati religioſi: q̄b⁹ ſi abbas ꝑciperet oīa tradere: nō traderēt. dicūt tñ ſe paratos oīa tradere abbati: ꝯfidētes ī ei⁹ humanitate: poti⁹ negligētia: ꝙ nūq̄ʒ reſignationē petitur⁹ ſit. Monachus aūt eques vel pedes ꝓ rōnabili cā ad locū aliquē trāſiēs / vel in ſtudio: pōt hr̄e pecuniā cuʒ famulo. Nec aliq̄d pōt dare in elemoſynā de ſua pecunia extra religionē: citra extremā neceſſitatē. rō eſt: qꝛ pecunie ſibi tradite / ſolū habet vſum: niſi ſuꝑ hoc ſpecialē habeat facultatē a prudente ſuꝑioꝛe. Diximus etiā monachū: licet rei vſu ꝯſumptibilis ꝓprietatē habeat: nō tñ eē ꝓprietariū. Veſtiū eīn quas defert: nō eſt dn̄s: ſʒ eaꝝ vſum hʒ q̄dā tñ veſtes ei cōmittunꝛ: qꝛ magis ꝯueniūt. nā ſi breuis / veſtes lōgi viri aſſumeret: ⁊ econuerſo: eſſet in religione diffoꝛmitas. ⁊ circa aſſignatas veſtes quilibet eſt magis ſollicitus ꝗ̄ ſi ſucceſſiue varias aſſumeret.

Diſtinctionis Trigeſimeoctaue. Queſtio Decima.

Tertia quaeſtio erat. An expediat monachis hr̄e bona cōi in cenobio ⁊ nō in ꝓꝓo. Hic eīn loquoꝛ de nō mēdicātib⁹. Pro q̄ſtiōis ſolutiōe r̄ndeꝛ affirmatiue ad titulū q̄ſtionis: ꝙ expedit monachis hr̄e bona in cōi: nihil in ꝓꝓo habēdo. Probaꝛ hec ꝯcluſio p̄mo quo ad ſecūdā partē: qꝛ nō expedit monacho habere bona in ꝓꝓo ꝓpter icōmoda q̄ ſequūꝛ ad ꝓprietatē: ⁊ crementu auaritie: ꝑſertim in ſenio in quo hoīes ſolēt eſſe magis auari. vt eīn dicit Ariſto. q̄rti Ethicoꝝ. j. auaritia in ſenib⁹ coaleſcit. Qz bonoꝝ ꝓprietas noceat: oſtēdiꝛ ꝟbo Senece dicētis. Tolle hec duo ꝓnoīa: meū ⁊ tuū: ⁊ oīa erūt pacifica. Non enim eſſent tot aduocati: ꝓcuratoꝛes: ſollicitatoꝛes: et nexus iextricabiles: bella: ⁊ hm̄oi. Prioꝛ ps ꝓbaꝛ: qꝛ nō ſolēt hoīes eſſe ita ſolliciti circa bona cōia vt ꝓpria. teſte Ariſtotele in p̄ncipio ſcd̄i Politicoꝝ ꝯtra politiā Socratis ⁊ Platonis. ergo bona in cōi non īpediūt habētes: nec ſequūꝛ ad ꝓprietatē. Scd̄o opoꝛtet hr̄e aliq̄ bona ex q̄b⁹ religioſi viuāt: templa: dom⁹. ⁊ reliq̄ hm̄oi ꝯſeruenꝛ ⁊ manutenēaꝛ. alioq̄n nō poſſent cultui diuino vacare: ſed eſſent ſolliciti ꝓ his bonis habēdis q̄ ſunt neceſſaria multitudini ī hac moꝛtali vita. Tertio: ille erat ſtatus innocentie: cui religioſi maxime appꝛopinquare nitunꝛ. Quarto: ſi vixerūt apoſtoli. vt diciꝛ Actuū. iiij. ⁊. v. ⁊ p̄res ſcti eos imitātes. ergo hoc non modo licet: ſed expedit.

Contra cōcluſionem arguitur. Politia Socratis eſt reꝓbata. ij. Politicoꝝ a Philoſopho: ⁊ ꝯcluſio nr̄a cū illa coincidit. igiꝛ. R̄ndeꝛ. Ariſto. repꝛhēdit illud debere ſeruari ī tota politia: in parua aūt multitudine ꝓboꝝ viroꝝ nō reꝓbaret. nā incōmoda q̄ ꝯtra alios infert ꝯtra hāc viuēdi ꝯditionē nō inferunꝛ. Hic eīn foꝛtioꝛ nō oppꝛimit debilioꝛē. ſʒ ſunt viri mites cultui diuino applicati: nullos oppꝛimētes ⁊ ꝓuidētes cuilibet vt opoꝛtet: ⁊ alicui daꝛ cura toti⁹ parue cōmunitatis. vxoꝛes aūt nō habēt. q̄re de eaꝝ cōmunitate loqui opoꝛtet. Scd̄o arguiꝛ ſic. Demōſtro oēs religioſos maioꝛes monaſterij: abbatē: ⁊ reliquos: ſint gr̄a exēpli q̄tuoꝛ e ſexagita: eadem eſt difficultas. Iſti a. b. c. d. ſunt dn̄i iſtoꝝ bonoꝝ: demonſtrādo oīa bona cenobij. ergo a. eſt dn̄s iſtoꝝ vel alicui⁹ ptis. alioq̄n ꝯcedere opoꝛtet ꝙ a. b. c. et d. plurima bona habēt: quoꝝ nullus aliq̄d hʒ. ⁊ ſic das mihi occaſionē ꝯcedēdi ꝙ a. b. c. ⁊ d. ſeculares habēt. 1cccc. aureos: ⁊ tñ a. nullū aureū vel ptē aurei habeat. qđ eſt icōueniēs. R̄ndeꝛ. argumētū nō iſert icōueniēs: ſi laici haberēt oīa bona in cōi. ſicut ꝯcedi poteſt ꝙ Soꝛtes ⁊ Plato ferūt vnū magnū ſcānū: et Soꝛtes nihil ferat: nō totū ſcānū: nec ptē ei⁹. qđ pʒ: qꝛ ſi Plato ſuā ptē dereliq̄ret: ſcānū mox caderet: ⁊ cū nullā ptē ſcāni ferat nec ſcānū. ꝯſequēs eſt ꝯcedere hāc. Soꝛtes ⁊ Plato ferūt magnū ſcānum: ⁊ Soꝛtes nihil fert. nā iuuare ad ferēdū ſcānū: nō eſt ſcānū ferre. ſicut in cōi mō loquēdi q̄n Soꝛtes cū decē alijs fert moꝛalē. Et ſi obijcias negāti illā: Soꝛtes iuuat ferre molarem: ergo Soꝛtes fert molarē: negabit ꝯtin⁹ ꝯſequētiā: licet q̄n de⁹ ⁊ a. ignis ꝓducūt caloꝛē b. cōcedaꝛ in abſoluto mō loquēdi a. ꝓducit b. ⁊ ita in cāliate naturali et potiſſimū diuerſaꝝ rōnū: effectū ſuū ſuapte natura ꝓducēre: partialiter cauſare: abſolute vocatur cauſare: ad qđ ſufficit vſus loquēdi. Sic ꝯcedere potes. hāc ptē ⁊ hāc ptē copulatim ſoꝛtes emit. xxx. ſcutis. demōſtrādo duas dimidietates equi: ⁊ tñ nullā illoꝝ dimidietatū emit: ſed iure emptio-



nis pars ei acceſſit ꝑ concomitātiā. ſec⁹ eſt in pāno: cui⁹ ptes etiā emunꝛ. Ad ꝓpoſitū redeūdo: q̄re poti⁹ ꝓ incōueniēte habebis ꝯcedere ꝙ a. b. c. ⁊ d. copulatim ſint domini iſtoꝝ bonoꝝ (oīa eīn ſunt monaſterij. xij. q. j. Nō dicatis. vbi monaſteriū nō capiꝛ ꝓ ꝯtinēte) ⁊ nullus iſtoꝝ īmo nec aliq̄ iſtoꝝ ſint dn̄i iſtoꝝ bonoꝝ niſi q̄rt⁹ moꝛereꝛ. nā ꝑ moꝛtē q̄rti tres alij ſunt iſtoꝝ bonoꝝ dn̄i. ⁊ ſi ad vnū excluſiue moꝛianꝛ: bona nō ſunt illi⁹ / ſʒ toti⁹ religiōis illi⁹ ꝓfeſſiōis. ⁊ ſi nullū illi⁹ ꝓfeſſionis ponas: dico ea eſſe eccleſie. Iſto mō dicēdo nihil habebis diſſonū ꝯcluſioni. Scd̄o dico et melius ꝙ oīa bona religiōis ſunt dei: ⁊ deo data / ⁊ dicata: ſicut ipſi religioſi. et ad hoc Ioānem Caſſianū in q̄ſtiōe p̄cedēte citauim⁹ dicētē ꝙ Aegyptij monachi ⁊ illi venerabiles p̄res ita putāt: quoꝝ teſtimoniū eſt grande. Hoc pōt roboꝛari ꝑ illa q̄ ſuꝑius dixi in diſt. xxiiij. de bonis eccl'iaſticoꝝ ſecl'arū. Et iuxta hūc dicēdi modū / iſta eſt falſa / a. b. c. ⁊ d. ſunt dn̄i iſtoꝝ tā in ſenſu diuiſo ꝗ̄ cōpoſito. ſʒ iſtoꝝ bonoꝝ de⁹ eſt dn̄s: ⁊ iſti coꝝ cuſtodes ⁊ adminiſtratoꝛes: q̄ ſi non bn̄ cuſtodiāt ⁊ adminiſtrent / peccāt. Sed ſcito ꝙ ſiue religioſi oēs hui⁹ ꝯuētus collectiue dicanꝛ dn̄i iſtoꝝ bonoꝝ: ſiue de⁹ / non multū ītereſt. licet meli⁹ ſit dicere ꝙ de⁹. Religioſi autē tenenꝛ hec bona ſeruare ne diſſipenꝛ aut ꝓdige expēdātur: ⁊ eis vti ad victū et veſtitū. Si enim ꝟbū Apl'i. j. ad Timoth. vj. in aliq̄b⁹ debeat ꝟificari. Habētes alimenta: ⁊ q̄b⁹ tegamur / his ꝯtēti ſumus: maxime in religioſis id eſſe debet. Tertio arguiꝛ ꝯtra ꝯcluſionē. Si habere bona in cōi ⁊ nō in ꝓꝓo expediat: quāto plura habentur bona: tāto eſt meli⁹. ꝯn̄s eſt falſum: quia foꝛet nimia diſtractio ꝓ illis bonis ꝯſeruādis: ⁊ religioſi redderenꝛ inq̄eti. ꝯn̄a pʒ: q̄n ſi hr̄e bonū expediat: meli⁹ eſt hr̄e illđ qđ mag' expedit. Huic argumēto r̄ndeꝛ negādo ꝯſequētiā. ſicut non ſequiꝛ: bonū eſt huic debili hr̄e ſanguinē vel caloꝛē: ergo bonū eſt hr̄e ſine ſtatu. nā pōt eē tāta vtriuſqꝫ copia vt gn̄eꝛ moꝛb⁹ in coꝛpoꝛe. Et ꝯcedo ꝙ meli⁹ eſt hr̄e illud qđ magis expedit / ꝗ̄ illud qđ min⁹ expedit. ſʒ aliq̄d expedit: ⁊ pōt eē defect⁹ ⁊ exceſſus ex parte obiecti vel materie. bona eīn habenꝛ tāq̄ʒ inſtrumēta bn̄ viuēdi: ⁊ adminiculanꝛ ad obſeruātiā religionis. ſʒ poſſent tot bona haberi in religione / vt moꝛbū ſpūalē in religionē iducāt: ⁊ oēs ſint ſolliciti ꝓ coꝝ ꝯſeruatione: et nimis frequētenꝛ ⁊ īfeſtenꝛ a ſecl'arib⁹: ⁊ qđ notādū eſt: ponāt cenobiū tāq̄ʒ ſignū / malis ſagittarijs: hoc eſt fratribus ⁊ filijs principū ⁊ magnoꝝ viroꝝ ſc̄m ſeculū: in regū curijs cōmoꝛātib⁹: q̄ hec opulēta cenobia ⁊ nō ꝑua q̄rūt in cōmēdas. Et licet iſtud ſit cuilibet prudēti indubitatum / ob auaros ⁊ eos q̄ hec bona ſimul coaceruare ſtudēt: oſtēdiꝛ tñ etiam teſtimonio beati Gregorij. iij. libro Dialogoꝝ. recitātis de quodā ſctiſſimo viro Iſaac: quē cū ei⁹ diſcipuli humiliter ītercederēt vt ꝓ vſu monaſterij poſſeſſiōes q̄ offerebanꝛ acciperet: ille ſolid⁹ ſue paupertatis cuſtos viro foꝛti dignā ſētētiā tenebat dicēs. Monachus q̄ in terra poſſeſſiōes q̄rit: monachus nō eſt. qđ ītelligiꝛ de cōib⁹ poſſeſſiōib⁹: q̄ ꝓ cōi vſu ei offerebanꝛ. Hoc tenet Btūs Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. clxxxviij. arti. vij. in coꝛpoꝛe q̄ſtiōis coꝛollarie īferēs. Ex quo ptʒ ꝙ hr̄e diuitias ſuꝑabūdātes in cōi: ſiue in reb⁹ mobilib⁹: ſiue īmobilib⁹ / eſt impedimētū ꝑfectiōis: lʒ nō oīno excludat eā. Hoc ex ſapiente in ꝓuerbijs citauim⁹: ⁊ ꝓbelle oſtendit philoſophoꝝ princeps. x. Ethicoꝝ. viij. Illud etiā ptʒ ꝑ dictū vulgare. Deuotio ꝑepit diuitias: ſʒ filia iugulauit m̄rem. Et rōne argumētoꝛ. vel eſt cert⁹ limes dabilis in ſufficiētia bonoꝝ foꝛtune ꝓ his. xl. religioſis: vel hi poſſunt licite cape in abyſſum ſi eis denꝛ. ſʒ ſecūdū eēt religionē euertere quo ad moꝛes: ergo dādum eſt p̄mū: ⁊ limes nō eſt ponēdus niſi in bonis q̄ ſufficiūt ſc̄m rōnē / cū mediocritate ad eos alendos. Preterea bona data ſunt in cōe ne religioſi ſint ſolliciti circa mundū. ſed exceſſus bonoꝝ vltra mediocrē ſufficiētiā reddit religioſos ſollicitos ⁊ inq̄etos. igiꝛ. Ex iſtis colligiꝛ ꝙ meli⁹ eſt īſtrumētū bn̄ viuēdi in religione hr̄e competētia bona ꝗ̄ exceſſiua vl' defectiua. Et hoc exēplo declaraꝛ ſic. ſint. xl. religioſi in cenobio: q̄b⁹ mille aurei ſufficiāt ꝓ veſtib⁹ ⁊ victu cū q̄dā mediocritate: ⁊ q̄ngēti ꝓ ꝯſeruatione tēpli ac domoꝝ: ⁊ totidē ꝓ abbate ⁊ miniſtris ei⁹ vel ſi op⁹ ſit maioꝛe pecunia ꝓ bonis ꝯſeruādis in ꝓceſſu: vel ꝓ templo reparādo: opoꝛtebit abbatē min⁹ abſumere. tūc ſufficiēt ei ducēti aurei: ⁊ religioſi parci⁹ expēdēt. ꝓ hoſpitalitate aūt ꝯſuitū nihil habebiꝛ: cū ſint oppida ꝓpinqua: q̄ accedētes / oīa hr̄e poterūt ꝓ pecunia. Iſti eīn hoſpites infeſtāt religioſos in ſpūali vita: q̄re nō ſunt ſuſcipiēdi. ſed alij religioſi paupes poſſunt ab eis excipi. Ecce tali cenobio bis mille aurei optie ſufficiēt iudicio prudētū. nec opoꝛtet hr̄e oculū ad ſterilitatē duoꝝ ānoꝝ: vel combuſtionē domoꝝ cenobij ꝓ habēdis plurib⁹ bonis. Illa eīn eſt prudētia ſeculi: ⁊ ſub vela mine opes colligere. raro etiā eiuſmodi calamitates eueniūt. ⁊ ſi religioſi bn̄ viuāt: vbi q̄d tale acciderit: de⁹ q̄ paſcit aues in cāpis: eis ꝓuidebit. magis aūt ponderādū eſt exitiū qđ ſequiꝛ ex abūdātia bonoꝝ cenobij ꝯtinuo: ꝗ̄ illđ qđ raro vl' rariſſime euenit. Contra iſtud arguiꝛ. ſequiꝛ ergo ꝙ abbates male agāt tollendo bona cenobij e manib⁹ potētū: ⁊ cenobio applicātes. ꝯn̄s eſt falſum: ergo ⁊ aīs. ⁊ ptʒ ꝯſequētia: qꝛ dātes illa bona malū cenobitis afferūt: et erit pctīn ſolis nobilib⁹ illa bona detinētib⁹: qđ min⁹ pōderādū eſt. R̄ndeꝛ. ſi abbas nō poſſet illa bona meli⁹ applicare: argumētū haberet vim. ſʒ abbas a nobiliū manu tollēs pōt m̄ltis modis illa bona aliter applicare cenobio: vcʒ plures religioſos creādo: ita vt pauca abbati relinquanꝛ: vel noua cenobia eiuſdē religionis condēdo: vel ea paupib⁹ elargiēdo. ⁊ cū hoc tollit pctā nobiliū q̄ iniuſte illa bona detinēt. Fateoꝛ tñ abbates in ea re multum peccare. Aliq̄ nāqꝫ agricole terras a cenobio habent locatitias: q̄ certā quotā ſoluūt: ⁊ ſuos nutriūt. auar⁹ aūt abbas q̄ oīa coꝛradit / cogit hos bonos viros ſoluere tātū vt nō poſſint ſe ⁊ ſuos alere / ſub vmbꝛa ditādi cenobij: qđ pulchꝛū putat: et tñ eſt malū cenobio. hoc eſt / dat fomētū pctī ipſis cenobitis. ſʒ hic abbas hʒ prudētiā ſeculi ⁊ nō dei: cū nō aſpiciat ītētionē īſtitutoꝝ ſeu fundatoꝛū cenobij. Trāſeundo vt argumētis aliq̄b⁹ breuiter ſatiſfaciā. Dico ꝙ multi abbates putātes bn̄ facere / et a vulgo laudati: opes cenobij augent vt dicanꝛ bn̄ meriti de reb⁹ cenobij: ignoꝛātes q̄ dei ſunt: vel vt maioꝛē pecuniā ꝓ ſe et ſuis habeāt. vel augēt poꝛtionē religioſoꝛum pl⁹ ꝗ̄ rō dictat: vel pecuniā ꝓ veſtib⁹ adhuc m̄ltiplicāt. Quarto arguiꝛ. Matthei. vj. dicit Chꝛiſtus. Nolite ſolliciti eſſe in craſtinū. ſʒ iſti religioſi capiētes īmobilia in cōe ꝓuidēt ꝓ tꝑe ꝑpetuo: ergo ſunt maxime ſolliciti de craſtino: nec viuūt ſc̄m ꝯſiliū euāgelij. R̄ndeꝛ. hr̄e bona ꝑpetua non arguit ſollicitudinem in euāgelio vetitā. Chꝛiſtus eīn ſollicitudinē nimiā de futuris ꝓhibuit. q̄ aūt cū moderamine ꝓuidet: ne aliq̄d in poſteꝝ deficiat: ab illa ſollicitudine cauet. immo viuere in dies ſingulos atqꝫ ex tꝑe: facit hominē ſollicitū. Hinc dicit Augu. in libro de opib⁹ monachoꝝ. Si hoc ꝟbū dn̄i: nolite eē ſolliciti in craſtinū: ita ītelligaꝛ vt nihil in craſtinū reponatur: quomō poſſunt viri ire in arctitudinē ſeparatim ab hoīb⁹ ad multos dies? ⁊ cur dn̄s loculos habuit vbi collectā pecuniā reponeret? ꝓhibeꝛ cū ſuꝑflua ſollicitudine cogitare de tꝑe futuro. Iā diximꝰ ꝙ expedit hr̄e aliq̄ in cōi ꝓ religioſis ſuſtētādis tā in victu ꝗ̄ in veſtitu: ꝓ tēplo ⁊ domib⁹ religioni neceſſarijs et hoc in imo-

bilibus. alioqñ deuotio ⁊ cenobiũ facile ꝑirent. Nec factum apoſtoloꝝ: ⁊ eoꝝ qui eos ſequuti ſunt: qui poſſeſſiones in Judea vendebãt ⁊ ponebãt preciũ ad pedes apoſtoloꝝ: ſuã det contrariũ: q2 ipſi erãt ituri ad gẽtes: et illic non in Juri. preuiderunt enim vrbem euertẽdã a Romanis, quare nihil imobile ⁊ ſtabile illic tenuerunt. Preterea paucos cõtẽplationi deditos habere omnia in cõmuni: non eſt tenere politiã Socratis ⁊ Platonis: quã Ariſtoteles ſcdo Politicoꝝ reprehẽdit. Laudaſſet enim Ariſtoteles et quilibet ſapiens conditionẽ illam: ſi aliqui pauci res ſuas in cõmune applicuiſſent: honeſte contẽplationi intẽti ſine ſollicitudine ſeculi. Omnia autem bona cõmunitatis ſunt religioſoꝝ copulatim: hoc eſt monaſterij: vel dei: ſed paꝝ intereſt: licet ſecũdus modus loquendi ſicut eſt rationi magis cõſentaneus: ſic eſt deuotior: vt religioſi ſe et ſua omnia eſſe ſpecialiter cultui diuino mãcipata credãt: nec circa partiale rerũ dominiũ oculos figant. Dicimus itẽ nocituꝫ eſſe religionibus ex cõmuni viuentibus habere exceſſiua bona tẽporalia. hic autem nõ reſpicimus ad exceſſum iudicio abbatis ⁊ prudẽtum in cenobio temporalia ſolũ cõſiderãtium: ſed iudicio prudẽtum legem dei meditãtiũ: ⁊ mũdi ꝑicula in diuitijs ꝫ repurãtium. Nam vbi cenobiũ habet modicas opes pro ſuſtentatione religioſoꝝ nobiles non querunt illic religionẽ ꝓfiteri vt ſint abbates, more bubonũ templa ingredientiũ vt oleum exugãt: et lumen extinguãt. nec filij principum ea cenobia expetũt in cõmendã: quare proficiet ſilius cenobij religioſe vite: ⁊ nutriet deuotio. Nec tamen non habere bona imobilia eſt obuiare ſollicitudini a Chriſto ꝓhibite. Math. vj. nã in abdicatione bonoꝝ nõ conſiſtit ꝑfectio religionis: ſed in bona vita. Habere autem mediocria bona eſt inſtrumentum ꝑfectius attingẽde beatitudinis que eſt hominis finis: q̃ꝫ exceſſiua vel nihil habere. modo ceteris paribus: ꝑfectiore inſtrumento artifex melius opaꝛ. vt habens bonũ calamũ: atramentũ ⁊ papyrũ: meliores facit characteres q̃ꝫ hec inſtrumẽta mala habẽs. Sed q2 occurret obiectio ex parte religioſoꝝ mendicãtiũ qui nihil habẽt: gratia illius materiã illam attingã: aliqua circa mendicãtes religioſos inueſtigãdo.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Undecima.

QVarto igitur circa votũ pauptatis et. xj. in hac diſti. queio: an licite ſint aliqui religioſi mẽdicãtes. Reſpondetur affirmatiue. Aliqui enim ſunt religioſi mẽdicãtes honeſte viuentes: videlicet quatuor religionum mendicantes ab eccleſia approbati. ſcꝫ predicatores: minores: Auguſtinenſes: ſiue eremitani: et Carmelite: q̃ nũc ſunt ꝑ eccleſiã latiſſime diſꝑſi. Q2 mẽdicare liceat: ſic ꝓbaꝛ. licet pr̃es validos in modo viuẽdi imitari. ſed multi ſcti humilitatis cã mẽdicarunt. Unde Hieronymus in epiſtola ad Oceanũ cõmẽdat Fabiolã in hoc q2 optabat vt ſuis diuitijs pariter effuſis ꝓ Chriſto ſtipem acciperet. Et beatus Alexius omnibꝰ ſuis ꝓpter Chriſtũ dimiſſis gaudebat ſe a ſeruis ſuis eleemoſynã accipe: q̃ in Edeſſa ciuitate Meſopotamie. xvij. annos iuxta edẽ btẽ Marie ex eleemoſynis viuẽdo iacuit: deinde reuerſus Romã totidẽ annos a pr̃e nutritꝰ eſt tãq̃ꝫ mẽdicus: pr̃e tñ ignorãte q2 ſibi filius eſſet. Et in vitis patrũ legiꝛ de beato Arſenio grãs agẽte de hoc q2 neceſſitate cogente debuit eleemoſynã petere. Dauid itẽ ab Abimelech petiuit panẽ. p̃mi Regũ. xxj. ⁊ a Nabal. p̃mi Regũ. xxv. ⁊ Helias a muliere Sareptana. tertij Regũ. xviij. Nũc quoqꝫ in penitentiã aliqbꝰ culpis iniũctis vt ꝑegrinãdo ꝑ mũdum: ⁊ mẽdicãdo: mũdi erũnas ꝑperi diſcãt. qḋ tñ nõ eſt iniũgẽdũ niſi cũ magna prudẽtia. Oſtẽdiꝛ etiam rõne. nã ꝑiculoſus morbꝰ remedio contrario eſt e medio tollẽdus: ſicut calida febris vſu frigidorum. ſed per hãc ſubiectionẽ mẽdicãdi: ⁊ vilitatẽ in populo reputatã tolliꝛ ſupbia. Etiã in neceſſitate: vbi q̃s non põt aliter viuere: vel cũ intẽdiꝛ aliq̃d vtile qḋ ſine eleemoſynis haberi nõ poteſt: licitũ eſt mẽdicare. vtpote ꝓ domibꝰ hoſpitalibus edificãdis: vel reſtituendis pontibus vel pro quibuſcũqꝫ alijs que in vtilitatem cõmunem vergunt. qualis eſt conuẽtus religioſoꝝ qui orationi et ſtudio vacãt: pro benefactoribus ſupplicantes: et verbum dei eſuriẽtibus frangentes.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur ſic. prohibeꝛ in lege mẽdicitas: ergo ipſa non eſt licita et honeſta. añs ptꝫ ꝑ illud qḋ ſcribiꝛ Deutero. xv. Et omnino indigẽs ⁊ mẽdicus nõ erit inter vos. Et in pſalmo. xxxvj. Junior fui: et enim ſenui: et non vidi iuſtum derelictũ: nec ſemẽ eius querẽs panẽ. ¶ Reſpõdeꝛ. cõſequẽtia eſt inualida: nec añs ad ſenſum argumẽti eſt verum. Dico ad p̃mũ q2 p̃ceptũ eſt diuitibꝰ vt ſubueniant paupibꝰ: nec patianꝛ eos mẽdicare. multi tñ in illa lege mẽdicarũt. vt patet ex contextu noui teſtamẽti: ⁊ de geſtis a Chriſto et apoſtolis: vbi erãt mẽdicãtes. q2 egẽtibus quibꝰ nõ ſubueniebaꝛ alia via q̃ꝫ ꝑ mẽdicitatẽ: licitã erat mendicare. Ad ſecũdũ r̃ndeꝛ q2 Dauid intellexit de pane ſpũali ṽbi. nec ſemen eius: hoc eſt imitatores iuſti. ſic gloſſa interlinearis exponit: ſꝫm illud Eccl. xv. Cibauit illũ pane vite ⁊ intellectus. q2 in ꝓbatione concluſionis oſtẽdimꝰ ſanctos viros mẽdicaſſe: vt dictũ eſt de beato Alexio. ¶ Tertio arguiꝛ. p̃me ad Theſſal. iiij. dicit Apl's. Operamini manibus veſtris ſicut p̃cepimus vobis. ⁊. ij. ad Theſſal. iij. Si q̃s nõ vult opari nec mãducet. Propterea noctu opabat apl's ⁊ interdiu p̃dicabat: ne quẽ grauaret: vt ipſe in eodẽ cap̃. dicit. ſed iſti religioſi mẽdicãtes mirũ in modum ſunt multiplicati in onus populi ⁊ eius grauamen. ergo male faciunt mẽdicãdo. ¶ R̃ndeꝛ. labor manuariꝰ ꝓprie ipſum capiẽdo eſt aliq̃bus de p̃cepto: vtpote ijs q̃ non poſſunt aliũde ſe et ſuos ſuſtẽtare: vel ijs q̃ alioqñ nõ poſſent cauere a pctõ: quin furenꝛ: mẽtianꝛ: vel adulterenꝛ. ſed ijs q̃bꝰ hec non eueniũt labor manuũ nõ p̃cipiꝛ: vt nobilibꝰ: ſtudẽtibꝰ: aduocatis: p̃dicatoribꝰ: et alijs. nã corporis ĩpetus ad illicita ꝓcliuius põt aliter magis q̃ꝫ labore manuũ frãgi: vtpote ꝑ lõgas orões: ꝑ crebra ieiunia: vigilias: ingẽs ſtudiũ: q2 Minerua minuit neruũ. Nõ enim eſt credẽdũ agricolã: vinitorẽ: aut lapidũ inciſorẽ tãtũ laborare quãtũ lr̃is incũbẽtem. qḋ expiẽtia docet. Nã hi manuarij opifices carnes bouinas: porcinas. fabas: et reliqua duriſſime cõcoctionis comedẽtes egregie cõcoquũt: manẽt leti ⁊ ſani: dormiunt quieti: q2 rudes ſunt: nec vexant ingeniũ ad varia meditãda. At ingenioſus ⁊ ſtudioſus ſi ſanguinee cõplexionis vel cholerice a natura fuerit: frequẽti meditatione in pituitã: dolorẽ ſtomachi: morbos chronicos: in conſumptionẽ virtũ naturalium labitur. nec in ſomno noctu quietẽ habet: ſyllogizat hincinde: ſuadet: diſſuadet: opponit: reſpondet: ſemꝑ eſt occupatus: egre comedẽdo ociũ mẽtis capit. Nec in hoc male agit: licet vitã corripiat. nã in honeſta occupatiõe more militis et agricole: ⁊ ꝓ vtilitate cõmuni oĩa facit: vt ſcribat: legat: p̃dicet ṽbũ dei: vel artes bonas vt grãmaticã ⁊ logicem: q̃ ad ṽbũ dei intelligẽdũ nõ paꝝ cõducũt: tradat. q̃s ſa-



piẽs dicet hũc ocioſum: ⁊ nõ minus alendũ a republica q̃ꝫ manuarios opifices. Religioſi aũt mẽdicãtes hec faciũt: vbi bñ viuũt. Eoꝝ vero ĩportunitatẽ in petẽdo: ⁊ nimiã inutilium multiplicationẽ laudat nemo. Scite ad hoc ꝓpoſitũ reſpõdet Augu. in lib. de opibꝰ monachorũ. Tam multos hypocritas ſub habitu monachorum vſquequaqꝫ diſꝑſit callidiſſimꝰ hoſtis circũeũtes ꝓuincias: oẽs petũt: oẽs exigũt: aut ſumptus lucroſe egeſtatis: aut ſimulate p̃ciũ ſcitatis. Hic fige pedẽ. Porro ſi videret hũc numeꝝ multiplicatũ q̃ a trecẽtis ãnis p̃teritis initiũ ſumpſit: plura diceret. Uidemꝰ ſiquidẽ mendicãtiũ plurimos nomẽ ipm̃ mẽdicitatis amplectentes: ⁊ rẽ nõ ꝓſequẽtes: ſed iſtitutoꝝ intẽtionẽ fruſtrãtes. hoc eſt: ĩportune mẽdicãt: ⁊ id a plebeis paupibꝰ tenuiſſime alitis: ipi aũt inutiles intẽperãter ⁊ ꝓdige hec expẽdũt. Uidebis fratres minores plurimos ꝯtra ſuã ꝓfeſſionẽ pyxides ꝓ pecunia q̃ſtuoſe colligẽda ĩ mẽſa p̃ſentãtes: tritiũ: boues: ⁊ oues ſub deuotiõis vmbra/ mendicitate cõquirẽtes. ⁊ ita de alijs tribꝰ religionibꝰ. Uerũ non loquor in religioſos mẽdicãtes reformate viuẽtes: ſed in hos dyſcolos q̃ reformari renuũt cũ oculatiſſimi ⁊ prudentiſſimi haꝝ q̃tuor religionũ inſtitutores itẽderẽt q2 paucis ꝯtẽti forẽt: eleemoſynas oblatas caperẽt: et ſolũ ꝓ neceſſitate vite cum quadã mediocritate vbi oportet/ requirerẽt. ¶ Quarto arguiꝛ. Iſti religioſi mẽdicãtes teneñꝛ ꝓ alijs orare: ergo eoꝝ orõ minꝰ ꝓ ipſis applicabitur: ⁊ ꝑ ꝯñs ĩprudẽter ꝓfitenꝛ. R̃ndeꝛ. hoc argumẽtum ꝯtra oẽs religioſos eq̃liter tẽdit: et breuiter cõtra p̃mas eccleſie colũnas: aplos: ⁊ ſctõs q̃ erãt hieroſolymis: pro q̃bꝰ Paulꝰ crebro vt ex eiꝰ ep̃lis liq̃t: eleemoſynã q̃ſiuit. nã orãs ꝓ alijs nõ minꝰ mereꝛ ſibi ipi ad vitã eternã q̃ꝫ ſi ꝓ ſe ſolo oraret. ¶ Quito arguiꝛ. multi ſunt iſtorũ q̃ nõ mẽdicãt: ergo nõ ſunt oẽs de religione mẽdicãtiũ: nec illi ordinẽ ſꝫm inſtitutionẽ patrũ ſeruãt. R̃ndeꝛ ꝯcedẽdo añs. nã ſctũs Thomas/ Albertus/ Alexãder Halẽſis/ ⁊ Joãnes Scotꝰ nõ mẽdicarũt: ſaltẽ non ꝯſtat. ſꝫ viuebãt ex his q̃ ſibi dabanꝛ in ratiõe eleemoſyne a diuitibꝰ. vel nutribãtur mediate ex eleemoſynis. nã alij mendicãtes ſolueñt ꝓ eoꝝ victu ⁊ veſtitu: ⁊ ipi alios exẽplo: ṽbo vite: et legẽdo docuerũt: vt p̃dicare poſſent. alij aũt p̃dicãdo neceſſaria ꝯuẽtui attulerũt. Et ꝓpterea ex ordĩe mẽdicãtiũ vocati ſunt iſti q̃tuor nomiati: ⁊ multi alij haꝝ religionũ: ⁊ aliaꝝ duaꝝ. Etiã ĩ eccleſia plurimũ ꝓfuerũt: ⁊ plus q̃ꝫ plurimi ſcl'ares. De his tñ duobꝰ minoribꝰ nominatis ⁊ Middiltono: ⁊ ſimilibꝰ ſufficiẽter cõſtat q2 in itinere vbi nõ habebãt cenobiũ: amore dei victũ/ hoſpitiũ/ ⁊ trãſitũ ꝑ Oceanũ a Britãnia ad Gallias ⁊ cõtra/ petiuerũt/ in grãde meritũ ſibi/ ⁊ alioꝝ edificationem: q2 viri ſummo põtificatu digni/ digito demõſtrari ob eminẽtes ſuas ṽtutes: ſic eleemoſynã nõ veriti ſunt petere. Idẽ feciſſent doctor ſctũs: licet genere nobilis: ⁊ doctor ſeraphicꝰ: vbi opꝰ fuiſſet. ¶ Sexto arguiꝛ. Religiones mẽdicãtiũ paꝝ fixe ſteterũt in p̃ma iſtitutiõe. nã beatus Bonauẽtura ſtatim poſt regulã veniẽs: regulã reformare: ⁊ fratres deuios ad normã reducere conatꝰ eſt: ita vt multi fratres cõqueſti ſint in ꝯcilio Cõſtãtiẽſi ſe ſꝑe conſciẽtias laceratas: q̃bꝰ ꝯciliũ tradidit modũ viuẽdi: qui hodierno die obſeruãtes dicunꝛ. qḋ p̃dicatores ⁊ multi alij ſequuti ſunt. Alij aũt religioſi diutiꝰ ꝑſtiterũt. ſignũ eſt ergo q2 religio mẽdicãtiũ religioſoꝝ ſit minꝰ rõnabiliter fundata. Nec ſufficit dicere: hoc ꝓuenire a culpa religioſoꝝ regulã nõ obſeruãtiũ: ⁊ nõ a regl'a. q2 loq̃mur de bono iſtrumẽto quo hoĩes vtunꝛ vt ad btitudinẽ ꝑueniãt. cũ eñi multi alias religiões obſeruẽt ⁊ nõ has: ſignũ eſt q2 nõ eſt iſtrumẽtũ adeo ꝑfectũ: quo hoĩes vtũtur ad btitudinẽ: vt alie religiões. ¶ R̃ndeꝛ ꝯcedẽdo q2 multi iſtoꝝ lapſi ſunt a patrũ limitibꝰ. aliq̃ tñ eoꝝ ſpũ dñi habẽtes alios ad viã ſalutis reduxere: ⁊ vt fictiõi argumẽti ſatiſfiat/ dico q2 partim ꝓuenit ſupioꝝ culpa tot paſſim ad ſuas religiões admittẽtiũ. Alij aũt ex cõi viuentes nõ ſuſcipiũt niſi quos ex redditibꝰ cenobij alere poſſunt. tñ etiã multi eoꝝ ex cõi viuentiũ nõ diu ꝑſtiterũt in rigore iſtitutoꝝ. ¶ Epilogãdo dico religiões q̃tuor mẽdicãtiũ rationabiliter iſtitutas. qḋ a ſigno ptꝫ. Nã egregios viros in lr̃is ⁊ moribus in eccleſiã emiſit: ⁊ p̃dicatores quotidie emittit ĩ vineã dñi ad declamãdũ ĩ tẽplis: ⁊ ad ſupplẽdas vices ĩeruditoꝝ curatoꝝ. Item mẽdicitas eſt licita moderate aſſumpta: ⁊ meritoria. ſed quum ĩportune nimis petiꝛ: ⁊ potiſſimũ a paupibꝰ egẽtibꝰ: ipa eſt exprobrãda. Ualidi aũt mendicãtes in Codice ſunt reprehẽſi/ qui ſcilicet ſunt robuſti/ ſeculares/ mendicitate ⁊ ocioſitate torpentes/ qui ſi vellent/ poſſent laborare manuum ſibi in vita prouidere.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Duodecima.

CIrca votum pauptatis q̃riꝛ q̃nto: an mẽdicãtes poſſint recipe bona immobilia vt agros/ vel redditꝰ ex q̃bꝰ viuere poſſint ſine mendicitate. Reſpõdeꝛ negatiue. ꝓbaꝛ ſic. Iſti ſuo voto ꝯtrauenirẽt ſic facientes: ergo hoc non licet eis. Añs ptꝫ de p̃dicatoribꝰ et minoribꝰ: q̃ nũc mẽdicãtiũ ſunt ꝑpetui. ⁊ idem de alijs ĩtelligo. de exceſ. p̃la. ca. Nimis praua. Gregorius Nonus dicit illas duas religiones eſſe in arctiſſima paupertate. ſꝫ ſi haberẽt in cõi vnde viuerẽt/ nõ eſſent in arctiſſima paupertate: igiꝛ nec redditꝰ ꝑpetuos hr̃e poſſunt. Tũ q2 redditꝰ inter immobilia cõputãtur ſꝫm iura. vt cõciliũ Uiẽnẽſe in cle. Exiui. de ṽbo. ſigni. dicit. Tñ ſcdo. q2 ſic redditus augeri poſſent ⁊ eſſe ꝑpetui: ⁊ nũq̃ꝫ mẽdicarẽt: nec opus eẽt aliquẽ in illis ordinibꝰ mẽdicare. Preterea hoc eẽt ꝯtrauenire ſue ꝓfeſſioni ⁊ intẽtioni iſtitutoꝝ. Hinc beatus Dominicus vidẽs ſuos fratres Bononie capientes poſſeſſiões ab aliq̃bꝰ deuotis ciuibꝰ eas recuſauit: ⁊ fecit oĩa reſtitui ꝯferentibꝰ: ⁊ in extremo vite ſue moriens maledictionẽ dei/ ⁊ ſuã ſuſcipiẽtibꝰ poſſeſſiões tales reliq̃t. Preterea: p̃dicatores reformati diſtrahunt poſſeſſiones/ quas p̃deceſſores ſui nõ reformati habuerũt: qḋ nullo mõ facerẽt/ ſi hoc eis liceret. Si eñi bona ĩmobilia iure legati: vel hereditaria ſucceſſione p̃dicatoribus veniãt (p̃dicatores eñi poſſunt hereditatẽ parẽtũ adire: de ꝓuilegijs cle. iiij.) q̃ꝫ primũ debẽt vẽdi: ⁊ p̃ciũ neceſſitatibus cenobij applicari: ⁊ ſi q̃d reſiduũ fuerit: dari pauperibꝰ. Et citat archiep̃s Florẽtinus Petrũ Paludanũ in q̃dã ep̃l'a rñſiua ad magiſtrũ ordinis dicẽtẽ Hugonẽ ſcripſiſſe: q2 magiſter ordinis ⁊ ꝓuincialis poſſint diſpẽſare in hoc eque ac in comeſtione carniũ in caſu neceſſitatis/ que legẽ nõ habet. Sed dicit Antoninus et bene: nõ eẽ ſimile: q2 ꝑ ꝯſtitutiões declaraꝛ q2 p̃lati poſſunt diſpẽſare ĩ vno: ⁊ nõ in alio: imo expſſe eis ꝓhibeꝛ. Itaqꝫ fixe dico hoc qḋ Antoninꝰ dicit. Nã ſi fratres bñ viuãt: ⁊ nõ aſſumãt ĩ exceſſiuo numero: nõ obueniet eis neceſſitas. Scdo recitat dñm Joãnẽ Cardinalẽ/ q̃ primꝰ vitã regularem in religione eoꝝ ſuſcitauit in Italia: tenuiſſe hoc nõ licere: bono aũt ⁊ docto potiꝰ habenda eſt fides. Tertio: via illa eſt tuta: et alia multũ ꝑiculoſa. Quarto: qḋ efficaciter ꝯcludit: ꝯciliũ Uiẽnẽſe in dicta cle. Exiui. in §. Cũqꝫ ãnui redditꝰ. hoc dicit. Ecce ṽba ĩ forma. Cũqꝫ ãnui redditꝰ ĩter ĩmobilia cenſeanꝛ a iure: ac hmõi red-

ditus obtinere paupertati ⁊ mēdicitati repugnet. ⁊ que ſequuntur. vbi ſacroſanctum cōcilium cōcludit: ꝙ cum annui redditus mēdicitati repugnent minoribus cōuenire non poſſunt. tum q2 mendicātes: tum q2 in arctiore pauptate ꝙ̄ alij degūt: ꝑut ipſi cōſitenṫ. De minoribus autē nemini dubium eſt. Nam regula eorū eſt ſtrictiſſima: quib⁹ pecunia eſt interdicta: ne ꝑ ſe vel interpoſitā ꝑſonā capiāt. vt patet in cle. Exiui de paradiſo. de ver. ſign. ⁊ in regula. Ipſi autem ꝓ veſtib⁹: ⁊ ꝓ ſuccurrēdo infirmis poſſunt habere recurſum ad amicos religioſis. Propterea recte dicit Panorm. in. d. c. Nimis. ꝙ relicta que cōmuniter fiūt alicui loco cum hoc onere ꝙ det annue certum redditum predicatorib⁹: ⁊ minoribus vel alijs mendicātibus religioſis/ non valent: quia hoc eſſet quādam habere proprietatem.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. Predicatores ꝓfitenṫ regulā beati Auguſtini: modo illi nō repugnat habere in cōmuni. Reſpondeṫ. Beatus Dominicus licet acceperit aliqua ex regula beati Auguſtini: tñ adiecit abdicationē bonoꝝ immobiliū: ne fratres ex illis viuerēt ſine mendicitate. ⁊ hoc totū eſt a Romano pontifice tāꝙ̄ licitū ⁊ meritoriū approbatū. ⁊ hec eſt ꝓprie regula fratrum p̄dicatoꝝ. Conſtitutiōes autē capituli ſupaddite ſunt ꝓ conſeruatione regule: et a capitulis ſtatuta ſupaddita poſſunt ꝑ alia imutari: nō autē regula quā ꝓfitētur: abſq; eccleſie iudicio: que regulam admiſit. Predicatores tñ poſſunt habere pauca bona mobilia in cōmuni ꝓ paruo tēpore: quorū poſſunt dici dñi more alioꝝ religioſoꝝ. debēt tñ eleemoſynis viuere: ſiue ad eos deferanṫ: ſiue eas aliūde petāt. ¶ Secūdo arguiṫ. Minores poſſunt habere hortos ⁊ olera: ⁊ a fortiore p̄dicatores: quorū ſint dñi: ſed poſſunt hortos cū arborib⁹ ad aliquātā diſtātiā elongare: q2 non eſt ſtatus prefixus: ergo poſſunt cape redditus quibus viuāt. Reſpōdeṫ. poſſunt hi ⁊ illi habere hortos: in quibus habeāt olera ex quibus viuāt: nō autē vendēdo: ⁊ non amplius. ⁊ illic eſt ſtatus in elongatione. ¶ Tertio arguiṫ. conſuetudo iā eſt introducta in multis regionib⁹ ꝙ mēdicātes religioſi habeāt redditus ex quib⁹ ferme viuere poſſint. conſuetudo autē legē poſitiuā interpretatur. Reſpōdeṫ. ſeruare votum eſt de iure diuino: contra ius autē diuinum nulla currit conſuetudo. ¶ Quarto arguiṫ. q2 multoꝝ refriguit charitas: nō poſſunt ſuſtētari eleemoſynis: ergo neceſſariū eſt cape redditus: alioqñ ordo corruet. Reſpōdeṫ. culpa eſt ex parte eoꝝ: ſi charitas erga eos refriguit: q2 non viuūt religioſe: ſed ſeculares ſcādalizāt. Secūdo nimis ſua philacteria dilatāt. nā oēs ſuā religionē aſſumere volētes: vtiles ⁊ inutiles ſine diſcrimine admittūt: in grauamē ⁊ onus populi: contra eꝗtatē: ⁊ cōtra ordinis rigorē: quē tāta cōgeries non ſeruat. ſed ſi redigerēt ſe ad certū numeꝝ: ⁊ bñ viuerent: optime eis ꝓuidereṫ. Qđ oſtēdo manifeſte. nouimus ſiquidem in vtroq; regno Britānie multa eſſe cenobia de obſeruātia ſcti Frāciſci: qui in diē viuūt: nihil de craſtino ſolliciti ſm ſuā ꝓfeſſiōem in magno numero: populū verbo ⁊ exēplo inſtituētes: et eleemoſynis viuētes. ergo vbi alij nō bene viuunt: ſua culpa nō cōſequunṫ eleemoſynas. ¶ Quinto arguiṫ. dicūt ſe habere diſpenſationem a Romano pōtifice vt poſſint poſſeſſiones recipere ⁊ fratres minores pecuniam. mō papa omia iura in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere. de cōſtitu. ca. j. lib. vj. Reſpondeṫ. male informant Romanum pontificem: et adducunt aliquos ſophiſticos colores ꝓ ſe: nec dicunt de ſua mala vita et nimia religioſorū multiplicatione. modo priuilegiū ꝑ ſurreptiōem obtētū/ vigore caret. de reſcrip. ca. Sup lr̄is. Nulli enim dubiū eſt quin ſi papa cognoſceret rem ſicuti eſt: nō concederet eis hec priuilegia. ſed q2 habēt in curia Romana aliquos pro ſe rogātes: querētes lanā: ⁊ non ſalutem rogātium: cōcedūtur.

¶ Sexto arguiṫ. Si frater minor trāſeat ꝑ regionē aliquā in qua non poſſit habere neceſſaria: vbi aliquis daret ei ſcutum ad emēdum panem: poteſt illud accipe ne fame pereat: neceſſitas enim nō habet legem. Confirmatur hec ratio. primo de quo fratres minores trāſeunt de Edinburgo ad capitulum per mare: magiſter nauis poteſt eos alere in naui. Sortes in itinere: primo die egreſſus: Plato ſecundo die: Cicero tertio. ⁊ ſic quolibet die Romā vſq;. vel breuiter aliquis opulentus vir trāſiens alia cauſa Romam poteſt eos alere in itinere. ergo pari ratione poſſunt habere ſocium habentē pecuniā ab aliquo amicorū ordinis qui omnia neceſſaria miniſtrabit in itinere. ¶ Ad ſextum reſpondeṫ. ſi celū rueret: omnia eſſent confuſa. conditio nempe illa nunꝙ̄ euenit. nunqđ de Hibernia inſula/ Scotia/ Anglia/ Norvvegia obſeruātes vadunt in Italiā vel Hiſpaniā ad capitulum: et trāſeunt ſatis cōmode? Contingit ꝙ interdum penuriā patiātur: hec enim eſt intentio regule et inſtitutoris. capiāt pro primo ferculo in ſcutellā vnum gradum patiētie: qui perdice ſpirituali viro eſt dulcior. Ad confirmationem concedo ꝙ ſi diu maneant in naui: capiunt refectionem in naui: vel a magiſtro nauis: vel mercatorib⁹: qui ſibi libentius impartiuntur ꝙ̄ ipſi capiant. ⁊ ita tantiſper eis fiet quoad bene viuant et non amplius. Chriſtus enim qui paſcit aues in campis: eos ſancte et religioſe viuentes non deſeret niſi ſe primum deſerant ⁊ famulum ſuum qui ordinē inſtituit. Non tamen debēt accipere a varijs vel ab vno in itinere ſic neceſſaria: q2 hoc eſſet in fraudem regule: et deus tandem eos negligeret. poſſunt tamen capere refectionem ab ijs qui in itinere offeruntur: et preſumere ꝙ deus dignatus eſt ſibi dare hāc refectionem: ſicut Helie coruum cum pane. et ſi nō eſſent alij religionem fedātes: ⁊ pecuniā contrectantes: multo melius tractarenṫ. neſcit enī populus frequēter an ſint obſeruantes: an fratres de larga manica: vt aiūt. ¶ Septimo arguiṫ. ſequeretur ꝙ peccarent dātes fratribus minoribus pecuniam: ſimiliter poſſeſſiones eis ⁊ predicatoribus. Diſtinguo ꝙ peccarēt. vel illud errore inuincibili putantes eſſe licitum: et ſic nego. multi nāq; ſimplices neſciunt illud eſſe peccatum: nec ſcire tenenṫ. ſi vero fuerint docti hoc ſcientes: concedo ꝙ peccarent cooperantes ſcienter peccatis aliorum. ¶ Octauo arguiṫ. Minores marſupia replentes pecunia ſunt adeo docti vt alij obſeruātes: et verbum dei predicāt tā vtiliter ꝙ̄ alij. ergo ſunt eque vtiles reipublice Chriſtiane: ⁊ ꝑ conſequens fouendi more aliorum. Reſpondeṫ. ꝙ̄uis forte ſint eque docti in ſpeculatiua ſcientia: et habeant gratiā bene concionādi: non tamē predicāt ſicut alij qui verbo ⁊ vita docent. iſti autē ſibi cōtradicunt. verbo tñ docēt: nā vita repugnat. Nunqđ apud ethnicoꝝ ſapientiſſimū legiſti. viij. ca. x. Ethicoꝝ. Veritas tñ in ijs que in actionē veniunt: ex opibus iudicaṫ ⁊ vita? Et toto illo dato ꝙ eque vtiliter predicarent ac alij: non ſequiṫ ꝙ ſint in ſtatu ſalutis: ſicut nec exiſtēs in mortali bene p̄dicās alijs. ¶ Epilogādo dico ꝙ religioſi mēdicātes nō poſſunt habere agros vel ꝑpetuos redditus in parte vel in toto: niſi cōtingeret ꝙ non poſſent viuere eleemoſynis fidelium: qđ nunꝙ̄ vt opinor adhuc cōtingit. nā veram inſtitutionē ſeu regulā ſeruātes vt vbiq; videm⁹: meliorē habēt portionē: templū: refectorium: ⁊ omnia melius extructa ⁊ culta ꝙ̄ habeant irregulares. Videmus hoc Pariſijs tā in p̄dicatorib⁹ ꝙ̄ minorib⁹; vtpote edificia



per eos completa que per eoꝝ patres nunꝙ̄ ſortita fuiſſent exitum. deus nāq; dat eis ſapientiam omnia recte moderandi: ⁊ hominibus inſtinctum eis bene faciendi. Alij vero ſunt in malo et ꝑiculoſo ſtatu viuendi: quibus eſt neceſſarium redire ad ſanā mētem/ ⁊ ad patris regulā quā vouerūt. nec iactent ſe de priuilegio ꝑ ſurreptionem obtēto. Bene viuentib⁹ autē ſufficit facere qđ in ſe eſt/ vt cōuertātur. Or ſi cōuertātur omnes (qđ deus cōcedat) nō multiplicēt nimis gregem/ ſub vmbra efficiendi omnes bonos: ne forte tot inſtabiles aggregādo/ plus toti multitudini noceāt ꝙ̄ proſint.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimatertia.

SExto quæritur circa hāc pauptatis materiā: qs ſit dominus bonorum que habent fratres minores. Reſpondeṫ per cōcluſiones: quarū Prima eſt. In rebus que vſu conſumūtur vt in cibo et potu fratres minores habent dominiū. vſus enim licitus quo licite predicti fratres vtuntur/ a dominio non diſtinguiṫ. et ratio eſt: q2 in alijs rebus vſu non conſumptibilibus vt in equo/ domo/ et ſimilibus/ vnus poteſt habere proprietatem: et alter ad cōmoditatē ſuā licite illis vti. qđ non contingit in rebus vſu conſumptibilibus. ¶ Secūda concluſio. In aliquibus rebus vſu conſumptibilibus quibus fratres minores vtuntur/ dominiū non manet penes eccleſiā Romanā. Probaṫ ſic. dominium nō manet penes aliquem vel aliquos niſi eis conſentiētib⁹. ſed Romana eccleſia nō conſentit in dominiū omniū rerum quibus vtuntur fratres minores: immo diſſentit: ⁊ pronunciat/ ac definit ne deinceps quiſꝙ̄ conſtituaṫ nomine eccleſie procurator pro defendendis illis bonis. Unde dicit Joānes Uigeſimuſſecūdus. Nunquid nō prefate eccleſie derogaṫ honori ſi ipſam oporteat nūc in foro eccleſiaſtico/ nunc ſeculari: interdum quoq; coram pedaneis iudicibus: ⁊ plerūq; pro rebus paruis et vilibus cōtinue litigare? Excipit tamen eccleſiam/ veſtes/ libros: domos quibus vtūtur ad inhabitādum ⁊ ad officia pagēda in diuinis. Omnia autem iſta habenṫ in. c. Ad conditorem canonum. in extraua. Joannis Uigeſimiſecundi. de verbo. ſigni. ⁊ etiam ca. Cum inter nonnullos. ⁊. c. Quia quorūdā. Fundamentaliter his determinationibus pontificijs in hac parte innitimur. ¶ Sed quia tunc reſtat dubium penes quos manebit dominiū aliarum rerum fratribus minoribus conceſſarū: quarū dominium Romanus pōtifex et eccleſia Romana recuſant: dico pro Tertia cōcluſione ꝙ deus eſt ſpecialis dominus talium rerum. Probatur ſic. Aut fratres minores ſunt domini: aut eccleſia Romana: aut illi q̄ hec bona contulerunt. Non primum: vt dicunt ipſi fratres. nec ſecundum ex dictis. contingit etiā Romanum pontificem eſſe fratrem minorem: et poteſt contingere ꝙ cardinales ſimiliter ſint fratres minores. ergo ſm eos nō ſunt capaces talis dominij. qui vero has res contulerūt: nō poſſunt eas licite reuocare. conſequens eſt igitur ꝙ de⁹ ſit dominus talium rerum: ⁊ breuiter omnium rerum eccleſiaſticarum ratione eccleſie prouenientium: et potiſſimum religioſarum. Nec obſtat ꝙ eccleſia Romana aliquarum rerum vſurpat dominium. hoc enim itelligitur ad bonum ſenſum: quia vult ꝙ nomine ſuo tales res defendātur: ac ſi īmediate ad eccleſiā Romanā ꝑtinerēt. ¶ Et q2 fratres p̄fati dicūt ſe Chriſtum imitari q̄ nihil in ꝓprio nec in communi vnꝙ̄ habuit. Poniṫ Quarta cōcluſio. Hereſis eſt aſſerere Chriſtū ⁊ Apoſtolos nihil habuiſſe in ꝓprio vel in cōmuni. Probaṫ hec cōcluſio. Contrariū habeṫ ex euāgelio: ergo eſt hereſis. ꝯſequentia eſt euidēs. ⁊ antecedēs ꝓbaṫ. nā Joānis. iiij. ſcribiṫ quomō mulier de Samaria venit haurire aquā: ⁊ Chriſtus petijt bibere. vbi ſequiṫ in lr̄a ſtatim. Diſcipuli enī eius abierāt in ciuitatē vt cibos emerēt. ergo ipſe ⁊ diſcipuli habebāt pecuniā: ſaltem in cōmuni ad cibos emendos. Itē Judas vt ſcribiṫ Joānis. xij. voluit vnguentū qđ Magdalena effudit ſup pedes Jeſu/ venire: īquiēs. Quare hoc vnguētū nō venijt pluſꝙ̄ trecētis denarijs ⁊ datum eſt egenis? qđ nō dixiſſet ſi Chriſtus recuſaſſet ante denarios. Et ſequiṫ in lr̄a īmediate. Dixit autem hoc: nō q2 de egenis ad eū ꝑtinebat: ſed q2 fur erat: et loculos habens ea q̄ mittebanṫ portabat. Illic ſup verbo (loculos) gloſ. interlinearis dicit. Dñi loculoꝝ cuſtos. et Joānis. xiij. Jude a ſaluatore nr̄o dictū eſt. Qđ facis: fac citius. Et ſequiṫ. Hoc autē nemo ſciuit diſcūbentiū: ad qđ dixerit ei. Quidā enim putabāt: q2 loculos habebat Judas: ꝙ dixiſſet ei Jeſus: eme ea q̄ opus ſunt nobis ad diē feſtū: aut egenis vt aliqđ daret. Ex hoc textu cōuinciṫ ꝙ pecuniā habebat in cōmuni ſaltē. ⁊ cōſuetudo eius erat: pecuniā dare paupib⁹: ⁊ more Judeorum emere aliqua: vt veſtes: vel cibū in feſto paſchali. Item Matthei. xxvij. Judei ſortiti ſunt de tunica eius. ergo tunicā habebat: ſiue erat illius proprietarius: vel tanꝙ̄ pars: ſicut quilibet religioſus in bonis cenobij. Et Matthei. xvj. didrachma dedit recipiētib⁹ tributū. qđ adduciṫ ab Urbano papa. xxiij. q. vlti. Tributū. ⁊ Actuū. xx. dicit Paulus. Ad ea q̄ mihi opus erāt: miniſtrauerunt manus iſte. vēdebat enim artificiū ſuū: et inde viuebat. ¶ Hec concluſio patet per extrauagan. Joan. xxij. Cū inter nonnullos. ſic dicit.

CVm inter nonnullos viros ſcholaſticos ſepe ꝯtingat in dubiū reuocari: vtrū ꝑtinaciter affirmare redēptorē nr̄m ac dominū Jeſum Chriſtū: eiuſq; apoſtolos in ſpeciali nō habuiſſe aliqua nec in cōmuni etiā: hereticū ſit cenſendū: diuerſa ⁊ aduerſa etiā ſentientib⁹ circa illud: nos huic cōcertationi finē īponere cupientes: aſſertionē huiuſmodi ꝑtinacē (cū ſcripture ſacre que in pleriſq; locis ipſos nōnulla habuiſſe aſſerit: cōtradicat exp̄ſſe ipſamq; ſcripturā ſacrā ꝑ quā vtiq; fidei orthodoxe ꝓbantur articuli: quo ad p̄miſſa fermentū apte ſupponat continere mēdacij: ac ꝑ ꝯſequēs quātū in ea eſt: eius in totū fidem euacuās: fidē catholicā reddat (ei⁹ ꝓbationē adimens) dubiā ⁊ incertā) deinceps erroneā fore cenſendā ⁊ hereticā ⁊ fratrū noſtroꝝ cōſilio hoc ꝑpetuo declaram⁹ edicto. Rurſus in poſteꝝ ꝑtinaciter affirmare ꝙ redēptori noſtro predicto: eiuſq; apoſtolis his que ipſos habuiſſe ſcriptura ſacra teſtaṫ nequaꝙ̄ ius ipſis vtendi cōpetierit: nec illa vendendi ſeu donādi ius habuerint: aut ex ipſis alia acquirēdi: que tñ ipſos de p̄miſſis feciſſe ſcriptura ſacra teſtaṫ: ſeu ipſos potuiſſe facere ſupponit expreſſe cū talis aſſertio ipſoꝝ vſum ⁊ geſta euidēter īcludat: in p̄miſſis nō iuſta: qđ vtiq; de vſu: geſtis: ſeu factis redemptoris nr̄i dei filij ſentire nefas eſt: ſacre ſcripture cōtrariū: ⁊ doctrine catholice inimicū: aſſertionē ipſam ꝑtinacem de fratrū noſtroꝝ ꝯſilio deinceps erroneā fore cenſendā merito ac hereticam declaramus. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā noſtrarū declarationū infringere: vel ei auſu temerario ꝯtraire. Si qs autē hoc attētare p̄ſumpſerit: indignationem omnipotentis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit īcurſurū. Datū Auinioni. iij. Jdus Nouemb. anno. vij.

¶ Ex his formo hāc ratione. In rebus dubijs fidei determinationi Romani pōtificis auctoritate ſacre ſcripture ſe munientis apparētiſſime indubie credendū eſt ſic eſt in propoſito. igitur. conſequentia patet cum maiore. ⁊ minor nota eſt ex allegatis.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. Fratres minores habent ſolū nudū vſum facti/ vt Nicolaus tertius vel quartus decreuit in cap. Exijt qui ſeminat. Reſpondetur. ſi per nudū vſum facti intelligatur ꝙ in nulla re habent ꝓprietatē ⁊ dominiū/ vel licitum vſum: hoc eſt falſum ⁊ negādum. nec hoc voluit dominus Nicolaus. Pro cuius vberiore intelligentia notato ꝙ nudus vſus facti poteſt excludere ꝓprietatē. ⁊ ſic nō excludit eam in rebus vſu cōſumptibilibus: vt diximus. in rebus autē vſu nō cōſumptibilibus/ ꝓprietatem in particulari excludit: ⁊ radicaliter in cōmuni reſpectu omniū religioſorū: quorum Chriſtus eſt fūdamentalis dominus: Quis oēs religioſi ſint cōdomini: in ſententia nō refert. Bene tñ fratres minores habent licitū vſum rer̄ quarū eccleſia habet dominiū: ⁊ eleemoſynarū/ quar̄ deus vel dātes ſm aliquos habent dominium. Secūdo nudꝰ vſus facti poteſt excludere actionē in foro ꝯtradictorio: vtpote ſi quis velit auferre tibi tunicā vel equū nō moues ei litē in foro cōtradictorio: ſed ꝑmittis eū abire. ⁊ hoc eſt licitum. ius ei lꝫ pariat actionē nō tñ niſi voluntariam. Pōt inſuper eſſe nudus vſus facti/ vt diſtinguatur cōtra vtilitatem. ſicut ſeruus vtitur re dñi in vtilitatē dñi/ ⁊ nō ꝓpriā. ⁊ ſic minores nō habēt nudū vſum facti cū habeant vtilitatē ex domibus/ in ꝗbus manent. ⁊ hoc quidē licite. Pōt quarto excludere nudus vſus facti/ omnis iuris nudationem. ⁊ is non cōpetit fratribus minoribus: ſed excludit a fure/ qui alieno vtitur iniuſte. hoc nō facit frater minor: ſed honeſte re vtitur. ⁊ per cōſequens iuſte ⁊ cū iure. vnde Auguſtinus ad Macedonū. ⁊ tranſumptiue habetur. xiiij. q. iiij. Quid dicam. Hoc enī certe alienum non eſt quod iure poſſidetur. Hoc autē iure poſſidetur quod iuſte: ⁊ hoc iuſte quod bene. Nā omnis actus iuſtus eſt iuris: ⁊ oīs actus licitus eſt cum iure vtendi. Hanc rationē innuit Joannes viceſimuſſecundus in cap. Cum inter nonnullos. Dicit enim ꝙ aſſerere Chriſtum ⁊ apoſtolos in rebꝰ quibus vſi fuerunt. non habuiſſe niſi ſimplicem vſum facti conuincit actus eorū fuiſſe nō iuſtos/ ⁊ per cōſequēs iniuſtos. quia negatio in ſubiecto apto nato, infert ꝑuationē. ſicut non viſio in oculo infert cecitatem.

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur. Chriſtus precepit apoſtolis ne aliquid haberent in cōmuni vel in proprio. nā Matthei. x. ſcribitur. Nolite poſſidere aurum/ neqꝫ argentum/ neqꝫ pecuniam in zonis veſtris: non perā in via. neqꝫ duas tunicas neqꝫ calceamenta/ neqꝫ virgam. Ex quo textu arguitur ſic. hoc erat preceptum: ergo apoſtoli cōtrauenjendo peccaſſēt nam Chriſtus ſeruauit quod docuit. Actuum primo. Cepit Jeſus facere ⁊ docere. ¶ Reſpondetur. hoc argumentum non cōuincit. Chriſtus enim ꝓcepit apoſtolis quando ibant ad predicandum: ne hoc facerent. et quia plantaturi erant nomine eius fidem: dedit eis modum neceſſaria habendi. quia ante. in eodem cap. ſcribitur. Infirmos curate: mortuos reſuſcitate: leproſos mundate: demones eijcite: gratis accepiſtis gratis date. Quis autem obſecro nūc eſt qui nō daret neceſſaria viris qui talia peragerent: ⁊ eos nō rogaret vt continuo ſecum manerent: quid opus erat ergo viris illis aliqd habere pro illo tempore: interdum tñ habebāt ſacculū. nam Luce. xxij. dixit Chriſtus. Qui habet ſacculū tollat: ſimiliter ⁊ perā. Ex quibus verbis denotatur ꝙ iam habuerūt perā ⁊ ſacculū. vt ſeꝫ Matth. x. prohibuit eis capere aliquid quod eſſet ſibi impedimēto ꝑdicationis poſtea vt cōdeſcenderet ſequacibus apoſtolorū: permiſit eos habere ſacculū ⁊ perā. Vñ. xij. q. j. dicit Auguſtinus. Habebat dñs loculos a fidelibus oblata cōſeruās ⁊ ſuor̄ neceſſitatibus ⁊ alijs indigentibꝰ tribuebat. tūc primū eccleſiaſtice pecunie forma eſt inſtituta. Quia ſequacibus nō dedit robur miracula faciēdi: nec opus erat. ſicut herba recenter plātata qualibet nocte irrigatur. non aūt cum iam coaluerit. ¶ Secūdo arguitur. Luce. ix. ſcribitur. Vulpes foueas habent: ⁊ volucres celi nidos: filius autē hominis nō habet vbi caput ſuū reclinet. Reſpondetur. iſte cui Chriſtus rñdebat erat ſcriba. hoc eſt doctus in lege cōſiderans ꝙ multa bona poſſet a Chriſto habere. nā Matth. viij. ſic dicitur. Et accedēs vnus ſcriba ait illi. Magiſter ſequar te quocūqꝫ ieris. Et dicit ei Jeſus: vulpes foueas habent: ⁊ ꝗ ſequuntur. Ac ſi diceret. Tu ſequeris me iiquo aīo: vt bona fortune cōſequaris que nō habeo. hoc eſt. que minime vides me curare. nō ei vendico mihi ꝓprietatē in quācūqꝫ domū ⁊ ita exponit gloſſa marginal' dicēs. Quid me ꝓpter lucrū ſeculi vis ſequi cū ita ſim paup̄/ vt nec hoſpitiolum quod meū ſit habeā: licet domorum quas acceſſit acceperit vſum. ¶ Ecce qui ſint dñi bonorum quibus vtūtur fratres minores. Aliquorū enī curia Romana: aliorū nō improbabiliter illi qui dāt/ manēt veri domini/ ⁊ poſſunt ſua bona ad libitum reuocare: qꝛ fratres nolūt ſtrepitū forenſem ſuper hoc ſuſtinere. deꝰ autem eſt dominus fundamētalis oīm bonorū religioſor̄ ſed quo ad defenſionē/ religioſi cōmuniter. licet fratres minores in lite nolint bona tueri. Minoribus autē hoc do cōſilium: ne circa opus nonaginta dierū. Guilielmi Ockam ⁊ multa alia Chriſti paupertatē tāgentia laborent: ſed ſuam inſtitutionē ſeu regulam ꝗ eſt bona ⁊ ſctā ſeruent ⁊ colant. ⁊ ſicut ſunt minores noīe/ maneāt maiores hūilitate ⁊ virtute: vt pplm ꝟbo et exēplo inſtituāt.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimaquarta.

CIrca votum continentie ꝗritur. An Romanus pōtifex poſſit diſpenſare cū religioſo in voto cōtinentie vt vxorem ducat ī ſeculo. ¶ Pro ſolutione queſtionis pono duas concluſiones. quar̄ Prior ē. Quilibet religioſus ſub pena peccati tenetur ſe ſeruare immunem a venereis. hoc ē/ ne cōſentiat ī actū libidinoſum carnalis copule. Probatur cōcluſio: quilibet ſub pena peccati tenetur caſte viuere: religioſus nō pōt caſte viuere caſtitate cōiugali: ergo nō patet ei via ſalutis niſi ꝓrſus a venereis abſtineat. Inſup hoc vouet qñ ſit religioſus: ⁊ cū ſit pſona inhabilis vi ſue ꝓfeſſionis nūqꝫ potēs vxorē ducere opꝫ ꝙ abſtineat. ¶ Secūda cōcluſio Romanus pōtifex. pōt diſpēſare cū religioſo ſimplici: hoc eſt nō exiſtente in ſacris vt vxorem ducat. Probatur ꝯcluſio. nā hoc fecit cū quodā rege Aragonū. nec eſt veroſimile ꝙ hoc attētauit ſine ſapiētū ꝯſilio. Dices ſicut dt. Altiſiodorꝰ. xxij. tractatu ſui tertij tenēs oppm̄ ꝙ nō diſpēſauit. ſꝫ diſſimulauit. Hoc nō ē ꝟiſile ꝙ nobilis mulier ī eū ꝯſenſiſſet: nō viſa diſpēſatiōe: nec hereditas ſine illa in ſobole māſiſſet pacifica. Sꝫ dicis ⁊ apparētius. ex factis pōtificis ⁊ ex diſpēſatiōe eiꝰ hoc nō eſt licitū.



¶ Propterea ſecūdo arguitur ad idē. papa poteſt diſpēſare in voto ſimplici vt notum eſt ex dictis in precedētibus: ergo ⁊ in voto ſolēni. ꝓbatur cōſequētia: qꝛ tātū obligat votū ſimplex: quātū ſolēne corā deo. c. Rurſus. qui cleri. vel vouen. matrimo. contrahe. poſ. illic Celeſtinus Tertius dicit ꝙ ſimplex votū apud deū nō minus obligat ꝙ̄ ſolēne. Forte dicis cum gloſſa. Non minus. i. non minori tempore. vel non minus. i. non minori peccato in genere. quia vtriuſqꝫ trāſgreſſio eſt mortalis. ſed vna eſt alia grauior. Cōtra. votum ſimplex poteſt eſſe cum actu intenſiore ⁊ diuturniore ꝙ̄ votum ſolēne. ergo ꝑ intēſionem actus et diuturnitatem poteſt attingere ligamē qd̄ ſolēne vltra votum ſimplex habet. Poteſt dici. in voto ſolēni deus ponitur in poſſeſſionem vouentis. in voto autem ſimplici ꝓmittitur ei illa poſſeſſio. Fortius autem eſt ligamē quo res eſt data ꝙ̄ ꝓmiſſa: quēadmodū ſi ꝓmitterē Titio ⁊ Platoni equū: dando Platoni equum manet eius: quicquid ſit de priore ꝓmiſſione. ¶ Tertio arguitur. ſi papa nō poſſet diſpenſare in voto religionis: hoc eſſet propterea qꝛ ſeruare votum emiſſum eſt de iure diuino: vel propterea qꝛ continentia non poteſt habere aliquid melius. ſm illud Eccle. xxvj. Omnis ponderatio non eſt digna continentis anime. vel qꝛ qd̄ eſt deo datū: non poteſt in vſus humanos reuocari: iuxta verbum domini. Leuitici vltimo. Primū nō valet: quia ſic in voto abſtinentie non poſſet eſſe diſpenſatio. qd̄ omnes negāt. Nec ſecundū: cui innititur Altiſſiodo. qꝛ continētia nō valet niſi ꝓpter puritatem mentis. modo finis eſt ꝑfectior his que ad finem ordinantur. multa quoqꝫ ſunt alia que tātū et amplius valēt ꝙ̄ continentia. nec valet tertium/ cui beatus Thomas innititur. nā calix/ libri/ et huiuſmodi deo dicata ꝓ rationabili cauſa poſſunt reuocari. Panes quoqꝫ ꝓpoſitionum ſacerdotibus dicati dabantur Dauidi laico in neceſſitate. primi regū. xxj. Ergo qd̄ eſt deo dicatū ꝓ vtilitate publica poteſt in vſus humanos reuocari. ¶ Preterea quarto arguitur. ſi ſit aliqs religionis votū emiſſurus cui expediat nō vouere ꝓ re vtiliore in republica: poſſum illi conſulere non vouere. igitur poſſum illi conſulere poſt votum cum diſpenſatione pape egredi cenobio. ergo ei egredi eſt licitum: qꝛ regula communis eſt in hac parte: quādo vouetur aliquid indifferēs ad bonū ⁊ malū: quādo vergit in malū: votū nō eſt ſeruādū. Sed ſi religioſa mulier diſpēſante papa/ poſſet Turcā cū ſuis ad fidē conuertere: maior honor/ et vtilitas in republica Chriſtiana ſequerētur ex diſpenſatione: ergo mulieri tali licet cape diſpenſationem: ⁊ egredi cenobio manēdo in ſeculo: in quo poteſt cū ſalute anime viuere: ⁊ ſequitur magnus honor in relione Chriſtiana.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ꝑ auctoritatē Innocentij Tertij in capite Cum ad monaſteriū. de ſtatu. mona. vbi pontifex in fine ca. ſic dicit. Nec eſtimet abbas: ꝙ ſup habenda ꝓprietate poſſit cū aliquo monacho diſpēſare qꝛ abdicatio ꝓprietatis/ ſicut et cuſtodia caſtitatis: adeo eſt annexa regule monachali: vt cōtra eā nec ſummus pontifex poſſit licētiā indulgere. ¶ Rñdetur. diſtinguēdo ꝙ nō poſſit diſpenſare cū monacho vt habeat ꝓpriū/ vel vxorē. vel in ſenſu cōpoſito: ⁊ ſic cōcedo. in ſenſu diuiſo nego. Vbi enim ꝓ rationabili cauſa cū ipſo eſt diſpenſatū: non eſt amplius monachus: ſed a toto monachatu pontifex eū abſoluit: ac ſi nūqꝫ fuiſſet monachus: et reſuſcitat ipſum qui erat monachus ad vitā ciuilem qui ciuiliter mortuus erat. nō enim facit ꝙ nūqꝫ fuerit monachus: cum hoc facere non poſſit deus. non tamen debet diſpenſare cum monacho niſi ꝓ cauſa ardua: iudicata ratiōabili iudicio prudentū. ¶ Secundo arguitur. beatus Mattheus nō conſuluit Eugenie accipe Hirtacū virū: immo diſſuaſit: et tñ erat apparens lucrifactio vnius regni ad Chriſtū. ergo non eſt conſulendū virgini poſt votum emiſſum contrahere cū Turca: etiā licet eſſet magnus color ꝙ Turca cum maiore parte ſuorū Chriſtianiſmum aſſumeret. Reſpōdetur. omnes tūc in ciuitate Nadabar: ⁊ in Aethiopia erāt Chriſtiani. quare argumētū non quadrat ꝓpoſito. Etiā Apoſtolis erat vigor miraculorū collatus ad conuertendos infideles: quibꝰ non opus erat his medijs que nobis cōducūt. ¶ Ecce votū continētie qd̄ obligatur ſeruare religioſus niſi diſpenſetur ſecū ꝓ rationabili cauſa: ⁊ tūc continētia non eſt ſeruāda de qua in ꝓpoſito loquimur: ſed ſufficit ei caſtitatē coniugalē ſeruare. ⁊ poteſt habere proprium ac ſi nūqꝫ fuiſſet monachus. nihil enim ad eum amplius ſpectat monachatus. non tamen eſt ſecurus in conſcientia talem diſpenſationem habēs: niſi fuerit rationabilis cauſa iudicata iudicio prudētū. Et qꝛ remiſſio continentie eſt remiſſione pauꝑtatis notior: paucis de illa tranſeo.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimaquinta.

h

ACtenus de voto paupertatis et continētie locuti ſumus: nunc pro voto obedientie quero: et eſt. xv. q. votorum. An votum obedientie ceteris votis maius: obliget religioſum in oībus parere ſuꝑiori. Premittatur quid nominis obediētie: que nihil aliud eſt ꝙ̄ volitio actualis vel habitualis qua quis vult parere illi cui debet: et exequi illa ad que tenetur. ¶ Quo premiſſo reſpōdebitur ad illud qd̄ ſupponit: in priore concluſione: in ſecūda vero ad illud qd̄ queritur. ¶ Prior concluſio eſt hec. Votum obediētie votū paupertatis ⁊ caſtitatis in bonitate exuperat. Probatur concluſio ſic. Votum obedientie alia duo vota infert: ⁊ non cōtra. ergo ipſum eſt magis vtile et neceſſarium religioſo. nam ſi quis fuerit obediens ſeruando ſuam regulam in qua duo/ pauꝑtas et caſtitas vouentur et precipiuntur: illa duo ſeruabit/ et ipſam obedientiam: non autem habendo vnum aliorum duorum. poteſt enim quis eſſe pauper vel caſtus: et non obediens. Secundo arguitur ad idem. obedientia habet epitheton excellentius ꝙ̄ cetera vota. dicit enim prelatus. In virtute ſancte obediētie precipimus. Preterea vitium obediētie oppoſitum eſt peius vitijs oppoſitis alijs votis. ergo obedientia eſt melior. probatur conſequentia: quia meliori virtuti tam ſm actum ꝙ̄ habitum actus peior opponitur. Antecedens oſtenditur ex illo. j. Regum. xv. Quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare: et quaſi ſcelus idolatrie/ nolle acquieſcere. id eſt non obedire. Super quo verbo dicit Gregorius in Moralibus. Sola eſt que fidei meritum poſſidet obedientia: ſine qua quis infidelis conuincitur: etiam ſi fidelis eſſe videatur. Citatur a Gratiano viij. q. j. Sciendum eſt. In eodem quoqꝫ cap̄. xv. dicitur. Melior eſt enim obedientia ꝙ̄ victime. quod exponens idem Grego. vt gloſſa marginalis allegat/ dicit. Obedientia victimis iure preponitur: quia per victimas aliena caro: per obedientiam vero propria voluntas mactatur. Tanto ergo quiſqꝫ deum citius placat: quanto repreſſa arbitrij ſui ſuperbia gladio precipiti ſe immolabat. Preterea/ obedientiam Chriſti Apoſtolus ad Philip. ij. cōmēdat dicēs. Humiliauit ſemetipſum: factus obediens vſqꝫ ad mortem. Religioſi autem eſt

Chriſtũ imitari oĩbus abiectis iuxta illud Matth. xix. Si vis perfectus eſſe vade ⁊ vende oĩa que habes/⁊ ſequere me. hoc eſt. conditiones ineas ſm fragilitatẽ tuã Refert Johãnes Caſſianus libro. iiij. de inſtitutis cenobiorũ Johãnes quidã egregius adoleſcẽs ⁊ religioſꝰ ad ſeniorum imperiũ a duobꝰ miliaribꝰ quolibet die indeſigne[n]ter attulit aquã: ⁊ lignum aridũ ⁊ quodammõ putre humectabat. ❡ Secũda cõcluſio. Vera obedientia nõ obligat religioſum in oĩbus licitis ⁊ honeſtis parere ſuperiori. Probatur cõcluſio. nullus obligatur ad opus ſupererogationis niſi volẽs: vouens hanc religionem nõ intendit ad vlteriora ſe obligare: ergo nõ male agit alia ſibi impoſita recuſando. Secũdo arguitur ad idem. Nã dato oppoſito ſequitur ꝙ profeſſus in religione ſancti Auguſtini tenetur ad mãdatuꝫ ſupioris ingredi Carthuſiam. hoc cõſequens eſt falſum: ⁊ ꝯſequentia patet ꝑ te: cum hoc ſit licitum ⁊ honeſtũ. Tertio hoc oſtenditur per beatũ Bernardũ in lib. de pcep. ⁊ diſpentione dicentẽ nihil prohibeat me prelatꝰ horũ que promiſi: nihil plus exigat ꝗ̃ promiſi. ſi tamẽ obediat mãdatis licitis: bene facit: ⁊ eſt obedientia nõ neceſſaria: ſed ꝑfecta.

❡ Contra priorem concluſionem arguit̃. Difficilius eſt relinquere multa bona ꝗ̃ parere ſuperiori. qđ patet de iuuene euãgelico qui pcepta ſeruabat: cui difficile erat ſuas opes deſerere: facile parere. ❡ Reſpondetur. poteſt dari vnus actus paupertatis/ hoc actu vel illo obediẽtie melior tamẽ maximus actꝰ obediẽtie eſt melior optimo actu paupertatis. Difficile profecto eſt cordato viro ⁊ capitoſo volũtatem ſuã ꝑpetuo ĩ manus ſenioris ponere ⁊ magna vtilitas.

❡ Contra ſecundam concluſionẽ arguitur. Caſtitas habet determinataꝫ materiã ſimiliter ⁊ paupertas: ergo etiam obedientiã. ſed hoc nõ erit niſi obedientiã habeat ſeorſum/preter illa duo vota ⁊ regulam. Reſpõdetur negãdo ꝙ habeat determinatam materiam ſicut alia duo: ſed ſolum requiritur obedientia in regula. ❡ Contra hoc arguitur. Ex illo ſequitur ꝙ ſi ſint religioſi: quorum vnus poſſit ſolus purgare cenobium ſordibus nullus eorum tenetur id facere. conſequens eſt inconueniens. ꝙ ſequatur. probo: quia hoc nõ continetur in regula. Joãnes purgabit cenobiũ. Reſpõdetur negando ſequelam. quilibet eñ tenetur ſeruare ſuã regulam ⁊ illa ſine quibꝰ regula ſeruari nõ poteſt ⁊ hoc eſt ſeruare regulã. nã ſi vnus: eorum licite poſſit quoduis onꝰ iniunctũ recuſare: pari rõne quilibet aliorum trium. itaqꝫ vbi neceſſe eſt aliquẽ purgare cenobiũ ⁊ nõ eſt maior ratio de vno ꝗ̃ de illo cui ſuperior pcipit tenet̃ ille ſuperiori parere: vel quãdo eſt dubiuꝫ. ❡ Secũdo arguitur cõtra eandẽ concluſionẽ. Refert Joannes Caſſianus. lib. iiij. cap. xxv. quomodo Joãnes de quo in probatione cõcluſionis mentionẽ fecimus precipiente ſeniore lenticulam olei que ſola erat in eremo in vſus fratrũ ſeruata fregit. Et in. xxvj. capitulo quomõ idem Joãnes ſeniore pcipiente vt aduolueret grande ſaxum quod aduoluere nequibat: nõ deſinebat quouſqꝫ plenꝰ ſudoribus lapidem humectabat: applicita nũc ceruice nunc toto pectore. Et in. c. xxvij. eiuſdẽ recitat quomõ Mutius propriũ filium in fluuiũ pcipitare volebat ob ſuperioris preceptũ. Quibus ⁊ mulꝰ alijs ſimilibꝰ ſuppoſitis: que idẽ Caſſianus recitat. arguitur ſic. Jſti religioſi quibꝰ pcipiebat̃ factu difficillimũ. immo impoſſibile: precipiente ſeniore complere conati ſunt: ⁊ in hoc laudandi omnino. ſed illorum facta ſunt imitanda: ergo oportet parere abbati in omnibus. ❡ Reſpondetur. argumentum bene probat ꝙ bene agitur parẽdo abbati in omnibus licitis ꝗ̃ fieri poſſunt: ⁊ etiã euitando facere quantũ in ſe eſt impoſſibile: quia illud eniti/eſt poſſibile: vt ſi pcipiatur inferiori euertere arcẽ: poteſt inferior manus/ceruicẽ pectus: ⁊ hmõi tali euerſioni applicare: ſed nõ ſequitur ꝙ homo ad hec teneatur. Unde ſi duobus inferioribus Sorti ⁊ platoni: abbas precipiet arcẽ euertere: ⁊ Sortes ſe applicaret ad id faciendum ⁊ Plato diceret hoc eſſe a regula alienũ: nec ſe ad hoc vi profeſſionis ſue eſſe obnoxium. ⁊ propterea nolle hoc facere: vterqꝫ iſtorũ licite faceret. nec peccaret: ſed fortes melius faceret. ❡ Unde hic notabis ꝙ abbas põt precipere inferiori ſuo multifariã. Uno modo illicituꝫ cognitum tale: ⁊ in hoc nõ eſt ei parendũ. nam preceptũ dei eſt contrarium. ⁊ deo oportet plus parere ꝗ̃ hoĩbꝰ. Actuum. v. Uel pcipit ſm regulam: puta exequi aliqđ quod in regula ꝯtinetur/vel ſine quo regula ſeruari non poteſt. ⁊ ſic tenetur inferior ſuperiori parere. Uel precipit aliquid cõtra regulam: ⁊ ſic vbi eſt ratio diſpẽſandi parendũ eſt. ſi autem non ſit ratio diſpenſandi/lꝫ non deſit auctoritas ĩ diſpenſante: nõ eſt ei parendũ. ⁊ hoc quãdo cõſtat non eſſe rationem. Si vero precipiat aliqđ in quo eſt dubium an poſſit bene fieri: an male/parendum eſt: potiſſimum vbi ſuperior eſt prudens. nõ enim precipiat licitum ⁊ honeſtum etſi a regula alienum etiam cognitum tale turpe eſt nõ parere: potiſſimũ ſi ſit facile factu: licet non ſit peccatũ. ❡ Hactenus de obediẽtia votorũ eſſentialium potiſſimo voto: ⁊ in quibus de neceſſitate eſt parendũ: in quibus vtile: in quibus non neceſſarium: ⁊ in quibus peccatum.

❡ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimaſexta.

DEcimoſexto in hac diſtinctione queritur. An quis poſſit ꝓfiteri religionẽ relinquẽdo parentũ alterũ in extrema neceſſitate. Pro ſolutione queſtionis ponam cõcluſiones. ❡ Prima eſt. Male facit filius religionẽ profitendo/relinquẽs parentũ aliquẽ in extrema neceſſitate. Probat̃ ꝯcluſio. nam ſuccurrere parentibus in extrema neceſſitate eſt preceptum legis nature ⁊ diuinum. modo cõſilium iſtud nõ abſoluit a precepto diuino: nec facit ipm deſinere eẽ preceptũ. ❡ Secũda concluſio. Filius religioſus tenetur cenobiũ egredi vt parentibus aliunde ſuſtentationẽ habere nõ valentibus ſuccurrat. Et quia Beatus Thomas. in ſecũda Secũde/⁊ Nicolaus Lyranus. Matth. xv. tenẽt priorẽ cõcluſionem/⁊ contradictoriã huius: paulo ꝓlixius hanc ꝓbabo ꝑ expreſſa verba Chriſti in eodẽ capite quibus gloſſam futilẽ apponũt. Cũ illic ſcribe ⁊ phariſei arguerẽt Chriſtum ꝙ diſcipuli eiꝰ tranſgrederẽtur traditiones ſenioꝝ de nõ lauãdis manibꝰ ante cibũ: ꝓpoſuit eis q̃ſtionẽ: quã ſi ſoluiſſent fuiſſet rñſio queſtionis eorũ: ⁊ nõ ſicut Nicolaus putat: clauum clauo retundendo. Queſiuit itaqꝫ Chriſtus/quare vos trãſgredimini mãdatũ dei: ꝓpter traditionẽ vrãm: ⁊ nã deꝰ dixit. Honora patrẽ ⁊ matrẽ. vos aũt dicitis. Quicunqꝫ dixerit prĩ vl̃ matri: munꝰ quodcũqꝫ eſt ex me/tibi ꝓderit: ⁊ nõ honorificabit patrẽ ſuũ aut matrẽ ſuam. ⁊ irritum feciſtis mãdatũ dei ꝓpter traditionẽ vrãm. Hic expreſſe ẽ ſmo de ſuccurrẽdo parẽtibus in neceſſitate: qđ eſt dei pceptũ. ſed vt gloſſa iterlinearis exponit: dixerũt auari phariſei. ſi filij offerãt deo hoc qđ parentibus debet̃/id magis ꝓderit parentibꝰ ꝗ̃ eis ſuccurrere: ⁊ etiã filijs.

ſ. th. 22ª q 189 ar 6

Ubi Chriſtus dicit preuaricati legem dei propter traditionem hominum. nã offerre deo ſacrificium/eſt licitum cõmuniter: ſed male fit dando illud qđ homo tenet̃ dare parenti: q2 relinquit̃ dei preceptum. ſic autẽ eſt in caſu noſtre concluſionis. Sed dicis. hoc ſolum concludit priorem concluſionem: ꝙ ſcilicet ante ingreſſum religionis bona ſi habeãtur dãda ſunt parentibus: vel laborandum eſt pro bonis habendis ad eis ſubueniendum. Jdeo probatur aliter concluſio ſic. Si quiſpiã premeretur ⁊ conculcaretur ab equo: religioſus ſtãs in oſtio/potens ei ſuccurrere/prohibente abbate teneretur ſuccurrere preſſo. vel ſi claudus ſit in domo que igni conſumitur: religioſus ſuccurrere potens/prohibente abbate ex lege nature et dei ad hoc tenetur. ergo eodẽ modo in caſu concluſionis ſecũde. Non valet reſponſio Nicolai dicentis ꝙ ſuccurrere parentibus eſt preceptum affirmatiuum/obligãs pro loco ⁊ tempore. modo poſt votũ religioſis ſuccurrere parentibus eſt illicitum/ꝓhibente ſuperiore. ſicut ſacerdoti nõ licet ſuccurrere patri ꝑ vſum armorum ſi ab hoſtibus inuadatur: q2 iã non eſt ei licitũ pugnare corporaliter. Hoc inquã non valet. nã pceptũ affirmatiuum pro loco ⁊ tempore obligat: ſed iam eſt locus et tempus: q2 ſi pretermittat: parentes moriẽtur. Et qđ affert de ſacerdote/non habet ſpeciem veri: q2 poteſt reſiſtere patrẽ inuãdo et contra hoſtem defendẽdo: ac ſi nullo mõ eſſet ſacerdos: vbi pater non poſſet aliter euadere. nullum enim preceptũ humanum ab hoc relaxat. Dico ergo ſicut Chriſtus intendebat contra Scribas ⁊ Phariſeos: ꝙ Apoſtoli comedentes relicta traditione tã crebro lauãdi manus nõ peccarunt. Nã Marci. vij. ſic ſcribit̃. Phariſei enim ⁊ omnes Judei/niſi crebro lauerint manus ſuas/nõ mãducãt. Et ꝙ peccãt deo offerentes (niſi occurreret preceptum) non ſuccurrẽdo parẽtibus. Sic relinquẽs parẽtes fame morituros ante religionis profeſſiõem vel poſt: propter votum ſponte emiſſum ⁊ hominũ traditiones: legẽ dei trãſgredit̃ de parentibus honorãdis. ⁊ egredi cenobio etiã abbate ꝓhibente/non eſt peccatum. ſicut apoſtoli non peccabant relinquendo traditiones ſeniorum.

❡ Contra ſecundam concluſionem arguitur argumento altero commentatoris: ſeu vt dicunt poſtillatoris. Contrahens matrimoniũ nõ tenet̃ cohabitare cum patre: propter aliud vinculum quo obligatur vxori. ergo neqꝫ ꝑ ꝓfeſſionem a fortiori. Jtem arguunt aliqui. maius eſt vinculum deo factũ ꝗ̃ parentibus. votum eſt deo factum. igit̃. ❡ Ad primum dicit̃ ꝙ poteſt ſubuenire prĩ cohabitãdo cum vxore. Ad ſecundum nego ꝙ ſit vinculum deo factum: cum ſit contra preceptũ dei/non ſubuenire parentibus: nec votum eſt ad oppoſitũ. Nihil eſt dicere: preceptũ de voto eſt de prima tabula: ſubuenire autem parẽtibus de ſecunda. q2 dicimus votum non eſſe obligatorium in hoc caſu. Nec valet dicere: non habet volũtatẽ/cũ ſit religioſus. q2 adhuc precepta eccleſie tenetur ſeruare prohibente abbate. ergo a fortiore precepta dei.

❡ Contra eandem concluſionem arguit̃. Ex ea ſequit̃ ꝙ filius nõ tenet̃ ꝓfiteri religionem quãdo parẽtes ſunt triſtes de eius ꝓfeſſione: ſic ſcilicet vt affirment ſe morituros ſi filius cenobiũ ingrediat̃. cõſequens eſt falſum. alioqñ multi a religione ꝓhiberent̃. ❡ Reſpondet̃ negãdo ſequelã. illa nãqꝫ triſtitia in gaudium tãdem conuertetur. id enim plerũqꝫ viſum eſt. ⁊ licet dicãt ſe pre triſtitia morituros: non conſequens eſt ꝙ moriant̃: nec eis in illo dicto eſt credẽdum: q2 pauci vel nulli hoc modo moriunt̃. Si tamen preter legem ei reuelaret̃ ꝙ parentum alter moriturus ſit ſi religionem aſſumat: nã eſt euentus cõcluſionis. Nec triſtitia diue virginis tẽpore paſſionis hoc loco citanda eſt. tũ ꝙ Chriſtus ſalutem publicã humani generis egit. tũ ꝙ ſciebat matrem ex illa triſtitia non morituram. ❡ Secundo arguit̃. Homo non in infinitũ tenet̃ plus ꝓcurare neceſſaria parentibus ꝗ̃ alijs: ſed ꝓ alijs non tenet̃ religionem differre: ergo nec ꝓ parentibus. ❡ Tertio. Petrus nõ potẽs manere cũ ſalute anime ſue in ſeculo poteſt religionem ꝓfiteri: q2 plus debet curare ſalutẽ anime ꝓprie ꝗ̃ corporalem parẽtum. ❡ Quarto arguit̃. Ad eius ꝓfeſſionem ſequit̃ ſolum parentum mors corporalis: ⁊ magnũ detrimẽtum filio in ſpiritualibus: quã iacturã nõ tenet̃ ſubire ꝓ morte corporali parentum: quibus forte ꝓdeſt perire fame: q2 ſunt in bono ſtatu. ❡ Quinto arguit̃. dicit Chriſtus. Matthei. x. Qui amat patrem aut matrẽ pluſqꝫ me/non eſt me dignus. ❡ Ad primum iſtoꝝ conceditur maior: et ad minorem dicit̃: ꝙ ſi daret̃ aliquis qui mortem obiret niſi filius profeſſionem religionis differret: deberet differre. nã conditionem particularẽ parentum nouit: ⁊ noſſe tenet̃. nõ ſic autẽ alioꝝ: q2 putat alios ad quos ſpectat talis cura ⁊ indago: circa hoc iniſtere. ❡ Ad tertium non admitto poſitum in argumẽto. nam cuilibet religio Chriſtiana ſufficit ad ſalutẽ: quã homo ſeruare poteſt. ⁊ ſi peccet: dat̃ ei remedium ꝑ penitẽtiã: ſed ſi ita foret vt argumentũ imaginat̃: plus deberet curare ſalutem anime ſue ꝗ̃ vitam corporalem parentum immo ꝗ̃ vitã corporalem ꝓpriã. ❡ Ad quartum nego primã ꝓpoſitiõem ꝙ ſolum ſequat̃ mors corporalis parentum: immo ſpiritualis mors filij obligati parẽtibus ſuccurrere ne peãt. ⁊ eſto/parentibus cõduceret corporaliter mori: filio hoc non conducit: qui ex precepto diuino tenet̃ parentibus ſubuenire: licet iacturã in ſpiritualibꝰ faciat. ❡ Ad quintũ cõcedo auctoritatem vt iacet: q2 illic eſt ſermo de illo qui ad fidẽ catholicã nõ conuertit̃: vel eã relinquit gratia parẽtum. is enim ꝑuertit charitas ordinẽ: cũ deus ſit ſuper omnia diligẽdus. in ꝓpoſito autem noſtro ꝓpter pceptũ dei iſte ſuccurrit parentibus. ⁊ vbi deus preciperet vnũ: ⁊ parentes aliud: deo parẽtibꝰ relictis/parebit: quatenus parentibus ſuccurrat. ⁊ vbi nullus alius eis prouidet non ſolum in extrema neceſſitate: ſed etiã differenda eſt religio potiuſqꝫ notabile detrimẽtũ patiant̃: vtpote ꝙ mẽdicãdo: vel ſeruiẽdo vitã ꝓtegãt/ſi ante erãt honeſti: nõ aũt ꝓ eorũ pomposo ſtatu/vel ob eorũ triſtitiam. in ijs enim verificatur illud Hieronymi ad Heliodoꝝ. Per calcatũ pge prẽm: ꝑ calcatã pge mrẽm: licet illud melius quadret de aſſumptione religionis Chriſtiane. ❡ Ecce quo modo quis tenetur religionem differre ad tempus: ⁊ forte perpetuo.

DVbitatur. An ſit multum conſultãdum ⁊ deliberãdum de religione ꝓfitẽda. Reſpõdet̃: nullus debet tale onus ſubire ſine matura liberatione/conferendo cum viris ſapientibus ⁊ deum timentibus: non cum religioſis: quia omnes te ad ſuam religionem attrahere nitentur/ſi ſis futurus eis vtilis in ſpiritualibus vel corporalibꝰ. Jn primis oportet videre an in religione quã quis profiteri intendit/ſancte et pie viuatur: an non. Si ſecũdum: non eſt illic profitendum. Si primum: oportet proſpicere an is de quo dubitatur: poſſit ferre onus rigide religionis. Non placet qđ in queſtione vltima ſecunda ſecunde beatus Thomas dicit. Non confidat in proprijs viribus. quia in proprijs viribus non confidit: ſed in bonitate diuina. ſecundum illud Eſaie. xl. Qui ſperunt in

domino mutabunt fortitudinem. Dico nō eſſe expectandam a deo miraculoſe nouā fortitudinem ob religionis ꝓfeſſionem: quia nō ingrediens ſperat in domino/ vt religioſus. Alia ratio nō valet. licet enim ꝓfeſſio religionis in ſe ſit melior ꝙ eius omiſſio: forte nō huic: nam cōtingit ꝙ homo melius ad ſalutem anime ſue ⁊ ad gloriā dei melius ſe habeat in ſeculo ꝗ̄ in religione. vt puta hʒ ſolum vnum beneficiū quo eſt contētus: qui vel docet i ſchola: vel in templo vtiliter ad populum declamat de temporalibꝰ nō eſt ſollicitus: prouiſionem ſufficientem ⁊ nō ſuperfluā habet: viuit cum honeſto famulo vel famulis procul a mulierū ſocietate: ⁊ a ſupbia poteſt cauere in religione chriſtiana/ quā nouit melius ꝗ̄ abbas. Tales enī doctos viros in bonis vniuerſitatibꝰ laudabiliter viuentes plures dabis: ad quos indocti refugiū habent: vt ad oraculum Apollinis. Quibus opinione mea/ non eſt conſulendū/ religionem profiteri. nam epiſcopi ⁊ curati iuxta predicta ſunt in ordine altiore ꝗ̄ religioſi ſimplices. Unde Gerſon in regulis moralibus vbi loquitur de ſuperbia/ bene dicit ſtultum eē dicere ꝙ de ingredienda religione conſiliandū non ſit: ſed ad primaꝫ inſpirationem ingrediendum.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimaſeptima.

DEcimoſeptimo in hac xxxviij. diſ. q̄ritur. An grauatꝰ ere alieno poſſit ꝓfiteri religionē. verbi cā. Sortes debet trecēta ſcuta platōi: ⁊ eſt bonꝰ artifex vel bonus mercator induſtrius: ⁊ veroſimile eſt ꝙ ante duos vel tres annos lucrabiꝭ totā pecuniam ⁊ ſatiſfaciet creditori platōi: tū queſtio eſt vtrū bene agat religionē aſſumēdo dando platoni centum ⁊ debēdo ducēta/ ad que ſoluenda facit ſe impotentē/ religionem ꝓfitēdo. ¶ Ad queſtionis ſolutionē ponam aliq̄s cōcluſiones. Prima eſt. Si ſortes ꝓfiteatur: hoc eſt faciet quod in ſe eſt ad ꝓfeſſionē: reuera eſt religioſus. ꝓbatur: quia ſi aliquid obſtet maxime eſt debitū: ſed illud non impedit religionis profeſſionē de facto. lʒ bene de iure. igiꝭ. ꝓbatur minor. quia dolus ⁊ blanditie nō īpediunt religionis profeſſionē. de dolo. patet. de cōuer cōiuga. c. Ex parte tua. ⁊ c. veniēs ⁊ c. Accedēs. ⁊ c. Dudum. ⁊ de his qui vi. me. ve. cau. ſi. c. Cū dilectus. De blāditijs nō eſt difficultas. ⁊ patet: quia in oībꝰ iſtis ſtant ſimul debitū ⁊ religio: ergo debitum religionis ꝓfeſſionē non impedit. ¶ Secūda cōcluſio. Seruus ſine ꝯſenſu domini nō pōt religionē profiteri: pꝫ. liiij. diſtin. cap. Nullus epiſcoporum. ⁊ ante trienniū poteſt repeti. xvij q. ij. c. Si quis incognitus. ⁊ domino reſtituetꝭ cum oībus que attulit. ¶ Tertia concluſio. Sortes cedendo bonis ſuis que preciſe valent centum ſcuta/ ⁊ debendo ducenta platoni que plato nō remittit. nec remittere tenetur: que poteſt ſoluere manens in ſeculo/ in duobus vel tribus annis: male agit religionē profitēdo. Et licet aliqui religioſi teneāt oppoſitum: credo hāc cōcluſionē veram: quā ſic ꝓbo. Male agit ſe reddens impotentem ad ſatiſfaciendū illi cui iure nature ⁊ diuino obligatur modo de iure nature ⁊ diuino eſt ſoluere ad certuꝫ debitum ſi alter nō remittat/ nec remittere teneaꝭ: ⁊ ꝓfitēdo religionē facit ſe ad hoc impotētem. Secūdo probatur idē. ſeruus ꝓpterea nō debet profiteri religionē ne iniuria fiat domino. ex cōcluſione precedēte: ſed in ꝓpoſito creditori fit iniuria. Tertio. ſcriba peritus vel frater potens lucrari pecuniā manibus operando ad ſatiſfaciendum creditori/ abſcindēs ſibi ipſi manū vltra peccatuꝫ in proprium corpus cōmiſſum peccat ſe impotētē reddendo. ergo eodem mō erit in ꝓpoſito. Quarto. dato oppoſito ꝯcluſionis aperietur via debitoribus ⁊ aliena detinentibus vt religionem ꝓfiteanꝭ in fraudem veroꝝ dominorum. ⁊ ſic vſurarius vel fur potens ſatiſfacere aliunde: cum alieno cedendo bonis poterit religionē licite ꝓfiteri. quod eſt inconueniēs. Quinto. obligatus ad ratiocinia/ ꝓfiteri nō poteſt quouſq̄ ſe expediat reddendo rationē. liij. diſt. c. Legem. ergo a fortiore in ꝓpoſito. ¶ Quarta ꝯcluſio. predictus religioſus ſortes ſciens ⁊ potens in cenobio manibus operari ⁊ pecuniam acquirere labore: tenetur laborare: ⁊ pecuniam lucro partem dare creditoribus. probaꝭ. quia ꝑ vota religionis nō abſoluitur ſeu deobligatur quis ab illo ad quod iure nature obligaꝭ: vt a nutritione parentum: ſolutione debiti: reſtitutione furti/ ⁊ ſimilibus. igitur.

¶ Contra tertiam cōcluſionem arguitur. Is de quo in tertia ꝓbatione huius cōcluſionis facta eſt mētio/ manū abſcindēs eſt abſolutus a ſolutione debiti/ cū ſit factus impotens ad ſoluendū. ſed ſic ē hic Reſpondeꝭ. maior nō probat quin ille peccet/ vt in probatione dicitur. ſecūdo minor eſt falſa: quia ſatiſfacere poteſt ⁊ tenetur per quartam cōcluſionē. ¶ Secundo arguitur argumento beati Thome. in. q. vltima. ſecūde Secūde oppoſitum tenētis. Perſona liberi hominis nō obligatur ſcḋm leges ciuiles: ſed res. quia perſona liberi hominis ſuperat omnem eſtimationem pecunie ſufficit ergo cedere bonis nec tenetur ſeculo remanere: vt ꝓcuret vnde debitum reddat. Reſpondetur. hoc argumentum non concludit. nam quicquid ſit de iure ceſareo in hac parte: homo tenetur iure diuino reſtituere alienū. valet ceſſio in bonis apud deuꝫ: niſi homo proponat reſtituere in reliquam partem alieni quod detinet/ vbi poteſt illud habere labore/ hereditate/ dono/ vel alia iuſta via. Nec excuſandi ſunt debitores manentes ītra ſepta eccleſie non ſatiſfacientes creditoribus cū poſſint. Loquor in foro conſcientie: quia in foro exteriore habēt ꝓtectionem ſub hac vmbra ꝙ ſoluere nequeant. Secūdo hoc eſt falſum ꝙ perſona liberi hominis ſuperat omneꝫ eſtimationem pecunie. nam interdum homo liber vēditur pro determinata pecunia: ⁊ aliqua pecunia in foro exuperat valorem liberi hominis. De valore autem entitatiuo non eſt ſermo.

¶ Contra quartam concluſionem arguiꝭ. Ille ere alieno grauatꝰ ē religioſus: ꝗ teneꝭ more aliorū regulā ſeruare: ⁊ in alijs horis ſi voceꝭ opari in officijs cenobij. ⁊ per ꝯñs non poterit vnq̄ laborare ad ſoluēdū creditoribꝰ. Rñdeꝭ concedēdo ꝙ eſt religioſꝰ: ſed nego ꝙ teneaꝭ opari in ſeruitio cenobij quouſq̄ creditoribꝰ ſatiſfecerit. nā religioſi ē ſeruare legē nature et dei. alioq̄n eſſet religioſus habitu ⁊ nō mēte. Abbas autem dꝫ ſinere eū laborare ad ſoluēdū: vel ꝓ eo ſoluere. ⁊ lʒ abbas ei ꝓhibeat laborare: nō teneꝭ parere: q2 lex nature ꝑcipit. oppoſitū. Ecce ergo ꝙ hñs es alienū furto/ vſura rapina/ vel mutuo q̄ nō ſatiſfacit: corā deo male agit cedēdo bonis. Si aūt bona ipa nō ſufficiāt vt ſatiſfiat creditoribus/ niſi creditores ei remittāt illud qḋ remanet vel remittere teneanꝭ: vt pote q2 neſcit laborare: nec alia via ſolutionē ꝓcurare/ ſiue maneat in ſeculo/ ſiue religiōe: tūc facit qḋ pt ⁊ ad qḋ teneꝭ. fruſtra aūt ab eo aliq̄d exigēt: q2 inanis eſt actio quā excludit inopia debitoris. l. Nā is. ff. de dolo. ⁊ impoſſibiliū nulla eſt obligatio. ff. de. re. iu. tūcq̄ religionem ꝓfiteri poterit bonis cedendo: ⁊ non aliter. Ulterius dico ſi abbas vel cenobiū aliquē debitorē bonorum/ ſciēter recipiat: debet ſoluere ꝓ debitore vel eum non recipe. ⁊ ſi eum nō ꝓpalātem debitum ſuſcepit: eijcere poſtea poterit vbi debitorē ſciuerit. quo non obſtāte alter teneꝭ ſeruare ſua vota. ⁊ videndū eſt in caſu conſcientie an ſatiſfacere poſſit creditoribus/ an non. ſi primum: querat remiſſionē a creditoribꝰ: ⁊ ſic eum recipe debebit. ſi vero nō poſſit habere liberationē a debito: ſtudeat ſoluere: ⁊ deinde ꝓfiteri religionem: vel manendo in religione ſi poterit.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimaoctaua.

POſt hec quærā de religioſis ī vniuerſali. Primo. An quis poſſit ſeruare vnū vel plura trium votorum que religioſi vouent manendo in ſeculo. Animaduerte ꝙ Matthēꝰ Grabon Saxo ordinis predicatorū in libello quem cōpoſuit/ aliquas cōcluſiōes ſcripſit. quarum prima erat hec. Nullus licite poteſt et meritorie: immo nec veraciter obedientie: pauptatis: ⁊ caſtitatis vota extra veras religiones implere. In nona quoq̄ concluſione dicebat: ꝙ nullus poteſt paupertatis conſilium meritorie: imo nec veraciter obſeruare niſi fuerit in ſtatu ſpiritualis pfectionis/ ſiue vere religionis. In decima cōcluſione dicebat ꝙ reputātes ſe bene facere aſſumendo conſilium pauptatis/ remanēdo in ſtatu ſeculari/ mortaliter peccāt. ratio eius eſt: q2 talis aſſumptio ipſius non eſt niſi phātaſtica/ ꝑuerſa ⁊ non vera. Infert ꝙ ꝓprietas temporalium rerum ſtatui ſeculari eſſentialiter eſt annexa. Has concluſiones vide ꝓlixe in fine prime partis Ioānis Gerſon. vbi has concluſiones reprobat. et Petrus Aliacenſis in cōcilio Conſtantienſi dixit/ libellum igne debere cremari.

¶ Ponā ſuccincte ad titulum quæſtionis que occurrunt per concluſiones. Prima concluſio. Quis poteſt ſeruare pauptatem in ſeculo/ ſiue cum voto/ ſiue ſine voto/ non refert. probatur: q2 beneficiatus ſolum habens bona beneficij cui deſeruit/ nō habet dominium illorum. prout in diſtin. xxiij. huius diximus. Secundo ꝓbatur. aliqui religioſi deſeruiunt curis: ⁊ vt religioſi multi putāt/ licite. quos non oportet ꝓpter ea votum paupertatis infringere. ſic poteſt curare ſi voueat. Tertio. quis poteſt omnia ſua ſimul dare paupibus/ vouendo paupertatem: et viuendo ex ꝓprijs laboribus: vt Ieſuite faciunt: vel aliter aliquo ei neceſſaria miniſtrāte. Quarto. Apoſtoli in primitiua eccleſia ita fecerunt. nā conuerſi poſuerunt omnia in cōmune vendētes poſſeſſiones: et precium ponentes ad pedes apoſtolorū qui omnibꝰ diſtribuebāt ſicut cuilibet opus erat. Actuū. ij. et tamen non leguntur fuiſſe religioſi. nec eſt veroſimile ꝙ omnes illi tenuerunt continentiam. nam erāt tria hominum milia ad predicationem beati Petri cōuerſa in die pentecoſtes: ⁊ numerus in dies augebaꝭ: inter quos multi erāt coniugati: licet apoſtoli cotinerēt. vt Leo. ix. recitat diſt. xxxi. c. Omnino. hoc conuincens ex verbis Apoſtoli. j. ad Corinth. ix. Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem/ circunducendi ſicut frater domini et cephas: tamen non eſt hoc apparēs de oībus conuerſis. ergo poteſt ſeruari paupertas ſine cōtinētia. ¶ Secunda concluſio. Aliquis poteſt in ſeculo vouere votum caſtitatis. patet de ſacerdote qui caſtitatem ſeruare tenetur: que eſt honeſta/ ⁊ materia voti: ⁊ vnius modus voti ſolēnis. et vltra hoc poteſt illā vouere: licet eā ratione ſtatuti ſeruare teneaꝭ. Secundo ꝓbaꝭ idem aliquis vel aliqua poteſt ſeruare virginitatem tota vita/ ⁊ multū meritorie: ⁊ eſt materia voti: ſi ergo voueat: vi voti non teneꝭ ꝓfiteri religionē. ¶ Tertia cōcluſio. Aliq̄s poteſt obedire epiſcopo ſuo/ curato/ vel viro ꝓbo et circūſpecto: cui expediat hoc vouere. voueat ergo: ⁊ patet cōcluſio. ¶ Quarta conluſio. Quis poteſt ſeruare oīa licite in ſeculo/ que religioſus ſeruat in religione. Nam ea ſeruare nō eſt īpoſſibile/ nec inhoneſtum. ¶ Quinta cōcluſio. Quis poteſt vouere omnia que vouet religioſus: manēs in ſeculo. patet. poteſt illa ſeruare ſine voto: ⁊ hec omnia ſunt materia voti: ergo poteſt ea vouere. Inſuꝑ in. c. Inſinuāte. qui cle. vel vouen. matrimo. ꝯtrahe. poſ. eſt ſermo de nobili muliere: que in ꝓpria domo vouerat. ¶ Ex his ſequiꝭ ꝙ ꝓprietas non eſt annexa ſtatui ſeculari. ꝓbaꝭ: q2 cōtingit ſecularē nō amplius habere ꝓpriū ꝗ̄ religioſum: et adeo bene viuere in ſeculo: vt alter viuit in religione. quēadmodū aliq̄s nō ſumens medicinā ꝓſeruatiuā: eque bene ꝓſeruaꝭ a morbo ꝑ bonū regimē: ac alter medicinā ſumens. immo illa medicina ſumpta: cōtingit in morbos varios incidere ex intemperātia. Sic de religiōe ⁊ ſeculo. poteſt enim homo eſſe in ſeculo: ⁊ non ſeculariter more cōmuni viuere.

¶ Contra quintam concluſionem arguiꝭ. Ex ea ſequiꝭ ꝙ vouēs ꝓfiteri regulā ꝑdicatorū nō teneꝭ ad illud votū ſeruādū: cū poſſit in ſeculo ſeruare. Reſpōdeꝭ: nō ſequiꝭ. nā cū illud vouet: oportet illud ſeruare. ſecus eſt ſi vouiſſet pauptatē: ⁊ obediētiā prudenti viro: et caſtitatē. tūc enim adhuc nō eſt religioſus: ſed poteſt manere in domo propria cū viris bone vite: extra tumultū ſeculi eque atq̄ in religione. ¶ Ecce quomodo pauptas poteſt ſeruari ſine voto: ⁊ cum voto in ſeculo meritorie: ⁊ ſic caſtitas ⁊ obedientia. nec ꝓprietas eſt annexa ſtatui ſeculari pluſq̄ religioſo: quia poteſt ab vtroq̄ ſeparari. melius tamen in cenobio ſeruatur (modo religioſi bene viuant) ꝗ̄ in ſeculo.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue.
Queſtio Decimanona.

DEcimonono in hac diſtinctione. et ſecūdo de religioſis in vniuerſali queriꝭ. An trāſgreſſio cuiuſlibet in regula contēti ſit peccatum. Henricus Gandenſis in. vj. lib. quodlib. tenet ꝙ ſic. Alij ꝙ non: ſed ſolum tranſgreſſio triū votorum principaliū. ¶ Sed ponam concluſiones ad queſtionem reſponſiuas. Prima eſt. Non quelibet tranſgreſſio regule in religioſo eſt peccatum. probatur. nam patres regulas cōponentes erant circunſpecti: intendentes religioſos regulis ſuis deducere ad celeſtem paradiſum. ſed hoc non fieret: ſi quelibet ſtatuti regule tranſgreſſio eſſet peccatum. Secūdo probatur idem. Non quelibet tranſgreſſio regule fratrū minorum eſt peccatum: ergo nec in alijs religionibus. probatur conſequentia: quia beatus Franciſcus nō magis loquitur de peccato ꝗ̄ alij. antecedēs patet per cle. Exiui de paradiſo. ¶ Secunda concluſio. Non quelibet tranſgreſſio contra tria vota eſſentialia eſt mortalis. Probatur: quia contingit peccare venialiter in furto/ etiam deliberato ob paruitatem obiecti: ergo circa proprium hoc poteſt contingere: obedientiā: ⁊ caſtitatē: etiā ob actus indeliberationem: vt in primis motibus.

henr. q. 6. q. 17. et q. 21. et 22. S. th. 22e. q. 186. ar. 9. [illegible] ibi

¶ Tertia ↄcluſio. Quelibet tranſgreſſio deliberata cõ
tra tria eſſentialia vota religioſorum eſt peccatum. Hec
concluſio probatur: qꝛ talis tranſgreſſio eſt peſſima que
in religione euenire poteſt: ⁊ ſi ipſa non ſit peccatũ nulla
erit peccatum. ⁊ ſic nullus peccaret regulã infringẽdo.
¶ Quarta concluſio. cõtingit dare multas alias tranſ
greſſiones a tribus votis peccata. ꝓbatur. ita eſt in re
gula minorũ: ergo eodem mõ in alijs niſi patenter id ex
cipiant. Antecedẽs patet. quia hoc cõcluſum eſt in cõci
lio. Vienneſi vbi ponit̃ hoc verbũ (teneantur) vel equi
pollens: quod in regula tenet vim ꝑcepti: ⁊ debet obſer
uari a fratribus tanq̃ꝫ tale: ⁊ cũ hoc poſuerit in aliq̃bus
cõſtitutionibꝰ ⁊ nõ alijs: ſignum eſt ꝙ intendebat. ⁊ ita
in alijs regulis vbi id inuenitur: niſi expreſſe ponatur ꝙ
non intẽdat obligare ſub pena peccati. ſed ſolum ad pe
nam etiã ſi inferatur. Secũdo / ratione materie de qua
agitur: que eſt tante vtilitatis vt eius pretermiſſio nota
biliter regulam decoloret. ⁊ per vtriuſq; horũ tranſgreſ
ſionem cognoſcitur eſſe peccatũ: ⁊ a fortiori qñ ſimul cõ
currũt / vt cõcilium definiuit. ⁊ vbi ineruditus ſup hoc
dubitat: regulam docto oſtendat ipſum ↄſulendo. Ali
qua autem ad que Minores ſub pena peccati obligan
tur. que concilium ponit / ſubnectemus. vt de nõ portan
dis calceamẽtis: nõ equitando niſi in neceſſitate: ꝙ vili
bus veſtibus induant̃ / que viles ſm conſuetudinem re
gionis in qua morantur / tam quo ad colorem q̃ꝫ quo ad
precium. In hoc in vtroq; regno Britannorum multũ
hodie peccatur. non loquor de obſeruantibus. Sed ci
tra mare etiam ante reformationem nõ fuit error in ve
ſtibus. Pro alijs religioſis notetur hec theorica in con
cilio Vienneſi ſtatuta. Quando in regula habetur (te
neantur) vel equipollẽs: vel ratione materie de qua agi
tur / ſtatum eſt tante vtilitatis pro regula conſeruanda,
vt ipſo ſublato iudicio prudentum regula decoloretur.
⁊ aperiatur via propinque ad alia que cognoſcuntur p̃
cepta / preuaricãda: iam tranſgreſſio eſt peccatum.

## ¶ Contra primam concluſionem ar-

gumentor. Religioſus ꝓ qualibet tranſgreſſione contẽ
ti in regula poteſt puniri. vt ſi vna manu tenens poculũ
bibat: vel ex fragilitate loquatur poſt completorium in
cenobio. ſed nemo eſt puniẽdus niſi ratione peccati. qꝺ
probatur ſic. Quilibet actus deliberatus vel eſt bonus
malus / vel indifferens ſm vnam poſitionem. ſm aliam
bonus vel malus moraliter. teneatur ſecunda poſitio. q̃
eſt probabilis. naꝫ ſi actus bonus volũtatis / de ſe nõ ha
beat iudicium prudentiale ſui regulatiuum: iam non ẽ
bonus nec malus: nec ꝓprie deliberatus. Iſto ſuppoſi
to arguitur ſic. pro opere bono nemo eſt lapidãdus. Id
circo Chriſtus, cum percuteretur: vt dicit̃ Ioãnis. xviij
reſpondit. Si male locutꝰ ſum / teſtimoniũ perhibe de
malo. ſi autẽ bene q̃d me cedis: ac ſi diceret. male agis
me cedẽdo. propter hoc ꝙ bene ago. ⁊ cũ nemo ſit cedẽ
dus pro opere bono: ⁊ ꝓ qualibet tranſgreſſione in regu
la religioſus poſſit rationabiliter cedi: ſequitur ꝙ queli
bet tranſgreſſio ſit peccatum / cõtra primam cõcluſionẽ.
Simili ferme modo poteſt argumẽtum duci ponendo
actum indifferentem. incõueniens aũt videtur ꝙ aliq̃s
percutiatur pro opere non malo / iuxta ſententiã ſalua
toris. Si male locutus ſum: teſtimonium perhibe de ma
lo: addendo. ſi autem bene: quid me cedis: ¶ Reſpõde
tur ad totum pondus argumẽti. nõ eſt inconueniens ꝙ
quis puniat̃ pro opere bono quando in ſua regula hoc ẽ
vetitum: vel pro actu indifferẽti quando actus ipſe eſt ĩ
regula vetitus. nec incõuenit virum eſſe punitũ ſine cul
pa: dũmodo ſubſit cauſa: vt vigilantior in regula ſeruã
da. Quomodo prudens in artibus preceptor percutit
ſcholaſticũ nõ ſurgentem ad lectionẽ matutinam hora
quinta. licet nõ fuerit excitatus: ſed percutit illum leni
ter ſine eius culpa: nõ autem ſine cauſa: vt meminerit al
loqui exercitatorem: vel hꝫ tam ſurgendi menti imp̃mat
veſperi dũ it cubitum: vt hora conſueta ſurgat: ⁊ vt alij
ſint vigilantiores ⁊ caueat a ſimili errore. nã Felix qui
faciunt aliena pericula cautũ. Sic religioſus percutit̃
vt in poſterũ tã ipſe q̃ꝫ alij ſint magis ſolliciti ad amuſſi
ſeruare regulam. Chriſtus autẽ percutiebat̃ ꝓpter bo
no: nec legẽ habuit in oppoſitum. ¶ Secũdo arguitur
contra eandem concluſionẽ. Petrus religioſus vouet
totam hãc regulam / ac ſi voueret vnam copulatiuã ex
omnibꝰ ſtatutis in regula compoſitã. ergo cuicunq; ſta
tuto cõtrauenit: ſuo voto obuiat ⁊ per cõſequens pec
cat. Dices ſicut aliqui: profitẽs nõ ꝓmittit ſe ſeruaturũ
regulam: ſed obedire prelato ſm regulam ⁊ conſtitutio
nes. Contra hoc arguitur. Suſcipiens ſacerdotium: lꝫ
non ꝓmittat ſe dicturum horas canonicas: ⁊ celebratu
rum: cum tamen velit eſſe ſacerdos tenetur facere ea q̃
illi officio incumbũt. ita de epiſcopo / curato ⁊ docente
artes contingit ergo aliquã profitens quocũq; modo lo
quendi vtatur. tenetur facere illa que illius profeſſiõis
ſunt. Reſpondet̃ concedendo ꝙ religionem profitens te
netur ſeruare illa que illius profeſſionis ſunt. Nihil eſt
quod aliqui dicunt / alios alijs cautius, ⁊ prudentius
vouere: nulla enim verborum eſt vis ſeu cura. nam ſi
cut ſacerdos promitens ſe velle viuere ꝓ ſtatu ſacerdo
tali tenetur ad ea que ſacerdotio incũbunt: ſic alter fa
ctus ſacerdos nihil loquens tenetur ad eadem: ⁊ ante
cedenter vult exequi ea que officio illi incũbunt. Ad no
dum igitur argumenti reſpondetur cõcedendo ꝙ profi
tẽs vouet totam regulã eo modo quo regula obligat ad
aliqua ſub pena pcti mortalis: ad alia ſub pena peccati
venialis: ad alia ſub aliqua pena ſi iferat̃: eo mõ vouẽs
obligatur ⁊ nõ alter: nõ ſecus ac ſi voueret copulatiuaꝫ
ex tribꝰ ſtatutis: quorum a. obligaret ad mortale: b. ad
veniale: ⁊ c ad aliquã punitionẽ ſi inferat̃. Nam idẽ eſt
vouere hec tria vota: ⁊ vouere ſe facturꝫ a. ſub pena pec
cati mortalis: b. ſub pena veniali: ⁊ c. ſub punitione aliq̃
ſi inferat̃. Et ſicut dico de his tribꝰ: ita de oibus dõm
eſt. exemplũ in ſimili. vouens regulam euãgelicã vouet
eam adimplere eo modo quo hominẽ obligat. modo ali
qua ſunt precepta: quedam ꝓhibitiones: ⁊ quedã ſunt
monitiones ⁊ cõſilia. primorũ tranſgreſſio eſt mortalis:
poſteriorꝫ nõ eſt peccatũ: nec ꝓprie trãgreſſio. ¶ Ter
tio arguitur. Forte cõditor regule nõ cogitauit de pctõ
in trãſgreſſiõe: vel ſi cogitauit nihil circa hoc ſtatuit. er
go hoim expoſitio innititur debili fũdamẽto. ¶ Quar
to. aliqua v̾ba vident̃ iportare vim p̃cepti in regula: ali
qua vero nõ: ſed ꝓpter arduitatẽ materie capimus ea
loco p̃ceptorũ. ſed quãdo hoc ſit: dubitant ſapientes ⁊ i
ter ſe cõtradicũt. ſic vt neſciatur vtra pars ſit vera. ⁊ ita
manebit regula anceps: qñ homo peccat ⁊ quando non
¶ Reſpõdet̃ ad tertiũ ꝙ religionũ inſtitutores ſeu fun
datores prudẽtes ⁊ ꝑſpicaces per verba oſtenderũt ſuã
intẽtionẽ. Et lꝫ nõ cogitauerit de quolibet in ꝑticulari
an ſit pctm̃ necne: volebant tñ aſtringere religioſos ſuos
ad ſuam regulã ſeruandaꝫ ſub pena pcti ſm iudicium
prudentum: ⁊ regulam eorum iudicio exponendã reliq̃
runt: ac ſcite ⁊ ex induſtria tacuerunt de tranſgreſſioni
bus que nõ ſunt peccata: ne per hoc religioſi forent pro
niores ad tranſgrediendũ ſtatutũ. ¶ Ad quartum con
cedo aſſumptum. ſed videatur ſi verbum p̃cepti ſit cer
tum ⁊ expreſſum: ſic enim nõ oportet longius inueſtiga
re. Si habeat tantum oneris vt eius tranſgreſſio deni
gret regulã: iterꝫ eſt p̃ceptũ. ſi illa duo cõcurrãt: iã eſt lu
ce clarꝰ eſſe p̃ceptũ. Et q̃ꝫuis ſit dubiũ iter ſapiẽtes qñ
ſit p̃ceptũ / ⁊ qñ nõ: tñ nõ eſt dubiũ de pctõ apud pruden
tẽ. in caſu aũt ancipiti ſumat pars ſecurior, piculũ relin
quẽdo: ſicut in alijs ↄtractibꝰ fit. hoc eñ nihil mali con
tra regulã arguit. Nõne vides in lege g̃re ↄtractꝰ ambi
guos: ⁊ aliq̃ que vident̃ hr̃e vim p̃cepti p̃ma fronte: q̃ tñ
nõ habẽt intẽtionẽ p̃cepti: vt Marci. vij. Chriſtꝰ p̃cepit
diſcipulis ne cui dicerẽt miraculũ a ſe factũ. ⁊ tamẽ nõ
obligauit eos vt diuulgarẽt illud. Quedã etiã habent
p̃ceptũ in intẽtione: ſed nõ in modo. vt Exodi. ij. Nõ fur
tũ facies. ꝑ v̾bũ iꝑatiui modi. Quedã habẽt et irẽtionẽ
p̃cepti et modi. vt eſt illud Ioãnis. xv. Hoc eſt p̃ceptũ
meũ: vt diligatis iuicẽ. ¶ Quito arguit̃. hõ tenet̃ ↄfite
ri quãlibet trãſgreſſionem regule. ſed nemo tenet̃ ↄfiteri
niſi mortale: ergo q̃libet trãſgreſſio eſt mortalis: Reſpon
det̃. neſcis ꝓbare maiorem quãdo conſtat ꝙ ſit talis.

## ¶ Contra quartã concluſionem & do

cumẽtũ illic poſitum arguit̃ ſic. Minores habent ſub vi
p̃cepti / nõ vti calceis: et tñ vtunt̃ ſine pctõ: vt videmus.
Inſup in regionibꝰ frigidis: vt in Scotia / ⁊ Norvvegia
in hyeme eſt moleſtiũ ⁊ durꝫ indui calceis icilis ſiue ſan
dalijs. imo ↄtingit delicatũ ſenẽ illis vtẽtẽ religionẽ corꝫ
ꝓfitẽtẽ / egritudinẽ aut mortẽ icidere. ergo tñ rigor illiꝰ
ſtatuti relinquẽdus eſt. ¶ Ad p̃mũ rñdet̃ negãdo mino
rẽ: qꝛ iduunt̃ calceis dũtaxat ſupne exciſis: alioq̃n inte
gris ⁊ bñ ſuppactis: Nã ⁊ Marci. vj. de ap̃lis ad p̃dicã
dũ miſſis ſcribit̃. Sed calceatos ſandalij. vbi gloſſa Be
de. Vt neq; pes tectꝰ / neq; nudꝰ ad terrã. Sandaliũ au
tẽ nõ eſt calceus. Dicere v̾o ꝙ ꝓhibeant̃ iduere calceos
in zonis ſicut Paulus Burgẽſis dicit in loco allegato:
nullo mõ eſt apparens. ¶ Ad ſecũdũ rñdet̃ ꝙ aſſuetus
in pueritia idui ſandalijs / eis optime in ſenio vtitur ſine
leſione: queãdmodũ eſt de facie: ⁊ ſicut aſſuetꝰ dormire
ſine velamine in capite: nõ icidit in morbũ. ſed ſenex ↄti
neat ſe domi / in tẽplo / vel in ſchola alios docẽdo ne mor
bũ icidat. Etiã qñ deãbulãt / calefaciunt pedes. aut eos
ſtãdo aut ſedẽdo moueãt. motus enim localis eſt calefa
¶ Pro ſolutione quæſtionis ponã aliquot cõcluſiones.quaꝝ Prima eſt. Carthuſiẽſis deliberate comedẽs carnes citra neceſſitatem/mortaliter peccat. Probať hec cõcluſio.qꝛ ſi nõ:hoc eſt ppterea qꝛ eſt cõſtitutio ⁊ ſtatutũ in regulã:⁊ votũ coꝝ nõ cadit ſup nõ eſum carniũ:ſed nõ impedit. nã multa ſunt ſtatuta tribꝰ votis ſupaddita ſine q̃bus tria vota nõ poſſunt bene ſeruari:que ſub pena pcti obligãt. Inſup doctrina in cõcilio p expoſitione regule Minoꝝ poniť:qua cognoſcitur aliquod ſtatutũ eſſe obligatiuũ ſub pena pcti: qñ poniť in regula hoc verbũ(teneãtur)vel equipollẽs: vel ex arduitate ⁊ neceſſitate ipſius ſtatuti p cõſequutione finis illꝰ regule.ſed hoc poteſt eſſe in alijs votis.igiť. Secundo arguiť. nõ plene conſtat quicq̃d homies dicãt q monachus nõ peccet carnes comedẽdo ſine rationabili cã: vtpote qꝛ diſpenſationẽ non habet a ſupiore ex rationabili cã;vel eſt talis caſus repẽtinus vt nõ ſit expectãdus ſupior. de quo ante locutus ſum. ſed Carthuſienſis ſtrictius obligať non comedere carnes q̃ monachus:cũ ſecũdus habeat exceptam neceſſitatem expſſe:alter vero nõ:⁊ parua neceſſitas monachum excuſans a pctõ carnes comedẽtem/Carthuſienſem nõ excuſaret.igiť. Tertio arguiť.rigor iſte quẽ Carthuſienſes in non comedendis carnibꝰ:⁊ ceteris ſtatutis a tot ãnis tenuerũt et hodierno die tenent:fecit eoꝝ religionẽ ſolide ſtare:et facilis tranſgreſſio in alijs fecit eas nutare et ſenſim peſſum ire.ergo illud ſtatutũ pcipuũ infringere occaſionẽ dare regule ſupplãtãde:⁊ p cõſequẽs eſt peccatum. Sed dicis.hec ratio pbaret ſingulas trãſgreſſiones iſt religione eſſe pctã ob ſequelã. Non ſequiť.nã poteſt eſſe tranſgreſſio interdũ ſecreta.ſed in rei veritate a qualibet multũ cauẽdũ eſt ob ſequelã in ſe vel in alio. Iſtud autẽ ſtatutũ inter reliqua eſt ſaluberrimũ:⁊ carnis caſtigatiuũ:⁊ eos in admirationẽ honeſtatis trahẽs: cũ illud qd hoĩminibꝰ eſt difficillimũ:ſcilicet carnibꝰ abſtinere/peſſundẽt. Qꝛ nõ veſci carnibus carnẽ domet: pbať ſic.non ob aliud carnes phibuit eccleſia in quadrageſima:in diebus veneris/ſabbati/et in alijs ieiunijs: niſi vt homines inſultus paſſionis domarẽt:et ſe ad ſctẽ celebrãda feſta occurrẽtia prepararẽt.hoc nãq; fecerũt patres in Thebaide Aegypti/Scythia/et Meſopotamia Syrie. nemo eſt q̃ hoc nõ nouit/qui vitas patrũ plegerit.⁊ Hieronymus in epiſtola quadã ad Euſtochiũ/nõ ſolum carnes ſed et coctum aliquid accipe luxurie fuiſſe ſcripſit. Omnes enim pres hoc fecerũt vt luxũ in ſe euitarẽt:et vt penitẽtiã rõnabilẽ p pctis ſuis aſſumerẽt.propterea Bruno iſtorum pater voluit carnes ſtricte vetitas eſſe. Nec oportet argumentari vt aliqui faciunt de Chriſto: qui nõ legiť vnq̃ comediſſe carnes:niſi de agno paſchali.nã argumentum a nõ legiť negatiue/eſt nullum. licet enim euãgeliſte meminerint q piſces comederit:tamen de agno paſchali etiam comedit. Sed dicis illud fuiſſe cerimoniale legis. Reſpondeo. Chriſtus cũ alijs inuitatus veroſimiliter comedit talia qualia apud inuitantes repperit.et ipſe qui propter peccatores venerat: viã regiã tenuit. ſed licet nõ ſufficiẽter cõſtet q nõ comederit carnes: imaginor tñ q aſſuetus erat cum Apoſtolis crebro veſci piſcibꝰ.carnibꝰ vero nũq̃ niſi agno paſchali:q̃ erat ex lege comedendus. ¶ Secũda cõcluſio. Aliquis poteſt vouere categorice ſe nũq̃ comeſturũ carnes, pbať: qꝛ nũq̃ comedere carnes eſt licitum: nec repugnat inſpirationi ſpũs ſctĩ:quẽadmodũ eſt vouere de nõ pfitẽda religione.ergo q̃s poteſt illud vouere. Secũdo arguiť.nũq̃ bibere vinũ eſt licitum.qd patet de Rechabitis. Hieremie.xxxv.quos cũ Hieremias itroduxiſſet in domum domini ponens corã eis vinum:reſponderunt. Non bibemus vinum:quia Jonadab filius Rechab pater noſter pcepit nobis dicẽs. Non bibetis vinum vos et filij veſtri vſq; in ſempiternũ. ergo etiã nunq̃ comedere carnes. Primũ autẽ eſt ſecundo difficilius.multi enim ſunt Pariſijs qui optione data citius eligerẽt ſecundũ q̃ primũ. Preterea tertio arguiť. Paula in morbo grauiſſimo moritura ſuadẽte grauiſſimo pr̃e beato Hieronymo/noluit bibere vinũ:⁊ hoc inter laudes Paule ipſe diuus Hieronymus enumerat.igiť. Quarto arguitur ad idẽ.qꝛ ſi hoc nõ liceat:hoc eſt ppterea qꝛ nũq̃ comedere carnes notabiliter corripit vitam. ſed hec ratio eſt nulla. nã Carthuſienſes adeo diu viuũt vt alij religioſi: ⁊ amplius.ſed licet hoc eſſet verꝰ: non impediretur concluſio:vt in ſolutione vnius rationis dicemus. ¶ Tertia concluſio. Carthuſienſis in caſu non ſolum poteſt comedere carnes:ſed eas comedere teneť. Probať.contingit ipſum eſſe ſolum vbi nihil habet qd comedat niſi



carnes.quo ſuppoſito arguiť ſic.ſi non comedat carnes: erit homicida ſuiipſius:⁊ peccabit. Non valet dicere q regula quã obſeruat eſt cã ſue mortis.nã regula illũ caſuʒ ſm rectã rõnẽ excipit.qd pbo.qꝛ ſi Sortes voueret/ nũq̃ egredi monaſteriũ niſi pcipiať a ſupiore:et totũ cenobium eſſet in pxima diſpoſitiõe vt cõburať ſic vt oẽs exeãt ipo ſolo illic exiſtẽte: tũc ʒ nullꝰ ſupior eiꝰ mortalis precipiat ei egredi:adhuc peccaret nõ egrediẽdo: qꝛ votum in illo caſu eum nõ obligat. Scdo arguiť ad idẽ. ſi Sortes voueret orare duabꝰ horis in tẽplo qd cõburatur vel ruinã ſubitã mineť:nõ teneť ſuũ votũ/ſʒ vitã ſeruare.ergo eodẽ modo in caſu noſtre ꝯcluſionis. Joãnes Gerſon hãc ꝯcluſionẽ ſic pbat.in caſu extreme neceſſitatis ʒ comedere carnes in die veneris ꝯtra ſtatutũ eccleſie:porro(inq̃t) de votis eſt idẽ iudicium. hec pbatio certe infert ꝯtradictorium illiꝰ qd in illo tractatu intendit poſt tertiam ꝯcluſionẽ. ¶ Quarta ꝯcluſio.egre põt occurrere in morbo vt vita Carthuſiẽſis ſalueť p comeſtionẽ carnis: et nõ p comeſtionẽ aliaꝝ reꝝ dũmõ ad nutũ poſſit alia hr̃e. pbať. nã p vitellos ouoꝝ põt remediũ ei adhiberi:vt dicit Arnoldus de villa noua. Forte dicis.eſt calida febris quã oua nutriunt: vel ipe oua faſtidit/aut nõ ſolet illa comedere.at poſſunt alia inſtauratiua adhiberi iudicio prudẽtum. Sed pbo q carnes non ſufficiãt ei:qꝛ iã pridẽ aſſuetꝰ eſt nõ comedere carnes:et ſi eas ſubito comederet:eſſet magis alteratꝰ ⁊ citiꝰ mortẽ incurreret:etiã ſi eſſet pxime pfeſſus.hoc patet ſenſibili ſigno.nã plurimũ hoĩes alteranť in pma comeſtione carnium poſt feſta paſchalia: ⁊ multi morbos tũc incurrũt niſi valde tenuiter et interpolatim carnes comedãt. hoc nẽpe in meipſo a multis annis exptus ſum:et multi alij mecũ hoc ꝯfiteť. ergo ſi p non eſum carniũ in.xlvj. diebꝰ homo muteť ſeu altereť comedendo carnes: quid erit de Carthuſiẽſi p.xx.annos.xxx.vel.xl.nõ comedẽte carnes:repẽte augebiť morbꝰ.ſi aũt ſit nouitius:adhuc nõ eſt Carthuſiẽſis. ¶ Sed qꝛ diceret q̃ſpiã:hic nõ eſſe nodum rei:ſit Quinta ꝯcluſio. Vbi Carthuſiẽſis vir valẽs eſt poſitus inter hec duo.ſ.aut morietur/vel comedere carnes oportet:et probabiliter iudicat q ad carnium comeſtionẽ alij ſcãdalizabunť:⁊ exẽplũ ſumẽt comedẽdi carnes citra extremã neceſſitatẽ:qꝛ lõge ſemoti ab eo non erunt ſufficiẽter admoniti et docti de eius extrema neceſſitate:nõ debet comedere carnes. Sit euẽtꝰ iſtiꝰ cõcluſionis q̃ crebro põt occurrere. Medici periti dicũt:ſi iſte comedat carnes viuet:⁊ ita ipſe iudicat ſiue vere/ſiue erronee/nõ refert: et nullũ eſt aliud remediũ de vita: cum hoc tñ iudicat q ad illã carniũ comeſtionẽ aperieť via fratribꝰ peccãdi ⁊ carnes comedendi citra extremã neceſſitatem: dico q adhuc nõ debet comedere carnes. Quã ꝯcluſionẽ ſic pbo. Fortis exiſtẽs in acie belli iuſti iudicet ſe occiſum iri ſi pſtet: ſed pbabile eſt q exercitꝰ in q̊ eſt erit victor:⁊ ſi aufugiat terrebitur exercitꝰ ⁊ fugiet qꝛ timor viri fortis alios pturbat.ſicut Lucanꝰ in pmo Pharſalie dicit q ſenatꝰ fugit Roma videns Põpeiũ fugiẽtẽ. Põpeio fugiẽte timẽt. Iſto caſu ſtãte Ariſto. iij. Ethicoꝝ.in tenebris gẽtilitatis ambulãs:neſciẽs vitam poſt hãc: diceret turpe eſſe forti politico aufugere. ſed iſte Carthuſiẽſis de vita eterna certus eſt in acie belli ſpũalis tanq̃ fortis athleta:ſi pſtet in pugna:ſequetur ſolum mors corporalis: ⁊ magnũ erit argumẽtum cõſtãtie ⁊ victorie ꝯtra hoſtes in alijs:⁊ q nullis tẽtationibus ſuccũbẽt in carniũ comeſtione cum tã diu celebriter ꝯtinuauerint. ſi vero comedat:fratrẽ ſcãdalizabit/vt diximus.⁊ in ea re dixit Apoſtolus. Si eſca ſcandalizat fratrẽ meũ:nõ mãducabo carnẽ in eternũ.j.ad Corin.viij. Dicis.eſt ſcandalum acceptũ:⁊ nõ datum. Contra.licite poteſt abſtinere:et pdeſt p euitando peccato in ſuis fratribus:ergo eſt ſcandalum datum. Et ꝯfirmatur hec ratio de catholico in vltima famis neceſſitate poſito:ſi idololatre nõ permittant eum veſci alijs cibis q̃ carnibus immolatitijs:⁊ videat q per hoc alij fideles ſcandalizabuntur:potius debet ſubire mortem q̃ carnibꝰ illis veſci. Unde Martinus.iiij.q̃ſtione de ieiunio dicit q talis debet potiꝰ mortem oppetere q̃ idololatrare. Tũ etiam quia in tali caſu fideles alij non eſſent conſcij voluntatis eius:neq; neceſſitatis propter quam facit.ideo ibi eſſet ſcandalum datum. Hic autem rationem reddet de ſua comeſtione:cum hoc iudicio medicorum faciat: et rationem reddat coram ijs in quibus poteſt oriri ſcandalum. Iſtud non ſoluit argumentum.nam poteſt fidelis poſitus ante tyrannum:alijs fidelibus reddere rationem q gratia vite ſuſtinende carnes immolatitias comedat:et tamen ſi iudicet q per illam comeſtionem aperietur via alijs fidelibus idola colendi: citius mors eſt ſuſtinenda. ſed ſic eſt in caſu noſtro. nam multum probabiliter iudicat q alij capiãt occaſionem leui motiuo ad comeſtionem carnium/citra extremam neceſſitatẽ. Corporales autem medici volentes ſubuenire patiẽti: leuiter dicunt hominem eſſe in extrema neceſſitate niſi carnes comedat:tum q nolint patientem in ſuis manibus extingui:tum vt hominis ferme extincti vitam videantur ſua induſtria ⁊ arte conſeruare. Tertio arguitur ad idem. Carthuſienſis prudens nullo modo debet aſſentiri medico q ſola carnis comeſtio ſue vite ſuccurret. nã crebro medicus de morte patientis dubitat.⁊ vbi eſt veroſimilius q patiens viuet: ex cautela dicet eum eſſe in maximo diſcrimine vite vt videatur vitam in tali periculo remiſiſſe.turpius enim eſt aliud extremum dicẽdo q non morietur ſi in manibus eius extinguatur. vel dicet/morietur ſine dubio ſi deus eum non preſeruauerit: q̃uis mors ſit dubia.⁊ ſi moriatur dicetur:bene iudicauit.ſi viuat:dicet protinus fratrum pcibus miraculoſe preſeruatus eſt.q̃uis fuerit ſolum cõcurſus cauſarum naturalium. et cum hominis mors in infirmitate ſit incerta:eccum erit phyſici iudicium de morte. et per conſequens multo eſt incertus an carnis ſola comeſtio talẽ patientem preſeruabit in vita. Et confirmatur hec ratio dupliciter. Primo per probationem quarte concluſionis. cum ſit diſſuetus a carnium comeſtione: et conſuetudo in aliam naturam tranſeat: debet potius iudicare q viuet comedendo cibos conſuetos. nec eſt idem de iſto et alio aſſueto carnes comedere:qd medicus non aduertit. nam quandoq; bonus dormitat Homerus.a fortiore parum eruditus. Secundo videmus aliquos ſenio confectos et debiles non potentes comedere carnes.⁊ quãdam familiam iuuenum patrie mee noui: qui carnibus abſtinent:quouſq; plene adoleſcant. Poſſunt tamẽ comedere piſces/lacticinia/oua/ſorbitiones/⁊ cetera id genus qui nõ poſſunt veſci carnibus: que fortiorem ſtomachum et maiorem calorem naturalem requirunt q̃ hic patiens habeat. Preterea arguitur ad idẽ. Beatus Martinus in ſimili periculo poſitus:vbi a fratribus moneretur vt corpus mollioribus ſtramentis foueret:reſpondit. Sinite fratres ſinite:ego ſi aliud exemplũ vobis reliquero:ipſe peccaui.ac ſi diceret.licet paulo longius vitam tenere poſſim per lectum molliorẽ: malo corpus ipſum pereat q̃ monachis meis dare exemplum mollia querendi. Hoc etiam manifeſtum eſt de illa bona Paula:de qua ſuperius mentionem fecimus. Ultimo ad cõcluſionem arguitur. Uirgo poteſt potius pati mortẽ q̃ patiatur ſe corrũpi/ſi iudicet q ad carnalẽ copulam aperietur ſibi pxima via ad peccandum:qꝛ

hoc ab alijs audiuit dici. ergo iſte carthuſieſis potius debet pati mortē ſi iudicet ꝙ ad illam comeſtionem regula ſua hactenus ſancta obſeruata habebit rimulam ad lapſum: cũ exēplariter ad oculũ videat religioſos lapſos ex facili diſpēſatione ⁊ lapſu p̄mo in paruis: poſtea ad maiora aſcendēdo. ſicut foramē in tunica ſi nõ ſupponatur pãnus ſtatim dilataꝛ. Cancellarius Ioãnes Gerſonius poſt ſuas tres cõcluſiones hanc quintã cõcluſionē vtcunꝙ longo verborum cõtextu ſtruebat: etſi probationes inefficaces appoſuit. vtpote. omnis pena ⁊ afflictio põt voluntate deuota ſuſcipi que ꝑ iuſtitiã forenſē vel penitentiã publicam poteſt imponi delinquenti. ſed cõſtat ꝙ delinquētibus poſſunt imponi punitiones vitã notabiliter abbreuiãtes / vt carcer ciliciũ ⁊ huiuſmodi. Hec ratio ꝓbaret ꝙ Carthuſiēſis vel aliquis alius peccator cõſilio confeſſoris ſui: immo ꝓprio conſilio ſe ipſum iugulare ⁊ ſuſpendere licite poſſet. quod nõ iudico concedendũ. Apponit p̄terea rationes aliquorũ qui paſſi ſunt ꝑ alijs: que nõ ſeruiũt ꝓpoſito. q2 lꝫ Carthuſienſes ſicut alij Chriſtiani orēt interdũ pro alijs: hũc tamen rigorē ſeruēt. Adducit p̄terea argumentũ de voto caſtitatis. qð lõgiuſcule deducit ⁊ põderat: cui reſpondebimus: quia latum eſt diſcrimen.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguitur ſic. Is de quo in ꝯcluſione fit mentio categorice nõ tenet ſuũ votũ / vt patet ex tertia cõcluſione: ſed in caſu ipſum ſoluit rationabiliter. ergo potius ei⁹ votum ē cõditionale. Reſpondeꝛ concedendo ꝙ nõ tenet votum ſuum in caſu licito. nã recta ratio naturalis illũ euētum excipit. nec ꝓpterea eius votum ē dicēdũ conditionale. Etiã quod fortius eſt interdũ aliqua cõditio que neceſſario ſubintelligitur in cõtractu: ſi exprimatur non facit cõditionalem. patet in. l. Hec verba teſtatoris. ff. de lega. ⁊ i. l. Cõditiones. ⁊. l. Aliquãdo. ff. de ꝯdi. ⁊ demõ. Legatũ factũ ſub illa cõditione ſi heres hereditatē adierit / non eſt cõditionale: quia neceſſario ſubintelligiꝛ. ſic hic. contraho cum Berta ſi ipſa in me conſenſerit. ſ. Sed ſi ſi cõtractus / promiſſio vel votũ poſſit fieri ſine illa cõditione / ⁊ cõditio apponatur: eſt votũ cõditionale vt hic. cõtraho cum Berta: ſi deo placuerit. q2 poteſt eē verũ matrimoniũ cõtra volũtatem dei. ſigni. Et licet illa cõditio ſubītelligatur: nõ eſt opus illa apponere: immo obeſſet. multa namꝫ ſunt vera que nõ oportet quēlibet intelligere / ⁊ ſi eq̄rē er noceret. nã crebro homo cõformiter agens ad iudicium erroneũ bene facit quãdo ipſum non imputabitur. vt ſi vtile ſit Petro religionē ꝓfiteri. ⁊ putet errando ſe ad hoc teneri / quia ſemꝑ teneꝛ ad melius: ⁊ ex illo religionē profiteaꝛ: nihil mali eſt. ſꝫ in ꝓpoſito noſtro ſi apponeretur illa cõditio expſſe: religioſi fingerent ſibi cauſas tales. fateor tñ ꝙ licite interdũ ponitur vt in regula beati Benedicti. ſed illic nolũt carnes ſic ſtricte eſſe vetitas ſicut in Carthuſia: q̄re prudenter cõditor regule Carthuſienſiũ illã conditionē nõ adiecit. ¶ Secũdo arguitur. Corripiꝛ vita Carthuſiēſis abſtinendo ab eſu carniũ: ergo male agit. Reſpõdeꝛ. hoc argumentum peccat tã in materia ꝙ̃ in forma. De materia reſpondeo negãdo antecedēs. nã plerique illorũ viuunt. lxxx. annos. aliqui. c. ⁊ diutius viuunt ꝙ̃ aulici perdicibus aliti: vel alij religioſi regulam nõ ſeruantes: nec ſunt obeſi vel abdomine pleni: quia dũtaxat ouis lacticinijs ⁊ piſcibus veſcuntur. Secũdo admiſſo antecedente conſequentia eſt nulla: vt patet de agricola ⁊ viticola / nũc frigore nunc calore oppreſſis. mercatore terras et maria. pro acquirendis opibus luſtrante. iuxta illud Horatianũ. Per mare / ꝑ terras currit mercator ad Indos. ⁊ de milite in bello iuſto: ⁊ de ſtudioſo bonis artibus aut ſapientie operã dãte. nã Minerua minuit neruos: vt alibi diximus. vbique enĩ licet dare operã rei quã prudens iudicat licitã: nõ ea intentione vt vita breuietur. ſed vt faciat debitum neceſſitatis vel congruitatis: licet ſciat ex hoc vitam breuiari. Itaꝫ Carthuſieſis poteſt domare corpus ſꝫm regulã ne in animam recalcitret: ⁊ vt penas det ꝓ peccatis ſuis ꝯmiſſis: ⁊ amore dei vt ſe a peccato p̄ſeruet / ⁊ det ſibi vitã eternam. ad hoc enim exemplũ habet in veteri teſtamēto ab Helia / Heliſeo Daniele: ⁊ ſocijs eius: ⁊ in nouo ſine numero: ⁊ a gētibus: apð quos rigidi ac minime delicati cibi plurimũ laudati ſunt cũ ratiõe tamē: ne ſeſe occiderēt: vel cõmedendo mediocriter: ne in ephreneſim laberentur. Sane Carthuſienſes / vt decet bonam portionē eoꝝ que comedere licet / appoſitam habent. ¶ Tertio arguitur. per rigorem Carthuſienſis incidit in morbum / a quo tenetur ſe preſeruare ne ſit occiſor ſui. Reſpondeꝛ. Aliquando ꝓprius morbus eſt permittendus ⁊ non ſtatim ſubtrahendus vtpote ſi quis pronitatem ad luxum ſentiat: iuxta illud Pauli. Libenter gloriabor in īfirmitatibus meis ⁊ Cum enĩ infirmor / tunc potens ſum. ⁊ Virtus in īfirmitate proficitur. ij. ad Corinth. xij. et Pſalmograph⁹ ait. Multiplicate ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerũt. Pſal. xv. Sic debilitatem ſtomachi beatus Gregorius abſtinentis ꝯtrahebat: vt ī varijs homilijs eius videre eſt: et tamen a verbo dei predicãdo non ceſſabat. Idem de beato Bernardo legimus ⁊ Paula (vt beatus Hieronimus in eius vita recitat) noluit in graui morbo bibere vinũ. Iſti autē a ſapientibus non ſunt reprobati: ſed fama ſuper ethera noti. Secũdo Carthuſienſis poteſt ⁊ debet rigorē abſtinentie ſue remittere prout regula permittit fratribus in egritudine conſtitutis modo ſaluti anime cõducat: alioquī plus ſtudendum ē habere vitam breuē ⁊ laudabilem coram deo ⁊ hominibus / ꝙ̃ lõgam ⁊ fedam. nõ enim eſt certandũ de lõga vita: ſed bona. Hinc contingit Carthuſienſem vel alium / in morbum notabilē incidere ſine ſua culpa. immo multum meritorie. Secũdo morbus nõ eſt reprimendus: ſꝫ paulatim ꝑmittendus / quãdo eſt ciuile bellum īter carnē ⁊ animam. nam ꝓ anima iudicandum. ſi vero nõ fuerit illa ciuilis pugna in homine: reſcidendus eſt morbus conſilio humanorum fratrũ. Oĩa autem hec poſſunt fieri nunꝙ̃ comedendo carnes.

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur. per Machabeos nolētos comedere carnes ſuillas non territos conditione mortis propoſita / ergo nec Carthuſienſis debet carnes comedere proſeruãda ſua vita. Reſpondet Ioãnes Gerſon in libello p̄fato ꝙ lex diuina Iudeos protũc obligabat ad nõ comedēdũ carnes: ⁊ ideo poti⁹ debebant mortē pati ꝙ̃ carnes ſuillas comedere. Hoc nullo mõ ſoluit argumētũ. qð ſic ꝓbo. Ius diuinũ etiã eſt ſeruare vitã: ergo dicere ꝙ de iure diuino erat vetitum comedere carnes nõ ſatiſfacit. Inſuꝑ Dauid comedit panes ꝓpoſitionis in neceſſitate p̄mi regũ. xxj. quos laici comedere nõ poterãt ꝓpter ꝓhibitionē dei. ¶ Aliter ꝗ dico ad argumētũ: ꝙ directe lex diuina impugnabaꝛ ab antiocho vt Machabei carnes comederēt: ⁊ in ꝯtēptũ legis. ꝓpterea nõ licuit eis vllo mõ carnes comedere. Reliquo tibi diſputãdũ an idem erit ſi tyrãnus dicat regulam Carthuſieſiũ vanam ⁊ in ꝯtēptũ ei⁹ iubeat aliquē carnes comedere: alioqn eũ occiſur⁹ aut q̄d is dꝫ facere. Puto ego ꝙ eas nõ comedēdo nõ male ageret: vt ſupi⁹ in mã excõicatiõis tetigim⁹ vbi tyrãn⁹ cogit aliquē loq̄ de excõicato. ⁊ addo ꝙ Machabei fuiſſent in loco ſeparato in quo nihil habuiſſent comedēdũ / niſi ſuillas carnes: licite poterãt illas comedere: ꝙ̃uis eſſet lex dei contraria. Nã inter duas ꝓhibitiones diuinas fuiſſent cõſtituti: vnã de nõ comedēdis carnibus ſuillis: alterã ne ſe occiderent / nihil comedendo. his lex nature acceſſit ꝙ debebãt comedere. Sed ſicut boni Machabei pugnabãt in ſabbato: et legē vnã diuinã ꝑ aliã et ēpicaiã bonã expoſuerunt: ſic debebãt facere caſu quo nihil habebãt comedēdum niſi carnes in ſecreto: non autē in publico: vbi ſua fides impugnabaꝛ. q2 illic tãgebaꝛ gloria dei: ꝓ qua protegenda morti erãt obnoxij. Ex his argumētum ſoluiꝛ. ¶ Secundo arguitur. Q̄uis medici dicãt ꝙ Petrus religioſus morietur / niſi obſceni humores tertie digeſtiõis a ſe pellat cõmercio muliebri: in illo caſu nõ poteſt mulierem cognoſcere vt ſue vite ſuccurrat. ergo neꝙ comedere carnes. Dicis. eſt perſona inhabilis: ⁊ non poteſt cõtrahere ſine diſpenſatione Romani pontificis. Obijcio. ſi non poſſit morari in vita quoad pontificem quis adeat: poteſt contrahere cum Berta / vel eã cognoſcere tãꝙ̃ ſuã vxorē. licet enim nemo poſſit cape alienum citra neceſſitatem: tñ in neceſſitate capit illud qð erat alienum: et ſuũ erit. ergo ꝑ illa neceſſitate hec mulier: ſua erit ꝓ ſeruãda vita. et ſi hac via ſue vite ſuccurrere nequeat: nec aliã ſubuenire poterit / carnib⁹. Eodē modo argumētabor ſi fuerit in ſacris: vel ſi pontifex p̄ſens fuerit / diſpenſare poterit. ¶ Reſpondeꝛ. licet Ioannes Gerſon hoc argumentum ponderet ex eo concludēdo ꝙ votum abſtinētie nõ ſit deſerēdum. Dico ꝙ illud nullo modo euenire poteſt. non enim eſt idem de carnali copula ⁊ cibo: nã Ariſtoteles in ꝓblematibus: querens quare homines de carnali copula erubeſcunt: non autē de comeſtione: dicit vnũ eſſe neceſſarium / nõ autē reliquũ. Et ꝓbo ꝙ non ſit idē. vel homo eſt ſanus / vel egrotus corpore. ſi primum: caſus eſt notus. ſi dicat ſe mori pre triſtitia mentis niſi mulierem habeat: quis ſenſatus ei credat? poteſt enim talē veſaniã deponere ſi voluerit. ſi ex ſtultitia ſua ſeipſum ꝑdat / caueat emptor. Si autem ſit egrotus: nõ poſſum intelligere quomodo melius ſe habebit habendo mulieris cõmercium. nulli enim ſunt humores ſupflui: quin ꝑ abſtinētiã / ſanguinis minutionem / et alia via licita poſſint diminui. Et quicq̄d Ioãnes Gerſon dicat vel alij: nõ aliter reſpondeo. nã ſi erronee quis iudicet ex ſtultitia ſua: non eſt ponderãdum. Dico ꝙ cuiuſuis cõplexionis homines poſſunt ſe ſaluare ꝑ abſtinētiã ne moriaꝛ: nunꝙ̃ mulierem cognoſcendo.

¶ Contra quintam concluſionem arguiꝛ ꝑ rõnem Ioãnis Gerſonis ad tertiã ꝯcluſionē. Licet comedere carnes in die veneris in extrema neceſſitate cõtra p̄ceptum eccleſie: qð equaliter cũ voto obligat. Et poſtea adiungit. Eſt autem fundamentum radicale q̄m a lege diuina nulla lex aut obligatio pure humana poteſt abſoluere / aut p̄cipe / vel inſtituere ꝙ non obſeruetur. ſed hec eſt lex diuina Non occides. a qua lege non legiꝛ ꝑ aliquod aliud ius diuinum facta exceptio iſta. Reſpondendo dico iſtas ꝓbationes nullius efficacie: et cõcludere oppoſitum vnius cõcluſionis quã ipſe innuit poſt ſuas tres cõcluſiones. Prior autē ratio ſi valeret / ꝓbaret ꝙ multum citra extremã neceſſitatē liceat Carthuſienſi comedere carnes. patet: q2 licet egroto ſeculari mediocri egritudine detento comedere carnes in ieiunio eccleſie: et tñ nullus debet cõcedere ꝙ Carthuſienſi tunc liceat comedere carnes. Secundo cõcludit ꝙ religioſi eſſent excuſati per preſcriptam conſuetudinem: et eſſent in ſtatu ſalutis. qð tamen non cõcederet. Unde in illo tractatu dicit. Multi ſtupent ſi plerique religioſi ſint in ſtatu ſalutis. ac ſi diceret. ſapientes non poſſunt intelligere: eos qui regulas ſic infringũt: eſſe in ſtatu ſalutis. et illud eſt apud me indubitatum. qð patet: q2 ieiunium eccleſie poſt preſcriptionem ⁊ conſuetudinē inductã nõ ſeruatur ſine peccato: et equaliter obligat ac votum per te. igitur. ¶ Reſpondeo igiꝛ ad argumentum concedēdo ꝙ licet egritudine. noluit enim eccleſia arctare ſuos ſubditos in tali caſu: ne ab eſu carnium abſtinerēt. nam illud eſt ſtatutum humanum pure poſitiuum: in quo põtifex poteſt diſpenſare cum ſano vel cum ſeipſo: ſaltem in occulto: nulla alia cauſa habita / niſi ſua volũtate: nõ tamen in voto: quia ſeruare votum eſt de iure diuino: niſi occurrat rationabilis cauſa voti non ſeruandi. in quo etiam ſi maximus pontifex ſine cauſa rationabili diſpēſet: apud deum alter non eſt ſecurus in conſcientia. Et propterea lex pure humana poſitiua poteſt e medio tolli per conſuetudinem in oppoſitum. ſecus eſt de voto: cõtra qð cõſuetudo nulla vigorem habere poteſt: ſicut nec contra ius diuinum. ⁊ propterea non equaliter obligãt. Preterea ſtrictius eſt vinculum in parua communitate ꝙ̃ in tota multitudine. ¶ Ad aliud argumētum. nulla lex pure humana poteſt excipere contra legem diuinam: et eam tollere hoc fateor. ſed vna lex diuina facit aliã legem diuinã ceſſare: que maneret obligatoria niſi ipſa ſuperueniret: ſicut in martyrio tã de precepto ꝙ̃ cõſilio. ſic eſt in propoſito. nam religioſus Carthuſieſis de quo loquimur in quinta ꝯcluſione eſt poſitus inter duo: ſcilicet ſeruare vitam: quod abſolute eſt de iure diuino: et aperire viam alijs confratribus peccandi / fratribus inquã non ſolum exiſtentib⁹ / ſed in perpetuum futuris. melius eſt ergo ꝙ ipſe moriaꝛ corporaliter: ſicut de forti milite in acie belli diximus. et ita vnum ius diuinum aliud exponit. Nec oportet inutiliter hic replicare ponēdo ꝙ ille ſit vtiliſſimus reipublice: et ordo ſine eius conſilio non poſſit bene ſubſiſtere. nolumus enim in ſcyrpo in quo non eſt / querere nodum. Religionis nãꝙ obſeruantia non conſiſtit in eo ſolo: et melius ſeruabitur quãdo eis bonum exemplum prebebit carnes non comedendo. Sed contra iſtud arguitur. ſequitur ꝙ primus comedens carnes in die veneris peccat / alijs dans occaſionem comedendi in leuiori cauſa. quod non eſt dicendum. Reſpondetur. non ſequitur ſi habeat rationabilem cauſam. omnes enim nouerunt tale eſſe vinculum eccleſie et non aliter. Non tamen nego quin pro nimis leui cauſa poſſit carnes comedendo alios ſcandalizare actiue: ſicut et monachus. ſed ſtrictius Carthuſienſis obligatur. ¶ Tertio contra eandem concluſionem arguitur. Poteſt medicus clanculum capere perdicem vel capum in ſigillo ſecreti / vel alius religioſus ſic vt nemo vnꝙ̃ ſciat. et ita nulli ſcandalizabuntur. hoc autem videtur melius: quia diutius viuet ⁊ magis merebitur: et alijs proderit. ergo concluſio falſa. Reſpondetur. potes ponere in antecedente tot circunſtantias vt ſit ſpecies tertie concluſionis: et nihil contra quintam concluſionem. ſed exemplaris vir non capiet licet ſecreto: et alius carnes offerens hoc proclamabit: ac fratres in bono ſolidabit: vt fecit beatus Hieronymus laudando Paulam que in egritudine vicina morti noluit vti vino. de prolongatione autem vite loqui non oportet. Exemplum ſit in bello iuſto ſꝫm Ariſtotelem Tertio Ethicorum in materia de fortitudine. Hinc cum data eſſet Thetidi pro filio optio aut breuis vite: et clariſſime fame: aut longi eui cum mediocri fama: primum preelegiſſe et quidem prudenter a poetis refertur. ¶ Summatim dicta cum obiter oc-

currentibus tangam. Licitum eſt nunq̄ꝫ comedere carnes, ſicut licuit Rhecabitis nunq̄ꝫ bibere vinum et poteſt quis alterum iſtorum vouere/ vt Carthuſienſes faciunt. qui ſi ſine cauſa carnes comedāt ſcienter/ mortaliter opinione mea peccāt: licet ſit ſtatutū. quia eſt vnū ex ꝑpetuis ſtatutis que habēt per quod ab alijs religioſis accipiūt diſcrimē. qḋ ſi violare ꝓſumant. timendū eſt de reliquo: que labes eſſet fediſſima religionis ꝑclariſſime tot patrū ſanctorū ſudoribꝰ hactenus obſeruate. Declamationes ꝓterea ad populū q̄uis docti non curent. Nā plures ſunt alij tā ſeculares q̄ mēdicantes religioſi/ officio illi vacātes: quidā ſolo charitatis reſpectu. quidā ſpe beneficiorum habendorū: quidā ratione queſtus. alij vero amore dei hoc faciunt: ſpem beneficij habētes ꝓ fine minꝰ principali/ quo digni ſunt. alij alijs finibus moti. nā trahit ſua queq̄ꝫ voluptas. Ipſe vero Carthuſienſiū domus abūde/ vtaſi diximus. ꝓdicāt: cū ipſi nihil ꝓter deū inquirāt. quis iſtoꝝ q̄ſo ꝓ beneficijs ſuſcipiendis q̄rit capacitatē: quis vero prebēdam: q̄s curialiū inſtar miluū ex predas ambiētiū ſollicitat. Carthuſiam aliquā in cōmendam: Eoꝝ prior cogitur ꝑmꝰ intereſſe diuinis ⁊ tanq̄ꝫ bonꝰ paſtor oues ꝓcedere. cliētum obſequiū eiꝰ ꝓhibet: qui religioſorū nō ſolum bona comedūt. ſed eos infeſtāt: ⁊ vitam ſecularē in cenobia introducunt. ⁊ ſi exorbitauerit: ſede ſua deſtituetur. Principes autē inique agerēt ſi vellent priorē ꝓducere ſeu cōtinuare in officio. quē ipſi deſtituerūt: cum tū laudabiliter ⁊ irreprehenſe viuant: ſed pricipū eſt que ꝑ eorū capitulaꝰ fuerīt decreta adiuuare: ⁊ ſuppetias ſi opꝰ ſit ferre quatenus coꝝ ꝓcibus digni inueniantur.

¶ Vidimꝰ itaq̄ꝫ in hac trigeſima octaua diſtinctione de voto in generali/ ⁊ religioſorū tribus votis eſſentialibus, tā in mēdicantibus q̄ in communi ſufficientie redditus habētibus. Aliqua ſī iam dicta retricare nō piget: itaq̄ꝫ ſtudioſis ⁊ bonis decies repetita placebunt: īꝓbis etiā ſemel ꝓlata diſplicebūt. ſicut cibus ſano palato ſuauis egroto faſtidiū affert. Studeat abbas prior vel alius ſuperior parce bona cenobij in ſe ⁊ ſuis famulis expēdere: res ſanctas ⁊ deo dicatas. vt ſunt religioſi/ ⁊ cenobioꝝ bona teſte Caſſiano in vſꝰ prophanos ꝓdige nō diſſipet. Nec hēat oculū ad alios abbates male viuētes: ſed figat ſe in ſua regula ⁊ maneat hoc alta mēte repoſtum. crebriuſq̄ꝫ reuoluat que fuerit intentio inſtitutoris ſeu fundatoris: quis finis: ⁊ que eius intentio de voto paupertatis: quam īueniet talem vt ſolum ſumat neceſſaria victus ⁊ veſtitus cū moderamine. Sit mortuus ciuiliter in cenobio a ſtrepitu forenſi ſemotus vt melius cognoſcatur a deo inuitus ſepta cenobij egrediatur: ⁊ ſolum ꝓ rationabili ⁊ vrgēte cauſa. q̄ꝛ ſicut piſcis nō viuit extra aquam: ita nec religioſꝰ extra monaſteriū. Si pecuniaꝫ cenobij collectā habeat nō augeat redditus cenobij. mō mediocres ſufficiant. mediocres eñ opes ſunt inſtrumētum melius ad bene beateq̄ꝫ viuendum q̄ abundantes: nec ſe fallat ſub vmbra pietatꝫ de eleemoſynā dāda pauperibꝰ. q̄ꝛ licet hic abbas ſit bonus: ſuccedet quādoq̄ꝫ improbꝰ: cui hec bona occaſionē ruine prebebunt. Adde cū hoc ꝙ exceſſus bonorum fortune curialibꝰ iſtis cenobium offeret in cōmēdam ſumēduꝫ tāq̄ꝫ ſignum ſagittarij. Religioſis autē tāq̄ꝫ chariſſimis ꝯfratribꝰ cōſulo vt pecuniā ꝑticulariē nō capiāt ꝓ veſtibꝰ. ⁊ pulchre faceret abbas eos ad hoc cōſtringendo: de quo ſyllogizet cum ſapientibꝰ. fortaſſe eñ hoc inueniet ſibi preceptum. Ceterū de iure nature ⁊ diuino eſt ꝙ conſtituat vnum procuratorem Argum (nā centum luminibus cinctum caput Argus habebat) qui miniſtret hilariter cuilibet religioſo neceſſaria: verecundos ⁊ probos nō petentes ꝓueniat: at effrōnibus ſilentium imponat. De cognatis ⁊ amicis religioſorum cenobiū frequētantibus/ hoc vnum dico religioſis amicoꝝ ſecularium acceſſum plurimū obeſſe. ſi tamē aremonis venerint: humane ab abbate tractādi ſunt. paria nāq̄ꝫ ſunt cenobio relicto adire ſeculum: ⁊ ſeculares viros ſeculariter viuētes paſſim religioſas domos ingredi. Hoc de religioſis nō mendicātibꝰ dictū ſit. ¶ Reliquū eſt in epilogo pauca de mēdicātibus attingere. et deinde receptui canētes finē huic matrrie imponemꝰ. Religioſi vocāt mēdicātes nō q̄ ſit eēntiale cuilibꝫ eoꝝ mēdicare: ſed q̄ꝛ nō hn̄t prouētus ꝑpetuos nec annuos ex quibus viuere poſſint: iuxta ſuā profeſſionē: ſed eleemoſynis pioꝝ hominū victitāt. Docti autē in cenobio legūt. alij ſacra faciūt: alij ꝓ alijs eleemoſynas foris (ꝓut regula patit) queritāt. Dixi (prout regula patit) naꝫ abuſus eſt ⁊ cōtra ꝓfeſſionem fratris Minoris diuitū domos accedere cū pyxide quā ipſe ſolus aperit ⁊ claudit: ⁊ poſtea reponit in crumenā. Quis autē modus viuendi erit fratribus minoribus habēdo redditus annuos ⁊ agros ex quibus poſſint ali cū abundantia: habēdo ꝓterea frumētum in ſolarijs mēdicitate tamē acquiſitu pro dimidio anno/ immo ꝓ integro: ⁊ vbi q̄libet capit pecuniā particularē promiſſa ſcriptione ⁊ alijs officijs: cū abundanter (modo bene viuāt/ ⁊ nō ſint in exceſſiuo numero) ſibi neceſſaria adipiſcerent. Quis autem credat pōtificē vel ſapientē aliquē in talibus velle diſpenſare: cū directe repugnēt ⁊ intentioni regule ⁊ verbis eius. Nō tū me fugit ꝙ neceſſitas nō habet legem. vbi eñ frater minor obiret mortē niſi rigorē regule mitigaret: non eſſet illi aſtrictus: niſi vbi eſſet ſcandalum et mala cōſecutio magis vel equaliter pōderanda ac ſua vita. quomodo de eſu carnium in Cartuſienſi dixi. De alijs tribus mendicantibus quorū regulas non ita diſſicte legi. quia non ſunt in iure inſerte ſeu incorporate ad eorum regulas ⁊ regule obſeruatores remitto: ⁊ nō ad alios reformationeꝫ nō admittētes. Poſtremo religioſi omnes ſtudeant cerimonias omnes ſeruare. nec vnam quidē preterire: ne a paruo malo ad magnū pateat aſcēſus. induantur camiſias laneas/ non lineas: caligas breues dumtaxat vltra genua: vtraq̄ꝫ manu bibendo poculum teneant nihil enim iſtorum ſine ſale (crede mihi) inſtitutum eſt. nam vt homo raro bibat ⁊ cū libramine precepta eſt vtriuſq̄ꝫ manus ad poculum appoſitio. citius enim ⁊ indeliberatius vna manu leuatur. caligeautē geniculares ſunt ordinate ad domādum luxum ⁊ cum veſtes talares habeant omnia occulta manent.

¶ Diſtinctionis Trigeſimeoctaue Queſtio Vigeſimaquinta ⁊ vltima.

Vigeſimoquinto & vltimo in hac diſtinctione trigeſima octaua quero: an omne ſcandalum ſit peccatum: ⁊ propter ſcandaluꝫ omittenda ſint aliqua alioquin facienda. Pro ſolutione queſtionis prenotabis quod dicit gloſſa marginalis. Hieronymi. Matthei. xv. Scandalum vel σκανδαλον grece nos offenſionem vel ruinam ⁊ īpactionem pedis poſſumus dicere. nam contingit ꝙ ꝓpter obicē ī via corpali hō cadat: vt ī cardīe crebro videre ē qn̄ domū ignotꝰ ī tenebris īgredit q̄ obex dr̄ ſcandalum. hoc tranſumitur metaphorice in via ſpūali: vt vnus peccat qḋ eſt cā quare alter cadit. ſcādalū dicat. Rurſus partitum eſt ſcādalum. quoddā eñ eſt ſcandalum actiuum: ſiue datū: qḋ idē eſt. aliud eſt ſcādalū paſſiuum/ acceptum/ vel phariſeoꝝ. iſti eñ tres termini cōuertunt. Interdum eſt ſcādalum actiuum cū paſſiuo/ vt vbi q̄s ex dicto aut facto actualiter aliū ducit ad pctm̄. Interdum eſt actiuum ſine paſſiuo qn̄ factum eſt ſcādalum: ſed alius ex ꝑfectione nō ſcādalizat. nōnūq̄ꝫ eſt ſcādalum paſſiuum ſine actiuo vt cū ſcādalum accipit ex malitia ꝑſone/ vt acceperūt Iudei ex facto Chriſti. Matthei. xv. interdum ex ignorātia vel infirmitate. ¶ Definitio autē ſcādali eſt hec. Scandalum eſt dictū vel factum minꝰ rectum: hoc eſt nō rectum: alicui ꝓbēs occaſionē ruine. Et ſic definit ſcādalum actiuū. Scandalum vero paſſiuum eſt ruina accepta ex dicto vel facto alterius. Ex quo patet ꝙ ſicut ſcādalum paſſiuum nō eſt ſine culpa ſcādalizati cū ſit ruina in ruente: ſic nec actiuum eſt ſine culpa ſcādalizantis. tū paſſiuum eſt interdum ſine culpa ſcandalizantis: ⁊ actiuum ſine culpa ſcādalizati. Secundo ſequit ꝙ nullus actus bonus vel indifferēs eſt ſcādalum. Tertio ſequit ꝙ nullus actus pure interior eſt ſcandalum.

¶ Iſtis notatis ponuntur concluſiones. Prima eſt. omne ſcandalum actiuum eſt pctm̄ ipſi ſcādalizāti. ¶ Secunda ꝯcluſio. omne ſcandalum paſſiuum eſt pctm̄. ¶ Tertia cōcluſio. licet nullū opus precepti ſit ꝓpter ſcādalum omittēdum: opus tn̄ cōſilij vel actus idifferēs eſt relinquēdum vel differēdum ꝓpter ſcādalū. Prima ꝯcluſio ꝓbat ꝟbo Chriſti. Matthei. v. Si oculus tuus dexter ſcādalizat te: erue eum ⁊ ꝓijce abs te. expedit eñ tibi vt pereat vnum mēbroꝝ tuoꝝ q̄ totum corpꝰ tuum mittat in gehēnā ignis. non intelligit Saluator ꝙ a nobis remoueat organum corporis: ſed eius actus qn̄ in malum tendit. Imprudēter enim egit Origenes abſcindēdo membra genitalia: q̄uis magnus ardor caſtitatis eū ad hoc īpulit. Et Matthei. xviij. ait. Qui autē ſcādalizauerit vnum de puſillis iſtis q̄ in me credunt: expedit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo eius: ⁊ demergat in ꝓfundum maris. Idem ptꝫ. x. q. iij. Cauēdum. Grauiter autē peccat q̄ ꝑ pctm̄ ſcādalizat. Et dātes occaſionē ſcādali ſunt rei coꝝ q̄ ꝑeūt. j. q. j. Hi quoſcūq̄ꝫ. Vtraq̄ꝫ illaꝝ ꝯcluſionum ꝓbat rōne: q̄ꝛ includit pctm̄ loco generis. nā qui actiue ſcādalizat facit factum vel dictum indebite: ⁊ q̄ ſcādalizat: accipit ruinā in peccatum: ergo peccat. Tertia ꝯcluſio eſt copulatiua duas habēs partes. prior pars eſt clara. ſi enim eſt preceptum affirmatiuum vel negatiuum: trāſgrediēs peccat. ſed homo debet potius fugere pctm̄ in ſe q̄ in quocūq̄ꝫ alio: cum ſm̄ ordinem charitatis plus debeat ſe diligere q̄ alios. ſi vero non ſit tempus ⁊ locus adimplendum ꝓceptum affirmatiuum: iā nō eſt actus ꝓcepti ſed conſilij/ vel actus indifferens. Secunda pars patet. xj. q. iij. Inter verba. ⁊. xcv. diſt. Presbyteros.

¶ Contra primam concluſionem argumentor. nulla pctā neceſſario eueniūt: aliqua ſcandala neceſſario eueniūt: ergo aliqua ſcādala nō ſunt pctā. conſequētia eſt in Feſtino. ⁊ maior eſt clara: q̄ꝛ oīe peccatum eſt voluntarium ⁊ liberum. nihil autē neceſſario futurum eſt voluntarium ⁊ ſpontaneum. Minor ptꝫ ex illo. Matthei. xviij. Neceſſe eſt vt veniant ſcandala. Et Matthei. xvj. dominus dixit Petro/ ſcandalū mihi es. ¶ Ad primum dicit ꝙ minor eſt falſa: ⁊ propoſitio beati Matthei eſt modalis cōpoſita: quā cōtingit eſſe verā diuiſa exiſtēte falſa. ſicut Ariſtoteles diceret: neceſſe eſt hominem eſſe animal: et quilibet homo poſſibiliter non eſt animal. Et videtur illa modalis compoſita vera: neceſſe eſt vt veniant ſcandala/ vt iacet: conſiderata procliuitate hominum ad illicita: licet nulla ſcandala de neceſſitate eueniant. ſemper enim aliqui alios ſcandalizabunt: licet nulli ſemper alios ſcandalizent. Sed dices. per breue tempus ante diem iudicij omnes conuertentur: et tunc non erit neceſſe fieri ſcandala. Bene intelligatur: ad illud tempus vſq̄ꝫ. Vel dicatur ꝙ illa categorica ponitur loco vnius conditionalis. ſi homines viuant vt nunc viuunt: neceſſe eſt vt ſcandala veniant. vt neceſſe cadat in totam conditionalem. Ad aliud. Matthei. xvj. licet beatus Petrus quodam affectu pietatis mouebatur: tamen peccauit. alioquin non fuiſſet ſic a Chriſto reprehenſus: quia imprudenter voluit reſiſtere voluntati diuine. ſed illud ſcandalum non erat graue peccatum.

¶ Secundo arguitur. vel omne peccatum eſt ſcandalum: vel aliquod: et aliquod non. ſi ſecundum: da b. peccatum qḋ non ponis ſcādalum: arguitur ſic. ſi aliquis aſſiſteret: b. ſcandalizaret illum quantū eſt ex parte peccati: ergo eſt ſcādalum actiuum: q̄uis nullum ſcandalizet. tenet conſequentia: quia actiuum ampliat. dictiones eñ terminate in bilis ⁊ tiuus ampliant ſaltem ad formale ſignificatum: vt flebile/ riſibile/ ꝓductiuus. Forte dicis. non ſic capitur: ſed ꝓ pctō actualiter ſcandalizante: et pro nullo alio. Oppono. ex illo ſequitur ꝙ ſcandalum et non ſcandalum ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: quia aduentus alterius non mutat actum in aliam rem. ¶ Reſpondetur inter arguendum ſufficienter ad finem vſq̄ꝫ. ſcandalum autem et non ſcandalum ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue: ſed ſcandalum actiuum eſt terminus connotatiuus ſupponens pro peccato: connotando ꝙ illud peccatum ſit cauſa ruine in alio: quantum eſt de ſe. hoc eſt peccatum factum apud aliquem: ſiue alter ruinam capiat: ſiue non. nam ad eſſe ſcandali non requiritur ruina cognoſcentis hoc peccatum: ſed requiritur ꝙ alius a peccāte hoc cognoſcat: alius inq̄uā viator. Et concedo conſequēter ꝙ per hoc ꝙ quis reſpicit per feneſtrā et videt peccatum alterius: peccatum incipit eſſe ſcandalum qḋ ante non erat ſcandalum. vt contingit de furto immanifeſto: qḋ in furti manifeſti ſpeciem tranſire poteſt alio vidente. ¶ Sed contra hoc argumētor. tunc actus exterior aliquid malitie ſuperaddit actui interiori. cuius oppoſitum dico in. xvij. diſtinctione primi. Probatur. faciat Sortes vnum peccatum nullo preſente: iam illud non eſt ſcādalum actiuum: quia nullum ſcandalizat. Si dicas. ipſum eſt aptum natū ſcādalizare: habebis quodlibet peccatum ſcandalum contra modum loquendi ſuperueniat Plato: peccatum erit grauius quia incipit eſſe ſcandalum: et prebet occaſionem ruine videnti. ¶ Reſpondeo negando ꝙ actus exterior aliquid malitie ſuperaddit actui interiori. nam iſte faciens peccatum per hoc ꝙ alter reſpicit per feneſtram non magis peccat q̄ antea licet peccatum nunc ſit ſcādalum: et ante non erat ſcandalum. Sed ſi quis in occulto incipiat facere vnum peccatum vbi nemo eſt: vel ſolum vnum ſuppoſitum: et ſuperuenit vnus vel plures: iam continuatio eſt maior q̄ inchoatio. Et exemplificemus in terminis. predicator vel prelatus incipit cenare in die ieiunij: in conclaue ingrediuntur alij: et occaſione illa etiam infringunt ieiunium: iam continuatio eſt maius peccatum q̄ erat inchoatio: et comeſtio eſt maius peccatum cum ſit coram multis/ q̄ erat a principio. nunc enim ſcādalizat imputabiliter et noua imputabi-

litate/vbi ei cõſtat de alijs ſuperuenietis. Nec ſequitur ꝙ actus exterior aliqđ malitie ſuperaddit interiori actui qꝛ volitio interior imperãs illã comeſtionẽ exteriorem eſt peior ꝙ̃ interior imperans comeſtionẽ occultã. Si ponas iſtũ inchoaſſe comeſtionẽ in occulto: ſed cõtinuare inaduertenter vt frequẽter cõtingit in motu locali: iam comeſtio exterior eſt mala: ⁊ nõ habꝫ actũ interiorẽ malum ꝙ actus exterior ſit malus/patet: qꝛ ſcãdalizat proximum: ⁊ fuit inchoatus ex culpa eius. Reſpondetur. nõ probatũ eſt ꝙ actus exterior eſt malus noua malitia in illo caſu: immo nõ eſt: cũ nõ ſit actus humanus / licet ſit hominis huius inchoantis culpabiliter. ſed tũc quãdo cõtinuatur per modũ nature/nõ imputatur ꝓ toto illo tẽpore: ſed faciens actũ in loco vel tempore quo hoĩes ſolent ꝯgredi/plus peccat: quia exponit ſe periculo maioris ſcandali actiui ꝙ̃ in loco occulto / vel tempore quo nulli ſolent ſuperuenire.

¶ Tertio principaliter argumẽtor. Si dicta ſint vera: ⁊ cõcluſio: ſequitur ꝙ ſcãdalum quanto plures adſunt/tanto eſt maius peccatũ conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs: cõſequentia patet: quia pluribus prebet occaſionẽ ruine. falſitas conſequentis ꝓbatur: qꝛ tunc eſt duplex peccatum. ſcandalizare duos ad ſcandalizandũ vnũ: triplum ad ſcandalizãdos tres. et ſic ſine ſtatu. ⁊ multo plus peccaret male viuẽs in vrbe ꝙ̃ rure. nã per vitã homines ſcandalizantur ſicut ꝑ actuꝫ vita eiꝰ ex actibus colligitur. ⁊ ſic ſcãdalum coram infinitis eſſet infinite malitie vt perſpicuũ eſt calculanti. ¶ Preterea nulli virtuti ſpeciali cõtrauenit ſcandalũ ergo nõ habet ſpecialẽ rationẽ malitie. ¶ Ad tertiũ cõcedo cõſequentiam ⁊ cõſequens: ⁊ nego falſitatẽ conſequentis. ſed nõ oportet ꝙ peccatũ ſit duplũ quod duos ſcandaliſat/ad peccatũ vnũ ſcandalizans. vt patet de illo qui occidere duos homĩes vnica volitione. modo hic eſt vnus actus ſcandalizatiuus duorũ ſicut vnius. ⁊ fateor: quanto plures adſunt: tanto peccatũ eſt maius. ſꝫ nõ ſequitur ꝙ aliquod ſcandalũ erit infinite malitie: qꝛ nõ dantur de lege infiniti homines: ⁊ licet darentur / calculatio nõ cõcludit. qđ patet ſi infiniti putantur eſſe penetratiue mutuo/volẽdo eos omnes occidere ⁊ eos occidendo. ¶ Ad aliud argumentũ dico ꝙ ꝯtrauenit charitati fraterne: cũ homo debeat bene edificare fratrẽ. ſꝫ ſcandalizãs oĩa peruertit. Bea. Tho. autẽ ſcđa ſecũde. q. xliij. arti. iij. dicit ꝙ ſcandalum ꝑ ſe hoc eſt intentũ/ ẽ ſpeciale peccatũ: per accidẽs autẽ ſcandalũ hoc eſt illđ quod eſt preter intentionẽ: nõ conſtituit ſpeciale vitium quia qđ eſt per accidens nõ conſtituit ſpeciem. Sed parum iſtud facit. Nam ſi quis frangat ieiuniũ imputabiliter corã alijs/licet nõ intendat alios ſcãdalizare: tamẽ ſcãdalizat: ⁊ ibi eſt vera ratio ſcandali: ꝙ̃uis peccatum nõ ſit adeo grande vt qñ intenditur ruina ꝓximi. ſicut ĩtendens ſolum amputare vnã tibiã forti: ⁊ eum occidẽs reuera eſt homicida: ac ſi intenderet eum occidere: ſed minus peccat. Et arguitur ſic de illo frangente ieiuniũ Illi cõuenit definitio ſcandali: vt notum eſt: ⁊ eſt maiꝰ peccatum ꝓpter rationẽ ſcandali: nec inconuenit ſcandalũ identificari realiter cum alio peccato. vt patet addendo caſui ꝙ actum eliciẽs ſcandalizare intendat. et correctioni fraterne contrariatur: ergo habet ſpecialẽ rationem malitie ſiue materialiter ſiue formaliter: non refert. Iam reſpondeo. quãdo dicis/quod eſt per accidẽs variat ſpeciem. dictum eſt non ſcandalum eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue cũ ſcandalo. Secundo dico. quod eſt accidentale vni ſpeciei eſt eſſentiale alteri. vt album ⁊ nigrum non faciunt differentiam eſſentialem reſpectu hominis: bene tamen ſub colorato. qđ aũt eſt per accidens non variat ſpeciem. hoc eſt: illud quod alicui accidentale nõ mutat ſpeciem reſpectu illiꝰ cuiꝰ eſt accidens. ex quo ſenſu nõ potes habere. quin peccatum non intentum ſit ſcandalum.

¶ Quarto arguitur. ſequeretur ꝙ aliqua intemperãtia eſſet ſcandalum. ſimiliter homicidiũ eſſet ſcandalum cõſequens eſt falſum: quia tunc vnum peccatũ eſſet duo peccata: ⁊ per cõſequens due pene ei reſponderẽt. Poteſt eſſe argumentũ ꝙ aliqđ habet ſpeciem mali. quod nõ eſt peccatum. ſed ibi dicetur/ quando aliquid habet ſpeciẽ mali imputabiliter: eſt peccatũ ⁊ ſcandalum. ¶ Ad quartũ concedo ꝙ intemperãtia ẽ ſcandalum: ⁊ nego ꝙ vnum peccatũ eſt duo peccata niſi ſit ſermo de partibus intenſionabilibus peccati. quia ſm hoc conceditur vnuꝫ peccatũ eſſe duo peccata tria peccata. ⁊ ſic ſine ſtatu: cũ in quolibet actu ſint infinite partes ſyncategorematice ⁊ categorematice nõ cõicantes ⁊ cõmunicãtes. loquendo ergo de peccatis totalibꝰ nego ꝙ vnũ peccatum eſt duo peccata. ſed equalet duobus peccatis: vt hic actus demõſtrando volitionẽ qua quis frangit ieiuniũ quãdo obligatur: eſt intemꝑantia: et eſt ſcandalum quando ſit coram alijs. Et hic interdum eſt maior tẽperantia ꝙ̃ ſcandalum qñ ſolum vnus pure ſcandalizatur. interdum maius ſcandalũ ꝙ̃ intemperãtia licet ſit eadẽ res numero: ſicut idẽ homo qui eſt logicus ⁊ rhetor eſt peritior vel maior rhetor ꝙ̃ logicus. vel econuerſo.

¶ Contra ſecundam partem tertie cõcluſionis argumentor. probando ꝙ homo nõ debeat differre opus conſilij ꝓ ſcãdalo. ⁊ hoc ſic. nemo tenetur cedere ſuo merito. ſed per opus conſilij quis poteſt mereri interdũ tantum quantũ per preceptum: ergo nemo tenetur differre aliquod tale opus propter ſcandalũ fratris. ¶ Inſuper interdũ aliquis ſcandalizatur per hoc ꝙ aliquis homo deuotus petit ab eo bona ſua: ergo in illo caſu licet exigere debitum. ¶ Ad primũ concedo ꝙ nemo tenetur cedere ſuo merito: quia volũtarie actum meritorium relinquẽdo pro tẽpore meretur ꝓpter amorẽ fratris/ac ſi opus feciſſet etiã vbi nõ fuiſſet materia ſcandali: ſed hic nõ differt meritũ: ⁊ peccaret niſi faceret. Unum hoc notabis in actibus cõſilij vel indifferentibus. debeo adire fratrẽ ⁊ ei ſignificare qua intẽtione faciam: ⁊ reddere rationẽ facti mei: quam ſi non audit ſed ꝓcedit in ſcandalo eſt ſcandalũ acceptũ ⁊ nõ datũ ⁊ ex malitia procedit. ⁊ ſi hoc cõſtet mihi ab initio ꝙ ex malitia ſcãdalizabitur/vt phariſei de Chriſto ⁊ apoſtolis. Matth. xv. nõ opꝫ eũ adire. Si aũt ex ĩfirmitate accipit ſcandalũ. debeo ei reddere rõnẽ: nec debeo actum facere quouſqꝫ ſuꝑ hoc reddidi eũ certiorẽ. ⁊ tale ſcãdalũ vocatur puſillorũ. De hoc ſcãdalo dicit Apoſtolus. j. ad Corith. viij. Si frẽm meũ ſcadalizauero/nõ manducabo carnes ĩ eternũ. Declaratur exẽplo. nihil cõedi hodie ambulaui tota die veſꝑi ad hoſpitiũ: ceno/hoc eſt veſꝑi comedo: oẽs in domo ſcãdalizantur: teneor aũꝙ̃ comedo dicere hoc vel equiualẽs. frẽs mei nõ ſitis in me ſcandalizati: nõdũ eĩ pranſus ſum vel laboro morbo: nõ poſſũ ieiunare vel aliquid ſimile. ⁊ ſi illđ nõ faciam pecco. ſi mihi credant: iam ab actu meo tollo ſcandalũ. ſi ex malitia ſua mihi non credant. qđ ad a⁊ nõ deſiſtam: qꝛ tale ſcandalũ poſt ſufficientẽ admonitionẽ eſt ſcandalũ phariſeorũ: quod ẽ ꝯtẽnẽdũ. ¶ Ad ꝯfirmationẽ dico ꝙ aut bona tꝑalia ſunt ꝯmiſſa fidei noſtre ad diſpẽſandũ vni cõmunitati vel pauperibus: ⁊ tũc ꝓpter nullum ſcãdalũ ſunt relinquẽda vſurpãtibꝰ/ſed ſunt repetẽda ſaluis debitis circũſtãtijs. hoc enim nobis ĩcũbit ex p̃cepto: et p̃ceptũ nõ eſt omittẽdũ ꝓpter ſcãdalũ aliorũ. quomõ licet plures ſcãdalizarentur in beato Thoma Cantuarienſi ob libertatẽ eccleſie tuẽdã: nõ tñ deſiſtebat. Si autẽ bona noſtra ſint: ⁊ ſcãdalũ oriatur ex malitia volentis retinere p̃ter rõnẽ alienũ: illud eſt paruipẽdẽdũ: qꝛ noceret bono cõmuni: ⁊ daretur malis occaſio rapiẽdi aliena: et conduceret rapiẽtibꝰ detinere iniuſte aliena. Quãdo autẽ ſcãdalũ oritur ex ignorãtia: qđ dicitur ſcãdalũ puſillorũ/poteſt differri ad tẽpus: quouſqꝫ fuerit informatio. qđ eſt licitũ. ¶ Iam peccatũ ſcãdali vidimus: a quo ſumme cauẽdũ eſt: ne verbo vel facto fratri demus occaſionem peccati: quem ex ordine charitatis debemus diligere ſicut nos ipſos. Ex dictis autẽ cũ notiſſimis patet ꝙ nullus faciẽs actum preciſe bonum ſcandalizat: poteſt tamen facere quis actũ bonũ ex genere ⁊ non bene: ⁊ ſcandalizare. Itẽ ſequitur aliquod ſcãdalũ poſſe eſſe veniale/ etiã a ſcãdalizãte intentum: vtputa quãdo inducere intẽdit aliquẽ ad venialiter peccãdũ. aliquod aũt eſt mortale. Dabile tñ eſt opus qđ nullã malitiã habet aliam a ſcãdalo: vt patet in exemplo ſcđi argumẽti. Is enim de quo illic eſt ſermo: in rei veritate non eſt intemperatus: nec peccat cenãdo/omni ſcandalo ſecluſo. Ulterius dico ꝙ veritas vite/doctrine/⁊ iuſtitie non eſt relinquẽda quãdo eſt de p̃cepto: ratione ſcãdali. actus tamen iuſtitie in caſu eſt differendus. ſic fecit Dauid cũ Ioab: quẽ ob pacẽ ꝑmiſit tẽpore ſuo: ne eſſet ſchiſma in ſuo regno. ſic actus veritatis doctrine ꝓ loco ⁊ tẽpore eſt relinquẽdus. nã veritas odiũ parit iuxta Terentiũ. Ueritas aũt vite nũꝙ̃ eſt relinquẽda: hoc eſt actus precepti.

## ¶ Diſtinctionis Trigeſimenone. Queſtio Unica.

PRo trigeſima nona diſtinctiõe: queritur. An diſpar cultus ĩpediat matrimonium. ¶ Pro ſolutione q̃ſtionis pono hãc concluſionem. Inter infideles legitimũ eſt matrimoniũ: licet nõ ratum. qđ patet de diuortijs. Gaudemus. et prime ad Corinth. vij. vbi dicitur. Si quis frater habet vxorẽ infidelem: et hec conſentit habitare cum illo: non dimittat illã. In eodẽ titu. ca. Quãto. dicitur ꝙ cõuerſi ad fidem poſſunt ſimul cohabitare niſi contraxerit contra legem dei vel nature. Sed ſi vnus conuertatur ad fidem: ⁊ altera non velit ei cohabitare/vel cum ꝯtumelia creatoris/vel cum inducit ad peccatum: fidelis poteſt aliam ducere.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit̄ ſic a beato Tho. et Godofredo ī ſcđo Quodli. q. ij. Illud qđ ad ſui vnitatem eſſentialem requirit cõtinuationem durationis: non poteſt eſſe idem interrupta duratione. ſed ſucceſſiuū eſt huiuſmodi. igit̄. Reſpondet̄: vt Durādus dicit: non requirit̄ alia continuitas a continuatione partium eius: ꝙ partes ſibi ſuccedant: nec plures ſunt ſimul in prima ꝓductione motus: ita eſt in ſecūda ꝓductione. nec requirit̄ continuatio iſtius motꝰ ad aliū ad hoc vt dicat̄ vnus: nihil enim idem continuat̄ ſibi. Petrus Paludanus hoc refellens dicit ꝙ propter interruptionem partes non continuantur ad vnum. ⁊ ſic non eſt idem motus. Hoc nihil valet. nam partes ⁊ mutata eſſe in motu: et omnia illa producta reproducūtur. ¶ Durādus tenēs eādem concluſionē cū beato Tho. ⁊ Godo. apponit alias ratiões. quarꝫ vna eſt. Uel eſt poſſibile ſimpliciter motum corruptum reparari: vel īpoſſibile. ſi poſſibile ſimpliciter: erit poſſibile virtute nature. qđ ſic ꝓbat̄. quādocūqꝫ aliquis effectus eſt ſimpliciter poſſibilis: et cauſa eſt eque potens nunc/ vt prius: ex tali cauſa poteſt idem effectus ꝓduci nunc vt prius. ſi ergo reparatio eiuſdē modus ſit effectus ſimpliciter poſſibilis: cauſa naturalis que primo facit: et eo corrupto remanet eque potēs vt prius: poteſt illum motum eūdē ſm̄ numerum reparare. hoc autem eſt falſum. relinquitur ergo ꝙ reparatio eiuſdem motus ſm̄ numerum ſit effectus ſimpliciter impoſſibilis. talis autem effectus ſubterfugit omnem cauſam. ergo ꝑ nullam virtutem poteſt ille idem motus reparari. ¶ Ad hoc argumentum reſpondeo eſſe poſſibile reproducere illū motū. ⁊ quādo infert: ergo erit poſſibile creature nego conſequentiam. et ad probationem dico ꝙ ꝓducens priorem motum eſt eque potens vt prius: et ad hoc ſufficit producere ſimilem motum. Si autem per eque potens intelligas poſſe eūdem motum naturaliter reproducere: nunqꝫ creatura manet eque potens. Illud argumētum ſi aliquid valeret: probaret ꝙ deus non poſſet reproducere rem permanentem corruptam: quod apud me eſt inopinabile. ¶ Secundo arguitur. Si motus corruptus poſſet reparari: et tempus. tenet conſequentia: quia vtrūqꝫ eſt res ſucceſſiua. ergo ſi deus poſſit vnam rem ſucceſſiuam reproducere: quālibet reproducere poteſt. Reſpõdetur. ꝯſequentia nõ eſt neceſſaria: quia poteſt vnā rem ſucceſſiuam reproducere: non autem quamlibet: potiſſimum tempus. quia ad illud ſequitur ꝙ idem in eodem tempore eſſet et non eſſet. vt ſi tempus in quo erat Adam/ reproduceretur in hac hora: iam in illa Adam non eſſet: ⁊ in eodem tempore verum erat dicere/ Adam eſt. talis autem contradictio non ſequitur ad motum a tempore diſtinctum. Secundo poteſt concedi conſequentia cum conſequente: et dici ꝙ non ſequitur hec contradictio: quia non manet idem tempus ſm̄ rem et equiualentiam: quod ad veram contradictionem requiritur. ¶ Concludendo dico/ apud me inopinabile eſſe ꝙ deus non poteſt producere rem permanentem qualitercūqꝫ corruptam: Sed et beatus Tho. v. Quodlibe. tenet oppoſitū illius qđ tenuit in. iiij. et in. iij. par. queſt. lxxvij. ꝙꝫ tertiā partem poſt Quodlibeta videt̄ ſcripſiſſe. vt patet per eius incomplementum. De re autem ſucceſſiua vt motu locali vel tempore parum diſcuſſi. nam probabilius exiſtimo cum communi nominalium ſchola ꝙ motus localis eſt mobile qđ mouetur: et tempus eſt res permanens. Sed ſi teneatur oppoſitum probabiliter: adhuc cõcluſio ſecunda eſt probabilis: et probabilior oppoſita: licet contradictoria ſecunde concluſionis non ſit inopinabilis. nam multum intereſt inter ſucceſſiua quo ad eſſe et fieri: et permanentia. Potes facere difficultatem/ an totum tempus preteritum deus poſſit in hac hora reproducere. et probatur ꝙ ſic: quia quamlibet horam preteritam poteſt deus in hac hora reproducere: quo facto totum tempus preteritum erit in hac hora. et eodem modo in quacunqꝫ minuta parte huius hore. Similiter an deus poſſit duas medietates huius hore pōnere ſimul. Item ſi Sorte moto reproducatur motus quo mouebatur heri: et ponatur in Sorte cum iſto motu: iam motus habebit plures partes ſimul: partes inquā non ad diuiſionem ſubiecti/ quia de hoc non eſt difficultas: ſed ad diuiſionē temporis. Iſta ſunt pro contradictoria ſecunde concluſionis. que omnia et ſimilia iunioribus theologis relinquo diſcutienda. Sed qꝛ in queſtione precedente dicebā ſoluendo vnam rationem aduerſariorum: ꝙ ſi anima corpus informaret/ non produceret aliquid de nouo: quia tertia entitas non diſtinguitur a partibꝰ ſimul ſumptis: gratia illius.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimetertie
Queſtio Quarta.

Quarta queſtio erit. An totũ dicat tertiã entitatē a ſuis ꝑtibus realiter diſtīctã. ¶ Pro ſolutione queſtionis ponitur hec concluſio. Totum eſt ſue partes ſimul ſumpte. ⁊ per cõſequēs negatiua eſt reſpõſio ad queſtionē. Non immoremur iſtiuſmodi anfractibus: totum eſt entitas a partibus diſticta: totum eſt entitas diſtincta a partibus. q2 prior eſt vera de virtute ſermonis. Probaꝛ concluſio auctoritate Ariſtotelis primo Phyſicorum dicẽtis. Totũ nihil eſt preter ꝑtes. Idē habet cõmentator textu cõmenti. xvij. Et ſecũdo de anima dicit. Sicut pupilla ⁊ viſus ſunt vnus oculus: ita actus ⁊ potẽtia ſunt vnum ſimplex corpus ⁊ anima. Ad hoc poteſt adduci cõparatio Apoſtoli pͥme ad Corith. xij. de corpore vero ⁊ myſtico dicẽtis multa mēbra eſſe vnum corpus. Preterea ratione argumẽtor. niſi cõcluſio ſit vera. ſequiꝛ ꝙ due ſemilibre tãtum ponderarent quantũ due ſemilibre ⁊ vna libra ab eis diſticta hoc eſt incõueniens/igitur. conſequẽtia patet ponendo duas ſemilibras ſeparatas in vna lingua ſtatere ⁊ vnaꝫ libram in alio extremo equaliter diſtãte. Dicis hoc non incõuenire quãdo illa libra cõponitur ex illis partibus Contra hoc argumẽtor. due ſemilibre in toto tantũ ponderant quantũ due ſemilibre ſeparate: ⁊ libra aliq̃d ponderat. ⁊ ſicut tertia entitas diſtinguiꝛ a partibꝰ copulatim ſumptis: ita pondus totius a ponderibus partiũ. ¶ Secundo argumẽtor. totũ per aggregationē non diſtinguitur a partibus ſimul ſumptis. nec totũ per accidens: ergo/nec totum eſſentiale. conſequẽtia probatur: quia parilis eſt ratio. Aſſumptũ oſtenditur demõſtrando totum aurũ ſcti Marci Venetijs aggregatũ ex varijs ducatis/ſcutis. ⁊ eiuſmodi: ſi tota illa congeries ſit aliquid vnum diſtinctũ a partibus: quero qđ vnuꝫ/ que ſubſtãtia. ⁊ ponatur in erario aurũ ⁊ argẽtum: non ē aurũ/nec argentum: nec aliquid tale. De toto per accidēs patet: quia Sortes ⁊ eius albedo ſi cõponant tertiã entitatem a ſeipſis diſtinctã: illa nõ erit ſubſtantia neqꝫ accidens: quia nec ſubſtãtia poteſt accidēs cõponere: nec accidens ſubſtantiã. Dicis ad primũ. licet totum diſtinguatur a partibus: tamen pondus totius non diſtinguitur a pondere partiũ. Ad ſecũdum dicis non eſſe ſimile vt patet inter arguendũ. ⁊ licet totum ſit tertia entitas a partibus diuerſa: tamen ex partibus cũ toto non reſultat totum cũ totum non ſit pars. ¶ Tertio argumentor Quandocũqꝫ ſunt aliqua duo ſic ſe habẽtia vt quicq̃d eſt pars vnius eſt pars alterius ⁊ ecõuerſo: illa identificantur. ſed ſic eſt de toto ⁊ binario partiũ. igitur. Dicis hoc cõcludere totũ eſſe ſuã partem ꝓbatur. ſignificet a tãtum quantũ hoc complexũ (pars belli) iam quicquid eſt pars brunelli eſt pars a. ⁊ ecõuerſo. nam dato aliquo quod eſt pars brunelli: ſcꝫ materia: illa eſt pars partis: quia eſt pars medietatis forme ⁊ materie. Eodem modo de forma cũ brunelli nõ detur maxima pars. Deide formetur argumentum. Quãdocũqꝫ aliqua ſic ſe hñt/ vt quicquid eſt pars vnius/ſit pars alterius ⁊ ecõuerſo illa ſunt eadem realiter. brunellus ⁊ a. ſunt huiuſmodi igitur. ¶ Quarto. Vel tota entitas brunelli eſt diuiſibilis: vel impartibilis. ſi primũ eſt aliqua. quero que ſint illa. nõ materia ⁊ forma copulatim ꝑ poſitionem: nec copulatiue vt cõſtat. quero igitur que alia tertia. Si totũ eſt indiuiſibile: tota ſphera terre nõ eſt in ꝓportione dupla maior ſua medietate: cũ non ſit magna: nec in ꝓportione quadrupla maior ſua quarta: ꝯtra oẽs mathematicos. Reſpondeꝛ. tertium argumentum aſſumptũ non concludit partem eſſe totum. nã ſubſumendo minor eſt falſa. vt patet per veritatē eius cõtradictorie. ſed hanc cõcedo. quicquid eſt pars brunelli eſt pars partis brunelli ⁊ ecõuerſo. tamen aduerſarij negabũt conſequentiam ꝙ brunellus ſit ille partes ſimul ſumpte. Ad aliud ſcilicet quartum dicitur ꝙ brunellus eſt indiuiſibilis. quia ex partibus cõflatur: quod ſufficit. ¶ Quinto argumentor. Due medietates brunelli ſunt tres tertie vel quatuor quarte eiuſdē. ergo totũ eſt ſue partes. ꝯſequẽtia patet. quia eadem eſt ratio ponendi totum identificari cum omnibus partibus: ⁊ duas medietates cũ tribus tertijs vel quatuor quartis. aſſumptum probo. alioquin nulle eſſent omnes partes totius. quod incõuenit. Nã medietates nõ ſunt oĩes quia pari ratione alique diſtincte a duabus dimidietatibus eſſent omnes: puta tres tertie eodē modo quatuor quarte diſtincte ab his ⁊ illis eſſent oẽs. ſed due medietates nõ ſunt tres tertie. ergo non ſunt oĩes. eodē modo tres tertie nõ ſunt quatuor quarte. Nec valet dicere. alique includentes oĩes ſunt omnes. quia quero que ſint ille: cũ enĩ terminus ſtet determinate oportet dare vnã ſingularē verã. ¶ Sexto. Si brunellus ſit tertia entitas diſtincta a partibus: eodem modo medietas materie brunelli ⁊ medietas forme reddent vnã tertiam entitatem: ⁊ ſic currendo ꝑ oẽs partes proportionales brunelli. ac ita erũt ĩfinite tertie entitates. Ad quintum concederet contraria opinio ꝙ nulle ſunt omnes partes totius. nec ſequitur. omnes ꝑtes huius ſunt partes huius: ergo alique ſunt omnes ꝑtes huiꝰ/capiẽdo (oẽs) diſtributiue in antecedẽte. ⁊ copulatim in cõſequente. ſed iuxta cõcluſionē quã poſui. alique partes ſunt omnes partes huius/vt due medietates brunelli ſunt oẽs partes brunelli. Sed obijcies: cũ due medietates nõ ſint tres tertie/nec quatuor quarte: queriꝛ q̃ illarum ſint maiores. dico eſſe equales. Ad aliud argumentũ cõceditur illatũ. ¶ Septimo arguiꝛ Ex poſitione ſequitur ꝙ idē corruptũ poteſt reproduci naturaliter. quod eſt reprobatũ in queſtione prima huiꝰ diſtin. ꝓbatur cõſequentia: quia per ablationem vnius gutte a mari corrũpiꝛ tertia ẽtitas. ⁊ ꝑ appoſitionē eiuſdē reddit eadē entitas igiꝛ. ¶ Octauo poteſt eē argumentum de ſcuto cuiꝰ vna dimidietas eſt alba ⁊ altera nigra: quod nõ eſt coloratũ: nõ albũ ⁊ nigrũ copulatim/ nec copulatiue/nec alio colore coloratũ. Ad ſeptimum. hoc argumẽtũ eſt eque contra aduerſarios: cũ in corruptione improprie dicta nullũ ſit diſcõueniẽs: ⁊ per cõſequẽs male ſoluitur illud in homogeneis. Ad octauũ dico poſſe ꝯcedi ꝙ eſt colorata. ¶ Nono. nõ eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. ergo ſi ſint due poſitiones: q̃rum vna oĩa ſaluat facilius cũ paucitate ⁊ rationabilibꝰ vel ita rationabiliter vt altera que res multiplicat: illa eſt p̄ferenda. ſed maiores ſunt difficultates ꝯtra partem illã que ponit totũ tertiam entitatem diſtinctam a partibus/q̃ꝫ contra alterã: ⁊ auctoritates cõſonant rationibus: ergo illa pars eſt preeligenda.

¶ Iam contra concluſionem quã putamꝰ ꝓbabiliorē obijciemꝰ paucis ratiũculis: Prio ſic He ꝑtes ꝯponũt hoc totũ: he ꝑtes ſũt hoc totũ: ꝙ hoc totũ cõponit hoc totũ. vtrobiqꝫ idē demõſtrãdo. maior ꝓbaꝛ: q2 hoc totũ ꝯponiꝛ ex aliq̃bꝰ cauſis ĩtrĩſecis ⁊ adeq̃te integrãtibꝰ: materia aũt non integrat adeq̃te totũ: nec forma ꝙ ille ſimꝛ copulate. igiꝛ Scđo ſeq̃ꝛ ꝙ ſubiectũ ꝓpõnis ſingularis ſit terminꝰ cõis ſꝫ acceptionē iq̃ ceꝑiꝛ. hoc eſt abſurdũ. et cõſequẽtia ptꝫ: q2 hoc cõplexum (iſte partes) eſt terminus ſupior ad terminũ Sortes: nã bñ ſequiꝛ. Sortes eſt: ergo iſte ꝑtes ſunt: et nõ ecõuerſo. ¶ Ad primũ diciꝛ ꝙ q̃libet pars cõponit totũ: q2 cõponere eſt ſimul ponere: q̃libet autē pars partialiter ponit totũ. Sed ꝓ diſcurſu ꝯſequentie dico eſſe paralogiſmũ male cõcludẽtē. oportet aũt ſic ꝯcludere: hoc totũ eſt cõponẽtia totũ. ⁊ hoc eſt verꝫ. cũ ſit hoc cõponens totũ: ⁊ illud cõponens notũ. ¶ Ad ſecũdũ nego ſeq̃lã. ⁊ ꝯcedo ꝙ Sortes eſt iferior illatiue ad terminum (iſte partes) ſed hoc nõ ꝓbat terminũ accipi cõmuniter. ¶ Tertio argumẽtor. Sequiꝛ ex hac poſitiõe ꝙ Sortes et Plato erũt poſt mortē Sortis ⁊ Platonis naturaliter. hoc eſt abſonũ. igiꝛ. ptꝫ ſeq̃la. he partes erũt poſt mortem Sortis et Platonis: he ꝑtes ſunt Sortes et Plato: igiꝛ. Sed dicis ſicut dicẽdũ eſt. lꝫ ꝯcedaꝛ illa ꝯcluſio: nõ ſequitur ꝙ Sortes ⁊ Plato erũt Sortes ⁊ Plato poſt mortē Sortis Platonis naturaliter. Contra. ꝓpoſitio de ineſſe prime ꝯcluſiõis ſecundã infert. ¶ Quarto. ſequiꝛ ꝙ Sortes ⁊ Plato ſunt Cicero ⁊ Petrus: et ꝙ curant qñ Petrꝰ ⁊ Cicero dormiunt. hoc eſt ridiculũ. igiꝛ. ꝯñtia ptꝫ: ſi ex aĩa Sortis ⁊ materia Platonis in alio loco ſiat Cicero: ⁊ ſic ꝓportiõabiliter Petrꝰ. Ad tertiũ. nego ꝙ ꝓpoſitio de ineſſe prime infert ſecũdã. nã hec eſt ꝓpoſitio de ineſſe pͥme. hec ſunt poſt mortē Sortis ⁊ Platonis. que eſt ꝟa ꝓpter ampliationē dictionis (poſt) Ad quartum. admitto poſitũ ꝙ ex duobꝰ hoibꝰ ſiãt q̃tuor: et q̃libet illoꝝ diſtiguiꝛ ab alio: ⁊ Cicero ⁊ Petrꝰ currũt: lꝫ Petrꝰ nõ currit/nec moueꝛ: ſaltē non oportet. licet eiꝰ pars eiꝰ moueaꝛ: nõ tñ vt ē ei vnita. ¶ Quinto argumẽtor. Ex hac poſitiõe ſequiꝛ ꝙ humanitas Chriſti nõ fuit ſeparata a ꝟbo in triduo. hoc eſt falſum. ꝓbo ꝯñtiã: q2 he partes nõ fuerũt ſeparate a ꝟbo: demõſtrãdo materiã ⁊ animã rõnalem. he ꝑtes ſunt humanitas. igiꝛ. Ad quintum dico ꝙ oportet ꝯcludere hãc: humanitas nõ erat partes ſeparate a ꝟbo: q̃ eſt vera: ſed ſeparata erat humanitas a ꝟbo in triduo. ¶ Sexto arguiꝛ. vij. Metaphyſice ad finē. a. ⁊ b. manẽt qñ a. b. nõ manet. ergo diſtinguitur. ſimiliter iuxta philoſophũ bis tria nõ ſunt ſex. ¶ Septimo. Ex hac poſitiõe ſequiꝛ ꝙ he quatuor partes ridẽt: ⁊ nulla illoꝝ põt ridere. qđ videꝛ ĩplicare. patet demonſtrãdo partes eſſentiales Xenophanis ⁊ Zoroaſtis. Ad ſextũ dico ꝙ argumẽtũ nõ iuuat aduerſarios cũ illic ſit ſermo de toto ꝑ aggregationē. ſed oportet dare ſolutionē vtriqꝫ parti cõmunē. Illud q̃dē argumẽtum ꝓbaret totũ diſtingui a ſedẽte. ſed de hoc alias dictum eſt. Bis tria ſunt ſex ſi ꝯiũctio ĩcluſa capiaꝛ copulatim. ſi ꝟo dicat iterrutionē: nõ oportet bis tria eſſe ſex: cũ ſemel tria in ĩdiuiſibilibꝰ nõ ſint ſex. ¶ Octauo arguiꝛ. ex illa poſitiõe ſequiꝛ ꝙ ꝯtrarie oppoſita ꝟificabunꝛ de eodē. ꝯñs eſt ĩcõueniẽs naturaliter loquẽdo. ⁊ ꝙ ſequaꝛ patet ſic. hec eſt ꝯcedẽda/alba ſunt nigra. qđ ꝓbo ſic. pono ſcutũ cuius vna dimidietas eſt alba ſꝫm ſe et quodlibet ſui: et alia dimidietas nigra ſꝫm ſe ⁊ quodlibet ſui. ⁊ capio iſtã diuiſionē ⁊ imaginationē. ſit pͥma medietas alba. pro ſecũda parte capio illã partē albã cum medietate partis nigre. pro tertia parte capio illã medietatē albã cum nigra: ⁊ cũ reſiduo medietatis nigre: et ſic ꝓcedo capiẽdo partes nigras ſꝫm partes ꝓportionales: ſemꝑ capiendo partē albã ⁊ ꝑtes p̄cedẽtes. Tũc ſic. iſte ꝑtes ſunt albe ⁊ iſte ꝑtes ſunt hoc ſcutũ: ergo hoc ſcutũ eſt partes albe. maior ptꝫ: q2 pͥma pars eſt alba: ⁊ cuiuſlibet alteriꝰ partis maior pars eſt alba. ſecũda pars ſcꝫ aggregatum ex prima dimidietate alba et dimidietate partis nigre eſt pars alba: q2 maior pars illius ſecũde partis ſignate eſt alba ſꝫm ſe ⁊ quodlibet ſui: ⁊ ita de q̃libet alia parte. ergo maior vera. et minor ex poſitiõe Q2 hoc ſcutũ ſit partes nigre patet eodē mõ diuidendo ſcutũ. ſit prima pars puta/ dimidietas nigra a. ſcđa pars: aggregatũ ex ꝑte illa nigra et dimidietate partꝫ albe ſequẽtis. ſ. b. tertia pars erit cõpoſita ex a. ⁊ b. ⁊ dimidietate ſequẽtis adhuc partis nigre. et ſic ꝯſequẽter: ſemꝑ ĩcludẽdo priores partes. Tunc ſic. he partes ſunt nigre ſꝫm hãc diuiſionē: q2 eaꝝ q̃libet pars eſt nigra: cũ maior pars illiꝰ ſit nigra: et hoc ſufficit ad nigredinē ꝓut ſupponiꝛ. ⁊ he partes ſunt hoc ſcutũ: ergo hoc ſcutũ eſt partes nigre. Et eodē mõ hoc ſcutum eſt partes albe: ergo partes albe ſunt partes nigre. igiꝛ alba ſunt nigra: qđ reſtabat ꝓbãdũ. ¶ Rñdeꝛ ꝯcedẽdo ꝙ albe ⁊ nigre verificanꝛ in plurali numero de eodem copulatiue. copulatim enim nõ eſt dubiũ/q2 hoc ſcutum eſt due dimidietates: quaꝝ vna eſt alba ⁊ alia nigra. quo nõ obſtãte/hoc ſcutũ nõ eſt albũ et nigrũ copulatiue. in plurali aũt numero nõ ſunt termini contrarij. Ex quo patet hanc conſequentiã eſſe nullã. alba ſunt nigra: ergo album eſt nigrum.

¶ Et ne argumenta que in artibus tractare ſoleo multiplicem: aliq̃s adhuc ꝓpoſitiões ponã. quas ſi intellexeris multa argumẽta ſolues. Intelliges autē ſi naturas copulatoꝝ ⁊ ſyllogiſmos et expoſitorios ĩtellexeris. Prima ꝓpoſitio eſt in caſu facili/ſequẽs ex dictis: Sortes ⁊ Plato fuerũt: ⁊ tñ Sortes nõ fuit: nec Plato fuit. Patet poſito ꝙ ꝑtes Sortis et Platonis priꝰ fuerint: ⁊ nunc pͥmũ vnite. quo ſuppoſito arguiꝛ ſic. iſte ꝑtes prius fuerũt. iſte ꝑtes ſunt vel fuerũt Sortes ⁊ Plato. igiꝛ. ⁊ ꝑ ꝯñs Sortes ⁊ Plato fuerũt: ⁊ tñ nõ fuerũt hoĩes. Scđa ꝓpoſitio. Sortes ĩcipit eſſe: Plato ĩcipit eſſe: ⁊ tñ Sortes ⁊ Plato nõ incipiũt eſſe. Tertia ꝓpoſitio. Aliqua nõ ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: et tñ erunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime. ptꝫ retẽto caſu noſtro qñ ꝑtes ſunt ſeparate. he due ꝑtes nõ ſunt eiuſdē ſpeciei cum his duabꝰ partibꝰ: ꝑ (he) demonſtrãdo duas materias: ⁊ ꝑ (his) duas animas ſeparatas. ⁊ qñ anime informabũt materias/erũt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime. ꝓbatur ſic. Sortes et Plato ſunt eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: Sortes ⁊ Plato ſunt iſte quatuor partes. igitur. Et verificatione maioris ſtante ꝙ Sortes et Plato ſunt eiuſdem ſpeciei/patet hanc eſſe falſam. Sortes et Plato differunt ſpecie. Quarta propoſitio. non eſt poſſibile ꝙ aliquod ens ſit vnius ſpeciei ſpecialiſſime: et poſt ea migret in aliam ſpeciem eſſentialem. Quinta propoſitio. Poſſibile eſt duos fratres eſſe quatuor homines totales: ⁊ per conſequens duo homines tunc erunt quatuor homines. patet/captis Sorte et Platone ſi anima Sortis informaret materiam Platonis et anima Platonis materiam Sortis: et dicantur a. et b. animabus illis ſemper informantibus materiam Sortis et Platonis: quod deo puto poſſibile: quia quelibet res mundi poteſt eſſe in diuerſis locis. Hoc ſuppoſito arguitur ſic. iſte due partes ſunt duo homines. per (iſte) demonſtrando materiam et formam. et iſte due partes ſunt quatuor homines totales/cum ſint materie et forme eorum. igitur. Et ſi Sortes moriatur et Plato moriatur: duo fratres manebunt quando non manebunt fratres: quia a. et b. manebunt quando non manebunt fratres: ſuppoſito ꝙ non ſint fratres. Sexta propoſitio. baꝛ eſt terminus ſignificatiuus. probatur ſic. hic ternarius fab eſt terminus ſignificatiuus. Erat enim mihi conſocius dum artes in ſummulis audirem. hic ternarius fab eſt baꝛ: ergo baꝛ vel vaꝛ eſt terminus ſignificatiuus cõmunis. Septima ꝓpoſitio. oĩs homo eſt homo eſt propoſitio falſa. patet. ſi ſcribatur in circulo legendo

ordine recto et retrogrado: hic quaternarius: homo eſt homo omnis: eſt propoſitio falſa: hic quaternarius: homo eſt homo omnis: eſt hic quaternarius/omnis homo eſt homo. ergo hic q̄ternarius: oīs hō eſt hō: eſt ꝓpoſitio falſa. ꝯñtia eſt ſyllogiſmꝰ expoſitoriꝰ: ⁊ ꝑmiſſe ſunt vere ex poſitiõe. ¶ Ex hac aũt poſitiõe he ꝓpoſitiões ſequū tur. duo ſunt tria in ꝯtinuis. due medietates ꝯtinui ſunt tres tertie: ⁊ cētū centeſime/⁊ mille milleſime. ⁊ numerꝰ par eſt numerus ipar. Sufficit eñ ad numeꝝ ĩparē ſm̃ aliquã animi diſcretiõem hr̃e ĩparitatē. nec ſequit̃. hic numerꝰ eſt ĩpar: ergo nõ eſt numerꝰ par. Eodē mõ ptes cõicãtes ſunt ptes nõ cõicãtes. pars ſupior et ĩferior eſt pars dextera ⁊ ſiniſtra. ptes eſſentiales ſunt ptes ĩtegrales pluraliter. Sortes ⁊ Plato ſunt hic nõ hõ ⁊ hic non homo quadruplicando demonſtrationem: quia demonſtrando quatuor partes eſſentiales eorum: quelibet illarum portium eſt nõ hõ. Non tñ ſequit̃ ꝙ Sortes ⁊ Plato ſunt nõ hoĩes. imo Sortes ⁊ Plato ſunt hoĩes. Multas ſimiles ꝓpoſitiões ĩferre potes ex poſitiõe: ſ; nõ ampliꝰ ĩſiſto. ¶ Finē ĩponēdo placet hec opinio. Nã ꝑmo/ argumēta aduerſarioꝝ peccãt in ſolã logicã: quã intelligēti nullus apparebit in eis color. Scdo. nõ eſt ponēda pluralitas ſine neceſſitate. Tertio. poſitio oppoſita negat aliq̃ apparētia. vtpote/duo ſunt põdera eq̃lia: et addit̃ vnũ põdus vni/realiter ab eo diſtinctũ: ⁊ tñ aggregatũ additi ⁊ illiꝰ cui addit̃ nõ plꝰ ad terrã trahit q̃ põdus aliud. Silr̃ negare h; hãc. oẽs ptes huiꝰ ꝯtinui ſunt: capiēdo (oẽs) collectiue: q2 ſi due dimidietates eſſent oẽs ptes huiꝰ cõtinui: eodē mõ tres tertie eēnt oẽs ptes huiꝰ continui: que realiter diſtinguuntur ab illis duabus dimidietatibus: quia ſicut negatur ꝙ due dimidietates ſunt totũ: ita negãdum eſt ꝙ due dimidietates ſunt tres tertie. Silr̃ hec ꝯñtia videt̃ bona. qcq̃d eſt pars totius eſt pars duaꝝ dimidietatũ eiꝰ: ergo due dimidietates ſunt hoc cõtinuũ. Similiter negare habeo hãc cõſequentiã. impoſſibile eſt illas duas partes eſſentiales ſic ſe habere vt vna aliam informet quin ponatur tertia entitas: ⁊ econuerſo: ergo hoc eſt hoc.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimetertie.
Queſtio Quinta.

QVæritur quĩto in hac diſtinctiõe. An reſurrectio mortuorũ gñalis ſit futura: et q̃s ſit modus reſurgēdi. ¶ Pro ſolutione q̃ſtiõis pono ꝯcluſiones. Prima eſt. quēadmodũ Chriſtus ꝑmitie dormiētiũ reſurrexit: ita quilibet alius reſurget. Huiꝰ ꝑme ꝯcluſionis ꝑor pars ꝓbat̃ ex Aplo ꝑme ad Corinth. xv. vbi dicit. Nunc aũt reſurrexit Chriſtus ꝑmitie dormiētiũ. Scda pars pt; ꝑ ſymbolum Aploꝝ in quo dicit̃ Carnis reſurrectiõem: Nicenum: ⁊ Athanaſij. ⁊ in capite allegato dicit Apl's. Si aũt reſurrectio mortuoꝝ nõ eſt: neq; Chriſtꝰ reſurrexit ꝓbat ꝯñtiã arguendo ex oppoſito ꝯñtis ad oppoſitũ ãñtis. Itē ſi in hac vita eſſemꝰ tñ ſperãtes: miſerabiliores eſſemꝰ oĩbꝰ hoĩbꝰ. ¶ Scda ꝯcluſio. Licet nõ q̃libet hõ in tota quãtitate quã habebit reſurget: quilibet tñ in etate pfecta reſurget. Prior pars huius ꝓbat̃. nã dato oppoſito: q̃libet reſurget in tota quãtitate quã poſteriꝰ habebit: ſ; magnꝰ diu viuens habebit multas partes reſolutas: ⁊ alias loco eaꝝ ſuccedentes: ergo erit immenſe magnitudinis ſi reſurgat cum tota quãtitate quã habebit. Scda pars oſtēdit̃ ꝑ Apoſtolum ad Epheſeos. iiij. dicētem. Donec occurramus omnes in vnitatē fidei et agnitionis filij dei in virum perfectum: in menſurã etatis plenitudinis Chriſti: vt iã non ſimus paruuli fluctuantes. gloſſa illud exponēs dicit. Vnuſq̃ſq; reſurget in etate qua Chriſtus reſurrexit. tũc ei putat̃ ſtatus hoĩs vt dicit beatus Auguſtinus. xxij. de ciui. dei. capi. xvj. Et licet aliqui moriantur paruuli / reſurgēt nihiloſeciꝰ in illa etate. hoc eſt in mēſura reſpondente illi etati: ſine vitio nature. hoc additur ꝓpter nanos ⁊ orbatos membris. quēadmodum Adam erat creatus in etate adulta hoc eſt quãtitate debita etati adulte. Nec oportet oẽs reſurgere in equali quãtitate: ſed ſm̃ bonũ ſtatũ ſue cõplectionis: ⁊ forte nec ſm̃ colores ⁊ habitudines regionũ: vt Aethiopes nigri: multũ diſtãtes ab equatore/vltra citraq; reſurgent albi. Licet eñ ſit plena harmonia beatorũ ſpirituũ cũ deo: nõ tamen id neceſſe eſt in figura vel colore: ſicut in quãtitate vel complexione. ¶ Tertia cõcluſio. Licet mortui primo ſint reſurrecturi: ⁊ poſtea viui: oẽs tamen in ictu oculi reſurgēt. Prima ps pt; prime ad Theſſa. iiij. vbi ſic dicit Apoſtolus. Mortui q̃ ſunt in Chriſto reſurgēt primi. deĩde nos qui viuimus q̃ relinquimur/ſimul rapiemur cũ illis in nubibus/obuiam Chriſto in aera. ſed nõ eſt ſermo de ordine ſeu prioritate dignitatis. qm̃ multi viuētes circa iudiciũ erũt adeo boni vt multi qui ante dormierũt. Secunda pars oſtendit̃ ex eadē litera. nã viui celeriter moriētur ⁊ poſtea reſuſcitabũtur. rationabile eſt aũt ꝙ moriantur. ſane beata virgo mortua eſt. Itē multi decedēt cũ peccatis venialibus q̃ pugnabuntur per mortis tolerãtiam vel ꝑ modicũ tempꝰ impceptibile poſt mortē. hoc ſiquidē tenet Ambroſius ⁊ Auguſtinus vt pt; in gloſſa capitis allegati. nã ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori. Ad Hebreos nono. Tertia pars patet ex eodē loco. Ex quibus ſequitur ꝙ licet quilibet viuus reſurget in inſtanti: ſimiliter ⁊ quilibet mortuus: nõ tamē omnes reſurgent in eodem inſtãti. quia mortui prius reſurgent.

## ¶ Contra primam concluſionem ar/

guitur ſic. Multi erãt reſuſcitati ĩ veteri teſtamēto. nã Helias ⁊ Heliſeus mortuos reſuſcitabãt. ergo Chriſtꝰ nõ eſt primitie dormientiũ. Si dicas/in nouo teſtamen id intelligi iſte lazarus erat reſuſcitatus ĩ nouo teſtamēto ante reſurrectionē Chriſti. Ioã. xj. Forte dices lazarus erat reſuſcitatus ad vitã mortale Chriſtus autē ad immortalitatem: de qua reſurrectione Apoſtolus itellexit. Obijcio. dicit̃ Matth. xxvij. ꝙ Chriſto paſſo multa corpa ſctõꝝ reſurrexerũt. Rñdet̃ ad illud Mat. xxvij. ꝙ multa corpa poſt reſuſcitationē Chriſti reſurrexerũt ⁊ exeuntia de monumentis venerũt in ciuitatem ſanctam.

## ¶ Contra ſecundam partem eiuſdem

ꝯcluſiõis argumētor. Iob. xiiij. dr̃. Hõ cũ dormierit/nõ reſurget. donec atteratur celum: nõ euigilabit. ſed celũ nunq̃ atteretur. ⁊ Eccleſiaſtes. iij. Vnꝰ interitus ē hominis ⁊ iumentorũ. iumenta aũt non reſurgent: ergo neq; homines. Beatus gregorius. iiij. dialogorũ. c. iiij. dicit ꝙ loquebantur loco ꝯcionatorũ: interdũ ⁊ potiſſimũ Salomõ/vice ſtultorũ. Iob aũt de reſurrectione naturali. ¶ Secũdo argumentor. Hic binarius nõ reſurget demõſtrando materiã ⁊ formã hoĩs impinguati. Immo per ſecundam concluſionē/nõ quilibet in tota quantitate quã habebit reſurget. ſignetur vtrum pedale materie qd̃ habeat nũc ſortes/quod non reſurget. Arguitur ſic. hic binarius nõ reſurget demõſtrãdo materiam quam nũc ſortes habet ⁊ animã eius hic binarius eſt ſortes/ex queſtione precedēte: ergo ſortes nõ reſurget. ¶ Inſuper vl' aliqua pars materie reſurget: ⁊ nõ alia: ⁊ aſſignationē illius. Dicis. pars purior vt humidu; radicale cum humidi cibalis parte reſurget. ⁊ alia pars ĩpurior non reſurget: ⁊ ſi ꝯtigeret oẽs partes eſſe eque puras. (quod non contigit) illa portio quã deus capiet q̃ ſufficit quãtitati humane reſurget. Contra hoc arguo. ex illo ſequitur ꝙ corpora brutorũ/ piſcium ⁊ crocodilorũ reſurgent. quod nõ eſt dicendũ. probat̃: quia contingit bruta illa comediſſe hoĩes in quoꝝ naturã purior pars conuertitur. Alimentum eñ cõuertit̃ in naturã aliti. ꝑmo de generatione. ⁊ tũc ſic. hoc reſurget demõſtrando illas partes hoc eſt vel erit corpus brutorũ vel bruti: ergo corpus bruti reſurget vel corpora brutorũ reſurgent ⁊ ſic corpora crocodilorũ reſurgent. ¶ Ad primum põt homo cõcedere ꝑmiſſas illius ſyllogyſmi. ⁊ cõcluſionē logice ⁊ metaphiſice loquendo ꝙ ille homo nõ reſurget ⁊ ſortes nõ reſurget: ⁊ cũ hoc ſtat ꝙ ſortes reſurget. nec iſte contradicũt' cũ (ſortes) hec ſuppoſita equiuoce ſignificet: ⁊ ſic per aduentum noue quãtitatis ⁊ deperditionē antique equiuocabitur ſortes ĩ ſignificãdo: cum hec voꝝ mediantibus diuerſis cõceptibus totalibꝰ non ſynonymis hãc rem vel res ſibi ſuccedētes ſignificet. Nũq̃ eñ pars totius erit totum: aut econuerſo: nec aliqua identificantur metaphyſice loquēdo que nõ habēt adequate eaſdē ptes. loquor in extēſis. ¶ Si dicas. ex iſto ſequitur ꝙ iuuenis nunq̃ poſſet ſeneſcere nec vnq̃ ego fuerim in vtero materno: ⁊ cũ nunq̃ fuerĩ in vtero alterius mulieris ſequitur ꝙ ĩ nullius mulieris vtero vnq̃ fuerim. Eodē modo hec erit negãda/ego fui iuuenis. Vlterius redibit poſitio Heracliti ꝙ nõ contingit eundem equũ bis intrare flumē: quia ſemꝑ erũt alie partes. Rurſus hoc erit totus ſorteꝭ demonſtrando totum ſortem/dēpto eius digito quē volo amputari. hoc eſt vel erit pars ſortis: ergo pars ſortis erit totus ſortes. Ad ꝑmum nego ſequelã. nã deus põt capere iuuenem q̃ diu viuet/nihil acq̃rēdo de nouo nec ꝑdēdo. ſi loquaris de communi curſu: cõcedo ꝙ iſte iuuenis nũq̃ erit ille qui erit ſenex: quia erũt alie partes. Et cõcedo ꝙ ego nunq̃ fui in vtero materno: nec in vtero alicuiꝰ mulieris. nec ego erã iuuenis. ſed nõ ſequit̃ ꝙ redeat poſitio Heracliti ꝙ idē equꝰ nũero bis nõ ĩtret flumē: quia nõ eſt neceſſe cõtinuo ptes intriſecas equi variari. Ad vltimũ nego ꝙ pars ſortis erit ſortes vniuoce capiēdo (ſortes) in obliquo ⁊ in recto. Et ad ꝓbationē maiorem ſyllogiſmi hoc erit ſortes/vniuoce capiēdo nego: equiuoce cõcedo ⁊ ꝓportionabiliter diſtinguo cõcluſionē eiuſdē ſyllogiſmi. Vulgariter tamē loquēdo ego fui in vtero matris hoc eſt anima mea cum parte corporis quã tunc habui/ cui iſte partes ſucceſſerunt. ſic eſt dicēdum de hac. ego fui baptizatus. ¶ Duobus enim modis aliquid eſt idem. Vno mõ metaphyſice ⁊ realiter loquendo. ⁊ ſic ad veram identitatē requiritur ꝙ nulla ſit variatio partium intrinſecarum rei. Scdo modo aliquid dicitur idē vulgariter quãdo apud vulgꝰ moraliter ⁊ vt plures loquēdo aliq̃d reputatur idem. ⁊ hoc poteſt eē cũ maiore idētitate reali in aliquibus q̃ in alijs. quomodo manet vulgariter idem tota vita ſua: quia altera pars principalis ſc; forma nõ variatur. lc; alie partes carnis varientur. ſic equus: licet forma tota cũ corpore variet̃. ſic Sequana ⁊ ciuitas: ⁊ nauis ſucceſſu tēporis nouis aſſeribꝰ ꝑrſus variata dũmodo ſenſim hoc fiat partibus ſuccedētibus in ſimili ſitu ⁊ figura cũ prioribus. Vbi autē metaphyſicus mihi obijceret in ſtrepitu forēſi ꝙ nõ debeã habere hereditatem Helizabeth matris mee ob id ꝙ reuera nõ ſum ꝓgnatus ex ea: ⁊ hoc metaphyſice ꝓſequeretur: eſſet omnibus ridiculus. Loquendũ ei eſt vt plures. ſecũdo de celo ⁊ mundo. ſed intelligendum vt pauci hoc eſt vt ſapientes. Iudex tamen ſcit metaphiſicũ verum innuere. ſed quia non congruit foro. ē ſophiſma ſolũ ⁊ fallacia/quia nõ cõueniens rei: quod ad fallaciã ſufficit. primo Elenchoꝝ. Durandus autē in diſtinctione ſequēte tenet ꝙ dũmodo ſit eadem forma quãtũcũq; diuerſa materia fuerit/erit idem compoſitum/Sortes vel Petrus. Ad hoc adducit rationes caducas. quarũ prior eſt. iuxta Ariſtotelem. vij. Metaphyſice. materia nec eſt quid nec quale nec quantum. et hoc ſm̃ ſe. Dico ꝙ hec auctoritas ſic ĩtelligitur. materia diſponitur ſm̃ exigentiam forme ſine qua nunq̃ eſt. Secundo arguit. quia dato oppoſito concluſionis poſt nutritionem non eſſet idem. ⁊ ſic eſſet nouus homo poſt cibum cõuerſum in ſubſtantiã aliti. Ad ſecundum concedo illatum Metaphyſice loquendo. et cõcedo ꝙ generatur noua ſubſtãtia partialis: immo nouus homo partialis: cum enim ſit ſubſtantia rationalis/eſt homo et riſibilis: abſolute capiendo terminum homo. in vſu nãq; vulgari accipitur pro homine totali. et ſic illa pars eſt ſubſtantia ⁊ non homo. quando autem (homo) ſupponit pro filio dei: eſt terminus connotatiuus/pro ſecunda pſona in diuinis ſupponēs: connotãdo ꝙ humanitatem habeat aſſumptam. ¶ Redeũdo igitur vnde ſumus digreſſi nego maiorem illius ſyllogiſmi: puta/hic binarius nõ reſurget. et dico ꝙ hec pars ⁊ illa demonſtrãdo materiã et formam: erũt aliquid reſurgēs in ſenſu categorico. nã ad veritatem illius ſufficit ꝙ anima informãs hãc materiã vel partem eius vel aliquã eãdem vulgariter: redeat informãdo. et nego hãc conſequentiã. hec pars ⁊ illa pars reſurget: ergo hec pars reſurget: et illa pars reſurget. capiendo antecedens in ſenſu categorico: ⁊ conſequēs in ſenſu hypothetico. ſicut non ſequitur: hec pars et illa pars eſt aliq̃d equale huic toti: per (hec) et (illa) demonſtrãdo duas dimidietates. ergo pars hec ⁊ pars illa eſt equalis huic toti/in ſenſu hypothetico. vel ſic. hec pars ⁊ illa pars ſunt Sortes/in ſenſu compoſito/non autem diuiſo. Nec ſequitur ex hac ſolutiõe ꝙ Sortes ⁊ hec tunica reſurgēt/ cum anima nõ habeat ſimilem habitudinem ad tunicã qualem ad materiã quã informat. ¶ Ad ſecundum argumentum reſponſum eſt inter arguēdum ad vltimam replicationem vſq;: que intendit probare hãc concluſionem. corpora brutorum reſurgent: capiendo corpus de predicamento quantitatis. Aliqui ſane propter hoc argumentum formidabant admittere ꝙ alimentum conuertatur in ſubſtantiam aliti. ſed Albertus dicit ꝙ iſti falluntur per fallaciam figure dictionis/quia cõſequētia eſt nulla. Doctor iſte et alij opinione noſtra fallũtur. conſequētia eſt euidēs: nec aliquo pacto fallacia/vt patet intelligenti logicam ⁊ fallacias: nec impreſentiarum intendimus hoc logicam ignorantibus ſuadere. Concedo itaq; iſtas concluſiones de virtute ſermonis. Corpora brutorum reſurgent in extremo iudicio. corpora piſcium reſurgent in iudicio. quia corpus tantum valet quantum materia: et pars materie eſt materia. ſed iſte ſunt negande. reſurgent in iudicio corpora brutorum. reſurgent in iudicio corpora piſcium: quia tempore reſurrectionis non erunt corpora brutorum: ſed corpora brutorum reſurgent corpora hominum. Dicis. pari ratione deberemus concedere iſtas: corpus patris mei comedi: corpus hominis comedam. quod fuerit abſurdũ. et patet adiuncto vno vero. nã in cõmuni modo loquendi dicimus/piſces comedi/boues comedi: q2 eorum materias comedi. tēpore enim comeſtionis nõ erãt piſces. ſed cadauera piſcium vel piſces per ſynecdochen. Solum ergo materias piſcium qui fuerunt comedi: et illa materia ĩformabatur anima Caſtoris vel pollucis ſub-

merſi in mari. Et hoc melius coaptatur illi difficultati de materia que informabitur ſucceſſiue duabꝰ animis. ſicut contingit de aliquibus Scythis veſcentibus carnibus humanis: vt Antropophagis: vel in caſu noſtro. Reſpõdetur. admittimus iſtã et ſimiles comedi piſces: quia cadauera proxima piſcium comedi: non ſic de carnibus humanis: quia licet materias hominũ comederimus: tñ proxime non informabãtur animus hominum. ¶ De difficultate autem in quo reſurget illa materia q̃ informatur varijs animabꝰ ſucceſſiue: quã mouet beatus Augu. xxij. de ciui. dei. c. xij. ad finẽ. et inter ceteras vocat illã difficillimã: dicit ꝙ in primo reſurget: qꝛ erat purior in illo et deus ſupplebit in reliquo. poteſt etiã in vtroq3 reſurgere ſi deo placuerit: cum idẽ poſſit eſſe circumſcriptiue in duobus locis. vel in vltimo et deus ſupplebit in primo. Sed contra iſtud argumentor. Corpus habebit beatitudinem ſibi competentem in ſuis dotibꝰ: et habens beatitudinem maiorem in anima/maiorẽ habebit in corpore. ſed contingit ꝙ ſecundo comedens illã carnem ſit primo ſanctior. ſi ergo ponatur in vtroq3 proportiõabiliter beatificabitur beatitudine corporali ſm animas. Dico ꝙ beatitudo corporis proprie non eſt beatitudo. Hermaphroditi autẽ: qꝛ ſm naturaliter loquentes plus participãt de vno ſexu: licet diſcrimen non bene demus: in illo redibunt pure. Si ſint due anime in monſtro: redibunt duo homines. vbi vero eſt vna: redibit nõ monſtrum: potiſſimum in beatis. Paruulis item decedentibus in reſurrectione deus augebit materiam ſufficientem. Et redibunt homines in proprijs corporibus. ſm illud Iob. xix. Rurſum circũdabor pelle mea. Et in carne mea videbo deum ſaluatorem meum. Quem viſurus ſum egoipſe et non alius. Et licet homo non erit idem Metaphyſice. vt ſupius diximus: quia non erunt eedem partes adequate: tamen erit idem vulgariter qꝛ eadem anima cum vna parte corporis ante habiti/cum ſupplemẽto eius quod deeſt. ¶ Tertio arguit̃. nõ reſurgunt impij in iudicio. vt dicit̃ Pſal. j. Reſpondet̃ nõ reſurgẽt ad ſuã ſalutem/ ſaltẽ non reſurgẽt impij ad ſuam ſalutem. ¶ Quarto arguit̃ ſic. Antichriſtur non poteſt eſſe futurus: ergo non poteſt reſurgere. probatur antecedens: qꝛ vel eſt dabile maximum tempus ꝑ qđ Antichriſtus poteſt eſſe futurus: ⁊ hoc non. quia quocũq3 tempore dato in quo poteſt eſſe futurus: in maiori tempore poteſt eſſe futurus: nec dat̃ aliud membrum: vt patet currendo per omnia. non enim dat̃ minimũ tempus ꝑ quod poteſt eſſe futurus: nec maximum ꝑ qđ nõ poteſt eſſe futurus: nec minimum ꝑ qđ nõ poteſt eſſe futurus. quia ſi ſic: maxime eſſet ꝑ tempus infinitum. ſed hoc nõ: quia illud tempus non eſt paruum. Item pars infinita illius temporis eſt minor: et ꝑ illã Antichriſtus non poteſt eſſe futurus. ¶ Reſpondet̃ ad materiam argumẽti: relicta impreſentiarum difficultate materie Phyſice: ꝙ datur minimum tempus ꝑ qđ Antichriſtus non poteſt eſſe futurus: ⁊ illud eſt verũ de tempore infinito: qꝛ ꝑ totum illud tempus Antichriſtus non poteſt eſſe futurus: ⁊ per quodlibet minus tempus poteſt eſſe futurus: tenẽdo ꝙ vnum infinitum non eſt minus alio.

¶ Contra tertiam cõcluſionem argumentor. Aliqui relinquent̃ viui in aduẽtu Chriſti ad iudicium. iuxta illud ſymboli. Venturus eſt iudicare viuos et mortuos. ¶ Preterea arguit̃ cõtra illam partem in qua dicit̃ ꝙ reſurgent in ictu oculi. ergo in inſtãti: ⁊ ꝑ conſequẽs erit vacuum naturaliter: vel duo corpora de predicamento ſubſtantie erunt in eodem loco. vtrũq3 eſt diſconueniens ⁊ reprobatum ab Ariſto. iiij. Phyſicoꝝ. igit̃. conſequẽtia oſtendit̃ acceptis pulueribus in ſepulchro: qui ſi minorem locum occupabũt cum informabũtur anima intellectiua: vel aer ingredit̃ in inſtãti: ⁊ hoc non. qꝛ motus non poteſt eſſe in inſtanti: vel ſucceſſiue: et ita dabit̃ vacuum. eodem modo ſi corpora debeant eſſe maiora illis pulueribus: ⁊ alia corpora nõ poſſunt in inſtanti recedere: duo corpora erunt in eodẽ loco proprio. ¶ Ad primum dicitur ꝙ illi vocant̃ viui qui ſupererũt ante aduẽtum iudicij: qui tamen morientur. nam ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori. vt dicit Apoſtolus ad Hebreos. ix. hoc tenent Augu. ⁊ Ambroſius: vt magiſter allegat. et ſcriptura quadrat. Dicit enim Apoſtolus. j. ad Theſſaloni. iiij. Mortui qui ſunt in Chriſto reſurgẽt primi: deinde nos qui viuimus qui relinquimur/ſimul rapiemur cum illis in nubibꝰ obuiam Chriſto in aera. ſed breuiſſima mora manebunt mortui. Beatus Hieronymus autem ſcribẽs ad Marcellinam tenet oppoſitum. Et Auguſtinus hoc qđ tenuit in ſecundo libro retractati. c. xxxij. ¶ Ad aliud dico ꝙ in reſurrectione ⁊ ante eã multa erunt. nã quãdo homo morit̃/anima deſinit informare corpus: ⁊ partes materie informant̃ alijs formis. deniq3 erimus eſca vermibus/ſerpentibus/et ceteris id genus. Vnde dicit eccleſia. Memento homo ꝙ cinis es ⁊ in cinerem reuerteris. Hinc in ſancto Victore in epitaphio Petri Comeſtoris legit̃. Petrus erã quem petra tegit: factuſq3 comeſtor Nunc comedor. Bone deus hic non eſt materia riſus ⁊ ſupbie: iuxta verbum Eccleſiaſtici. x. Quid ſupbis terra ⁊ cinis? ſed colligẽda eſt noſtra vita cum frequenti memoria mortis. qđ plus tibi conducet q̃3 ſcire explicare nodos latentes materie quã querimus de mutatione inſtantanea. ſed vnũ faciendo/aliud non omittere opereprecium eſt ad fugiendum ocium. Comminus accedendo/ partes iſtas recolligere oportebit: et hoc fiet miniſterio angelorũ: iuxta illud Matthei xxiiij. Mittet angelos ſuos cum tuba et voce magna: et congregabunt electos eius a quatuor ventis: a ſummis celorum vſq3 ad terminos eorum. Iſtud ergo fiet temporarie. Si autem angeli nequeant omnia corpora inuenire ſibi relicta vt corpora Ioannis Hus et Hieronymi Pragenſis ⁊ aliorum crematorum in aqua diſperſorũ: deo adiuuante colligent illas partes vbicunq3 fuerint. rurſus collectis corporibus deus faciet diſpoſitionẽ: et illa viuificabit anima intellectiua: corrũpendo formas priores. Nec eſt certandum an cor ſit principalior pars et ab eo incipiat/an caput. Hic enim non oportet dare prioritatem temporis: ſed poteſt eſſe in inſtanti: ſic ꝙ primum inſtans informationis anime erit primum inſtans non eſſe forme precedentis. Et demus ꝙ materia hominis erit denſior q̃3 materia preiacens fuerit: nego ꝙ vacuum propterea ſit naturaliter. nam aer ſubito inſequitur minorationem illorũ corporum. et eſt mutatio: ⁊ non motus. Natura enim ſic aborret vacuum: vt ipſum non ꝑmittat durare ꝑ tempus vel inſtãs. qđ rebus ſtãtibꝰ vt nunc conſtat. Nec eſt difficultas de mutatione ſubita: cum res ſucceſſiue diminuantur et de loco mutentur. Qꝛ vacuum natura abhorreat: patet ſic non aliã ob rem aqua aſcendit in culmo niſi ad fugiẽdum vacuum/te bibente et aerem attrahẽte. Nec vinum e baſi dolij trahere potes niſi coſtã terebres. propterea aqua non deſcendit ꝑ foramina clepſydre in horto/foramine ſupiore clauſo: ſed bene aperto vt aliud corpus ingredi poſſit: et non ideo qꝛ aer reſiſtit aque ne deſcendat ꝑ foramina. nã remoto pollice rimã ſupremã claudente/protinus deſcendit aqua: ⁊ tamen eſt idẽ aer/equaliter vt antea reſiſtẽs. fuit quidem ipſa aqua ſuapte natura non inclinata ad deſcenſum in illo caſu. Et ſi doliũ quãtũcũq3 magnum



ſit ponatur ſuperius clauſum: alio extremo ſublato nihil liquoris deſcendet. qđ patet per foramina parua vel magna in clepſydra: vel ſi caues totam baſim clepſydre ſupremo foramine obſtructo: niſi aer inferne ingrediat̃ vel ad alias partes. ſed ſi coſtã vaſis terebres aqua ꝑ foramina baſis exibit. Similiter ſi vitrũ repleueris aqua: orificio in aqua manente: extrahendo pedetentim vitrũ quouſq3 dimidietas vel vna quinta pars vitri maneat in aqua: vel vitrum non potes extrahere: vel aqua aſcẽdit ad baſim phiale niſi aliquis aer ingrediatur inter digitos tuos et vitrum. His itaq3 experimentis conſtat naturam ſumme vacuum abhorrere. ⁊ palam eſt ꝙ vacuũ eſſe naturaliter eſt impoſſibile. ſiue aſcenſus grauis ſit a forma ſubſtãtiali: ſiue potius a deo rectore vniuerſi: circa qđ nunc non inſiſto. Non tamen nego quin vacuum poſſit eſſe ſupnaturaliter. ¶ Ad nodum igit̃ argumẽti dico ꝙ non repugnat aeri mutari ſubito. quare ergo nõ intrabit in inſtanti? nulla eſt repugnantia intrinſeca: cum forma aeris ad hoc inclinet̃. Reſiſtentia enim extrinſeca non impedit. Nec valet dicere. eſt agens limitatum ⁊ finitum: ergo non poteſt agere in inſtanti. nam ſm iſtos eoſdem anima poteſt ſuos actus producere in inſtanti: et tamen eſt creatura finita. Sed cõtra hoc dicis. ponamus totam ſpheram aeris/aque/⁊ terre corruptam: tũc ignis ꝑ me ibit ſubito ad euitãdum vacuũ: et ſic erit mirabilis raritas. Reſpondeo. hoc argumentum erit equalis ponderis contra te ſi ponat̃ ſucceſſiue moueri. nam quero vbi erit ſtatus ſucceſſiue in raritate mouendo ad fugiendum vacuum. ſi nullus: habet̃ inconueniens qđ contra nos infers. ſi ſit ſtatus per te in maxima raritate: hoc nobis ſufficiet. Et dico ꝙ ad maximam raritatem poſſibilem/natura illum aerem ne ſit vacuum mutabit: qui ſi non ſufficiat: alia corpora circunſtãtia etiã ſubito rareſient. ſicut iam fit quando lapis mouetur ꝑ aerem: anterior enim aer condenſatur: et poſterior rareſit inſequendo/ſi fuerit citra maximam raritatem poſſibilem: in qua ſi fuerit: non mouebitur lapis: non ob reſiſtẽtiam aeris: ſed ne detur vacuũ vel rarius rariſſimo. Vbi autem non eſt ſufficiẽs corpus ad replendum: aut potius impediendum vacuum in corporibus circũiacentibus: non eſt hoc imputandum nature: que facit qđ poteſt et hoc ſuppoſito ꝙ maius ſit diſconueniens in natura habere rarius rariſſimo naturali/ q̃3 vacuum admittere. alioquin non dabitur vacuum. et vltra raritatem naturalem regularem datur maior raritas. nam ſicut homo exiſtẽs inter precepta incompoſſibilia obligatur ſeruare maius et ab alio abſoluitur: ſic quando in natura neceſſe eſt in alterum duorum incompoſſibilium naturalium incidere: videt̃ ꝙ natura a maiore ſi poterit/ſe elongabit. ¶ Epilogus dictorum in hac queſtione. Quilibet reſurget in extremo iudicio. et ſi quantitas materie in qua quis decedit immenſa fuerit/ſuperfluitas reſecabitur ſicut defectus parue materie ſupplebitur. nec ſemper reſurget idem homo Metaphyſice et realiter loquẽdo. materia enim eſt eque pars compoſiti ac forma/licet minus principalis. ſed reſurget idem homo moraliter et vulgariter loquendo. Item corpora brutorum reſurgent in iudicio: ſed non reſurgent corpora brutorum. nam hic ſyllogiſmus eſt infallibilis. iſta reſurgent: iſta ſunt vel erũt corpora brutorum: ergo corpora brutorum reſurgent. Si enim preſidens in vico ſtraminis diceret hic fallaciam eſſe in forma: ab alijs regentibus aſſiſtentibus iudicaretur non exercitatus logicus. Hec autem nolim intelligas in Alberti contemptum dicta. nam is erat modus loquendi in diebus eius: et adhuc eſt aliquorum parum ſe logice accommodantium. ſed hec dixi ne quis ꝓpter viri eruditi auctoritatem credat ita fore dicendum.

SEd de reſuſcitatione corporũ dubitat̃: an reſurgent in ſuis ſepulchris. ⁊ ſic cum in vno ſepulchro ſint multa corpora vt in Arbee corpora patriarchaꝝ: multa corpora erunt in eodem loco proprio. et contingit varias partes in varijs locis ſepeliri: et eque principales: vt dimidietatem capitis vel cordis cũ equali portione corporis. ¶ Reſpondeo. vbi eſt maior pars in ſepulchro illic reſurget corpus. ſm illud Ezechielis xxxvij. Ecce ego aperiam tumulos veſtros: et educam vos de ſepulchris veſtris populus meus. Et Matthei xxvij. Monumenta aperta ſunt: et multa corpora ſanctorum qui dormierant ſurrexerunt: et exeuntes de monumentis ⁊c. vbi gloſ. dicit. Monumẽta aperta ſunt in typum reſurrectionis future. ergo reſurrectio mortuorum erit in monumentis. De ſubmerſis autem vel habẽtibus partes eque principales in varijs locis dicitur/ꝙ colligent̃ vbicũq3 fuerint. et viuificatio erit vbi deo placebit: et reſurrectio. Forte adducent̃ omnes partes ad vallẽ Ioſaphat in qua erit iudiciũ ſm Iohelẽ in. iij. ca. ſui libri. et dies iudicij veniet ſicut fur: in media nocte. ſ. ꝑ reſpectum ad terram ꝓmiſſionis. iuxta verbum Apoſtoli. j. ad Theſſa. v. et. ij. Petri. iij. Vel in media nocte. id eſt inopinate. et hoc eſt rationabilius ꝙ veniat ad iudicium in die ſicut aſcendit. Actuum. j. et reſurrexit in die: hoc eſt in principio diei. Et loquor de die et nocte reſpectu horizontis Hieroſolyme: quia palam eſt ꝙ erit reſurrectio in nocte ꝑ reſpectum ad aliquem horizontẽ. niſi velis dicere ꝙ celum non mouebit̃ ante reſurrectionem: vel circa eam. et ſic nec erit dies/nec nox: ſed ſufficit ꝙ incipiat eſſe dies in horizonte Iudee. Et licet magis orientales vel occidui reſurgent noctu in ſepulchris ſuis: non refert. Omnes autẽ poterunt ſtare in valle vel prope eam in aere/quando venient ad iudicium.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimetertie.
Queſtio Sexta.

SExto in hac diſtictione. xliij. quero. An corpora mortuorum reſurgent cũ omnibus ſuis partibus et adminiculis. ¶ Pro ſolutiõe queſtionis pono ꝯcluſiones. Prima eſt. Electi reſurgẽt cum omnibus ſuis partibus ſufficientibus ad ſuã complexionem naturalem/natura non errante. Probat̃ concluſio. nam beatus habet quicquid vult: et nihil mali vult. ſed hoc eſt rationabiliter volendum ꝙ corpora decentia habeant. ⁊ admiſſo ꝙ magna materia ad caput redeat et econuerſo: et ita in alijs partibus: idem tamen cõpoſitum redibit. vt ſi frangens panem non piſtum: partes coniungas in varijs ſitibus: redibit eadem paſta. nam cum ſint eedem partes: idem compoſitum eſſe eſt neceſſe. et licet non redeat eadem manus/nec idem brachium: tamen redibũt eedem partes eſſentiales omnes que fuerũt. Manus enim eſt terminus connotatiuus ſupponens pro membro/connotando ꝙ taliter ſituet̃. nam ſi illa caro poneret̃ in crure informata anima: eſſet eadẽ pars que prius: ſed nõ eſſet amplius manus. vnde de predicamento ſitus eſt terminus manus. ſicut ſi a. ſupponat ꝓ parte cere connotãdo ꝙ ſic ſituet̃: et b. ſimiliter ꝓ alia parte ſupponat: et partes ille eſſent liquefacte et coniuncte: eſſet eadem cera

numero que prius. Sed cum ſit queſtio facti: videtur ꝙ partes redibunt ad eundem ſitum. ſm illud Ezechielis xxxvij. Acceſſerunt oſſa ad oſſa: vnūquodqꝫ ad iūcturā ſuam. ¶ Secunda concluſio. Non ſolum partes eſſentiales hominis reſurgent/ſed humores ſine quibus partes ille non bene conſeruanť. Probať ſic. ſanguis/cholera/phlegma/et melancholia requirunť ad conſeruationem naturalem iſtarum partium: et non ſunt partes hominis. In homine enim non eſt ponendum vacuum: nec videtur aliquid commodius includi ꝙꝫ illi humores ſine quib⁹ homo conſeruari naturaliter nequit. Inſuꝑ vinum in euchariſtia conuertiť in ſanguinem Chriſti: ergo eſt ſanguis in corpore Chriſti. Hoc habetur ex btō Auguſtino lib. j. Retractationū. c. xvj. ⁊ lib. ij. ca. iij. ¶ Tertia concluſio. Non modo reſurgent partes eſſentiales humane et partes ſine quibus naturaliter conſeruari nō poſſunt: ſed etiam partes ad decorem compoſiti facientes: vt capilli/palpebre/⁊ huiuſmodi. Probatur: quia beatitudo pficit naturā accidentaliter et non inficit: ergo partes nō minus diſpoſite reſurgent ꝙꝫ hic ſint. Et confirmatur ꝑ illud Luce. xxj. Et capillis de capite veſtro non peribit. et Matthei. x. Veſtri capilli capitis omnes numerati ſunt. ſicut folia in arborib⁹ ſunt ad decorem eaꝝ. nihil autē erit indecoꝝ in beato: ſm beatum Auguſtinum in Enchiridio. v. ca. ergo vngues pili/debitus color/et figura reſurgent in beatis. De damnatis vero dubitat beatus Auguſtinus: et cum eo ſi vis poteſ dubitare.

¶ Contra iſta argumentor. Iſti reſurgent: iſti ſunt claudi: ergo claudi reſurgent. eodem modo argumentaḃor ꝙ ceci et gibboſi reſurgent: et inuidi cum oculis concauis: et iracundi cum frontibus rotundis: et ſtolidi cum latis frontibus. nam facile eſt deducere expoſitorie. Inſuꝑ martyres reſurgēt cum cicatricibus. De Chriſto enim diciť Joannis. xx. Videbūt in quem tranſfixerunt. Preterea ex coſta Ade plaſmatum eſt corpus Eue/partialiter vel totaliter: et illa reſurget in Eua: alioquin non reſurgeret integra. ergo Adam nō reſurget integer. ¶ Reſpōdeť. ceci reſurgēt: claudi reſurgent: gibboſi reſurgent beati. hoc probatum eſt expoſitorie. Secunda propoſitio. Beati non reſurgent ceci/nec claudi. hoc patet ꝑ cōcluſiones. Tertia propoſitio. ceci reſurgent videntes: et claudi reſurgent erecti. Dicit enim Apoſtolus. j. ad Corinth. xv. Mortui reſurgent incorrupti. Ad aliud de martyribus. non eſt eis dedecori habere cicatrices: ſicut nō habeť turpe Achilli ſemel leſum eſſe ab Hectore/et ſemel a Troilo. Sed ꝯtra hoc dicis. ſi cicatrices hoc modo reſurgant: ſanctus Dionyſius reſurget cum capite in pectore: et ita de alijs martyribus. Reſpondeo. habebunt ſolum vt opinor aliqua veſtigia parua vulnerum. Quod autem Joānis. xx. dixit Thomas. Niſi videro in manibus eius fixurā clauorū et mittam digitum meum in latus eius nō credam. ſpeciale poterat eſſe pro tunc in Chriſto. Non enim reſurgent illo modo quo occidebanť vel ledebanť. Ad tertiū de coſta dicitur ꝙ reſurget in Eua. Non enim erat ſuperflua pro tota ſpecie. quia creabať in Adā non vt maneret ꝑpetuo pars eius: ſed ad repreſentandam vnitatē que eſt inter virum et vxorem. ¶ Secūdo argumentor. ſi non ꝑibit capillus de capite: immenſa erit multitudo capillorum in cholerico et in calidis: ⁊ magna lōgitudo in ſeptētrionalibus. Idem erit de vnguibus. ad qd etiā deſeruiunt alij humores? ¶ Reſpondeť. non redibunt omnes capilli quos homo habuit quo ad longitudinem ſed alique partes virum ornantes: que nunꝙꝫ augebuntur: quia in homine non erit aliqua ſuperfluitas poſt reſurrectionem. nec erit incrementum pilorum. nam calor reſoluit aliquos humores terreſtres/vnctuoſos ad poros: qui infrigidantur a frigiditate cutis et aeris circunſtantijs: et rurſus alie partes ſequunť et creſcunt in longitudinem: vt videmus: qđ poſt reſurrectionem non continget: ſed omnes pilos quos homo habet in reſurrectione/ſemꝑ tenebit vniformiter. Non augebūtur vt dictum eſt. nec diminuenť ab aliquo contrario: quia cum ſint in termino: deus non concurrit ad corruptionē eoꝝ. quare nunꝙꝫ mutabunť in albedinem/vel in colorem ſenilem. et ſic de vnguibus dicať. Is autē qui mortui fuerint calui/dabunť pili ſufficientes: et reſurgēt nō calui: ſicut paruuli morientes poſt baptiſmum habebunt materiam ſuꝑadditam. ¶ De humoribus autem et humiditatibus: hoc notato iuxta Auicennam. xij. de animalibus. ca. v. Humor in magnis contineť venis: humiditas vero eſt extra magnas venas. Triplex autem eſt humiditas quedam diſꝑgiť ꝑ membra ſicut ros: et hec eſt in foraminibus paruarū venarū: que dicunť meſeraice ſeu capillares. Secunda humiditas eſt illa que eſt propinqua coagulationi et incipit dealbari: et non ꝑuenit ad completum. et dicitur cambium. Tertia humiditas eſt iam icorporata. et diciť gluten/tenella pars/ſeu mollis ſubſtantia membri. gluten in reſurrectione manebit: quia iam eſt pars hominis. ros et cambium non reſurgent: quia ſunt ad nutritionem indiuidui. modo indiuiduum tunc manebit ſtabile ſine nutrimento. Sunt etiā in idiuiduo tres ſuꝑflue humiditates. quedam eſt quā natura intendit abijcere: vt ſunt ſuꝑflua prime et ſecunde digeſtionis. Quedā quā natura intendit abijcere ab indiuiduo ad continuationem ſpeciei. quemadmodum eſt ſuꝑfluum tertie digeſtionis. Quedā quā natura ordinauit ad nutrimentum alterius indiuidui. quēadmodum eſt lac in muliere quo nutriť proles poſt natiuitatem ex vtero: et menſtruum quo nutriť in vtero. Tales autem humiditates nō reſurgent: quia nihil erit ſuꝑfluū qđ natura illic expellat. quare nec erit vrina: nec ſudor nec materia fecalis/nec ſemen. Iſta enim ſpectāt ad naturam ſolam corruptibilem/et animalem humanam.

¶ Diſtinctionis Quadraeſimetertie.
Queſtio Septima.

SEptimo & vltimo quæriť. An femine reſurgent in ſexu maſculino. Et videť ꝙ ſic. nam maſculus et femella ſunt differentie accidentales: ita vt huiuſmodi ſexus non variet ſpeciem. Hinc dicit Philoſoph⁹. v. Metaphyſice. ⁊. xvj. de animalibus ꝙ femina eſt mas occaſionatus: et preter intentionē nature. Item ad Epheſios. iiij. diciť. donec occurramus omnes in virum ꝑfectum. Honeſtior quoqꝫ et nobilior eſt ſexus maſculinus. ergo oēs reſurgent in ſexu maſculino. Quidā inſuꝑ grauis theologus dicit ꝙ forte oēs femine reſurgent in ſexu maſculino preter beatam virginē. Et confirmo iſtud ſuppoſito illo qđ recitat Plinius in naturali hiſtoria. ca. iiij. libri. vij. de varijs qui in vita mutati ſunt de ſexu in ſexum. Ponā totum caput: quia ipſum eſt breue. Et feminis (inquit) mutari in mares nō eſt fabuloſum. Inuenimus annalibus Licinio Craſſo. C. Caſſio Longino conſulibus: Caſini puerum factum ex virgine ſub parentibus iuſſuqꝫ aruſpicum deportatum in inſulam deſertā. Licinius Mutianus prodidit viſum a ſe Argis Ariſtōtem cui nomen Areſtuſe fuiſſe. Nupſiſſe etiam. Mox barbam ⁊ virilitatem prouenisſe: vxoremqꝫ duxiſſe. Eiuſdem ſortis et Smyrne puerum a ſe viſum. Ipſe in Aphrica vidi mutatum in marem nuptiarum die. L. Coſſicum ciuem Tiſdritanum. Editis geminis rarū eſſe: aut puerpere aut puerperio: preterqꝫ alteri vitam. Si vero vtriuſqꝫ ſexus editi ſint gemini/rationem vtriqꝫ ſalutem. Feminas gigni celerius ꝙꝫ mares: ſicuti celerius ſeneſcere. Sepius vero moueri mares in vtero: et in dextra fere parte: in leua feminas conſtat.

¶ Reſpondetur ad titulū quæſtionis. Tam maſculi ꝙꝫ femine reſurgēt in ſexibus ſuis in quibus deceſſerunt. Probať hec concluſio ꝑ Auguſt. xxij. de ciuitate dei. ca. xvij. dicentem. Mihi ſaꝑe melius videnť qui vtrūqꝫ ſexum reſurrectuꝝ eſſe non dubitāt. Et hoc patet ex reſponſione Chriſti ad Saduceos. In reſurrectione neqꝫ nubent/neqꝫ nubenť. Matthei. xxij. ergo voluit dicere ꝙ reſurgēt in ſexibus ſuis: alioquin vana fuiſſet reſponſio: ſi omnes in eodem ſexu ſint reſurrecturi. Preterea ꝓbať idem. Si femine non reſurgēt in ſexu femineo: hoc eſt q: pudebit feminas ſui ſexus: vel quia erit prouocatio ad malum. ſed hoc non: quod facile cognoſci poteſt per Adam et Euam in ſtatu innocentie: quos non magis puduit illorum membrorum ꝙꝫ digiti vel faciei. ſed poſt peccatum eos puduit: et ꝓpterea fecerunt ſibi perizomata.

¶ Hac concluſione probata reſpōdeo ad rationes ab initio adductas. Ad primam concedo ꝙ mas et femina non diſtinguuntur ſpecie eſſentiali. Ad Ariſtotelem. xvj. de animalibus dico ꝙ natura intendit qđ eſt ꝑfectius. ſed deus/qui ordinem ⁊ cauſalitatem nature dedit: ordinauit ꝙ eſſent femine ſicut viri: quippe ſine quibus hic mundus durare non poteſt: pluſqꝫ ſine viris. Suppoſita autē veritate hiſtoriaꝝ Plinij/nihil cōtra cōcluſionem. Dico nāqꝫ ꝙ mulier redibit in illo ſexu in quo deceſſit. et ſi ſit hermaphroditus/reſurget in eo ſexu de quo pl⁹ participat. ſi equaliter habeat de vtroqꝫ (qđ vix euenit) redibit in ſexu maſculino: vel in quo de⁹ voluerit. ¶ Preterea arguiť. Sexus femininus nō eſt neceſſarius niſi pro generatione ⁊ partu. ſed in alio ſeculo non erit generatio. ergo non eſt opus ꝙ redeāt in ſexu femineo. Reſpondeo: illud argumentum ꝓbaret ꝙ viri non deberent reſurgere in ſexu virili: nec haberent emiſſoria capitis vel ventris: q: ꝑ partes illas non purgabūtur corpora in patria. partes tamen redeunt ad ꝑfectionem nature oſtendendam.

¶ Dubitatur circa ea quæ Magiſter tangit in litera. An quilibet cognoſcat peccata ſua in extremo iudicio. Reſpōdeť. malus et dānat⁹ cognoſcit pctā ſua pro quibus dānatus eſt: vt amplius affligať: ⁊ etiā alij hoc cognoſcent ne murmur ſit contra iuſtitiam dei. De bonis quoqꝫ non eſt diſconueniens ꝙ ſua peccata preterita cognoſcant vt deum laudent: qui ſibi in peccatis pepcit: iuxta illud qđ Magiſter allegat ex Gregorio. iiij. Moralium exponēte illud Pſalmographi. Miſericordias domini in eternum cantabo. Pſal. lxxxviij. Quomodo miſericordias domini in eternum cantabit qui ſe miſerum fuiſſe ignorat? et ſi miſerie tranſacte nō meminit: vnde largitati miſericordie laudes reddet? Probabile autem eſt ꝙ mala deleta per penitentiam quemadmodum ſunt omnia mala electorum non patēt alijs: ſed ſolum ijs qui ea perpetrarunt non dolebunt: quia ad dolorem vel triſtitiam deus non concurret: ſed gratias agent.

¶ Ecce pro tota hac diſtinctione quo modo Chriſtus primitie dormiētium primo reſurrexit. ſic beata virgo. ⁊ idem putatur de Joanne euangeliſta. Alij omnes reſurgent cum quantitate ſufficiente et colore ſm cōplexionem et regionē: vt cognoſcanť cuiates ſint. Et ſi membris orbati fuerint et parui: deus ſupplebit. de electis non eſt dubium: et etiam probabile eſt in dānatis. Si dicas. in penam peccati eos partibus orbatos relinquet deus: Obijcio. erunt aliqui omnes partes habentes cum pluribus vel equalibus peccatis decedētes. ergo illa ratio non ſufficit. nam gratias multas gratis datas dat deus damnatis: alioquin peſſime ſe haberent. Quilibet item reſurget in proprio ſexu in quo deceſſit/vel de quo magis participat. et ſi eq̄liter de vtroqꝫ quis participet: in ſexu maſculino vel in quo deus volet reſurget. Reſurrectio erit primo in locis in quibus corpora ſepeliunť. Si autem partes eque principales fuerint in varijs locis: vt dimidietas capitis et dimidietas corporis in a. loco: et ſimilis pars in b. loco: erit reſurrectio in illo loco in quo deus voluerit. Inſuꝑ ſi plures in eodem loco ſucceſſu temporis ſepelianť: cum tumulus habeat varias partes: in eodē tumulo cōmuni/vel alio loco cōmuni reſurgēt. Hinc sctā Brigida: ſanctus Patricius: et ſanctus Columba ex eodem tumulo ꝓhibūt: iuxta carmina. In villa Duno/tumulo tumulanť in vno Brigida. Patricius/atqꝫ Columba pius. Crematorū autem et diſꝑſoꝝ in mari deus dabit angelis puluerem colligendi poteſtatem vbicūqꝫ fuerit: qui omne poſſibile diſtincte cognoſcit ab eterno. Item diximus ꝙ ſi eadem caro fuerit in varijs hominibus ſucceſſiue: poteſt deus facere ꝙ illa eadem caro in vtroqꝫ illorū reſurgat/vel in altero tm̄ in quo voluerit. vtrūqꝫ enim eſt ei eque poſſibile. Nec habendus eſt oculus ad idētitatem Metaphyſicā ⁊ realem. nā Eglon obeſus et abdomine plenus reſurget non cum carne ⁊ pinguedine quā habebat quando ab Aioth occidebať: ſed reſurget idem Eglon vulgariter loquendo. Contingit etiam dare virū: vt opinor: qui parū vel nihil carnis aſſumpte in initio ſue natiuitatis/habiturus ſit. Nam partes corporis ex alimēto ꝓuenientes mutanť ⁊ fluunt: quibus alie partes ſuccedunt: vt cor/cerebrum/et alie partes ex ſemine vel parentum ſeminibus reſultātes. quare etiā non reſoluerentur: cum nutrianť et augeātur? hinc cor ſenis eſt maius corde iuuenis: ⁊ ita de quacūqꝫ alia parte.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequarte.
Queſtio Prima.

MAgiſter in hac diſtinctione loquitur de annis reſurgentium dicens ꝙ reſurgent omnes in etate Chriſti. hoc eſt in quantitate reſpondēte eius annis. et gratia illius dicit Chriſtum in terris vixiſſe xxxij. annis cum trib⁹ mēſibus. poſtea loquiť de pena inferni: et de modo puniendi dānatos. Conformiter ad hoc queſtiones huius diſtinctionis partiar: primo de annis Chriſti loquuturus: quia forte ſſe nō eſt veꝝ qđ dicit Magiſter. et conſequenter querā: quot diebus manſerit mortuus. Deinde de penis loquar. ¶ Quo ad primū igiť quero. Quoto

anno etatis Chriſtus paſſus ſit. De hoc q̄ſito varie ſunt ſapientum ſententie. Magiſter enim dicit Chriſtum triginta duos annos cum tribus menſibus habuiſſe. Et licet ſint vt diximus varie opiniones: ſententia iſta apparet ꝙ Chriſtus habuit .xxxiij. annos cõpletos: cum parte quarti anni/temporis ſue peregrinatiõis ſm̄ corpus in terra. Que ſic probatur. Chriſtus ſue etatis anno trigeſimoprimo currẽte baptizatus eſt. Nam dicitur Luce .iij. Et ipſe Jeſus erat incipiẽs quaſi annorum triginta. vbi ſm̄ Chryſoſtomum Homilia .xj. ſup Mattheum iam Chriſtus habebat triginta annos completos: et trigeſimũprimũ inceperat. et ita tenet Auguſtinus. et confitetur commentator ſeu poſtillator in gloſſa: licet magis deſcendat in oppoſitum. Idem tenet Beda lib. de tẽporibus. capite .xlvij. dicẽs. Habet ni fallor eccleſie fides dominum in carne paulo pluſq̃ trigintatribus annis vſq̃ ſue tempora paſſionis vixiſſe: ꝙ videlicet triginta annorum fuerit baptizatus ſicut euangeliſta Lucas teſtatur: et tres et ſemis annos poſt baptiſma predicauit. ſicut in euangelio Joannes non ſolum cõmemorato tertij redeuntis paſche tempore perdocet: ſed ⁊ idẽ in Apocalypſi ſua. Daniel quoq̃ in viſionibus prophetice deſignat. Hec dicens Beda innuit tempus predicationis Chriſti deſignari: vbi ſcribitur Apocalypſis .xij. et Danielis .xij. de tempore et temporibus et dimidio temporis: ꝙ. ſ. anno vno et annis duobus ac anno dimidio p̄dicauit. Inſuper Chriſtus nat⁹ eſt quadrageſimoprimo anno Auguſti Ceſaris: vt Tertullianus dicit: et citat Hieronymus Danielis .ix. cum ipſo opinando. | Sic inquit Hieronymus. Cleopatra cum Auguſto regnauit annis tredecim: poſt Cleopatrã annis quadragintatribus imperauit. nam omnes anni imperij Auguſti fuerunt quinquagintaſex. Idẽ ſcribit Hieronymus in plogo quem preponit | Chronicis Euſebij dicens. Chriſtus quadrageſimoprimo anno Auguſti natus: quintodecimo Tyberij predicare orſus eſt. ergo habuit .xxx. annos quãdo baptizatus eſt. Sed forte dices. inchoauerat trigeſimum annum. Contra hoc ſunt iſta introducta. Et adhuc probatur: ſuppoſitis aliquibus que tenet eccleſia: videlicet ꝙ Chriſtus natus eſt .viij. calẽdas Januarij: et baptizatus .viij. idus eiuſdem. quare ſi inchoaſſet ſolum trigeſimum annum habuiſſet ſolum .xiij. dies trigeſimi anni: et ſic ei multum defuiſſet de trigeſimo anno completo: contra euãgeliſtam dicentem. Jeſus erat incipiens quaſi annorum triginta. Ex qua concluſione ſequitur ꝙ multum aberrant a veritate euangelica dicentes Chriſtum paſſum fuiſſe .xv. anno Tyberij Ceſaris: vt Oroſius et Lactantius: quia in eodem anno ſm̄ euãgeliſtã Jeſus erat incipiẽs quaſi annorum triginta.

¶ Tunc ſic. Chriſtus habuit trigĩta annos completos quando baptizatus eſt: et ingreſſus eſt trigeſimũprimũ. ſed in paſcha .iiij. poſtq̃ baptizatus eſt/paſſus eſt: ergo ingreſſus eſt trigeſimũquartũ ſue etatis annum. q̄d eſt principale probãdum. Qz autem in paſcha quarto paſſus ſit: probatur. Nam poſt baptiſma ſuſceptum ſpirit⁹ expulit eum ſtatim in deſertum vbi erat .xl. dieb⁹. et .xl. noctibus: vt ſcribitur Marci .j. deinde iteratis vicibus venit ad Joannem. poſtmodum vocatus ad nuptias in Chana Galilee aquã in vinũ conuertit: vt habet̃ Joannis .ij. et hoc non erat anno quo baptizatus eſt: ſed anno immediate ſequente: et ita iam erat natus .xxxij. annos. Poſtea cum prope eſſet paſcha Judeorum: ipſe Hieroſolymam aſcendit: vbi vendentes in templo eiecit: Joãne nondum in carcerem miſſo. vt patet Joãnis .iij. Dein de Joanne decollato ſecedens trans mare Galilee cum prope eſſet paſcha dies feſtus Judeorum: ſatiauit quinq̃ milia hominum ex quinq̃ panibus ⁊ duobus piſcibus. Joãnis .vj. Et ante ſex dies anni ſequẽtis venit Bethaniam: vt habetur Joannis .xij. et crucifixus eſt in paraſceue paſche proxime ſequentis. cõſequens eſt. igitur ꝙ crucifixus eſt in paſcha quarto poſtq̃ baptizat⁹ eſt. Et iterum hoc oſtenditur. Nam ſub Anna pontifice Joannes cepit baptizare: et Chriſtus inter alios ab eo baptizatus eſt. vt habetur Luce .iij. et ſub Caipha pontifice crucifixus eſt/vt ex euangelio conſtat. ſed horum pontificum ſucceſſione vix complebatur quadriennium. Nã Joſephus .xviij. de antiquitatibus. c. vij. ſic refert Valerius Gracchus efficit̃ Annij Ruſi ſucceſſor. Is Ananum remmuens ſacerdotio Iſmaelem filiũ Jabi pontificem deſignauit. Sed et hunc non multo poſt abijciens Eleazarum Anne pontificis filium ſacerdotio ſurrogauit. Poſt annum vero etiam hunc arcet officio: et Simoni cuidam Camithi filio miniſterium pontificatus attribuit. Sed nõ amplius et ipſe q̃ vnius anni ſpatio/eodem pfunctus officio/Joſippũ cui Caiphas nomen fuit/habuit ordine ſucceſſorem.

¶ Sed cõtra iſta arguitur. Vocula quaſi/diminutionem aliquam importat in modo loquendi. ergo quaſi trigenarius dicitur ille qui nondum attigit .xxx. annos. ¶ Inſuper pleriq̃ valentes ſcriptores aſſerunt Chriſtum natũ .xlij. anno Auguſti Ceſaris: vt Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria. ergo vna probationũ nõ erat valida. ¶ Tertio arguitur .lxxviij. diſtinctione. ca. Preſbyter. Apparatus introducit Joannem Chryſoſtomum dicentem q̃ trigeſimo anno non attigerat Jeſus niſi triginta dies. ſicut in euangelio continetur: erat Jeſus quaſi annorum triginta. ¶ Ad primum reſpondetur. ꝙ (quaſi) ſignificat parum citra vel parum vltra: vt dicit Varro. cui ſynonymum eſt in ſignificato (fere) ſignificans parum abeſſe: vt dicit Calepin⁹: vel (iuxta) ſm̄ Priſcianum. et idem eſt. Simile habetur Joannis .vj. Diſcubuerũt viri numero quaſi quinq̃ milia. de quo Luce .ix. dicitur. erant fere viri quinq̃ milia. ¶ Ad ſecundũ. non omnes hiſtoriographi recipiendi ſunt: quando a vero deuiant. Secundo de Euſebio dicitur ꝙ non eſt contradictio niſi verbalis. nam aliqui loquuntur de annis emergentibus: aliqui de annis vſualibus. Emergentes autem anni eo die calendarij incipiunt quo res cuius anni computantur: incipit eſſe. vt ego natus ſum quarto die ante feſtum natalis. redeũte ergo illo die eſt annus emergens. loquor de reditu quo ad motum ſolis ab occidẽte ad orientem. Sed vſuales annos nationes diuerſe differenter inchoant. verbi cauſa. Romani incipiunt ſuos annos calendis Januarijs. Aegyptij ſuos inchoant quarto calendas ſeptembris. vide Bedam. et Greci a calendis decembris. Auguſtus autem imperiũ adiuit .xvj. calendas Maij: vt Ouidius in Faſtis ſcribit. et eodem die inceperunt anni emergentes. anni autẽ illius vſuales prius inceperunt apud Romanos calendis Januarijs proxime precedẽtibus. apud Grecos calendis Decembris. Loquentes itaq̃ de annis ĩperij Auguſti/vel emergẽtibus/vel vſualibus Romanorum/dicunt Chriſtum natum anno imperij eius .xlj. loquentes autem de annis vſualibus Grecorum vel Aegyptiorũ/Chriſtũ dicunt natum anno imperij Auguſti .xlj. loquẽdo enim de annis vſualibus Grecorum: prius currere cepit annus imperij Auguſti .xlij. q̃ Chriſtus naſceret̃. ſed Chriſto nato cucurrit adhuc apud Romanos annus Auguſti .xlij. ad diem octauum vſq̃ puta calendas Januarij. De annis autem emergentibus loquendo nõ prius currere cepit ãnus imperij Auguſti .xlij. q̃ adue-



niret dies .xvj. Calendarum Maiarũ. Et ſic patet quomodo Euſebius: qui Grecus erat: annum Calẽdis Decembris more Grecorum inchoauit. et cum eadem hiſtoria per Ruſinum in latinum tranſlata ſit: pleroſq̃ poſteriores fefellit. ¶ Ad tertiũ male allegat Chryſoſtomum gloſſa: vt patet ex ſupradictis. Inſuper dicit vnũ inopinabile: ꝙ Chriſtus trigeſimũ diẽ attigerat. q̄d eſt eque verum ac dicere ꝙ .xxx. dies mediãt inter feſtum natalis et feſtum epiphanie. immo ille text⁹ eſt omnino contra eam: qui dicit. Dominus autem trigeſimo anno baptizatus eſt: et poſtea predicauit. nemo enim eſt trigenarius niſi qui triginta annos compleuit. ¶ Ex his ergo manifeſtum eſt ꝙ Chriſtus anno Auguſti .xlj. nat⁹ eſt: qui annis .lvj. imperauit: et anno .xv. Tyberij Ceſaris predicare orſus eſt: quare tunc erat trigenarius complete. Proximo autem paſcha poſt baptiſmum nõ iuit Hieroſolymã: in ſecundo paſcha iuit: in tertio nõ iuit: in quarto iuit et mortuus eſt: ac orbem redemit. et per conſequens erant tres anni completi cum quatuor menſib⁹ vel circiter/poſt baptiſmum.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequarte.
Queſtio Secunda.

SEcundo in hac quadrageſima quarta diſtin. queritur quoto die Chriſtus reſurrexerit a mortuis. ¶ Reſpõdeo. tertio die. Chriſtus nãq̃ paſſus eſt in die paraſceues: vt patet Luce .xxiij. et Joannis .xj. Dies autem paraſceue eſt feria ſexta. et ſurrexit vna ſabbatorum/hoc eſt prima: ſcilicet die dominico. vt liquet ex illo Matthei .xxviij. Veſpere autem ſabbati que luceſcit in prima ſabbati: venit Maria Magdalena et altera Maria videre ſepulchrum. Et noſter Sedulius ita canit. Ceperat interea poſt triſtia ſabbata felix Irradiare dies: culmen qui nominis alti A domino dominante trahit: primuſq̃ videre Promeruit naſci mũdum atq̃ reſurgere Chriſtum. Et promiſit dominus ſe die tertio reſurrecturum. Matthei .xvj. ⁊ .xx. q̄d Cleophas in die reſurrectionis atteſtatus eſt dicens. Luce .xxiiij. Tertia dies eſt hodie ꝙ hec facta ſunt. ꝙ ſcilicet ſummi ſacerdotes eum tradiderunt et crucifixerunt. Hoc Joſephus .xviij. antiquitatũ. licet hebreus: confitet̃ dicens. Apparuit iterum ſuis tertio die viuus.

¶ Sed contra iſtam concluſionem arguitur probando ꝙ non reſurrexit tertio die. et hoc ſic. Chriſtus non eſt mortuus niſi vno die. ergo non ſurrexit tertio die: immo ſecundo. ¶ Preterea Chriſtus tribus diebus integris eſt mortuus. ergo non ſurrexit tertio die. conſequentia eſt clara. et antecedens oſtenditur ex ṽbis Chriſti. Matthei .xij. Sicut fuit Jonas in ventri ceti tribus diebus et trib⁹ noctibus: ſic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. ¶ Ad primum concedo ꝙ Chriſtus non eſt mortuus niſi vno die naturali per totum. ſed conſequẽtia eſt nulla. nam mortẽ paſſus eſt ſexta feria: et ſic illo die mortuus eſt: mortuus eſt in ſabbato: et prima ſabbati ſurrexit. ergo tertio die. is nãq̃ eſt modus communis ſupputãdi. quemadmodum ſi Sortes laborauerit febre tertiana: ⁊ hodie paroxyſmũ patiatur. ſ. die veneris: prognoſticando medic⁹ dicit eum poſtea paſſurum in die dominico: computans diem in quo eſt pro vno: et diem in quo languet pro alio. hoc etiam videre licet de quartanis febribus: in quibus ſolum duo dies mediãt. ¶ Ad ſecũdum nego antecedens. et ad probationẽ ex verbis Chriſti de Jona. in primis neſcis probare ꝙ tribus diebus ĩtegris fuit in ventre ceti: et dato ꝙ hoc probaueris. conſequentia eſt nulla: quia (ſicut) non ſemper dicit equalitatẽ: ſed aliqualem ſimilitudinem: vt artiſte communiter dicere ſolent. et eſt modus peculiaris ſcripture. vt Joãnis .xv. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. et tamen non equaliter vt notum eſt. ¶ Sed contra iſta ſic arguitur. Chriſtus tribus diebus et tribus noctibus iacuit in corde terre: hoc eſt in ſepulchro. vt dicitur Matthei .xij. Sed tres dies ⁊ tres noctes faciunt tres dies integros. igitur. ¶ Ad hoc reſpondetur diſtinguendo vel in ſenſu compoſito: et ſic concedo vt ſit categorica de copulato extremo. vel in ſenſu diuiſo et hypothetico. et ſic nego. Illa autem propoſitio Chriſti habetur in ſenſu compoſito. Filius hominis erit in corde terre tribus dieb⁹ ⁊ tribus noctibus. hoc eſt triduo. partes enim ex quibus integratur triduum ſunt tres dies artificiales ⁊ tres noctes. hoc oſtẽdit Auguſtinus quarto de trini. c. v. ⁊ lib. iij. de conſenſu euãgeliſtarum. c. xxiiij. vbi per tres dies ⁊ noctes nihil aliud intelligit niſi triduũ. Et pro iſto ſupponatur q̄d dicit Beda in libro de temporibus. ca. v. ꝙ Hebrei/Caldei/et Perſe diem naturalem inchoant a die artificiali et ab ortu ſolis. et ille erat modus ſupputandi Moyſi. Geneſis .j. Factum eſt veſpere et mane dies vnus. Aegyptij vero diem naturalem a veſpere inchoant. hoc eſt ab occaſu ad occaſum: quos Judei imitati ſunt in feſtis legalibus poſt exitum ab Aegypto. Romani autem a media nocte ad mediam noctem dies naturales ſupputant. Vmbri et Athenienſes a meridie ad meridiem. et hoc paſſim imitantur aſtronomi. Itaq̃ incipiendo diem veneris ſcilicet ſextam feriã qua Chriſtus paſſus eſt/more Aegyptiorum/habuit initium die iouis in occaſu ſolis. ſed hora nona diei veneris paſſus eſt. quare illo die eſt mortuus: quia in parte illius diei. ⁊ idem patet incipiendo diem more Hebreorum antiquo quem etiam ſeruabãt: niſi in feſtis legalibus: paſſus eſt mortem illo die. ⁊ toto die ſabbati naturali mortuus eſt: qui habuit initium in occaſu ſolis diei veneris Aegyptiorum more: et terminabatur in occaſu ſolis diei ſabbati: nec reſurrexit niſi mane die dominico. ergo mortuus eſt in parte diei tertij. ¶ Ex omnibus his patet ꝙ oportet capere diem ſabbati integrum et alios dies per ſynecdochen. de die veneris nulla eſt difficultas antiquo more Hebreorum/Aegyptiorum/vel Romanorũ. de ſabbato autem omnia ſunt perſpicua. ſimiliter de tertio die more Romanorum et Aegyptiorũ omnia ſunt clara: ⁊ more antiquo Hebreorum adhuc erat dies vulgaris: iuxta illud Matthei .xxviij. Veſpere autẽ ſabbati que luceſcit. et Luce .xxiiij. Valde diluculo. licet in primo ſolis ortu ſi alique tenebre: nam Maria Magdalene venit mane cum adhuc eſſent tenebre ad monumentum. ergo erat dies vulgaris: ſiue ſol erat ſuper horizontem ſiue nõ. hoc eſt: erat veſper qui luceſcebat. extrema enim pars diei vocat̃ veſper ab heſpero ſtella/id eſt venere: qui nõnunq̃ precedit ſolem: et vocatur ſtella matutina. nonũnq̃ ſequitur. et ad ſignificandum extremam partem noctis ponitur/que luceſcit: cauſa diſcriminis. ¶ Sed obijcies. Chriſtus hora nona mortuus eſt vt dicunt Euãgeliſte. Nam Matthei .xxvij. dicitur. A ſexta autem hora facte ſunt tenebre ſuper vniuerſam terram vſq̃ ad horam nonam. et paulopoſt. Jeſus autem iterũ clamans voce magna emiſit ſpiritum. ſed computando ab occaſu ſolis/hora nona reſpondet hore tertie noſtre Romane. Reſpondeo. pro iſtis horis cognoſcẽdis opor-

tet eas ſupputare ab ortu ſolis. quia mane/hoc eſt hora prima/vinctum adduxerunt Judei Jeſum ad Pontiũ Pilatũ. Matthei.xxvij. hora ſexta erat meridies: et hora nona hora tertia pomeridiana vel circiter. non enim oportet horas illas a veſpera precedẽte: nec a media nocte ſupputare. Ex quo ſequitur ꝙ Chriſtus manſit mortuus.xxxix. horis. probatur ſic. tunc erat equinoctium/ vel paulopoſt: et per conſequens dies artificialis erat equalis nocti: et oportet ſupputare ab ortu ſolis ſuper horizontem. et expirauit hora nona diei veneris. reſtabant ergo tres hore diei ad occaſum ſolis. deinde cõputando integrum diẽ ſabbati ab occaſu ad occaſum ſunt xxiiij. hore. ergo habentur.xxvij. et cũ reſurrexerit oriente ſole in die dominico: oportet illic deprehẽdere.xij. horas. que alijs addite reddunt.xxxix. etiam cum aliquibus fractionibus proportionabiliter ad intercapedinẽ equinoctij ad reſurrectionem Chriſti. ¶ Tertio arguitur. nemo eſt trigenarius niſi trigeſimum annum compleuerit: vt queſtione precedente diximus. ergo non ſurrexit tertio die niſi fuerit completus. ¶ Quarto arguitur. Marci.viij. dicit Chriſtꝰ. Et cepit docere eos quoniam oportet filium hominis pati multa et reprobari a ſummis ſacerdotibus et ſcribis/et occidi/ et poſt tres dies reſurgere. ergo erant tres dies completi anteꝗ̃ reſurrexit. ¶ Ad tertium conſequentia eſt nulla: qꝛ euangelium dicit ꝙ Chriſtus tertio die reſurrexit ad cuius verificationem oportet ꝙ tertio die reſurrexerit. nõ autem dicit ꝙ Chriſtus die tertio completo reſurrexerit. modo in quacunqꝫ hora diei tertij/tertius dies eſt: quia ſucceſſiua quo ad eſſe ⁊ quo ad fieri quando fiunt/ſunt. ſecus eſt de permanentibus quo ad eſſe. nam permanẽtia quedam non ſunt niſi deducta fuerint ad eſſe completum: ſicut ſtatua non eſt niſi poſtꝗ̃ completa fuerit: vt dicit Ariſtoteles tertio Phyſicorum. ⁊ ſecundo peri hermenias. Nõ ſit non eſt. ¶ Ad quartum dicitur ꝙ Mattheus et Lucas eandem deſcribunt ſententiam: qui dicunt/tertia die reſurget. Item Marcus loquitur de prima die et tertia die per ſynecdochen. hoc eſt/poſt partem vltimam primi diei: et totum diem ſecundum: ⁊ poſt partem aliquam tertij diei. nec hec expoſitio eſt extorta. quod patet ex Auguſtino tertio libro de doctrina Chriſtiana. declarante quintã regulam Ticonij de temporibus. Inter cetera dicit ꝙ tropus ſynecdoche facit ĩtelligi quomodo Lucas ca. nono poſt dies octo factũ dicit quod Matthei.xvij. et Marci.ix. factum dicitur poſt dies ſex: quando dominus in monte eſt transfiguratus. vtrũqꝫ enim verum eſſe non poteſt: niſi Lucas intelligatur partem nouiſſimam diei: quo Chriſtus hoc predixit futurum: et partem primam diei quo oſtendit id impletum: pro totis duobus diebus integris poſuiſſe. qui vero dicunt poſt dies ſex: integros omnes et totos et ſolos medios computarunt. ¶ Quinto arguitur. Lazarus dictꝰ eſt pati mortem quia dicebatur quatriduanus: et hoc vt cognita foret mors eius: ⁊ non paſſus diceretur ſyncopim. ergo hoc decuit fuiſſe de Chriſto. ¶ Reſpõdeo. de morte Chriſti nulla poterat eſſe dubitatio cum in metropoli Judee toto populo congregato in feſto paſche et coram Judeis paſſus ſit. et vt non remanerent in cruce copora in ſabbato rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura: ad Jeſum autem cum veniſſent/ vt viderunt eum iam mortuum ⁊c̃. vt dicitur Joãnis.xix. qualia teſtimonia nõ erãt de morte Lazari q̃ loco ſegregato mortuus erat: ⁊ vt eius mors alijs ĩnoteſceret/reſuſcitationẽ futurã differebat Chriſtus.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequarte.
Queſtio Tertia.

Tertio in eadem diſtinctione queritur. An infernus ſit ſub terra. non loquimur de inferno vt nominet cruciatum: ſed vt locum cruciatus dicat. ¶ Ponitur ↄcluſio affirmatiua. que probatur per gloſſam in illud Eſaie xiiij. Infernus ſubter te conturbatus eſt. que dicit ꝙ infernus eſt ſub terra. hoc item patet per aliam gloſſam ſuper illud Jone.ij. Et proieciſti me in profundum in corde maris. que dicit. Sicut cor eſt in medio animalis: ſic infernus in medio terre perhibetur. Inſuper Auguſtinus lib.ij. Retracta. c.xxiiij. retractans illud qd̃ de inferis dixerat.xij. lib. ſuper Geneſim/inquit. Magis mihi videor dicere debuiſſe ꝙ ſub terris ſint: ꝗ̃ rationem reddere cur ſub terra eſſe credantur. Et ad hoc eſt ratio. nam ſicut ſpiritus beati pmiantur in loco eminentiſſimo et in circunferentia circuli: ſic decens eſt ꝙ dãnati puniantur in loco abiectiſſimo: ſcilicet in centro vel circa ipm̃. Preterea Chore/Dathan/ et Abiron terra abſorpſit: deſcenderuntqꝫ viui in infernum operti humo. Nume.xvj. Ariſtoteles quoqꝫ ſecundo Meteororum ponens opiniones de generatione maris: allegat ſextum modum Platonis: ꝙ circa medium mundi eſt copia aquarum: ⁊ vocatur tartarus. Et ſexto Aeneidos dicit Homerus Mantuanus. Bis patet in precepꝰ tantũ tenditqꝫ ſub vmbras Quantus ad ethereum celi ſuſpectus olympum.

¶ Contra hanc concluſionem argumentor. plures ſunt dãnati ꝗ̃ ſaluati. iuxta illud Matthei.xxij. Multi ſunt vocati: pauci vero electi. Et.xx. de ciuitate.c.xxj. diuus Auguſtinus ait. Plures homies erunt in penis ꝗ̃ in gloria. Simile dicit vndecimo eiuſdem. Et vt dicit Chriſtus: lata porta et ſpatioſa via eſt que ducit ad perditionem: et multi ſunt qui intrant per eã. Matthei.vij. Cui ſuffragatur Maro.vj. Aeneidos. Facilis deſcenſus auerni. Noctes atqꝫ dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradum/ſuperaſqꝫ euadere ad auras. Hoc opus/hic labor eſt. pauci quos equus amauit Juppiter: aut ardens euexit ad ethera virtus Dijs geniti potuere. Ad hoc eſt ratio. nam plurimi fuerunt et ſunt infideles: et ſunt heretici male viuẽtes Chriſtiani: ſed cum corpora erunt aſſumpta poſt iudicium/ non omnia illa corpora poterunt eſſe in terra. Etiã oportet aſſignare vnam partem terre pro limbo puerorum. ¶ Reſpondetur admiſſo antecedente pro prima parte: quia illa eſt rationabilis. ſed negatur minor. nam omnia corpora damnatorum poterunt eſſe in terra per cõpreſſionem ad modũ rote. ſm̃ illud Pſalmographi. Pſal. lxxxij. Deus meus pone illos vt rotam. Et illud. Sicut oues in inferno poſiti ſunt. Pſal.xlviij. Nam oues in eſtate cõprimuntur propter ardorem ſolis/eũtes agminatim ad vmbrã: in hyeme gregatim vt mutuo anhelitu et calore ſe muniant. Secundo deus poteſt conuertere ſpheram aque in parte vel in toto in terram: et rarefacere vel augere alias partes/ aeris vel ignis/ne ſit vacuũ/ quouſqꝫ ſit locus ſufficiẽs. Tertio dico. poteſt deus ponere omnia corpora damnatorum ſine condenſatione in foramine acus. hoc oſtẽſum eſt in decima diſtin. huius. Quarto dico ꝙ terra his omnibꝰ ſufficit. nam ſi omnes homiẽs eſſent in ſuperficie terre habitate/parum occuparent. et cum hoc ſunt montes inuij. plana etiam terra difficulter inhabitatur in pleriſqꝫ locis ꝑpter calorem/ frigus/⁊ imanes beſtias. ⁊ ſunt inſule forte reperibiles.



¶ Si vera ſit opinio Theodoſij/ Ambroſij/Macrobij/ et Eratoſthenis: ꝙ cuilibet gradui in celo reſpondent ſeptingenta ſtadia in terra: iam terre circuitus ducenta quinquagintaduo milia ſtadiorum continebit. qd̃ patet ducendo trecenta ſexaginta in ſeptingenta. Cuius diameter facile reperitur ſupponẽdo ex geometria practica regulã infallibilem: ꝙ circũferẽtie ad diametrum eſt proportio tripla ſeſquiſeptima: ſicut viginti duorum ad ſeptem. partire igitur ambitum terre per.xxij. et in numero quotiente exibunt vndecim milia/quadringenta/ quinquagintaquatuor / vna ſecunda et vna vigeſimaſecunda: cuius vigeſimeſecunde partis numerum ſubtrahe a numero ambitus terre: et relinquunt ducenta quadraginta milia/ quingenta/quadragintaquinqꝫ et decẽ vigeſimeſecunde. huius reſidui quere tertiam partem/ ipſum per tria diuidendo: et erunt octoginta milia/centum/ octoginta vnum/ſemis ⁊ ſeptem vigeſimeſecunde/ et habebis diametrum terre. que ſi in duas partes ſe iũgatur: habebitur terre ſemidiameter/ſcilicet quadraginta milia nonaginta et viginti vigeſimeſecunde/ craſſitudo a ſuperficie terre ad centrum vſqꝫ. Et ſi velis habere miliaria: partire hunc numerum per octo: et ſic profunditatem immenſam habebis in terra: et magnũ erit interuallũ. ſiqdẽ a ſupꝰficie ad eiꝰ cẽtrũ ſunt. M.dlxxxix. leuce cum miliari cum paruis fragmentis. Utendo autẽ modo Ptolemei potes ſimiliter deducere. vnde hic imaginemur pedem circini immobilem in centro terre: ducatur alius pes trahendo circulum paruum: ſm̃ illam petitionem primi Euclidis. ſuper centrum quodlibet/circulum quãtũlibet occupãdo deſignare. dicatur iſte circulus a. rurſus eodem pede in centro ĩmobili expandatur alius vltra periphariam circuli a. ad aliquã lem diſtãtiã ducatur circulus b. et ſic deinceps. Peſſimus autem eſt in centro diabolus tanꝗ̃ in ſuo carcere perpetuo: alij vero proximi ei in malitia accedunt in circulo b. vt mali demones/ Mahumetus/ Arrius/ Nero/ Judas/et ſimiles: et ſic per ordinem. Sed dicis. ergo exiſtentes in circulo b. habebũt pedes ſup capita exiſtẽtiũ in circulo a. nã qui exiſtunt in circulo a. nõ tẽdũt vlterius cum ſint ex omni parte centri. Et licet nullũ eſſet impedimentum non ꝑgrederentur vlterius: cum ibi ſit maximus deſcenſus. exiſtentes autem in circulo b. appetunt deſcendere: ſed habent reſiſtentiam ab alijs. qui vero exiſtunt in circulo c. vtroſqꝫ deprimunt. quẽadmodũ equus fert hibernicũ ⁊ pondus in ſuo collo ac ſi eſſet ĩmediatũ equo: ⁊ ſic exiſtẽtes ꝓpe centrum deprimũtur ab omnibꝰ ſupioribus: ⁊ ita tãdẽ ſuffocabuntur ⁊ ꝑibunt. Dicitur ꝙ non ſuffocabuntur: quia deus eos ꝯſeruabit. nec morientur: ſed querent mortẽ ⁊ fugiet ab eis. An purgatoriũ ſit vicinius inferno ꝗ̃ limbꝰ puerorum/incertum eſt. limbus autẽ patrũ ꝓ tempore quo erat/fuit ſupremus. hinc iter Abrahã ⁊ diuitẽ epulonẽ fuiſſe magnũ chaos in euãgelio refertur. Probabile eſt ꝙ purgatoriũ ſit nunc in ſupꝰficie inferni/⁊ limbus puerorum ſup ipm̃. augebitur autem poſt diem iudicij infernus imbibendo purgatorium: et limbus puerorum erit circa ſuperficiẽ terre in terra vt opinor.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequarte. Queſtio Quarta.

Quarto pro eadẽ quadrageſimaquarta diſtinctione Q̃ueritur: an ignis ĩferni ſit eiuſdem ſpeciei cũ igne noſtro. Reſpondetur affirmatiue. probatur. ignis eſt ſpecies ſpecialiſſima: ⁊ quilibet ignis cum quolibet idem in ſpecie. ſicut eſt de aere/aqua/et terra. Preterea quelibet aqua cum qualibet aq̃ eſt eiuſdem ſpeciei. j. Topi. ergo ſimiliter de igne. Inſuper inane eſt cõfugere ad diſtinctiõem ſpecificam: nec auctoritatem ſanctorum ad hoc ſonant: ergo cõcluſio eſt vera.

¶ Contra quam arguitur ſic. Ioannes Damaſcenus lib.iiij. cap̃.xxviij. dicit. ꝙ ille ignis non eſt materialis qualis eſt apud nos. ſed qualis ſit nouit deus: cum ibi non ſit ponendus ignis niſi ſpiritualis. ergo non eſt eiuſdẽ ſpeciei cum igne noſtro. nec loquimur de ſpecie ſubalterna. Et confirmatur aſſumptum de diuite epulone. Luce.xvj. qui dicebat linguam ſuam cruciari flãma. nam cum cõſtet illum nõ habuiſſe linguam corporalem ſed ſpiritualem: videtur ꝙ metaphorice de vtroqꝫ loquatur. ¶ Ad primum dicitur concedẽdo aſſumptum: vt predicatum ſit hoc totum(materialis qualis eſt apud nos)ſicut Achilles nõ fuit homo talis qualis Therſites. nam ignis apud nos eget fomentis: nõ autem ille. Ad confirmationem nego ꝙ ignis inferni ſit ſolum metaphoricus. vnde.iiij. dialogorum dicit beatus Gregorius. Ignem gehenne corporeum eſſe non ambigo. Et ꝗ̃uis diues epulo vel eius anima(qd̃ ꝓ eodẽ accipio)nõ habebat linguam proprie dictam nec corpus: nõ ſequitur ex illo ꝙ in inferno nullus ſit ignis: quia auctoritates ſanctorum vnum conuincũt: et ratio cogit aliud ſpiritualiter exponere. ¶ Secundo argumentor. Ignis apud nos eſt corruptibilis: ille autem eſt ĩcorruptibilis: iuxta ꝟbũ Chriſti Matthei.xxv. Ite maledicti in ignẽ eternum. modo corruptibile ⁊ ĩcorruptibile differũt ſm̃ genus.x. Metaphyſice. Inſup ignis noſter ſuapte natura appetit aſcẽdere: ille nũqꝫ aſcẽdit. ſimiliter nõ augetur ex materia: ignis autẽ noſter appetit materiã apponi vt nutriatur ſm̃ illud Prouerbiorũ.xxx. Ignis nũqꝫ dicit ſufficit. ¶ Ad ſecũdũ dico ꝙ eãdẽ corruptibilitatẽ habẽt. nec oĩs ignis appetit aſcẽdere. qd̃ patet de igne ĩmediato cõcauo lune: q̃ ſi eẽt hic infernus/appeteret adire ſuã ſpherã. Etiã nõ apparet ꝙ ignis exiſtẽs apud ſpherã lune quoquo pacto corrũpatur/ qꝛ nõ eſt ↄtrarietas intrinſeca: cum caliditas ⁊ ſiccitas ei nõ aduerſentur: nec eſt ↄtrarietas extrinſeca. Et licet aliqua influentia Saturni vel Lune ſit frigefactiua in illa parte: non poterit frigefacere vel ſaltẽ corrũpere ignẽ. ⁊ ſi ſic. ꝗ̃uis eẽt cõtrarietas extrinſeca/agẽs cõtinuo maneret. Dico ſecundo. qꝛ in inferno deus nõ cõcurrit cũ aliquo ad corrũpẽdũ ignem inferni: ideo ꝑpetuo manet. nec opus eſt ꝙ noua materia miniſtretur: ſiue ſit in materia ĩtrinſeca ſiue extrinſeca. Nunqd̃ ſpecialis manutenẽtia dei cõſeruat corpora ꝑpetuo in celo ⁊ in inferno: quare ſic nõ poterit agere cũ igne: ⁊ nã ſi cauſa pͥma nõ ↄcurrat ad corruptionẽ alicuius rei: illa res ꝑpetuo manebit ĩcorrupta. Beatus Auguſtinꝰ.xxj. de ciui. dei. c.xlv. et.vj. dat ſuaſiões ſeu manuductiões de monte Aetna ⁊ Chimera tot ſeculis durãtibꝰ. ſed põdus in his eſt reducẽdũ ad dei actionẽ. At ꝑpter dicta ſubdubitas quare ignis in noſtro foco non eueſtigio conſcẽdat: cum ſuapte natura appetat traſcẽdere faſtigiũ aeris. Dico. ſic facit: ſed cõtinuo nouus ꝓcreatur q̃ inſequitur: nec ſtãtanee aſcẽdit ꝑpter aerẽ reſiſtẽtẽ. ſi aũt nullus ponatur aer: ⁊ relinquatur ſue nature: iã ſubito cõſcẽdet. Si dicas. vehemẽtius ignis calefacit eũ q̃ eſt ſup ignẽ pedaliter ꝗ̃ illũ q̃ eſt ad latꝰ pedaliter: qꝛ tendẽtiã ĩpetuoſam ſurſum hꝫ. De hoc erit ſermo ſtatim. deꝰ oĩa ſupplet. Hinc ignis in varijs materijs mirabiles hꝫ naturas: vt ignis ſulphureus penetrat oſſa/ carne molli ↄſeruata. Ex iſtis pꝫ ꝙ nũqꝫ calor cordis in

damnatis remittet frigꝰ vel ecõuerſo/quin ſemper manebũt damnati ꝓpter nõ cõcurſum dei ad aliud.

¶Tertio arguitur. ſequitur ꝙ corpora dãnatorum erũt calefacta in ſummo ꝛ prope ſummũ poſt diẽ iudicij: ꝛ ſic nõ erit qualitas cõueniẽs ad vitã: conſequentia eſt manifeſta ſi ignis inferni ſit eiuſdẽ ſpeciei cum igne noſtro. ¶Reſpondet. partim eſt poſitio ĩ hoc argumento: b. Thoma. ꝛ ſuis opinantibus ꝙ ignis nõ calefaciet corpora damnatorum poſt mortẽ: ſed ſola intentionalis actio ſufficit ad penã quod patet nunc in animis ſeparatis ꝛ demonibus. Alijs quibus magis aſſentimur dicentibus ꝙ ignis agat in corpora damnatorum ipſa calefaciendo. Ratio eſt: qꝛ ignis eſt agens naturale/ ꝛ corpus humanũ paſſum diſpoſitũ ad ſuſcipiendum: ꝛ auctoritates ſanctorũ ad hoc ſonãt: nec rationes aduerſariorum mouẽt: ergo iſta pars eſt rationabilior. Nõ tamen ex hoc inferas aliã partem ex dictis noſtris rationabilẽ tanq̃ a copulatiua virtualiter affirmatiua ad alteram eius partẽ: cũ in modo loquẽdi interdũ vulgariter ꝛ nõ logice vtamur cõparatiuo. Nõ valet ratio iſtorum/ꝙ ceſſante celo nõ erit actio ipſius ignis: cũ cãlitas cauſarum ſecundarũ a celo dependeat. hoc inquã non valet: ac reprobatur in articulis Pariſienſibꝰ. ꝛ etiam ſic nõ eſſet actio intentionalis: cuius oppoſitum ipſimet dicunt. Nũquid ad preces Joſue/ꝛ Ezechie ſol ſtetit: ꝛ ſi ceteri celi non ſtetiſſent nõ fuiſſent harmonia in aſpectibus celorum. Joſue tamẽ mouebatur. Inſuper celum agit in hec inferiora per influẽtiam aliter q̃ ꝓ imo tum. Nec valet quod alij dicũt verbũ illud Job nõ poſſe ſaluari hoc modo. Ad nimiũ calorẽ trãſeat ab aquis niuium. Job. xxiiij. ꝛ tñ hoc poteſt ſaluari per actionẽ intenſionalẽ: que non eſt calor nec frigꝰ. Dico ꝙ tranſire poſſunt viciſſim de calore ad frigꝰ vt maior ſit pena: nã oppoſita iuxta ſe poſita magis apparẽt ꝛ ſic ſimpliciter ſunt penaliora ꝛ magis cruciatiua: ꝛ a ꝑpet viciſſim ex verbo tranſeat. Secundo dico ꝙ poſſunt his penis ſimul cruciari ſm varias partes: ſicut cerebrũ ẽ frigidũ ꝛ cor calidũ. Dico tertio ꝙ nulla eſt repugnãtia caloris ꝛ frigoris in ſummo ſm oẽs poſitionẽ/ꝛ potiſſimum apd̓ tenentes oppoſitũ. cum eñ calor ꝛ frigus ſe cõpatiãtur in gradibus remiſſis: quid obſtat quin ſint ſimul de potentia dei. Vtcũq̃ dicatur ſunt miracula. Si dicas eſt miraculũ ꝙ anima informat corpus ſic calefactũ. ſic ẽ miraculũ ꝙ ignis nõ calefacit paſſum approximatũ obiectiue. facile quidẽ poſſumus oſtendere tot miracula ad oppoſitum quot ad hoc quod tenemꝰ. Et q̃uis plura eſſent ad hũc modum: argumentũ eſt debile: qꝛ poſſumꝰ negare in omnibus iſtis eſſe miraculũ: cum ipſum debeat eſſe inſolitũ vltra vires cauſarũ naturaliũ. Illd̓ autẽ quod ſm cõmunem legẽ fit: poſt diem iudicij non debet dici miraculum. ſicut nũc eſſet miraculũ ponere duo corpora in eodem loco adequato: poſt diem iudicij tñ in corporibus beatis nõ eſt miraculũ. ſed hoc eſt de termino extendere. Sed cõtra iſtud argumentor. ſequitur ꝙ cruciatus dãnandorum hominũ augebitur poſt diem iudicij. hoc ẽ abſurdum: cum nõ ſit ſic in beatis augmẽtatio glorie. Tranſeat illud ꝙ cruciatus proueniens ex parte corporis augebitur: ſicut poſt diem iudicij habebunt corpora aſſumpta damnate anime ꝛ nõ ante. ꝛ demum ꝙ corpora damnatorum nunc multum calefiant/ nũc multũ frigeſiant. nõ oportet ꝙ aliquid remoueatur ab illis corporibus. ¶Sed petis. an oĩa corpora damnãdorum equaliter calefiant vel frigeſiant: ꝛ an tãtum calefiant in primo inſtanti in quo ſunt in inferno q̃tũ in poſteriore in quo illic ſunt. ꝛ ſi ſic: ignis nõ ꝑducit illũ calorẽ ex ſua natura. nã cum ſit agens extrĩſecum/citiꝰ calefacit partes vicinas q̃ remotas ꝛ citius introducit gradũ vt vnũ q̃ vt duo: citius vt duo q̃ vt tria. ꝛ ſic cõſequenter. ergo ſucceſſiue fiet calefactio. ꝛ ſimiliter frigefactio. Reſpõdeo ſicut paulopoſt dicemus queſtiõe vltima huiꝰ diſtinctionis. licꝫ omnes anime equaliter detineant in orco. tñ inequaliter puniũtur. Poſſumus idẽ dicere de calore ꝛ frigore ꝙ deus ꝑmittit ignem introducere aliquos gradus caloris ſm demerita Neronis: ꝛ ꝙ ille calor nõ amplius augetur: quia deus nõ cõcurrit cum igne ad amplius calefaciendum. cũ Judeo aũt vel mahumetano mediocriter malo ꝯcurrit ad pauciores gradus/hoc eſt: cum igne puniẽte eos. ꝛ põt eſſe ꝙ ille calor remittat gradualiter ꝑ frigus q̃ñ proijciunt corpora in frigus niuiũ. De iſto nãq̃ cruciatu corporeo nõ incõuenit ꝙ varietur. ꝛ nõ eſt neceſſe dicere ꝙ cũ primum damnatꝰ eſt in inferno/ adeo rigide crucietur vt vnq̃ cruciabitur in corpore: quia deꝰ ꝑmittit agẽtia naturalia in ſuis diſpoſitionibꝰ ad calefaciendum vel frigefaciendum ad [illegible] certum gradum vſq̃ vt diximus. Et cũ probabile ſit ꝙ calor interdũ remittatur a frigore quare non ꝑducetur ſucceſſiue: ꝛ ſi ſic: in primo tempore quo erat in inferno augebitur calor. ¶De calore autẽ frigore ꝛ huiuſmodi penis nõ inaniter poete gẽtiles cecinerunt: fingentes apud inferos eſſe Stygem Acherontem Lethen Cocytum Phlegetontẽ. Styx ẽ aqua ꝓpe Nonacri Arcadie regionẽ tã imenſe frigiditatis: vt nec vas argenteũ nec ereũ in ea ſubſiſtere poſſit citra fractionẽ. De Lethe ſic dicit Lucanꝰ li. ix. Quã iuxta Lethes tacitus ꝑlabitur amnis Infernis (vt fama) trahẽs obliuia venis. Poete eĩ vmbratice dixerũt illd̓ qd̓ in lucem ꝑdijt ꝑmo a ſanctis patribus. Ignis item inferni debet eſſe fumoſus ꝓpter terreſtreitates ꝛ concluſionem fumi. ſm illud Matth. xxij. ligatis manibus et pedibus ꝓijcite eũ in tenebras exteriores. qd̓ Gregoriꝰ exponẽs dr̓. parũ luminis ẽ vt penas videãt. Idẽ dr̓. ix. Mora. exponẽs illd̓ Job. x. Sed ſẽpiternꝰ horror inh̃itat.

## ¶Diſtinctionis xliiij. Queſtio Quinta.

PRoſequẽdo eandẽ materiã erit quinta q̃ſtio huiꝰ quadrageſimequarte diſtinctionis. an corpꝰ dãnati poſſit calefieri. Et ꝓbare conabimur ꝙ non: qꝛ id fieri deberet per introductionem caloris ſed hoc nõ: quia nõ põt habere vnum gradũ vel duos caloris vel quatuor/vel quotcũq̃ gradꝰ accipere libuerit. Supponamꝰ ꝓ ipſa difficultate ꝙ corpꝰ Mahumeti habebit calorẽ: vt. viij. ꝛ ꝙ ille calor pure ꝑtibiliter ĩtroducet ab igne circũſtante/ hoc ẽ ab agẽte extrĩſeco. Et ꝓbat ꝙ nũq̃ hẽbit calorẽ vt. iiij. qꝛ vel dat ꝑmum inſtãs in q̃ corpꝰ hẽbit calorẽ vt iiij. vel vltimũ in q̃ nõ habebit calorẽ vt. iiij. cũ eĩ icipiat eẽ/opꝫ ꝙ ꝑ alterũ iſtorũ inſtantiũ hic calor capiat exordiũ: Nõ ꝑmũ: qꝛ ſit a. iſtãs quo corpꝰ Mahumeti habebit calorẽ vt. iiij. Tũc ſic: ille calor ẽ diuiſibilis/ꝛ nõ ẽ extra ſubiectũ: g̃ alicui ſubiecto diuiſibili inheret. ſit illud diuiſibile digitalitas: medietas illius digitalitatis ꝓpe agẽs citiꝰ habuit calorẽ vt. iiij. q̃ tota iſta digitalitas: cũ agẽs extrĩſecũ citiꝰ agat in ptẽ vicinã q̃ remotã eq̃liter diſpoſitã. nõ eſt hic ſermo de minimo naturali in ſuo toto: in toto ſup. igne: cũ corpꝰ applicat igni. vel loq̃mur de parte poſt illud minimũ. ergo nõ dediſti a. inſtãs in quo hoc corpꝰ habet calorẽ primo vt. iiij. Nec ſecundũ: puta nõ datur vltimũ inſtans quo nõ habet calorem vt quatuor. nam ſignetur illud inſtãs ꝛ ſit b. tũc in b. inſtãti hoc corpus non habet calorem vt quatuor: ergo diſtat a calore vt quatuor. et non indiuiſibiliter: ꝛ ĩmediate poſt hoc acquiret calorẽ vt quatuor: ergo ſubito acquirit illum gradum ſcilicet calorẽ vt. iiij. Hoc argumento Simon de Lendinaria medicus concluſerat vt dicit/fratri Paulo Veneto Parme tẽpore floridi ſtudij: ꝛ multis alijs qui multo melius intelligebant: nec repperit virum qui ſibi argumentum diluerit. Sed eſt commune: et cuilibet primo fronte occurreret venanti materiã intenſionis. ¶Reſpondetur negando ꝙ nũq̃ habebit calorem vt quatuor. immo per vltimum inſtans non eſſe introducitur calor vt quatuor. hoc eſt in b. incipit calor vt quatuor eſſe in hoc ſubiecto: per remotionem de preſenti et poſitionem de futuro. Et concedo ꝙ quilibet calor non terminatus ad agẽs quem habet hoc corpus in b. inſtanti exceditur a calore medio diuiſibiliter. Sed non propterea ſequitur ꝙ calor vt quatuor ſubito introducetur: cum in nullo exceſſu diuiſibili gradus vt quatuor quemlibet calorem qui eſt in b. inſtanti in hoc corpore excedat. nulla enim pars illius caliditatis terminata ad extremum verſus ignem exceſſu diuiſibili exceditur a gradu medio in hoc inſtanti b. quia q̃libet gradus citra medium eſt in hoc ſubiecto. gradus autẽ medius eſt remiſſiſſimus/q̃ non eſt in hoc ſubiecto. Qꝛ nullus ſit exceſſus quo quelibet caliditas in hoc corpore exceditur a gradu medio quem ſupponimus vt quatuor: patet: quia in proportione dupla non quelibet caliditas in hoc corpore exceditur a gradu medio. quod probo: quia hic eſt caliditas vt tria cum duabꝰ tertijs gradus: ſuper tria cum tribꝰ quartis: ſuper tria cũ ſeptem octauis: cum nonagintanouem cẽteſimis ſuper tria. ſicut in nulla proportione hoc totum eſt maius ſua parte quantitatiua. Non ſtes in hoc ꝙ vndiq̃ caliditas circunſtet corpus huius pſeudo prophete. nam eadem eſt difficultas eundo ad partes centrales corporis. ſed ponamus ignem ad vnum latus ſolum vt res ſit lucidior. Pro nũc ſupponamus qd̓ verum credo latitudinem vniformiter difformẽ terminatam ad aliquem gradũ: ad ipſum terminari excluſiue: et non incluſiue: vt latitudo caliditatis a non gradu ad octo vſq̃ vniformiter difformis non habet octo: ſed quemlibet gradum citra octo. nam oppoſitum tenendo/iam dicendum eſſet ꝙ datur primum inſtans in quo habet calorem vt quatuor: ꝛ ille calor ſit in ſubiecto diuiſibili ſed indiuiſibiliter: ſicut corpꝰ ſphericum tangit perfecte planum punctaliter/ſed nõ in puncto: negando indiuiſibilia in continuo. Ex quo patet ſic arguendum eſſe: nunc non eſt calor vt. iiij. in hoc ſubiecto: nec quilibet gradus citra. iiij. ꝛ immediate poſt hoc inſtãs erit gradus vt. iiij. ergo gradus vt. iiij. cito introducetur. et ſicut conſequens eſt falſum: ita antecedens pro ſecunda parte. ¶Sed contra iſtud argumentor. In b. inſtanti hoc corpus non habet caliditatem vt quatuor: et immediate poſt hoc inſtans b. habebit calorem ſupra. iiij.: g̃ gradꝰ medius nõ introducit ꝑ vltimũ inſtãs nõ eẽ. Qꝛ ĩmediate poſt hoc inſtãs hoc corpꝰ habebit caliditatẽ ſupra. iiij. probatur ſic. aſi quodlꝫ inſtans futurum erit caliditas vt quatuor in hoc corpore: et illa caliditas per ſolutionem habebit ſubiectum diuiſibile: et dimidietas illius partis prope agens habebit caliditatẽ ſuper quatuor anteq̃ dimidietas remotior habebit quatuor. Qꝛ prius habebit calorem vt quatuor q̃ calorem ſupra quatuor: patet: quia cum omnes gradus ſucceſſiue introducantur ꝛ inordinate: introducetur calor vt quatuor ante calorem ſupra quatuor. Forte dicis et ſic dicendum eſt ꝙ immediate poſt hoc/iſtud corpus habebit calorẽ vt quatuor: et immediate poſt hoc iſtud corpus habebit calorem ſupra quatuor: et in nullo inſtãti habebit calorem vt quatuor quin in eodem habebit calorem vltra quatuor. nam quocunq̃ gradu vltra mediũ dato/citius habebit gradum medium. Contra hoc probatur ꝙ citius gradum medium habebit q̃ gradum vltra medium. et hoc ſic. cito habebit gradum medium: ꝛ cito habebit gradum vltra medium: et nullum gradum vltra medium ita cito habebit vt gradum medium: ergo citius habebit gradum mediũ q̃ gradum vltra medium. conſequentia patet ab exponẽtibus ad exponibilem ratione comparatiui gradus. omnes exponẽtes clarent. Non enim debet eſſe dubium in illa: nullum gradũ vltra medium ita cito habebit vt gradũ medium. quia dato oppoſito: videlicet aliquem gradum vltra mediũ ita vt cito habebit vt gradum medium: ſignetur ille gradus qui ſit vt quinq̃. Arguitur ſic. in quocunq̃ inſtanti eſt quinq̃ in hoc ſubiecto qui excedit diuiſibiliter gradum medium: prius erat gradus medius in hoc ſubiecto. qd̓ patet: quia iſte quintus gradus ſucceſſiue acquiritur: ergo dimidietas eius prius acquirebatur. et quãdocũq̃ erat quatuor cũ dimidio/erat gradus medius: et adhuc non acquirebatur gradus vt quinq̃. Eodem modo probare potes ꝙ nõ acquiritur caliditas vt quatuor cum dimidio ante quatuor. ¶Dico ꝙ inter arguendum reſponſum eſt ad vltimam replicationem vſq̃ ad quam dico ꝙ ratione termini ſtantis determinate oportet dare ſingularem: et non inchoare expoſitionem a cõparatiuo: quemadmodum iſta: aliqua pars continui eſt maior parte continui/eſt falſa: et eam exponendo vt iacet/exponentes eſſent vere (gradum medium) in vltimo loco diſtribuitur ratione comparatiui et dictionis (q̃) in primo autem loco ſtat determinate. demus igit̃ hanc ſingularem. hunc gradum medium ita cito habebit vt gradum vltra medium. modo hec eſt falſa. nam in quocũq̃ inſtãti hoc corpus habet hũc gradũ mediũ: ille eſt extenſus ꝑ ſubiectũ. et cũ iſte gradus medius ſit in hoc ſubiecto demõſtrãdo dimidietatẽ ſubiecti remotiorem ab agẽte: eſt gradus vltra mediũ ꝓpe agẽs: ꝛ prius fuit gradus vltra mediũ: quare iſtũ gradũ iã datũ non ita cito habebit: vt illũ gradũ vltra mediũ. Eodẽ modo hec eſt falſa. iſtud corpus ita cito habebit gradum medium vt gradũ mediũ. patet ꝑ idẽ fundamẽtũ. Potes dicere ꝙ ſic debet exponi vt iacet. Sortes cito habebit gradũ mediũ: ꝛ cito habebit gradũ vltra mediũ: et non ita cito habebit gradũ vltra mediũ: ꝛ non ita cito habebit gradũ vltra mediũ vt gradũ mediũ. modo tertia exponens eſt falſa. Sed poſſunt eſſe trice logice ex parte expoſitiõis ꝛ ſuppoſitiõe dictionũ ita ꝛ vt: ꝙ ꝯfundãt tñ ĩmobiliter. qbꝰ nõ eſt inſiſtẽdũ in ꝓſequutione noſtri negocij. Et licet nõ ſit actio ab extrinſeco in parte ꝓpinqua quin aliqua erit in remota: tñ intenſior erit in parte vicina q̃ remota: ꝛ quacũq̃ remota data/citius aget in ꝓpinquã. Loquuti ſumus hic de agente extrinſeco: quia ſi agens fuerit ĩtrĩſecũ. ſicut forma aq̃ eſt reſpectu frigoris ꝑducẽdi: bñ dabit ꝑmũ iſtãs frigoris extẽſi: vt q̃tuor vl̓ duo: cũ oẽ agẽs eq̃liter agat in plura paſſa eq̃liter applicata.

¶Ceterũ ſtante caſu queſtionis principalis obiter occurrit alia affinis difficultas circa hãc intẽſionẽ forme ad ꝓbãdũ ꝙ corpꝰ Mahumeti nõ poſſit totũ calefieri: querẽdo ꝑ qd̓ inſtãs corpꝰ Mahumeti habebit caliditatem ſm ſe totũ. capio totũ ſyncategorematice. hoc eſt q̃ñ habebit caliditatẽ ſm ſe et quodlibet ſui. Et arguit ꝙ nõ põt ſic habere caliditatẽ. qꝛ vel hoc eſt per primũ inſtans eſſe: vel vltimũ inſtãs nõ eſſe neu-

trum eſt dicendum. igiṫ. Omnis ſi quidē res incipiens incipit per p̄mum inſtās eſſe: vel vltimū inſtans nō eſſe. nec aliquo pacto occurrit inſtantia extra caſum de productione. ca. angeli. In iſtis formis hoc vbiqꝫ tenet. Quod neutrū ſit dicendum ꝓbatur. ſit corpus Mahumeti ꝓfundū tribus pedibus: ⁊ ignis applicatꝰ pectori vel dorſo: illa dimēſio eſt profunditas/ cū ſit minima inter tres maxima eſt longitudo: ⁊ media latitudo. quod ptꝫ per dimēſiones arce Noe. Geneſeos. vj. Trecētorū cubitoꝝ erat latitudo arce: quinquaginta cubitorū latitudo: ⁊ triginta cubitorū altitudo. hoc eſt ꝓfunditas. ſi autem dimenſiones fuerit equales: has denominationes non ſic inuenies. Tūc ſic. vel datur primū inſtans quo hoc corpus habet caliditatem ſm ſe totū vel vltimum inſtans in quo nō habet caliditatem ſm ſe totum. Si primū. vel hec caliditas in extremo remotiore eſt alicuius certe intēſiōis vel infinite remiſſionis. ſecūdum nō eſt dandum. nam q̄libet caliditas habet partes graduales: illa igiṫ erit alicuius certe intēſionis. ergo eius dimidietas quo ad intenſionē prius ꝓducebatur in fine paſſi. puta partis remotioris Mahumeti. ⁊ ſic a. inſtans eſt primū inſtans ī quo hoc corpus habet caliditatem ſm ſe totū. ſupponamus a. inſtans eſſe preſens nūc in quo nos ſimus. Inſuper tota iſta caliditas tripedalis ſm extenſionē / vel hꝫ partes ſm intēſionem. vel nō puta duas dimidietates. ſi des ſecundum: iam aliquis calor non hꝫ partes graduales. ſi primū: iam vna dimidietas fuit producta añ aliam: quia poniīꝰ pure ſucceſſiue illuꝫ calorem fuiſſe genitum. Si dicas a. eſſe vltimū inſtās in quo hoc corpus nō habet caliditatem ſm ſe totum: tunc ſic. nūc nō habet caliditatem ſm ſe totū: ſed aliquid reſtat calefiendum. ſignetur illa pars calefienda b. ⁊ ſit b. in hoc inſtāti b. nō eſt calefactum: ⁊ immediate poſt hoc erit calefactuꝫ: ergo ſubito calefiet. quod eſt falſum: cū ponamus calorē pure partibiliter eſſe productū. Forte dicis cum Holcotto in determinationibꝰ ꝙ a. eſt vltimū inſtans ī quo non habet caliditatē ſm ſe totuꝫ ⁊ aliquid reſtat ſic calefaciendū: ⁊ immediate poſt hoc totum erit calefactum. ſed nō ſequitur ꝙ ſubito calefiet: quia cuiuſlibet partis calefiēde datur vna pars calefacta ſm extremū intenſius. Sunt tamē infinite partes calefaciende ſꝫ ſe totas: vt ille que terminantur ad extremū remiſſius. ſꝫ nulla eſt pars terminata ad illud extremū quin aliqua pars eius habeat calorem: immo dimidietas eius habꝫ calorem ſm ſe totam ſyncathegorematice. ⁊ due tertie habent calorem ſm ſe totas: quatuor quinte. xcix. milleſime habent caliditatē ſm ſe totas. Nec deꝰ poteſt ſeparare partem calefactam ſm ſe totā a non calefacta: quia nulla talis eſt. nec datur ſubiectum adequatū illius caloris. ⁊ ſi diuidatur corpus hoc ſm partes ꝓportionales maioribus prope ignem ꝓportione dupla/ tripla vel alia quacūqꝫ numerali: quelibet pars proportionalis eſt calefacta ſm ſe totam. ſed non ſequitur ꝙ quelibet pars eſt calefacta ſm ſe totam. vt patet de vltima quarta. ſic enim Holcottus reſponderet. ❡ Sed cōtra iſtud arguitur. quelibet pars proportionalis ſm hāc diuiſionem ſaltē eſt calefacta. ergo prima pars proportionalis ē calefacta. ſcilicet pedale cū ſemis: que eſt equalis aggregato omniū partiū ꝓportionalium ſequentiū. ſed partes ſequētes reddūt pedale cū dimidio: ergo tripedale eſt calefactū ſm ſe totum/ quod eſt hoc corpus de quo contenditur: cum totum ſit ſue partes ex diſtin. precedente. vel ſm alios non extenditur vltra partes: nec econuerſo. Non eſt fuga niſi dicendo primam indiuiſibiliter excedere reliquas. que parum valet: quia pari proteruia ſuſtinebo cōtra te ꝙ dabitur vnum pondꝰ: quod indiuiſibiliter excedit aliud: ⁊ ſit a. minimū pōdꝰ quod fortes nō poteſt portare. indiuiſibiliter exuperās b. tūc b. erit maximū pondus qđ fortes p̄t portare. Sed fortaſſe aliter euadit aduerſariꝰ ꝑ ſimile dādo corpꝰ bipedale nigrū planū ⁊ cadat corpꝰ ꝑfecte ſphericū albū ⁊ albefactiuū vt creta: ⁊ conſeruet deꝰ cretā ne minutatim frangatur: cadat illud ſphericū ſuꝑ alterū pedaliuꝫ ipſum ſolū albefaciendo in pūcto cōtactus: tunc altera medietas aliam impartibiliter exuperabit. ſed de hoc alias. in re illud non impedit propoſitum. ❡ Proinde teneamus ꝙ corpus datum habet caliditatem ſm ſe totum per primū inſtans eſſe. ⁊ ita eſt de quolibet alio corpore quod pure partibiliter calefit.

❡ Sed tunc reſtat reſpondere argumēto in oppoſitum. quādo ſic arguitur. in extremo remotiore ab igne calor erit infinite remiſſionis. vel loqueris de puncto terminatiuo illiꝰ tripedalitatis: ⁊ dico ꝙ nullus calor illi inhereret. ſi de aliquo puncto intrinſeco illius tripedalitatis: dico ꝙ in illo eſt calor: vel cum illo imaginemur puncta ⁊ calorem ei inherere: quorū vtrūqꝫ minus rationabile cenſeo. ſed calor in quocūqꝫ pūcto intrinſeco eſt alicuius certe intenſionis: ⁊ in infinitum remiſſus eſt calor ī hoc ſubiecto: quia quacūqꝫ remiſſione data daṫ remiſſior calor ī hoc ſubiecto. Ex quo nō ſequitur ꝙ aliquis calor huius ſubiecti eſt infinite remiſſus. nam cuiuſcūqꝫ partis calor eſt metiēdus ſm extremum intenſius/ ſm vnam poſitionem / vel ſm gradum medium quod pronunc inſequimur. Nec ſequitur: quelibet pars huius paſſi eſt equaliter intenſa calore: ergo pars diſtantior vltra tripedale eſt minus calida niſi addatur in antecedente: ⁊ non terminatur ad non gradum ⁊ nō fuit impedimentum vlterioris ꝓductionis. ❡ Ad ſecundum argumentū quo dicis/ tota iſta caliditas tripedalis vel habet partes ſm intenſionē. ⁊c. Dico ꝙ totꝰ ille calor eſt diuiſibilis ſm intenſionē. vt ſi totus ille calor ſit ab octo ad non gradū vſqꝫ poterit diuidi in duas dimidietates ſm intenſionem: ſcilicet a quatuor ad nō gradum vſqꝫ. Et nego ꝙ vna illarū dimidietatum producebatur ante aliā. ſed nūc primo vna illarum dimidietatum eſt ꝓducta. nō eīm eſt de ratione ſucceſſiue ꝓductionis ꝙ quelibet pars ſit producta ante alteram: ſꝫ requiritur ꝙ nulla pars ſubito producaṫ. et ſi hic calor diuidatur in duas dimidietates ſm intenſionem: ⁊ illarum dimidietatum quelibet diuidatur ī ptes ꝓportionales quo ad extenſionē maioribus terminatis verſus agens: iā cōcedo ꝙ quelibet pars vnius producitur ante partem ꝓportionalē alterius ei reſpondentē. tamē nō ſequitur ꝙ vnus totalis calor ꝓducatur ante alium ſicut in Achile zenonico quamlibet partem ꝓportionalē ſpatij ꝑtranſit mobile tardū ante mobile velox. ⁊ tū ī eodem inſtanti primo illud ſpatiū eſt ab vtroqꝫ mobili pertranſitū. Ex quo ſequitur ꝙ nō cuiuſlibet gradus qualitatis ex vna parte ad nō gradū terminate ſucceſſiue ꝓducte dantur duo gradus per totū extenſi: vnus añ alium ꝓductus/ tamē cuiuſlibet qualitatis ad graduꝫ ex vtraqꝫ ꝑte terminate dātur duo gradus per totū extenſi: vnus ante alium ꝓductus. Eodem mō cōcediṫ ꝙ dabitur primum inſtās quo corpus Mahumeti habet calorem vt quatuor ſm ſe totum: calorem vt tria ſm totuꝫ et dabitur primum inſtans in quo quelibet pars proportionalis erit calida vt quatuor: puta illud in quo in extremo remotiore erit caliditas vt quatuor: et in illo inſtanti primo quelibet pars proportionalis erit calida ſupra quatuor. Quod patet: quia de vnam partem proportionalem non calidam ſupra quatuor: cum quelibet pars ꝓportionalis habeat infinitas poſt ſe partes: non prius calefiet pars ꝓpinqua agenti qꝫ remota. qđ eſt falſum. nam quelibet pars ꝓportionalis fuit calida ſupra quatuor ante hoc inſtās. Iſta enim ſimul ſtant: quelibet pars ꝓportionalis fuit in aliquo inſtāti ante hoc inſtās calida ſupra quatuor: et in nullo inſtāti ante hoc inſtans quelibet pars ꝓportionalis fuit calida ſupra quatuor. Nec ſic inconuenit dare ꝓpoſitiones de p̄terito ⁊ p̄ſenti ſimul incipiētes eſſe veras. ſicut ſi deus in qualibet parte ꝓportionali hore p̄terite ꝓduxiſſet vnū angelū: et nos ſimus in inſtāti terminante illā horā: iā verum eſt dicere primo: quilibet iſtorum angelorum eſt: demonſtrādo infinitos: ⁊ quilibet iſtorum prius fuit. immo ſine ſigno diſtributiuo. hoc patet alibi in inſolubilibus: vbi diximus has ſimul incipe eſſe veras/ Sortes animal eſt/ et Sortes animal fuit. cum animal ſit predicatum et ampliaṫ ad p̄teritū ſub diſiunctione ad p̄ſens. et iſte ſunt eque cito vere/ Sortes mouetur/ Sortes mouebatur. ❡ Ecce quomodo paſſum incipit ſuſcipe formā ab agēte extrinſeco ꝑ vltimum inſtās non eſſe: ⁊ ſuſcipit formā ſm ſe totum ſyncategorematice ꝑ primum inſtans eſſe in quo dimidietas ſm intenſionem non prius extenditur per totū qꝫ hec tota forma.

❡ Diſtinctionis Quadrageſimequarte.
Queſtio Sexta.

Reliquum eſt ſexto loco circa hanc diſtinctionem inquirere quomō anime corporibus exute crucientur: ſimiliter demones. De quo varij extāt modi opinādi: aliquibus tenētibus penam hoc modo fieri. Anime nunc in inferno ſciunt ſe habituras corpora poſt diem iudicij: que quidem corpora ab igne patiētur: ⁊ ꝓpterea nūc hoc cōſiderātes habēt magnā penā. ſicut fur videns patibulū magnā penā habet anteqꝫ ei mors infligiṫ in apprehenſione pene future. Iſtud non valet: cum non detur modus punitionis demonū. ⁊ vnus inuēto ꝓ demonibus/ ille ꝓ animabꝰ ſeparatis ſufficit. Nec valet dicere more alioꝝ ꝙ eſt quedā qualitas infuſa a deo animabꝰ et demonibꝰ ꝑ quā poſſunt pati: qꝛ eſt eadē difficultas/ eis et alijs. Uel enim illa qualitas eſt corꝑea inherēs demoni ⁊ anime. et ſic pari facilitate dicere poſſunt calorem poſſe eis inherere. a quo reſiliunt. ſi icorporea: poſſunt hoc ponere ꝑ eſſentias animarum. Nec iuuat tertio dicere cū alijs ꝙ ignis agit in animas vt inſtrumētū dei: licet nō ex natura ſua. qꝛ ſcimus ignē eſſe inſtrumētū dei. ſed queſtio remanet an calor anime poſſit inherere. qđ non admittiṫ. Quarto eſt quedā antiqua fictio ꝑ ſpecies ignis: quā Alia cenſis tueri ſatagit in cōmētarijs ſuꝑ Boetiū: reprobata ab antiqs et merito. quā videṫ ponere Guilielmus Altiſiodo. confugiēs ad duas facies anime. Difficultas autē in hoc conſiſtit ꝙ patres noſtri cōſequētes ad doctrinā Ariſtotelis non admiſerūt animā poſſe ſuſcipe eſſentiā caloris: qꝛ repugnat anime calefieri. propterea Auicēna. ix. ſue Metaphyſi. ca. vltimo. ⁊ Algazel. v. Phyſi. habebāt peculiares modos dicēdi de pena maloꝝ: nō admittentes corpꝰ agere in ſpūm. ⁊ ſimiliter Augu. xij. ſuꝑ Geneſim. Boetiꝰ de duabꝰ naturis ⁊ vna pſona Chriſti. ꝓpterea vt dicit Albertus/ beatus Auguſtinus vt ab hoc diſcederet/ poſuit demones corporeos/ ⁊ habere corpora aerea: vt magiſter allegat in litera. ſed illud de demonū corporibus abijt tāqꝫ iopinabile ab vſu. Poſteriores autem in hoc ſteterunt: vt beatus Thomas/ doctor ſubtilis/ et beatus Bonauētura: licet dicat aliqđ in ſolutione queſtiōis. ſ. ꝙ deus facit animas trepidare timore vbi nō eſt timor: qđ nobis non placet. non aliter poſuerunt potentias ſenſitiuas cū anima ſeparata ad patiēdum a calore. Item noſtri mali angeli et demones tētātes non habēt ignem ſecum: et tamen ſemper puniuntur.

❡ Reſtat deuenire ad modum doctorū cōmunē: qui nobis ſolus apparet rationabilis. Modus eſt iſte. Demones ⁊ anime ſeparate realiter erunt in igne poſt diem iudicij: ⁊ nunc ſunt ibi plurimi. non enim opinamur cum aſſerentibus ſpūs nō eſſe in loco niſi per opari. nam ſpūs iſti appetunt libertatem. et eſſe vbicūqꝫ locoꝝ eis placebit: nō poſſunt. ſed deus eos detinet in illo loco: ſicut anima mea nō poteſt ad nutum corpus deſerere. nō ꝙ locus eis repugnet ex natura loci. nā ignis ex ſua natura non magis diſconuenit illis ſpiritibus qꝫ aer. ſed habēt nolle detineri in hoc loco. quia nitimur in vetitū ſemꝑ cupimuſqꝫ negata. quomodo licet Ariſtoteli eſſet voluptuoſum libere ſtare in bibliotheca: tamen ſi eſſet ei vetitū abire ſub pena mortis: ſtare in illa eſſet penale. Et poteſt dari exemplū de Semei ex. iij. Regū. ij. cui vetitū erat ꝑtrāſire torrētem Cedron. Ad nolle autē naturaliter ſequiṫ triſtitia. Nam vt ait diuus Aug. xv. de ciuitate dei. ca. xxv. triſtitia eſt de his rebus que nobis nolentibus accidunt. ſed demones nolūt deū eſſe: et eum odio habēt qꝛ eos punit. nā ſuꝑbia eorū qui te oderunt aſcēdit ſemper. inquit Pſalmographus. Pſalmo lxxxiij. et vt apparet/ ſeipm̄ odit dānatus: velut Hānibal vel Cato. Nam Apocalypſis. ix. diciṫ. Et in diebus illis querēt homies mortē ⁊ non inuenient eā: ⁊ deſiderabūt mori: et fugiet mors ab eis. Itē mors depaſcet eos. Pſal. xlviij. Diſplicet quoqꝫ eis peccaſſe ratione pene quā patiunṫ. Iſte igiṫ nolitiones ⁊ triſtitie ſequētes naturaliter illas nolitiōes ſunt pena inferni. Pena quidē inferni poteſt capi ꝓ omnibꝰ iſtis copulatim/ vel aliqbꝰ iſtoꝝ. Aſſumptis aūt corporibꝰ poſt diē iudicij patienṫ dolores in corpore: calefient et frigeſient vt ſupius diximus. et nō modo ab vno elemento ſed ab omnibus. hinc Sapientia. v. dicitur. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directe emiſſiones fulgurum: ⁊ tanqꝫ a bene curuato arcu nubium exterminabūtur: ⁊ ad certum locum inſilient. Et a petroſa ira plene mittētur grandines: et candeſcet in illos aqua maris: et flumina ꝯcurrēt duriter. Pſalmographus quoqꝫ ait. Pluet ſuper peccatores laqueos/ ignis/ et ſulphur/ et ſpiritus procellarum/ pars calicis eorum. Pſal. x. Ibi erit fletus et ſtridor dentium. Matthei. viij. hoc eſt commotio capitis et oculorum. nihil enim reſolueṫ ab oculis. Sed et ethnicis deus manifeſtauit iſtos cruciatus infernales. hinc Uirgi. vj. Aeneid. ſententias Homeri/ Pythagore/ Platonis/ et veterum inſequens dicit. Reſpicit Aeneas ſubito/ et ſub rupe ſiniſtra Menia lata videt triplici circūdata muro: Que rapidus flāmis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegeton: torquetqꝫ ſonātia ſaxa. Porta aduerſa ingens ⁊c. et paulopoſt. Hinc exaudiri gemitus et ſeua ſonare Uerbera. tum ſtridor ferri tractiqꝫ catene. Et demū ꝯcludēdo de penis inferni nō minus vere qꝫ pulchre dicit. Non mihi ſi lingue cētū ſint oraqꝫ cētū: Ferrea vox: omnes ſcelerū cōprēdere formas. Omnia penaꝝ ꝑcurrere nomina poſſem. vt addiſcant illud eiuſdem. Diſcite iuſtitiam moniti et non tēnere diuos. nā cuilibet vtēti rōne ꝑ iſpirationē mētis internā/ palā eſt tyrānos ⁊ malos puniri poſt hāc vitā.

❡ Ex omnibus prædictis pono hanc cōcluſionem. Demones et anime puniunṫ eo modo quo dictū: eſt ꝑ nolle ⁊c. Probaṫ cōcluſio. certū eſt eas per

petuo puniri iuxta ſententiā iudicis. Matth. xxv. Ite maledicti in ignē eternū qui paratus eſt diabolo et angelis eius. ſed nullus modus reprobatus eſt ꝯueniens. ⁊ omnia bene ſaluantur per iſtū modum quem inſequimur. Nec ſufficit theologo dicere: puniunt̄. ſed neſcimꝰ explicare quomodo ſicut frequēter aliquid ſcimꝰ incōtracte: ⁊ tamen illud cōtracte nos fugit. ſed theologi eſt aliis dare modū poſſibilitatꝫ rei de fide/ſpe ⁊ charitate

¶ Contra hanc cõcluſionem argumētor ſic. Si demones ⁊ anime ſeparate habeant penā per actus voluntatis ⁊ triſticiam ſequentē poſſunt omnē penam a ſe remouere. cū nihil ſit magis in noſtra poteſtate q̄ ipſa voluntas: ⁊ potentie rationales valeāt ad oppoſita .ix. metaphyſice. ⁊ ſecūdo perihermenias. ⁊ ſic redibit peior error q̄ Origenis: cū mox poſſint omnē penā euadere. Inſuper cū infernꝰ vel ignis nō repugnet ſpiritui ex natura ſua plus q̄ florida tēpe: ſpūs poſſunt velle eſſe in igne: ⁊ ita nō erit eis penale. ¶ Pro primo argumento nota ꝙ vnus modꝰ tenet hāc penā cauſari a ſolo deo: ⁊ nullo modo a dānato. ſed de hoc ī materia de perpetuitate beatitudinis: vbi eadem materia iterū occurret. Verū dico ꝓnūc ꝙ cauſatur ab ipſis dānatis partialiter: nec eſt ſitum in eorū facultate illos actꝰ deſerere vel remittere. Potētie autem rationes valent ad oppoſita cauſa prima cōcurrēte cū influētia generali vt nunc cōcurrit. ſed ſi ſpecialiter moueat voluntatē ad eliciendū actum vel ꝯtinuandū: nō eſt ſitum in facultate voluntatis ſuos actus deſerere. Quid Ariſtoteles ſenſerit in hac parte: mea nō refert. ſed ſi tenuiſſet q̄ nos tenemꝰ: ⁊ ſcimus eſſe certa ꝑ reuelationem dei vt puta que fidei ſunt: mutaſſet ꝓpoſitum. volūtas enim poteſt neceſſitari: non autē cogi. Aliud argumentū eſt ex his ſolutū: quia non poſſunt habere velle exiſtēdi in igne. tū quia haberent cōtraria. cū continuo habeant nolle: qḋ eſt penale valde damnato cōtra libertatē qua vtebatur in via ꝙ nō poteſt actū deſerere. Tū ſecūdo deus nō cōcurreret ad velle eſſe in igne ſi nulla eſſet cōtrarietas in volūtate preterea diſplicet dānato peccaſſe vbicūqꝫ locorū ſit. ⁊ videtur ꝙ illud ſit ei eſſentialꝭ pena q̄ nolle detineri in igne. ¶ Secūdo argumentor. ſequit̄ ꝙ nō magis diſpliceret eis puniri in inferno q̄ in celo vel aere. Inſuper dicuntur puniri ab igne. quare aliter vocatur pena ſenſus. Reſpondet̄. vbicūqꝫ locorum dānati ſint: habent ſuum infernū. quia nollunt in illo loco detineri in aere nāqꝫ ante diē iudicii demon non minus punitur intenſiue q̄ in inferno: ſed vnus locus eſt fetoribus plenus poſt diē iudicii eis propter peccata fetida datus. Ad aliud dicit̄ ꝙ magis ꝓprie puniūtur ſpiritꝰ in igne q̄ ab igne. etiā poteſt dici ꝙ puniunt̄ ab igne pro quanto cōcurrit ad notitiā quam habent ſpiritus ab igne/ et cōtinuo nec ab illa vnq̄ ſpiritus euelli poſſunt: ⁊ conſiderant ſe nō poſſe diſcedere ab igne. per ignē autē locū quemcūqꝫ intelligo in quo ſpiritus dānatus eſt. ſed corpora reproborum hoīm patient̄ ⁊ in igne ⁊ ab igne poſt diē iudicii. ¶ Tertio arguitur. ſequitur ꝙ omnes ſpūs equaliter puniant̄. cōſequens eſt incōueniens/cū inequaliter peccauerint. probat̄ ſequela: quia equaliter detinētur. Ad tertiū nego cōſequentiā. nā qui plus peccarūt habent intēſius nolle hic detineri/ ⁊ intēſiorem triſtitiā ſm proportionem peccatorū: nec poſſunt iſtos actus vel paſſiones ſequentes remittere. vermis enim cōſcientie eos etiā mordet. ⁊ diſplicet eis peccaſſe nō quia deo diſplicuerunt: ſed quia cruciant̄ ⁊ torquentur inuidia. Iſtḋ amplius patebit ex iis que dicemus in .xlix. diſtinct. in materia beatitudinis: cum oppoſitorū ſit eadem doctrina. ¶ Sed dubitas. quomodo anime in purgatorio puniuntur. Reſpondeo. vellent habere beatitudinē ⁊ liberari a purgatorio ſi deo placeret: ⁊ diſplicet eis ſuū peccatum pro quāto eſt dei offenſiuū: ad quod ſequit̄ triſtitia: ⁊ ſm multitudinem peccatorū maior eſt triſtitia: licet interdū poſſit eſſe pena extra locum illum ad tempꝰ vt ſcimus ex .iiii. dialogorum. vbi refert bea. Gregorꝰ. quēdam virū ſanctum retuliſſe quomodo viderit Theodoricum poſt mortem inter Ioannē papam ⁊ Symmachum patriciū diſcinctum atqꝫ diſcalceatum/ deductū in Vulcani ollam iactari. Eodem libro refert Germanum Capuanum epiſcopum inueniſſe Paſchaſiū diaconem qui erat defunctus ſtantem ⁊ obſequentē in balneis. ¶ Quarto arguitur ꝓbando ꝙ accidens corporeum poſſit anime vel demoni inherere: et ſi hoc ꝓbet̄ eradicatur fundamentū. Iam coloratur aſſumptū. Accidens ſpirituale poteſt ſubiecto corporeo inherere: ergo accidēs corporale poteſt inherere ſubiecto impartibili. cōſequentia tenet ꝯuenienti ſimilitudine. ¶ Reſpōdetur negando antecedens nā licet aīa corpꝰ informet ⁊ indiuiſibile ſit in loco corporeo: a doctoribus tamē nō admittitur accidēs indiuiſibile poſſe inherere ſubiecto corporeo. ⁊ quicquid ſit de antecedēte: cōſequētia ē nulla: ⁊ conſequens conſtāter negatur vt ex ſupradictis patet. Etiā ex cōceſſo ſequitur ꝙ illud accidens ⁊ quelibꝫ pars eius eſſet infinite intenſa: quod ꝓbo. capio pedale vniformiter albū vt .iiii. ſi tota albedo in prima parte ꝓportionali hore ponatur in ſecunda dimidietate: ipſa ē in duplo intenſior. ⁊ ſi in ſecūda parte proportionali hore adhuc tota albedo ponatur in quarta parte illius pedalitatis: iā albedo erit quadruplo intenſior. ⁊ ſi ita fiat per omnes partes ꝓportionales iſtius hore. iam in infinitū intēſa erit albedo ante finē hore: ⁊ in iſtāti terminante horam erit intenſior q̄ erat in aliqua parte proportionali illius hore. ergo in illo inſtāti albedo erit infinite intēſa. ſupponamus ꝙ in illo inſtanti redducatur ad indiuiſibile extēſiue: ⁊ ſubiectiue ſit in anima vel angelo. Nō valet quod Marſilius decit in de generatione ꝙ nō erit intenſior in fine q̄ erat in pricipio: cum nulla ſit albedo addita. Hoc inquā non valet: quia in ſecunda parte ꝓportionali hore ſunt octo gradus equales ſe penetrātes ergo tunc ſubiectū eſt album vt octo cōſequentia patet intelligenti: quia nō eſt minus album nunc q̄ ſi tota iſta albedo eſſet modo ſub hac diſpoſitione producta: ⁊ nunq̄ prius fuiſſet: quia exiſtentia prior nihil facit ad intenſionem preſentem. Et forte iſtud argumētum ſine addito nō concludit: quia concederetur ꝙ eſſet aliqua qualitas infinite intēſa. imo qḋ amplius eſt/quelibet pars eiꝰ eſſet infinite intēſa. quia quacūqꝫ parte accepta / prius erat in ſubiecto corporeo: ⁊ quodlꝫ tale redactū ad indiuiſibile infinite intēſum euadet. ſi cū quelibet pars albedinis ponatur cū qualibet: iam erit infinite intēſa albedo: vt patet de albedine in corpore Chriſti ī euchariſtia ſm vnam imaginationē ſi deus retraheret ſuū corpus reliquēdo albedinē ſub hoſtia ⁊ cōſtitueret̄ vna forma: quod eſt deo poſſibile: vel retraheret ſe a partibus ſuperficialibus hoſtie/manēdo ſolū in cētro illius ponēdo centra indiuiſibilia. ⁊ illuc retraheret ſe relinquēdo albedinē. Sed q̄uis ꝯcedā ꝙ aliqua albedo infinite intēſa ſꝫ ſe ⁊ quodlibet ſui ad impartibilitatē reducatur: nō tamen cōcedo ꝙ accidens corporeū poteſt ſubiecto indiuiſibili inherere. ⁊ hoc me mouet: quia nō eſt aliqua ratio illius ſufficienter probatiua nec aliquo pacto ſuaſiua: ⁊ maiores nři nūq̄ admiſerūt illud. Tertio pari rōne accidens poſſet extēdi. ⁊ ſi notitia ponatur in lapide quocūqꝫ nomine vocetur qualitas vel notitia: ipſa iterū



poſita in anima iterato erit infinite intenſa: ⁊ non erit intēſior q̄ iā eſt in anima. ergo nūc notitia ⁊ deniqꝫ quelibet qualitas in anima vel angelo ſm totū et partem erit infinite intenſa: cōtra Ariſtotelē et omnes antiquos: qui negabāt infinitū poſſibile: ⁊ cōtra poſteriores oēs q̄ non cōcedūt infinitum. ⁊ iſtud mihi perſuadet propoſitum. ¶ Quinto arguit̄. dabilis eſt aliqua albedo vel calor ſuapte natura non extenſus: et quilibet talis poteſt anime inherere. igitur. conſequentia nota eſt cum minore. maiorem ꝓbo. capiat̄ corpus calidum ſphericum/ ⁊ cadat ſuꝑ corpus planum nō calidum: ⁊ faciat deus ꝙ ſolum calefaciat in pūcto cōtractus: ⁊ impediat partes illius corporis ne calefaciāt aerē exiſtētem inter corpus planū ⁊ ipſum. Tunc ſic. tale corpus ſphericum non calefacit planum niſi ſm partem contactus: ſed non tāgit ꝑ partem diuiſibilē: quia dato oppoſito ſignet̄ illa pars diuiſibilis corporis ſpherici corpus planū tangens: ducā ex centro illius corporis ad circūferētiā tres lineas: quarū due extreme erūt longiores: et ꝑ conſequens non omnes linee ducte a centro ad circūferētiā ſphere erūt equales. qḋ eſt falſum. ¶ Reſpondet̄ negando maiorē: q2 ꝓprie illud corpus ſphericū non tangit planū: ſed cōſequenter illa corpora ſe habēt: quia vndiqꝫ mediat aer. Nam quacūqꝫ parte illius corporis ſpherici data vicina corpori plano: ipſa habet tres partes: quarum vna eleuat̄: et ꝑ conſequens non tangit planum. Sed ſtando in cōmuni diſtinctione: dicamus ꝙ dupliciter vnū corpus tangit aliud. Vno modo quando ipſa non poſſunt eſſe ꝓpinquiora ſuis figuris ſaluis: ⁊ hoc modo ſphera tangit planū non in pūcto: quia non eſt neceſſe ponere puncta pro argumento: ſed punctaliter. Alio modo duo corpora ſe tangunt quādo vna determinata pars vnius ſm ſe et quodlibet ſui ſuꝑficialiter tangit aliud. quo modo corpora plana ſe tāgunt. corpora autem ſignata nō poſſunt hoc modo ſe contingere. ¶ Sexto arguit̄ probando maiorem de albedine. capio duas albedines ſeparatas que cū duabus euchariſtiis ſint pedaliter lōge: gratia exēpli. moueant̄ duo angeli vniformiter ſuꝑ has albedines/ſic ſcilicet/quando a. angelus eſt in puncto terminatiuo ſue linee pedalis albe/ verius albedinis b. primo non ſit. tunc ſic a. albedinem maiorem ꝑtrāſiuit q̄ b. loquor de maioritate extenſiue. et non ꝑtranſiuit aliquā diuiſibiliter maiorē albedinē q̄ b. ergo datur aliqua albedo ſuapte natura nō extenſa. Alique ſunt propoſitiones hic ſatis clare: quarum vna eſt ꝙ non eſt adequate aliqua albedo maior ꝑtranſita ab a. q̄ b. Si dicas/tota: Oppono. quelibet pars ſpatii ſuꝑ qḋ mouebatur b. eſt ꝑtranſita. ponat̄ ꝙ albefecit partes ſuꝑ quas mouebatur: iam non dat̄ pars non albefacta: ⁊ quelibet talis eſt pertrāſita ex hypotheſi. igit̄. Item quodlibet punctum intrinſecum ſui ſpatii ꝑtranſiuit b. igit̄. ſi quodlibet pertranſiuit/totum. arguitur ſic. In nullo inſtanti b. attigit terminum ad quem. non in inſtanti extrinſeco: quia tūc non eſt: nec intrinſeco vt notū eſt: quia in quolibet inſtanti illius temporis dato diſtabat a pūcto extrinſeco. Ad hoc argumentū reſpōdebit̄ virtualiter inferiꝰ diſt. xlvi. ¶ Vides quomō anime in inferno puniunt̄/non ꝑ calorem eas calefacientem: ſed ignis et eius calor immutāt continuo dānatum ad habendam notitiam ſui: et neceſſitat̄ voluntas ipſius a deo/nolle hic detineri. quicunqꝫ enim locus fuerit in quo eſt: nō poteſt magis locū ſuum exire ad nutum q̄ anima mea corpus meum: et ad hoc ſequit̄ triſtitia. Et licet triſtitia poſſit produci ſine nolle per diſplicēs apprehenſum ⁊ non nolitum: tamen circa hoc nunc non inſiſto. Vel ſic: et forte apparētius. dānatus apprehendit ſua pctā ꝑpetrata omnia in particulari/ deo coagente: que particulariter [illegible] dit quodlibet tanqꝫ diſplicens. et ita de quolibet [illegible] to ꝑpetrato habet triſtitiā: et ſi peccatū ſit magis et magis dei offenſiuū: maior ſequit̄ triſtitia. Verū q2 a multis pena triſtitie non ſatis ponderat̄: dignum duxi paucis queſtionem vnam ſuper hac tractare.

## ¶ Diſtinctionis Quadrageſimequarte. Queſtio Septima.

SEptimo igitur & vltimo in hac diſtinctione querit̄. an triſtitia ſit magna pena. Reſpōdet̄ ꝑ aliquas cōcluſiones. Prīa eſt. Triſtitia eſt magna pena. ¶ Secunda concluſio. Triſtitia poteſt eſſe tanta vt virum deſtruat ⁊ tollat de rerum natura. ¶ Tertia ꝯcluſio. Nō pōt dari maior pena q̄ triſtitia. Poſſem magnitudinē triſtitie probare ꝑ penā inferni vel purgatorii: ſed q2 hoc eſſet vti circulo in ꝓbatione: aliter procedam ꝑ notiora. Probat̄ pma ꝯcluſio. honeſta letitia eſt maxime expetibilis: ergo triſtitia potiſſimū circa culpā nō bn̄ deteſtandā/eſt maxime fugibilis. tenet conſequētia ꝑ regulā topicā. Antecedēs manifeſtū eſt: q2 habeat papa/rex/ vel epūs q̄cq̄d voluerit in bonis q̄buſcunqꝫ/ ſine letitia putabit ſe nihil habere. ¶ Accedo ad ſecundā cōcluſionē: q2 ꝓbatio duarum vltimarum concluſionū oſtēdit primā. Omne illud qḋ corpus notabiliter deſiccat/virum occidit. ſed ſic eſt de triſtitia. igit̄. minor patet ex illo Prouerbiorū. xvii. Animus gaudens etatē floridā facit ſpūs triſtis deſiccat oſſa. Et Prouerbiorū. xv. dicit̄. Cor gaudēs exhilarat faciē: in merore animi deiicit̄ ſpūs. Inſuper multi triſtitia victi ſunt q̄ ab hoībꝰ vinci nō poterāt: ⁊ ſeipſos īteremerūt vt Aiax Thelamoniꝰ, Hānibal/Cato Vticēſis. Quot ſunt itē q̄ triſtitia ꝯcepta de amicis ⁊ ſeipſis mortui ſunt in illa: Antiochus vt refert̄ i. Machabe. vi. incidit in lāguorem pre triſtitia: et dixit. Ecce ꝑeo in triſtitia magna in terra aliena. Seculo noſtro id etiā in aliq̄bꝰ cōperimꝰ. Preterea triſtitia nocet vite et eā corripit: ergo maior triſtitia magis nocet ac tāta pōt eſſe triſtitia vt homo nō poſſit durare. ꝓpterea recte exponit̄ ꝟbū Chriſti Matthei. xxvi. Triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē. vtputa. ſi triſtitia eſſet maior/nequirē durare: naturaliter ſupple. ¶ Tertia ꝯcluſio ꝓbat̄ ſic. Inuidus maxime torquet̄: ⁊ hoc non eſt niſi q2 maxime triſtat̄. igit̄. conſequentia eſt clara. minor patet: q2 dolet de rebus opimis et proſperis illius cui inuidet. iuxta illud Horatii. Inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Maior probat̄. Nam paſſio animi eius ſcilicet triſtitia immutat vultum: et facit virum deformem. Hinc Ouidius graphice domū Inuidie deſcribit. vt in .xlii. diſti. ii. allegauimꝰ. Inſuꝑ letitia mentis multo magis delecta et ſynceriꝰ q̄ corporis voluptas: alioquin ī ea non eſſet beatitudo: et nobilius ſubiectū habet nobiliorē qualitatē. ſed anima corpori preſtat. igit̄. Triſtitia aūt plus torquet q̄ dolor ſimplex. voco dolorem ſimplicem q̄ nō habet triſtitiā admixtā. Preterea magnanimꝰ exiſtens in clara fama ſi in aliquid īcidat qḋ ſuā famā ledit/ denigrat/lacerat: ſic torquet̄ triſtitia vt maior pena adhibere nequeat. Audiuimus de viro ſolum mediocris fame: q̄ cū ꝓnūciaret̄ nouiſſimus in theologie licentia in noſtra facultate Pariſiana: ſemimortuꝰ cecidit. Quid ꝯtigerit iis qui diu litigādo/pinguia bñficia: aut pugnādo regna: vel imperia diuerſa amiſerint: nemo eſt qui nō nouerit. et ſm magnitudinem rei amiſſe creſcit triſtitia.

Quid vero infelicius euenire poſſit q̄ amittere regnū celi ſocietatē beatorū ſpirituū cū tanta leticia: ⁊ trudi i carcerē erūnis plenū perpetuo? certe ꝑpetuitatis conſideratio nulli dubiū eſt quin mirabilem pariat triſtitiā. Sed de hoc vbi de gaudijs/⁊ penis loquemur: particularibus poſtea dicemus.

Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Prima.

TRia pricipaliter in hac diſtinctione quadrageſimaquinta inquirere ꝓpono. Primo de ſuffragijs q̄bus valeant: ⁊ ad quid. Secūdo de ſepultura mortuorum ad quid illa conducat Tertio an ſancti ꝓ nobis ⁊ exiſtentibus in purgatorio orent. De ſuffragijs primo inquiram, quibꝰ proſint ſuffragia eccleſie. Pro quo pono concluſiones. ¶ Prima eſt. Suffragia eccleſie non ꝓſunt damnatis. ꝓbatur. Nā quarto de ciui. dei dicit diuus Auguſtinus. Si ſcirē patrem meū in inferno/nō plus orarē pro eo q̄ ꝓ diabolo. Et Baptiſta tertio Calamitatum. Sed neq̄ rex erebi queq̄ tranare paludē. Nec ſuperis iterum reddi ſinit. ¶ Secunda propoſitio Suffragia eccleſie nō proſunt exiſtentibus in celo. Nā ipſi ſunt in termino: quorū gloria nō augetur: ſicut nec pena exiſtentiū in inferno diminuit̄. Hoc p̄z in Enchiridio. lxv. c. ⁊ de cele. miſſ. c. Cū Marthe. §. Tertio loco vbi dicitur. Iniuriā facit martyri qui orat ꝓ martyre. Et propterea vt Innocētius tertius archiepiſcopo lugdunenſi illic ſcribit/mutata eſt oratio ſcti Leonis/vt ꝓ nobis oraret: pro quo olim orabatur. ¶ Tertia cōcluſio. Suffragia eccleſie aliquid proſunt: ⁊ aliquibꝰ. alioquī eccleſia fruſtra oraret ꝓ defunctis: ⁊ ſic erraret: qd̄ nefas eſt dicere. Et oſtendit̄ per illud. ij. Machabeoꝝ. xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare/vt a peccatis ſoluant̄. Quod tangit idem Baptiſta lib. iij. Alphonſi dicēs. Propterea ceſo redicēs Machabeus ab hoſte immenſum Solymas argenti pondꝰ ad arces Miſit/opē ſocijs qui cū virtute ſupremā Clauſiſſent pro lege diem. Et paulo ante in eodē. Nec homines quotiens iterāt libramina vel cum Aere iuuāt inopem vel pneumina ſancta precātur. Aut auido minus indulgent obſonia vētri. Sic deꝰ eduxit: tali perfundimur aura. Diuinā ſentimus opem miteſcit auernus. Exilium decreſcit: habēt feſſi ocia manes. Inſuper arguitur ratione. Aliquis poteſt ſatiſfacere ꝓ viuo: ergo ⁊ pro defūcto: patet cōſequentia: quia defunctus eſt capax liberationis a pena ſicut ⁊ viuus: quia actualiter penā patitur Sed ſi q̄s totū valorem operis ſui referat in ſatiſfactionē alteriꝰ/nullo modo ſatiſfacit ꝓ ſeipſo. Nam exiſtēs dominus fructuū operis ſui/⁊ omnino applicans fructū alteri nihil ſibi retinet: queadmodū ſi ꝓ ſe oret: totū ſibi ꝓdeſt. nō tamen ſibi ipſi minus meretur de gratia ⁊ gloria: quia illa nō meretur alteri. ¶ Quarta cōcluſio Suffragia eccleſie poſſunt exiſtentibus in purgatorio. probat̄ ſic. aliquibus ꝓſunt. ſm tertiā premiſſam: ⁊ nō exiſtentibus in celo aut inferno ꝑ primā ⁊ ſecundam: ergo ꝓſunt exiſtentibus in purgatorio: a ſufficiēte diuiſione. Appellamus exiſtentē in purgatorio defunctū/vbicūq̄ locorū fuerit: mō nō diſceſſerit in originali vel mortali: ſed ſit debitor pene tēporarie.

¶ Contra primam concluſionem argumēto: ꝑ argumētū cōmune de Traiano liberato precibus b. Gregorij. qui tamē erat in inferno quia beatū Ignatiū diſcipulū beati Ioannis euāgeliſte: ⁊ aliquos alios morti tradidit iniuſte. Item eccleſia canit. A porta inferi erue domine animas eorū. Inſuper in vitis patrū legitur q̄ beatus Macharius liberauit quēdā gentilem preſbyterū qui aſſeruit ſe eſſe damnatū. Preterea in vita ſancti Brandani cōtinetur (quod ⁊ Altiſi. in fine ſui quarti allegat ex Prepoſitino) q̄ beatus Brādanꝰ vidit iudā incedentē per prata: ⁊ cū quereret ab eo quare nō eſſet in inferno: reſpōdit q̄ ad tempꝰ refrigerium habebat ꝓpter bona que fecerat. ¶ Ad primū. neſcio vnde ſit origo illius hiſtorie: cū attribuatur Ioāni Damaſceno q̄ multo tempore preceſſit beatum Gregoriū. Solutio aūt cōmunis eſt q̄ non erat finaliter dānatus. ſed cū fuerit liberatus: hoc palā eſt. ſatius eſt dicere q̄ precibꝰ beati Gregorij: fuit vite reſtitutus: ⁊ meruerit: ⁊ deceſſerit tandē in gratia. Ad aliud/nō recipio illd̄ de beato Machario niſi aliunde doceatur certius. nec etiam illud quod narratur in vita illius ſancti patris Brādani. Aliqui nāq̄ ineruditi interdum putātes ſanctos extollere falſa aſſerunt in eorū vitis. hic autē ſanctus pater florens multis miraculis/pater fere trium miliū monachorum vt proditū eſt: non iſta dicebat vt opinor: ſed quidam alius aſſeruit hoc eſſe ab eo dictum. Per portam autē inferi intelligitur purgatoriū: quomodo libus patrum interdum appellatur infernus. vnde dicebat Iacob Gene. xlij. Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. ⁊ xxxvij. Deſcendam ad filium meum: lugens in infernum. ⁊ Iob. xvij. dicitur. In tenebris ſtraui lectulum meum: infernus domus mea eſt. Inſiſte tu ipſe de his qui reſuſcitati erāt in vetere et nouo teſtamento forte aliquorum anime erant in purgatorio alique in celo: ⁊ deceſſerant forte in mortali. Hoc autē nō eſt directe cōtra noſtrum concluſionē: quia tales ſūt extra cōmunem legem. ¶ Scd̄o argumētor. Aīa Chriſti deſcēdit ad inferos ⁊ redemit animas q̄ ibi fuerunt. ſed alique erāt in inferno. igit̄. Inſuꝑ per diſtinctionem beati Auguſtini in Enchiri. que etiā citat̄/de celebratione miſſa. c. Cū Marthe. ⁊ xiij. q. ij. c. Tēpꝰ quidā ſūt valde boni: q̄dā valde mali. ⁊ his nō ꝓſunt ſuffragia. q̄dā mediocriter boni: ⁊ quidam mediocriter mali. ⁊ illa mēbra nō coīcidūt. ad q̄d ei diſtinxiſſet Augu. iiij. membra ſi eſſent ſolū tria in te: ergo ꝑ mediocriter malos intelligit exiſtētes in paucis pctīs mortalibꝰ quo mō multi intelligunt. ¶ Reſpondet̄ cōcedendo q̄ aīa Chriſti deſcēdit ad inferos. ſed nego q̄ oēs aīas ibi exiſtentes liberauerit: quia ſolū debitrices pene. vt beatus Gregorius dicit in quadā homilia feſtorū paſcaliū. ſed electorum ſuorū nullū apud inferos reliquit. Purgatorium autē eſt infernus inferior ad hoc qui puniunt̄ hic ſuperius. ⁊ ſic nō obſtat illud pſalmi. lxxxv. Eruiſti animā meam ex inferno inferiori. Ad ſecundū dico q̄ ꝑ mediocriter bonos intelligit exiſtentes in venialibꝰ ⁊ in eoꝝ penis. ꝑ mediocriter malos intelligit exiſtētes in venialibꝰ ⁊ debitores pene ꝓ mortalibus/de quibus acta eſt penitentia in hoc mūdo. Et licz illa mēbra coinciderēt: non eſſet diſcōueniēs. nā in vulgari mō loquendi idem intelligimus per mediocriter bonos/⁊ mediocriter malos. Limitatio aūt gloſſe in. c. Cū Marthe. q̄ ſuffragia tollunt geometrice ⁊ nō arithmetice nihil valet cū ſecūdū ſuffragium ſit vel eſſe poſſit adeo bonū/vt ꝑmū: ⁊ tertiū eq̄ bonum/ac ſecundū. nā pure voluntoriū eſt dicere poſteriora nō tantum tollere. quantum priora. melior autem eſſet diſceptatio de illo qui decedit in mortali ⁊ veniali. nam veniale punietur ſolum temporaliter vt putamꝰ. ⁊



videt̄ q̄ illi quo ad diminutionem pene venialiū proſint ſuffragia. quales forte vocātur mediocriter mali a beato Auguſtino: qui cum mortalibus et venialibus decedunt. Sed dices: illi pro quibus Iudas Machabeus miſit pecuniam erant damnati. quia habebant pecuniam idolorum ſub tunicis. Preſumebat q̄ penitebant de peccato.

¶ Contra ſecundam concluſionem argumentor. ſequitur q̄ tunc ſuperflue quis orat/cum illi non proſit oratio. Reſpondetur. oratio mea tunc in ſinu meo conuertetur. nam intentio mea interpretatiua eſt vt ad me redeat ſi illi non proſit. ¶ Secundo arguitur. oramus pro morientibus ſtatim poſt baptiſmum: quos tamen ſcimus baptizatos. igit̄. Reſpondetur. dicimus miſſam pro paruulo baptizato vt nobis proſit: et ad cōmendandum myſterium redemptionis/et ad incorporādum talem in eccleſia cum alijs. nam ſi eſt baptizatus/ſtatim euolat. ſi non eſt: protinus ibit ad limbum puerorum: et iterum ei non prodeſt. diſiunctiua autem eſt certa certitudine ſolum morali. puta q̄ eſt baptizatus vel non. Petis: an talis certitudo ſit fides: cum ſit aſſenſus firmus et ineuidens. dico q̄ ſic. nam ſi ego baptizē/ſum certus de hac categorica. iſte eſt ſaluatus. quia hec dependet ab his: quilibet rite baptizatus habet gratiā baptiſmalē. ille eſt huiuſmodi. igitur. maior eſt de fide. et minor mihi certa: quia ego ſcio me intendiſſe: protuliſſe verba: et aquam proieciſſe. et alter eſt certus de diſiunctiua certitudine fidei nullum forte aſſenſum habendo circa categoricas: vel certitudinem moralem de altera.

¶ Contra duas poſteriores concluſiones ſimul argumentor. Per illam viam renitimur iuſtitie diuine liberando aliquem a purgatorio quem deus vult punire: et ſic malum erit impunitum. Inſuper ſic actus exterior aliquid boni ſuper actum interiorem addet. probatur. ſi Sortes relinquat heredi vel legatario celebrandas. xxx. miſſas pro ſe: et Plato totidem/et nihil fiat pro Platone: ſed pro Sorte: Sortes citius liberabitur. alioquin ſuffragia ei non prodeſſent. ¶ Ad primum nego q̄ orans pro defunctis contrauenit iuſtitie diuine; quia deus decreuit hanc animam purgari per ignem: niſi aliquis pro ea oret. nec malum erit impunitum: quia iſte orans patitur penam pro amico non potēte ſibiipſi ſubuenire. Ad ſecundum nego de premio eſſentiali. de acceleratione autem ad gloriam: et ad habēdam gloriam eſſentialem: concedo. et quo ad hoc conditio diuitis eſt melior q̄ pauperis: et habentis multos amicos pro ſe orātes. iuxta illud Iob. Miſeremini mei: miſeremini mei/ſaltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Iob. xix. Obijcies. ergo non ſufficit velle celebrare pro aliquo ad liberandum illum a purgatorio. vel ſi requiratur exequutio quo ad hoc: ſequit̄ hec concluſio. Melius eſt habere ſacrificium preſbyteri celeriter celebrantis vt in Gallia: q̄ diu celebrantis vt in Scotia vel Hiſpania: quia in fine miſſe ſolum iſte liberabitur. ponamus q̄ celebratio vnius miſſe liberabit aliquem a purgatorio. Inſuper melius erit habere ſtatim poſt mortem. ccclxv. miſſas q̄ habere preſbyterū quotidie celebrantem per annum. Patet. quoniam ſi tot miſſe hunc liberabunt: omnes celebrate mox poſt mortem eum liberabunt: que ſi ſucceſſiue fiant/non ita cito liberabunt. Reſpondetur. requiritur actus exterior: et ceteris paribus miſſa impigre celebrātis eſt melior. ſed crebro cetera ſunt īparia: quia deuotius alter ſacerdos celebrat: et plura dicit. quapropter neutrum modū reprobamus dūmodo bene fiat iuxta conſuetudinem regionis. Ad ſecundum dico argumentum cōcludere quo ad liberationem a pena: ſed non oportet eſſe melius: cū poſſibile ſit mereri plus de premio eſſentiali celebrādo per annum: vel obitum inſtituēdo/ſeu fundādo in maiorem gloriam dei. ſed neutrum iſtorū alteri preferimus: quia vtrūq̄ eſt bonum ſuo modo. ¶ Secundo arguit̄. Apocalypſis. xiiij. dicitur. Opera enim illorum ſequuntur illos. ergo non iuuantur alienis operibus. Eccleſiaſtici ix. dicitur de mortuis q̄ non habent partem in opere qd̄ ſub ſole geritur. Inſuper mala opera viuorum non poſſunt nocere mortuis: quia nullus punitur bis. ergo nec bona opera eis prodeſſe poſſunt. ¶ Ad primū dicit beatus Auguſtinus: et Magiſter allegat in litera: q̄ opera facta pro mortuis dicuntur opera eorum: inquantum meruerunt in vita vt pro eis fierent. ⁊ hoc nihil aliud eſt q̄ decedere in gratia: et in debito pene. Ad ſecundum. hoc eſt verum ad augmentum glorie vel gratie. Ad tertiū dicitur q̄ deus pronior eſt ad miſerēdū q̄ puniēdū. ¶ Nunc concludam paucis ea que in hac prima q̄ſtione diximus. ſ. q̄ poſſumus mereri liberatiōem pene exiſtentibus in purgatorio qui non poſſunt ſeipſos iuuare. Ad hoc probationes adduximus. et probatur adhuc ꝑ gloſ. j. ad Theſſal. iiij. ſuper illo verbo (nolumus vos) et per Augu. in ſermone de verbis Apoſtoli. Sed ſi alicui vel aliquibus omnem fructum operis mei applicem/et pro illo preciſe faciam: non mereor aliquid de deliberatione pene quo ad meipſum: niſi alter non egeat tāto fructu. nā ſic oratio mea mihi proficit: quia eſt intētio mea interpretatiua q̄ in me redeat: vbi expreſſe alteri nō applicatur. Durandus tamen dicit q̄ non poſſum alteri mereri liberationē culpe venialis: niſi culpa fuerit priꝰ remiſſa. Hoc puto falſum: et dico conſequēter ad dicta q̄ culpam venialem remitti in inferno nihil aliud eſt q̄ penā illic pati pro illa: et hoc ſufficit. et a fortiore in purgatorio. Si igitur pati pro culpa veniali eſt culpam venialem tolli in alio ſeculo: me rogante pro diminutione illius pene pena delebitur: ac ſi eſſet pena reſpōdens vni culpe mortali prius in via dimiſſe. Vlterius dico non eſſe prudentem qui ſe neglecto ſuffragia ſua mortuis applicat.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Secunda.

PRoſequendo materiā ſuffragiorum/ſecundo queremꝰ An ſacrificium vel miſſa dicta pro pluribus tātum cuilibet eorum proſit quantum ſi pro paucioribus celebraret̄. ¶ Reſpondetur negatiue. probatur cōcluſio. nam valor miſſe eſt finitus. modo quādo finitum diuiditur in plures partes equas: tanto quelibet illarum partium eſt minutior quāto in plures diuidit̄ partes. patet exēplariter partiēdo cōtinuum: quelibet enim quinta qualibet quarta eiuſdem continui eſt minor: et ſic de ſexta reſpectu quinte. Forte dicis. virtute operis operati valor miſſe eſt infinitus et indeficiens pelagus et ſic equaliter applicatur pluribus et paucis. vt ſi eſſet vnus cumulus infinitus lapidum pedalium: multi ⁊ pauci finiti capientes portiones equas nūq̄ poſſent illos lapides omnes auferre: ⁊ infiniti homines ſi eſſent poſſent auferre: et ſemper remanerent infiniti. Quicquid ſit de ablatione lapidum infinitorum/licet infiniti homīes poſſent aliquo modo auferendo/omnes tollere: nō erit idem in

ꝓpoſito, nam ſi eſſent infiniti mundi vel homines infi:
niti in eodem mũdo: quilibet paruulus mundaretur ab
originali: ⁊ haberet gratiam baptiſmalem. ſimiliter ſi eſ:
ſent infiniti adulti venientes ad baptiſmum: omnium il:
lorum pene poſt deteſtationẽ eſſent purgate. et ita in in:
finitis ſicut paucis. Et q̃uis illud eſſet verũ (quod non
eſt veroſimile) ſolum finite ſacrificium a deo acceptat: ⁊
ita ſtabit noſtra concluſio vera. nam totus valor ex par:
te rei operate et rei operantis eſt maior applicatus pau
cis q̃ multis. Et patet per ſimile tota concluſio. ſi Sor:
tes et Plato debeãt Ciceroni viginti/ vterq; eorum de:
cem: dando decem nõ eſt ſatiſfactio pro vtroq; illorum.
Secundo argumentor ad cõcluſionem. Si miſſa dicta
pro duobus tantum valeret quãtum ſi pro vno illorum
diceretur: periret deuotio qua homines curant miſſas
celebrari: quod eſt inconueniens et contra conſuetudi:
nem eccleſie. patet. nam vbi centum vel mile conuenirẽt
ad celebrationem vnius miſſe: cum cuilibet illorum tan
tum valeat quantum vni ſoli per te: nullus curabit cele:
brari ſacrificium pro ſe. ¶ Ex iſto ſequitur ꝙ modus
Prepoſitini eſt ficritius: ꝙ miſſa celebrata ꝓ Sorte tã:
tum valet ei quantum Sorti et Platoni/ niſi quia eſt ei
maior honor adhibitus. quemadmodũ eſt de diuite ha:
bente candelam in lectione: a qua alij equaliter propin:
qui eque bene vident. ⁊ de lectiõe lecta vni quã alij pre:
ſentes equaliter capiunt. hec analogia in agẽte natura:
li nihil valet ad lumen ſpirituale: quod dependet ex ac:
ceptatione diuina.

## ¶ Contra hanc concluſionem argu/

mentor. Ex ea ſequitur ꝙ melius et vtilius foret eſſe de
parochia ſancti Hilarij q̃ ſancti Pauli vel Stephani.
ſimiliter magis conduceret eſſe de parochia ſancti Bal
dredi in Adhamẽ q̃ ſancti Egidij Edinburgi. hoc eſt
inconueniens. conſequentia videtur lucida ex concluſ:
ſione: cum miſſa applicata paucis cuilibet eorũ plus
proſit q̃ applicata multis. modo due harum parochia:
rum ſunt exigue: et tres grandes. ¶ Reſpondetur negan:
do conſequentiam. nam plures ſiunt conciones ad po:
pulum: et plura ſuffragia in magna parochia q̃ in par:
ua: et meliores forte homo habet vicinos. Sed quia ar:
gumentum tãgit illud bonum qđ prouenit parochiano
ex valore miſſe parochialis: dico ꝙ valor generaliſſim⁹
equaliter valet applicatus multis et paucis. in quo va:
lore includuntur omnes fideles et aſtantes. Nam ſacer:
dos offerens hoſtiam ſuper altare dicit. Suſcipe ſancte
pater et cetera. paulo poſt orat pro omnibus circunſtan
tibus: et etiam omnibus fidelibus chriſtianis viuis atq;
defunctis. et in canone ꝓ maximo pontifice/ rege et an:
tiſtite noſtro orantes ſubiungimus: et omnibus ortho:
doxis. non enim diminuit deus valorem illum ob plu:
ralitatem aſtantium vel chriſtianorum: immo equaliter
eis prodeſt ſiue multi ſint ſiue pauci. quare conſequẽtia
eſt nulla: quia parochiani includuntur in valore gene:
raliſſimo. Sed in valore generaliſſimo ſunt gradus. nã
ſpecialius tenetur curatus orare ꝓ ſuis/ hoc eſt/ ijs qui
dãt pecuniã ꝓ ſacrificio particulari q̃ ꝓ alijs. hoc mo:
do ſeruamus ritum eccleſie: ꝙ ſcilicet miſſa parochia:
lis ſancti Stephani cuilibet parochiano tantum valet
quantum cuilibet parochiano ſancti Hilarij. et tamen
ſi duo ex parochia ſancti Stephani faciant celebrari
rem diuinam: non tantum vtriq; eorum ꝓdeſt quãtum
ſi eorũ alter feciſſet hoc ſacrificium offerri. ¶ Secũdo
arguit̃. ſequit̃ ꝙ ſi aliq̃s oret ꝓ infinitis: eius oratio ſpe:
cialis nihil vni proſit. patet. dicat Petrus. vij. pſalmos
ꝓ infinitis ſi eſſent/ vel ꝓ infinitis poſſibilibus: vt ſi mũ:
dus fuiſſet ab eterno: ⁊ infinite eſſent anime in purgato:
rio. vel eius oratio cuilibet proderit equaliter: ⁊ ſic redi:
bit poſitio Prepoſitini quã explodẽdã diximus. Forte
dicis: ⁊ ſic ad hoc dicendum eſt: ſi aliquis oraret oratio:
ne tali que non eſt ſacramentum/ nec ipſum miniſteria:
liter efficit: et illa oratio applicetur infinitis arithmeti:
ce: nulli eorum prodeſt: ſi deus non aliter applicet q̃ iſte
intendit applicare. nam cum valor ſeptem pſalmorum
vel pſalterij ſit finitus: non eſt poſſibile diuidere ipſum
in infinitas partes equales non cõmunicantes. et ꝑ con
ſequens ſequitur ꝙ valor ſaltem operantis applicatus
equaliter cuilibet animarũ infinitarũ ſi eſſent in purgato:
rio: nulli aliquid valeret. Dixi arithmetice. q̃ ſi geome:
trice applicet vel difformiter: poteſt cuilibet illorum ali
quid valere: vt applicando Sorti primam partem pro:
portionalem meriti: Platoni ſecundam partem porpor
tionalem illius valoris: Ciceroni tertiam. et ſic ſine ſta:
tu. quia ſic in infinitum paruum vni iſtorum applicab:
tur valor. Contra hoc arguitur. ex ſolutiõe ſequitur/ ꝙ
ſi infiniti orarent ꝓ infinitis. nullũ liberarẽt. ꝓbat̃: quia
totus valor eſt finitus: et equaliter applicatus infinitis:
ergo nulli valet ꝑ te. Reſpondet̃. non ſequit̃: quia totus
ille valor eſt infinitus. Et patet aliter. nam ſi quelibet
iſtius multitudinis oraret ꝓ vno ſolo: oratio aliquid va
leret illi ꝓ quo oraret̃: ⁊ nõ minus meretur tota illa mul
titudo orãdo ꝓ tota multitudine in purgatorio q̃ ſi vn⁹
oraret ꝓ vno determinate. igit̃. Secũdo dico ꝙ licet in
finitis hoc habeat vbiq; verũ: non tamen oportet in infi:
nitis. nã modus applicãdi in infinitis multũ facit: ſicut
auferẽdi. vt ſi eſſent infinita ſcuta poſita ad longũ: ⁊ infi
nita multitudo ſic auferret vt primus tollat primũ ſcu:
tũ: ⁊ ſecũdus ſecũdũ: ⁊ tertius tertiũ: ⁊ ſic ſine ſtatu: nul:
lo ſcuto p̃termiſſo: tota multitudo auferretur: et tamen
ſi primus homo tolleret ſecũdũ ſcutũ: ⁊ ſecundus quar:
tum/ ⁊ ſic alternatim: nũq̃ omnia tollerent̃. Tertio dico
ꝙ iſte caſus eſt p̃ter legem: ac ꝑ hoc non multũ ꝓſequen
dus. ⁊ licet mũdus fuiſſet ab eterno quod reor poſſibile:
nũq̃ habebis infinitas aĩas in purgatorio. ¶ Tertio ar
guit̃. ſequit̃ ꝙ ſacerdos capiẽs ſex denarios quos vocãt
paruos albos a Sorte/ et totidem a Platone/ non ſatiſ:
facit vtriq; eorũ/ dicẽdo vnam miſſam ꝓ eis. hoc eſt fal:
ſum cũ det eis meli⁹ q̃ acceperit. ſecũdũ id qđ dicit̃ in
offertorio miſſe. Centuplum accipies: ⁊ vitã eternã poſ:
ſidebis. Dicis forte. debet ſeruare promiſſum: q̃ ꝓmiſit
dicere ꝓ quolibet vnam miſſam. Oppono nihil ꝓmiſit:
ſed accepit ſex paruos albos: ⁊ nihil ei interea dicebat.
Inſup ſi tibi ꝓmittã turonũ dãdo tibi liardum ſatiſfa:
cio: ⁊ tñ nõ obſeruo tibi ꝓmiſſum in forma: ſed in melio:
re: cũ in liardo nullũ turonũ inuenias: ſed ſolũ equiualẽ:
ter. vel fac obiectionem de auro et argento modo oratio
eſt aurũ: ⁊ tua pecunia argentũ: ⁊ vix ſtãnũ cõparatiue.
¶ Reſpondet̃ concedendo ꝙ nõ ſatiſfacit vtriq;: immo
vtriq; non ſatiſfacit. et licet non ꝓmittat ſemꝑ verbo: ꝓ
mittit tñ interp̃tatiue a conſuetudine populi: que cõſue
tudo Pariſijs eſt dare ſex paruos albos ꝓ celebratiõe:
quos dãs iudicat ſacerdotem debere ꝓ ſe celebrare: et
hoc nouit ſacerdos ex cõſuetudine. Non ſufficit autem
dare melius: ſed ꝓmiſſum oportet ſeruare. nec eſt ſimile
de turono ⁊ liardo/ argento ⁊ auro: cum vnum ſit reſolu
bile in aliud: ⁊ vtriq; parti placeat. ſecus eſt in ꝓpoſito.
¶ Sed contra iſtud argumentor. ſequeret̃ quãdo nobi
lis quiſpiã vel notabiliter diues daret ſacerdoti ſcutũ:
ipſe teneret̃ quatuordecies celebrare: cũ totiẽs ſex par:
ui albi cõtineant̃ in ſcuto. Inſup dent Sortes ⁊ Plato
Ciceroni ſacerdoti q̃uq; duodenos in eodem die: vterq;
ſex paruos albos: ꝓ vtroq; Cicero illo die dicat miſſam:



⁊ ſimiliter pro illis copulatim in craſtino vnam miſſam:
iam pro neutro dicit miſſam: et tamen ſatiſfacit. igitur.
¶ Reſpondetur ad primum negando conſequentiam:
quia ex circunſtantia caſus et modo faciendi ſacerdos
interpretabitur ꝙ ſibi dederit amore dei/ vel puro do:
no/ vel propter honorem coram alijs/ vel vt dantem ex:
tolleret: niſi aliunde doceatur de oppoſito. Ad ſecundũ
dico ꝙ Cicero pro neutro dicit vnam miſſam: virtuali:
ter tamen facit. quemadmodum audiens duas miſſa:
rũ dimidietates/ virtualiter audit vnã miſſam. ¶ Sed
contra hoc replicatur. ponamus ꝙ bina recitatio pſal:
terij ſufficiat ad liberandam vnam animam e purgato:
rio: et Sortes et Plato ſimul recitent pſalterium: iam
Sortes dicẽdo dimidium pſalterium ſatiſfacit pro in:
tegro pſalterio: ergo Cicero ſacerdos ſatiſfacit vtriq; ꝑ
eandem miſſam. Inſuper per obitus canonicos ſatiſ:
fit duobus per vnam miſſam in eccleſijs cathedralib⁹.
quãdo enim duo vel tres obitus occurrunt eodem die:
non pro quolibet dicitur vna miſſa: quia nimis impedi:
ti eſſent canonici. Si dicas eis licere/ et non pauperib⁹/
querentibus ſuas miſſas (vt aiunt) videberis fauere di:
uitibus et habentibus prouiſionem/ neglectis inopib⁹.
Tertio: vnus poteſt deuoti⁹ offerre ſacrificiũ q̃ alius:
ergo valor illius ꝑ deuotionem poteſt eſſe tantus vt ſit
equalis duob⁹ alijs ſacrificijs: is igit̃ ſatiſfacit duobus
ꝑ eãdem miſſam. Ad primum patet ſolutio ex dictis in
diſtin. xij. Ad ſecundum. nõ laudamus eos qui tot miſ:
ſas cumulant. nam cum redditus ſufficientes habeant:
videtur ꝙ male agant aſſumendo exceſſiue obitus. ſed
potius debent dari egentibus q̃ diuitibus canonicis.
Ubi autem habent obitus fundatos ab ipſis canonicis
capituli/ vel epiſcopo/ vel aliquo vicino/ vel alio: conce:
do ꝙ ſatiſfaciãt ꝑ eãdem miſſam. ⁊ cauſa eſt: quia inſti:
tuens ſeu fundans ſcit eorum conſuetudinem: vel ei di:
citur: vel rationabiliter non poteſt petere aliquid cõtra
eorum conſuetudinem. Talis autem non eſt conſuetu:
do ſacerdotum miſſas querentium. Ecce analogiam. in
Hiſpania vel alia regione celebratur pro Carolo: venit
Pariſios mercator Hiſpanus: det Titio ſacerdoti tres
Carolos dicens: celebra pro me: credens ipſum dictu:
rum tres miſſas: ei ſatiſfactum eſt per vnam miſſam.
Ad vltimum de deuotione non eſt magnus color in ar:
gumento: eo ꝙ non tenetur promiſſum: et occula res
eſt deuotio.

## ¶ Quarto arguitur. Ex iſta concluſio

ne ſequitur ꝙ non licet alium aſſumere in memẽto pre:
ter illum pro quo capio ſex paruos albos ad celebran:
dum. hoc eſt inconueniens. conſequẽtia videtur plana.
¶ Inſuper videtur ꝙ prudentius agunt in regione in
qua paruum dant ſacerdoti celebranti q̃ vbi multũ dãt.
Probatur. nam pro ſex paruis albis habebis dũtaxat
celebrationem vnius miſſe Pariſijs: alibi tres: ſed plus
prodeſt habere tres q̃ vnam. igitur. ¶ Ad primum di:
cit doctor Subtilis ꝙ triplex eſt valor celebrãtis. Una
portio attribuitur omnibus membris eccleſie que egẽt:
et eſt portio generaliſſima. Alia eſt portio ſpecialiſſima
quã ſibijpſi applicat. nã charitas incipit ab habẽte. De
valore medio ſcilicet ſpeciali: iam eſt queſtio/ an poſſit
multos includere. De illo enim ſemꝑ loquimur. et dicit
ipſe ꝙ ſic: dũmodo principaliter oretur pro dante pecu:
niã. Sed contra hoc arguo. eo modo poterit duos/ tres
quatuor/ aut quinq; includere in memento minus prin:
cipaliter. et ſic dans ſex paruos albos fraudabitur ſua
intentione: quia ex tribus minus principalibus confla:
tur vnũ principale. ergo pari facilitate ꝑ eandẽ miſſam
quis poteſt ſatiſfacere duobus vel tribus. Prima fron
te apparet ꝙ non loquatur conſequenter poteſt tamen
defendi. ſed nõ inſiſto. Non dubitamus quin aliq̃s poſ:
ſit adiungere orationem ſeu collectã pro anima patris ⁊
matris/ vel vnam pro defunctis: quia iã apponit aliud
q̃ de regulari miſſa. ſed bonũ eſt cauere vt apparet/ ne
aſſumantur plures in memento quo ad valorem ſpecia:
lem quando celebratur pro pecunia. Ex quibus ſequi:
tur ꝙ ſacerdos includitur in duabus portionibus valo:
ris miſſe. Pars enim valoris generaliſſimi ei valet cum
eſt membrum eccleſie: et portio ſpecialiſſima ipſi appli:
catur. Sic dans ſex paruos albos in valore ſpeciali et
generaliſſimo includitur: in vno gradu quia aſſiſtit: in
alio etiam gradu maiore. ¶ Ad aliud nego conſequen:
tiam: quia paruum non ſufficit alere ſacerdotẽ: quare eſt
opus honeſtum eis dare vnde ali poſſint: etiam in vna
regione tantum habebis pro vno Carolo quantũ in alia
pro tribus: vt apud Orcades inſulas emes bonam gal:
linam vno liardo quã egre habebis Pariſijs ꝓ duob⁹
duodenis. Ob raritatem enim pecunie interdum res vi
li precio veneunt. Sed dicis. hoc non extinguit difficul
tatem. videtur ꝙ melius ſit conuenire cum ſacerdote vt
celebret pro duobus Carolis: quia ſic pro quatuor ſoli:
dis Pariſienſibus habebis tres miſſas: vbi nũc habes
ſolum duas. et erit equale meritum ratione dati cum
vtrobiq; ſint quatuor ſolidi. et cum hoc melius eſt ha:
bere tres miſſas q̃ duas. igitur. Reſpondeo. videt̃ ali:
quid coloris in argumento: ſed non demus ei locum ne
inopibus noceat. Dico cetera eſſe imparia: ſcilicet ho:
neſtatem pro vita miniſtri. nam licet aliqui per titulos
imaginarios et mathematicos promoti ſint: oportet nu:
triantur. turpe eſt enim ſi incedant pannoſi in oppro:
brium cleri.

## ¶ Quinto argumẽtor. ſuppoſito mo

do faciẽdi qui ſit alicubi vbi ſunt peregrinationes com:
munes vt in alba eccleſia in Laudonia die martis in
hebdomada paſche et pẽtecoſtes/ vel alijs diebus dum
ſacerdos celebrat: aliquis petit pecuniam pro celebran:
te. ſequitur ergo ꝙ Sortes debet impedire alios ne dẽt
aliquid. nam quanto plures aliquid dant: tanto minor
eſt valor miſſe applicatus Sorti. Dicis. hoc non debet
facere cum iniuria aliorum. pono ꝙ ſibi ſolum pruden:
ter prodeſt. nam ſi ſit collector imponens turonum/ ha:
bitis duobus Carolis redit nihil amplius petẽdo. Itẽ
beatus Hierony. vt recitatur de cõſecratione diſtin. v.
Non mediocriter dicit ſic. Cum igitur pro cunctis ani:
mabus pſalmus vel miſſa dicitur: nihil minus q̃ ſi pro
vno quolibet ipſorum diceretur/ accipitur. ¶ Ad pri:
mum dico ꝙ non male agit redeundo adepta mediocri
pecunia. etiam bene agit colligendo pecuniam egenti:
volendo alios mereri. et ſtat hoc totum ei tantũ vel ma:
gis prodeſſe q̃ obſit diminutio ſue portionis in valore
ſpeciali. Ad ſecũdum dicitur ꝙ recitatiue loquitur. vel
nihil aliud vult/ niſi ꝙ oratio dicta pro multis deuote/
cuilibet eorum tantum prodeſt ac ſi diceretur pro pau:
cis et indeuote. Uel itelligit de miſſa ſacerdotis cõmu:
nis/ vt curati vel eius vicarij pro tota parochia. Ex iſto
ſequitur ꝙ totum qđ fit offerendo a bono ſacerdote pre:
ſtat oblationi ſeu celebrationi mali ſacerdotis. nam li:
cet idem ſit ex parte operis operati: non eſt idem ex par:
te deuotiõis. modo ſi equalibus inequalia addas: rema
nentia erunt inequalia. ¶ Sexto arguitur. ſequitur ex
iſto ꝙ ſuffragia religioſorum minus valeant applicata
pluribus q̃ paucioribus. qđ eſt falſum. Reſpõdet̃. Pa
ludanus dicit nõ eſſe idem quãdo oratio fit per modum

impetrationis et ſatiſfactionis:ſed non ſentio cum ipſo. Puto idem eſſe. et rationes applicate ad vnum probãt aliud. Nam valor orationis religioſoꝝ eſt finitus. quare minus cuilibet magne multitudinis valet q̃ parue.

¶In hac ſecũda quæſtione habemus ꝙ oratio applicata pluribus non cuilibet eorum tãtum prodeſt ac ſi eſſet applicata paucis/ ſiue oratio ſit ſatiſfactoria ſiue impetratoria. Oratio autem eſt ſolũ meritoria pro ipſomet orãte/ loquendo de merito vite eterne: ſed ſatiſfactoria vel impetratoria eſſe poteſt tam ꝓ alio q̃ pro ſe. Item valor miſſe vel orationis trifariã ſm multos ſcinditur. Una illiꝰ valoris portio vocatur valor generaliſſimus: qui omnibus applicatur. Secundus valor ſpecialiſſimus q orãti applicatur. Tertius medius: de quo loquimur: qui minus ꝓdeſt multis applicatus/ q̃ paucis: hoc eſt cuilibet magne multitudinis. Accipiens autem ſex paruos albos pro celebratione miſſe: illum valorem medium debet dãti totum applicare: nec poteſt licite alios adiũgere; etiam minus principaliter: niſi ſpeciales orationes ꝓ eis adiungere velit vltra miſſam communem. Circa illam tamen diſtinctionem eſt adhuc difficultas tenendo illã que ego teneo: ꝙ nemo poteſt alteri mereri gratiam vel gloriam ad ſenſum ante datum .d.iiij. diſt. iii. huius. nam videtur ꝙ valor ſpecialiſſimus poteſt alteri applicari. In primis cum peccato valorem medium poteſt quis applicare alicui: et alteri proderit/ licet applicans peccet: alioquin nũq̃ poſſet orans orationem ſuam applicare alicui niſi ſm rectã rationem: qḋ non videtur dicendum. Oꝫ etiam ſine peccato: ꝓbatur: quia poſſum gratis priuare meipſum valore ſpeciali: et illum applicare alteri: licet forte imprudenter agam. ergo eodem modo de oratione ſpecialiſſima. qḋ ego concedo ſicut de valore illo medio. et propterea illa diſtinctio apud me non eſt magni ponderis. Inſiſtas ipſe vlterius an ita poſſit applicare orans valorem generaliſſimum cui velit: licet peccet applicãdo. Sed vt homo ſciat: pro quibus orabit: notet hoc documentũ. Dicat ſic. Domine tu ſcis cui magis deuincior: et opto ſatiſfacere precepto. In primis applica orationem meam ei cui plus teneor applicare. Secundo: domine deus extra preceptum vbi eſt opus conſilij vellem ſi tue celſitudini placeret/ applicare tali amico meo defuncto/ et tali. q ſi intelligam tibi fore magis gratum q̃ alteri applicetur: rogo: ꝓ illo accipias. Fiat volũtas tua ſicut in celo et in terra.

¶Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Tertia.

IN eadem materia tertio quero: an ſuffragia exiſtentis in mortali peccato proſint defuncto. De ſacramentis ⁊ opere operato non eſt queſtio ſed de alijs orationibus communiter diſtinguitur. vel faciens orare eſt in peccato: et tunc nihil valet. ⁊c. Reſpice eos: quia ita communis opinio dicit. mihi autem nõ ſic apparet. Sed oratio exiſtẽtis in peccato mortali generalis vel ſpecialis valet alteri pro quo fit. Probatur concluſio: ſupponendo vnum qḋ optime ſufficienter oſtenſum ſuperius in diſtin. iiij. ꝙ nemo meretur alteri gratiam ſine ſuo actu proprio/ ad ſenſum ante declaratum. et q̃uis illud falſum eſſet reſpectu viatoris: tamen certũ debet eſſe reſpectu defuncti. ſed faciens aliũ orare pro ſe meretur per actum proprium/ qui non eſt in ſtatu ſibi merendi/ vt eſt exiſtẽs in purgatorio: nec enim gratia augebitur per actus proprios bonos/ nec beatitudo: ſicut nec in beatis qui ſunt in termino finali. Suffragia autem eccleſie aliquid valẽt defunctis ex prima queſtione huius diſtinc. ſed non ad augmentum gratie vel glorie: nec videtur ad quid aliud niſi ad liberatiõem pene in toto vel in parte: in propoſito. ſed exiſtens in peccato mortali poteſt ſatiſfacere pro ſeipſo: et ſatiſfactum erit in peccato mortali: vt ſupra dictum eſt in diſtin. xv. q. j. ergo eodem modo pro alio. Poſſunt applicari oẽs rationes ad hoc recitate in. xv. diſtin. que equaliter probant vnum vt aliud. Et quia opinio oppoſita eſt cõmunis ꝙ exiſtẽs in peccato mortali non poteſt pro ſeipſo ſatiſfacere: conſequenter ad illam in hac parte dicunt. ſed illam poſitionem minus rationabilem putamus. Inſuper ſi Sortes promitteret dicere ter vel quater pſalteriũ pro anima Platonis: in peccato mortali non ſatiſfaceret. ⁊ quando dubitat ſe fuiſſe in peccato mortali tempore quo dixit: deberet iterare pſalteria. et ſic ſacerdos celebrãs miſſam. quia licet valor rei operate equaliter valeat deuotio tamen et opus operantis exiſtentis in mortali p te nihil valent. qḋ non eſt dicendum. Item iſte exiſtens in purgatorio conditionaliter meruit: vt magiſter ex beato Auguſtino in litera dicit. et hoc non eſt niſi decedere in gratia et eſſe in pena ⁊ orationem fieri pro iſto. qḋ eſt in propoſito. ¶Ex dicta concluſione ſequitur ꝙ non minus meretur de premio eſſentiali orans pro multis q̃ pro paucis. Probatur: quia ſolũ meretur ſibi gratiam et gloriam que non diuiditur alijs/ ſiue ſit pro multis ſiue paucis. ſed de liberatione pene minus ſibi meretur: cũ vna portio illius valoris alijs applicetur. Illud autem verbum Joannis. ix. Scimus quia peccatores deus non audit: eſt verbum ceci illuminati a Chriſto: et reprehenſum a beato Auguſtino Homilia. xliiij. ſuper Joannem dicente. Adhuc inunctus loquitur. Si enim deus peccatores nõ exaudiret: fruſtra ille publicanus diceret. Domine ꝓpitius eſto mihi peccatori. Sed non audit eos ad vitã eternã tempore quo ſunt in tali ſtatu. Solent alij dicere. non audit eos de condigno: bene tamen de congruo. Illud autem cõmune beati Gregorij in paſtorali. Cum is qui diſplicet ad intercedẽdum mittitur: ſemper iratus animus ad deteriora prouocatur. intelligitur de intercedẽte ad hominem: vel in ordine ad deum ſi iniuſte petat: puta vindictã et non emendationẽ fratris. ſic enim prouocatur deus contra orantem. Alij dant exemplum de domino precipiente famulo vt det eleemoſynam/ ⁊ non apte. Dico ſi dominus precipiat famulo dare eleemoſynam/ et ei det: et ſit in peccato mortali/ eſto ſeruus det in gratia: vel poſtea quando dominus eſt in gratia/ domino ipſo nihil ſciente amplius de eleemoſyna vel cogitante: dominus nihil merebitur de gratia vel vita eterna: immo ſiue famulus det ſiue nõ nihil amplius merebitur de vita eterna. ſi autem dominꝰ ⁊ famulus ſint in gratia: vterq̃ meretur/ ſed dominꝰ magis quia dat: famulus autem qꝛ bonum opus exercet. ⁊ ſic ſi eſſent plures famuli mediate. ¶Ex huiꝰ queſtionis determinatione habemus ꝙ oratio exiſtentis in peccato mortali valet defuncto. ratio eſt: quia opus exiſtentis in peccato mortali eſt ſatiſfactorium: licet non meritorium vite eterne. ex. xv. diſtin. huius. ergo conſequenter loquendo homo non intelligit ſeipſum qui dicit orationem talem nõ valere. Inutilis eſt diſtinctio Middiltoni et Paludani: ⁊ aliorum dicentium ꝙ ſi aliquis exiſtat in mortali quando precipit alteri vt oret/ vel aliud opus faciat non valere opus alterius: licet precipiẽs ſit in charitate tempore quo datur opus executioni. Dico hoc eſſe falſum. ⁊ addo. licet vterq̃ ſit in mortali tam



precipiens q̃ exequens: adhuc opus eſt ſufficienter ſatiſfactorium.

HOc loco ſubiiciã nonnulla dubia. Primũ. Sortes habet. ccclxv. animas liberãdas: et pro quolibet ſufficit vna miſſa: orat pro eis omnibꝰ copulatim quolibet die huius anni. Plato habet totidem liberandas: qui primo die celebrat pro vna. ſ. a. anima/ ſecundo die pro b. et ſic quolibet die pro vna anima: et ita per totum annum. vter eorum melius faciat celebrãdo pro ſuis: et cui multitudini ſit melius. ¶Reſpondetur. parum refert licet enim ipſi a. ſit melius q̃ alicui ſuppoſito prime multitudinis b. ſit melius q̃ alicui eiuſdem multitudinis: tamẽ tranſeundo poſt quinquageſimũ cuilibet coꝝ eſt peius. et ratio eſt: quia tota multitudo prima remiſſius punietur poſt primam miſſam q̃ ante eam: et remiſſius poſt ſecundam q̃ poſt primam. et ſic conſequenter. Sed contra hoc arguitur argumento Paludani in ſuo quarto tenentis oppoſitum de incluſis in carcere. Dico rationẽ illam nullam/ cum non remittatur pena detentorum in carcere. ſecus eſt in propoſito ꝙ enim aliqui remiſſius puniantur q̃ alij in purgatorio: non cadit in dubium. ¶Petis quid ſit miſſa dicitꝛ ꝙ eſt corpus Chriſti oblatum deo patri cum tali cerimonia qua vtitur eccleſia. ſi enim offeratur in pyxide poſt meridiem: non vocatꝛ miſſa. et illa oratio eſt optima inter ceteras. ſed quia nõ acceptatꝛ infinite ꝓ Sorte: poteſt Sortes ꝓcurare equalẽ valorem multiplicando alia multa bona opera.

¶Dubitatur ſecundo: an curati iſti male agant capientes ſex paruos albos vt faciant celebrari pro parochiano: dantes ſacerdoti inopi quatuor paruos albos: vt interdum fit. Diſtinguo. vel curati diſtribuunt totã pecuniã quã habent ſacerdotibus: puta faciunt celebrari tres miſſas pro quinq̃ duodenis vel parochianus haberet preciſe duas: iam non oportet ꝙ peccent: quia curati parochiano non faciunt iniuriam: nec ſacerdoti quem faciũt facere rem diuinam ſeu miſſam hora tarda et intempeſtiua quando non poteſt habere aliud. Si autem pro ſe teneãt partem pecunie dantes: inique agunt. nam queritur quo titulo illam teneant. ¶Tertio dubitatur an curatus poſſit capere pecuniã vt pro alijs celebret. Reſpõdetur. ſi curatus ſit extra locum ſue cure et habeat vicarium loco ſuo/ poteſt pecuniam capere. ſimiliter quando non tenetur celebrare ꝓ ſuis: poteſt pecuniam a ſuis accipere ratione celebrationis: non autem quando tenetur pro ſuis offerre: preter illud qḋ conſueuit capere. ¶Quarto dubitatur: an melius ſit fundare altare perpetuum pro anima defuncti: an capere omnes prouẽtus quibus emitur ille redditus annuus ad celebrandum vno die. Reſpondetur. ſunt varij reſpectus et conſiderationes oppoſite. nam ad citius liberãdum animam prodeſt habere ſuffragia expedita: quia propter velle facere opus non liberatꝛ anima a purgatorio quouſq̃ fiat. Contingit tamẽ ꝙ ſit maior gloria dei habere altare perpetuum ad rem diuinam faciendam perpetuo ad finem mũdi vſq̃ cum alijs. et ſic vnus vna ratione motus non peccat: et alter alia ratione motus faciens oppoſitum non male agit. vnuſquiſq̃ enim in ſuo ſenſu abundat. ad Roma. xiiij. ¶Dubitatꝛ quinto: an magis proſit orare pro viuis/ an defunctis. Reſpõdetur. oratio ad multa valet. vt in. iiij. diſtinctiõe huius diximus/ vtpote ad preſeruãdum hominem ne peccet/ ⁊ ne tollatur de medio in malo ſtatu: vel puniatur ratione culpe. ratiõe illius plus prodeſt orare pro viuis: quia extra illa ꝑicula eſt defunctus. quo ad aliud defunctus actualiter eget maiore ope ſi ſit in purgatorio. et ſic magis prodeſt pro eo orare. ¶Sexto dubitatur vtrũ homo teneatur orare pro quolibet exiſtente in purgatorio. Et arguitur ꝙ ſic: quia ſunt in extrema neceſſitate ſpirituali/ non potentes ſibi ſuccurrere: ergo pars affirmatiua vera. Ad partem negatiuam arguitur ex cõmuni hominum conſuetudine non ſic faciente. Reſpondetur negatiue ad dubitationẽ. et nego ꝙ ſint in extrema neceſſitate: quia poſſunt ſoluere pro delicto. nam qui nõ habet in ere: luet in corpore. ſed pauper qui eſt in extrema neceſſitate corporali morietur niſi ei ſuccurratur. iſte autẽ exiſtens in purgatorio non morietur. et q̃q̃ patietur penam/ non teneor illam penam releuare. ſicut non teneor tollere omnem penam a paupere frigido vel calido.
¶Septimo dubitatur: an omnes anime in purgatorio equaliter gaudeant de ſuffragijs porrectis vni. Reſpondetur. quilibet regulariter plus gaudet de bono ꝓprio q̃ alieno ſm ordinem charitatis. vel ei magis placet tẽpore quo eſt aptus gaudere. ſed nõ multum gaudẽt anime in purgatorio. An autem aliquid gaudij habeant cũ ſua triſtitia: impreſentiarum non perquiro.

¶Vltimo dubitatur: in quo loco puniantur anime purgande: et vbi ſit purgatorium: et quomodo ab inferno diſtinguatur. Reſpõdetur. ante aduẽtum Chriſti quatuor erãt loca in terra: infernus ſcilicet ad centrum terre: et circa ſuperficiem terre ſinus Abrahe: in quo erant patres nullum crimen piandum habentes/ quia non poterant conſcendere celos: quouſq̃ precium ſeculi eẽt ſolutum. Et dicitur ſinus Abrahe/ quia ipſe erat primus et principalis qui pro cultu fidei futuro ſeparabatur ab idololatris. De duobꝰ alijs locis medijs vix conſtat vter eorum ſit altero ſuperior. Probabiliter puto ꝙ puerorum limbus ſit immediate ſitus ſub patrum limbo vel ſinu Abrahe: et purgatorium in parte ſuperiore inferni. et ſic inter ſinum Abrahe et infernum in quo erat diues epulo/ magnum erat chaos. Limbus autem patrum poſt orbem redemptum non manet/ quo ad illud officium. Et ſic eſt ſolum triplex locus recipiendi communis. Uel enim quis decedit in gratia: et non debitor pene: is protinus aſcendit ad ſuperos/ ſicut leue ſimpliciter. ſi cum mortali decedat deſcendit ad infernum ſicut graue ſimpliciter. ſi ſit debitor pene: ad purgatorium deſcendit tanq̃ graue in reſpectu. Decedẽs autem cum originali et veniali locũ pene mutabit poſt diẽ iudicij. ſed dãnati manebunt in locis ſuis nunc ad iudicium vſq̃. Aliqui etiam purgatoriũ habent in hoc mundo: vt queſtione. vj. diſtinc. precedentis ex diuo Gregorio citauimus.

¶Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Quarta.

ABſolutis tribus quæſtionibus materiam ſuffragiorum concernentibus: deueniendum eſt ad materiã ſepulture. ⁊ queritur an cõducat in loco ſancto ſepeliri: et an quilibet poſſit eligere ſibi locum ſepulture.
¶Reſpondetur per concluſiones. Prima eſt. prodeſt hominibus ſepeliri in loco ſacro. Probatur. nam multi decedentes decedunt debitores pene temporalis purgande: quibus prodeſt ſepeliri in loco ſacro: quia tranſeuntes et potiſſimũ amici orant pro eis. propterea dicit beatus

Auguſtinus in libro de cura pro mortuis agenda: vocari monumentum eo ꝙ moueat mẽtem. Inſuper non ob aliud ab Abrahã/ Iſaac/ Iacob/ et Ioſeph erant de ſepultura ſolliciti. ¶ Secũda concluſio. Pium opus eſt mortuos ſepelire. Probaꝛ: q2 opus eſt licitum ex parte obiecti: et datur recta intelligẽtia de reſurrectione. hoc aũt totũ eſt pium ⁊ honeſtum. preterea Thobias in hoc plurimum laudatur. Thobie. xij. igitur. ¶ Tertia concluſio. Quilibet adultus ratione vtẽs debet eligere ſepulturã in ſua ꝓpria eccleſia in qua recipit ſacramẽta/ vel in qua maiores ſui ſepulti ſunt: niſi ſepulturã eligat ob aliũ locũ. Huius cõcluſionis prior pars ptꝫ. xiij. q. ij c. Placuit. cui cõſonat illud qꝺ ſcribiꝛ in. c. Fraternitatem: de ſepul. ⁊ oſtenditur per Ebron in quo Adam et Eua: et poſtea patriarche ſepulti ſunt: vt liquet ex. ca. Ebron. xiij. q. ij. Altera pars ptꝫ: q2 homo poteſt ſibi ꝓcurare maiorẽ vtilitatem ſpiritualẽ qua poteſt/ ſine iactura alioꝝ: vtpote ſoluendo eccleſie matrici canonicã portionẽ. xiij. q. j. Eccleſias. quã portionẽ cõſuetudo loci interpretatur. ¶ Quarta cõcluſio. Peregrinus debet ſepeliri vbi in egritudine ipſum mori contigerit. ptꝫ. xiij. q. ij. Placuit. ¶ Quinta cõcluſio. Impium eſt nõ ſepelire mortuos: hec concluſio ſequitur ex oppoſito ſecunde. Oſtẽditur etiã eadem concluſio per canones: in quibus precipitur dari euchariſtia ⁊ ſepultura ſuſpendendis: vt. c. Fures. de fur. xiij. q. ij. c. Queſitũ eſt. Omnibus eñi facinoroſis danda eſt cõmunio: et quilibet tradendus eſt ſepulture. de peni. diſtin. vij. c. Si quis. niſi in caſibus a iure expreſſis. nam eccleſia non claudit gremium redeũtibus. de here. c. Super eo. lib. vj.

¶ Contra quartam concluſionem arguitur. multi facinoroſi viri nũꝗ̃ traduntur ſepulture: ſed in locis publicis pendẽt: vt in mõte Flacono iuxta Pariſios ⁊ ita in pleriſqꝫ locis Gallie ⁊ Germanie contingit. ergo iſti inhumane agunt. ¶ Reſpõdetur concedendo antecedẽs ⁊ negando cõſequentiã: nam vbi ſunt loca publica/ habent loca cõſecrata. ⁊ licet non ſint conſecrata: oratur forte pluries pro eis/ ꝗ̃ ꝓ ſepulturis in eccleſia/ vel in cemiterio. Scꝺo illic puniũtur vt alij eorum corpora vidẽtes ſumant exẽplum ne ſimilia perpetrare audeant: ⁊ ſic cũ infamia torqueãtur. Sed contra de peni. ⁊ remiſſ. c. j. Põtifex hoc ꝓhibet: ⁊ dicit ꝙ nulla cõſuetudo poteſt introduci in cõtrarium. Reſpondetur. Pontifex dicit ꝙ cõſuetudo non valet in contrariũ de negatione ſacramentoꝝ. non eñ poſſunt eis denegari ſacramẽta. de ſepultura autẽ nihil dicit. ¶ Secundo arguitur. Deuterono. xxj. ſcribitur. Quãdo peccauerit homo: morte plectẽdus eſt: ⁊ ſi adiudicatus morti appẽſus fuerit ĩ patibulo: nõ ꝑmanebit cadauer eiꝰ in ligno: ſed eadẽ die ſepeliꝛ. Rñdeꝛ. ꝗcꝗd ſit de illo: nõ eſt mortale/ ſꝫ iudiciale: nũc nullũ robur hñs. ¶ Tertio arguiꝛ in lumine naturali loquẽdo. Valeriꝰ Max. titu. de igratitudine. multũ ĩclamat ꝯtra eos q̃ alios nõ trãdiderũt ſepulture: ⁊ Maro. j. enei. ĩtroducit Eneã dicẽtẽ eos felices q̃ in ꝑria oppeterẽt añ ora patrũ vt ab eis ſepeliãꝛ dicens. Ingemit: ⁊ duplices tẽdens ad ſydera palmas Talia voce refert. O terqꝫ quaterqꝫ bti Quis añ ora patrũ Troie ſub menibꝰ altis Cõtigit oppetere. Preterea de Ioachim ĩ magnã penã. Biere. xxij. dr. ſepultura aſini ſepeliꝛ. hoc ẽ carebit ſepultura. Reſpõdetur. id multis videtur penale: ſed non peccant eos non ſepelientes ob rationabilem cauſam.

DVbitatur: que perſone ſint prohibite ſepeliri. et moueꝛ dubitatio quia diximus in probatione quinte concluſionis ꝙ omnes perſone ſunt ſepeliende niſi a iure prohibite. ¶ Secundo dubitatur: ad quid valeat illa pompa que fit in ſepulturis. ¶ Ad primum dicitur ꝙ he perſone prohibentur ſepeliri. Primo excõmunicati. cle. prima de ſepul. Secundo manifeſti vſurarij. ea. cle. Tertio mortui in torneamentis. de tornea. c. j. Quarto. raptores qui non ſatiſfaciunt in vita/ cum poſſent. de rapto. c. ij. Quinto. q̃ non cõmunicãt ſemel in anno/ ſine rationabili cauſa: niſi ſigna cõtritionis oſtẽdãt. de peniten. et remiſ. c. Omnis vtriuſqꝫ. Sexto. prohibentur Iudei et pagani. de conſecra. diſtin. j. c. Eccleſiam. Septimo. exenterati vel diuiſi corpore. vt patet per extrauagantẽ Bonifacij octaui. titu. de ſepultu. c. Deteſtante. ¶ Ad ſecundũ reſpondet bea. Auguſt. lib. j. de ciuitate dei. c. xij. ⁊ in ſermone de verbis apoſtoli/ ꝙ iſta pompa eſt quoddam ſolamen viuentibus: et magna pars cedit in vſus pios vel eccleſie vel aliorum pauperum. ⁊ eſt cauſa quare pro mortuo oretur: et minus lugeant amici. Hinc laudat Valerius titulo de inſtitutis antiquis/ Maſſilienſes qui parum lugebant in morte defunctorum. In aliquibus autem regionibus ad meridiem/ adhuc magnus eſt eiulatus ſuper mortuum: vbi minus aliquis ad luctum accommodatus vocatur ad irrorandum ſepulchrum defuncti.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Quinta.

QVinto in hac diſtinctione. xlv. quero: an ſancti orent ꝓ nobis. Reſpondetur affirmatiue/ ſi eos rogemus vt pro nobis orent. Probatur hec cõcluſio. alioquin totus eccleſie vſus eẽt vanus. nam ſanctum Iacobuꝫ viſitamus apud Compoſtellã: ⁊ noſtrates ſanctum Minianũ: et ita de alijs ſanctis vbicũqꝫ locorum. Vel ergo ſancti iſti intercedunt pro nobis: vel non. ſi ſecundum: fruſtra eos rogamus. ſi primum: habetur propoſituꝫ. Hoc vult gentilis philoſophus in lumine naturali incedens: decimi Ethicoꝝ. viij. inquiens. Nam ſi dij curam humanaꝝ rerum vt exiſtimaꝛ aliquã habẽt: rationi ſane conſentaneũ fuerit ipſos eo gaudere: qꝺ eſt optimũ/ maximeqꝫ ſibi cognatũ. Et. xij. Metaphyſi. ponit vnũ primum mouens: innuens aliquos eſſe beatos ſpiritus cũ deo: quos cũ vulgo deos appellat. Inſuꝑ vbi quis nõ poteſt habere facilem acceſſum ad regem aliquem: decẽs eſt vt habeat amicum regis pro ſe intercedẽtem: vt in terris videmus: ſed ſi eſt in propoſito. igitur. Si neges eſſe ſimile/ quia deus omnia videt et omnia rationabiliter petita concedit: ſecus autem eſt de terreno rege: ſcio non eſſe ſimile: nec hoc ad analogiã requiriꝛ. Deus etiã vult ſuos ſanctos honorari: ⁊ vt eoꝝ interceſſione multa impetremus. Preterea in litanijs eccleſia docet/ ĩtercedere ſanctos pro nobis tã in bonis ſpiritualibꝰ ꝗ̃ in alijs que ad illa auxilium preſtant. ergo ſancti pro nobis orant.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. Sancti diſtãt ꝑ magnã diſtãtiã a nobis: in qua non poſſunt cognoſcere quid petamus: quia obiectũ non poteſt ĩmutare potentiã ad quãcũqꝫ diſtãtiã. Et cõfirmaꝛ ꝑ illud qꝺ ſcribiꝛ Eſaie. lxiij. Abraham neſciuit nos: et Iſrael ignorauit nos. ¶ Reſpõdetur. ſancti nõ poſſunt cognoſcere orationes noſtras mere naturaliter: ſed cognoſcunt in verbo ea que ad ſe ſpectãt. Cõfirmatio eodẽ



modo ſoluitur. ¶ Secundo arguitur. Fruſtra deũ rogant ſancti pro nobis: vel nos deum. nam ipſe omnia nouit: ergo inane eſt ei mentem noſtrã manifeſtare/ vel aliquem ſanctorum rogare. immo videtur hoc deus prohibuiſſe dicens. Orãtes autem nolite multum loqui: ſicut Ethnici faciũt. Putãt enim ꝙ in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enim pater veſter quid opus ſit vobis anteꝗ̃ petatis. Matthei. vj. ¶ Reſpondetur negando aſſumptum. quia vult deus nos orare pro noſtra exercitatione: quatenus humiliemur: ꝗ̃ꝗ̃ nihil eum latet. prohibuit autem ſaluator noſter ne phaleratis verbis et magna verborum circũlocutione more Ethnicorũ vteremur: q2 humiles audit deꝰ. ¶ Tertio arguitur. Deus eternaliter diſpoſuit hunc liberare a purgatorio: ergo ſiue orem pro eo ſiue non: nihilominus liberabitur: ideo inaniter oro. Deus enim nõ poteſt flecti ab eo qꝺ predeſtinauit: alioquin eſſet mutabilis: contra illud Iacobi. j. Apud quem non eſt mutatio/ nec viciſſitudinis obũbratio. Et Samuel ad Saul dixit. Porro triumphator in Iſrael non parcet: et penitudine non flectetur. neqꝫ enim homo eſt vt agat penitẽtiã. j. Regũ. xv. Propterea Samuel noluit deum orare pro Saul. ¶ Reſpondetur. ſicut deus ab eterno finem preſciuit: ita etiam ab eterno de medio diſpoſuit. nam ſi media non interueniſſent: nec finis eſſet venturus. xxiij. q. iiij. Obtineri. ſicut ab eterno Iude penam inferre intendebat: ſed non niſi mediantibus malis meritis. Nec propterea ſequitur ꝙ ſit in poteſtate noſtra impedire ne eternum dei decretum detur executioni. quia ſi nõ oremus: nunꝗ̃ erat dei decretum. Sed ſi ſtante decreto id facere poſſes: ſequeretur hoc qꝺ infers.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Sexta.

VLterius in eadẽ diſtinctione. xlv. querã nonnihil de memo. ⁊ reminiſcentia. an ſcilicet homo in reſurrectione/ vel anima ſeperata poſſit reminiſci eorum que in hac vita acquiſiuit. Pro qua materia duas abſoluã queſtiões. Prior erit: an ſit aliqua memoria intellectualis ſicut ſenſualis. quia Ariſtoteles in ſuo libello de ſenſu et ſenſato/ videtur ſolũ ponere memoriam ſenſitiuã. Secũdo inquirã an maneãt habitus memorãdi in intellectu ſicut ipſe intellectus. Pro priore declarabo aliquos terminos. ¶ Interdum memoria pro potentia memoratiua capitur. Et ſic intellectus eſt potentia memoratiua intellectualis: et aggregatum ex corpore aliquo ⁊ anima eſt memoria ſenſualis vt occiput. Nã habens magnum occiput vt nouimus/ eſt fecunde memorie. et occipite leſo homo non amplius memoraꝛ. De illa autem potẽtia nunꝗ̃ inter philoſophos reuocatum eſt in dubium: licet de alijs contendatur. Nam Ariſto. ſecundo de Anima textu cõmẽti. cxl. nõ ponit niſi duos ſenſus interiores: ſcilicet ſenſum cõmunem et phãtaſiã: quã eſtimatiuã ⁊ memoriã vocat. Auerrois vero ſecundo de Anima. textu commenti. cl. ponit ſolum quatuor: predictos duos: ⁊ cũ hoc eſtimatiuã ⁊ phãtaſiã. Auicẽ. autem ſexto Naturalium ponit. v. In hoc tñ omnes cõueniũt ꝙ in occipite eſt memoria. Non pono ego aliquã ſenſationem anime ſoli inherere: ſed ſuo organo. hoc eſt aggregato ex anima cum determinata parte corporis. quare ita ſentiã: alibi locupletius detego. ¶ Secundo modo capitur memoria pro ſpecie reſeruata in ipſa potentia vel eius actu. ¶ Tertio capitur memoria vt diſtinguitur contra reminiſcentiã: pro iudicio ſcilicet quo quis prompte iudicat de aliquo preterito: vt ſe hec audiuiſſe/ vidiſſe/ vel aliter cognouiſſe. vt ſi queraꝛ abs te an ſis memor quãdo rex nouiſſime intrauit vrbem: ſi reſpondeas in promptu: omnes dicent te bene memorari. ſi neſcias in promptu reſpondere. ſed dicas: cogitabo: et mora temporis ſyllogizando bene iudices: dicent te reminiſci: et in mentem habitum remiſſum vel perturbatum reuocare de potentia ad actum.

¶ Iſtis notatis pono aliquas cõcluſiones. Prima eſt. Aliqua eſt morie ſenſualis. et quia ſermones ſunt accipiendi ſꝫm materiã ſubiectam: video in qua ſignificãtia vocabulum nunc accipiã: ideo hoc non amplius explico. Probatur hec concluſio. nã bruta habent memoriã: ergo ipſa non eſt tollenda ab homine. antecedens patet: quia brutum habet tã actum memorandi ꝗ̃ habitum: ergo habet ſubiectum illius actus et habitus. Aſſumptum probo: quia canis ſuum dominum perdens/ interdum per ſex vel ſeptem miliaria redit ad ad domum domini ſui: qꝺ nõ facit alia ratione niſi quia apud ſe habebat habitum domus et itineris: per quem exit in actum. Hoc etiã patet in omnibus perfectis brutis. Preterea ſenes/ pueri/ ⁊ nani ſunt exigue memorie. vt Ariſtoteles dicit in de memoria et reminiſcẽtia. ⁊ experientia eſt ad hoc ob humores in potentijs diſpoſitos. ergo actus memorãdi aliquis eſt remiſſus vel impeditus ne quis poſſit prompte exire in ſuum actũ. ſed illud non poteſt eſſe in memoria intellectiua: ad ſenſum declarandum in queſtione ſequente. igitur. Hec cõcluſio eſt Ariſtotelis in libro prenominato. ¶ Secunda cõcluſio. Aliqua eſt memoria intellectiua. probatur. aliquis eſt actꝰ memorandi intellectiuus: ergo eius ſubiectum eſt intellectus. ſenſus enim non poteſt eſſe ſubiectum actus ĩtelligendi. probatur antecedens: quia memoramur et reminiſcimur actuũ voluntatis malorum quos fecimus. alioquin illos confiteri neſciremus. Preterea Seneca in ſuo libello de. iiij. virtutibus cardinalibus dicit tres partes eſſe prudentie: ſcilicet memorari preterita: preuidere futura: et ordinare preſentia. prudentia autem ad intellectum pertinet: vt videre licet ſexto Ethicorum. ergo memoria pertinet ad intellectum. Inſuper memoramur de intellectiõibus noſtris vniuerſalibus preteritis. ſed apprehenſiones vniuerſales pertinent ad intellectũ: ⁊ nullo modo ad ſenſum: iuxta cõmunem ſcholam. igiꝛ. ¶ Tertia concluſio. Aliquando rerum ſenſatarum ſimulacra a memoria ſenſitiua in parte vel in toto decedunt. Probatur hec cõcluſio. nam ſi interdum petatur a nobis de aliquibus rebus ſenſatis an eas viderimus: neſcimus reſpõdere ꝙ ſic. ſimiliter poſt diſcurſum habitum reminiſci neſcimus: etiã omni paſſione ſecluſa manendo in quiete. notum eſt autem ꝙ ira/ triſtitia/ timor/ et potus exceſſiuus/ memoriam obtundant/ vel conuerſio actualis ad alia: et non modo actualis: ſed etiam habitualis. nã qui multarũ rerum ſpecies habet: non adeo facile memoratur vel reminiſcitur vt paucas habẽs: vt experimur. Secundo arguitur ad idem. ſubiectũ actus memorãdi alteratur ⁊ corrumpitur ſucceſſiue (de ſubiecto ſenſus loquor) ergo actus memorãdi proportionabiliter perit. conſequentia tenet: quia accidẽs non migrat de ſubiecto inheſionis. Inſuꝑ poſt longã egritudinẽ et variã humorũ agitationẽ videmus ꝙ homo multorum obliuiſcitur. et hoc dicit Ariſtoteles in predicamẽtis de habitu in predicamẽto qualitatis. Tertio arguitur. interdum cadit obliuio in hominem: ergo ſpecies corrumpuntur in parte vel in toto. tenet conſequentia ex termi-

nis: quia obliuio nihil aliud eſt ꝙ̄ ſpecierū remiſſio: vel totalis extinctio. Sed obliuio trifariā capitur. vno modo pro totali corruptione ſimulacroꝝ que erāt in memoria. Secūdo ꝑ corruptione eorū partiali: hoc eſt ꝓ eorū remiſſione. Tertio modo magis cōmuniter pro ſpecierū indiſpoſitione: quādo ſcꝫ homo nō poteſt prompte exire in actū memorandi ꝙ̄uis ſimulacra rei ſenſate penes ſe habeat in memoria. Quarto arguit̃. homo non ſemper exit in actū ſimilē actui quē alias habuit: ⁊ conformiter ad habitū alias habitū: ⁊ hoc non eſt ꝑ corruptionē ſpecierum in intellectu: vt in queſtione ſequente dicetur: ergo per corruptionem partialem vel totalem in potentia ſenſitiua memoratiua.

¶ Contra primam concluſionem arguit̃. oſtendēdo ꝙ ꝓbatio cōcluſionis qua ꝓbamꝰ bruta pollere memorie ꝑ hoc ꝙ canis ad domū magiſtri redit: ſit nullius momēti. Formice nāqꝫ in antrū ꝓpriū reuertunt̃: vt paſſim videmꝰ in calore: ⁊ de futuris ſibi prouident grana recondentes in antro ſuo: que ſi humectata imbri fuerint: ponūt ea ad ſolem ⁊ ea torrent: ne cito putreſcant: ⁊ tamen non conceditur ꝓuidentia ineſſe talibus beſtiolis imperfectis. igit̃. ¶ Reſpōdet̃. aliqua ſunt bruta imperfecta que nō habent verā prudētiā ſed metaphoricā. vt dicit p̄mo Metaphy. habēt tn̄ inſtinctū nature celitus collatū ad ſe ꝯſeruādū in eſſe: vt formice/ et aranee. nec faciunt hoc ob ꝑteritoꝝ recordationē. nā formica in eſtate nata que hyemis rigorē nōdū experta eſt: hoc facit. talia enim animalia ſemp vniformiter operātur a tota ſpecie. nā vides omnes araneas et formicas ſimiliter agere. et ſi a ſuis ſedibꝰ in aliqua bona diſtātia lapſe fuerint: redire nequeūt. ſed oppoſitum faciūt equus/ canis/ ⁊ huiuſmodi animalia ꝑfecta. Secūdo/ et ſi formice prudentiā haberent: non infirmatur concluſio: ſed potius confirmatur.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit̃ auctoritate Ariſtotelis in ſuo libro de memoria et reminiſcētia: dicētis memoriā eſſe p̄ſentationē p̄mi ſenſitiui: ⁊ ſi ſit intelrectiui: hoc eſt ꝑ accidēs. Reſpōdetur. Ariſtoteles vidit ꝓ hoc ſtatu in quo eramus (nā de alio parum nouit) ꝙ intellectus non poterat exire in operationes memorie ītellectiue ſine memoria ſenſitiua. quomodo alteratio organi impedit actus memorie, ideoqꝫ hoc dicebat.

¶ Arguitur contra vtrāqꝫ concluſionem ſimul. Actus memorādi nō habet obiectū. ergo nullus eſt talis. conſequētia tenet: qꝛ omnis actꝰ in aliquod obiectū fert̃. Antecedens ꝓbat̃: qm̄ vel ip̄m eſt res ſenſata: vel actus p̄teritus. ſed nō poteſt dari vnū/ nec alterū. igit̃. ¶ Reſpondet̃. habitus ꝓductus a notitia actuali rei alias cognite ꝓducit notitiā abſtractiuā cū potētia in abſentia obiecti. nā habitꝰ vicē obiecti in hoc ſupplet: qꝛ non aliter ſpecies vel habitus ponit̃ in memoria. ſed actꝰ memorādi ꝓprie eſt iudiciū qḋ actū et rē ſenſatam habet ꝓ obiecto partiali: et cōplexū. vt iudico ꝙ audiui priorē Sorbone diſputātē in die veneris. loco verbi iudico dicimꝰ memini: recordor/ vel ſcio. modo iſtud iudiciū habet cōplexū ꝓ obiecto. ſicut hic: ſcio triāgulū habere tres. habet etiā ꝓ obiecto partiali actum ſenſus vel intellectus: et priorē Sorbone: qꝛ notū eſt: ad quodcūqꝫ actꝰ potētie termineẗ: illud dici obiectū eius. ſicut alias de obiecto ſciētie ⁊ fidei diximꝰ: de obiecto ꝓpinquo et remoto. nec oportet hic aliā difficultatē facere. ¶ Sed ꝯtra hoc arguit̃. Per illud ſenſus nō pōt habere actum memorādi: cōtra primā cōcluſionē. qꝛ actus ſenſus non poteſt habere actū potētie ꝓ obiecto. Reſpōdet̃ negando ſequelā. ⁊ ad ꝓbationē nego ꝙ ſenſus nō poteſt habere actū ſenſus ꝓ obiecto. nā ſenſatio eſt extenſa et cadit ſub obiectū ſenſus: nō em̄ ſolū ſenſibilia ſenſuū exterioꝝ cadūt ſub obiectū ſenſus cōmunis: ſed etiam ſenſatiões ipſe exteriores: iuxta Ariſtotelem ſecūdo de Anima. qꝛ ſe habet ſicut cētrū circuli ad ſenſus exteriores qui ſunt in circūferentia: a quibus ad ſenſum cōmunem deferūtur ꝑ ſpecies. Sed verum eſt ꝙ actus intellectus nullo modo poteſt eſſe obiectū alicuius ſenſus. licet eſtimatiua in bruto ꝙ̄ cōmuniter cogitatiua in homine vocatur: eliciat intentiones inſenſatas ex ſpeciebus ſenſatis. vt ouis ex ſpecie ſenſata lupi: ſpeciem inſenſatā inimicitie: ⁊ ex ſpecie ſenſata ouis/ ſpeciem amicitie elicit. ſed illud ſolum arguit nobilitatem illius potentie ſenſitiue que data eſt animalibus ad fugiēda nociua: ⁊ ad proſequēda amica.

¶ Secundo arguitur. Illud iudicium prior Sorbone diſputauit: vel Sortes fuit: non producitur a notitia abſtractiua ſola. qḋ ꝓbatur: quia alioqꝫ ꝓpoſitio eſſet per ſe nota: cū oīs ꝓpoſitio cuius iudiciū cauſatur a notitia terminorū abſtractiua vel intuitiua ſit per ſe nota. Aſſenſus eniꝫ nō pōt generari niſi aliquo iſtorum modorū: vel ex ſola intuitiua notitia terminorū quēadmodū generatur aſſenſus ꝓpoſitionis cōtingētis euidētis: vel ex aſſenſu antecedētis prioris ⁊ bonitate cōſequētie: vel ex quacūqꝫ notitia terminorū: hoc eſt rerum ſignificatarū per terminos: ⁊ ſic eſt aſſenſus ꝓpoſitionis ꝑ ſe note. vel quarto per imperiuꝫ voluntatis. ſed nullo iſtorū. iiij. modorū generatur. Forte dicis. hic aſſenſus. prior Sorbone diſputat: cauſabat̃ ex notitia rerū ſignificatarū ꝑ extrema: ⁊ ille aſſenſus actualis euidens genuit vnū habitū: qui quidē habitus inclinat in aſſenſuꝫ iſtius: prior Sorbone diſputauit: tēpore diſputatiōis lapſo. Cōtra hoc arguo. aſſenſus ꝓpoſitionis de preterito ⁊ de p̄ſenti ſpecie differūt ſcḋm cōmunē neotericorū ſcholā: quia nūqꝫ iudicia ꝓpoſitionū nō ſynonymarū ſunt eiuſdē ſpeciei. mō ratione copularū ꝓpoſitiones ipſe non ſunt ſynonyme: q̄ ſunt obiecta ꝓpinqua hoꝝ aſſenſuum. Forte dicis. non diſconuenit habitum aliquē inclinare imediate in actum alterius ſpeciei ab actu a quo emerſit. et ſic non inconuenit habitū cauſatū ex aſſenſu actuali de p̄ſenti iſtius: prior Sorbone diſputat: īclinare in aſſenſum actualē illius de p̄terito: ꝙ̄uis illi duo aſſenſus actuales ſpecie differāt: cū habeāt eadē obiecta remota: hoc eſt eadē extrema: ⁊ res ſignificatas ꝑ ea. Obijcio. ergo habitꝰ cauſatus ex aſſenſu iſtiꝰ: mula eſt ſterilis: vel animal eſt riſibile: inclinare poterit in aſſenſum iſtius imediate: oīe animal eſt riſibile: vel/ omnis mula eſt ſterilis. qḋ non eſt dicendū. ¶ Reſpondet̃. tenendo cū antiquis ꝙ aſſenſus ꝓpoſitionis de preterito ⁊ de p̄ſenti ſint eiuſdem ſpeciei: argumentum eſſet extinctū: vt inter arguendū dictū eſt. Ego autē nō libenter dicerē ꝙ habitus aliquis acquiſitus inclinat immediate in actū alterius ſpeciei ab actu a quo emerſit. qꝛ illo admiſſo das mihi modum ſuſtinēdi ꝙ vnus habitus ſimplex inclinabit in quoſcūqꝫ actus ſpecie differentes. Et ſic non oportet multiplicare habitꝰ ſpecie diſtinctos ab actibꝰ ſpecie diſtictis: licet homo poſſit habere refugiū: dicendo ꝙ habitꝰ q̄ eſt vſus ⁊ fruitio: vtpote acq̄ſitꝰ ex tali actu/ diligo Sortē ꝓpter deū. inclinat immediate in dilectionē Sortis q̄ eſt alterꝰ ſpeciei ab actu quo diligo Sortē ꝓpter deū. Pro nūc igit̃ dico aliter ad argumētū: ꝙ ſicut notitia intuitiua extremorū de preſenti



cauſat iudiciū euidēs de enūciatione vnius extremi de alio: ſic notitia abſtractiua extremorum ab illa intuitiua prodiēs generat iudicium euidēs de preterito de enunciatione vnius extremi de reliquo. Et ad modum argumenti quādo infers: ergo propoſitio illa eſt per ſe nota: cum quecūqꝫ notitia terminorum eius cauſet eius aſſenſum. nego conſequentiam. quia ad propoſitionem per ſe notam requiritur ꝙ quecūqꝫ notitia abſtractiua terminorum eius cauſet eius iudicium in quocūqꝫ terminos intelligentie: ſiue abſtractiua intuitiuā p̄ceſſerit/ ſiue non. modo non quilibet audiens illam propoſitionem et terminos eius intelligens/ ei aſſentietur. Etiam noſti ꝙ alia eſt notitia abſtractiua intuitiuam et rem ſenſatam ſequens: ⁊ alia nullam talem preſupponens. aliter enim iudicat cecus factus in ſenecta: de coloribus qui colores ſenſit: et aliter cecus natus. Ad propoſitionem autē per ſe notam requiritur ꝙ quilibet aſſentiatur illi cum formatur: quamcunqꝫ notitiam terminorum in quacūqꝫ abſtractione habeat. Quartum autem modum generationis aſſenſus per ſolum imperium voluntatis negotanqꝫ falſum. nego enim ꝙ ſolus actus volūtatis generet fidem. licet ita Ockam in fine ſui ſecūdi. ⁊ Grego. in prologo opinati ſint. hoc nāqꝫ apud me nō eſt verum: vt in prologo Primi in generatione fidei latius dixi. ¶ Modos ergo de generatione aſſenſus aliter ponere opus eſt. Primo modo generatur iudicium de preſenti euidens: de contingenti per notitias intuitiuas rerum ſignificatarum per terminos: vt paries eſt albus. Secundo modo per notitias abſtractiuas: illas intuitiuas preſupponentes generatur iudicium euidens de preterito vt a. paries fuit albus. Tertio modo per argumētationem aſſentiendo bonitati conſequentie et antecedenti. Quarto modo generatur aſſenſus per quācūqꝫ notitiā abſtractiuā quātūcūqꝫ imperfectam in quocūqꝫ ratione vtente: et terminos apprehendente. talis autem aſſenſus propoſitionis eſt per ſe note. Quinto modo generatur aſſenſus ex ratione et affectione voluntatis ſimul. Impreſentiarum nō occurrit alius modus naturaliter: niſi hos ſubdiuiſeris. nam ſi ratio ſola ſine affectione voluntatis (quod non credo) ſemper aſſenſum produceret: non eſſet quintus modus. Et hec de memoria ſenſitiua et intellectiua. aliqua autem ex queſtionis ſequētis determinatione notiora euadent.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimequinte.
Queſtio Septima.

Reſtat titulus quæſtionis in precedente queſtione propoſitus. An ſcilicet maneat habitus memorandi in intellectu integer ſicut ītellectus ipſe. ¶ Pro ſolutione queſtionis pono aliquas cōcluſiones: quaꝝ Prīa erit ſecunde ꝯcluſionis q̄ſtionis precedētis multum affinis propter aliqua hanc materiā concernentia. Poteſt acquiri habitus in anima dū corpus informat: qui manebit in anima ſeparata. ¶ Secūda cōcluſio. Non eſt neceſſe habitum manere integrum more anime intellectiue. ¶ Tertia cōcluſio. Nullus habitus anime corrumpitur per ceſſationem ab actu. ¶ Quarta cōcluſio. Anima ſeparata poteſt acquirere tam habitus ꝙ̄ actus de nouo. ¶ Quinta concluſio reſponſiua ad titulum queſtionis precedētis que vtrāqꝫ queſtionē contingit/ eſt hec. Non omnium que homo acquiſiuit in hac mortali vita reminiſcetur vel memorie mandabit. ¶ Prima concluſio duas habet partes: quarum prior eſt. poteſt acquiri habitus in anima ſeparata. que ꝓbatur ſic. in quacūqꝫ potētia poteſt acquiri actus habitus generatiuus: in illa pōt generari habitus: ſed in aīa pōt haberi actus habitꝰ generatiuus. igit̃. ꝯſequētia tenet cū maiore. minor patet tā in actibꝰ ītellectꝰ ꝙ̄ volūtatis. Secūda pars ꝓbat̃: qꝛ nūc eſt in aīa/ in corpore: ⁊ manebit idē ſubiectū poſt mortē: ergo nō videt̃ quomō corrūpi debeat. iſtud latius patebit ꝑ dicēda. ¶ Scḋa ꝯcluſio oſtēdit̃. nā habitꝰ pōt corrupi ꝑ actꝰ ſibi virtualiter ꝯtrarios: hoc eſt per actꝰ formaliter ꝯtrarios actibꝰ hītꝰ vt calor aq̄ corrūpit̃ ꝑ formā ſubſtātialē aq̄: que calori virtualr̄ ꝯtrariat̃. aīa aūt nō pōt corrūpi ab vlla creatura: qꝛ creat̃ a ſolo deo: ergo nō pōt corrūpi niſi a ſolo deo. Sꝫ dicis. hoc ꝯcludit Adā nō poſſe occidi a creatura. oſtēdo aliter ꝑ verbū Chriſti Matthei. x. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animā autē non poſſunt occidere. ¶ Tertia ꝯcluſio ꝓbat̃ ſic. omne qḋ corrūpit̃ a ſuo contratrario corrūpit̃: vel ob corruptionem ſubiecti: vel per ſubtractionem cauſe a qua depēdet. vt lumen in medio ꝑ ſubtractionem corporis luminoſi. vt lumen in luna ꝑ diſtātiā ſolis vel lumē in aere ꝑ ſubtractionē corporis luminoſi. ſed nullo iſtorū modoꝝ habitꝰ in aīa corrūpit̃: ſaltē corrūpi nō oportet. nō a ꝯtrario: qꝛ nō q̄libet habitꝰ habet ꝯtrariū: ⁊ ſi habeat ꝯtrariū/ nō oportet applicare. Inſup in patriā nullū ꝯtrariū adducet̃: q̄cq̄d ſit in via. Nec ꝑ corruptionē ſubiecti ex cōcluſione p̄cedēte. nec ꝑ ſubtractiōē cauſe a qua depēdet: qꝛ habitꝰ nō depēdet a conatu actuali aīe/ ſicut actꝰ: vt videmꝰ in dormiente. Forte dicis. req̄rit diſpoſitionem corporis ad ſui ꝯſeruationē. Contra hoc arguit̃. ab eiſdē cauſis res aliqua conſeruat̃ et acq̄rit̃. ſed habitꝰ pōt ſine corpore acq̄ri: vt patebit ex ꝯcluſione ſequēte. ergo pōt manere ſine corpore. Preterea habitꝰ manet ceſſante actu ꝑtēpꝰ aliquod. ergo ꝑpetuo: niſi ponat̃ corruptiuū eiꝰ: ſicut forma aq̄ calorē corrūpit: et ponit frigus ſuapte natura. modo nihil in aīa ſi nō ponat̃ actꝰ cōtrarius: habitū corrūpit vel ponit contrarium. Et hoc oſtenditur ex illo Luce. xvj. Fili recordare qꝛ recepiſti bona in vita tua: et Lazarus ſimiliter mala. ergo diues epulo/ hoc eſt aīa diuitis epulonis qui fuit: recordabat̃ eoꝝ que fecit in vita: et tn̄ anima fuit ſeparata. Idem expreſſe voluit Hieronymus in prologo bibliaco inquiens. Diſcamus in terris quorum ſciētia manet in celo. ac ſi diceret. Habitus quos acquirimus in terris: in celis remanebūt. Poſtremo ad eādē concluſionem argumentor. ſi habitus non manebūt: fruſtra tot excubias nocturnas ⁊ lucubrationes ſtudio homines īpenderent ſi omnia repente corruerēt. ¶ Quarta concluſio probatur ſic. Anima ſeparata habet potentiam intellectiuam et appetitiuam: ergo poteſt ponere actū circa obiectū preſentatum: ſed ille potentie ſunt receptiue habitus: ergo poſſunt recipere habitū. Secūdo probatur idē. nam anima in corpore corruptibili poteſt acquirere tā actus ꝙ̄ habitus: ergo ⁊ ſeparata. tenet cōſequentia: quia perfectius ſe habet ſeparata ꝙ̄ in corpore corruptibili. ¶ Quinta concluſio oſtēditur: quia homo habet multas notitias actuales et habituales ſenſitiuas: quas nō oportet habere in reſurrectione. nā quando anima ſeparatur a corpore in morte: omnes ille notitie corrumpuntur ad corruptionem ſubiecti: nec oportet tales reaſſumpto corpore creari iterato a deo. ergo concluſio vera.

¶ Contra tertiam concluſionem argumētor. Ex ea ſequit̃: ꝙ vir ſenex habet tot habitus grāmaticos/ logicos/ ⁊ hiſtoricos quot vnqꝫ habuit in iuuēta. ꝯn̄s eſt ꝯtra experiētiā: cū nō poſſit exire in actum ab illis habitibꝰ elicitū/ vt in iuuenili etate. ſed habens habitum prompte et delectabiliter exit in actū ſui habitus.

¶ Reſpondet concedendo ſequelā. ⁊ nego ꝙ conſeq̄ns ſit cōtra experientiā. ſed ꝓ hoc ſtatu in quo ſumus habitus anime non pōt exire in ſuos actus facile ſine corporis habitu. vel eius bona diſpoſitione: quia eſt anime inſtrumētū. ſecus eſt de anima beata vel a corpore corruptibili ſeparata. Corpus eñ quod corrūpitur aggrauat animā. Sapientie ix. iſtud aūt eſt in penā peccati. Unde dicit Auguſt. j. de libe. arbi. ca. x. penā peccati eſt ꝙ mens aliquādo perſpicuas ratiocinationes formidet et de inuētione veritatis deſperet. aliquādo etiā conet in lucē intelligendi: et rurſus decidat fatigata. vbi multas mentis penas ponit. Anima autem ſeparata et beata. deū et āgelos intuitiue cōtēplatur: nūc aūt non. propterea nihil eſt arguere de hoc ſtatu mortali ad animā ſeparatam vel beatificam. nam in hoc ſtatu caro alterat: ad cuius alterationē habitus ſenſitiuus remittitur vel inſtrumentū anime indiſponitur. quare habitus anime nō poterit exire in ſuas operationes. Contra hoc argumentor. antiquus magiſter regēs in grammatica dicit regulas grāmaticas memoriter: ⁊ tamen caro eius alteratur. Reſpondet. ipſe acquirit nouos habitus ꝓportionabiliter/ vel maiorem q̃ ſit is qui remittit. quapropter exit in actus ſui habitus. ſed habitus ſenſus vel corpus indiſponitur. Exemplū in ſimili. indiſponitur oculus ſenis vt videre nō poſſit ſicut in iuuenta. ſi tñ haberet inſtrumētum videndi tale qualem in iuuenta habuit: eque bene videret ac in iuuenta: quantū eſt ex parte anime: iuxta illud Ariſtotelis p̄mo de anima. Si ſenex haberet oculum vt iuuenis/ videret vt iuuenis. propterea ſenex cōſpicilijs vtitur: vt defectū inſtrumenti / hoc eſt organi ſuppleat. nam multū facit inſtrumentū ad actionem principalis agentis. Nonne vides ꝙ manus tā fortis q̃ olim erat/ non tā ſcindit obtuſo cultello vt acuto? ſic de habitu anime: quando corpus/ anime inſtrumētū eſt indiſpoſitum. Et ſi aliquos optime memorie aſſignaueris: vt Themiſtoclem de quo loquitur. M. Tullius ī ſecundo de oratore: vel. L. Scipionem: ⁊ Mithridatem regem Ponti: qui integros exercitus proprijs nominibus vocarunt: hoc erat quia bona ⁊ apta organa memorie habuerunt: ⁊ confirmat cōcluſionem contra quā obijcimus. ¶ Secundo arguitur. Ex hac concluſione ſequitur ꝙ intemperatus/ poſtea beatus/ decedit cū multis habitibus malis: quia ſemꝑ manebunt habitus aīe: per dicta. quod eſt diſconueniens. ¶ Tertio. homo per actū producit habitum/ ergo per actū habitū corrūpit: tenet cōſequentia: quia facilius eſt deſtruere q̃ ꝯſtruere. ¶ Reſpondetur ad ſecundū/ ꝙ intempati mali habitus corrūpunt a deo quando eſt beatus primo. ¶ Ad tertiū cōceditur ꝙ interdū habitus corrūpitur: ſed non opꝫ vtrobiqꝫ ꝙ cauſa potens aliquid ꝓducere poſſit illud corrūpere. nā ſol lumē ꝓducit. qđ corrūpere nequit Facilius autem eſt deſtruere q̃ conſtruere in edificijs pecunia vel in actibus bonis. nō autē in habitibus. vel vniuerſaliter intelligitur illud qñ plures cauſe deſtructiue ſunt applicabiles ¶ Quarto arguitur. Habitꝰ illi nō īclinabunt actualiter in actus ſimiles ipſis habitibus: ergo in patria non manebūt/ vel inutiliter manebunt. Antecedens patet de habitu ſobrietatis ⁊ temperantie ⁊ ſimilibus. ¶ Reſpondet. argumentum ꝓbaret ꝙ multa membra corporis non reſurgent: quod eſt falſum. nā membra ad integritatem cōpoſiti reſurgēt: nec erunt inutilia. ſic habitus ad decorem habentis manebunt. Secūdo dico ꝙ temperantia inclinat circa ſuam materiam ẜm dictamen recte rationis: hoc eſt. nō ad exeundum in actum quando non oportet. modo recta ratio in patria dictat ꝙ multi erunt habitus q̄ non exibūt in ſuas operationes: vt caſtitas coniugij: et multi alij.

¶ Quīto arguitur. Si habitus acquiſiti in corpore nō corrumpantur propter ceſſationem ab actibus: anima poteſt exire in actus omnium illorū habituum. puta poteſt habere tot actus quot habet habitus. conſequens ē manifeſte falſum. ⁊ ꝓbatur conſequētia: quia ſunt agētia naturalia. ⁊ intellectus eſt agens naturale: ergo ſemper intellectus exibit in actus omniū illorum habituū. Sed dicis. habitus fortiores magis mouēt q̃ reliqui. ⁊ talium habituum actus producuntur. Iſto: ergo nū q̃ erit ſtatus in intellectu quin habebit tot actus quot anima capere poteſt/ actiue concurrendo: actus inquā habituum fortiorum. Etiam eſt cōtra experientiam ꝙ ſemper eximus in actum habitꝰ fortioris. Forte dices. voluntas imperat intellectui vt eliciat actum talis obiecti puta a. ⁊ non b. c. ⁊ nō d. ⁊ ſic intellectus intelligit a. ⁊ c. ⁊ non b. ⁊ d. Contra hoc arguo ſic voluntas non fert in incognitum: ergo ſi voluntas vult intellectum intelligere a. intellectus prius actualiter intelligit a. qꝛ ſi non prius tēpore vel natura: volūtas fertur in incognitum. Dices forte. volūtas poteſt velle a. eſſe cognitum: ⁊ intellectui imperat vt itelligat a. ⁊ nō ſequitur ꝙ aliquid ſit volitum quod non ſit cognitum actualiter vel habitualiter: quia ītellectꝰ habet habitū a. Obijcio. ergo dormiens poteſt velle a in ſenſu cōpoſito: cum habeat notitiā habitualem a. ⁊ hoc ſufficit per te ad voluntatem velle obiectū. Preterea voluntas imperat intellectui vt i hac ſpecie ⁊ non illa: ⁊ non intelligit hāc ſpeciem actualiter vel habitualiter: ergo aliquid eſt volitum incognitum. Sed hic dicis argumētum nō concludere: quia nō ſufficit notitia habitualis a. obiecti ad hoc vt volūtas velit a. ſed cū hoc requiritur conatus voluntatis/ ⁊ eiꝰ actio que non eſt in ſomno. ⁊ ſi deus ſolus produceret notitiā actualem reſpectu a. obiecti in Sorte dormiēte: adhuc voluntas nō poſſet electiue velle a. ¶ Reſpondendo in primis dico ꝙ ſpecies ⁊ intellectus ſunt agentia naturalia reſpectu actus producendi. ſed non ſunt cauſa ſufficiens productionis eius. Secūdo dico ꝙ multi actus habituū producuntur ſine actu aliquo volūtatis/ notitie imperatiuo: vt patet de tranſeunte cubiculū vel ſurgēte de lecto: cui occurrit nouus liber apertus/ quem ītuetur ſine actu volūtatis preuio notitias actuales habituum formādo. Tertio dicitur ꝙ non ſemper intenſiores habitus ꝓducunt ſuos actus citius q̃ remiſſiores Ratio eſt: quia poteſt dari certa introductio/ ⁊ auxiliū iuuans habitum remiſſum plus q̃ ſit exceſſus intenſionis maioris habitus ſuper minorem/ ad producendam notitiam actualē: ⁊ ſic producitur actus. Declaro exēplo. habeo habitum remiſſum de Sorte: ⁊ intenſum de Platone: canis Sortis occurrit liber/ frater/ vel huiuſmodi: exeo in actualem notitiam eius per introductionem: ⁊ non in notitiam Platonis. nā habitus intenſus in memoria poteſt habere obicē quare nō exeā in actū eius: ⁊ habitus remiſſus ianuā apertā ad exeūdum in actū eiꝰ: ⁊ crebro me fugit vnde ꝓuenit illa ianua. ſicut pleriqꝫ egrotāt. qui egritudinis cām ignorāt. Non ē autem in poteſtate noſtra quin viſis tāgamur. ¶ Ecce ergo ꝙ hō non ſemper exit in actum interioris habitus ꝓpter iuuamē accedēs iuuās intellectū vt exeat in actū parui habitus/ ⁊ nō magni. ſed minꝰ auxilium ſufficit mouere potentiam cū magno habitu q̃ cū paruo. nam vbi eſt theſaurus tuus: ibi eſt ⁊ cor tuum. Quare pro to hoc argumento ſat eſt ꝙ homo nō ſemꝑ exit in actuꝫ intenſioris habitus: ſed interdum exit ſine volūtatis imperio. Nec pro argumento opus eſt illam difficultatem attingere/ an voluntas feratur in incognitum.



¶ Diſtinctionis Quadrageſimeſexte.
Queſtio Prima.

Magiſter ī hac quadrageſimaſexta diſtinctione loquit de iuſtitia ⁊ miſericordia/ an ſint in deo: et an diſtinguatur īter ſe. De quo ſuccincte trāſiēs dico tales qualitates non eſſe in deo: quia nihil eſt in ſeipſo proprie loquendo. nec virtutes morales ei inherēt/ nec aliquod accidēs. et non modo ẜm fidem/ ſed et philoſophos eſt hoc verum. nam dicit Ariſto. x. Ethicoꝝ. ridiculum eſſe laudare deum ẜm virtutes morales ſiue ẜm earum actus. Sed quia deus in premiando et puniendo iuſte agit: et vtitur clementia cum iuſtitia: dicitur habere iuſtitiam et miſericordiam iuxta ſcripturam. Ex quo ſequitur ꝙ miſericordia dei eſt iuſtitia dei. Secundo patet ꝙ iuſtitia et miſericordia dei non diſtinguuntur eſſentialiter: ſed alia ratione deus vocatur iuſtus: et alia ratione miſericors. Uocatur iuſtus: quia punit ⁊ premiat ẜm ſuas leges: ⁊ miſericors/ quia creaturam miſeram ſubleuat: prout ſuam bonitatem decet. ¶ Sed circa eius iuſtitiam et miſericordiam amplius intelligendam queram aliquot queſtiones legē dei de penis et p̄mijs concernētes. Et primo queritur: an deus ſeruet equalitatem iuſtitie cum dulcedine miſericordie tam in puniendo q̃ in premiando. ¶ Ad hanc queſtionem pono aliquas concluſiones: quarum Prima eſt. Deus ſeruat iuſtitiā cū miſericordia temperatā. ¶ Secunda concluſio. Deus equaliter peccātes: equaliter punit. ¶ Tertia cōcluſio. Equaliter merentes deus equaliter p̄miat. ¶ Prima concluſio probatur per id quod. ij. ad Timoth. iiij. ſcribitur. Deus eſt iuſtus iudex. et Pſal. xlvij. Iuſtitia plena eſt dextera tua. et Pſal. xxiiij. Uniuerſe vie domini miſericordia et veritas. vbi gloſ. Hec duo in omi opere dei ſimul ſunt. Et Iacobi. ij. Miſericordia ſuperexaltat iudicium. Inſuper miſereri eſt propriū dei quarto modo: capiendo vere et indeficienter miſereri: iuxta id quod canit eccleſia. Deus cui ꝓprium eſt miſereri ſemꝑ ⁊ parcere. ¶ Secunda concluſio probatur per illud qđ ſcribitur Apocalypſis. xviij. Quantum glorificauit ſe et in delicijs fuit: tantum date illi tormētum et luctum. Et Deutero. xxv. Pro mēſura peccati erit et plagarum modus. Tertia concluſio ſequitur ex oppoſito.

¶ Contra has concluſiones argumentor nunc de premio/ nunc de ſupplicio: quia mutatis terminis facile ducūtur rationes. Primo argumentor ſic. vna culpa excedit aliā indiuiſibiliter: et nulla pena aliā excedit indiuiſibiliter: ergo ẜm legem deus non punit equaliter peccātes equali pena gradualiter. Aſſumptū probatur. ſint nunc in hoc inſtāti inchoatiuo hore future Sortes ⁊ Plato in peccatis equalibus/ vel in nō peccatis: et in hora ſequente demereantur vniformiter: ſic ſcilicet vt Sortes in inſtāti terminante horam futuram (quod dicatur a.) habeat demeritum vt quatuor: et tūc in a. inſtanti primo Plato non ſit. vel de meritis loquamur et redit in idem. Iſti equaliter punientur. qđ probatur: quia vtriuſqꝫ totalem penam deus videt: et nullo exceſſu diuiſibili pena Sortis penam Platonis exuperat: ⁊ nulla eſt pena indiuiſibilis: nec minori pena punietur Sortes q̃ Plato vt conſtat: ergo equali pena puniētur. Quod inequaliter peccent: oſtenditur ſic. Sortes erit in maiore peccato in a. inſtanti q̃ Plato erit poſt a. inſtans/ vel in a. inſtanti/ vel ante a. inſtans. ergo Sortes erit in maiore peccato q̃ Plato. conſequentia eſt lucida. Aſſumptū probatur: quia nec Plato erit in a. inſtanti: nec poſt a. inſtans ad demerendū: quia in reſurrectione nō demerebitur īputabiliter: nec erit in maiore demerito ante a. inſtans q̃ Sortes erit in a. inſtāti: qꝛ ſemper ante a. inſtans ex hypotheſi erant in peccatis equalibꝰ. Eodē modo poteſt duci argumentum de meritis. et eſt argumētum cōmune in materia intenſionis albedinis. ¶ Aliqui concedunt ꝙ indiuiſibiliter peccatum Sortis eſt maius peccato Platonis: et eodē modo eius pena indiuiſibiliter maior alia. Sed cum non ponamus latitudinem conflari ex indiuiſibilibus: dicamus bifariā ad argumentū: proportionabiliter ad argumentū tactū in. xvj. diſtinctione huius. In primis dico ꝙ equaliter peccant: et equaliter punientur. et Plato habebit tot peccata quot Sortes habebit in a. inſtanti: quia Plato in tempore terminato ad a. inſtās habebit tātum peccatum quātum Sortes habebit in a. ſed in nullo inſtāti vite ſue habebit tantum peccatum Plato quantum Sortes habebit in a. et eodem modo ſi albedo eſſet ſucceſſiue producta. Alio modo dicitur ꝙ Sortes habebit maiorem culpam q̃ Plato. ſed cum anima Platonis maneat in a. inſtanti habebit tantum demeritum quātum Sortes in a. ⁊ ſic equaliter punientur. Sicut ſi Sortes et Plato continue albefiant vniformiter per horam: ponendo de albedine ſicut de culpa. licet enim Sortes habebit maiorem albedinem in a. inſtanti q̃ Plato: non tamē habebit maiorem albedinem q̃ materia Platonis/ vel albedo Sortis non erit intenſior in a. inſtāti q̃ albedo Platonis erit in a. inſtanti: cum albedo ſit in inſtanti terminante horam. ſecus eſt ſi tunc primo non eſſet. nam in prima medietate hore future: et in quolibet inſtāti intrinſeco hore future Sortes et Plato habebunt equales albedines: et erunt equaliter albi. ſed propterea non ſequitur ꝙ Sortes excedet Platonem in albedine indiuiſibiliter: immo diuiſibiliter per totam albedinem categorematice quā habebit. ſed non eſt ſeparandus exceſſus adequatus albedinis quā habebit Sortes: ſuper albedinem quā habebit Plato: quia quālibet albedinem citra albedinem Sortis habebit Plato. ¶ Cōtra hoc arguitur. pertranſeāt Sortes et Plato vnū pedale vniformiter ſic ſcilicet ꝙ quando Sortes eſt primo in puncto terminatiuo ſue pedalitatis: tunc primo Plato non ſit. Arguitur ſic. totam illam lineam pedalem ꝑtrāſiuit Plato: ergo tantam albedinem habuit Plato quātam Sortes. et ſic de peccato vel merito. conſequentia tenet conuenienti ſimilitudine. Antecedens ꝓbatur: qꝛ quālibet partem proportionalē huius linee pertrāſiuit Plato: capiendo partes minores verſus extremū remotius. Si neges propter ſecūdam dimidietatem linee que eſt pars proportionalis ẜm aliam diuiſionem: ſaltem quālibet partem proportionalem ẜm illam diuiſionem ꝑtrāſiuit Plato: ergo omnes partes proportionales pertrāſiuit. ſed ille partes proportionales ſunt hoc pedale: ergo hoc pedale pertranſiuit. Forte dicis ꝙ male cōcludit: vel non ſequitur: quālibet partem proportionalem pertranſiuit Plato: ergo omnes. ſicut non ſequitur quelibet pars ꝓportionalis ſolis eſt aliqđ minꝰ ſole: ergo iſte partes proportionales ſunt aliquid minus ſole: omnibꝰ demōſtratis. Contra. ſaltem ponatur medium lutoſum vel aliud: non refert: diuidendum a b. nouacula: in fine hore b. ſit: ⁊ medium diuidatur: ⁊ complete ſit diuiſum: ponatur aliud medium omnino ſimile diuidendum a c.

nouacula vniformiter mota fient b. per totã horam pteritam: ſimus nos in fine hore: ⁊ tũc primo c. nõ ſit querit an mediũ complete ſit diuiſum a c. nouacula: an aliq̃d remaneat diuidendum. nõ ſecundũ: quia vnum mobile obtuſum nullã reperiet reſiſtentiam in medio quod diuidebat c. nouacula. nam ſi aliquã reperiret dabitur lõgitudo ſine latitudine ⁊ profunditate in ſubſtantia corporea. Si cõcedas totum mediũ eſſe diuiſum a c. nouacula: quia medietates ſeparantur a ſeinuicem/ ⁊ ſunt in inſtanti terminãte horam qđ ſufficit. Obijcio. hoc medium eſt cõplete diuiſum: ergo ab aliquo agente eſt cõplete diuiſum. nõ a c. cum inſtãti terminante horã non ſit. Similis obiectio poteſt fieri de calefactiuo quod ꝓducit ſucceſſiue calorẽ vt quatuor: ⁊ in inſtãti quo calor vt primo eſt calefactiuum nõ eſt iam calor vt quatuor eſt productus cõplete patitur quomodo cõplete ſit productus. Si ibi tergiuerſeris ꝙ calor ꝓpe agens ꝓducit vnũ alium calorẽ: ⁊ ſecund⁹ calor ꝓducit tertiũ/ ⁊ ſic cõſequenter: capiatur vnum albefactiuũ vbi effectus non coadiuuat cauſam ad ꝓducendũ reliquum effectum. Reſpondet. ſufficit ꝙ effectus ſit in inſtanti terminante tempus: qꝛ nõ requiritur exiſtentia ipſius agentis. ⁊ cõceditur ꝙ illud medium eſt diuiſum cõplete: ⁊ c. ipſum diuidebat. Nõ tamen ſequit ꝙ vnq̃ Plato habebit albedinem vt quatuor informatiue: vel ꝙ habeat meritũ vel demeritum vt quatuor: ſed eius anima meritum vt quatuor habebit.

Diſtinctionis Quadrageſimeſexte.
Queſtio Secunda.

SEcundo probare conabimur ꝙ deus inequaliter merentes/ equaliter p̃miet. pro quo ponatur ꝙ in hoc inſtanti Sortes icipiat per remotionẽ de preſenti ⁊ poſitionem de futuro: ⁊ Plato imediate poſt Sortem incipiat mereri: ⁊ cõtinuo mereantur vniformiter ꝑ vnã horam dempto principio merendi: decedant in fine hore. Deinde ſic arguitur: Sortes ⁊ plato inequaliter merentur quia Sortes incipit mereri ante Platonem ex hypotheſi: ⁊ tamẽ equaliter premiabuntur. Nõ ꝓbat: quia ſi inequaliter: hoc eſt propter exceſſum meriti Sortis ſuper meritũ Platonis. ſed hoc nõ. quia ſi Sortes mereatur pure ſucceſſiue cum Platone: ambo incipiũt mereri per idem inſtãs in quo ſumus. Idẽ eſt ſi ſubito mereãtur. Forte negas vnum poſſe mereri poſt alium.

Sed queſtio propoſita dependet ex illo: an vnus angelus poſſit immediate poſt alium produci. quod tangitur ab aliquibus doctoribus: Primum illud aperiem⁹ quia erat ſcala diſſoluende queſtionis propoſite. poſtea ad argumentum deſcendemus. Okam exiſtimat implicare cõtradictionem vnã rem poſſe ꝓduci impꝛtibiliter poſt aliam. ⁊ ꝓpterea negat beatam virginẽ poſſe ſtare in peccato originali per vnum inſtãs: ⁊ immediate poſt illđ gratiã poſſe infundi ⁊ peccatũ dilui/ ſi gratia rapti infundatur. hoc tenet in Quodlibetis. Gregorius aũt Ariminenſis opinatur poſſibile vnum angelũ poſſe produci poſt alium immediate: ſed non eſſe poſſibile ꝙ producantur poſt ſeinuicem. ſic opinatus eſt in ſuo primo. Volum⁹ ꝓbare duas cõcluſiones cõtra dicta eorum.

Prior cõcluſio eſt. poſſibile eſt deo ꝓducere vnũ angelũ poſt aliũ immediate: ⁊ per conſequens nõ implicat cõtradictionem: beatam virginẽ ſtetiſſe in peccato originali per vnũ inſtans/ ⁊ gratiam ei infundi ſubito. Secunda concluſio. deus põt tres angelos producere poſt ſeinuicẽ. Prior cõcluſio probat. producat deus in hoc inſtanti corpus luminoſum/ qđ ponat in medio bene diſpoſito ad ſuſceptionẽ luminis: ⁊ nõ concurrat de⁹ cum ſole in hoc inſtanti ad productionem luminis: ſed imediate poſt hoc inſtans concurrat: tunc ante quodlibet inſtans ſequens ꝓducetur lumen. ⁊ hoc ſubito. ſupponimus autem creaturã poſſe habere actionẽ in inſtãti. nã ita tenet doctor iſte cõtra quem obijcimus. ergo imediate poſt productionẽ corporis luminoſi ꝓducitur lumen in medio. ⁊ eodem modo hoc ſieret. ſi deus annihilaret totale lumen ſolis in hoc inſtanti per vltimũ inſtans ſui eſſe: relinquẽdo ſolem cõcurſui ſolũ naturali ⁊ immediate poſt hoc cõcurrendo cũ ſole. ergo ſi agẽs naturale hoc põt cum cõcurſu dei generali: a fortiore hoc deus poteſt facere. Inſuper nihil eſt tollendũ a potẽtia dei abſoluta. niſi cõſtet illud impoſſibile/ vel auctoritate irrefragabili ſcripture. vel ratione: ſed neutrũ oſtendi poteſt. nam ſcripturam adducere nõ poteſt. rationes etiã nõ affert. nos tamẽ afferemus eas que nobis occurrunt/ que omnes ſoluentur. Secunda cõcluſio ꝓbatur. producat deus in hoc inſtanti angelũ a. immediate per aduerſarium poteſt producere angelum b. ita ꝙ primum inſtans angeli a: ſit vltimum inſtans nõ eſſe angeli b. et non eſt maior ratio ꝙ poteſt deus producere c. angelum poſt a immediate/ q̃ poſſet producere c. angelus immediate ante hoc inſtans/ in quo ſuppono nos eſſe: ergo habentur tres angeli producti poſt ſeinuicem immediate.

Contra priorem concluſionem argumentor. Secundus angelus in nullo inſtanti immediate poſt hoc inſtans d. ꝓducitur: cum nullum tale ſit: nam quolibet inſtanti huius hore dato poſt d. inſtãs in quo ſumus: verũ eſt dicere b. angelus in aliquo inſtanti priore fuit: ergo cõſeruatur ſolũ cũ conſeruatio per hoc a ꝓductione ſeparet ꝙ p̃ſupponit rem p̃fuiſſe. Inſuper ſi des vnum inſtãs in quo ꝓducit cũ prius fuerit b. angelus: debes dicere ꝙ ego nũc ꝓducor/ cũ nõ obſtet me p̃fuiſſe ad nũc ꝓduci. Ad primũ dico ꝙ inſtantanee ꝓducit ſyncathegorematice: hoc eſt in infinitum propinque d. inſtãti: ⁊ in nullo inſtãti producit de nouo: ⁊ in q̃libet inſtanti in quo eſt cõſeruatur. ſed dato ꝙ in nullo inſtanti ꝓducat/ vt tu capis: habetur in ſententia ꝙ ante quodlꝫ inſtãs futurũ poſt ꝓductionem a. angeli b. angelus erit: ⁊ ſic ꝓducitur imediate poſt hoc. ⁊ cũ nõ habeat partes. nõ poteſt ſucceſſiue produci lꝫ anima intellectiua ſucceſſiue poſſit materiam informare: ⁊ angel⁹ ꝑtibiliter pertrãſire hoc ſpatiũ: nec mirum: cũ tam materia q̃ ſpatiũ habeant ptes. ⁊ ſic habemus ꝓpoſitum. Nec eſt luctandũ in terminis. nam quidã doctor putat illud euacuare difficultatẽ: ſed nõ ſatis cõſiderat. Ex hoc patet ſolutio ad ſecundã. Secũdo argumentor ad idem. Producat de⁹ b. angelũ immediate poſt a. vl̃ põt ꝓducere c. angelũ imediate poſt b. vel non. ſi dicas primũ: vel c. ꝓducit imediate poſt a. ⁊ ſic nõ ꝓducitur poſt b: cõtra caſum. Si nõ põt. Contra. põt producere ſecundũ angelũ imediate poſt primũ. ſed exiſtia tertij: angeli nõ impedit. igit. Inſup/ poſt b. poteſt ꝓducere c. ⁊ nõ eſt dabile inſtãs poſt b. qui inter illud inſtans ⁊ b. poſſit ꝓducere c. igit. Rñdet nõ eſt poſſibile ꝙ ꝓducat c. imediate poſt b. ſtãte ꝓductione b. imediate poſt a. vt argumentũ tãgit. Non eſt poteſt ꝓducere tres angelos qualitercũq̃ poſt ſeinuicẽ vt opinor. Productio aũt tertij angeli nõ eſt cauſa: vt pꝫ ex ꝓbatione ſecunde concluſionis. Sed quia nulla eſſet prioritas ſecundi ad tertium immediate poſt b. Poteſt tamen producere c. angelum. ſed non eſt poſſibile ꝙ a. producatur in hoc inſtanti vel illo: et b. immediate poſt a. ⁊ c. immediate poſt b. vt poſſibile modificet illam totam. Sed cõtra hoc dicis. ponatur ꝙ hora futura diuidatur in partes proportionales/ minoribus terminatis ad d. inſtans in quo ſimus: et in prima parte proportionali producat de⁹ vnũ angelum: in ſecunda alium: in tertia tertium: et ſic per omnes partes proportionales hore future: iam de⁹ poſt a. qui producitur in hoc inſtanti d. producit duos poſt ſe. Et idem poteſt poni ſi b. et c. angeli ſic ſe habeant ꝙ b. producatur in maxima parte proportionali: in ſubdupla ad illam annihiletur: et producatur c. in tertia parte annihiletur b. et recreetur c. et ſic per omnes partes proportionales vnius hore: iam immediate poſt a. producitur b. et immediate poſt b. producitur c. quod patet per exponentes de (immediate). Reſpondetur concedẽdo illas propoſitiones quinimmo immediate poſt a. producit deus tres/ quatuor/ et infinitos. Argumentum autem eſt ſophiſma/ quia b. non magis precedit c. q̃ cõtra. cuius oppoſitum intendimus.

Contra ſecundam concluſionem argumentor. Producat deus c. angelum immediate antea. probo ꝙ hoc implicet. iam in d. inſtanti verum eſt dicere c. angelus incipit eſſe/ quia non fuit ab eterno. ſed hoc non: quia nec per primum inſtans ſui eſſe cum fuerit ante d. inſtans: nec per vltimum inſtans nõ eſſe: quia illud dari non poteſt. vt patet intelligenti. Immo ſequitur ꝙ c. angelus fuit in aliquo tempore et in nullo inſtãti illius temporis. quod videtur mirabile. et mirabilius videtur ꝙ aliquid fuit: et nunq̃ erit in aliquo inſtanti: nec fuit nec erit. quod patet ſi c. deſinat per primum inſtans ſui non eſſe in hoc d. inſtanti. et eodem modo b. angelus poteſt eſſe/ et in nullo inſtanti eſſe: et tunc petitur quomodo preceſſit c. et ita angelus deſinit: et nec per vltimum inſtãs eſſe: nec primũ non eſſe. vt liquet de c. et b. Reſpondetur concedendo ꝙ c. angelus incipit eſſe: ſed per nullum inſtãs: nec illa diuiſio inſtãtium cuiuſlibet rei poſſibilis originem includit: quia non ſeparatur adequatum tempus non exiſtentie a fronte a tempore exiſtente. nam in hora precedẽte c. angelus incepit eſſe: et habuit vnam de preſenti veram: vt diximus in. xvj. diſtinctione de amiſſione gratie. ſed ſi maneat poſtea d. inſtans eſt primum eius eſſe inſtantaneum: ſed non primum ſimpliciter. Et conce do hanc concluſionem c. angelus fuit in hac hora: et in nullo inſtanti illius intrinſeco vel extrinſeco. Nec deſinit per vltimum inſtans eſſe: ſed per primum non eſſe. hoc enim non eſt magis inconueniens q̃ de inceptione contingat in corruptione forme ſm vnum modũ dicendi. vt ſi calor partibiliter producatur per totam horam preteritam: et iam ſimus in d. inſtanti: in quo frigus maioris actiuitatis q̃ calor ſit reſiſtentie applicetur d. non eſt vltimum inſtans huius totalis caloris. et ſic hic calor non deſinit per vltimum inſtãs eſſe: qꝛ erit in tempore ſequenti terminato ad hoc inſtans: ſicut erat in ꝓductione/ ſm illã viã. nec dat primũ inſtãs nõ eſſe in d. inſtanti. An poſſit deus ſic facere cũ b. angelo: incertũ eſt: an ſcilicet poſſit corrũpere ſicut c. ⁊ mihi interdũ viſum eſt ꝙ neceſſe eſt conditionaliter: hoc eſt ſtãte caſu eũ cõſeruare ꝑ tẽpus. ſic legendo in artib⁹ in vtroq̃ curſu ratus ſum. ſed cũ ſint duodecim hore dici: oppoſitum videt rationabilius: ſi teneamus hoc qđ dictum eſt de c. ꝙ id idem tenere debemus in b.

His pro argumenti ſolutione inſertis ad argumentum principale ab initio queſtionis propoſitũ: gratia cuius hec pauca pro analogia tetigimus: redeo. et dico ꝙ Sortes et Plato decedunt in meritis equalibus: et equaliter premiabuntur: quia ex caſu in hoc inſtãti neuter meretur: ſed imediate poſt hoc vterq̃ merebitur. Eodem modo poteſt ſolui argumentũ ſi fiat. Si a. b. et c. tres angeli creati immediate poſt ſeinuicẽ moueantur ſuper hanc lineam eque velociter: et q̃ primum creantur moueri incipiant ſuper lineam eque cito: hec linea pertranſibitur ab illis tribus mobilibus: qꝛ licet c. angelus fuit ante hoc inſtans per aliquod tempus: tamen illud non eſt ſeparabile ſeorſum: nec poteſt dari ſpatium ab eo pertranſitum in illo tempore vel in inſtanti illius temporis: quia in nullo inſtanti illius temporis erat. et in hoc inſtanti in quo ſumus ſcilicet d. non mouetur: immo d. inſtans erit vltimum inſtans non eſſe motus iſtorum trium mobilium a. b. c. Et ſic de merito: ſi pure partibiliter mereantur: vt caſus primi argumenti poſuit. nam ſi inſtantanee mereantur non eſt idem inter a. et b. quia a. meret in ſuo inſtanti in quo eſt/ vel mereri poteſt ante b. ſed eſt idem inſtans mereri c. angeli cum a. quod patet: quia in nullo inſtanti ante a. c. angelus fuit: ergo non poterat habere meritum in aliquo inſtãti ante a. Sed dicis c. fuit in tempore ante a. licet nullo tempore adequato: et c. poterat in illo tẽpore raptim mereri. Hoc concedimus: et tunc verum eſt dicere c. meruit: et in nullo inſtãti illius temporis erat in merito: ſed ſubito meruit in tempore terminato ad hoc inſtans.

Diſtinctionis Quadrageſimeſexte.
Queſtio Tertia.

IN hac tertia queſtiõe adhuc inſtabimus aliquot argumentis contra dicta in principio huius quadrageſimeſexte diſtinctinctionis. et hoc ſic. Aliqui ſunt homines qui nec ſaluabuntur nec damnabuntur: ergo pro meritis et demeritis eis non dabitur premium et ſupplicium: et per cõſequẽs nõ equale. Antecedens patet demonſtrãdo predeſtinatos ⁊ preſcitos. Et confirmatur. ſm legem decedẽs cum quocũq̃ mortali debet puniri infinita pena intẽſiue. ſed hoc non fit. Aſſumptum probatur: quia peccans contra ſocium aliquali grauitate peccat: contra regẽtem peccat per eũdem actum q̃ contra ſocium: contra primarium plus q̃ contra regentem. et ſic gradatim conſcendendo ꝑ cancellarium/ epiſcopos/ reges/ et infinita media poſſibilia. modo quodlibet tale creabile deus excedit: ergo peccans contra deum: hoc eſt eius preceptum tranſgrediens: infinite peccat. Qꝛ eũdem actum faciens contra maiorem plus peccet q̃ ipſum faciẽs contra inferiorẽ: patet. v. Ethicoꝝ. et propterea nititur Philoſophus penã talionis Pythagoricoꝝ reprehendere. Non valet dicere. ſi ſint extrema finita: media erũt finita. j. poſterioꝝ. Nã infinita magnitudine hoc verũ habet: nõ aũt in multitudine: qꝛ inter quaſcũq̃ duas diſtinctas ſpecies poteſt deus infinitas ſpecies medias ꝓducere: ⁊ iter duos homĩes in p̃mo iſtãti hore ⁊ vltimo creatos ꝓducere poteſt infinitos: in quolibet inſtãti hore ꝓducendo vnum: quẽadmodũ infinita iſtãtia mediãt iter illa duo iſtãtia. Reſpondetur concedendo ꝙ aliqui nec ſaluabuntur nec dãnabuntur. nã diuiſiue eſt iſta vera: iſti non ſaluabuntur. qꝛ eſt vna negatiua non pregnãs cuius extrema non ſupponunt pro eodem vel eiſdem. ergo vera. Inſuper ad veritatem huius negatiue ſufficit ꝙ iſte vel ille non ſaluabitur diſiunctiue. qđ patet: quia ad veritatem

affirmatiue requiritur ꝙ iſte ⁊ iſte ſaluabitur copulatiue demõſtrando eos omnes. nõ ſicut copulatiua affirmatiua ⁊ diſiunctiua compoſita ex partibus contradicentibus cõtradicũt in forma vel in valore: ſic ſi vna ꝓpoſitio requirit copulatiuã que ſufficit ad ſui verificationem alia diſiunctiuam concomitatur. iſti tamen ſaluabuntur ⁊ damnabuntur copulatim. Dicis. ex iſto ſequitur ꝙ plures ſunt nõ damnati q̃ damnati: cuius oppoſitum ante innuimus. probatur: demonſtrando oẽs mortuos iſta eſt vera. iſti nõ ſunt damnati ⁊ iſti ſunt plures q̃ damnati. Dico ꝙ plures ſunt nõ damnati q̃ damnati: ſed non plures homines ſaluati q̃ damnati: quia ſufficit ꝙ quilibet eſt ſaluatus vel damnatꝰ vel erit in ſenſu compoſito. ¶ Ad aliud argumentũ cõceditur ꝙ peccans cõtra maiorem plus peccat. ſed quia nõ ſemper inter quoſcũqꝫ duos ſeruatur equalis latitudo: nõ concluditur ꝙ peccatum ↄtra deũ ſit infinite malitie in deacceptabilitate: ſic ſcilicet vt infinita pena in gradu tali peccato reſpondeat. Inſup peccatum cõtra ſocium eſt contra deum ⁊ quelibet tranſgreſſio inferiorum eſt contra deũ. Baculo autem arundineo baſis argumenti innititur. quod patet. quia ſi valeret: hac via concluderetur qđlibet continuum eſſe infinitum: quia accepta vna parua parte datur vna pars maior illa: ⁊ quacũqꝫ demõſtrata datur maior illa: ⁊ totum qualibet eſt maius. Hac item via cõcludendam circulũ quelibet eſſe infinite cõtinentie: quia ex eiſdem lineis equalibus tetragonus plꝰ continet q̃ trigonꝰ: ⁊ hexagonus plus q̃ pẽthagonus: ⁊ ſic aſcendẽdo per figuras polygonas ex multitudine angulorum verſus circulũ augetur capacitas. ex his tamẽ nõ concluditur figura agona infinite capacitatis. Accipito analogiã in notitia dei que eſt finita entitas: ⁊ tamen inter deũ ⁊ hanc formicã creabiles ſunt infinite ſubſtantie imꝑfectiores deo ⁊ formica perfectiores. inter illas enĩ ſubſtãtias nõ datur perfectiſſima notitia. loquor de notitia ſubſtantiarũ creatarũ: ⁊ tamẽ qualꝫ earũ notitia dei eſt perfectior que non ꝓpterea eſt infinite perfecta. Et ſic illa conſequẽtia non tenet in rebus ſpecie diſtinctis ita hic eſt diſtinctio accidẽtaria ſufficiens in diſcrimen peccatorum. Sic ꝓbabo per argumentũ principale ꝙ dabis mihi librum tuũ in fine quatuor annorũ cum vno ſcuto. nam in fine primi anni diminues libram Pariſienſem: in ſecundo tantũdem: ⁊ ſic cõſequenter. ⁊ ita dabis librum gratis cũ pecunia ſi ꝓportionabiliter decreſcat ꝑcium. In alijs autem rebus comparabilibus eiuſdem rationis cõſequentia eſt bona. vt bene ſequitur in hoc corpore eſt corpꝰ pedale bipedale tripedale: ⁊ ſic conſequenter ſine fine aſcendendo ꝑ partes nõ cõmunicãtes: ⁊ a. eſt toto corpore maius: ergo a. eſt infinite magnum. Tamẽ nõ nego quin deus poſſit infligere iuſte infinitam penã in gradu: pro quolibet peccato: ſed ex ſua miſericordia ⁊ lege poſita hoc non facit.

¶ Secundo. Pro quolibet mortali peccato erit infinitus cruciatus. Hoc ſuppoſito arguitur ſic. quelꝫ ps huius mortalis eſt peior hoc veniali dato. ſic cuiuſlibet partis proportionalis pene huius mortalis eſt peior q̃ pena venialis. ſed huius venialis pena ẽ alicuius cruciatus. ergo pena totalis huius mortalis ẽ infiniti cruciatus: ſiue in gradu: ſiue nõ parum refert: qꝛ nitimur probare ꝙ infinite crucietur ꝙ cõſequentia valeat patet in omni materia. nã ſi a. eſt alicuius quãtitatis: ⁊ quelibet pars huius cõtinui eſt maior a. iam continuum eſt infinite magnũ. ¶ Dico conſequentiam principalem nihil valere: quia in rebus diuerſarũ ſpecierum hoc nõ tenet. ſicut nõ ſequitur quelibet pars proportionalis huius albedinis hac nigredine demonſtrando nigredinem in pupilla oculi eſt ꝑfectior: ⁊ hec nigredo ẽ alicuius perfectionis: ergo totalis albedo eſt infinite ꝑfecta. Si dicas. tũc eneruo vnã rationem in materia de ebrietate: que eſt ꝙ in infinitũ paruum aliquis peccat: et hoc peccatum quolibet aliorũ eſt minus. Reſpõdeo nõ eſſe idem vt ex his que illic diximus perpendere potes. Secũdo ſiue ratio illa ſola cõcludat ſiue nõ: oẽs ille rationes multo ſufficientius concluſionem quã intendunt ꝓbãt q̃ rationes ad oppoſitum. qđ ad recte cõcluſionẽ ponẽdã ſufficit. Dicis. tunc ſi in infinitum pua pena reſpondeat alicui parti huius mortalis: ⁊ quelibet ps peccati mortalis ſm intenſionem ſit peccatũ mortale: pena peccati venialis erit equaliter intenſa. quod incõuenit. Nego hoc icõuenire: ſicut ſtat dare nigredinẽ in vngue Aethiopis equaliter intenſum in gradu vt eſt albedo dẽtis eius: ſed non equaliter ꝑfectã. ¶ Animaduerſione autẽ non indignũ eſt ꝙ nõ q̃libet pars pene huius i purgatorio plꝰ cruciat q̃ pena huius viatoris: puta colica paſſio qđ ꝓbatur quia in infinitũ pua eſt aliqua ps huiꝰ pena purgatorij: ⁊ ſufficit ꝙ totalis pẽa purgatorij iſtã colicã paſſionẽ in acerbitate exuꝑat. Nec oportet etiã de totali: quia ſi ſacerdos diceret pro centũ ſimul quolibet die vnã miſſam ⁊ cuilꝫ ſufficeret vna miſſa totalis iſtorum anũ finem multũ remitteretur. Ex quo ſequitur ꝙ ſtat dare penã debitam furto ſimplici eſſe equalẽ in gradu pene alicuiꝰ odij dei: ſi ſcilicet ſit vna parua ps odij: ⁊ forte etiã in cruciatu ⁊ in acerbitate. alioquin tota pena odij erit infinite acerbitatis. Sed dicis. differũt ſpecie: ⁊ ideo nõ ſunt ↄparabiles. Reſpondetur. ſicut ſtilus ⁊ acetũ ↄparãtur in ꝑfectione entitatiua: nõ tñ in acutie: ſic pena furti ⁊ odij cõparantur in ratione intenſionis: ſed nõ eſt neceſſe in ratione pene. Quo fit vt aliquis decedens in mortali ⁊ veniali puniatur equaliter in gradu ac decedens in duobus mortalibus.

¶ Tertio argumẽtor. Alicui peccato ſm legem ſtatutã reſpondet infinita pena intenſiue: ſed illa nõ infligetur. igitur aſſumptũ ꝓbo: odio habeat deũ Sortes ꝓ tẽpore quo tenetur eũ diligere: ⁊ Plato omittat tũc ſic. peccato Platonis reſpondet aliqua pena in inferno ⁊ eſt alicuius malitie: ſed in infinitum peiꝰ eſt pctm̃ Sortis. quod oſtenditur: ſit odium eius intenſum vt quatuor ⁊ ponãtur infiniti ad imaginationẽ: quorũ quilibet odio habeat deũ: Sortes vt quatuor: Cicero vt duo: petrus vt vnũ. ⁊ ſic in abyſſum geometrice. tunc ſic. quodlibet iſtorũ odiorũ eſt peius omiſſione Platonis. ⁊ Sortes peccat vno pctõ omnia hec includẽte. igitur. Vel nõ eſt opꝰ ponere infinitatem hominũ: ſed ſic ducatur argumentũ. quelibet proportionalis huiꝰ odij eſt peior q̃ hec omiſſio. qꝛ eã includit ⁊ aliq̃d aliud: ⁊ omiſſio eſt alicuius certe malitie. ꝙ aũt ſit aliqua pura omiſſio / alibi oſtẽſum eſt. ¶ Ad hoc argumentũ reſpõdetur negãdo aſſumptũ. nego itẽ ꝙ quelibet pars illius ↄmiſſionis ſit peior hac omiſſiõe ſegregãdo omiſſionẽ imbibitã in cõmiſſione. ſed quilibet illorũ ↄmittẽs per odium dei grauius peccat q̃ omittens. ſed hoc nõ ſolũ ortum habet a cõmiſſione: cum quilibet odio habens omittat. Hic poteſt eſſe obiectio. nam omiſſio naturaliter inuoluitur in commiſſione. ergo nom imputatur. conſequẽtia patet: quia non aliter dicimus continuationem naturalẽ actꝰ mali eliciti in inſtanti nõ eſſe imputabilem. Reſpõdeo. ſi hoc probare niteris: argumentũ principale attenuas: quia ſi omiſſio culpabilis non inuoluatur in quolibet actu odij: non habebis quamlibet partem illius odij peiorẽ hac omiſſione.



¶ Diſtinctionis Quadrageſime ſexte. Queſtio Quarta.

QVarto circa hanc materiã probare nitemur aliquod peccatum eſſe ĩfinite paruitatis: imo de omiſſione nũc dictu. Et hoc ſic. nullus tenetur diligere deum vno gradu dilectionis: nec duobus: ergo omittẽs infinite modicum peccat. conſequentia videtur clara. ⁊ oſtenditur per ſimile. precipiat deus Sorti ſe diligere quatuor gradibus dilectionis: et Platoni quatuor ⁊ vltra: et omittat vterqꝫ. tũc ſic. Plato plus peccat q̃ Sortes: et plus punietur in inferno pro ſuo peccato q̃ Sortes: et nõ diuiſibiliter. qđ patet. nam ſit ita ꝙ Sortes puniatur quatuor gradibus pene Platonis. Si dicas: quinqꝫ gradibus punietur / vel quatuor cum ſemis: ergo Cicero poteſt puniri plus q̃ Sortes / et minꝰ q̃ Plato: cum ſit exceſſus diuiſibilis: ſed hoc nõ: quia ſic deus non puniret peccatores proportionabiliter ad eorũ peccata. palam enim eſt ꝙ deuinctus deum diligere intenſius / et omittens: plus peccat q̃ deuinctus eum diligere remiſſe. Sed cum nũc in nullo gradu dilectionis viator tenetur diligere deum: omittens eum diligere infinite parum peccat. ¶ Reſpondetur concedẽdo ꝙ ſi eſſet viator ad plus obligatus: omittens magis peccaret q̃ alius ceteris paribus. ſed pondus ſolutionis in hoc mihi latitare videtur ꝙ licet in nullo gradu homo teneatur diligere deum: tamen omiſſio illa eſt alicuius certe malitie ſm ꝙ deo placet: et pena eſt alicuius certe intenſionis. Ratio eſt: quia in omiſſione nunc ſm legem nõ attenditur malitia omiſſionis penes actus poſitiui intenſionem: quia ad nullum gradũ dilectionis dei homo tenetur. ſed omiſſio attenditur penes obligationẽ ad quã deus nos obligat. et ſi deus daret legem diligendi creaturam vt duo: et dilectionem dei multo arctius preciperet: licet ad nullum determinatum gradum obligaret: vtrãqꝫ dilectionem omittens plus peccaret omittendo dilectionem dei: quia arctius homo eſt obligatus diligere deum. et ſic nunc de lege penes maiorem arctitudinẽ obligationis attẽditur omiſſionis grauitas. Ex quo ſequitur hoc argumentum eſſe nullum. homo nullo gradu tenetur diligere deum: ergo illam dilectionem omittẽs in nullo determinato gradu malitie peccat. Ex hoc poteſt argumẽtum elui de Platone: quia licet deus in nullo gradu vltra quatuor precipiat diligere: tamen habet certam penam et determinatam ſue obligationi reſpondentẽ qua eum punit ſi tranſgrediatur. vt diximus iam de dilectione dei et eius omiſſione. et ſic forte punietur Plato quatuor gradibus pene et ſemis. deuinctus itaqꝫ diligere vt quatuor cum dimidio / omittens pro illa omiſſione forte quinqꝫ gradibus punietur. Vel ſicut dicimus ꝙ promittẽs mihi equum / omnem equum debet: ſed eſt ſatiſfactio per vnũquẽlibet: vt patet in appellationibꝰ de hac propoſitione / debeo tibi equũ: ſic Sortes omnem dilectiõem dei debet: ſed quãtũcũqꝫ reddẽs ſatiſfacit precepto.

¶ Arguitur paucis rationibus ꝙ aliqua forma aliam impartibiliter in intenſione excedit: ergo hoc non incõuenit in penis et peccatis. Aſſumptum ꝓbatur de duabꝰ latitudinibus: ſit a. latitudo vniformis vt octo in calore vel albedine ꝑ totũ b. latitudo vniformiter difformis a non gradu terminata in octo in extremo intẽſiore. Iã arguitur ſic b. forma terminatur in octo excluſiue: ergo non habet albedinem vt octo ſed quãlibet citra octo. ſed a. corpus habet albedinem vt octo. ergo a. exuperat b. idiuiſibiliter: quia ſi diuiſibiliter: ſit medius gradus vel quarta pars gradus: et patet ꝙ non: qꝛ quilibet gradus citra octo eſt in b. forma. Forte dicis b. non terminatur in octo excluſiue ſed incluſiue. Contra. tunc redibit qđ euitare intendis: ꝙ dabitur aliqua albedo in ſubiecto indiuiſibiliter. nã diuidamus partes ꝓportionales minores in b. et ſuo ſubiecto ad intẽſionem forme: in nulla parte proportionali b. eſt albedo vt octo: nec in aliquo pũcto intrinſeco ſubiecti b. forme. quia ſi ſic: vel nõ eſſet vniformiter difformis: vel ibi eſſet albedo ſupra octo: cum poſt illud pũctum vel partem ꝓportionalem eſſet albedo ſupra octo. Inſuper ſignetur vnum mediũ vniformiter difforme in reſiſtendo paludoſum / a nõ gradu terminatum in octo: et ponatur vnum mobile actiuitatis vt octo incipiens a non gradu reſiſtentie: iã quodlibet punctum intrinſecum illius medij illud mobile pertranſibit: et non mouebitur continuo: ergo tãdẽ erit quies: et non niſi in latitudine impartibili. qđ ꝓbatur: quia ante punctum terminatiuũ totius non eſt reſiſtentia vt octo: ergo ante nõ ſtabit. ſi ad illud deueniat: erit actio a proportione equalitatis: cõtra philoſophũ. vij. Phyſicorũ. et rationem. ¶ Reſpõdetur concedẽdo ꝙ latitudo vniformiter difformis terminatur in aliquo gradu excluſiue ⁊ non incluſiue: et trãſeat ꝙ a. forma excedit b. ſed nõ ꝑ aliquã formã impartibilẽ: immo ꝑ latitudinẽ diuiſibilem / quia per totam a. formã. ſicut tota linea ꝑtrãſita ab hoc mobili a. eſt maior linea ꝑtrãſita a b. mobili: et eam excedit exceſſu diuiſibi: ſi vniformiter mouebãtur ꝑ horam preteritã: et iã a. ſit ⁊ non b. Poteſt etiã dici: ſed minus rationabiliter: ꝙ ille due forme ſunt pares in intenſione: hoc eſt equalem intenſionem habẽt: tamen vnum ſubiectum denominatur album vt octo: et aliud vt quatuor ſm communiorem modum dicendi: cum latitudo vniformiter difformis reſpondeat gradui medio illius latitudinis. Si dicatur ꝙ vnum ſubiectum denominetur a gradu vt octo qui eſt remiſſiſſimus et nõ eſt in hoc ſubiecto: in idem redit. Si dicas. ponatur ſubiectum b. forme bipedale vniformiter difformiter album: et capiatur medium punctum inter illas duas pedalitates / querendo an i illo ſit albedo vt quatuor: vel citra illud ad non gradum vel vltra. quocunqꝫ illorum dato: eodem modo dicere habebas albedinem vt octo eſſe in illo ſubiecto. Inſuper ſi addatur alia albedo vniformiter difformis ad b. oppoſito modo: ſic ſcilicet vt gradus intenſior addatur ad non gradum / et non gradus ſupra extremum intenſius: iam totum erit album vt octo: et nihil additur prope non gradum. ergo prius erat albedo vt octo in illo ſubiecto. Reſpondetur. in puncto medio nulla eſt albedo cum ipſa non inhereat puncto: ſed ante punctum medium eſt quilibet gradus albedinis citra quatuor: et vltra illud punctum albedo vltra quatuor. Ad ſecundum dico ꝙ conſequentia eſt nulla. ¶ Ad aliud argumentum dico ꝙ ſi illud mobile medium et reſiſtentia conſeruentur vniformiter ſicut a principio: continuo mouebitur illud mobile: et quodlibet pũctum intrinſecum illius medij pertranſibit: infinita tamen tarditate: quia ſemper ad finem maior erit reſiſtentia: et per conſequens tardior deſcenſus. et in nullo inſtanti futuro / vel tempore finito pertranſibit illud medium complete. ratio eſt: quia occupabit infinitum tempus ad illud ſpatium pertranſeũdum. tantum nãqꝫ temporis requiritur ad pertranſitionem ſecunde partis proportionalis ad minus: ad quãtũ ad pertranſitionem prime. et tantum temporis requiritur

ad pertranſitionem tertie partis quantum ad ꝑtrāſitionem ſecunde. ⁊ ſic de omnibus alijs. ⁊ aliquod certum tempus requiritur ad pertrāſitionem prime partis ꝓportionalis. igitur. Prima aūt pars proportionalis eſt a nō gradu ad quatuor: ergo ſaltē reſpondendo gradui medio erit ꝓportio. viij. ad. ij. ſcʒ quadrupla. ſecūda ꝑs ꝓportionalis eſt a. iiij. ad. vj. ergo reſpondet. v. mō. viij. ad. iiij. eſt ꝓportio dupla. ergo in duplo maiori tempore pertranſiret ſecundā partē proportionalem ꝙ̄ quo ꝑtrāſit primā ſi ſecunda eſſet equaliter magna cum p̄ria: ſed cum ipſa eſt ſubdupla. ⁊ ſi eſſet ꝓportio dupla: in equali tempore pertāſiret ſecundā partem ꝓportionalē ⁊ primā. ⁊ proportio octo ad quinqʒ eſt minor ꝙ̄ dupla vt cōſtat: ergo plus temporis requiritur ad pertranſitionē ſecunde partis ꝙ̄ ad ꝑtranſitionem prime. ⁊ ſic de qualibʒ parte ſequente facile eſt deducere applicādo regulam cōmunem. Septimi phyſicorum: ꝙ velocitas motus localis quo ad cauſam attenditur penes proportionē potentie motiue ad reſiſtentiam.

¶ Tertio argumētor: ponendo duos Sortem ⁊ Platonē/ qui per horam p̄teritam ſic meriti ſunt: vt quantum ſit meritū Sortis in fine prime partis ꝓportionalis: tantū ſit meritum Platonis in fine ſecūde partis ꝓportionalis: ⁊ quātum fuit meritum Sortis in fine ſecunde partis proportionalis: tantum fuit meritum Platonis in fine tertie partis proportionalis. ⁊ ſic conſequenter per omnes ꝑtes ꝓportionales vnius hore: ſit a. inſtans terminatiuum huius hore p̄terite decedant ambo: Sortes ⁊ Plato poſt hoc inſtās ſine vlteriore merito. Iam argumentor ſic. meritum Sortis eſt maius merito platonis: ⁊ nō ꝑ aliquem exceſſum diuiſibilem: igitur. ꝙ Sortes plus meruit ꝙ̄ Plato: pʒ: quia in quolibet inſtāti intrīſeco hore preterite Sortes erat in maiore merito ꝙ̄ Plato. ⁊ ſimiliter dicēdū eſt in qualibet ꝑte ꝓportionali illius hore: ergo per totam illam horam. qđ ſi ꝯcedas: oppono: quodcūqʒ meritū Sortes acquiſiuit in fine partis ꝓportionalis precedentis ideʒ vel equale in fine partis ꝓportionalis ſequētis Plato ex hypotheſi acquiſiuit: ⁊ nō datur vltima pars proportionalis hore: ergo Sortes nō acquiſiuit plus mereri ꝙ̄ Plato. Et argumentum poteſt applicari cōtra concluſionē principalem ab initio poſitā probando ꝙ inequaliter merentes equaliter p̄miabunt ⁊ in eodem foro. ſicut multa iſtorū argumentorū poſſunt mutari ſub alijs ⁊ alijs terminis: ⁊ ad varias materias applicari. ¶ Rūdetur. Sortes ⁊ Plato nūc in a. inſtāti habēt equalia merita. ⁊ concedo ꝙ in quolibet inſtanti intrinſeco hore preterite. Sortes erat in maiore merito ꝙ̄ Plato: ſimiliter in qualibet parte ꝓportionali hore preterite. ſed non ſequitur ꝙ ita ſit in hoc inſtanti. Exemplū in Achilli zenonico. Si vnum mobile ꝑtranſeat primā partē ꝓportionaleʒ ſpatij ante aliud ſic. quādo a. erit in fine ſecunde ꝑtis ꝓportionalis: b. erit in fine prime: ⁊ quā a. erit in fine tertie b: erit in fine ſecunde partis ꝓportionalis huius ſpatij: ⁊ ita mouēdo ꝑ omnes ꝑtes ꝓportionales cōtinui ꝑ vnam horam continuo: iam in quolibet inſtanti intrīſeco vnius hore a. erit ante b. ⁊ ſic in qualibet ꝑte ꝓportionali: ⁊ tamen in inſtanti terminante horam erunt ambo eque cito extra ſpatium. ⁊ id rationis eſt: quia b. mouetur velocius ad finem hore ꝙ̄ a. nam a. ꝑ totam p̄mam partem ꝓportionalem hore ꝑtranſiuit primam dimidietatem ſpatij: et b. per ſubduplum tp̄s pertranſiuit tantum ſpatium lineale medio quieſcente: Et cōcedo ꝙ in a. inſtanti terminante horam Sortes eſt in maiore merito ꝙ̄ Plato erat: ſimiliter in a. inſtanti Plato eſt in maiore merito ꝙ̄ Sortes erat: ſi non curramus ad tempus vmbraticum: tempus inquam inadequatum. Poteſt dari alia analogia ꝙ non incōueniens ſit aliquid ſemꝑ p̄cedere aliud in motu/ merito vel ſimilibus/ ⁊ equaliter eſſe in fine/ de partibus equinoctialis ⁊ zodiaci in materia de ortu ſignorum vel de duabus vmbris. nā ſint due vmbre a. ⁊ b. cauſate a duobꝰ corporibus opacis: ⁊ corpora lucida que has vmbras cauſant aſcendant vniformiter ad zenith corporꝝ opacorum ſit vna hora verbi cā in inſtanti terminante horam vtrumqʒ corpus lucidum erit in zenith corporis opaci. ⁊ cū hoc ponatur ꝙ vnum corpus opacū diminuatur continuo ad ꝑuam quātitatem/ ſcilicet c. d. manēte vniformiter: iam in a. vmbra: ⁊ tū in eodem inſtanti vtraqʒ vmbra erit eque cito extincta. ⁊ pone ſi libet Sortem ⁊ Platonem cōtinuo equaliter motos in vmbris ſm ꝙ decreſcunt/ ⁊ ꝓportionabiliter merentes. At dicis. aſcenſus corporꝝ lucidorum ad zenith corporum opacorum eque vmbras diminuit quātum eſt ex parte illorum/ ⁊ ſunt agentia naturalia: ⁊ cuʒ hic diminutio corporis opaci diminuat vmbram: vna vmbra citius euaneſcit ꝙ̄ alia. alioquin nō ſemꝑ aucta ſeu maiorata cauſa augebitur: ſeu maiorabitur effectꝰ. Nec iuuat dicere ꝙ aſcēſus corporis opaci ꝓpe zenith non tantū diminuet quātum vbi multū diſtat. quia idē eſt ex ꝑte aſcenſus corporum lucidorꝝ. Dicitur ad hoc ſecunda diſtinctione primi queſtione prima.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimeſexte.
Queſtio Quinta.

Obiicitur quinto contra ꝓncipale ſic. dabile eſt aliqđ peccatum ꝓ quo deus nō poteſt infligere penam. quod ꝓbatur. nā eſt aliqua pena adeo parua vt nō poſſit imutare voluntatem ſine ope alterius pene. oſtendit hoc ꝑ minimum naturale ſm extenſionem non eīm viſus eſt vnqʒ elephas vel equus ita paruus vt culex: vel formica: ⁊ hoc non niſi quia repugnat forme elephātis informare tam ꝑuam materiam ſeorſum vt eſt formica igitur. Forte dicis. datur minimum ſm extenſionem ⁊ non ſm intentionē. Contra hoc arguo. ꝑte datur minimus calor ſm extenſionē qui cito ꝓducitur ſignetur ille ⁊ ſit a. per te a. ſubito ꝓducitur: ſit in hoc inſtanti. vel calor eſt alicuius intenſionis certe: vt vnum/ vel duo: ergo datur minimum ſm intētionē: ſi detur ſm extenſionem. quia ſi non detur minimum ſm intentionē quare producitur gradus vnus cum dimidietas illius gradus ſufficiat? ſi duo gradus producantur ſubito/ quare non ſolum vnus gradus producitur in inſtanti/ cum non detur minimuʒ naturale caloris alterius qualitatis ſm intenſionem per te? et quare non producitur vnus gradus in quolibet inſtanti ſequente: ſicut vnus gradus qui ſupra partem gradus ſufficienſis ad extenſionem minimi naturalis? ¶ Hic dicit Gregorius in xvij. diſtinctione primi ꝙ non datur remiſſiſſima forma bene tamen minimum naturale ſm extenſionē: vel maximum quod non. quod potius dicit. Primum probat per lumen quod producitur a corpore luminoſo. quia non datur remiſſiſſimū lumen illius corporis: immo in infinitum remiſſum eſt lumen illius corporis. Contra hoc obijcio illud lumen non eſt extra ſuum totum: ergo nihil eſt illud. Dicis. licet continetur alijs partibꝰ ꝑoribus: nō tamen eſt in ſubiecto adequato cū alijs. Inſto. ꝓpterea nō debes ꝯcludere ꝓpoſitū. ſed illđ ꝯuenit: qꝛ corpꝰ lumioſū diſtās ꝓducit remiſſiꝰ lumē ꝙ̄ ꝓpiquū: et ſi maneret in illo ſitu corpus luminoſum/ nunqʒ amplius produceret. quare illud conuenit. ſed ſecus eſt de calore producto prope corpus calefactiuum. cum enim ſucceſſiue producat/ quare produxit duos gradus ſm intenſionem vel vnum prope agens ſi non detur minimū ſm intēſionem? Unum quidem eſt rationabile qđ tenet Cōmentator. viij. Phyſicorꝝ. cōmēto. lxij. ⁊ primo Celi. cōmēto. ij. ꝙ ſcʒ detꝰ minimū naturale ſm extēſionem. ⁊ apparet ꝙ eodē modo debet dici ſm intēſionē. Rurſus non valet qđ dicit: ꝙ rationabilius eſt dare maximū qđ non poteſt ꝑ ſe exiſtere: qꝛ illud nō poteſt ꝑ ſe exiſtere vt cōſtat intelligēti terminos: ⁊ ſit maximum qđ non/ ignis grā exēpli: pedale illud nō ꝓducitꝰ ſubito ſine addito: et naturaliter nō poteſt eſſe ſeorſum. quare cōproducitur octaua pars pedis vltra/ vel ſeptima vel alia pars in inſtāti. ſi vna octaua pars pedis ꝓducitꝰ cū illa pedalitate in inſtāti: quare ꝓducitur vna ſexta decima pars pedis puta dimidietas illius exceſſus in illo inſtanti citius ꝙ̄ alia tāta pars in inſtāti ſequēti? propterea nō eſt ſatius dare maximū qđ nō: ſicut putat. ⁊ id ſine ꝯteria defendi nequit. ſed cū cōmentatore dicendū eſt: vel negādum minimū naturale. ¶ Iſtis ſuppoſitis arguitꝰ ſic. daꝰ remiſſiſſimū forme corporalis: ergo nō debet negari in formis ſp̄ualibꝰ. Inſuꝑ daꝰ intēſiſſimꝰ actꝰ quē anima poteſt habere: ergo et remiſſiſſimꝰ. Probatꝰ ꝯſequētia: qꝛ ſi vnū ꝯtrariorꝝ ſit in rerꝝ natura ⁊ reliquū. Iſte rōnes non cōcludūt. Ad primam dicitꝰ ꝙ forme ſp̄uales in paucis ſunt legibꝰ formarꝝ corporaliū ſubiecte. nā multiplex poteſt dari inter eas diſcrimen. Ad ſecūdā reſpōdetꝰ ꝙ cōſequentia eſt nulla. nec ꝓbatio valet: qꝛ magnū ⁊ paruū nō ꝯtrariantꝰ/ ſed relatiue opponuntꝰ. ꝙ nō ꝯtrariantꝰ patet: qꝛ idē eſt magnū ⁊ paruū reſpectu diuerſorꝝ: qđ non ꝯtingit in ꝯtrarijs. ſed ſi magnū eſt/ paruū eſt: ⁊ ſi detꝰ minimū naturale forme vel remiſſiſſima totalis: ipſa eſt intēſa reſpectu ſue partis. Tertio arguitꝰ. ſi non detꝰ remiſſiſſima qualitas ſp̄ualis: nullus daꝰ gradus dilectionis dei ad quem homo tenetꝰ. qđ eſt incōueniēs. Rūdetꝰ hoc nō diſcōuenire. ſi cuipiā tū libeat ponere remiſſiſſimum forme ſp̄ualis poteſt illud ſine incōueniēte magno ꝓtegere. ⁊ teneamꝰ ꝓbabiliter ꝙ ſic. Ex iſtis ſequitꝰ ꝙ aliqs eſt actꝰ in volūtate vel in intellectu quē anima nō poteſt pure partibiliter ꝓducere. ꝓbatꝰ hoc corollariū de minimo naturali: qđ ſi ip̄m pure partibiliter produceretꝰ/ daretꝰ remiſſius remiſſiſſimo. Cum hoc tū ſtat ꝙ aliquem actū volūtas pōt elicere ſucceſſiue a non gradu ad gradū. qđ ꝓbatꝰ: qꝛ ſi eliciat vnū actum cui ſimilis in ſpecie eſt in anima: tā nō erit minꝰ minimo extra ſuū totū: quia vtrobiqʒ teneo ꝙ actꝰ eiuſdē ſpeciei in eodē ſubiecto primo conſtituūt vnū. ꝑ minimū aūt intelligo remiſſiſſimū vt vides. Iſto modo potes tueri ꝙ ad aliquē gradū dilectionis dei homo obligatꝰ. ꝓbatꝰ ſic. homo tenetꝰ diligere deū niſi habeat minimū naturale. Sed dices: de virtute ſermonis ad nullū gradum dilectiōis dei hō tenetꝰ. ſaltē hec ꝯditionalis eſt neceſſaria: ſi homo debet iplere p̄ceptū dilectiōis dei/ neceſſe eſt diligere deū in aliquo gradu: vt neceſſe cadat in totā conditionalem.

¶ Sed contra iſta arguitur. per quæſtionē principalē daꝰ minimū forme: ⁊ quocūqʒ mortali pctō dato poteſt dari minꝰ: ⁊ nō eſt neceſſe decedere cū multis mortalibꝰ: ergo dabitꝰ aliqs qui nō poteſt puniri ſufficiēter ꝓ ſuo pctō. ¶ Rūdeo. hoc nō ſequitꝰ: qꝛ deus poteſt illū punire multifariā. Uno modo ꝓducēdo accidēs intenſum eiuſdē ſpeciei in animā qđ non cruciat vltra: qꝛ deus ad cruciatū nō cōcurrit: et tūc nō daꝰ minimū pene iūctū illi. Secūdo ſic. dato ꝙ detꝰ remiſſiſſimū forme ſp̄ualis qđ naturaliter poteſt ꝑ ſe exiſtere: non tamen de potētia abſoluta. quēadmodū lʒ ponaꝰ minimū naturale extēſiue qđ pōt eſſe ꝑ ſe/ naturaliter loquendo: tū dimidietatē illius deꝰ pōt ꝯſeruare extra ſuū totū de potentia abſoluta: qꝛ ſi deus pōt dimidietatē minimi naturalis ꝯſeruare ꝑ exiſtētiā alterius partis: hoc poterat facere ſine coexiſtētia cuiuſcūqʒ creature. Non eſt difficultas de imutatiōe. nā q̄libet gradus quātūcūqʒ puſillus pōt vitaliter imutare ip̄am volūtatē: ſaltē de potentia dei. Ex hoc pʒ ſolutio argumēti ad formā ꝙ ipſum nō ꝯcludit eſſe aliqđ pctm̄ qđ deꝰ nō poſſit ſufficiēter punire. hoc eīm eſt īpoſſibile. ¶ Secundo arguitꝰ. Dabilis eſt aliqs actꝰ culpabilis ꝓ quo deus nō pōt infligere penā. ergo ꝯcluſio falſa. ꝓbo antecedēs de omiſſione qua qs omittit p̄ceptum. nā ſi omiſſio illa eſt mala: debet eſſe tā mala vt dilectio dei eſt bona: ſed hoc non: qꝛ odiū dei eſt p̄ciſe ita malū vt dilectio dei eſt bona: et odiū dei eſt peius ꝙ̄ omiſſio dilectionis dei ſit mala. ¶ Rūdetꝰ dupliciter. Primo malū rōne malitie nō eſt cōparabile bono rōne boni: licet bñ cōparentꝰ in intenſione graduali. ſicut in ſimili de actu intēſo ⁊ remiſſo: qñ queritꝰ an ip̄e ſit ita intēſus vt remiſſus: dicitꝰ/ ꝙ nō ſunt comparabiles. Idē pʒ de aceto ⁊ ſtilo in rōne acutiei. Secundo dicitꝰ ſuppoſita vna regula cōmuni ꝙ tā bonū eſt vnū contrariorū ꝙ̄ malū eſt reliquū. que eſt regula beati Anſelmi. ſecundo Cur deus homo. c. xiiij. dicētis. Omne bonum tātū bonū eſt quātū malū eſt eius corruptio vł priuatio. ꝙ hoc itelligitꝰ in ꝯtrarie oppoſitis. Et ſic in naturalibꝰ ita bonꝰ eſt odor vt malus eſt fetor. et ſic odiū dei eſt ita malū vt dilectio dei eſt bona. Ex quo ſequitꝰ ꝙ priuatio vel omiſſio actꝰ nō eſt ita mala vt habitus poſitiuus eſt bonus. ꝓbatꝰ ꝓpoſitio: qꝛ ita bona eſt dilectio dei vt eiꝰ odiū eſt malū. alioqñ qs non poſſet eſſe ita bonꝰ vt malꝰ. Et actꝰ ꝯtrarius eſt peior omiſſione. igitꝰ. Tertia ꝓpoſitio. ſemꝑ omiſſio melioris actus poſitiui eſt peior. et ſic omiſſio mēſuratꝰ penes actū poſitiuū: ⁊ hoc qñ actus poſitiuus eſt de p̄cepto: vel putatꝰ eſſe de p̄cepto. nā pleriqʒ ſunt actꝰ poſitiui ꝯſiliorꝝ actibꝰ p̄ceptorꝝ p̄ſtātiores rōne meriti. ⁊ tū omiſſio ꝯſiliorū nō eſt mala. Dicitꝰ (vel putatꝰ eſſe de p̄cepto) qꝛ ſi cōſciētia mea erronea mihi diceret ꝙ eſt graue pctm̄ dicere Magnificat/ capite ceꝑto: ⁊ hoc omittā dicēdo: iam pecco omiſſiue nō qꝛ p̄cepto ꝯtrauenā/ ſed putato p̄cepto. Alia ꝓpoſitio. Omiſſio eſt multo melior entitatiue ꝙ̄ actꝰ poſitiuus. ꝓbatꝰ. omiſſio eſt ſubſtātia omittēs ſicut cecitas eſt oculus cecus: et actꝰ poſitiuus eſt accidēs in aīa. modo ſubſtātia ſm totū genus accidēti p̄ſtat. ¶ Tertio arguitꝰ ad idē ponendo ꝙ ſuperior/ deꝰ vł creatura p̄cipiat Sorti ꝑcutere Platonē ſi peccet: ⁊ econuerſo p̄cipiat Platoni ꝑcutere Sortē: ⁊ non ſint in aliqbꝰ alijs pctis. cū hoc ponatꝰ ꝙ irruāt in ſe inuicē ſe mutuo ꝑcutiētes. Tūc ſic. vterqʒ iſtorꝝ peccat: ⁊ ꝓ iſtis pctīs deꝰ nō pōt eos punire. ꝓbatꝰ minor: qꝛ nō delinquūt: ergo nō pōt rōne pctī eos punire. Probatur vtraqʒ p̄miſſarꝝ. vel iſti ſunt innocētes qñ ſe mutuo ꝑcutiūt: ⁊ tūc peccāt ꝑcutiēdo īnocētes: ⁊ hoc eis ꝓhibebatur. Si dicas. ſunt nocētes: ꝙ̄ tūc ſunt digni verberibꝰ: ⁊ ipſi ꝑcutiūt malefactores: et hoc dabatꝰ eis in preceptū. modo nemo peccat in īpletione p̄cepti. Rūdetꝰ. caſus eſt īpoſſibilis ꝓpter reflexionē: et oportet ip̄m moderari vt intelligatꝰ de alijs pctīs. ¶ Quarto arguitꝰ ad idem de foro purgatorij/ ponēdo ꝙ deꝰ ꝓ pctō vnius hore debet punire aliquē in purgatorio vna hora. ſupponamꝰ cōtritionem que culpā abſtulit. arguitꝰ ſic. Iſte in p̄ma dimidietate hore in purgatorio ſufficienter punitꝰ ꝓ pctō cōmiſſo in p̄ma dimidietate hore: et ſufficiēter punitꝰ ꝓ ſecūda dimidietate hore in purgatorio in ſcđa dimidieta

te hore:ergo iniuſte punitur in inſtanti medio vel in hoc inſtanti.ſuppono nos eſſe in illo inſtanti. ¶ Reſpondeo. licet in hoc inſtanti puniatur: non punitur in hoc inſtanti.ſicut licet iſta concedatur : in hoc inſtanti hoc mobile mouetur:non mouetur in hoc inſtanti : et hoc ſuppoſito ꝙ pena omnino partibiliter fiat. Uel ſic magis ꝓprie loquendo.in hoc inſtanti medio/et in quolibet inſtanti intrinſeco iſtius hore verum eſt dicere:in hoc inſtãti Sortes punitur:quia punitur in tempore . ſicut in quolibet inſtanti intrinſeco hore octaue verum eſt dicere : in hoc inſtanti hora octaua eſt . nam ſubiectum eſt hoc totum in hoc inſtanti exiſtens:et predicatum/ens vel exiſtens. modo hoc eſt verum:quia eſt exiſtẽs in hoc tempore.ſed de virtute ſermonis hec eſt falſa:in hoc inſtanti eſt hora octaua.quia ſubiectum eſt hoc totum:exiſtẽs in hoc inſtanti:qđ hore octaue non conuenit. ſed vnam capimus loco alterius. Poteſt tamen deus punire iuſte in inſtanti et in duabus dimidietatibus hore:licet Sortes pure partibiliter peccauerit. ¶ Quinto arguitur ad idẽ.ponendo duos Sortẽ et Platonẽ/Sortes velit eſſe peior Platone:⁊ Plato peior Sorte.iſtos deus nõ poteſt punire ſm legem ſtatutam:et tamen peccant.ꝙ peccẽt patet:nam quilibet eorum vult eſſe malus. Secunda pars probatur:quia non poteſt dari grauitas peccati vnius: igitur non poteſt dari pena ſm legem ſtatutam. Antecedens probatur.nam vel ſunt equaliter mali : et hoc non: quia Sortes vult eſſe peior Platone:et q̃ malus aliqs vult eſſe/tam malus ipſe eſt.ſi inequaliter peccent: queritur vter eorum grauius delinquat:et rationem illius aſſertionis aſſigna. Huius argumẽti alibi tetigimus ſolutionem in ſecundo. ¶ Sexto arguitur. Quilibet dãnatus in inferno punit̃ infinita pena intẽſiue:ergo deus acerbe punit.conſequentia eſt nota. Antecedens probatur:quia preuidere penam vnius diei in iferno/triſtitiã incutit illi qui patietur:preuidere penam duorum dierum/duplicem penam:trium dierũ in triplo maiorẽ.ergo preuidere penam infiniti temporis arguit infinitam triſtitiam. ¶ Reſpondetur.conſequentia eſt nulla dato antecedẽte:qđ eſt deo poſſibile. Ex illo ſequitur ꝙ cum deus quemlibet damnatum poſſit tam extenſiue q̃ intẽſiue affligere ifinita pena:punit cum dulcore miſericordie.de infinita extenſione nõ dubitas. Reſtat igitur mihi ſolum probandum id idem in intenſione. qđ ſic oſtendo.creatura eſt infinite capacitatis paſſiue in eſſe qualitatis.qđ probat̃:quia ſi ipſa poſſit ſuſcipere duos gradus in eſſe qualitatis/poteſt ifinitos ſuſcipere. et in eſſe pene etiam oſtenditur.nam hoc non tolleret animam intellectiuam de rerum natura : quia naturaliter ipſa eſt incorruptibilis. Preterea poteſt aliquos gradus in eſſe pene ponere in demonem vel animam: ⁊ non potes dare preciſum ſtatum.igitur.⁊ deus poteſt penam infinitam in gradu et in acerbitate ꝓducere.qđ ſuppono ex.xliiij.diſt.j. Tunc ſic. Creatura eſt capax infinite pene tam in gradu q̃ in acerbitate: et deus poteſt talem in creaturã producere. Addo aliquas propoſitiões. Nam deus poteſt facere omne qđ non implicat contradictionem . ſed hec non implicat ex dictis.igitur. Ulterius/deus nõ poteſt iniuſte agere: ergo ſi infligeret infinitã penã poteſt adhuc maiorẽ penã infligere:ſicut vnũ ifinitũ eſt maius alio.et nõ facit hoc:ergo deꝰ miſericorditer punit. Iam rñdeo ad antecedens ꝙ non oportet intellectũ diſtincte apprehendere illos determinatos dies: ⁊ licet illos apprehenderet:nõ oporteret in duplo maiorẽ habere triſtitiam. declaratur exemplo de illo qui ducitur ad carcerem ad duos dies:qui nõ eſt triſtior in duplo plus q̃ ille qui vno die detinebitur. Ulterius pena nõ infligitur ſecundum ſtultam apprehẽſionẽ ⁊ voluntatem damnati:quia ſi ſic:impatiẽtia dãnati plus affligerentur q̃ iuſtitia ⁊ miſericordia dei requirit.⁊ hic apparet dei miſericordia in pena. ¶ Septimo arguitur ꝑ eos q̃ dicũt ꝙ veniale punitur eternaliter in inferno. Deus inequaliter peccãtes equaliter punit.ergo concluſiones cõtra quas obijcimus ſunt falſe.añs ꝓbatur.decedat vnꝰ cũ a.veniali ſolo.⁊.b.cũ b.veniali equali a iuncto c.mortali. Tunc ſic.a.⁊ b.ſunt equalis culpe: ⁊ inequales pene eis infliguntur. ¶ Reſpõdetur diſtinguẽdo ꝙ inequaliter punit:vel in eodẽ foro:⁊ ſic negatur. vel in varijs foris:⁊ ſic cõceditur.nũquid ſalmo carius venditur Pariſijs q̃ Aberdonie:purgatorium enim eſt forum ire:⁊ infernus forum furoris.iuxta illud Pſalmographi petẽtis ab illis liberari: ⁊ dicentis. Domine ne in furore tuo arguas me, neq̃ in ira tua corripias me. Pſal. vj. Nec oportet babere reſpectũ ad penam huius mũdi: quia ſi des duo Sortem ⁊ Platonem equaliter peccãtes:⁊ Sortes puniat̃ ratiõe ſui pctĩ in hoc mũdo et non Plato:adhuc ſi decedant in illis peccatis equalibus: equaliter punient̃. ¶ Contra hoc arguitur etiam in eodem foro. Decedãt duo:Sortes cũ a.veniali ⁊ b. mortali:⁊ Plato cum c.mortali. Deinde ſic.ꝑ illã poſitionẽ de qua loquuti ſumus in argumento precedente: Sortes tantum punietur quantum Plato pro c.mortali:et ſunt peccata inequalia.igitur. Prima pars oſtenditur: quia equaliter puniuntur extenſiue vt notũ eſt ſm hanc viam:et aliqua intenſione graduali punitur Sortes ratione a.venialis.demus vnũ mortale qđ punitur in duplo grauius.hoc enim dare oportet:quia cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum ẽ certa proportio:⁊ nullum mortale ſm legem punitur infinite gradualiter:ergo finite ꝑ calculationem.vides breuiter ꝙ poſſum deſcendere ad hoc ꝙ Plato equaliter intenſiue punietur cum Sorte: et tantum extenſiue.ergo propoſitum. Reſpondetur cõformiter ad dicta in.q.iij.huius diſtinctionis: concedẽdo ꝙ Sortes pro a.veniali punitur tantum intenſiue et extenſiue quantum Plato pro c.mortali:ſed non tãtum in acerbitate/in ratione pene:in ratiõe cruciatus/vel in ratione torture. Exemplum in ſimili.contingit Sortem tantum latitudinis egritudinis in crure vel in brachio incurrere quãtum Platonem in colo vel inteſtinis: ⁊ tñ colicꝰ dolor vel ileos eſt multo maior rõne pene q̃ tãta dyſcraſia a latitudine ſanitatis in brachio . Nec te moueat ꝙ eſt idẽ paſſum.ſ. voluntas:qr notum eſt poſſe dari duo diſplicentia diuerſarum rationum:quorum nolitiones erunt equaliter intenſe:et triſtitie circa illa obiecta:⁊ tamen vna triſtitia plus cruciabit q̃ alia.quia poteſt deꝰ facere ſi velit ꝙ due triſtitie eiuſdẽ ſpeciei equaliter intenſe inequaliter torqueant idem paſſum:non cõcurrendo cum vna triſtitia ſm totum ſuum ambitum:⁊ cum alia aliter concurrendo. Ex quo patet hanc conſequentiam eſſe nullam. hic actus eſt equalis in latitudine forme vel gradus cum b.actu:ergo eſt eque magnus in ratione pene.ſicut dantur due culpe quarum vna:videlicet a.eſt intenſior vel maior b.in forma : ſed non eſt maior in ratione culpe vel offenſionis dei . ſemper enim actibus equalibus in ratione culpe debetur equalis pena in ratione pene:et inequalibus in ratione offenſe debetur inequalis pena in ratione pene . Potes replicare c.peccato non reſpondet in infinitum maior pena in ratione pene q̃ a.veniali:ergo per calculationem tandem dabitur aliquod mortale qđ eque acerbe punict̃ ac veniale.ergo ſolutio nulla. Dico ꝙ ille pene non ſunt comparabiles in ratione pene : bene tamen in ratione gradus.ſicut ſtilus et acetum non comparantur in acutie.



bene autem ſm alias denominationes:vtpote ſm perfectionem eſſentialem . Secũdo dicitur ꝙ pena mortalis infinite penam venialis excedit. ex quo non ſequitur ꝙ mortali reſpondet infinita pena in ratione pene.vt ſuperius diximus comparando partes peccati mortalis toti actui veniali. ¶ Octauo arguitur. Legimus ꝙ ſi qs certas preces in honorem ſancti cuiuſpiam quolibet die offerat:non poterit dãnari . decedat igitur talis cum mortali a.et alter cum mortali b.equali a. Arguitur ſic. iſti inequaliter punientur:et tamen equaliter peccarũt. Reſpondetur.illud dictum et multa alia ſunt friuola ⁊ vana:neſcio a quibus imprudentibꝰ:⁊ quo fine cõflata. ¶ Nono. Decedat aliquis:vtpote Sortes nunc ita malus vt erat malus latro. Arguitur ſic.iſti duo decedunt in peccatis equalibus:et inequaliter puniuntur:cũ malus latro iãdiu punitus ſit in inferno. Forte dicis.deus ad tẽpus inequaliter punit Sortem:puta magis:vt pene eorum reddãtur equales. Inſto.capio paruulum nõ circũciſum in lẽge decedentem in diebus Salomonis: et alium ex noſtris.iſti duo equaliter puniuntur : et non fit hec recompenſatio dei:vt loquuti ſumus.igitur. Reſpondetur. Sortes et malus latro punientur equaliter intenſiue.nec erit recompenſatio quo ad extenſionẽ temporis in hoc mundo.illud enim eſt accidẽtale.etiam tale tempus eternitati comparatum eſt impartibile:vt ita loquar . ¶ Decimo. Decedat Sortes cum originali et mortali:et Plato cum ſimili mortali . arguitur ſic. Iſti duo equaliter puniũtur.quod probatur:quia equali pena ſenſus puniuntur:ergo ſimpliciter equaliter puniuntur. Reſpondebitur ad hoc paulo inferius in diſtin.l.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimeſeptime.
Queſtio Prima.

Hic in quadrageſimaſeptima diſtinctione loquitur Magiſter de generali iudicio:et de notitia que fiet in illo: et quomodo mundus eſt purgãdus per ignem. In qua diſtin. duas enodabo q̃ſtiones . Prior eſt : an in generali iudicio erit diſputatio vocalis.

Queſtio hec vnum ſupponit et aliud querit . nam ſupponit generale iudicium futurũ: et querit an erit diſputatio vocalis. propterea reſpondebitur ad vtrũq̃ ꝑ concluſiones . ¶ Prima concluſio. generale iudicium eſt futurum. ¶ Secunda concluſio . Probabile eſt ꝙ aliqd vocale erit in iudicio. ¶ Tertia ꝯcluſio. Multa mentaliter fiẽt in gñali iudicio. ¶ Prima concluſio eſt certa.nam ſcribitur Joannis.v. Procedẽt hi qui bona fecerunt in reſurrectionem vite:qui vero mala egerunt/in reſurrectionem iudicij . Et beatus Auguſtinus.xx.de ciuitate dei.c.j.ait. Tenet omnis eccleſia dei Chriſtum de celo eſſe venturum ad viuos et mortuos iudicãdos. ¶ Secunda concluſio oſtẽditur per literam Matthei xxv. Inſuper deus iudicabit vt deus et homo: ergo iudicium eius non ſolum fiet diuino modo : ſed etiam humano.hoc eſt vocaliter . Item ſicut nũc in ſentẽtia particulari fit ſententia mentalis in animas pure ſpirituales a corporibus exutas:ita debet eſſe partim ſpiritualis:partim corporalis contra animas corporibus reaſſumptis . Preterea beatus Gregorius.xxvj. Moraliũ dicit de reprobis:ꝙ illi verba iudicis audient qui eius fidem ſaltem verbo tenuerunt.ſed hoc non commode intelligitur de verbo mentali.igitur. ¶ Tertia concluſio patet.xx.de ciuitate dei.ca.xxiiij. Nam ſimul omnes et ſinguli iudicabuntur . ſed ſi cum quolibet eſſet particularis diſceptatio:requireretur magna temporis intercapedo ad iudicandum.modo vt dicitur.xx.de ciuitate. cap̃.xxvj. deus conſcientias reproborum conuincet ſine vlla ſermonis prolixitate. Et Sapientie.iij. dicitur. Dirumpet illos inflatos ſine voce.et ad Roma.ij. Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum et inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiam defendẽtiũ: in die cum iudicabit deus occulta hominum.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. Joannis.xij.ſcribitur. Nunc iudicium eſt mundi.ergo non eſt futurum.et Naum.j. Non iudicabit deꝰ bis in idipſum . Ad primum dicitur ꝙ illud intelligitur de iudicio qđ fecit Chriſtus quando per ſuam mortem iuſte liberauit genus humanum a ſeruitute diaboli . ſic enim exponit Auguſtinus Homilia.lij.ſuper Joãnem. quod probat ex ſequenti litera.cum dicitur. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras . Secundum intelligitur ꝙ non puniet idem peccatũ duplici pena:ſed vnica ei reſpondente.

¶ Contra tertiam concluſionem argumentor . Uel quilibet omnia ſua peccata preterita cognoſcet vel aliqua et aliqua non.ſi ſecundum:cum multa dentur obliuioni:hoc non erit naturaliter. Dicis.deꝰ iuuat memoriam . Oppono: Saltem non poterit habere tot peccata ſimul preſentia propter finitatem actiuã anime que ad illos actus concurrit:et hoc ſaltẽ erit difficile reſpectu omniũ peccatoꝝ aliorũ a peccãte. Inſuꝑ peccata deleta in confeſſione non oſtendentur:alioquin multi de peccatis occultis verecundarentur. ¶ Ad primum admiſſo ꝙ quilibet omnia ſua peccata cognoſcat/ deus poteſt ſupplere actiuitatẽ anime: ꝙ omnia cognoſcat:et omnia aliena. Nam probabile eſt ꝙ ſi anima ſue nature relinquatur extra ſubiectum poſſit cognoſcere ſecreta cordis alterius:et aliquorum peccatorum habere notitiam diſtinctam. deus nãq̃ poteſt ſupplere actiuitatem anime ꝙ infinita cognoſcat . ſicut Sortes non plus facit ferendo mille libras cum mille hominibꝰ robuſtis q̃ ferẽdo vnam libram ſine ope alterius. Sed nõ eſt opus vt quilibet cognoſcat in particulari cuiuſlibet omnia peccata . ſufficit enim ꝙ in generali cognoſcet ꝑ ſeparationem hedorum a ſiniſtris/et ouium a dextris. ſecus eſt de peccatis proprijs. Ad aliud/probabile videtur ꝙ peccata confeſſa non innoteſcent alijs.

Dubitatur:an ſolus Chriſtus iudicabit. Propter aliquas auctoritates opus eſt ponere varias acceptiones iudicis. Nam Joannis.v. dicitur . Pater omne iudicium dedit filio. et Matthei.xix. dicitur de Apoſtolis ꝙ erunt iudices duodecim tribuum Iſrael.⁊ Job.xxxvj.iudicium pauperibus tribuit . Propter iſta et ſimilia dicitur ꝙ multifariam poteſt iudicium alicui conuenire:ſcilicet ordinaria poteſtate:et ſic iudicabit tota trinitas.ex delegata poteſtate:et ſic iudicabit Chriſtus dominus inquantũ homo. Quare licet deus iudicabit in natura humana ordinarie:non iudicabit ſm naturã humanam . Uel acceſſoria dignitate:et ſic perfecti iudicabunt:nõ vt cõſulãt:ſed aſſiſtent ad ſui honorem. Uel comparatione:⁊ ſic minus mali iudicabũt magis malos:iuxta illud Lu

ce.xvj. Viri Niniuite ſurgent in iudicio cū generatione hac ⁊ condēnabūt eā. Dices. ex his ſequit᷑ ꝙ dānati videbūt corpus Chriſti in gloria. ⁊ ſic habebūt delectationē. Conceditur antecedēs. nā ſicut aſcēdit in gloria: ſic in glorioſo corpore apparebit. vt teſtat᷑ illud Actuū. j. Hic Jeſus qui aſſumpt᷒ eſt a vobis in celū: ſic veniet quēadmodū vidiſtis eū eūtē in celū. ⁊ Luce. xxj. Videbunt filiū hominis venientem in nubib᷒ cū poteſtate magna et maieſtate. Non enim debet eſſe vilioris conditionis in aſpectu ꝙ̄ iudicandi modo. predeſtinati etiā habebunt corpora glorioſa. Sed conſequētia eſt nulla: q᷑ ſicut gloria/ amici eſt delectatiua: ita illius q̄ eū odit eſt cōtriſtatiua. nec ſequit᷑ ꝙ habebūt beatitudinē: q᷑ illa eſt in viſione dei quā nō habebūt. ¶ Dubitat᷑ ſecūdo de ſignis pceſſuris iudiciū. Rūdet᷑. Hieronym᷒ dicit ſe. xv. ſigna legiſſe in annalib᷒ Hebreoꝝ: que in lingua noſtra vernacula britānica tranſlata habemus: ſed parū ſoliditatis eſt in illis. Certiora aūt ſigna pdixit ſaluator noſter apoſtolis in monte Oliueti. Matthei. xxiiij.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimeſeptime. Queſtio Secunda.

Secundo in hac diſtinctione quero. An ignis conflagrationis erit eiuſdē ſpeciei cū igne pſenti. Sicut in q̄ſtione pcedēte quo ad ſuppoſitū et quo ad q̄litū ꝯcluſiue rūdebit᷑. ¶ Prior concluſio. Mundus purgabit᷑ per ignē cōflagratiōis. ¶ Poſterior concluſio. Ille ignis erit eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime cū hoc igne quē habem᷒. ¶ Prior ꝯcluſio oſtēdit᷑ ex v̄bo Apoſtoli pme ad Corinth. vj. Preterit figura hui᷒ mūdi. vbi gloſſa. Pulchritudo hui᷒ mūdi mūdanoꝝ igniū conflagratione pibit. Idē dicit beat᷒ Augu. xx. de ciui. dei. c. xvj. ⁊ gloſſa ſup illud ſcdē Petri. iij. ſeu vltio. Et elemēta ignis vt ardore tabeſcēt. Et ꝯgruitas eſt ad hoc. Nā dicit᷑ ſcdo Phyſicoꝝ. Nos ſum᷒ quodāmō finis oīm. ergo hoīe inouato poſt gn̄alē reſurrectionē ꝯgruit mūdū inouari ⁊ purgari. qd̄ maxīe fit p ignē. Hinc dixit Joānes Apocal᷑. xxj. Vidi celū nouū ⁊ terrā nouā. Videm᷒ inſup nūc locū pctīs infectū ante ꝯſecrationē eſſe vetitū quouſq; purget᷑. ſic decēs eſt ꝙ loc᷒ pctōꝝ fece infectus purget᷑. ¶ Altera ꝯcluſio pbat᷑ ex illo verbo Geñ. j. Requieuit de᷒ in die ſeptimo ab oī ope qd̄ patrarat. qd̄ ſm multos ſic exponit᷑. ceſſauit a creatiōe nouaꝝ ſpecieꝝ in reb᷒. Secūdo arguit᷑ ad idē. Aqua q̄ purgauit mūdum erat eiuſdem ſpeciei cū vera aqua: ergo ignis cum igne. Inſup vanū eſt multiplicare ignē alterius ſpeciei/ vel aliud calefactiuum ab igne.

¶ Contra priorem concluſionem argumētor. Vel ignis pcedet iudiciū: vel erit tpe iudicij: vel ſequet᷑ iudiciū. non vltimū: iuxta illud Pſalmographi. Ignis ante eū pcedet: ⁊ inflāmabit in circuitu inimicos ei᷒. pſal. xcvj. Nec duo pma: q᷑ cōbureret viuētes. ¶ Rūdet᷑. pcedet iuxta illud allegatū: ⁊ ſtabit tpe iudicij: nec ledent᷑ electi q̄ ſtabūt in parte aeris ſupra ignem: vt dicit beat᷒ Augu. ſcdo de ciuita. dei. c. xviij. Poſſumus: inq̄t: dicere electos futuros eſſe in ſupioribus partib᷒: quos ita nō aſcēdet flāma illi᷒ incēdij: quēadmodū nec vnda diluuij. Et hoc de eis ītelligit᷑ q̄ mortui ſunt: ⁊ nihil purgabile habēt. viuētes aūt poſſunt mori: ⁊ cōburi ab igne p ſua pena purgatorij: ſi debitores pene ſint: ⁊ magis vel minus puniri iuxta ſua demerita: q᷑ ignis ille eſt īſtrumētū diuine iuſtitie. qui vero nihil purgādū habebūt: poſſunt mori in illo igne ſine dolore magno. ſicut de᷒ ꝯſeruare poteſt hominē in igne ppetuo abſq; hoc ꝙ ignis in eum agat. ſed videt᷑ ꝙ mali cruciabūtur in illo igne: ⁊ tādē eos inoluet in fauces inferni. ¶ Secundo arguit᷑. Vel de᷒ creabit nouū ignē: ⁊ ſic neceſſe erit alia corpora ꝯdenſari extra ſuū naturalē ordinem: vel plura corpora eſſe in eodē loco: qd̄ natura abhorret. Aut ſi corrūpat partē aeris in ignē: idē ſequit᷑ incōueniēs: cum ex vno pugillo aeris fiāt decē ignis. Reſpondet᷑. de condēſatione et rarefactione: neceſſe eſt ſi aliq̄d condenſet᷑ aliquid rarefieri ⁊ ecōuerſo nunc/ naturaliter loquēdo. tamen deus poteſt facere oppoſitū: quia poteſt corrumpere magnam partem aeris vel terre pportionabiliter ad magnitudinem ignis creati.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimeoctaue. Queſtio Vnica.

Vnica quæſtio & ea breuis diſtinctionē quadrageſimamoctauam abſoluet que erit hec. An celi ceſſabunt a motu poſt diem iudicij. Nā in quinto cap. huius diſti. meminit Magiſter de qualitate luminarium. Ad quā reſpōſio datur affirmatiua. que probat᷑. nam vt habetur Apoc. x. angelus iurauit per viuētem in ſecula ſeculorum: q᷑ tempus nō erit amplius. Capit hanc (diceret ille qui tenet celum eſſe tempus) loco iſtius: non erit tēpus poſt diem iudicij. nam hoc celū erit poſt diē iudicij: hoc celū eſt vel erit tēpus: ergo tēpus erit poſt diem iudicij. ſcdm aliā vero poſitionem tempus non erit poſt diem iudicij. Ad hanc concluſionē adducitur illud Zacharie. xiiij. Et erit dies vna que nota eſt dn̄o: non dies neq; nox: ⁊ in tpe veſperi erit lux. Poteſt adduci gloſſa marginalis Eſai. lx. que dicit. Si ſol circūdaret terram tunc illuminaret dānatos. quod eſt inconueniens. hec gloſſa eſt Iſidori. ſi dānati puniētur ex altera parte terre: ⁊ eſſent nobis antipodes: eſſet apparentia in ratione: ſed q᷑ hoc eſt falſum: ratio non eſt ponderāda. Quia vero intelligētie orbium celeſtiū motrices libere mouent: ideo poſſunt ceſſare a motu. ⁊ ſi naturaliter mouent: niſi deus influētia generali moueat: intelligētie mouere nequeunt in lumine naturali. In hoc eſt apparentia tenendo quod vnius puto ꝙ graue ſimplex in vacuo mutatur in inſtanti: niſi eamus ad intelligentiā primā libere celū mouētem: cum aūt celum non habeat reſiſtentiā: non inuenio quid diceret philoſophus cum ſm cōmunem opinionem celū ſit aptum moueri vel circūire: et nullo modo intelligentie motrici reſiſtit/ nec repugnat ei facere vnam circuitionē in inſtanti. Sed dicis. ergo parua intelligentia poteſt adeo cito mouere ſaturnū vt ſpheram lune: immo vna formica ſi eſſet applicata: contra ſententiam Ariſtotelis. xij. Meta. ponētis numerū intelligentiarum ſm motus orbium: et maiores intelligentias ad mouēdos maiores orbes. Reſpōdetur tenēdo aptitudinem celi ad motū: ſicut eſt de graui ſimplici ad deſcendendum: cōcedo ꝙ parua intelligentia poteſt adeo cito mouere celum vt magna: ⁊ ipſum mutare ſubito ſi deus ſua influētia generali concurrat: ſed q᷑ hoc non cōducit ad terre naſcētia/ nec ad bonū vniuerſi: ad talem mutationem non cōcurrit. multa etiā alia ſunt que non poſſumus in lumine naturali facile ſuſtinere ſine libero concurſu prime cauſe. Vel poſſum᷒ dicere pro philoſopho



ꝙ celum mouet᷑ cum reſiſtentia: licet celum ſit quodammodo aptū ad motum circularē/ cum ſit orbiculare: vt de cippo ⁊ alijs corporibus ſphericis contingit: vbi maior requiritur potētia ad mouēdum maiorē cippum ꝙ̄ minorem: ſed ob prōptitudinem ad circuitiones aliquo modo dicit᷑ non reſiſtere. Et intelligentia ſcda aſſiſtens mouet naturaliter: ⁊ etiā prima ſm eum. Et dato ꝙ celum dicat᷑ habere formā: poteſt dici ꝙ illa forma naturaliter cōtinuo mouet: ſicut videmus īpetum in trocho ipſum ad tēpus continuo circulariter mouere. ⁊ forma ignis hic inferius mouet ignē ad ſuum locum naturalē circūire. vniuerſum enī eſt locus naturalis celi ſicut locus ſurſum ignis. ſed non eſt multū laborandum ad defendēdas erroneas imaginationes philoſphi/ vel alias de primo motore vel motu celi. ¶ Ex iſta cōcluſione ſequitur ꝙ poſt diē iudicij nō erit motus in epicyclo: nec erit motus octaue ſphere deſcriptus in duobus paruis circulis in principio arietis ⁊ libre: nec q̄ñ principiū arietis aſcēdit/ caput libre deſcendit/ ⁊ econuerſo. Secūdo ſequitur ꝙ nō ſemper dies eſt q̄ñ ſol eſt ſuper terrā. ptz q̄ñ non eſt eius latio. et eodem modo non oīa exiſtens in vmbra terre habet noctem: vtpote ſi nō ſit dies poſt diē iudicij. ergo pari ratione neq; nox. Nam ſi poſt diem iudicij ſit nox: erit poſt diem iudicij tempus. Tertio ſequitur ꝙ luna non erit gyrouaga nec cuſtos Erymanthidos viſe tingetur Oceano: et nec helice nec Cynoſura Arcton circūibunt. Quarto ſequitur ꝙ non iuuat confugere ad augem et oppoſitū augis: reddendo cauſam quare plaga terre eſt habitabilis inter tropicum cancri et circulum arcticum et non ea que eſt inter tropicum capricorni et circulum antarcticum. Iſta corollaria de ſe eluceſcunt. Quinto ſequitur ꝙ non erunt due eſtates ⁊ due hyemes ſub equatore vel inter duos tropicos vt modo eſt.

¶ Sed contra iſta argumentor. ſolem diutius ſtare ſuper vnum horizontem non arguit non eſſe diem. quod patet de longiſſimo die artificiali erat xxiiij. horarū: cum ſol ſtetit ad preces Joſue. Joſue. x. Simile ſub Ezechia factum legimus quarti Regū. xx. et prope polum arcticum homines habent diem artificialem duobus menſibus: vel trimeſtrem diem habent: et per dimidium annum: ergo longa mora ſolis in horizonte nō prepedit denominatiōem diei/ nec eius quies. Preterea beati perpetuo erunt in requie: ergo vno anno et vno die: non enim eſt poſſibile durare per totum quin duretur per partem. Inſuper multe cogitationes beatorum et dānatorum erunt volubiles: ergo tunc erit tempus talia menſurās. ¶ Reſpondetur. ſolem circūferri requiritur ad tempus/ vel eſſe aptū in potētia propinqua moueri in gyrum. qd̄ contigit in diebus Joſue. ſed poſt diem iudicij nunq̄ amplius mouebitur: et hoc voco aptum gyrari in potentia propinqua. nam vna reuolutio ſolis circa terram cum tanta parte quantam ſol pertranſit contra motum firmamēti/ nobis metitur nūc tempus diei naturalis. ſed cum quieſcet ſol: amplius nihil metietur temporarie. Ad aliud: ſi perpetuo intelligatur perenni tempore/ negatur: ſi perpetuo ſine fine/ conceditur. Ad aliud de cogitationibus et earum crementoet decremento conceditur. et ſic concluditur ꝙ poteſt capi aliqua menſura alia a ſole: ſicut eſt mihi diarium vel horarium quo ex caſu arene cognoſco horam/ vel ex pagina ſcripta: ſed tēpus cōmune ſol non amplius menſurabit: de quo tempore intelligimus. Si dicas ſolē nō retroceſſiſſe tempore Ezechie Regis: vt Burgenſis aſſerit quarti Regū. xx. hoc eſt cōmētū mere voluntariū.

¶ Secundo argumentor. Celi deſinent moueri: vel ergo in illo aſpectu quo creati ſunt: vel in aliquo alio. neutrum dici poteſt: aut detur ratio. Rurſus tunc vna pars terre exceſſiue calefiet: illa ſcilicet que eſt ſoli ⁊ planetis calefactiuis ſubiecta: ⁊ reliqua nimis frigefiet: ⁊ ſic vna pars terre deſiccabitur: ⁊ erit cauernoſa: vt pueri in limbo exire poſſint ac videre: et alia pars condenſabit᷑. hoc eſt abſonum. igitur. Item Geneſis. viij. ſcribitur. Cunctis dieb᷒ terre ſementis et meſſis: frigus et eſtus: eſtas et hyems: nox et dies non requieſcent. ¶ Ad primū dicitur ꝙ non quieſcent in illo aſpectu quo creati ſunt. et hoc ſuppoſito ꝙ mundus non duret. xxxvj. milibus annorum: vt eſt veriſimile. ſed hoc ſoli deo eſt cognitum. Ad ſecundum argumentum nunc illud non concludit de aliquibus partibus remotis a via ſolis prope arcticum et antarcticū. ⁊ veroſimile eſt ꝙ nulla mixta poſtea erunt niſi elementa/ cum dānatis et ſaluatis et coꝝ partibus et accidentibus. ad quid enim conducerent elephanti/ tigrides/ vnicornis/ oues/ et boues et vniuerſa pecora campi: volucres celi et piſces maris: omnia autem conuertentur in elementa. nam elementa manebūt ne ſit vacuum et ad decorem vniuerſi: et aqua circundabit terram. nunc deus vero mari dedit terminos: quos ⁊ preterire nequit: iuxta illud Job. xxxviij. Quis concluſit oſtijs mare quando erumpebat quaſi de vulua pcedēs: circūdedi illud terminis meis ⁊ poſui vectē ⁊ oſtia. Et ſic non concluditur ꝙ tādem mare deſiccabitur: vel ꝙ aqua erit profundior in vna parte ꝙ̄ alia: dato ꝙ ſol vni parti ſuperponatur et non alteri. tūc Danubius ſuā denominationem amittet: nec per varia oſtia mare ponticum petet. nec Nilus irrigabit Aegyptuꝫ domini/ vel Jordanis terrā pmiſſionis. Dictū autem Geneſis. viij. intelligitur ante iudicium.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone. Queſtio Prima.

Sequitur diſtinctio quadrageſimanona: in qua magiſter de beatitudine et aureolis loquitur. Nos in ea aliquātulū immorabimur: de tribus potiſſimum dicturi. Primo de beatitudine. Secundo de dotibus. Tertio de aureolis. Circa primū. xvj. queſtiōes terminabo. Primo queram. An ſummum bonum ſit in bonis corporis vel fortune. Secundo in quo conſiſtat vera beatitudo. Tertio. inquiram de eſſentia beatitudinis: an ſit in vno actu an in pluribus. Quarto. an homo naturaliter obiectum beatificum poſſit videre. Quinto. an beatitudo principalius in actu intellectus: an voluntatis conſiſtat. Sexto. an omnes ſumme beatitudinem appetant. Septimo. an appetitus deliberatiuus de neceſſitate appetat beatitudinem. Octauo. an intellectus creatus clare videns obiectum beatificum poſſit nō delectari. Nono. an voluntas reſpectu ſue beatitudinis efficientiam habeat. Decimo. an beatitudo a beato partialiter pducatur. Vndecimo. an omnes beati ſint equaliter beati. Duodecimo. an beatitudo ſit ppetua. Decimotertio. an beatitudo ſanctorum poſt reſurrectionem erit maior. Decimoquarto. an ſenſus exteriores beatoꝝ erunt in ſuis actibus in patria. Decimoquinto. an videns deum ipſum comprehēdat. Decimoſexto. quid ſit videre in verbo. Decimaſeptima queſtio erit de

dote ĩpaſſibilitatis. Decimaoctaua. de dote agilitatis.
Decimanona. de dote claritatis. Vigeſima. de dote
ſubtilitatis. Vigeſimaprima. an duo corpora dura poſ-
ſint immediate ſe tangere. Vigeſimaſecunda. de aureo-
la virginum. Vigeſimatertia. de aureola doctorū. Vi-
geſimaquarta. de aureola martyrum: et quid ad marty-
rium requiratur et ſufficiat. Vigeſimaquinta. quando
quis debeat pati martyrium: et pro quibus cauſis. Vi-
geſimaſexta. an actus cui debetur martyrū aureola ſit
preferendus actui cui hec aureola non debetur. Vigeſi
moſeptimo ⁊ vltimo inquiremus ſub qua virtute actus
martyrij contineatur. Vt iſtis abſolutis finem imponā-
mus: quo ordine ſunt propoſite queſtiones attingemus.
¶ Primo igitur quero: an felicitas ſiue ſummum bo-
num in bonis corporis vel fortune ĩueniatur. Pro que-
ſtione terminanda hoc fundamentum iacio. omnes con
ueniunt in hoc ꝙ illud qḋ eſt maxime expetibile: eſt bea-
titudo ſiue felicitas. ſed vt Ariſto. j. Ethico. dicit. varij
de hoc inter ſe diſſenſerūt. Aliter enim vulgus/ aliter ſa
pientes iudicant. et item ſapientes inter ſe nō omnes cō
uenerūt. quare de hoc aliqua in lumine naturali ponam:
poſtea ad lumen ſupnaturale theologico more tranſitu-
rus. Licet autem omnes in termino conueniant ꝙ ſcili-
cet beatitudo ſit quid maxime expetibile: et optimum:
que tamen res/ ipſa foret/ diſſenſerunt. de apparentiori-
bus aliqua tāgam/ de minus apparentibus taciturus.

¶ Et procedam membratim per con-
cluſiones: quarū Prima eſt. Licet in corporis volupta-
te magnum ſit deſiderium: tamen in ea in lumine natu-
rali nulla eſt ponenda felicitas. Prior pars huius con-
cluſionis patet. Nā in felicitate putata a multis/ ingēs
eſt deſiderium. ſed aliqui in voluptate corporis felicita-
tem poſuerunt: vt Eudoxus vir optimus: qui vt recitat
Ariſto. x. Ethicorum. vidit omnes ſumme voluptatem
amplectentes: licet ipſe eſſet temperatus: quapropter in
voluptate felicitatem poſuit. ac ſi ſic argumentaretur
Eudoxus. Omne illud qḋ maior pars hominum expe-
tit et proſequitur/ eſt beatitudo vel ſummum bonū: cor-
poris voluptas eſt huiuſmodi. igitur. ¶ Secūda pars
concluſionis probatur ſic. nihil turpe et probroſum eſt
felicitas. ſed corporis voluptas creberrime eſt huiuſmo-
di. igitur. conſequentia tenet cum maiore. ⁊ minor ꝓba-
tur teſtimonio diui Hieronymi aduerſus Iouinianum
dicentis. Saturitate nimia concitantur multi: ⁊ qḋ tur-
piter ingeſſerunt/ turpius egerunt. Et idē ait. Pinguis
venter nō gignit tenuem ſenſum. Hinc infamis eſt et in-
glorius Sardanapalus tāq̄ probroſus in ore omnium/
non ſolum Philoſophorum ſed et vulgi. et eius epita-
phium/ Ede bibe lude/ ab oībus exprobratur. quāobrem
imperiū Aſſyriorū tot ſudoribus partū a maiorib⁹ in il-
lo mōſtro extinctū eſt. principes nāq̄ indignū cenſebāt
talis belue pferre iugū. Secundo arguitur ad idem. nihil
qḋ eſt cōmunis cauſa morbor̄/ eſt ſummū bonū ſed cor-
poris voluptas eſt huiuſmodi. igitur. conſequētia tenet
cum maiore. minor probatur per illud commune Hip-
pocratis quo dicit: craſſa et obeſa corpora in paralyſim
et peſſima morborum genera erumpere/ niſi cita miſ-
ſione ſanguinis minuantur. cui aſtipulatur Horatius.
Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. For-
taſſe dicis. corporis voluptas moderata eſt ſummum
bonum: et moderata non eſt cauſa morbi. Contra hoc
arguo. magis bonum non eſt propter minus bonum: vt
arguit Ariſtote. x. Ethicorum. ſed comedimus vt phi-
loſophemur et viuamus honeſte: et non contra. Pre-
terea anima corpori preſtat ſm omnes: ergo animi vo-
luptas eſt corporis voluptati preferenda.

¶ Secunda concluſio. etſi diuitie ſint
lege a multis querantur: in eis nō eſt humana felicitas.
prior pars patet quotidiana experientia. nam pecunie
obediunt omnia. ac teſte Horatio: et genus et formā re-
gina pecunia donat. Secunda pars probatur ratione
Ariſtotelis. nā diuitie ſunt bonum vtile et ꝓpter aliud:
ergo non ſunt ſummum bonum. tenet conſequentia: q2 fi
nis vltimus nō reducitur in alium finem vlteriorem: ſal
tem creatum. Secundo. diuitie ſunt bona externa: nec
in poteſtate noſtra. ergo non ſunt felicitas. Tertio. diui-
tie habēt ſecum anxietatem tam in acquiſitione q̄ in cō
ſeruatione: ſed hoc repugnat felicitati. igitur. Quarto
arguitur. diuitie ſunt pleriſq̄ exitiale malum tā quo ad
corpus q̄ quo ad animā. Quib⁹ et quot bone deus/ pe-
cunia ſit cauſa mortis tā domi q̄ in itinere/ nemo eſt qui
ignoret. anxius in itinere homo ĩcedit: et in hoſpitio dor-
miendo fures ſomniat: ſacculum ſub caput noctu repo-
nit: timet homicidium/ vbi cantabit vacuus corā latro-
ne viator. Lydius ille Creſus mortaliū opulentiſſimus
per reſponſum Solonis hoc ſatis manifeſtat: qui viſis
omnibus Creſi opibus interrogatus ab eo: quis eſſet ho
minū feliciſſimus: reſpondit citra aſſentationē omnē: vt
philoſophū clariſſimū decuit: Tellus athenienſis. ⁊ cū
ſecūdo interrogaretur: quis poſt Tellū eſſet beatiſſimus:
Cleobē ⁊ Bithonē nominauit. ratus eſt Creſus/ ſaltem
ſi nō primas beatitudinis haberet a ſapiente partes: ſe-
cūdas ſine ꝯtrouerſia ferret. Hoc ipm Midas phrygi⁹
Gordij filius apud Ouidiū in trāſformatis. lib. xj. ſatis
demonſtrat. Quinto arguitur. mediocria habere puta
pauca ꝓ mediocri ꝯditione: hoc eſt pauptas quodāmō/
ipſis diuitijs debet pferri: ergo in diuitijs non eſt felici-
tas. conſequētia eſt nota ex ratione termini. nā idem eſt
ſummū bonū ⁊ felicitas. Q2 autem pauptas ſit diuitijs
imenſis pferēda: ꝓbatur ex Ariſtotele. x. Ethi. viij. c. ⁊ ad
hoc Anaxagorā introducit. Inſup Synopeus Dioge-
nes in Crēmyo extra Corinthum habitās/ pauca bona
fortune habēs/ Alexādro ⁊ potentiſſimo ⁊ cordato regi
ſe inuiſenti nō aſſurrexit: recte iudicās ſe rege maiorē q̄
bona mūdi ꝯculcabat: que Alexāder auide inſequebatur.
Accedit ad hoc verbum Alexādri: q̄ abiēs principibus
Diogenē irridētib⁹ reſpōdit. ſi Alexāder nō eſſem opta-
rē eſſe Diogenes. De Anaxagora ⁊ Democrito idē oſtē
di poteſt. Ceſar itē accedēs caſam vilē Amycle dormiē
tis ſatis intellexit felicitatē pauptatis: ⁊ ſollicitudinem
glorie. Hinc Lucanus recte dicebat paupertatem eſſe
munus deorū nō ſatis a mortalib⁹ intellectū. vt alibi ci-
tauimus. Et delphicū oraculū dixit Aglaū eſſe feliciſſi
mum: qui in Arcadie angulo paucos agellos pro ſuſten
tatione habebat. De innumeris alijs facile eſt exempla
in medium proferre.

¶ Tertia concluſio. Licet humana fe-
licitas a multis ĩprudētib⁹ in gloria putatur eſſe colloca-
ta: nequaq̄ in ea ſedē habet. prior pars patet: q2 videm⁹
multos quos magnanimos vulgus appellat/ diuitijs
ſpretis gloriam affectātes: ⁊ pro ea mori non dubitātes:
iuxta illud Ciceronis. Omnes trahimur laudis ſtudio
⁊ incēdimur gloria. Hinc Milciadis triūphus Themi-
ſtocli ſomnū eripuit. Infiniti quoq̄ fame ⁊ glorie cupi-
ditate varia facinora ꝑpetrarūt. Alexāder ille Macedo
gloria accēſus/ imperio nō ob opes: ſed gloriā potit⁹ eſt.
Idē in Sigeo apud Achillis tumulū poſitus exclama-
uit. O fortunate iuuenis q̄ tue virtutis pcōnē Homerū
inueneris. vt eſt apud Silliū. Felix Aeacida cui tali cō
tigit ore Gentib⁹ oſtēdi: creuit tua carmine virt⁹. Simi
le apud Plutarchū ⁊ Suetoniū legim⁹ de Iulio Ceſa-
re. qui (vt inq̄t Trāquillus) cū Gades veniſſet: animad-
uerſa apud Herculis tēpliū magni Alexādri imagine:
ingemuit: ⁊ quaſi pertæſus ignauiā ſuā/ ꝙ nihil tum a ſe
memorabile actū eſſet in ea etate qua iā Alexāder orbē
terrar̄ ſubegiſſet. Hānibal item apud Sillium in bello
Cannenſi ſic inquit. Mihi magna ſatis ſat vera ſuperq̄
Bellādi merces ſit gloria: cetera vobis Vincant. Phi-
loſophi quoq̄ illi q̄ ad fugiēdam gloriā dixerūt ſcripto-
res nō debere ſua nomīa in librorū exordijs pnotare: ipſi
ſua nomīa ppoſuerūt. Simile de Phidia illo ſtatuario
peritiſſimo habes: q̄ cū ſimulacrū Minerue feciſſet in-
cōparabile: nec ei liceret inſcribere vt mos eſt nomen
ſuū: incluſit in clypeo ſuā ipſius effigiē: qua cōuulſa to-
ta opis colligatio et ſtructura ſoluebatur. Quid vos mo
ror de gloria? nunq̄d vulgatiſſima eſt hiſtoria Eroſtrati
q̄ tēpliū Diane in Epheſo vnū e ſeptē mūdi ſpectaculis
exuſſit vt nomen ſuum ⁊ famā poſteris relinqueret? Ex
his vides priorē partē pſpicuā. ¶ Poſterior pars ꝓba
tur: q2 hec gloria nihil aliud eſt q̄ celebris fama que de
viro habetur: ⁊ nō eſt in poteſtate eius/ cōtra rōnē felicita
tis. Inſup ſi homo ſic ſit ſue fame et glorie auidus: non
viuet in animi trāquillitate: qḋ eſt cōtra rōnem felicita-
tis. qḋ patet: q2 gloriā ambiētibus plurimū alij inuidēt:
percutiunt fulgura montes: de eis ſiniſtre loquentur: et
eor̄ geſta interpretabuntur in peiorem partem. qḋ cum
ad eos puenerit: torquebūtur. Inſup gloria eſt cauſa ſu
perbiendi. Preterea in illo non conſiſtit felicitas qḋ eſt
in aliorum omnino poteſtate locatū. ſed ſic eſt de gloria
hac caduca et momentanea. igitur.

¶ Quarta concluſio. Licet humana fe
licitas in magno dominio putatur collocata: in ea tñ feli-
citas nullū locū habet. Prior pars huius ꝯcluſionis ſa-
tis eſt nota. nā homines magnanimi putati multū labo-
rāt augere ditiones: ⁊ alienas terras ſuo adiungere im-
perio. hinc vt M. Cice. refert. Ceſar ſemper in ore ha-
buit. Si violādū eſt ius: ꝓpter īperiū violādū eſt. in ce-
teris pietatē cole. Inſup multi principes nō ſolū genti-
les: ſed Chriſtiani interdū ad hoc tēdūt ceca affectione
ducti: ſe habere terrarū titulos gloriātes: in q̄b⁹ ſolū ius
mathematicū habēt. Multi quoq̄ eccleſie plati eodem
morbo/ vt ſupius diximus/ laborāt/ ſub vmbra honeſta-
tis ſe ꝓtegētes: ne ſedē deteriorē relinquāt q̄ acquiſiue
rint/ ſed illā augeāt. ¶ Secūda pars oſtēditur ſic. augere
dominia cōtra rōnē eſt petiū: ergo in eis nō ꝯſiſtit felici-
tas. Sed dicis. debeo ꝓcedere in lumīe naturali in quo
petiū eſt ignotū. falſum eſt. notum eſt enim aliquod eſſe
malū: ⁊ ꝓter rōnē in lumine naturali: qḋ etiā philoſophi
petiū vocāt. Rurſus in eo nō eſt ponēda felicitas in quo
mens humana ꝯtinuo ꝑturbatur et inquietatur. ſed ſic eſt in
potētia, et in augēdo īperio. nūc homo let⁹/ ſi ſui vincūt:
nunc triſtis ſi vincantur. nā euētus belli eſt fortuit⁹: ⁊ nūc
hūc nūc illū/ ꝯſumit gladius. Preterea in ſtatu caduco
⁊ maxime īſtabili nō eſt ponēda felicitas: ſed tale eſt ma-
gnū dominiū. igitur. minor oſtēditur exēplis. Nā Alexāder
Macedo/ eius vxor: ⁊ ples pauca lamētabilē habuerūt
exitū: quē ſi precognouiſſet nō attētaſſet rapere aliena.
Iulius Ceſar tāq̄ tyrānus trib⁹ ⁊ viginti vulnerib⁹ me-
rito cōfoſſus eſt in ſenatu. Pompeius poſt tot maris et
terre victorias ⁊ triūphos pſente vxore ⁊ liberis/ capite
trūcatus. Creſus a Cyro captus ⁊ palo affixus. ⁊ ipius
Cyri caput in vtre ſanguine pleno a Thomyre īpoſitū.
Ditiſſimi Craſſi caput auro refertū. Iugurtha re mili-
tari clariſſimus ante currū Marij nudus cū liberis ad
ſpectaculū ductus. Syphax Numidie rex potētiſſim⁹
ad Scipionis pedes ſupplex ductus. Valerianus Au-
guſtus eloquentia et doctrina clarus/ in manus regis
Perſar̄ incidēs/ ignominioſa ſeruitute apud eum con-
ſenuit: vt ipſe ſenex humi depreſſus/ regē equū aſcēſurū
ſemp dorſo attolleret. Pazanē demq̄ Turcā potētiſſi-
mū Tāberlanus Parthus currui ſuo iunctū vinxit ca-
tena aurea. que hec felicitas oro? Adde ꝙ pricipes ſunt
in timore foris: multo magis interdum domi inter ſuos.
Memoratiſſimū eſt illud exēplū de Dionyſio Syracu-
ſano et Damocle. cū Damocles Dionyſiū ꝓpter opes/
famulos ⁊ cetera id genus diceret beatū: et ex conſenſu
vtriuſq̄ Damocles poneretur in regio ſolio: in aureo le-
cto: tot honeſtis famulis cōſiſtētib⁹: videbatur ferme bea-
tus. at vbi ſup caput Damoclis poni iuſſit Dionyſius
enſem acutiſſimū ſeta equina e lacunari pēdētē: locū li-
bēs reliquit Damocles. cui Dionyſius. Talis eſt: inq̄t:
vita mea. ſic ſemp nobis mortē imminentē videmus. Et
licet tyrānus non timeat mortē corā obiectā: toxicū for-
midat: ac opus eſt cibū preguſtare anteq̄ comedatur. Vi
des dominiū eſſe rē plenā laborib⁹/ ſollicitudinib⁹/ ⁊ tri
ſtitijs. Quare ſcite in definitiōe inopinabilis Ariſto. in
Topicis exemplum ponens dicebat. quemadmodum
eſt dicere: reges eſſe infelices ſm vulgares. ac ſi diceret.
Apud ſapientes nulli in toto regno ſunt minus felices
multis regibus.

¶ Quinta cōcluſio. Beatitudo nec eſt
in corporis elegāti forma: nec in corporis robore: nec in
claro parētū ſtēmate. ꝓbatur ſic. Forma eſt fluxa ⁊ cadu-
ca ⁊ parū ſtabilis: quā ſola etas tollit. Preterea crebro
eſt cauſa ꝓpinqua luxus ⁊ vitij. De corporis robore pa-
tet: q2 plus roboris eſt in brutis. Inſup robuſtiſſimi cor-
pore minus valēt mēte/ ⁊ robur aufert etas. Certū aūt
eſt omnino accidentariū. ¶ Ecce quomō beatitudinis
eſſentiam inter ſe ſm iudicia ⁊ affectiones homines va-
riant. nec probabilitatis aliquid hi omnes de beatitudi-
ne ponunt.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Secunda.

SEcūdo loco inquiren-
dū eſt in quo conſiſtat vera bea-
titudo. Pro ſolutione queſtio-
nis ſcias me intēdere/ naturali-
ter adhuc loq̄ ꝓ vna parte que-
ſtionis: ⁊ ſm veritatem fidei in
alia. ¶ Due ſunt opiniōes ad-
uerſe inter philoſophos in tene-
bris gētilitatis ĩcedētes de bea-
titudine. quar̄ vna eſt Stoicor̄ ⁊ multor̄ beatitudinem
in virtute locātiū. Alia eſt philoſophor̄ pncipis pmo et
decimo Ethicor̄/ felicitatē in opationib⁹ vītutū ponē-
tis. Vtraq̄ aūt iſtar̄ viar̄ in lumine naturali eſt ꝓbabi-
lis. priores haberēt abſurdum ꝙ felicitas amitti poſſit
vel intermitti in ſomno. ſed Peripatetici dicerent illud
nō incōuenire ꝓ tēpore/ dūmō reaſſumatur ꝓ loco ⁊ tēpo
re. ⁊ ꝓ ſe ꝯtra Stoicos hoc habēt ꝙ act⁹ eſt virtute pſtā-
tior. modo act⁹ habitui pſtat: et felicitas eſt q̄d optimū.
Altiſiodorus tñ tenet habitū actui pſtare. quare ſm eū
hec ratio nō eſſet ꝓ Ariſtotele. ſed hoc eſt ꝯtra intētionē
Ariſtote. j. Ethicor̄. ⁊ veritatē. Aliter aūt reſpondere ꝓ
Stoicis cōcedēdo actū habitui pſtare. ſed cū actū virt⁹
prōptiſſime gignat in radice actum ꝯtinet: ⁊ eſt pmanen-
tior: nec vllo mō pōt tolli niſi ꝑ cōtrariū. rationabili⁹ eſt
ergo iuxta eos in habitu ponere beatitudinē. nec req̄ritur

ꝙ felicitas ſit quid optimum ſimpliciter ⁊ in ſe: ſed ſufficit in ſua ꝑuma cā. Actus tñ eſt egregius virtutis effectꝰ. Etiā nō oēs ſunt eque felices: ſiue ponant in actu/ ſiue habitu: ſed vnꝰ eſt felicior altero. ergo nō q̄libet felicitas eſt q̄d optimū. Mirādū ꝑfecto eſt quomodo verā beatitudinē iſti philoſophi adeo attigerint: ⁊ potiſſimū Ariſt. x. Ethicoꝝ. nā in. j. Ethicoꝝ. magis ſentētiā vulgi ſecutus eſt dicēs ꝙ deformis ⁊ ſine ꝓle ⁊ amicis/ nō eſt felix. in decimo autem ꝑ lumen naturale nemo poterat diuinius loqui de beatitudine q̄ꝫ loquutus ſit. nam in viij. ca. illius libri ponit eam in mentis contemplatione dei/ et ſupercelestium.

¶ Has cōcluſiones in illo capite equiualēter ponit. Prima eſt. Felicitas ꝯſiſtit in vita ꝯtēplatiua ⁊ nō actiua. Hanc ꝯcluſionē ſic ꝓbat in effectu. In illa vita ꝯſiſtit felicitas q̄ paucioribꝰ īdiget: ſed vita ꝯtēplatiua paucioribꝰ īdiget q̄ꝫ vita actiua. Prudēs eñi in vita actiua īdiget pluribꝰ rebꝰ q̄bꝰ nō indiget contēplatiuus: quinimo ꝯtēplatiuo ſunt īpedimēto inq̄t. opꝰ eſt tñ neceſſarijs ꝓ ſuſtētatione. Secūdo ꝓbat eādē ꝯcluſionē ſic. Vita deoꝝ q̄ ſunt maxime felices ꝯſiſtit in vita ꝯtēplatiua. ridiculum eſt (inq̄t) dicere deos cōmutare ⁊ depoſita reddere/ vel eos eſſe iuſtos. itelligit de iuſtitia acq̄ſita in nobis. abſurdū eſt (inq̄t) ſi nūmos etiā habeāt: aut aliq̄d tale. Qꝫ aūt ꝯtēplent: elegātiſſime ſic ꝓbat. po nā ꝟba Argyropyli/ q: litera eſt ꝑſpicua. At vero viuere ipos vniuerſi putāt: quare ⁊ oꝑari. nō oportet illos (vt Endymionem aiunt) dormire. viuēti igit et cui actio/ ⁊ multo magis effectio nō tribuit: quidnā aliud ꝑter cōtēplationē reſtat? Vis ratiōis ſic explicat. dij viuūt et nō dormiūt: ſicut poete fabulant de Endymione: ⁊ nō exercēt actꝰ artis nec prudētie. ergo ꝯtēplant ꝯtinuo. nā ex oppoſito ꝯſequētis ſequit diſi. inctiua totali antecedētis oppoſita. De Endymione aūt vide Ouidiū in Trāſformatis dicētē. Lathmius Endymion nō eſt tibi luna pudori. Itē. xij. Metaphyſice dicit deū ſemꝑ itelligere: et illic vnū primū mouens. Loquit ſane vt plures de pluralitate deoꝝ. ſic noſtri Chriſtiani poete et oratores. Illic aūt optime de deo loquutus eſt. et tam cōmētator q̄ꝫ multi alij putāt eū voluiſſe dicere ꝙ deus nō intelligat iſta inferiora: ſed male cum intelligūt. nō enim intellexit hec imediate: ſed ꝑ eius ꝯtēplationē: ita vt eius eſſentia ſit obiectū primariū motiuū ad intelligēda inferiora: vt nos fideles dicimꝰ. Tunc ſic. Dij ſunt beati ꝯtinuo ſe cōtēplātes: ergo qui maxime accedūt ad hoc et nō poſſunt ſemꝑ deos cōtēplari: ſunt maxime beati. loquit autē de beatitudine vie. hoc iteꝝ ꝓbat. dij ſemꝑ ſe ꝯtēplant: bruta ſunt ꝯtēplatiōis exꝑtia: ergo nihil felicitatis habent. ſed homines interdū eos contēplātur. ergo felicitatem tunc habent. qđ in litera tangit dicens. Quouſq̄ꝫ igitur ꝯtēplatio ſeſe extēdit: eouſq̄ꝫ ſeſe extēdit ⁊ felicitas ipa: ⁊ q̄bꝰ cōtēplatio magis ineſt: ijs ⁊ felicitas magis ineſt: nō ꝑ accidēs q̄dē: ſed ꝑ ipam vtiq̄ꝫ ꝯtēplationē. hec eñi ꝑ ſe ipam eſt ꝑcioſa. ¶ Alia cōcluſio. ⁊ ꝟba Argyropyli ponā. Eſt aūt opꝰ huic et ꝓſꝑitate externa/ cū ſit homo. natura nāq̄ꝫ ipa nō eſt ad ꝯtēplādū ſufficiēs: ſed ⁊ corpꝰ ſanū eſſe oportet: ⁊ alimēta/ reliquūq̄ꝫ famulatū adeſſe. nō tñ putādū eſt multis aut magnis eis opꝰ fore/ q̄ futurus eſt felix: ſi fieri nō pōt vt ſit beatꝰ ſine bonis externis. Ariſtoteles enim ſolū loquutus eſt de beatitudine vie: ⁊ non ꝑcepit ꝙ ꝓ hoc ſtatu poſſumꝰ habere notitiā intuitiuā dei. In lumine aūt naturali tā alte cōſcēdit ad beatitudinem vie q̄ꝫ philoſopho erat poſſibile.

¶ Contra priorem concluſionem arguit ſic. Iſta ꝯtēplatio dei eſt inanis ⁊ mala: iuxta illud Catonis. Mitte arcana dei: celumq̄ꝫ inquirere quid ſit.

¶ Secundo: felicitas debet eſſe q̄d maxime voluptuoſum. ſed in contemplatione dei non eſt voluptas. igitur.

¶ Ad primū nego ꝙ ſit inanis: imo in ea eſt felicitas: vt dicit Philoſophus. ⁊ Maro in Georgicis. Felix q̄ potuit reꝝ cognoſcere cauſas. ⁊ potiſſimū primam cauſam. Illud aūt Catonis intelligit: quādo q̄s temere īquirit. Ariſtoteles nāq̄ꝫ. x. Ethicoꝝ. vij. c. hoc euacuat dicens. Qꝫ ſi mens diuinū ad ipſum hominem eſt: ⁊ vita que ab hac manat diuina eſt reſpectu ipſius vite humane. oportet autē nō queādmodū monēt q̄dā: humana nos ſapere: cū ſimus homines: aut mortalia: cū ſimus mortales: ſed quoad fieri pōt īmortales nos ipos facere. ¶ Ad ſecundū concedo maiorē. ſed negat minor. nā in ꝯtēplatione ⁊ philoſophia eſt magna voluptas ſine actu voluntatis. in ſola enim apprehenſione rei delectabilis eſt voluptas. Unde Philoſophus. x. Ethicoꝝ. vij. ſic inquit. Arbitramur ꝑterea felicitati voluptatē admixtā eſſe oportere. iucūdiſſima aūt oꝑationū virtutum eſt ea haud dubie: que ꝑ ſapiētiā ꝓdit. Itaq̄ꝫ philoſophia mirabilis tū puritate tū firmitate voluptates habere videt: Hoc ꝓbat. nā inquirētes habēt oblectamētū inquirēdo: ergo a fortiori ſciētes. ⁊. j. Ethicoꝝ. viij. ait. Optimum ergo ⁊ pulcherrimū ⁊ iucūdiſſimū eſt ipa felicitas: ⁊ nō ſeiūgūtur hec ꝑinde atq̄ꝫ in illo Deliaco carmine carmine ſaparantur. Summe eſt pulchrum: ex aſtrea qđ gignitur alma. Optima ſi galeas reg eſt: quod quilibet optat. Summe eſt iucundum ſi re potiaris amata. De contemplatiua quoq̄ꝫ Sapientie. viij. ſcribitur. Non habet amaritudinem conuerſatio illius/ nec tedium cōuictus eius: ſed letitiam et gaudium.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit ſic. Diogenes de quo mētionē in q̄ſtiōe ꝑcedēte feci fuit beatꝰ. et tñ nō habuit bona fortune nec ea voluit: ſꝫ ſolo pallio coopꝰ humū vel doliū ꝓ lecto tenuit. Ariſtoteles aūt videt dicere ea req̄ri de q̄bꝰ in ꝯcluſione ſecūda locuti ſumꝰ. et. j. Ethicoꝝ. viij. ſimile dicit ⁊ addit. verba Argyropyli recitabo. Videt tñ et externis idigere bonis vt diximꝰ. fieri eñi nō pōt/ aut nō facile fit: vt is res agat ꝑclaras cui facultates deſunt. multa nāq̄ꝫ per amicos/ ꝑ diuitias/ ꝑ ciuilē potētiam tāq̄ꝫ ꝑ inſtrumēta agūt. quibuſdā aūt carētes vt nobilitate/ bona ꝓle/ pulchritudine/ beatitudinē maculāt. non eñi ſatis ad felicitatē idoneus eſt q̄ penitꝰ eſt deformis/ aut ſolitariꝰ/ aut ſine ꝓle: ⁊ minꝰ etiā fortaſſe ſi cui ꝑraui ſint filij vel amici: aut boni mortui ſint. Ut igit diximꝰ/ videt felicitas ⁊ talis indigere ꝓſꝑitatis. Unde q̄dā ꝓſꝑitatē fortune: quidā virtutē/ felicitatē dicūt. ¶ Rñdet. duplex eſt felicitas in lumine naturali. quedā eſſentialis: ⁊ illa in cōtēplatione cū bonitate ꝯſiſtit. Alia eſt accidētalis: q̄ requirit ea de q̄bꝰ Ariſtoteles loquit in locis adductis. ꝓportiōabiliter ad illa que theologi de beatitudine eſſentiali ⁊ accidentali. eſſentialis quippe beatitudo pōt eſſe ſine illis que recitat Ariſtoteles. Qꝫ ſi q̄s ꝯtēdat Ariſtotelē aliter opinari: ⁊ pōderet eius verba/ ⁊ nō rationem. Rñdebo: ſi aliter intelligat: nō aſſentior ei in ea re. ⁊ cum loquar in lumīe naturali: dico ſicut aſſentior: volēs Ariſtotelē prorſus in illā ſentētiā trahere. Non eñi admitto ꝙ homini rōne vtēti/ inuito/ vel ab externo poſſit felicitas auelli. ſed ſicut virtus ſita eſt in facultate viri: ſimiliter ⁊ eiꝰ actꝰ tā in virtute actiua q̄ꝫ ꝯtēplatiua: ita ⁊ felicitas. Propterea reſolutione dico ꝙ licet Ariſtotelis vxor fuiſſet īpudica: ⁊ liberi eius veri vel putati praui: ⁊ oīa bona eius a tyrānis ablata: vel ipſe extrema preſſus inopia: vel corpore mutilatus ſine ſua culpa: non minus fuiſſet vere felix in lumīe naturali. ecce enim q̄s īproperabit: vt ipſe dicit. nā alioq̄n felicitas ab vxore: a ſocietate/ a corpore/ a liberis/ a bonis fortune pēderet: ⁊ foret res inſtabilis: nec ſita in facultate viri. Sic Diogenes: Anaxagoras: Democritꝰ: et Socrates pauca habētes: ⁊ Plato nō habēs liberos: ⁊ Plautꝰ q̄ ob caritatem ſe piſtori vēdidit: et ſi quando a mola aſinaria vacabat: fabulas cōponebat quas vēditaret. ⁊ Dionyſiꝰ Syracuſanꝰ ſummo ſolio deiectꝰ ⁊ ludi magiſter factus: non potuiſſent eē felices. que oīa in lumīe nāli abſona reputo. ¶ Ecce paucis q̄d Ariſtoteles ī lumīe naturali loquēs de btītudīe cenſet: ꝙ ſcꝫ ipa nec in voluptate/ nec opibꝰ/ nec in actibꝰ vite actiue ꝯſiſtit: ſed in actibꝰ vite ꝯtēplatiue circa optimū obiectū. ſ. deū: iuxta verbum ſaluatoris Magdalenā Marthe ꝑferētis: ꝙ optimā partem elegerat: Martha autē bonā. Luce. x. Hinc Lia vitā actiuā repſētās erat lippis oculis: ⁊ Rachel pulchra. vt Greg. vj. Moralium exponit. ⁊ Augu. in lib. de ꝟbis dñi inq̄t. Martha turbabat: Maria epulabat. Sed licet vita cōtēplatiua ſit vita actiua regulariter melior: ꝯtigit tñ dare actū vite actiue actui vite ꝯtēplatiue ꝑferēdū ob ꝑſentis vite neceſſitatē. ſicut dicit Ariſto. iij. Topicoꝝ ꝙ philoſophari eſt melꝰ q̄ꝫ ditari: ſed ditari melꝰ eſt neceſſitatē patiēti q̄ꝫ philoſophari. Ariſtoteles aūt in lumine naturali multū vere btītudini appropinquauit: q̄ eſt in cōtēplatiōe dei ītuitiua: ⁊ eiꝰ dilectiōe/ ⁊ gaudio: ſed ī lumine ſuo nō poterat illud apprehendere: ꝓpterea in hoc optime philoſophatus eſt. Alia autē numerata vt opes/ vxor caſta/ filij boni et cetera id genus/ ſunt/ ſunt quedā accidētaria ⁊ felicitatē ornāt. vt ipſe dicit. qđ ex eiꝰ ꝟbis et rōne: niſi ꝓlixitas euitaret/ facile eſſet oſtēdere. Sed nos de vera beatitudine per fidem edocti: hec impreſentiarum negligimus: beatitudinem more theologico attingere proponentes.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Tertia.

TErtio queritur de eſſentia btītudinis. An in vno actu cōſiſtat/ an pluribꝰ. Hic varij varia dicunt. aliqui ꝙ beatitudo in recto ꝓ pluribꝰ ſupponit: hoc eſt ꝓ toto aggregato ad beatitudinem requiſito. Sic tenet Holcotus: ⁊ Joannes Buridanus: purus artiſta: laborioſus tñ. Addit. Dici pōt ꝙ ſupponit pro vno actu/ ſiue intellectus/ ſiue volūtatis cetera connotādo. Iſtud ꝓlixe deducit q̄ſtiōe quarta. x. Ethicoꝝ. multas rōnes ⁊ auctoritates hincinde adducēdo. Et q: difficultas eſt ſolū verbalis: ⁊ nō minꝰ incrudite q̄ꝫ diſſute ꝓcedit: vt q̄libet theologus ingeniū habēs facile ꝑcipit: nō īſiſto. Dico ad illud ꝙ beatitudo bifariā capit. Uno mō collectiue. ⁊ ſic ꝓ toto aggregato notitie ītuitiue dei/ dilectiōis dei clare viſi: ⁊ gaudij ſequentis ſupponit. ſicut logica accipit ꝓ multis habitibꝰ logicalibꝰ. quomō accipit Boetius. iij. de conſolatione philoſophie: dicens. Beatitudo eſt ſtatꝰ omniū bonoꝝ aggregatiōe ꝑfectꝰ. ⁊ M. Cicero. v. lib. Tuſculanaꝝ queſtionū. Exiſtimo beatos q̄ ſunt in bonis nullo adiūcto malo. Et beatꝰ Augu. viij. c. xiij. de Trinitate. Beatus habet q̄cq̄d vult: et nihil mali vult. Alio mō capit diuiſiue ꝓ notitia ītuitiua dei: vel ꝓ dilectione dei clare viſi: vel ꝓ gaudio ſequēte. Prima acceptio ptꝫ in ꝟbo Chriſti. Joannis. xvij. Hec eſt vita eterna vt cognoſcāt te ⁊c̄. De ſcđa ꝑmo de ciuitate dei. c. penul. dicit beatꝰ Augu. Beatitudo eſt ſūmū premiū: qđ cōſiſtit in actu volūtatis. et ꝑmo de doctrina chriſtiana dicit idem. Hec eſt ſumma merces vt ipſo fruamur. De tertia acceptione ſcꝫ gaudio/ dicit Joannis. xvj. Gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Qui ponūt intellectū eſſe nobiliorē potētiā volūtate: dicūt btītudinē in actu ſolo intellectus cōſiſtere: aliqui ecōtrario. ſed quodlibet iſtoꝝ triū/ btītudinē dico eſſe: licet vnū aliud exuperet. In oībꝰ aūt iſtis acceptiōibꝰ loquutꝰ ſum de btītudine creata ⁊ formali. aliq̄ nāq̄ꝫ eſt btītudo vel gloria increata: ſiue obiectiua que eſt ipſe deus: iuxta illud Pſalmographi. Pſal. iij. Tu autē dñe ſuſceptor meus es: gloria mea ⁊c̄.

¶ His premiſſis ponuntur concluſiones ad q̄ſtionē reſpōſiue: quaꝝ Prima eſt. Aliqua beatitudo eſt optima res poſſibilis. ¶ Secūda ꝯcluſio. Aliqua beatitudo eſt notitia dei. ſimiliter aliqua beatitudo eſt dilectio dei. ¶ Prima ꝯcluſio ꝓbat ſic. Aliqua beatitudo eſt: ergo aliqua beatitudo eſt optima res poſſibilis. Antecedēs patet de beatitudine increata. Itē deus in lumine naturali lympidiſſime ſe ītelligit: et ſe diligit: ⁊ ſuꝑ hoc gaudet/ nec dormit: ſicut End ymion in lumine naturali: ergo eſt beatus. Inſuꝑ ꝑme ad Timo. vlti. dicit Apoſtolus. Quē ſuis tēporibus oſtēdet beatus et ſolus potēs: rex regū et dominus dominātiū. Preterea obiectū beatitudinis eius eſt infinitū: ſicut obiectum noſtre beatitudinis. Intellectus quoq̄ꝫ ⁊ voluntas eius eſt infinita: ergo beatitudo eius eſt infinita. igit aliqua beatitudo eſt optima res poſſibilis. Secunda concluſio patet ex terminis declaratis.

¶ Contra primam concluſionem arguit ſic. Ex ea ſequitur ꝙ aliqua beatitudo eſt btā. conſequens eſt falſum: q: nūq̄ꝫ concretū poteſt verificari de abſtracto. hec enim eſt falſa: albedo eſt alba. ¶ Reſpondet. conceſſa ſequela nego ꝙ nūq̄ꝫ cōcretū poteſt verificari de abſtracto. nā interdū cōcretū ⁊ abſtractū ſupponūt ꝓ eodē: vt homo ⁊ humanitas: idē et idētitas: pater ⁊ paternitas. interdū impoſſibiliter cōcretū ⁊ abſtractū ſupponunt ꝓ eodē: ſaltē deducta ampliatione de imaginatur. vt album ⁊ albedo.

¶ Contra ſecundam concluſionem arguit. Si notitia intuitiua dei ſit beatitas: ſequit hec cōcluſio de poſſibili: ꝙ aliq̄s eſſet beatus q̄ nec deū diligeret/ nec gauderet de deo viſo. ꝯſequēs eſt diſcōueniens. Et ꝙ ſequat manifeſtū eſt ſupponēdo ꝙ deꝰ poſſit oīm rerū creataꝝ diſtinctaꝝ: quaꝝ neutra eſt pars alterius: vnam cōſeruare reliquis deſtructis: ⁊ ſic hec tria realiter diſtinguunt. impreſentiaꝝ enim ſupponit ꝙ deꝰ poteſt viſionē ꝯſeruare nō ꝯcurrēdo ad ꝓductionē alioꝝ duorū. imo ſequit ꝙ beatus erit miſer: poſito ꝙ habeat aliquis videns deū penā ſine rōne culpe. ¶ Rñdet. diſtinguēdo hāc ꝯcluſionē. vel diuiſiue capto vocabulo: et ſic poteſt non īprobabiliter concedi: et vlterius ꝙ poſſibile eſt aliquē eſſe punitum/ qui cum hoc ſit beatus: ⁊ ſit miſer miſeria pene. nā Chriſtꝰ ſimul erat beatus: et paſſus eſt triſtitiā. nec video ꝯtradictionē in hoc. Sortes videt clare deū et peccat. Sed ſi terminus beatitudo capiat collectiue ꝓ illis ſimul: non ſequit. ¶ Sed contra hoc arguit. collectiue capto vocabulo poteſt quis deū odio habere: ⁊ triſtari vidēdo deū: eū diligēdo ⁊ gaudēdo ſuper hoc. qđ ꝓbatur: quia nihil aliud ſequitur niſi qualitates contrarias eſſe in eodem ſubiecto. ſed hoc non eſt deo impoſſibile. igitur. Reſpondetur concedendo ꝙ deus de potentia abſoluta poſſit ponere qualitates cō

trarias in eodem ſubiecto. ſed hoc ad beatitudinē non ſufficit. ⁊ dico ꝙ has qualitates habens nō eſt beatus: quia beatitudo ſupponit pro illis tribus cōnotādo ꝙ illas habens nō habeat aliquid aduerſum his tribus de cōmuni lege. modo in obiectione deficit illa cōnotatio: ⁊ per cōſequens ſuppoſitio. quare ſiquis videret deum ⁊ nō diligeret eū: ⁊ gauderet: nō eēt beatus: quia terminus beatitudo hoc cōnotat. Qꝫ autem Chriſtus cū beatitudine habuerit triſtitiā: non erat de lege ꝯmuni. Ex hoc patet ꝙ beatitudo manebit qualitas in aliquo quādo non erit beatitudo. ¶ Tertio arguitur. beatitudo noſtra eſt quid optimū quia eſt finis vite humane. ſed viſio dei eſt accidens. ſimiliter dilectio ⁊ gaudium. Reſpondeť. beatitudo obiectiua debet eſſe quid optimum nō autē beatitudo formalis: tamen ipa eſt optima qualitas habenti. licet enim muſca entitatiue pſtet beatitudini formali: nō tamē eſt adeo bona habenti. ¶ Hactenus de dei beatitudine ⁊ beatitate creata que in aggregato viſionis dei/ dilectionis dei clare viſi/ ⁊ gaudij/ ide cōſequenti cōſiſtit: non ponatur aliquid aliud cum illis de lege cōmuni pugnans ⁊ proportionabiliter de quolibet illorum dicere poteſt.

¶ Diſtinctionis. xlix. Queſtio Quarta.

QVarto in hac diſtinctione queritur. An homo naturaliter poſſit deū videre. Pro ſolutione queſtionis pono concluſiones. quarū Prima eſt. Null⁹ poteſt eſſentiam diuinam oculo corporeo videre. ¶ Secūda cōcluſio. Intellectus ſeparatus vel intellectus hoīs beati. eſſentiā diuina videt. ¶ Tertia cōclu. Intellectus nudus creatus cū influētia dei generali nō poteſt eſſentiā diuinā videre. ¶ Prima concluſio ꝓbatur ſic. Eſſentia diuina eſt incorporea: ergo non cadit ſub obiectum alicuius ſenſus: ſed nulla potentia in operando totā latitudinem ſui obiecti tranſcēdit. Idez oſtenditur auctoritate Auguſtini ad Paulinā in libro de vidēdo deū dicētis. Deū nemo vidit vnꝗ̄: vel in hac vita ſicut ipſe eſt/ vel in angelorū vita: ſicut viſibilia iſta contra corporalia viſiōe cernūtur. ¶ Secūda cōcluſio ꝓbať ꝑ illud. j. Joānis. iij. Videbimus eū ſicuti eſt. et prime ad Corinth. xiij. c. dicit Apoſtolus. Videbimus nunc per ſpeculū in enigmate. tūc aūt facie ad faciem. Nūc cognoſco ex ꝑte: tūc aūt cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſuꝫ/ mō notitia facialis ē notia intuitiua. ¶ Tertia ꝯcluſio cōmuniter recipitur ꝙ deus propter ſuā infinitatem nullo modo cadit ſub obiectū intellectus: licet deus cū influētia ſua generali cōcurrat. nā ad hoc requiritur lumen glorie vt poſtea dicā. Sed difficile eſt hāc concluſionē probare ſecluſa determinatione eccleſie ꝑ Clemē. Ad noſtrū. de here. vbi quintus error Begardorum. et Beguinarum recitatur ſic. Quinto/ ꝙ quelibet intellectualis natura in ſeipſa naturaliter eſt beata: ⁊ ꝙ anima non indiget lumine glorie ipſam eleuante ad deum vidēdū/ ⁊ eo beate fruendū. Adam autē ⁊ aliquot alij dicunt ꝙ requiritur lumen diuinū. ſ. ipſe deus: ⁊ hoc ſufficit. quod nullo modo placet. De hoc enim nūꝗ̄ fuit dubium inter theologos.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. ꝑ illud qđ ſcribitur. Job. xix. In carne mea videbo deū ſaluatorem meū. ¶ Secūdo arguitur ad idem. Deus pōt videri ab hoīe viſione imaginaria. Nā Eſaie vj. dr. Vidi dominū ſedentē ſuper ſolium excelſum. ⁊c. ſed viſio imaginaria a ſenſu habet originē/ ⁊ eſt extēſa. ¶ Ad primū rñdetur. Job nō dicit ꝙ videbit deū oculo corporeo: ſed ꝙ in carne ſua videbit ſaluatorem ſuū. per videre autē intelligitur intuitiue cognoſcere. ſicut vulgo vtimur vocabulo/ hoc eſt habere notitiaꝫ intellectiuā intuitiuam. ¶ Ad ſecūdū reſpondeť ꝙ in viſione imaginaria nō videť dei eſſentia: ſed aliq̄ forma in imaginatione formatur deū aliquo mō repñtās. ¶ Tertio arguitur Apoſtoli viderunt Chriſtum in terra: ergo viderūt deum. ¶ Quarto. Viſio corporea ineſt realiter anime: ⁊ eſt extenſa: ſicut notitia intellectiua. ſed de⁹ cadit ſub obiectū notitie intellectiue: ergo cadit ſub obiectum viſionis. ¶ Ad tertiū cōceditur antecedēs ⁊ cōſequens per cōmunicationem idiomatū/ ⁊ per accidēs: qꝛ viderūt humanitatē eius. ſed deus nō erat obiectum ꝑ ſe illius viſionis. De hoc autē loquuti ſum⁹ in materia Euchariſtie. quomodo corpus Chriſti in Euchariſtia videatur. ¶ Ad quartum negata maiore dico viſionē inherere vni ſubiecto intēſo. ſ. aggregato aīe et organi in oculo ſituati. Etiā tenētes viſionē ſoli aīe intellectiue inherere negarēt deū cadere ſub obiectū viſionis dicentes deū nō cadere ſub obiectū talis qualitatis. ſed licet id dicāt: nō facile dabunt cāꝫ quare deus cadat ſub obiectū vni⁹ notitie/ ⁊ nō alterius: ſed de hoc alias.

¶ Contra ſecundam cōcluſionem arguiť. Beatus Dionyſius. j. c. de diui. no. de deo loquēs dicit. Neqꝫ ſenſus eſt ei⁹/ neqꝫ phātaſia/ neqꝫ opinio/ nec ratio/ nec ſcientia. Et Chriſoſtomus ſup illud Joānis. j. Deum nemo vidit vnꝗ̄ ſic dicit. Ipſum qđ eſt deus nō ſolum ꝓphete/ ſcilꝫ nec angeli viderunt/ nec archangeli quod enī creabilis eſt nature. qualiter videre poterit qđ eſt increabile? ¶ Ad ꝑmū rñdeť ꝙ auctoritas b. Dionyſij adduciť trūcata. ꝟba aūt ꝑcedētia declarant in quo ſenſu loquať. nā aī auctoritatē hāc dicit. Omnibus ipſe eſt vniuerſaliter incōꝑhenſibilis. loquitur ergo de diuiſione comprehenſionis: mō nulla creatura cōprehendit deū. Sic Joan. Chriſoſtomus poſt ꝟba adducta dicit. Nulla creatura cognoſcit ſicut pater cognoſcit filium.

¶ Contra tertiam concluſionē arguitur ſic. Vel hoc eſt qꝛ beatitudo nō pōt inherere btō niſi mediāte aliquo ſupnaturali. ⁊ hoc nō: qꝛ illud lumē glorie īmediate inheret ipſi aīe: ergo eodeꝫ modo btitudo pōt īmediate anime īherere. Vel ꝓpter actiuitatē ipſi⁹ aīe nō potētis ſufficiēter eleuari ad videndū deum ſine tali lumine: ⁊ tunc ſequiť ꝙ angelus vel creatura ſupior creata vel creabilis tm̄ actiuitatis pl⁹ hñs ſuper intellectuꝫ humanū/ quātum eſt ſupplemētum luminis glorie poterit ſine tali lumine videre deum. Inſup de⁹ pōt ſupplere actiuitatē luminis glie: cum quicq̄d pōt deus cum cauſa ſcđa. poſſit ſe ſolo. ſed deus cum lumine glorie pōt ꝓducere beatitudineꝫ in animā beati: ergo hoc pōt deus ſe ſolo. ¶ Iſta argumenta inquirunt quare poniť lumē glie. Cōſulto reliquo illa q̄ alij ponunt: tāgā quod opiniōe mea iudico verū. Poſſumus imaginari/ lumē glie poni ob duo. ſ. ob diſpoſitionē ſubiecti btifici: vel ad eleuādā potētiā cui ieſt/ ad hoc vt eliciat ſuā beatitudinē quā elicere nō pōt ſine lumine glie. Dico ꝙ ip̄rimis pōiť ob diſpoſitionē ſubiecti. nā ſꝫ legē viſio dei ē ita ꝑfecta q̄litas vt nō poſſit īherere ſubiecto btifico. ſaltem hūano ſine diſpōne ꝑuia. ſicut forma ſubſtātialꝫ nō pōt informare nāliter materiā ꝑmā ſine diſpoſitiōe q̄litatis ꝑuia. Nec erit ꝓceſſ⁹ in īfinitū in diſpoſitione aīe. nā q̄litas ꝑfectiſſima ſupponit vnā aliā minus ꝑfectā ad hoc vt ſubiectum informet: ⁊ alia minus perfecta nullam



qualitatem preſupponit. ſicut forma ignis preſupponit ſiccitatē ⁊ caliditatē ad hoc vt ſubiectū īformet. Et forte ita eſt reſpectu cuiuſlibet angeli. ſicut q̄libet materia reqrit diſpoſitionē q̄litatiuē. etiā licet materie eſſet differentes ſpecie: qđ eſt deo poſſibile. hoc enim ꝓuenit ob ꝑfectionē forme. Sic diceť de btitudine ꝙ lumē glorie preſupponit in quocunqꝫ ſubiecto cui inheret ad hoc vt ſubiectū informet: ⁊ hoc ſm legē dei ordinatā. Sed quo ad actiuitatē non eſt neceſſe ponere ꝙ aliquā actiuitatem habeat reſpectu viſionis. rō eſt: qꝛ hoc maxime eſſet propterea vt potētia nō potēs elicere cū influētia dei generali viſionē dei/ adiuta poſſet illā viſionē elicere. ſed hoc nō videť: qꝛ vtrobiqꝫ potētia in optima diſpoſitiōe ſua: quēadmodū eſt anima ſeparata: vel in corpore btō: ſi nō poſſit ex ſe ſine qualitate ſupaddita exire in actū alicui⁹ obiecti: nec cuꝫ auxilio pōt. vt ſi viſus ſine auxilio poſſit exire in ſonū: nec cū auxilio. et ita inductiue in alijs potētijs ⁊ obiectis. Et admiſſo qđ dicis: lumē glorie eleuare potētiā vt poſſit exire in cognitionē alicui⁹ obiecti: in cui⁹ cognitionē exire nō pōt ſine lumine glorie: tm̄ efficiētiā illi⁹ luminis ſupplere pōt de⁹: ꝑ argumentū aſſumptū: quicq̄d deus pōt facere cū cā ſcđa: pōt facere ſe ſolo ⁊c̄. Dices cū aliqb⁹ iſtoꝝ/ eſſe ſophiſma figure dictiōis. mutať ſiquidē qđ in q̄le ſeu ad aliqđ. viſio enī dei creata nō ſignificat rē abſolute: ſed ſignificat actū in ordine agens creatū. ⁊ eſt ſimile ac ſi argueret. De⁹ ꝓducit actū meritoriū mediāte volūtate ⁊ charitate Petri: ergo pōt ꝓducere illū ſine eis. Contra hoc arguo. efficaciter ex illo cōcludiť ꝙ actū meritoriū deus pōt ꝓducere ſe ſolo: ⁊ viſionē pōt ꝓducere ſe ſolo: licet deus nō poſſit producere actū meritoriū ſe ſolo. ⁊ tm̄ dico ꝙ pōt ꝓducere viſionem dei in hominem ſe ſolo. ſed hoc eſt ꝑter legē. Scđo dico. pōt facere ꝙ intellectus humanus recipiat btitudinem de potentia abſoluta ſine lumine glorie. qđ ꝓbo: qꝛ viſio informabit intellectū creatū cū lumine glorie diſpoſitū: ⁊ lumē glorie non eſt ſubiectū viſionis. pōt ergo de⁹ ſubtrahere lumē glorie: relinquēdo viſionē in eodē ſubiecto. Cōfirmať hec rō. Aliqs pōt habere viſionē dei ī raptu: adhuc manēdo in via: vt doctor ſctūs ꝯcedit ī ſcđa ſcđe q. clxxx. ⁊ ſine lumine glorie: ergo ꝑmanēter de potentia dei. ꝯſequētia eſt certa. Et ꝓtꝫ hoc aliūde. Nā deus pōt ſubtrahere q̄litatiuas diſpoſitiōes: vt ſiccitatē ⁊ caliditatē ab igne: cū hoc ꝙ forma ignis materiā informet de potētia abſoluta. ergo pōt facere viſionē dei īherere intellectui creato ſine lumine creato. Vlteri⁹ dico ꝓpter aliquos ꝙ lumē glorie pōt īherere ītellectui ſeparato: ⁊ tñ intellect⁹ ipe nō habebit viſionē dei: qꝛ deus pōt nō cōcurrere ad illā viſionē. ¶ Epilogādo paucis cōplectar q̄ dicere volo de lumine glorie. Dico ꝙ lumē glorie reqriť ad btitudinem homīs ſm legē: qđ intellectū humanū diſponat ad hoc vt ipſe ſuſcipiat btitudinē. Probabili⁹ aūt eſt dicere ꝙ nullā efficiētiā habeat reſpectu viſionis btifice. Nec ꝟba pōtificis in clemētina ꝑfata ſunt ꝑ eis ꝙ anima eleueť. hoc enī intelligiť/ ꝙ anima diſponitur: hoc eſt paſſiue diſponiť: ſicut aer a lumine ad hoc vt ſuſcipiat ſpecies viſibiles. ⁊ ſi lumē glorie efficiētiā vllam habeat reſpectu viſionis: de⁹ pōt illā efficientiā ſupplere: ⁊ ꝑ ꝯſequēs iā anima erit btā ſine vlla efficiētia luminis glorie. Preterea pōt lumen glorie ītellectui viatoris aſſiſtere mille annis abſqꝫ hoc ꝙ deus videať. prius enī poteſt eſſe ſine poſteriore: ſi lumen glorie eleuet potentiā actiue: hoc eſt coefficiat cū ītellectu humano vt videat deū: cuius viſionem elicere non poteſt partialiter niſi iuuetur a lumine glorie. Nec caret ſcrupulo: an aliqs angelus vel creatura creabilis poſſit habere potētiā cui⁹ exceſſus ſup intellectū humanum tātū faciat ad productionē viſionis beatifice quātū lumen glorie cum intellectu humano. hoc eſt dicere. angelus ille poſſit ... obiecto actū elicere a quo intellectus ... lumine glorie adiutus poteſt actū elicere. ⁊ ꝑ ꝯſequens ex determinatione pontificis non cōcluditur ꝙ in angelis omnibus vel aliquibus lumen glorie requirať ad eleuādam potentiam vt deum videat.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone. Queſtio Quinta.

QVinto quæritur. An beatitudo principalis conſiſtat in actu intellectus: an voluntatis. licet autem inuēto vno iſtorum actuum quis poſſit concēdere ꝙ alter nō ſit beatitudo: tñ in illis tribus et eorū quolibet beatitudinem dicimus cōſiſtere: niſi de terminis luctari quis voluerit: dicendo ꝙ erit ſolū in optimo actu talis potentie. ſignanter (potentie talis) quia angelus forte habet viſionem alterius ſpeciei ab homine/ vt poſtea dicetur: et tamen quelibet illarum viſionum eſt beatitudo.

¶ Relicta igitur diſputatione de vocabulis quantum eſt poſſibile: ad queſtionem inuenio viros graues diſſentientes: quoſdam dicentes viſionem eſſe perfectiorem actum dilectione: quoſdam ecōtrario: alios autem preferentes gaudium. ſed quia gaudium eſt paſſio ſm communiorem viam/ vel actus voluntatis: ſurda aure ſuper gaudio tranſibo.

¶ Difficultas huius quæſtiōis ex hoc dependet: an intellectus ſit principalior potentia q̄ voluntas. ſuper quo in primis hanc concluſionem pono. Intellectus non eſt res melior voluntate. que ſic probatur. Intellectus realiter eſt voluntas: et nihil eſt melius ſeipſo. idētitatem autem realem intellectus et voluntatis: et ꝙ cum anima idētificentur realiter: nunc ſuppono. hoc enim tam conterraneus q̄ nominales omnes glomeratim (et recte mea quidem ſententia) tenent. Et quia aliquis hac via arbitraretur queſtionis difficultatem ſopitam: declarare oportet pro mediocribus: remanere adhuc eandem queſtionis difficultatem. nam licet intellectus ſit voluntas: omnes tamen docti concedūt: ſolo Adam Goddam excepto/ ꝙ actus intellectus et voluntatis etſi circa idem obiectum ferantur/ diſtinguuntur: immo ſpecie. Queſtio eſt itaqꝫ an notitia Sortis: an dilectio Sortis ſit preferenda. et iterum oportet hanc actuum perfectionem in potentiarum perfectionem reducere. quod patet: quia perfectior potentia poteſt perfectiorem actum producere. Nec diſconuenit intellectum et voluntatem eſſe vnam et eſſe eādem rem: ⁊ tamen animam eſſe perfectiorem inquantum eſt intellectus: q̄ inquantum eſt voluntas. Exemplum in ſimili. Petrus eſt prior Sorbone: et regens intrantū. Frāciſcus eſt rex Francorum: et dux Aurelianenſis. ſed officium regni eſt nobilius q̄ officium ducatus ei ſubiecti. ſic in propoſito.

¶ Et quia in vtrāqꝫ partē ſunt ardue rationes: vtrinqꝫ argumentabor: et argumentis propoſitis dabo reſponſiones. In primis oſtēdere nitar ꝙ volūtas ſit ꝑfectior intellectu. Nā per actū volūtatis magis meremur q̄ per actus intellectus: ideo ſm actum volūtatis magis premiamur: ergo voluntas habet conditionem nobiliorem q̄ intellectus habebit actum meliorem.

❡ Secũdo arguitur ad idem. Optimus habitus vo-
luntatis preſtat optimo habitui intellectus: ergo volun
tas preſtat intellectui cõſequẽtia patet: quia nobilioris
potentie nobilior eſt habitus: ⁊ econuerſo. Anteceděs ꝓ
batur. nã charitas eſt habitus voluntatis: fides autem
habitus intellect⁹. modo charitas preſtat fidei. dicente
Apoſtolo prime ad Corinth. xiij. Maior hoꝝ charitas.
❡ Ad primum reſpondet Joãnes Buridanus in. q. vl.
x. Ethicoꝝ/ ꝙ potius ⁊ pricipalius ⁊ liberius meremur
per actum intellectus ꝗ per actũ voluntatis. nõ ei ſola
volitio recta eſt actus meritorius imo etiã apprehenſio
agens ⁊ dirigẽs illã volitionem. Iſtud vſqueadeo eſt i-
probabile ⁊ cõtra cõem ſcholam: vt aliã iprobationeꝫ a
recitatione apponendã non putẽ. Propterea reſpõdeo
cõcedendo anteceděs ꝙ mereamur ꝑ actũ volũtatis: ſꝫ
nõ magis per actum volũtatis premiamur. ſufficit ei ꝙ
vna pars hominis magis mereatur: ⁊ alia pars capiat
premium ꝓ toto. quomodo lectore legente lingua mere
tur pecuniam. ⁊ manus pmium illud capit. q: ſufficit ꝙ
idẽ homo qui meritus eſt premieꝛ. ❡ Ad ſecundũ Joã
nes Buridanus. q. p̃fata. x. Ethicoꝝ. dicit illud intelli
gi de deo/ qui eſt charitas. ⁊ ꝙ Ariſtoteles negaſſet cha
ritatem eſſe maiorẽ ſapientia: ⁊ forte etiã Salomõ. An
autem charitas vie preſtet fidei vie: theologis relinquit
diſputandũ. audiuit eñ a Chriſto dictũ. Fides tua te
ſaluam fecit. Matth. ix. ⁊ Marci. v. ſicut audiuit remit
tuntur ei pctã multa. qm̃ dilexit multum. Luce. vij. ſed
cũ fuerit artiſta ⁊ nõ theologus: hoc relinquo. Aliter er
go dico negãdo anteceděs. nã lumẽ glorie eſt habitus i
tellectus: ⁊ preſtat charitati: quia diſtinguit patriam a
via. charitas vero eſt cõis tam patrie ꝗ vie. modo illud
quod eſt adequatũ patrie que eſt ſtat⁹ optimus eſt p̄fe-
rendum illi quod eſt cõe vtriqꝫ. ❡ Tertio arguitur. ix.
Metaphyſice. dicitur. Priora generatione ſunt poſte-
riora ꝑfectione. ſed actus intellectus p̄cedit actũ volũ
tatis: quia voluntas non fertur in incognitum. igitur.
❡ Quarto arguitur. Voluntas precipit intellectui vt
ſpeculeꝛ/ et ei imperat: cuius imperiũ intellectũ ſuſcipe
re opꝫ cũ voluntas ſit regina in regno anime iuxta An-
ſel. de cõceptu virginali. c. iiij. ❡ Ad tertiũ dicitur ꝙ ali
qua que materiã diſponũt ad formã ſunt impfectiora/
vt qualitatiue diſpoſitiones in ordine ad formã ſubſtan
tialem. vel quãdo eſt aſcenſus in formis ſubſtantialib⁹
vt a forma embryonis aſcendendo ad animã hominis.
Interdũ tamẽ poſteri⁹ eſt impfectius: vt forma ſubſtã-
tiali ꝓducta poſterius tempore vel natura ꝓducitur ac
cidens eius. ❡ Ad quartum reſpondet Buri. vbi prius
ꝙ tunc hoc preceptum eſt gratia ſpeculationis. ⁊ ſic ſpe
culatio eſt finalior ⁊ melior. Secũdo nõ eſt aliud p̄cipe
re voluntatis ꝗ velle: ⁊ tamen videtur ꝙ velle nõ ſit pre
cipere/ proprie loquendo. quia poſſum velle vt accedas
eccleſiam: ⁊ nihil tibi precipere. Tertio ſi ibi ſit p̄ceptuꝫ
intellectus primo precipit: ſine cuius precepto volũtas
precipere nõ poteſt. anteqꝫ eñ voluntas velit ꝙ ſpecule
tur: intellectus preiudicat ſpeculandũ eſſe: ⁊ deinde vo
lũtas iuxta illud iudicium vult ⁊ acceptat. eſt ergo illa
ſentẽtia ſeu iudiciũ primum p̄ceptum: ⁊ volitio ꝙ fiat
eſt precep tũ ſecũdum. primum aũt preceptum determi
nat ſecundũ. ſic vt neceſſe ſit velle ſecundum illud iudi-
cium: vel nihil velle. ⁊ ſic intellectus in hoc habet p̄mũ
dominium. Contra hec arguiꝛ. Ex prima ſolutione ma
giſtri Joannis ſequitur ꝙ videre vel audire preſtaret a
ctui volũtatis: cũ voluntas illa precipere poſſit. Ad ſe-
cundũ quod affert/ dico ꝙ precipere volũtatis eſt effica
citer velle ⁊ hoc oſtendere ſigno ſenſibili quo ad alium.
nam in eodem ſuppoſito nõ eſt aliud p̄cipere ꝗ efficaci
ter velle. quare nihil eſt dicere poſſum velle vt accedas
ad eccleſiam ⁊ nihil tibi precipere. Tertio falſum eſt ꝙ
voluntas nõ poſſit p̄cipere ſine intellectus precepto ⁊ i-
perio. nã licet intellectus iudicet in vniuerſali vel in par
ticulari: volũtas põt precipere vel nõ p̄cipere: immo op
poſitum p̄cipere. ❡ Quinto arguit Burida. Vetula
amans deũ licet de deo modicã habeat notitiã/ placet
deo quia amat: ⁊ tamẽ magnus clericus multas habẽs
de deo notitias/ ſi nõ amat deum non placet deo. ſed il-
lud eſt nobis lõge melius ⁊ felicius per quod placem⁹
deo/ ꝗ per quod ei nõ placemus: ergo amare deum eſt
nobis felicius ꝗ cognoſcere ipſum. ❡ Ad hoc ſic reſpõ
det. diceret Ariſtoteles ꝙ vetula nõ plus amat deuꝫ ꝗ
iudicet ipſum eſſe bonum ⁊ amandũ. illa aũt vetula fir
mius iudicat ⁊ credit/ deũ eſſe ſup oĩa amandum ⁊ co-
lendum/ ⁊ eius p̄cepta ſeruanda/ ꝗ ille magnus cleric⁹
Ille eñ ꝗuis ſciat demõſtratiue deũ eſſe optimum. et
principium ⁊ cauſam omnium: tamen ſententiat deum
nõ eſſe meliorem ſibi ꝗ voluptates vel pecunias vel ho
nores: nec iudicat melius eſſe ſeruare precepta diuina
ꝗ voluptuoſe viuere/ aut ꝗ tyrannice dominari: imo
iudicat oppoſitum: quod ptꝫ: quia eligit ⁊ facit oppoſi-
tum: quod nõ fit ſine preuio iudicio. ⁊ lꝫ dicat ſepe me
lius eſſe precepta diuina ſeruare apparet ꝙ hoc dicat
ore ſolũ ⁊ mẽtiaꝛ. Et infert hoc pacto. Sic ergo patꝫ ꝙ
illa vetula non habet de deo niſi veras apprehenſiones
⁊ firmiſſimas. lꝫ nõ euidentes. Ille aũt clericus multas
habet de deo falſas eſtimationes. Ad hoc ꝯmentator tẽ
dit in ſuo ꝓlogo tertij Phyſicorũ dicens. Firmior ẽ fi-
des vulgi fide philoſophorum. Poſtea concludẽdo di-
cit Joãnes. Dicamus ergo ꝙ iſta vetula eſt magis deo
grata/ non ſolũ quia magis amat deum ſed etiã quia iu
dicat firmius deum eſſe amandum et ſuper omnia alia
mandata eius obſeruanda. Ego dico hũc eruditiſſimũ
virum nõ recte ſentire de viris doctis per iudicia errã-
tia. hi eñ quos magnos clericos vocat recte de deo ſen
tiunt: et in omnibus rectius ꝗ bona vetula: nec vllo mõ
in intellectu aberrant. ſed eoꝝ aliqui ſibi nimis ꝓpẽſi
faciunt multa cõtra ſuas ꝯſcientias/ que iudicãt mala.
Falſum autẽ eſt ꝙ eruditi viri nõ iudicent melius eſſe
ſeruare p̄cepta dei ꝗ voluptuoſe viuere/ aut tyrannice
dominari. Et quãdo dicit eligunt oppoſitum: ergo iudi
cãt oppoſitũ: nulla eſt cõſequentia. non tñ nego qui mul
ti docti habeãt iudicia errãtia in agibilibus: vtpote iu
dicãtes ſibi licere/ habere plura beneficia ꝗ par ſit: non
eſſe obligatos ad ieiunia in multis caſibus: vel iudicã-
tes ſe meliores vel doctiores alijs: quibus forte ſunt iſe
riores. quia ſibi plus afficiunꝛ. ſed ꝙ ſic in fide cecutiãt
falſum eſt. De ꝯmentatore autẽ nõ eſt magna vis faciẽ-
da cũ in rebus diuinis fuerit incõſtantiſſimus: ac poſt
fidem promulgatã ⁊ acceptã (vt aſſerũt) in gentilitatis
tenebras ceſſerit. Verum ꝙ in errore Mahumetano in
quo natus erat/ nõ permanſerit intrinſecus: probe egit
⁊ loquendo de hereſibus Mahumeti quas vocauit (vt
plures inter ſuos) fidẽ bene dicebat ꝙ philoſophorũ ali
us aſſenſus ꝗ vulgi. Argumentum ſic dirigo. Doctus
melius iudicat de diuinis ꝗ vetula: ⁊ tñ ipſa crebro ẽ
melior literato viro: ergo actus voluntatis eſt melior ꝗ
actus intellectus. ❡ Sexto arguitur. Volũtas fertur
in ſuum obiectum ſub ratione boni. intellectus autem
in ſuũ in ratione veri vel entis. ſed ratio boni eſt melior
ꝗ ratio entis vel veri. ergo cũ volũtas feraꝛ in idem cũ
intellectu/ ſub meliore tñ ratione: voluntas eſt preferen
da. ❡ Reſpondetur. ſi voluntas ſolum haberet pro ob-
iecto bonum verum/ vel bonum apparens: et intelle-
ctus hoc totum/ et cum hoc malum nullum ſpecimen



boni habens: concluderetur nobilitas intellectus ſupra
volũtatẽ. ſemꝑ enim potentia anime que in plura poteſt
eſt melior ⁊ nobilior ea que nõ poteſt in tot. vt itellectus
plura intelligit ꝗ ſenſus: et ſenſus communis ꝗ ſenſus
exterior. quare eſt nobilior potẽtia. Secũdo dico. omne
obiectũ intellectus eſſe obiectum voluntatis in nolendo
vel volendo. ſed hoc non ſatiſfacit argumẽto: quia licet
idẽ ſit obiectum adequatũ vtriuſqꝫ potentie: luctãdum
erit que ratio conſiderata in ipſis obiectis ſit melior. et
difficile eſt vnum ꝓbare: et aliud. ❡ Septimo arguiꝛ.
tertio Topicoꝝ. et. viij. Ethicorũ de oppoſitis triũ poli-
tiaꝝ diciꝛ. Cuius oppoſitũ eſt peius: ipſa eſt melior. ſed
odire deum: qđ opponiꝛ/ amare deum/ eſt peius ꝗ igno
rare: qđ opponitur/ cognoſcere. ❡ Reſpondet Joãnes.
Illa cõparatio locum habet in eodem modo oppoſitis.
ſed tu ſic non arguis: q: odire ⁊ amare ſunt contraria: co
gnoſcere autẽ et ignorare ſunt priuatiue oppoſita. Hoc
non ſoluit argumentum: q: ducã argumentum de igno-
rãtia praue diſpoſitionis: et nõ de ignorãtia pure nega-
tionis: iã enim eſt vera contrarietas: et tñ odium dei eſt
peius hereſi: ergo amor dei eſt melior notitia dei: cõpa-
rãdo amorem vie ad notitiã vie: ⁊ amorem patrie ad no
titiam patrie. ❡ Octauo. beatitudo inter ea que beato
inſunt eſt maxime amabilis. primo ⁊. x. Ethicoꝝ. ſed vo
luntas plus amat actũ ſuum ꝗ actum intellectus: quia
vnaqueqꝫ potentia ſicut vnaqueqꝫ res plus inclinaꝛ na-
turaliter ad actũ ꝓprium ꝗ ad actum alterius potẽtie.
❡ Nono arguiꝛ. ſi actus intellectus foret ꝑfectior: eſſet
beatificus: qui poteſt ſecũ cõpati triſtitiã. ergo quis erit
ſimul beatus ⁊ multũ triſtis. qđ non eſt dicẽdũ. Reſpon
deꝛ. hoc argumẽtum eſt cõmune vtriqꝫ opinioni. nã idẽ
potes dicere ſi conſiſtat in actu voluntatis.

❡ In oppoſitum arguitur. Ratio ſem-
per deprecaꝛ ad optima. j. Ethicoꝝ. et inoblique proce-
dit. alioquin non eſſet ratio. et hoc intellectui conuenit:
qualem prerogatiuã non habet voluntas. ❡ Secundo
arguiꝛ. Voluntas eſt ceca: et non ferꝛ in cognitũ. iuxta
beatũ Auguſtinũ. x. de Trinitate. ſed intellectus mini-
ſtrat ei lumen. ❡ Tertio. intellectus eſt dñs reſpectu vo
luntatis: q: eam dirigit in ſuis operationibus: oſtendẽs
qđ faciedum ſit: ⁊ quid omittendum. ❡ Quarto. dicit
Ariſto. x. Ethicoꝝ. ꝙ felicitas conſiſtit in ſpeculatione:
q̃ eſt actus intellectus. ❡ Quinto. in ꝓemio Metaphy
ſice dicit idem ꝙ nobiliſſima ſciẽtia eſt metaphyſica: q:
ipſa eſt libera ⁊ gratia ſui: ⁊ ſapientia eſt optimus habi-
tus. vt patet ꝑ eũdem. vj. Ethicoꝝ. ❡ Sexto arguitur:
iuxta philoſophũ. iij. Topicoꝝ. illud eſt nobili⁹ qđ alio
nõ indiget: ꝗ illud qđ idiget ipſo. ſed act⁹ volũtatis actu
itellect⁹ indiget. vt ptꝫ ex ſcđo argumẽto: ⁊ nõ ecõuerſo.
❡ Septimo arguiꝛ. Act⁹ intellect⁹ eſt cã equoca reſpe
ctu act⁹ volũtatis. ſed cã equoca ſuo effectu p̄ſtat. igiꝛ.
Maior ꝓbaꝛ: q: itellectio eſt cã efficiẽs act⁹ volũtatis:
ꝑ regulã qua tu ꝓbas aliqđ habere efficientiã reſpectu
alteri⁹. ⁊ cũ intellectio ſit alterius ſpeciei ſpecialiſſime
a volitione: eſt cã equoca. ❡ Octauo. intellectio eſt pu-
rior volitione: nullã ipuritatẽ contrahẽs ab obiecto. qđ
ptꝫ: q: intelligere bonũ eſt bonũ: ⁊ apprehendere malum
nõ eſt malũ. alioqn homo nõ poſſet p̄dicare: nec ſcribere
de pctis ſine pctõ. qđ nõ eſt dicẽdũ. velle tñ mala eſt ma
lum. igiꝛ. ❡ Nono arguitur. conſtat ex euãgelio Joan-
nis. xvij. ꝙ viſio dei eſt vita eterna. ſed non poteſt ſimile
oſtendi de actu voluntatis/ nec ex ſcriptura/ nec in lumi
ne naturali.

❡ Ad primã iſtarum rationum reſpõ
detur concedendo ꝙ ratio ad optima deprecatur. ſed ſi
per rationem. intellectum accipias: crebro oblique ꝓce
dit tam preſtituẽdo malum finem ꝗ querendo obliqua
media ad illum finem obtinendum. vt videre eſt de Si-
none Virgiliano/ Achitophele/ et alijs. ratio tamen re-
cta vt eſt actus itellectus/ ſemꝑ recte procedit. ſic actus
bonus voluntatis eſt ſemper rectus: et per conſequens
non habes maiorem prerogatiuam in intellectu ꝗ in vo
luntate. ❡ Ad ſecundum. licet de virtute ſermonis con
cedere poſſem iſtas/ volũtas intelligit: intellectus vult:
vt expoſitorie facile deduci poteſt: hic intellectus intel-
ligit: hic intellectus eſt voluntas: ergo voluntas intelli-
git: tamen hoc non eſt reſpondere theologice et in mora-
li philoſophia ſm̃ conſuetum modum loquendi. Pro-
pterea concedo ꝙ voluntas eſt ceca in ſe: ſed deus ei ſo-
rorem videntem annexit/ ſcilicet intellectum. loquor
perinde ac ſi realiter diſtingueretur intellectus a volun
tate ob varia officia que anima habet. nam intellectus
ei miniſtrat lumen tanqꝫ ancilla ferens lucernam ante
dominam ſuam/ ne offendat ad lapidem pedem in te-
nebris. Hinc beatus Bernardus in libro de libe. arbi.
dicit. rationem eſſe quodam modo pediſſequam volun-
tatis. ❡ Ad tertium nego ꝙ intellectus ſit dominus re-
ſpectu voluntatis: et ꝙ eam dirigat/ niſi conſultiue: ſi-
cut prudens quem rex conſulit/ dictat regi quid facien-
dum ſit/ et qua via licita: cui rex forte acquieſcit: forte
ſe non. ſicut aure corporis quis apprehenſiue audit pre-
dicatorem/ cui non acquieſcit. Sed contra hoc argui-
tur. melius foret ꝙ intellectus eſſet datus voluntati ad
bonum ꝗ ad malum. ad bonum quidem ei daretur ſi
voluntas rationi contraire non poſſet: ad malum au-
tem ſi libere poſſet ei contraire. ergo intellectus volun-
tatem captiuat: et per conſequens eſt eius ſuperior. Ad
hanc obiectionem concedo maiorem. ſed duas alias
propoſitiones in minore tactas nego. nam voluntas ni-
hil mereretur ſi neceſſitaretur ab intellectu: qui in ſuis
operationibus eſt agens naturale. et ſic nullus eſſet al-
teri preferendus in voluntate. quod eſt inconueniens.
Inſuper vbi intellectus malum finem preſtituit: et im-
prudenter contraire oſtendit medio pro conſequutione
illius: voluntas eſſet neceſſitata illud facere. quod non
expedit: immo omni rationi eſt diſſonum. ❡ Ad quar-
tum concedo ꝙ Ariſtoteles ponit felicitatem in ſpecu-
latione: quia non ponit ipſe diſcrimen in modo loquen-
di de intellectu et voluntate: ſicut iam nos facimus: et
a multis diebus theologi ⁊ morales fecerunt. ipſe enim
non ſecludit operationes voluntatis: ſed eas includit.
quod probo: querendo an Ariſtoteles ſpeculantem deũ
et celeſtia vocaſſet felicem: ſi fuiſſet intemperatus: iniu-
ſtus/ maledicus/ zoilus/ et huiuſmodi. et palam eſt ꝙ
non. Nunquid expreſſe in decimo Ethicorum dicit fe-
licem eſſe dijs immortalibus amiciſſimum: et hoc non
eſt niſi mentem colendo vt dicit: hoc eſt/ bene viuendo/
contemplando deum: et eum laudando. quod perbelle
ſic explicat decimi Ethicorum. viij. At vero qui men-
te operatur/ et eam colit: diſponitur optime. is et ami-
ciſſimus dijs immortalibus eſſe videtur. Nam ſi dij cu-
ram humanarum rerum (vt exiſtimatur) aliquã habẽt:
rationi ſane cõſentaneum fuerit ipſos eo gaudere quod
eſt optimum: maximeqꝫ ſibi cognatum. Hoc autem fue
rit ipſa mens: et in eos qui maxime hoc amant atqꝫ ho-
norant/ beneficia viciſſim conferre: tanqꝫ curam ijs que
ſibi ſunt chara ac diligentiam adhibentes: et recte be-
neqꝫ agentes. Vides ꝙ maxime bene agentem felicem
reputat. Speculatio enim de qua Ariſtoteles loquitur:
actum appetitus includit cũ ipſa ſpeculatione. Ac ſi di

cere vellet:ſs eſt felix qui mundanis curis abſtractus/ celeſtia meditatur/illa colit ⁊ venerat᷑. quomō nos diceremus de optimo ⁊ eruditiſſimo Carthuſienſi. Nec ſit nobis cure de notitia practica et ſpeculatiua in hac materia:quia varij vario modo prout libet/ in ea re loquunt᷑. ❡Ad quintū concedo quod dicit.ſed hoc nō excludit actus volūtatis;immo eos includit. ſimiliter ad illud ſexti Ethicoꝝ dicatur.hoc patet quinti Ethicoꝝ primo vbi plurimum iuſtitiam que eſt actus vel habitus voluntatis laudat inquiēs. Et neq; eſt heſperus ita neq; lucifer admirabilis. Sed quia iuſtitia ad actꝰ vite actiue ſpectat in qua non ponit felicitatem: dico q̄ ꝑ ſapientiam Ariſtoteles cōplectitur virtutē theologicā modo quo gētilis in lumine naturali loqui poterat:hoc eſt charitatē acquiſitā erga deum. Nōne ex dictis eius iam patuit q̄ felix contemplat᷑ celeſtia:ea venerantur ⁊ colit:⁊ ei totus iam eſt dedicatus:⁊ a mūdo ſeparatus Et quid(queſo)eſt illud niſi loco fidei capere notitiam dei ⁊ celeſtium.quā in lumine naturali habere poterat ⁊ deū laudare. ❡Ad ſextum dicitur q̄ illa regula eget expoſitione.nā forma ſubſtātialis nō informat materiā ſine diſpoſitione preuia ecōuerſo eſſe poteſt intenſe vel remiſſe.ſimiliter poteſt eſſe lumē ſine viſione non autem ecōuerſo. Regula itaq; illa intelligitur:quando illud ex perfectione ſua nō dependet ab alio;ſed aliud ab eo. vt ſubſtātia eſt nobilior ſuo accidēte.quando autē aliqd ordinatur principaliter ob aliud:regula nō habet verū vt homo pricipaliter habet voluntatē ⁊ liberū arbitriū vt bene agat/⁊ mereatur frui perpetuo ſuo creatore et eum laudare:quod facere nequit per legem nūc datam niſi eū cognoſcat. ❡Ad ſeptimū conceditur maior: ſed negetur minor vtrobiq; potiſſimū de partiali cauſa equiuoca:quomodo albedo eſt partialis cauſa notitie intuitiue que de ea habetur.ſic in propoſito. Etiam interdū voluntas eſt cauſa alicuius notitie: vt in generatione fidei. ❡Ad octauū reſpondet᷑ q̄ argumētum ꝓbat imperfectionem intellectus:quia ab ipſo nullū eſt peccatū/niſi a volūtate ꝓcedat/poſitiue vel priuatiue. Etiā quodcūq; obiectum/intellectus pure ⁊ ſine ſorde apprehēdit volūtas poteſt habere ſuum in illud bn̄ ⁊ meritorie: malum nollēdo/⁊ bonum volendo intellectus autem captiuatur frequēter a ſuo obiecto.quomodo primo Phyſicorū de antiquis philoſophis dicit Ariſtoteles/ q̄ erāt veritate coacti. Domina autē voluntas manet libera. Sed dicis. Deus vult de neceſſitate ſe eē:⁊ libere creaturas ⁊ tamen illa neceſſitas eſt perfectior q̄ libertas. ergo male dicimus. Dico id eſſe de per accidens ex parte materie ⁊ obiecti.ſed in creatura libertas eſt melior conditio q̄ nō libertas.libertas inquā propiqua vel remota. voluntas tamē in patria neceſſitatur ad aliquas operationes:nō autem in via:⁊ illic non ſe habet imꝑfectiori modo q̄ in via:ſed operatio illa eſt a principio libero/quod ceſſare poteſt ab actu abſolute ſi ſibi relinquatur. ❡Ad nonū.quicqd ſit de prima ꝓpoſitione cōſtat q̄ viſio dei eſt vita eterna: admiſſa illa / nego ꝯſecūdam. quia in lumine naturali ⁊ fidei multo probabilius concludimus voluntatem eſſe perfectiorem potentiam intellectu/q̄ ecōuerſo.quare ſi vnum cōcludimus. ❡Nūc breuiter diſputauimus de nobilitate volūtatis ⁊ intellectus:an intellectus voluntati ſit preferendus:nec ne. qd ex ſubſtantia anime cōcludere nequimus: que vtriq; ē cōmunis ⁊ identificata.ſed illud ex perfectioribus actibus vel habitibus deprehendere oportet. Et licet materia nō patiatur demonſtrationes inſolubiles:teneo tamen partem illam propter motiua adducta / q̄ voluntas intellectui ſit preferenda.

❡Diſtinctionis Quadrageſimenone. Queſtio Sexta.

SExto queritur conformiter cum magiſtro in litera. An omnes ſumme appetāt beatitudinem. Reſpondetur. duplex eſt appetitus.quidā liber ſiue electiuus:de quo in queſtione ſequēte dicemus. Alius eſt appetitus naturalis. de quo impreſentiarum loqmur:ponētes cōcluſiones ad queſtionē reſponſiuas. ❡Quarū prima eſt. Omnes ad btitudinem appetunt probatur ſic:Appetitus naturalis nihil aliud eſt q̄ inclinatio/⁊ aptitudo rei ad ſuā perfectionem.ſed perfectio creature rōnalis maxime in beatitudine conſiſtit/ q̄ autē non dicat actum elicitum diſtinctum ab ipſomet appetitu/probatur quia materia appetit formā vt turpe bonum.pmo Phyſicorū.⁊ quelibet res appetitu naturali ꝑmanere in eē. ſed hoc non dicit aliquē actū elicitum in materia vel in re inanimata:ergo ille appetitꝰ naturalis nō dicit actum elicitum in re animata. Sed dicis.nō eſt idem in re animata. Secūdo arguitur ſpecialiter contra hoc.nā oppoſito dato ſequitur q̄ qualitates contrarie eſſent in codē.cōſequens eſt impoſſibile naturaliter. Et ꝓbo cōſequentiā:quia appetitus naturalis hominis iuſti refugit mortē.ſic eni erat in Chriſto.appetitus autē liber mortem in caſu non recuſat ſed vult.que recuſatio ſi ſit actus elicitus mortis fugitiuꝰ in voluntate reſpectu mortis in eadem potentia: qualitates contrarie dabuntur in eodem ſubiecto. Dicis hoc nō concludere.nā iudicium ſenſus q̄ ſol eſt minor terra ⁊ iudicium intellectus q̄ ſol eſt maior terra.non contrariantur. Similiter nec actus ſenſationis obiectū appetentis:⁊ rationis obiectū reſpuentis. Etiā q̄uis ſint ad idē obiectum in eadem potētia:ſm multos non contrariant᷑:q̄ actui libero ſolus actus liber cōtrariatur:⁊ naturali actui:actus naturalis cōtrariatur. Cōtra hoc arguo.ſi quis eliciat dilectionē Sortis in inſtāti/⁊ continuet ꝑ tēpus naturaliter:actus in illo cōtinuatione naturaliter repugnat dilectioni eius:ac ſi eſſet liber. Obijcies.q̄uis ille actus ꝯtinuetur de neceſſitate ꝑ tempus tñ eſt mere liber.ergo nihil dicis. Sed q̄ de ſubiecto ſēſationis ⁊ iudicio ſenſus eſt alterꝰ negocij difficultas an ſit idem ſubiectū numero/an alia:trāſeo illā rationē relinquēs.nā brutum modo ꝓductū appetit cibū ⁊ potū ſi diu abſtinuit:⁊ ille appetitꝰ ſcꝫ fames vel ſitis nullū actum elicitū ponit.quod ptꝫ: q̄ nō habetur aliqua cognitio preuia.nam pono q̄ nūq̄ cibum apprehendit. Dicis.in vtero materno apprehēdit.volo q̄ nūc primū ꝓducatur extra vterū a deo vel a natura:vt de rana.⁊ de aliquibus brutis cōtingit. Jam ſic.oīs actus appetitus productus preſupponit notitiā p̄uiam. ſed ille appetitus naturalis non preſupponit notitiā vel cognitionē p̄uiā:ergo non eſt actus ꝓductus ab ipſo appetitu. Preterea reduco primā rationē in parte.cū res inanimata habeant ſuā inclinationē naturalē ſine actu elicito ⁊ res aīata nō ſit deterioris ꝯditionis q̄ inaīata: videt᷑ q̄ tñ appetat ſuā perfectionē ſine actu elicito.quantū lapis:⁊ nō eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. ergo modus cōis eſt rectus q̄ appetitꝰ naturalis nullū actū diſtictū ponit ab ipſomet appetitu.hoc ſuppoſito arguit᷑ ſic.oīs res appetit ſuapte natura ſuā ꝑfectionē.btitudo eſt maxima ꝑfectio poſſibilis creature rōnali.ergo illā oēs appetūt.nec nos eiuſmōi nexibꝰ īpedias: nulla btitudo ē maxīa ꝑfectio poſſibilis.ſed ītellige qd ꝑtendā.



❡Secunda ꝯcluſio. Omnes ad btītudinē apti ſumme btītudinē appetūt. ꝓbat᷑:q̄ eā naturaliter appetunt:ergo ſumme.tenet cōſequentia:q̄ agēs naturale ſm extremū ſue potentie tendit in ſuā ſalutē:vt graue ad centrū. ergo cum appetitus naturalis creature rationalis beatitudinem appetat:ſm extremum ſue potētie appetit:⁊ ſummo conatu.

❡Contra iſta ſic arguitur. Appetitus ⁊ iclinatio naturalis diſtinguit᷑ a re cuiꝰ eſt iclinatio.qd ꝓbo.nā graue in ſuo loco naturali nō iclinat᷑ ad deſcenſum:ſed illic q̄eſcit.qñ aūt eſt extra locū naturalē vt ſuꝑ trabē/inclinat᷑ ad deſcēſum:⁊ tñ ſemꝑ manet illa grauitas:ergo nō oportet dare aliqd aliud ab illa grauitate ꝑ qd inclinet᷑ ad deſcenſum. Similiter habitꝰ naturaliter vigilātē ⁊ nō dormiētē inclinat:ergo nō oportet dare inclinationem naturalem diſtinctā ab appetitu naturali. ❡Preterea appetitꝰ rei nō diſtinguit᷑ a re cuius eſt appetitꝰ: ergo appetitꝰ demonis ad btītudinē eſt maior q̄ appetitꝰ hois. ptꝫ ꝯñtia:q̄ demon eſt hoīe ꝑfectior entitatiue. ⁊ cū iclinatio naturalis nō dicat actū diſtictū: opꝫ dicere:quātū ſit de entitate tātū eſſe de inclinatiōe. ❡Rñdet᷑. Ockā in tertio Quodlibeto ponit īclinationē habitꝰ ⁊ forme diſtinctā ab ipā forma:nō aūt appetitū materie:⁊ ideo equiuocat vt ꝯſequēter dicat. Hoc nihil valet:⁊ eiꝰ eq̄uocatio eſt inutilis.nec rōnes:quas facit aliqd valēt.qd ꝓbo. nā inclinatio habitꝰ nō eſt actꝰ: cū inclinatio actū p̄cedat ⁊ ponat aliqd aliud.nec habitꝰ ipē:nec paſſio:q̄ illa idētificat᷑ cū actu/vel actū naturaliter ſequit᷑:nec eſt in potentia niſi durāte actu.modo vt dicit᷑.ij. Ethicoꝝ. Omē qd eſt in aīa/eſt actꝰ. habitꝰ/ vel paſſio.nullū aūt illoꝝ eſt illa iclinatio niſi dicas eſſe habitū:ꝯtra opinātē. Eadē etiā facilitate ponere poterat appetitū materie a materia diſtictū. ❡Dico igit᷑ q̄ appetitꝰ forme eſt forma.et breuiter:nulliꝰ rei appetitꝰ diſtingut᷑ a re cuiꝰ eſt appetitꝰ. Ad rōnes eiꝰ:quaꝝ prima eſt de graui detēto ſuꝑ trabē:dico qñ eſt extra ſuum locū naturalē:inclinationē hꝫ et aptitudinē ad ſuū locū naturalē:ſed cū eſt in ſuo loco naturali ſtat ſub q̄ete in illo loco.et ꝑ eādē virtutē cū eſt extra ſuū locū:ad ſuū locū tēdit/⁊ in illo ꝑmanet:nec alium q̄rit quo tēdat.ſicut elemētū eſt graue vel leue in ſua ſphera:ſed grauitatem illā in ſua ſphera nō exercet.qñ aūt graue eſt ſuꝑ trabē hꝫ reſiſtētiā quā vincere nō pōt:quouſq; trabs auferat᷑: ⁊ tūc grauitas pellit graue deorſum ꝑ nihil qd acquirit de nouo:ſꝫ ꝑ grauitatē q̄ priꝰ ī loco ī naturali īpediebat᷑. ❡Ad aliud/nego q̄ habitꝰ īclinet vigilātē vel dormiētē. Nā ꝓprie iclinare in philoſophia tātū valet quantū efficere.modo habitꝰ hois non facit hoiem/ſed ad bonū ſenſum iclinat vigilātē.hoc eſt facit ipm/prōpte ꝓducere actū.habitꝰ eñi in actū iclinat:q̄ ꝯcurrit ad ꝓductionem actꝰ:⁊ q̄ ſine apphēſione obiecti nō facit aliqd. ſed tūc habet᷑ ferme cā totalis in ꝓductiōe actꝰ:ita q̄ nihil deficit niſi ꝯcurſus potētie:et q̄ hō reperit ſe bñ diſpoſitū vt exeat in actū qñ hꝫ apphēſionē obiecti:dicit᷑ hominē inclinare habitus. ❡Ad tertiū rñdet᷑ ꝯcedēdo q̄ appetitꝰ naturalis demonis eſt ad btītudinē ⁊ appetit ſuā ꝑfectionem illo appetitu . nā qd eſt maxime ꝑfectionis: maxime appetit.modo btītudo inter oīa appetibilia eſt maximū.quācūq; eñi ſuā ꝑfectionē res q̄libet appetit: ſicut quācūq; īꝑfectionē reſpuit ⁊ materia quālibet formā appetit appetitu vel cōplacētie/vel carētie. Contra hoc arguit᷑.cū deꝰ dederit hāc īclinationē rei:ſequit᷑ q̄ in hoc ipā nō peccet ꝓſequēdo ſuā ꝑfectionē:nec voluntas libera ei ꝯiūcta:ꝑmittēdo naturā q̄rere illud qd deꝰ ei idīdit. Rñdet᷑. in appetitu naturali nō eſt pctm̄ ratiōe ipſius appetitus:ſed q̄ idē appetitꝰ naturalis eſt etiā liber q̄ etiā effrenē appetitū naturalē habet cohibere ne īmoderate ꝓſequat᷑ ſibi ꝯueniēs. Nec excuſat᷑ a pctō volūtas ꝯformās ſe appetitui naturali. ⁊ ratio eſt:q̄ habet aliā regulā cui tenet᷑ ſe ꝯformare.ſ.rationem conformiter ad voluntatem dei. ❡Preterea arguit᷑.toto conatu res naturalis appetit ſuā perfectionē: ergo intenſiſſimo actu ſibi poſſibili. ❡Reſpōdetur.conſequutio eſt inualida:vt patet de appetitu aque reſpectu frigoris:⁊ fuga eius a calore.

❡Diſtinctionis Quadrageſimenone. Queſtio Septima.

SEptimo queritur: an appetitꝰ liber ex neceſſitate appetat beatitudinē. Varius eſt hic modus reſpōdēdi. Vnꝰ tenet q̄ ſi ītellectꝰ p̄ſentet volūtati in via beatitudinē in vniuerſali:hoc eſt:ſummū bonū maxime appetibile in quo nulla eſt ratio mali: voluntas de neceſſitate velit illud:⁊ ſtāte apphēſione in tali obiecto voluntas nō poſſit ſe aliter habere.ſecus eſt de beatitudine in particulari. Ratio eſt:q̄ primū eſt notum in lumine naturali cuilibet ratione vtenti/nec poteſt non deſiderari. Beatitudo autē in particulari ſolum eſt credita in fide vel opinata in lumine naturali. Hanc poſitionem tenet Middiltonus in hac diſtinctione . Alij tenent q̄ voluntas eſt libera libertate cōtradictionis in via reſpectu cuiuſlibet obiecti:non tñ libera libertate contrarietatis:q̄ voluntas nō poteſt velle miſeriā:nec nolle beatitudinem in vniuerſali apprehēſam:vel beatitudinē obiectiuam/ ꝓut alijs placet.⁊ ſic reſpectu taliū obiectoꝝ voluntas nō eſt libera libertate ꝯtrarietatis:bene autem libertate cōtradictionis:q̄ poteſt velle beatitudinē apprehēſam: ⁊ eā non velle:ſimiliter poteſt nolle miſeriā:⁊ nolle eam. Alij eādem ſententiā dicunt ſub alijs verbis. volūtas eſt libera reſpectu beatitudinis quo ad exercitiū actꝰ. hoc eſt:beatitudine voluntati ꝑ intellectum p̄ſentata voluntas poteſt exercere ſuū actū circa beatitudinē eā volendo/vel nō volendo.reſpectu tñ illius obiecti volūtas nō eſt libera quo ad ſpecificationē actus.hoc eſt:poteſt habere velle circa beatitudinē ⁊ talē ſpeciē:et nō oppoſitū cōtrariū. Vel ſic/et eſt idē. voluntas poteſt nullū actum elicere reſpectu illius obiecti : ſed ſi aliquē eliciat/oportet eſſe volitionem.oppoſito modo de miſeria:quia ſi aliquem actum eliciat reſpectu miſerie : oportet eſſe recuſationem. Aliorum eſt ſententia:quocūq; obiecto oblato:reſpectu illius volūtatem in via eſſe liberam libertate contrarietatis:ita vt poſſit ipſum diligere et odio habere.et ſic voluntas poteſt odio habere beatitudinem ſiue formalem ſiue obiectiuam ex libertate ſua:et velle et nolle miſeriam : diligere et odio habere : perinde ac ſi eſſet ſolum enigmatice cognita / ſicut in via apprehenſum.

❡His præmiſſis pono aliquas concluſiones:quarum Prima eſt. Voluntas in via apprehendens beatitudinem : ſiue in vniuerſali ſiue in particulari/non ex neceſſitate vult illam.probatur ſic:voluntas eſt libera:et a nullo creato neceſſitari poteſt ad exercitium actus. quod patet:quia nullus habitus poteſt voluntatem neceſſitare ad exeundum in actum conformē illi habitui quomodo ꝓbat beatus Auguſtinus primo

de libero arbitrio.c.xix.ꝙ nullus poteſt cogere mẽtem ſeruire libidini.nec diſcrimẽ ponit inter cogere ⁊ neceſſitare.ſed tãtũ põt habitus reſpectu neceſſitationis actꝰ quantum obiectũ aliquod creatũ.igitur. Maior patet/ quia dato oppoſito aliquis poſſet neceſſitari ad mentiẽdũ/adulterandũ/⁊ ſimilia faciẽda ex malo habitu: et ſic volũtas nõ eſſet libera/nec domina ſui actus. Dicis. volũtas fuit libera a pricipio:ſed poſtꝙ habitũ acquiſiuit/nõ eſt domina ſui actus. Obijcio.ſic plerıqꝫ neceſſitarent ad malum quod eſt falſum. Item ſic volũtas nõ merebitur volẽdo beatitudinem ſic oſtenſam: cũ actus ille nõ ſit liber. Tertio eſt cõtra experiẽtiã.quilibet eñi experitur vt opinor ſe poſſe apprehendere in via tã beatitudinẽ formalẽ in vlı ⁊ in ꝑticulari ꝙ deũ nullũ actũ voluntatis a tali obiecto eliciẽdo.ergo ſaltem reſpectu illius obiecti volũtas eſt libera libertate ꝯtradictionis. Preterea ſi volũtas neceſſario velit finem ſic apprehẽſum:neceſſario volet illã apprehenſionẽ ſine qua nõ põt illum velle.qui eñi efficaciter vult aliquem finẽ:neceſſario vult oĩe illud ſine quo finis ille haberi nõ poteſt vt ſi is qui efficaciter vult ſanitatẽ iudicet a neceſſarium ad ſanitatem conſequendã:ex neceſſitate vult a. ❡ Secunda cõcluſio problematica. Probabile eſt ꝙ voluntas nõ poteſt nolle beatitudinem formalẽ in vniuerſali. Probat̃ hec concluſio. Nemo põt velle illud in quo nulla eſt ratio boni:ergo nec nolle illud in quo nulla eſt ratio mali.cõſequentia tenet quia idẽ eſt vtrobiqꝫ:⁊ antecedens oſtẽditur per beatum Dionyſium.iiij.de diuinis nominibus dicẽtem ꝙ nullꝰ operatur ad malum aſpiciẽs ⁊ primi Ethicorũ primo dicit̃. Omnia bonũ appetunt: hoc eſt ſolum bonũ verum vel bonum apparẽs eſt obiectum voluntatis in volẽdo. Sed dicis. licet beatitudo ſic concipiatur bonũ/optimũ ſatiatiuum volũtatis ⁊ intellectus ⁊ totius potẽtie:tamẽ poteſt apprehẽdi aliqd diſplicens in eo. Hoc ſecludendo pono ꝙ nihil tale ſit in illo:vel tale nõ apprehendat̃. Poteſt tñ quis nõ improbabiliter tenere oppoſitũ iſtius cõcluſionis: dicendo ꝙ voluntas ad experiendã ſuam libertatẽ poteſt hãc beatitudinem ſic apprehenſam nolle ⁊ malũ velle/ad capiẽdum experimentũ libertatis ſue.⁊ ad btm̃ Dionyſium dicatur. Nemo operatur ad malũ aſpiciens. hoc eſt ſolum fingendo aſpectũ ad malitiam.modo iſte habet aliud motiuũ/ſcꝫ libertatis experiende. Dixi(nõ improbabiliter)quia ſic dicentẽ nemo poteſt cõuincere. oppoſitum tamen eſt cõmunius. ❡ Tertia concluſio. Voluntas poteſt deũ odio habere ꝑ accidens. Probat̃. in deo poteſt apparere voluntati aliquid diſplicens.ſed omne diſplicens poteſt volũtas ſibi relicta cum influentia dei generali nolle.igit̃. Maior ꝓbat̃:qꝛ põt diſplicere volũtati inordinate ꝙ deus nocentẽ puniat: lꝫ iuſtiſſime puniat.⁊ hoc deũ odio habere in eiꝰ effectu vel ĩ effectu iuſtitie eiꝰ:qđ ꝓ eodẽ capiũt. Scđo arguitur ad idẽ. Omẽ malũ pene vel culpe poteſt eſſe obiectũ odij.ſed ille cruciatus eſt malum pene ipſi pugnito.igitur. Et vltra penam odio habens põt odio habere inflictorem illius pene.ſꝫ deꝰ eſt ĩflictor illiꝰ pene. Et pꝫ iſtud ꝑ illud Pſalmographi. Supbia illoꝝ q̃ te oderũt aſcendit ſẽꝑ.pſal. lxxiij. Inſuꝑ Iudei Chriſtũ oderũt in hũanitate aſſumpta:ꝙ deũ per accidẽs.hinc dicitur Ioã.xv. Nunc aũt ⁊ viderunt ⁊ oderunt me ⁊ patrem meum. ❡ Sed quia beatus Tho.ſcđa ſecũde.q.xxxiiij.ar.primo dicit ꝙ aliqui ſunt effectus dei qui nullo modo poſſunt eſſe cõtrarij voluntati humane/quia eſſe viuere ⁊ intelligere ẽ appetibile ⁊ amabile oĩbus qui ſunt quidam effectus dei. vnde etiã ꝭm ꝙ deus apprehenditur vt auctor horum effectuum:nõ poteſt odio haberi. Contra hoc ſit. Quarta ꝯcluſio. Deꝰ apphẽſus ꝭm p̃dicta eſſe viuere/⁊ alia q̃ creaturis ꝯmunicat/poteſt odio haberi. Probatur.nã aliquibus diſplicet ꝙ eſſe ⁊ viuere habeãt immo appetunt non eſſe. vt Architophel/ Saul. Cato.⁊ ſimiles qui ſibi mortem conſciſcunt:quibus poteſt diſplicere auctor vite qui eſt deus: ergo deus apprehenſus vt auctor vite poteſt odio haberi. Sed dicis. hoc eſt de per accñs quia tales volunt liberari a pena. Inſto. hoc nõ ſoluit: quia deus apprehenſus vt punitor peccatorũ/põt odio haberi a voluntate inordinata:⁊ hoc nõ niſi quia diſplicet voluntati ꝙ deus puniat.ſed ſic eſt in ꝓpoſito de datione vite ⁊ eius cõſeruatione.igitur. ❡ Quinta ꝯcluſio. Deus apprehenſus vt benefactor:bonus/⁊ ſic de ceteris p̃dicatis q̃ nullam diſplicentiam dicunt reſpectu volũtatis create:nõ poteſt odio haberi. ꝓbat̃.nihil mali vel diſplicens volũtati create importat̃ in illis p̃dicatis:ergo ꝭm illas apprehenſiones non põt odio haberi. Forte dicis diſplicẽtia eſt in hoc poſtꝙ placet volũtati nolle illud:quia nihil diſplicet volũtati ex natura rei: ſed ſolum quia placet voluntati. Cõtra hoc eſt ſecunda cõcluſio ⁊ eius ꝓbatio:que tñ non eſt ſic efficax/ quin oppoſitum ſit probabile:vt illic dicebatur. ❡ Sexta ꝯcluſio. Si intellectus intelligat deum ſub ratione cõueniẽtis:ſequitur cõplacentia in voluntate.hoc eſt dicere ad notitiam dei ſimplicẽ ſequitur quedã cõplacentia dei. quod patet:quia ad omnem notitiam ſimplicẽ obiecti cõuenientis ſequitur cõplacentia:⁊ ad notitiam ſimplicem obiecti diſconuenientis ſequitur triſtitia: ſi autem obiectum intuitiue videat̃ ſequitur maior cõplacentia nã multi tenent ꝙ oĩs talis cõplacentia eſt naturalis.

## ❡ Contra primam concluſionem ob

ijciam argumentis Middiltoni. Primo auctoritate beati Auguſtini.xiij.de trinitate.c.v.dicẽtis ꝙ oẽs appetũt beatitudinem.⁊ in.c.viij.eiuſdem dicit ꝙ ad hoc natura ꝯpellit:⁊ immutabiliter creator hoc indidit.⁊ hoc corroboratur ex eo ꝙ cũ minus ille de quo refert aug. ꝓmiſiſſet explicare intentionem oĩm venientiũ ad forum: ac ſi diceret omnes ementes velle vili precio emere:⁊ venditores care vendere. reſpondit Auguſtinus:melius dixiſſet omnes velle eſſe eſſe beatos.ergo omnes naturaliter beatitudinẽ appetunt. ❡ Reſpondet̃. ſermo eſt illic de appetitu naturali. ⁊ quia libera actu elicito crebro eſt cõformis appetitui naturali:poteſt dici ꝙ omnes actu elicito volunt cõformiter beatitudinem: lꝫ non ſit neceſſarium eã velle:quia poſſunt ipſam nõ velle nõ tamen propterea ꝙ ſubiectũ determinatur ad oppoſitum. ❡ Secũdo arguitur. Omnes hoĩes natura ſcire deſiderant. vt dr̃ p̃mo metaphyſice.ſed nõ minꝰ naturaliter deſiderãt btitudinem.igit̃.⁊ roborat̃ ꝑ gloſ.ſuꝑ illo pſu. Beata gẽs.q̃ dicit ꝙ aĩus ẽ naturaliter capax beatitudinis ❡ Ad p̃mũ dr̃ ꝙ illa ꝓpõ intelligit̃ de deſiderio naturali/⁊ actu elicito ei ꝯformi q̃ ad aliquẽ ſenſum põt dici naturalis ꝓ quãto ſcꝫ elicit̃ ꝯformiter ad inclinationẽ naturalẽ.⁊ ſic volitio comedẽdi tꝑe famis diceret̃ naturalis.ſed magis ꝓprie actus dr̃ liber. de noĩbus autem nõ eſt vis. Ad dictũ gloſſe/ꝯcedo ꝙ aĩus naturaliter eſt capax beatitudinis:qꝛ eſt eius ꝑfectio. ſed dꝫ arguens ꝓbare ꝙ illã beatitudinẽ naturalit̃ efficiat. ❡ Preterea ſic argumẽtor.poſito ꝙ intellectus aſſentiat̃ antecedẽti huius ꝯñe.oĩe dulce eſt guſtandũ:ſed mel eſt dulce:voluntas neceſſitatur guſtare.vij. Ethicoꝝ. ſed tantum finis allicit voluntatẽ ad volendũ ipſum ꝙtum iudiciũ vl'e ⁊ ꝑticulare. ❡ Rñdetur negando ꝙ voluntas neceſſitatur velle guſtare immo põt nolle guſtare ſtante iudicio vniuerſali et particulari circa operationem.



Ariſtoteles autẽ intelligit vt cõmentator exponit.cõmento.xj.quãdo vita concordat cum ratione.

## ❡ Contra ſecundam concluſionem ar

guit̃. Omne illud poteſt eſſe nolitũ a volũtate qđ intellectus dictat eſſe nolẽdum. ſed intellectus poteſt dictare beatitudinem eſſe a Petro nolẽdã:ergo Petrus poteſt nolle beatitudinẽ. Preterea Petrus poteſt nolle beatitudinẽ in vniuerſali apprehenſam Paulo ineſſe: ergo ſibi ipſi.tenet conſequẽtia. qꝛ quicqđ volũtas poteſt nolle indiuiduo alicuius ſpeciei/poteſt ſibi nolle. ❡ Ad priorem harũ rationũ negat̃ maior:niſi vere dicet̃/vel ſaltẽ niſi cũ apparẽtia dicet̃. Ad ſecũdũ ꝯcedo aña/ex inuidia ſcꝫ vel paſſiõe vel ex libertate volũtatis.ſed nego cõſequẽtiã: qꝛ amor erga nos eſt naturalior ꝙ erga alios. hic amicabilia ad alios referũtur ad amicabilia q̃ ſunt ad nos.ix. Ethicoꝝ. Nemo eñi eſt ſibi ſcđs. ❡ Inſuꝑ arguit̃ ſic. dãnatꝰ põt ꝯformare volũtatẽ ſuã voluntati diuine.ſꝫ deꝰ nult dãnatũ hr̃e btitudinẽ: ergo dãnatꝰ põt nolle btitudinẽ. Et eodẽ mõ in via ſi deus reuelet alicui p̃ſcito ⁊ exiſtẽti in gr̃a:ꝙ ipe nũꝙ habiturꝰ ſit btitudinẽ: is põt nolle btitudinẽ.qđ ꝓbo:qꝛ põt ꝯformare volũtatẽ ſuã voluntati diuine in particulari cognite. Rñdet̃. iſte rõnes ꝓbabiliter ſuadẽt oppoſitũ ꝯcluſiõis:quapropter eã tenuimꝰ ꝓblematicã. Scđo loquor de viatoribꝰ ꝭm legẽ cõem. Tertio dico ꝙ iã eẽt rõ mali ⁊ nolẽdi in btitudine cũ nõ poſſet velle ſic apphẽſa.⁊ ita nihil ꝯ ꝯcluſiõnẽ. ❡ Preterea arguit̃. Aliqs viator de cõi lege põt velle miſeriã:⁊ tñ beatꝰ Augu.xiij.de Trinitate.⁊ in lr̃a huiꝰ diſtinctionis cõparat miſeriã quo ad velle:cũ btitudine quo ad nolle. Aſſumptũ patet:qꝛ miſeriã culpe volũtas põt velle:⁊ miſeriã pene volũtas põt velle:⁊ totũ aggregatũ:⁊ nulla eſt alia miſeria:ergo propoſitũ. Qꝛ miſeriã culpe volũtas poſſit velle: ꝓbat̃ ſic. hũc actum volũtas põt velle:hic actꝰ eſt miſeria culpe.igit̃. De cruciatu ⁊ pena eodẽ mõ oſtẽdit̃.nã bene ſequit̃: Sortes peccat:ergo Sortes punit̃ vel puniet̃:theologice loquendo de lege.⁊ aña eſt volitũ:⁊ volũtas põt velle ꝯñtiã bonã:ergo põt velle ꝯñs. ❡ Rñdet̃ ꝯcedẽdo ꝙ volũtas põt miſeriã culpe ⁊ pene velle/⁊ aggregatũ:de aliq̃ pena.ſꝫ dari põt pena tã atrox(vt arbitror)vt ſi eã volũtas eẽt expta:ipãꝫ nõ poſſet velle ex tota libertate ſua:q̃cq̃d homines ore dicãt de inimicis ſe velle eos poſſe occidere: et ea lege velle dãnari in orco cũ Plutone. Beatꝰ Aug.aũt ꝑ miſeriam ĩtelligit aliqđ in quo nullũ eſt ſpecimen boni. hoc eſt accipiẽdo oppoſito mõ ad bonũ veꝝ/vel bonum apparẽs. ❡ Adhuc arguit̃. demõſtratis a. maiore bono ⁊ b. minore bono ĩcõpoſſibilibꝰ:⁊ taliter apphẽſis in ĩtellectu q̃liter illa bona ſe habẽt in re: voluntas põt velle b.ſed in b. nulla eſt rõ boni.qđ ꝓbo:qꝛ minꝰ bonũ maiori bono comparatũ nõ hꝫ rõnẽ boni. ❡ Rñdet̃. hoc argumẽtum nõ mouet.vtrũqꝫ eñi illorum eſt bonũ. Ioãnes Buri.in.iij. Ethicoꝝ dicit ꝙ volũtas non põt acceptare minꝰ bonũ/maiore relicto.qđ falſum iudico.nã maius bonũ nõ neceſſitat volũtatẽ ad ipm̃ volẽdũ:imo põt voluntas ipm̃ recuſare/qua recuſatiõe facta volũtas põt velle minus bonũ. ❡ Vltimo arguit̃ ad idẽ.p̃ſentet̃ b. volũtati ꝑ intellectum ſine a.iã volũtas põt velle b.qđ ꝓbat̃.qꝛ b.eſt bonũ ex hypotheſi:⁊ ꝑ ꝯñs obiectũ volũtatis in volẽdo. ſtãte volitione circa b.bonũ:ſuꝑueniat a.bonũ melius: adhuc volũtas poteſt continuare velle circa b.quia non neceſſitatur velle a.ergo eodem mõ elicere poterat velle reſpectu b.in preſentia a.obiecti ab initio.

## ❡ Tertia concluſio impugnatur ſic.

Intellectꝰ iudicat/deũ nõ eſſe:eſſe ĩpoſſibile.ergo volũtas nõ põt velle deũ nõ eſſe:vel nolle deũ eẽ. Rñdet̃. hoc argumẽtũ depẽdet ex duabꝰ opiniõibꝰ recitatis in diſt. vj. Secũdi.iuxta vnã ſolutionem.ꝯñtia eſt nulla. iuxta aliã quis põt habere nolle cõditionale qđ ad ꝑtiñ ſufficit.ſ.ſi eſſet poſſibile:nollẽ deũ eſſe/ vel vellem deum nõ eſſe ſi eſſet poſſibile.

## ❡ In quartam cõcluſionem obiicitur.

teſte btõ Augu.ij.de ciui.dei.c.xxvij.q̃libet naturaliter ⁊ neceſſario appetit eſſe/⁊ eſſe beatꝰ/et nõ falli. Rñdet̃. btũs Aug.ĩtelligit de appetitu naturali:⁊ plerũqꝫ in appetitu libero. Aliqui tñ inordinate volentes q̃ ſibi mortẽ cõſciſcũt:volũt ſe nõ eſſe ꝑ accidẽs. Per ſe eñi a triſtitia liberari petũt:nõ habẽtes reſpectũ ad malũ qđ ſequit̃.

## ❡ Contra quintam concluſionem ar/

guit̃. Ipſa tertie repugnat;ergo eſt male poſita. Aña ꝓbat̃:qꝛ deꝰ aliquo mõ apphẽſus põt eſſe obiectũ odij ⁊ odio haberi.ſcđm aliã apprehẽſionẽ nõ põt eſſe obiectũ odij ſed dilectiõis.ergo q̃s põt aliquẽ ſimul odio hr̃e et diligere.⁊ ſic q̃litates ꝯtrarie erũt in eodem ſubiecto.qđ eſt falſum. ❡ Rñdet̃ negãdo aña:⁊ ad ꝓbationẽ ꝯcedo ꝙ q̃s põt deũ ꝓpẽq̃ odio rõne vniꝰ qđ ſibi diſplicet:⁊ deũ diligere rõne alterius qđ placet. nec vllo mõ ĩter hec eſt ꝯtrarietas:qñ volitio ⁊ nolitio a varijs apprehẽſis obiectis quoꝝ vnũ placet et aliud diſplicet/oꝛtũ habẽt. obiectũ aũt ꝑ ſe iſtoꝝ actuum volũtatis nõ eſt idẽ:qꝛ punitio dei vel ꝓhibitio pctõꝝ eſt obiectũ nolitũ in vno:⁊ dei beneficẽtia obiectũ in alio.⁊ licet in re idẽ ſit obiectũ numero/nõ refert: qꝛ cũ illud obiectũ ꝭm vnã ꝯſideratiõnẽ ſit volitũ:et ꝭm aliã nolitũ:nulla eſt cõtrarietas. qꝛ idem ſit obiectũ realiter/patet:qꝛ punitio dei actiua eſt deꝰ:⁊ beneficentia ⁊ bonitas dei eſt deus. Sed cõtra hoc arguitur. punitio dei eſt a voluntate nolita et punitio dei eſt deus bñfactor: ergo deus benefactor eſt a volũtate nolitꝰ.ꝯſequẽtia eſt ſyllogiſmꝰ expoſitorius: faciendo premiſſas ſingulares. Dicis. male ꝯcludit̃:qꝛ inferre oportet:ergo deꝰ bñfactor eſt punitio a volũtate nolita:qꝛ punitio eſt ſubſtãtiuum(nolita). Contra. fiat ſic diſcurſus. Hec punitio dei eſt a volũtate obiectũ nolitũ:hec punitio dei eſt deus ſummus: ergo deꝰ ſummꝰ eſt a volũtate obiectũ nolitũ. Hoc ꝯcedit̃.ſed nõ eſt nolita dei ſummitas. hoc eſt:nolitio nõ cadit ſuꝑ dei bonitatẽ ⁊ ſummitatem. et ſic in talibꝰ ſyllogiȥare potes. hec punitio dei eſt obiectũ ꝑ ſe nolitũ a voluntate:⁊ hec punitio dei eſt tota bonitas dei: ergo tota bonitas dei eſt obiectũ ꝑ ſe nolitũ a volũtate. Similiter ſic argumẽtari potes. deꝰ inquantũ punitor peccatorũ ꝑpetuus poteſt odio haberi: deus inquãtũ ꝑpetuus punitor pctõꝝ eſt deus inquãtum benefactor: ergo deus inquãtũ bñfactor põt odio haberi. Ad hoc autem iã patuit reſponſio in valore.

❡ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Octaua.

OCtauo proſequendo eãdẽ materiã q̃rit̃. An ĩtellectꝰ clare vidẽs deũ poſſit nõ delectari / vel deũ nõ diligere. Rñdet̃ ꝑ ꝯcluſiones: quaꝝ Prima eſt. Aliquis eſt intellectꝰ clare vidẽs deũ q̃ nõ poteſt diligere deũ. vt intellectus increatꝰ. deꝰ enim ex neceſſitate eſt beatꝰ. ❡ Secũda ꝯcluſio. Poſſibile eſt ĩtellectũ creatũ deũ videre clare:⁊ non gaudere/ nec deũ diligere. ꝓbatio pendet ex ſuꝑius dictis in hac diſtinctione. nã cũ illa diſtinguat̃: deꝰ põt non ꝯcurrere

ad vnũ/ɔcurrẽdo cũ alijs. ¶ Tertia ɔcluſio. Non eſt naturaliter poſſibile ꝙ aliqs videat deũ ⁊ nõ gaudeat/vel deũ nõ diligat. multi tñ tenẽt ɔtradictoriã iſti⁹ cõcluſionis. plures etiã ad hãc cõcluſionẽ apponũt rõnes parui momẽti. ¶ Paludan⁹ eñi ad eã ponit q̃nq̃ rõnes. quarũ Prima eſt. ſicut principiũ in ſpeculabilib⁹: ita finis ĩ agibilib⁹. ſed intellect⁹ nõ põt nõ aſſentiri ꝓmo ꝑncipio: ergo volũtas nõ põt nõ ferri ĩ finẽ vltimũ. Ad quã reſpõdeo: ꝙ argumẽtũ a ſimili crebro claudicat vno pede. nec eſt oĩno ſimile/ qꝛ notitia apphẽſiua termioꝝ ⁊ ĩtellect⁹/ mere naturaliter ꝓducunt aſſenſum ꝓpoſitionũ ꝑ ſe notaꝝ: nõ ſic aũt obiectũ voluntatis. ſed in hoc eſt ſimilitudo: ꝙ ſicut aſſentimur ɔcluſiõib⁹ ꝓpter ꝑncipia a q̃bus eliciunt̃: ſic finis eſt cã q̃re opamur circa ea q̃ ad finem ordinant̃. ¶ Scdo arguit. obiectum qd̃ adequat vel ſuperat totã capacitatẽ potentie mouet ipſam neceſſario. huiuſmodi autẽ eſt deus clare viſus. Ad hoc dicitur ꝙ deus nõ mouet ſm extremũ ſue potẽtie: qꝛ põt paꝝ mouere vel multũ. vt ꝑꝫ de cõcurſu eius cũ cauſis ſecũdis parue actiuitatis. licet eñi de⁹ ſit infinit⁹: non tñ ɔcurrit infinite/ſed finite. ¶ Tertio arguit. ſicut ſe hꝫ voluntas viatoris ad btĩtudinẽ in cõmuni: ſic volũtas cõprehẽſoris ad btĩtudinẽ q̃ eſt in deo. ſed nullus poteſt nõ amare btĩtudinẽ ꝑſentatã in cõmuni/in via. igit̃. Ad hoc ſuperius rñdimus. Ipſe eñi inſequit̃ Middiltonũ: nec oportet aliud ei rñdere. ¶ Quarto. qua rõne beat⁹ põt non amare deũ: dãnat⁹ põt nõ odio hr̃e ſuã penã: ⁊ ſic poteſt min⁹ puniri. Concedere t̃ ɔſequẽs ſi de⁹ nõ aliter neceſſitaret dãnatũ q̃ʒ relinq̃ẽdo cũ libertati ſue. Ulterius dico ꝙ hec rõ ſine põdere eſt adducta: qꝛ dãnat⁹ nõ videt deũ: ⁊ opꝫ dare aliqd in dãnato: rõne cui⁹ pena ei⁹ continuet̃ ꝑpetuo. ¶ Quĩto. ſi nõ ferret̃ in deũ dilectiõe vel delectatiõe/aut hoc eẽt ꝑ actũ ɔtrarium poſitiuũ: qd̃ eſt ĩpoſſibile. ſ. reſpuere bonũ vbi nulla occurreret rõ mali. aut ꝑ actũ ꝑuiũ quo vellet nõ ferri in illud. ⁊ hoc non eſt poſſibile: qꝛ non põt iudicare eſſe bonũ/nõ ferri in illud. aut ſimpliciter ſuſpẽdẽdo actũ elicitũ vel eliciendum: ⁊ hoc eſſet moueri cõtra iudiciũ rationis. Reſpõdet̃. dicerẽt alij ꝙ poſſet ſuſpẽdere omnẽ actum voluntatis ex libertate ſua: nec vllum inconueniens eſſe nullum actum habere ad iudicium rationis.

¶ Suadetur tamen aliter cõcluſio. Primo ſic. Aliqd̃ obiectũ ſic volũtatẽ mouet vt nõ poſſit volũtas ipm nolle/ex q̃ſtiõe ꝑcedẽte: ⁊ aliqd̃ obiectum magis allicit q̃ʒ aliud in ſui amorẽ: ex eadẽ q̃ſtione. qꝛ illud obiectũ qd̃ volũtas nõ põt reſpuere/multum voluntatẽ ipſam allicit ⁊ trahit in ſui amorẽ. Hinc nõ deſunt eruditi viri dicẽtes btĩtudinẽ formalẽ neceſſitare volũtatem ĩ ꝓſequutionẽ ſui. vt ꝑꝫ tũ in hac q̃ſtiõe ex Petro Paludano/ ⁊ Middiltono in q̃ſtiõe ꝑcedẽti: tũ in aliqb⁹ locis btĩ Thome/ q̃bus viſus eſt idẽ tenere. q̃re dari poteſt obiectũ aliquod qd̃ magis trahit volũtatẽ in ſui amorẽ q̃ʒ btĩtudo formalis: ⁊ nõ põt dari obiectũ qd̃ magis attrahat q̃ʒ deus clare viſus. ergo deus clare viſus voluntatẽ neceſſitat ad ꝓſecutionẽ ſui. ¶ Secũdo arguit̃ ad idẽ. ¶ Difficilius voluntas euellit̃ a ſuo obiecto qd̃ eſt ſibi cõueniẽs q̃ʒ ab illo qd̃ eſt ſibi diſcõueniẽs: ſicut difficilius euellit̃ a ſenſualitate vel ab appetitu naturali q̃ʒ ab alio obiecto. ergo aſcẽdẽdo in obiectis cõueniẽtibus in ordine ad voluntatẽ creatã dabit̃ vnũ obiectũ voluntatẽ neceſſitãs ſi apprehẽdat̃: ⁊ non põt dari obiectũ tã cõueniẽs voluntati create q̃ʒ eſt deus: nec tãtum ipſam mitigãs: ergo deus eſt tale obiectũ ſi clare videat̃: qd̃ nõ poteſt nõ diligi. ¶ Tertio: hoc modo ſeruat̃ ꝑpetuitas beatitudinis. nec opus eſt fugere ad aliud: ergo hec ſententia eſt rationabilis. ſed illud nõ concludit: qꝛ ꝓ dãnatis aliud dare oportet. ¶ Quarto arguit̃. hoc eſt honeſtius reſpectu dei qd̃ eſt tale obiectum in ſe vt ſic clare videat̃/non poſſit non diligi. et magis quadrat cũ ratione ⁊ experientiã in rebus alijs. vt patet in ſecundo argumẽto. Teneo itaq̃ʒ ſecundã concluſionem: que eſt mihi multo veriſimilior q̃ʒ oppoſita.

¶ Contra eã aliorũ rationibus obiicitur. Primo. Unius potẽtie eſt ſolus vnus modus agendi: ergo voluntas ſolũ agit libere ⁊ cõtingẽter. Dico hoc argumẽtum eſſe cõtra ipſos arguẽtes. ⁊ ratio eſt: qꝛ voluntas cõcurrit partialiter ad ſuã beatitudinẽ ſm eos. ⁊ ſi cõtingẽter cõcurrat poteſt ſe nõ btĩficare. qd̃ eſt falſum. ergo ex neceſſitate concurrit. Neceſſitas enim non repugnat voluntati reſpectu obiecti aliter ꝑſentati. nũquid actus ꝓducitur contingenter in vno inſtãti qui de neceſſitate durat per tempus: ſic enim dicere oportet. ¶ Secundo arguit̃. Clara apprehenſio finis non videt̃ eſſe niſi maior approximatio actiui: ergo non neceſſitat/ ſed intẽdit actionẽ. Concedo antecedens: qꝛ idẽ eſt obiectũ vie ⁊ patrie/ſed aliter apprehẽſum. nec eſt maior approximatio entitatiue/ ⁊ localiter: ſed maior in cognoſcẽdo ⁊ clarior: ⁊ ꝑ ɔſequens maior attractio. ſicut pulchrũ viſibile vel audibile intuitiue cognitũ plus mouet potẽtiã q̃ʒ in notitia abſtractiua et ficta apprehenſiue cognitum. iſte autẽ dilectiones ſcꝫ vie et patrie/ſpecie diſtinguunt̃/vt poſtea dicemus. ¶ Tertio arguit̃. Deus non agit neceſſario ad hãc dilectionem: qꝛ nihil agit neceſſario ad extra. nec voluntas: qꝛ eſt agẽs cõtingẽs. Dico. ſi arguẽs huic argumẽto innitat̃: cõcludet cõtra ſeipſm ꝙ beatitudo ceſſabit in patria. Uolumus dicere. ſi de⁹ cõcurrat: ⁊ creatura rõnalis videat deũ: de neceſſitate attrahet̃ ad dilectionẽ dei. ¶ Quarto arguit̃. Deus clare viſus poteſt cõcipi ſub rõne diſplicẽtie: ergo deus clare viſus poteſt nõ diligi. Reſpõdet̃ negãdo antecedens ſm cõmunẽ legẽ: ⁊ etiã conſequẽtiã: qꝛ viſio dei et deus ipſe tã ꝑfectus entitatiue ſic volũtatẽ ad ſe trahit/vt nõ poſſit nõ diligere. Addã preterea in prima diſtinc. primi/ varia argumẽta cõtra cõcluſionẽ hãc facit. ſed quia nõ ſunt magni ponderis ipſa dimitto. Ego ſic in propoſito imaginor. Longe ĩcõparabiliter eſt maior attractio rei ſpiritualis pulcherrime entitatiue q̃ʒ rei corporalis: et ĩ illa eſt maior cõplacentia: quomõ difficile eſſet viro caſtiſſimã ⁊ optimã ac pulcherrimã matronã habẽti eam non diligere apprehenſam: in caſu quo ope ſui viri egeret: cũ longe plus voluptatis ſpiritualis habeat ſi videatur ab anima ſeparata q̃ʒ hec caſtiſſima mulier in ordine ad ſuũ virũ. ⁊ ſic aſcendẽdo ꝑ omnes angelos ſemper erit maior attractio ⁊ libera ꝑ creaturas omnes. tãdem deũ videndo: primo erit naturalis vel neceſſaria attractio volũtatis create ad eum. et ita Paulus in raptu ex neceſſitate deum dilexit.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Nona.

NOno in hac diſtinctione quero. An voluntas efficientiam habeat reſpectu ſue beatitudinis. Reſpondetur. Duplex eſt hic ratio opinãdi tam apud antiquos theologos q̃ʒ neotericos ſatis cõmunis. altera eſt ꝙ voluntas non concurrit actiue ad productionem ſue beatitudinis: ſed pure paſſiue ſe habet. et btĩtudo a ſolo deo ꝓducitur. quo nõ obſtãte anima eſt potẽtia operatiua reſpectu beatitudinis. hoc eſt: tendit in obiectum beatificum mediante tali qualitate: et per conſequẽs paſſiue ⁊ operatiue ſe habet reſpectu beatitudinis: nõ autem actiue in productione eius.

¶ Contra hoc arguitur. Ex illa poſitione ſequitur ꝙ habitus vitaliter immutaret potẽtiã. conſequens eſt falſum. probatur tamen conſequentia: qꝛ ad actum non requiritur concurſus potẽtie: ſed ſatis eſt ꝙ potentie inhereat. ſic eſt de habitu. igitur. Reſpõdetur. hoc argumentum non vinceret: qꝛ ꝑ habitũ potẽtia non actualiter tendit in obiectum. ſecus eſt de actu. Contra hoc arguitur. ſi ponatur ꝙ potentia pure paſſiue ⁊ operatiue ſe habeat reſpectu beatitudinis: hoc ideo eſt/ qꝛ potentia poteſt deſiſtere ab opatione ſua. ꝓpterea enim alij hãc poſitionẽ ponunt. ſed hoc non: quia deus poteſt neceſſitare potentiã maxime liberã/ſcilicet voluntatem ad producendum actum: vt legimus de Balaam ad petitionem regis Balaac populo dei maledicere volente: quem deus cogit populo benedicere. vt ſcribit̃ Numeri. xxij. xxiij. ⁊. xxiiij. Hoc ipm putabat Maro. vj. Eneidos de Cumana Sibylla: ꝙ neceſſitabat̃ ab Apolline ꝓferre obſcura: ſicut Balaã neceſſitabatur benedicere populo dei quẽ Balaac maledicere volebat. Sic ĩquit poeta. Talib⁹ ex adyto dictis Cumea Sibylla Horrendas canit ambages: antroq̃ʒ remugit Obſcuris vera inuoluens. ea frena furenti Concutit: et ſtimulos ſub pectore vertit Apollo. Si ingenioſus poeta hoc ſuo idolo attribuit: quare hoc non attribuemus vero deo? Inſuꝑ licet deus creet ſe ſolo beatitudinẽ: adhuc creatura beata poteſt nõ vti illa beatitudine: ergo ꝑ hoc ꝙ deus ꝓducit ſe ſolo beatitudinem/non ſaluat̃ adhuc quin volũtas ſit ita libera in continuatione beatitudinis/ ac ſi educeretur de potẽtia materie. ergo ſuperfluit dicere ꝙ deus ſe ſolo ꝓducit beatitudinem. Forte diceſ. ſi de⁹ ſe ſolo actum ꝓducat potentia non poteſt vti illo actu. Contra hoc argumentor. pono ꝙ illã qualitatem que eſt deceptio/ꝓducat deus extra ſubiectum. hoc enim poteſt: qꝛ illã rem in genere qualitatis vel accidẽtis extra ſubiectum ꝓducere poteſt: ⁊ anima eſt ſuſceptiua illius qualitatis: cum ſimilem in ſpecie recipere poſſit ſi anima reſpectu illius efficiẽtiã habeat. Tunc ſic. Uel anima poteſt non concurrere cum illo actu: ⁊ habeo intentum: vel ex neceſſitate cum illo actu tendit in obiectum: ⁊ ſic ſine culpa deciperet. qd̃ non videtur cõcedẽdum. Dicis. anima ex neceſſitate tendit in obiectum cum illa qualitate. Obijcio. deus poteſt non agere ad illã tendentiã: et tendere in obiectum: cum tendere actionem importet/licet anima nihil ꝓducat de nouo: ⁊ ad omnem actionem ad extra deus mere cõtingenter agat. ¶ Preterea ſecũdo arguit̃. ex hac poſitione ſequit̃ ꝙ deus ſolus ꝓduceret penã dãni in dãnatis. conſequens eſt inconueniẽs. probo conſequentiã ſicut tu ꝓbas concluſionem. alioq̃n ſequit̃ ꝙ voluntas poteſt deſinere a beatitudine ſua/ſi ſe ſolo beatitudinem producat. Similiter ſequit̃ ꝙ dãnati poſſunt ceſſare a ſua pena: ſi efficientiã habeãt reſpectu illius. ⁊ ꝑ conſequens oportet dicere conſequẽter loquẽdo ꝙ deus ſe ſolo ꝓducat penã totã in dãnatis ⁊ odium dei ſe ſolo: qd̃ continuo aſcendit. Illud eñi Ockã. q. xix. Secũdi cõcedit. ſed in. vij. diſtin. eiuſdem ꝓlixius reprobo: qꝛ illic materie de obſtinatione demonum eſt ſuus et peculiaris locus: hic autem ſolum incidẽter ratiõe beatitudinis. ¶ Ulterius argumentor ſic. Ex concluſione ſequit̃ ꝙ beati plus beatificabunt̃ q̃ʒ meriti ſint. ſed hoc eſt inconueniẽs. ꝙ ſequat̃: patet. nã ſic deus ſe ſolo ꝓduceret beatitudinem: ⁊ tamẽ cum hoc beati poſſunt videre deum/ ⁊ diligere deum clare viſum ex naturalib⁹: ergo creatura ꝓ actu ſuo habebit duplex premiũ. Reſpõdet̃. dilectio dei in patria ꝓducta a beato non eſt ꝑmiũ. Sed obijcies. viſionẽ dei in patria/creatura partialiter efficit: ergo ⁊ dilectionem. Hoc negat̃ de viſione beatifica. nã viſio beatifica/ ⁊ dilectio beatifica a ſolo deo ꝓducit̃. Intellectus tñ ⁊ voluntas poſſunt viſionem ꝓducere pariter ⁊ dilectiõem: ſed neutra earum erit beatifica. Contra hoc arguit̃. capio viſionẽ ad quã cõcurrit creatura btã que dicat̃ b. viſio beatifica dicatur a. Tunc ſic a. ⁊ b. ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime entitatiue. ſed a. eſt beatifica: ergo ⁊ b. q̃ ſint eiuſdem ſpeciei/oſtendit̃: qꝛ ſunt in eadem potentia reſpectu eiuſdẽ obiecti: et equaliter in obiectum tendũt equaliter approximatum. hoc addo ꝓpter notitiã intuitiuã ⁊ abſtractiuã eiuſdẽ obiecti. ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. hoc enim ſufficit ad idẽtitatem ſpecificã. Reſpondet̃ negãdo ꝙ a. et b. ſint eiuſdẽ ſpeciei. ſed a. eſt ſuꝑioris ſpeciei ad quã creatura efficiẽtiam habere non poteſt. Inſuꝑ Chriſtus actiue agit ad ſuã beatitudinẽ: qꝛ meruit ſibi dotes corporis et exaltationem ſui nominis/ ⁊ nobis. vt patet ex tertio et ex hoc quarto in materia ſacramentoꝝ. ⁊ nemo meret̃ ꝑ opus a ſolo deo cauſatũ. qꝛ illud op⁹ non eſt in poteſtate noſtra. ¶ Ecce qualiter defendi poteſt beatitudinem eſſe oĩno a deo in genere cauſe efficiẽtis. Sed hãc poſitionem nõ teneo. nã rõnes eius nihil valent. ⁊ oportet concedat idẽ in dãnatoꝝ pena: vt ipſe concedit. q. xix. ſecundi. dicẽs: concedo ꝙ deus ſe ſolo cauſat odium dei in dãnatis. de quo Grego. Arimiñ. in. vij. diſt. ſecundi. dicit. Hoc non libenter concederem. Nec ego vllo modo hoc concedo. ſcio tñ odium dei poſſe bene fieri vt ſi a deo producatur extra ſubiectum in genere qualitatis: ⁊ odium dei bene fit a deo quãdo creatura male elicit odium dei. ſed non concedo vnq̃ʒ odium dei a ſolo deo fieri.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Decima.

DEcimo quæro. An beatitudo partialiter ꝓducat̃ a beato. Reſpõdetur affirmatiue. nam beatitudo conſiſtit in actibus intellectus et voluntatis: et in gaudio paſſione inde ſequẽte. ſed oĩa iſta ſunt a deo mediate vel immediate: ⁊ ad omnẽ actũ intellectus ⁊ voluntatis: intellectus ⁊ voluntas efficientiam habent extra hãc materiam. Uoluntas enim cõprincipiat dilectionem dei in via cũ notitia enigmatica: ergo a fortiore hoc poteſt in patria cum notitia multo clariore: ſcilicet viſione. nã cum lumine glorie/influentia dei ſpeciali poteſt intellectus concurrere ad viſionis ꝓductionem. nec eſt ratio alicuius ponderis ꝓ oppoſito. ergo hec concluſio affirmatiua vera.

¶ Contra hãc concluſionem obiiciam nonnullis argumentis Ockam. poſtea alia contra concluſionem afferam: et omnia eluere nitar. Arguit primo Guilielmus Ockã ſic. Quãdocũq̃ʒ ſunt aliqua duo ſupernaturalia ſic ſe habentia vt minus perfectũ non poſſit ꝓduci a creatura ob ſuam perfectionem: nec magis perfectum a creatura vllo modo ꝓduci poteſt. ſed gratia eſt minus perfecta q̃ʒ beatitudo. et prior ꝓducit̃ totaliter a deo: ergo ⁊ alia. ¶ Dico illud argumentum bifariã deficere. primo nego ꝙ beatitudo eſt quid ſupnaturale: cum creatura ad eius productionem concurrat.

Foꝛtaſſe mutabis maioꝛem ſic. quãdocũqꝫ ſunt aliqua ſic ſe habentia ⁊c̃. relinquendo ſupernaturalia. ſed iterũ preſupponis falſum: qꝛ illud non eſt ꝓpter ꝑfectionem. qꝺ patet. nã aſinus ꝓducit aſinum ⁊ non charitatem: et tñ aſinus eſt ꝑfectioꝛ charitate: ergo non eſt propter ꝑfectionem. Interdum enim magis ꝑfectum poteſt produci ab agẽte imperfectioꝛe. vt ignis ꝓducit ignem: homo autẽ nullã ſubſtãtiã ꝓducit. nã vero ſimilius eſt ꝙ nulla eſt foꝛma coꝛpoꝛeitatis diſtincta ab aĩa intellectiua. ¶ Secundo arguit. meritum eſt a merẽte: ergo premiũ debet eſſe a premiãte. Dico ꝙ argumentum ſolum eſt a ſimili: ⁊ potius cõtra factoꝛem. ſicut autem meritũ particulariter eſt a merente: ſic conſonum eſt rationi ꝙ premium particulariter ſit a premiante. ¶ Tertio arguit. ex hac cõcluſione ſequit̃ ꝙ beatus poteſt deſinere a ſua beatitudine. hoc autem eſt inconueniens. ⁊ ꝙ ſequat̃: patet: qꝛ potentie rationales valent ad oppoſita. Ad hoc ſuperius reſpondimus ꝙ clare videns deum neceſſitatur eum diligere: ⁊ deus ſemꝑ cogit ad viſionem: quare nõ poteſt ceſſare ab actu. Si autem hoc non teneatur: neceſſarium eſt dicere ꝙ voluntas a deo neceſſitatur continuare ſuum actum. Tertio dico argumentũ eſſe equaliter contra factoꝛem. nã licet actus a ſolo deo producatur et manuteneatur: potentia tamen poteſt non tendere in obiectum: potiſſimum potẽtia dei. et foꝛte etiã ſi ſibi relinquatur.

¶ Nunc præter rationes Ockam ponã alias. et quarto arguit̃. ſequitur ꝙ aliquis beatificat ſeipſum: quod eſt diſconueniens. ꝙ ſequatur: pꝛobatur ſic. capio Linum beatum. iſte Linus cõcurrit ad ſuam beatitudinem: ergo ſe beatificat: cum partialiter ſe beatum faciat. Ad quartum multifariã reſpondetur. Pꝛimo/ non eſt inconueniens concedere illatum. ſecũdo nõ ſequit̃: qꝛ ad beatificare non ſufficit concurrere ad ꝓductionem beatitudinis. nam viſio partialiter efficit dilectionem: ⁊ tñ non dicitur beatificare/ ſed cum hoc requiritur ꝙ fiat a principali beatificãte. modo potentia creata non eſt principale beatificans/ ſed deus. Tertio poſſibile eſt animã actiue agere ad beatitudinem: ⁊ nõ habere cauſalitatẽ quare beatitas animã infoꝛmet. ſed deus ſe ſolo facit qualitatẽ animã infoꝛmare: nec anima ꝓducit eam extra ſe: qꝛ in eodem inſtãti quo anima cõpꝛincipiat: deus infoꝛmatiõem facit. Foꝛte etiã illa qualitas poteſt ꝓduci ab anima partialiter: et eã infoꝛmare partialiter: cum hoc ꝙ potentia ꝑ illã qualitatem non tẽdat in obiectum beatificum: qꝛ deus ſe obiectiue beato preſentat. ⁊ ſic deus dicit̃ btificare ⁊ nõ potẽtia. ¶ Quinto arguitur. Nulla creatura poteſt viſionẽ alicuiꝰ obiecti creati ꝓducere totaliter: ergo nec viſionẽ dei partialiter. tenet conſequentia: qꝛ plus eſt ꝓducere viſionẽ dei partialiter q̃ viſionem creature totaliter. Reſpondetur negãdo conſequẽtiã: qꝛ vnum creature repugnat: aliud autem non: vt aliũde conſtat. ¶ Sexto arguit̃. Ex hac opinione ſequitur ꝙ anima Chꝛiſti nõ haberet decẽtem beatitudinem: cum anima eius non poſſit concurrere vltra capacitatem actiuã beatitudinis. hoc eſt abſonum. Reſpondeo tenendo illa que ſemꝑ tenere ſoleo: ꝙ argumentum non concludit. nã teneo vbiqꝫ ꝙ anima Chꝛiſti habet infinitã charitatem intẽſiue: et cum hoc charitas concurrit ad actum meritoꝛium: vt patet ex. xvij. diſtin. pꝛimi. Et licet beatus non mereatur ſibi pꝛemium beatificum de nouo: tñ actus eius eſt bonus eiuſdẽ ſpeciei cum meritoꝛio: qꝛ charitas ad illum concurrit. Quare cũ quocũqꝫ paruo conatu anime Chꝛiſti voluntas eius habere poſſit infinitum dei amoꝛem in gradu: cum vno conatu vt duo: gſa vt duo aliquã dilectionem ꝓducit. ⁊ ſtãte eodem conatu charitatis vt tria/ maioꝛem actum intenſiue ꝓducit. ⁊ ſic ꝓpoꝛtionabiliter aſcendẽdo cum charitate. ergo ſi eſt infinita charitas: actus amoꝛis dei erit infinite intenſus. Et tenendo ꝙ actus voluntatis eſt ꝑfectioꝛ actu intellectus: licet viſio diuine eſſentie ſit finita: in potioꝛi actu erit immenſitas: ⁊ ex conſequẽti infinitum gaudium ſequens. Poteſt inſuꝑ lumen gloꝛie habere ſufficiẽtiã reſpectu viſionis: ⁊ ſic ponã infinitum lumen gloꝛie in anima Chꝛiſti. ergo tũc habebit viſionem infinitã. Aliter etiã hoc poni poteſt. nã quicquid poteſt deus facere cũ cã ſecũda: poteſt facere ſe ſolo. ſi ergo cũ lumine gloꝛie poſſit hoc facere: ſine lumine gloꝛie hoc facere poteſt. ¶ Septimo arguit̃. Et hac concluſione ſequit̃ ꝙ duo decedentes in equalibus meritis inequaliter premiabunt̃: contra dicta in diſtin. xvj. ponãtur duo decedentes in naturalibus imparibus: Soꝛtes et Plato ⁊ in meritis equalibus. Hoc ſuppoſito cum cõcluſione/ ſic argumentoꝛ. Soꝛtes ⁊ Plato eq̃liter meriti ſunt: ⁊ inequaliter pꝛemiabuntur: ergo aſſumpſi verum. Minoꝛ ꝓbat̃. qꝛ habens clarioꝛa naturalia/ lympidius deũ videbit/ ⁊ intenſius diliget: ergo magis pꝛemiabit̃. Foꝛte dicis mihi. anime ſeparate ſunt pares in naturalibꝰ. ⁊ licet ꝓ hoc ſtatu vie coꝛpoꝛa ſint imparia: ⁊ molles carne ſint apti mẽte. ſcꝺo de anima. Omnibus tñ in patria erit equalis aptitudo coꝛpoꝛis: ⁊ ex conſequẽti totiꝰ cõpoſiti. Et licet euadas ꝑ aliqua minus ꝓbabilia: ꝙ erit omnibus equalis diſpoſitio coꝛpoꝛis: qꝛ erit reſurrectio in coꝛpoꝛibus diuerſarũ complexionum: tñ tergiuerſari nequis de homine ⁊ angelo. ¶ Reſpõdet̃. deus magis iuuabit illum qui habet minoꝛa naturalia: ⁊ dabit plus auxilij: ⁊ ſic minoꝛa naturalia habẽs cũ maioꝛe cũ ope/ poteſt equalẽ actũ actui alterius ꝓducere. Hoc exẽplo declaro. ſint Soꝛtes debilis/ ⁊ Plato foꝛtis: quibus applicent̃ duo pondera equalis grauitatis a. ⁊ b. quoꝛum neutrũ: iſtoꝛũ alter ſolus leuare poſſit: iã notum eſt ꝙ cũ maioꝛe ope Soꝛtes debilis poſſit leuare a. adeo bene vt Plato b. ſuppoſito ꝙ plus auxilij detur Soꝛti in ea poꝛtione qua Plato Soꝛtẽ in viribꝰ exuperat. ſic in ꝓpoſito erit. Sed cõtra illud replicat̃. Habẽs naturalia melioꝛa pōt ſaltẽ plus deũ diligere: ⁊ deus ipm non ipedit plus q̃ in via: ergo plus beatificabit̃. Dico ꝙ deus non ꝯcurrit ad plus diligẽdũ cũ illo/ in patria. et ratio eſt: qꝛ illic eſt ꝑmiũ dilectio dei: in via autẽ eſt ſolũ meritum ⁊ nõ ꝑmiũ. ¶ Octauo arguit̃. Ex iſta poſitione ſequitur hec concluſio: ꝙ aliquis erit beatus in via. ⁊ ne lucteris de Paulo ⁊ Moyſe: intelligo per legem cõmunem. conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs. conſequentiam declaro. nam aliquis poteſt cõpꝛincipiare dilectionem dei in via. immo eſt nobis pꝛeceptum diligere deum: quem diligere non poſſumus niſi eius notitiam habuerimus. Foꝛte dicis. non omnis dilectio dei ad beatitudinẽ ſufficit: ſed requiritur ꝙ ſit certe intenſionis: ⁊ ſi non fuerit certe intenſionis/ non erit beatitudo: ſed actus remiſſioꝛ erit non beatitudo: modo quelibet dilectio in patria eſt intenſioꝛ q̃ dilectio dei in via: ⁊ charitas patrie eſt maioꝛ charitate vie. nam qui minimus eſt in regno celoꝛum maioꝛ eſt illo. Matth. xj. ⁊ Luce. vij. ergo minimus in regno celoꝛum eſt maioꝛ Joanne Baptiſta. Contra hoc arguo. Joannes Baptiſta ⁊ multi in via habuerunt et adhuc habẽt maioꝛem charitatem q̃ habeant paruuli purgati ab oꝛiginali: ⁊ foꝛte tam intenſe diligũt. Illa vero auctoꝛitas intelligitur quo ad exercitium. nam beatus quilibet ſemper diligit deũ ⁊ actualiter: non autem in via ſaltem quo ad homines. angeli enim hoc poterãt pꝛo tẽpoꝛe vie. Inſuper quelibet pars beatitudinis eſt



beatitas in ſuo toto: ergo pars equalis erit beatitas extra ſuum totum: ⁊ pꝛopoꝛtionabile gaudium cauſabit. ¶ Foꝛte dicis: ⁊ ita dicendum eſt: ꝙ dilectio dei in patria: ⁊ dilectio in via: diſtinguũtur ſpecie. ſimiliter notitia ĩtuitiua eiuſdẽ obiecti differt ſpecie a notitia abſtractiua etiã de eodẽ obiecto. nã vna clare in ſuũ obiectum tendit: et altera obſcure. ſimiliter volitio ⁊ nolitio late in idẽ differũt ſpecie: qꝛ in obiectũ diuerſimode tẽdũt: ⁊ ex conſequẽti erit gaudiũ alterius ſpeciei ab omni gaudio qꝺ in via habemus. Impꝛeſentiarũ autẽ ſuppono diſtinctionẽ ſpecificã notitie intuitiue ab abſtractiua de eodẽ obiecto: licet ſint in eadẽ potẽtia. qꝛ aliter tendunt in ſua obiecta: ⁊ iudicia alia cauſant. non tñ eſt conſequens ꝙ ꝓpter appꝛopinquationẽ obiecti cauſet̃ cõtinuo de nouo alia notitia ſpecie. ⁊ cũ iſte notitie partialiter efficiãt has dilectiones: dilectiones ipſe ſpecie diſtinguunt̃. In alijs queſtionibꝰ faciã aliquot alias rationes: quas huic materie applicare poteris ſi libeat.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Vndecima.

VNdecimo queritur. An omnes beati ſint equaliter beati. Reſpõdet̃ negatiue. ꝓbat̃ concluſio ex verbo Chꝛiſti. Joãnis. xiiij. In domo pꝛis mei mãſiones multe ſunt. vbi dicit glo. i. diuerſa pꝛemia meritoꝛũ. ⁊. j. ad Coꝛinth. xv. dicit Apoſtolꝰ. Stella a ſtella differt in claritate: ſic ⁊ reſurrectio moꝛtuoꝛũ. Et ꝓbat̃ ratione. nã pꝛemium debet reſpondere merito: ſed non oẽs beati equaliter meruerunt. igitur.

¶ Contra concluſionem argumentoꝛ ſic. quilibet beatus videt deũ ſicuti eſt. j. Joãnis. iij. ⁊. j. ad Coꝛinth. xiij. ergo omnes equaliter vident. ⁊ oſtẽdit̃ hoc ipm de denario diurno quẽlibet ſinguli acceperũt. Matthei. xx. ¶ Ad pꝛimũ dicit̃ ꝙ ꝯſequẽtia eſt nulla: vt de duobꝰ lynceo ⁊ luſco: quoꝝ vnus lympidius videt idẽ obiectũ q̃ alter: oſtẽdi poteſt. Ad aliud dicit̃ ꝙ idẽ eſt bonũ in quo oẽs beatificãtur. ¶ Secũdo argumentoꝛ. de legẽ multi angeli deceſſerũt cũ meritis equalibꝰ meritis multoꝝ hominũ. capiamus Michaelẽ ⁊ ſanctũ Petrũ: quos ſupponamus habuiſſe merita paria: nã viſio Michaelis eſt alterius ſpeciei a viſione Petri de eodẽ obiecto: cũ ille due notitie cauſent̃ a cauſis ſpecie diſtinctis. Dices. caloꝛ cauſat̃ a ſole ⁊ ab igne differentibꝰ ſpecie: et tñ caloꝛ eſt eiuſdẽ ſpeciei. alioquin dabis octo qualitates pꝛimas contra doctrinã philoſophi ſecundo de Generatione. qꝛ eadẽ eſt ratio de tribꝰ alijs qualitatibus pꝛimis et caloꝛe. Contra hoc arguo. licet ita ſit ꝙ ignis ⁊ ſol ſpecie differẽtes ꝓducãt eũdẽ caloꝛẽ in ſpecie: tñ aliquos effectus ſpecifice diſtinctos ꝓducũt vel ꝓducere poſſunt: et ita vtrobiqꝫ in agẽtibꝰ diuerſis ſpecie. ſed nõ videt̃ quos effectus angelus ⁊ hic. homo poſſent ꝓducere diſtinctos/ niſi notitias. nõ aliter enim ab obiectis diſtinctis ſpecie cauſant̃ notitie particulares ſpecie diſtincte. Rurſus: viſio equi ⁊ hominis de eodem ſubiecto ſpecie diſtinguunt̃: ergo hominis et angeli. negas ꝯſequẽtiã. nã vna illaꝝ notitiaꝝ eſt extẽſa: altera nõ extenſa: qꝛ anime intellectiue inherens: ⁊ hoc iuxta multoꝝ opinionẽ. Itẽ non videt̃ ꝙ notitia quã habuit Apoſtolus in raptu de deo: diſtĩguatur ſpecie a notitia quã anima eius vel que fuit eius nũc habeat: ⁊ tamen cauſe et ſubiecta ſpecie diſtinguunt̃. vt homo diſtĩguit̃ ſpecie a ſua anima. ſed hic eſt idẽ ſubiectũ pꝛimũ. Tunc vltra. notitia Michaelis et Petri ſpecie diſtinguuntur: ergo eodẽ mõ de fruitione. ſicut dicimus de dilectione vie/ et patrie ꝙ diſtinguunt̃ ꝓpter depẽdẽtiã a notitijs ſpecie diſtinctis. igit̃ ſunt inequaliter ꝑfecte. ſed notitia Michaelis debet eſſe altioꝛis ſpeciei: ergo q̃libet gradus viſionis Michaelis erit melioꝛ vno gradu viſionis Petri. ⁊ ita de dilectione. ergo Michael magis beatificatur ꝑ ſuis q̃tuoꝛ actibꝰ meritoꝛijs vel mille/ q̃ Petrus. Et argumentũ pōt dirigi ad ꝓbãdũ ꝙ beatitas cauſat̃ a ſolo deo. ¶ Rñdeo. licet vix ſit in radice oſtẽſum ꝙ viſio Petri ⁊ Michaelis ſpecie diſtinguãtur: cõcedo tñ illud ꝓbabilꝰ: ꝙ vnus gradus q̃nimo q̃libet pars btitudinis Michaelis ſit melioꝛ entitatiue q̃ tota btitudo Petri. ſed hoc paꝝ eſt: cũ minus ſic ꝓſtet charitati. Vel eſt melioꝛ habẽri: ⁊ ſic nego: qꝛ Petrus plures gradus btitudinis habet q̃ Michael: q̃uis in equalibus meritis decedat: vt reddat̃ equalẽtia in valoꝛe: ⁊ ad ſatiãdã volũtatẽ ⁊ itellectũ. Hoc declaro ꝑ analogiã de auro ⁊ argento. nã potes cape magnũ fruſtũ argẽti quouſqꝫ valeat vnũ puſillũ fruſtũ auri: ⁊ licet q̃libet pars auri hoc toto argẽto ſit melioꝛ entitatiue: non tñ in ꝑcio aut valoꝛe. Dicis. tunc btitudo Michaelis erit perfectioꝛ entitatiue btitudine anime Chꝛiſti. Conſequẽter dicẽdo nõ haberẽ id ꝓ icõuenientẽ: ſicut ſubſtãtia Michaelis eſt ꝑfectioꝛ aĩa Chꝛiſti. ſed infinite melius eſt anime Chꝛiſti cũ ſua btitudine q̃ Michaeli: cũ beatitatẽ anime Chꝛiſti ponamꝰ infinitã in gradu. ¶ Secundo dico ad argumẽtũ ꝙ nõ ſemꝑ opoꝛtet notitiã ſupioꝛis ſubiecti eſſe ꝑfectioꝛem notitia ſubiecti inferioꝛis. qꝺ pꝫ: qꝛ de eodem obiecto idẽ ſubiectũ ꝓpter variã appꝛopinquationẽ et radiationẽ varia hꝫ iudicia cõplexa: ergo varias notitias ſimplices ſpecie diſtinctas. vt ꝑmo iudicamꝰ hominẽ a remotis in iugo montis eſſe caput alicuius ꝓmontoꝛij: poſtea eũdem iudicamꝰ equũ: tertio hominẽ: quarto foꝛtem. ⁊ non niſi ꝓpter varias notitias. Sed dicis ⁊ ꝓbabiliter. licet itellectus habeat varia iudicia cõplexa: tñ eſt eadẽ notitia intuitiua in ſpecie illoꝝ iudicioꝝ cauſatiua. pꝛimo eñ illa notitia intuitiua ob ſuã ipfectionẽ et remiſſionẽ cauſat vnũ iudiciũ: poſtea ſecũdũ appꝛopĩquationẽ obiecti intẽdit̃ notitia: q̃ ꝓducit iudiciũ ꝑfectius. nã ad intẽſionẽ viſionis intẽdit̃ notitia intellectiua eiuſdẽ obiecti: qꝛ ſi ob aliã ꝓpinq̃tatẽ obiecti eſſet notitia ſpecie diſticta: pꝛoducerent̃ infinite notitie ſpecie diſtincte. in quolibet eñ pũcto ꝓpinq̃oꝛe erit alia notitia. qꝺ nõ eſt dicẽdum. Sed dicis hoc nõ ꝯcludere: qꝛ nõ generat̃ ꝯtinuo ĩ quolibet pũcto nouũ iudiciũ: ſed in determinata itercapedine. ſic nec notitia. Fateoꝛ/ pōt eſſe tergiuerſatio: ſed videtur eſſe eadẽ notitia ſimplex in ſpecie. ſicut notitie q̃ habent̃ de collo colũbe eiuſdẽ ſpeciei. Et licet alia fuerint iudicia de eodẽ obiecto cũ eadẽ cã ꝯcurrẽte: videt̃ eadẽ notitia ſpecie ſm legẽ dei cõmunẽ. Cũ eadẽ cã dixerim: ꝙ ob cõcurſum ſubiecti notitia aſini ⁊ equi de eodẽ obiecto ſpecie diſtinguant̃. ſimiliter notitia intuitiua et abſtractiua de eodẽ obiecto ſpecie diſtinguunt̃. Habitus eñ cõpꝛincipiat notitiã abſtractiuã: qui nõ ꝯcurrit ad ꝓductionẽ notitie ĩtuitiue: ſed ſola potentia cũ obiecto iter cãs ſcꝺas. ⁊ hoc in notitijs ſimplicibꝰ itellectus ꝓbabile eſt ꝙ ſciẽtia habitũ ſequẽs: ⁊ ipm ꝑcedẽs/ ⁊ generãs nõ diſtinguunt̃ ſpecie. ſimiliter in virtutibꝰ ipius volũtatis actꝰ habitũ ꝑcedẽs: ⁊ ipm ſequẽs idẽtificantur in ſpecie. ¶ Quãuis aũt ita ſit ſm legẽ cõmunẽ: deꝰ tñ pōt facere ꝙ anima Lini habeat notitiã eiuſdeꝫ ſpeciei cũ notitia angeli/ vel ꝑfectionem. Pꝛobat̃ hec ꝓpoſitio aliq̃bꝰ ſuppoſitis. Pꝛimũ eſt. oĩe accidẽs ſpũale ſuſceptibile in angelo/ ſuſcipi non repugnat in animo: ⁊ econuerſo. ſicut ſi deꝰ crearet materiã alteriꝰ ſpeciei: illa eẽt

ſuſceptiua albedinis ⁊ accidẽtiũ que materia iſta ſuſcipit. qꝺ ſic declaro. a multis putatᷣ ꝙ albedo ⁊ accidẽtia corporalia toti cõpoſito inhereãt pͥmo/ ⁊ non rõne materie: ita vt nõ ſolũ totũ cõpoſitũ ſit ſubiectũ denominationis: ſed etiã inheſionis: ⁊ tñ eſt eadẽ albedo ſpecie in aſino ⁊ equo. Secũda ꝓpoſitio. anima ↄcurrit vel ↄcurrere poteſt ad omnẽ actum quẽ ſuſcipe põt. Tertia ꝓpoſitio. quicqꝺ deus poteſt cauſare cũ cã ſcꝺa/ põt cauſare ſe ſolo. Tunc ſic. Anima eſt ſuſceptiua actus angelici ꝑ pͥmã ꝓpoſitionẽ: et non repugnat anime ad eũ ↄcurrere ꝑ ſecundã: ⁊ deus põt ſupplere ↄcurſum angeli ꝑ tertiã. igitᷣ. Licet aũt angelus ſit magis ꝑceptiuus cum eodẽ actu ꝙ̃ animus: deus tñ põt ſupplere impotẽtiã animi. Contra totũ illud arguitᷣ. ſequitᷣ ꝙ btĩtudo ſiue itellectꝰ ſiue volũtatis nõ ſit optimus actus poſſibilis. ꝓbatᷣ. nã deꝰ põt creare ꝑfectiorẽ ⁊ ꝑfectiorẽ btĩtudinẽ. qꝛ ſi dentᷣ duo actꝰ in eadẽ potẽtia: vtpote intuitiones vel amores circa idẽ obiectũ: poſſunt infiniti ſimiles dari. Concedo illud/ ꝙ nulla ſit btĩtudo creata optima poſſibilis. qꝺ patet: qꝛ nõ eſt ſtatus in ſubiectis beatificabilibꝰ. ſed quolibet angelo dato deus põt infinitos inter illũ ⁊ deũ ꝓducere: ⁊ nõ erũt duo eiuſdẽ ſpeciei. nõ tñ q̃ſi putẽ deũ non poſſe ꝓducere duos ãgelos eiuſdẽ ſpeciei. ergo illa via nõ dabitᷣ optimus actus poſſibilis/ nec viſio dei/ nec dilectio. ſemꝑ loquor de creata. ſed loq̃mur ſm legẽ quando admittimus beatitudinẽ eſſe optimũ actũ poſſibilẽ. ¶ Tertio pͥncipaliter argumẽtor. quilibet beatꝰ habet infinitũ gaudiũ. modo nullũ infinitũ eſt alio maius proprie: ergo nullꝰ ꝓprie loquẽdo eſt alio beatior. aſſumptũ ꝓbatᷣ ſupponẽdo vnã ꝓpoſitionẽ Anſelmi ꝓſologi. xv. ꝙ q̃libet tãtũ gaudebit de gaudio alterius quantum de ꝓprio. Tunc ſic. ſigno duos beatos Sortẽ ⁊ Platonem nũc ſibi obuiãtes: nũc Sortes videt gaudiũ Platonis. dicatᷣ illud a. gaudet de a. gaudio ac ſi ipſe Sortes hoc haberet: ⁊ habet nouũ gaudiũ ſuꝑ a. dicatᷣ illud gaudiũ b. qꝺ Sortes habet de nouo b. gaudiũ in Platone generat nouũ gaudiũ. dicatᷣ c. ⁊ rurſus Sortes de c. gaudio habet d. gaudiũ. et ſic ſine ſtatu. ¶ Rñdetᷣ multifariã. Primo illud gaudiũ nihil facit ad btĩtudinẽ. cũ eñ ſit deriuatũ a creatura imediate/ eſt alterꝰ rõnis a gaudio cauſato a fruitiõe dei. Scꝺo dico ꝙ illa gaudia ſũt alterius ⁊ alteriꝰ ſpẽi: ⁊ ſic nõ ſe itẽdũt. queadmodũ ẽ i notitijs reflexis: vt notitia Sortis: et notitia illiꝰ notitie. Tertio dico ꝙ itellectꝰ eſt finite capacitatis actiue: ⁊ ſtat in aliquo gaudio: ſicut eſt certus numerus notitiaꝝ reflexaꝝ quẽ aĩa põt habere. Quarto dico ꝙ aĩa nõ fertᷣ diſtincte in iſta gaudia. Quinto. nõ oportet vnũ btm̃ cognoſcere gaudiũ particulare alterius. Sexto dico ꝙ Sortes plꝰ gaudet de ſuo gaudio ⁊ btĩtudine ꝙ̃ de btĩtudine Platonis. nã ordo charitatis quo ad hoc nõ mutatᷣ i patria. Ad ꝓpoſitionẽ autẽ btĩ Anſelmi ſufficit ꝙ in patria pallidus cũ ꝓfundis oculis ⁊ zoilus/ nõ iuideat Homero: nec poeta poete: nec religioſus religioſo: nec licentiandi baccalaurei in theologia ſibi inuicẽ: ſicut i hac valle miſerie. nullus eñ in patria dolebit ſuũ ↄcurrentẽ ſibi ꝑlatũ. illic tñ ordo licentiãdoꝝ ex parte charitatis infuſe ⁊ moꝝ capit palmam: hic aũt ex parte ſciẽtie ⁊ gr̃e gratis date: et rõnabiliter. Per hoc facile reſpõdere potes ad eiuſmodi formas: eſt gaudiũ eſſe in beatitudĩe vno die: duplũ gaudiũ habere btĩtudinẽ duobꝰ diebꝰ: triplũ tribus diebꝰ: et infinitũ gaudiũ btĩficari ꝑpetuo. qꝛ non eſt reflexio ſuꝑ ſingulos dies in particulari: ſed vna cõfuſa ſuꝑ totũ tẽpꝰ. Vides etiã ꝙ anhelãs ad bñficia nõ tãtũ gaudet adepto ſcꝺo eq̃lis valoris quãtũ pͥmo: nec i tertio vt i ſcꝺo. cũ in prĩo ſit ei iã ꝓuiſũ de vita: ⁊ ponitᷣ iudicio ſuo in honorẽ. ſic eſt in ꝓpoſito. applica tu ipẽ ſolutionẽ.

opp^o tho· de argen· 3 di· 14 q· vnica

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Duodecima.

Duodecimo reſtat iquirere. An btĩtudo ſit ꝑpetua. Reſpõdetᷣ affirmatiue. nã Beati q̃ habitãt in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabũt te. Pſal. lxxxiij. ⁊ Miſericordias domini in eternũ cãtabo. Pſal. lxxxviij. Idẽ ptꝫ Matthei. xxv. ꝑ locũ ↄtrario ſenſu de dãnatis. ¶ Contra ↄcluſionẽ argumentor. Notitia dei ituitiua eſt btĩtudo. habeat Linus illã notitiã: poſtea Linus põt hr̃e notitiã dei et btẽ virginis ſimul/ vel dei ⁊ duoꝝ angeloꝝ agminatim: ⁊ ſic illa viſio eſt btĩtudo. iã Linus erit magis beatꝰ: qꝛ ꝑ plures actꝰ. Immo tũc põt deſerere notitiã ipſius dei adeq̃te repreſentatiuã dei ⁊ btẽ virginis: que erit btĩtudo. ergo nulla btĩtudo eſt ꝑpetua. Preterea ex iſto ſequitᷣ ꝙ viſio vniꝰ creature ſit btĩtudo. Nã data q̃cũq; creatura cũ deo in ꝓſentia obiectiua: ſit pars celi. Arguitur ſic. oĩs viſio dei eſt btĩtudo. viſio huiꝰ creature/ demõſtrãdo partẽ celi: eſt viſio dei: ergo eſt btĩtudo. ↄñtia eſt in tertio pͥme. Minor ptꝫ: qꝛ eſt eadẽ viſio q̃ repſentat deũ ⁊ creaturã. Forte dicis ad has rõnes diſtiguẽdo ꝙ aliq̃s eſt magis beatus. vel extẽſiue: ⁊ ſic ↄcedis: qꝛ is plures hꝫ beatitates. itẽſiue negas: qꝛ nõ ſe itẽdũt: cũ actus ſpecie differãt. vt ptꝫ ex diſtictiõe obiectoꝝ. Et ↄcedis ꝙ nulla btĩtudo eſt ꝑpetua. ſꝫ hec eſt ꝟa: ꝑpetua ẽ btĩtudo. qꝛ vna euaneſcẽte ſuccedit alia: ſicut i formis ſubſtãtialibꝰ reſpectu materie. Ad tertiũ ↄcedis ꝙ viſio creature eſt btĩtudo: cũ illa viſio ſit etiã viſio dei. ⁊ negas ꝙ notitia adeq̃ta creature vel creaturaꝝ ſit btĩtudo. ¶ Sed ↄtra iſtud argumẽtor. ꝑ te aliq̃s iterdũ erit magis beatꝰ: iterdũ minꝰ beatꝰ extẽſiue/ licet nõ itẽſiue. ſed q̃libet btĩtudo fruitio generabit ſuũ gaudiũ qꝺ etiã eſt btĩtudo: ergo reuera q̃libet talis erit magis gaudens. et licet forte fruitiones ſpecie diſtinguantᷣ: nõ tñ gaudia. ergo ſeſe intẽdũt. igitᷣ magis gaudet itẽſiue. Rurſus pono Sortẽ ⁊ Platonẽ decedẽtes cũ equis meritis: quoꝝ vterq; primo die quo btĩficatur hꝫ octo gradꝰ btĩtudinis: cõtinuet Sortes ſuos octo gradus in die ſequẽte imo ⁊ ãno ſequẽte: habeat Plato alias ⁊ alias btĩtudines: ⁊ habeat viſionẽ vnã adequatã dei: aliã dei ⁊ chriſtifere ꝟginis: tertiã dei ⁊ duoꝝ angeloꝝ: ⁊ ſic ad octo vel decẽ vſq; dicatᷣ viſio pͥma ſcꝫ dei a. ſcꝺa b. tertia c. ⁊ ſic ꝑ ordinẽ lr̃aꝝ. adeo bñ eſt Platoni ꝑ b. vt ꝑ a. cũ ſit viſio dei eq̃ itẽſa vt a. Nõ ſi neges/ cũ a. ſit purior notitia dei ꝙ̃ b. Obijcio. ſaltẽ adeo bñ erit Platoni ꝑ b. c. et d. vt ꝑ ſolum a. Sorti ergo duplicabitᷣ ſua btĩtudo. Itẽ ſi non adeo bñ erit Platoni ꝑ b. vt Sorti ꝑ a. tũc relinquẽdo a. ⁊ acq̃rẽdo b. Plato erit minꝰ beatꝰ. Preterea q̃ñ a. deſinit in Platone vel in alio beato/ alia btĩtudine ſuccedẽte: a. remittitᷣ. ⁊ ſic erit minꝰ beatꝰ. Dicis. ſicut a. remittitᷣ b. itẽditᷣ. ⁊ . xv. de trinitate. c. xvj. dicit beatꝰ Augu. Fortaſſis etiã volubiles nõ erũt cogitationes ab alijs in alias eũtes et redeũtes: ſed oẽs ſciẽtiã noſtrã vno ſimul ↄſpectu videbimꝰ. Nõ valet dicere. ibi ponitᷣ aduerbium dubitãdi. qꝛ et ſi poſuerit/ magis declinat in hoc ꝙ btĩtudo non eſt volubilis: cui etiã rõ ſuffragatᷣ: ergo illud eſt tenẽdũ. Videtᷣ aũt btũs Auguſtinꝰ ſatis ſonare ꝙ omne qꝺ reuelabitᷣ alicui btõꝝ in poſteꝝ/ et tunc ſimul reuelabitur. ſed hoc inferius tangemus.

¶ Propter has rationes & ſimiles quæ occurrere poſſunt: ſatius cenſui modũ illũ deſerere. Aliter ergo dico ꝙ pͥmo die imo in inſtanti quo q̃s eſt beatꝰ



habet vnã viſionem que deum adequate repreſentat in aliqua intenſione graduali: ſimiliter vnã dilectionem: ⁊ vnum gaudium: que nunq̃ intẽduntur nec remittũtur/ ſed perpetuo manent. ¶ Sed contra hoc arguitur ſic. non euitatur illud qꝺ habeo inconueniẽs contra priorẽ modum. nã habeat Michael ſuã beatitudinem ſcilicet viſiõem dei cum illa poteſt habere ſtiã viſionẽ que deũ intuitiue ⁊ beatã virginẽ repreſentat. alioquin non erit tãta libertas in patria vt in via. Preterea arguitur contra vnum qꝺ dicebã: ꝙ eſſet vna notitia dei et beate virginis. Obiectorum ſpecie diſtinctorum/ diuerſe ſunt notitie ſpecie: ergo non poteſt eſſe eadẽ notitia numero repreſentãs deũ ⁊ beatã virginẽ: cum ſpecie diſtinguantᷣ. ¶ Ad primum nego ꝙ poſſit habere vnum actum qui repreſentet deum ⁊ beatam virginem. de notitia intuitiua loquor. qꝛ bene poteſt habere notitiam nõ beatificã: puta abſtractiuã/ vel vnius creature. deus autem non concurrit ad illum actum vt ſuperius diximus. vt ſi angelus ſupreme hierarchie equaliter mereatur cũ Paulo ſimplici eremita: iſti duo equaliter premiabũtur. Et dato ꝙ capacitas actiua illius angeli non repleatur: et poſſit vlterius concurrere quãtum eſt ex ſe cum influentia etiã generali dei: deus non vlterius cõcurrit/ ne beatificetᷣ plus ꝙ̃ meruit. ſic oportet dicere de multis in patria. Deus enim non cõcurrit cum actu malo in patria: nec cum agente corruptiuo extrinſeco vel intrinſeco: et ſic nulla cauſa ſecunda concurrere poteſt. conditiones enim patrie ſunt aliene a conditionibus vie. ¶ Ad ſecũdum dico ꝙ hoc eſt verum de notitijs adequatis. modo hec eſt vna numero homogenea/ cuius quelibet pars repreſentat hoc aggregatum: diſtincta ſpecie a notitia adequata dei: ⁊ a notitia adequata beate virginis. Sed dices. beatitudo ſucceſſiue producitur: ergo non inconuenit eã augeri ⁊ minuĩ de lege: ⁊ male dicebam in hoc modo quem ſuſtinere laboro. Aſſumptum probatᷣ: quia multi decedunt non debitores alicuius pene: vt recẽter baptizati: ⁊ multi adulti diu morbo laborãtes: qui morbos patienter ferunt pro ſuis peccatis. tũc capio vnum illorum: gratia exempli ſortem. eadem enim eſt ratio de alijs omnibus. Sortes moritur per primum inſtans ſui non eſſe. ſit illud a. Sortes non habet in a. inſtãti totum premium qꝺ poſtea habebit: forte non eſt in celo. et creatura ſm multos non poteſt producere actum in inſtãti. Reſpondetur negãdo aſſumptum: quia in a. inſtãti anima Sortis vel que fuit Sortis habet tãtã beatitudinẽ eſſentialem quãtã vnq̃ habebit. male enim opinãtur dicentes nullã creaturã poſſe effectũ producere in inſtanti: ⁊ temerarie concedunt animã Chriſti in primo inſtãti nullam beatitudinem habuiſſe: ſed ſucceſſiue fuiſſe augmentatã. Eſſe autem in celo eſt eſſe beatum in ꝓpoſito. quo modo dixit Chriſtus latroni. Hodie mecũ eris in paradiſo. Luce. xxiij. Etiam anima ſibi relicta poteſt iſtãtanee eſſe i celo: ⁊ mutari ſubito ex ſua natura abſq; hoc ꝙ iuuetur ab angelo. Dixi de beatitudine ſeu pͥmio eſſentiali anime. nã de premio accidentali nõ loquor. qꝛ illud põt augeri vel minui. ſicut vltra pͥmiũ actui bono debitũ ↄfertᷣ honor: ⁊ vltra ſupplicĩu cl'pe debitũ habetᷣ infamia. Primũ ptꝫ exẽplo de vxoribꝰ Bellouacoꝝ q̃ Bellouacũ tuebãtur ab hoſte. ꝓpterea eñ ante viros in templo/ vt intellexi/ offerunt. Ignominie vero notam incurrerũt incole. Ville noue ſancti Georgij apud Pariſios/ ꝙ ſimulacrũ beati Georgij in Sequanã proiecere ob vites eiuſdẽ diui martyris die gelu perditas. Sic vltra ſupplicium eſſentiale/ noue ifamie Mahumetus et Arrius ob eos qui a ſe perditi ſunt notãtur. ſicut beati nouum gaudium accidentale acquirunt ob illorum gloriam qui ex ſua doctrina pertingunt ad patriam.

Dubitatur: an Paulus in raptu fuerit beatꝰ. ⁊ ſil'is eſt difficultas de Moyſe. Numeri. xij. Dubitatio hec de Paulo vnum ſupponit: ⁊ aliud in modũ dubitationis ꝓponit. Pro illo qꝺ ſupponit/ affirmatiue reſpondet beatus Auguſt. in queſtionibus ad Oroſium. et in libro de videndo deum. Ad aliã partem dubij dicitur ꝙ Paulus habuit notitiã intuitiuã dei: ⁊ eum dilexit vt videtur: ⁊ per conſequens habuit aliqua eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime cum alijs beatis. ſed an tales actus debeãt dici beatitudo: eſt de termino cõtendere: in cuius acceptione cõmuni modo innitẽdum eſt: ⁊ non rationi alteri. Ariſtote. quidem primi Ethicorum. vij. de beatitudine loquens dicit. Ver enim nec vna hirundo/ nec vnus dies: et beatum eodem modo felicem nec vnus dies: nec breue efficit tempus. Ex quo conſequens eſt ꝙ ſi deus vltra legẽ/ aliquã beatitudinem interrumperet: ſic vt non eſſet ꝑpetua: nõ diceretur beatitudo. De ratione ergo beatitudinis eſt ꝙ ſit perpetua. Nec igitur Paulus in raptu: nec Moyſes dum erat in via: erat beatus. ſi quis autem in terminis voluptatem capiat/ ſtãdo in oppoſito: nihil ad nos. hic liber eſt vt nos in hoc membro.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Decimatertia.

Decimotertio in hac diſtinctione Quadrageſimanona queritur: an beatitudo ſanctorũ poſt reſurrectiõem erit maior in anima ꝙ̃ nũc ſit. Notãter in anima: quia de dotibus corporis et eius beatitudine quomodo beatificari poſſit/ non eſt dubiũ: et ꝑ conſequens certum eſt ꝙ maior erit beatitudo reſurgentium extenſiue: qꝛ tã in corpore ꝙ̃ in anima. nunc autem eſt in ſolo animo. et hoc patet ꝑ gloſ. in illud Apocal'. vj. Vidi ſubter altare animas interfectoꝝ. que dicit ꝙ anime ſanctoꝝ modo ſunt in minore dignitate ꝙ̃ future ſint poſt reſurrectionem. ⁊ Hieronymus teſtatᷣ ꝙ peracto finali iudicio deus ampliorem gloriã demonſtrabit ſanctis. Sermo eſt igitur de beatitudine anime ſcilicet viſione dei: eius dilectione/ ⁊ gaudio inde ſequente. ¶ De quo triplex eſt ratio dicẽdi. vna beati Thome in hac diſtinctione queſtio. j. articu. iiij. ꝙ ſic. ¶ Secũda eſt opinio doctoris Seraphici in eadem diſtinctione: ꝙ beatitudo eſt perfectior reaſſumpto corpore ꝙ̃ ante: non intẽſiue: vt ponit ſanctus Thomas: ſed qꝛ magis prompte ⁊ expedite exercebit anima ſuã operationem reaſſumpto corpore ꝙ̃ ante. nã in anima ſeparata eſt naturalis appetitus vt reuniatur corpori: qui naturalis appetitus videtᷣ animã impedire ne prompte ⁊ facile feratᷣ in deũ tota intentione/ ſicut reſumpto corpore. ¶ Tertia eſt opinio cõmunis quã idem Tho. in. j. ij. inſequitur: et quam ſolã veram iudico alijs neglectis. Quare negatiue ad queſtionem reſpondeo: ꝙ anima nulla erit beatior poſt diem iudicij ꝙ̃ ſit ante diem iudicij. Probatur. omnia merita et gratia ratione quorũ datᷣ beatitudo eſt in beatis ante diem iudicij: ⁊ nullum eſt impedimentum quare non debeat tãtum beatificari ante iudicium quãtum poſt iudicium: ergo tãtum beatificatᷣ ante diem iudicij quãtum poſt illum diem. Qꝫ non ſit impedimentũ/ ꝓbatur: qꝛ anima iã btã habet lumen glorie ſeipſam eleuãs ad vidẽdum deũ: ⁊ deus eſt preſens obiectiue ſicut poſt iudicium: ⁊ anima eſt eadem: nec ꝑfectionẽ eſſentialẽ

corpore accepit: ergo iam tantum beatificatur quãtum poſt diem iudicij. Scdo probatur idem. nam aĩa Chriſti in triduo nõ erat minus beata / q̄ ipſa erat reaſſumpto corpore: ergo idẽ eſt de alijs aĩabus. Inſuper angeli habẽt totum premiũ quod meruerũt dum erãt viatores: ergo ⁊ aĩe ſeparate. Preterea. beatitudo diue virginis in corpore aſſumpto: et Joãnis Euangeliſte / ſi in corpore aſſumptus ſit / nõ augebit poſt diẽ iudicij: ergo nec aliorum. Item alioquin aĩe ex angelorum ordinibus mutabuntur poſt diem iudicij: q2 plus beatificabuntur / q̄ iam beatificentur. quod eſt abſurdum.

¶ Contra hanc concluſionem arguitur. dãnati magis torquebũtur poſt diẽ iudicij / q̄ nũc: ergo ſancti magis premiabuntur poſt iudiciũ / q̄ nunc. Antecedens probatur: q2 patiẽtur tam in corpore / q̄ in anima. ¶ Reſpondetur diſtinguẽdo antecedẽs. Nam extenſiue magis torquebũtur dãnati poſt iudicium / q̄ nunc: ſed non intenſiue: q2 dolor ⁊ triſtitia anime ſpecie differunt ⁊ non intendunt ſeſe. ⁊ proportionabiliter erit maior beatitas extenſiue poſt diem iudicij. ¶ Secũdo arguitur. Beatitudo Moyſi et Pauli erit maior poſt diem iudicij / q̄ fuerit in raptu: ergo eodẽ modo de gaudijs aliorum. Reſpondetur. negauimus ſuperius eos fuiſſe beatos. ſed hoc non ſoluit argumentum. nam habebãt actus ⁊ gaudiũ eiuſdem rationis cum alijs. Concedo antecedens: q2 non habebant omnia merita cum quibus deceſſerunt. ſed nego ꝙ iſti poſt diem iudicij habebũt maiorem beatitudinem / q̄ nunc habeãt. ¶ Tertio. quãto minus anima fertur in inferiora: tãto magis fertur in deum. ſed nunc deſiderat ⁊ appetit reuniri corpori: ergo retardatur a ſua perfecta beatitudine. Reſpondetur. maior eſt falſa pro ſtatu patrie: nam pro quacũq3 viſione creature non minuitur viſio beatifica. alioquin viſio in verbo / vel in proprio genere minueret viſionem beatificam. Secũdo minor eſt falſa: q2 appetitus naturalis anime nullum ponit actum ab anima diſtinctum. ¶ Quarto arguitur. Anima poſt reſurrectionẽ habebit perfectius eſſe / q̄ ſeparata poſtq̄ erit ĩ ſuo toto: ergo nunc habebit perfectiorem operationem. Reſpondetur negando ꝙ habebit perfectius eſſe in toto / q̄ ſeparata: cum eque bene conſeruetur extra totum / ac in toto. Alique tamen ſunt partes que non bene conſeruãtur extra ſuum totum: de quibus propoſitio aſſumpta habet verum ſimiliter nego conſequentiam. nam anima quo ad operari nullo modo depẽdet a corpore: ſed poteſt in corpore et extra corpus intelligere et velle ſine corporis miniſterio. habet tamen inclinationem informandi ſuum corpus. et deus ita vult vt premietur in ſuo corpore in quo meruit.

DVbitatur: an ſecuritas ſit de eſſentia beatitudinis. Reſpondetur. ſecuritas eſt aſſenſus quo beatus aſſentitur ꝙ ſemper manebit beatus. hoc enim per ſcripturam ſcit / vel aliunde ſi ſcripturam in via non cognouit: a deo vel ab alijs in patria. Illud autem iudicium nõ eſt beatitudo nec pars eius / nec oportet ꝙ ſemper actu continuetur: ſed ſat eſt ꝙ beatus poſſit exire in illum actum aſſentiendi quando vult. et ſic interpretatiue et virtualiter ſemper beatus dicitur eſſe certus. et multum facit ad hoc vt alij actus dicãtur beatitudo. et ita aliquo modo poteſt eſſe pars beatitudinis. Hoc modo ſumpſit diuus Auguſtinus. xiij. de Trinitate. ca. xvij. cum dicit ꝙ eſt potior pars beatitudinis. nõ quaſi beatus ſemper iudicet ita: nec impoſſibile ſit aliter eſſe: ſed ſufficit iudicare ꝙ ita erit. ſicut fidelis iudicat ſine trepidatiõe ꝙ dies iudicij erit. vel beneficiatus aliquis ꝙ nũq̄ carebit ſuo beneficio qd iudicio omniũ iuſte habet: et tamen non iudicat eſſe impoſſibile illo beneficio orbari.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Decimaquarta.

DEcimoquarto quæritur. An ſenſus exteriores beatorum erũt continuo in actibus ſuis in patria. hoc eſt querere. an erunt viſio / auditio / olfactio / tactio / et guſtatio in potẽtijs ſuis. ¶ Pro queſtionis ſolutiõe pono aliquot concluſiones. Prima eſt. Alique potentie erunt in actibus ſuis. probatur de viſu: qui videbit. nam illic erit obiectum viſus in ſufficiente propinquitate: potentia ſumme diſpoſita: et nullum erit impedimentum: ergo ponetur viſio. patet conſequentia: quia ad viſionem nihil aliud requiritur. nec illic erit ſomnus. aſſumptorum aliqua clarent. nam in celo ſunt homines colorati: ⁊ ſol ab eis videtur ſicut a nobis: ergo colorem / coloratum / et lucem ſufficienter obiecta habẽt / que mouent potentiam viſiuam. Quod non dormiãt vnq̄ beati. patet: quia ſemper ſunt in continuo actu intellectus et voluntatis. Nec illic eſt cauſa ſomni. quod probatur: quia ſomnus in nobis altero duorũ modorum cauſatur: vel quia cibus aſſumptus per calorem decoquitur et digeritur: in qua decoctione eſt illius cibi euaporatio: vt vides in olla ſuper ignem: que euaporatio propter ſubtilitatem et caliditatem aſcẽdit naturaliter ad caput: et ob frigiditatem cerebri / caput attingẽs infrigidatur et ingroſſatur: ſic vt reſoluatur in humores aqueos: ⁊ ꝓpter infrigidationem ⁊ ingroſſationem reuertitur ſuapte natura deorſum: et calori cordis obuians diffundit ſe ad partes exteriores corporis: et repellit calorem cordis et ſpiritus ad locum cordis et hepatis: ⁊ demum vt maior calor vigeat / in loca digeſtiua / ad complẽdam digeſtionem nutrimẽti. in tali autem reuerberatione caloris interni contingit ꝙ organa ſenſitiua exteriora careant calore ⁊ ſpiritibus ſufficientibus ad ſentiendum: quare iã non poſſunt exire in ſuam operationem. quia hic deſcenſus humoris / meatus ſpirituũ ad ſenſus exteriores oppilat: et ne egredi poſſint in occurſum ſpecierum ſenſibilium cohibet. propterea Algazel definiens Sõnum ait. Somnus eſt attractio ſpiritus ab exterioribus ad interiora. Uel ſi homo aliquanto tempore careat cibo: natura reuocat calorẽ ad cor / et ad membra interiora exanima propter exhalationem ſpirituum / et paucam generationem aliorum ob defectũ cibi: vt reſtaurẽtur quodãmodo. Neutrum autem iſtorum contingit in patria. nec enim beati cibum comedunt. qui ſola ambroſia paſcuntur. nec ſpiritus nec calor vnq̄ diminuitur pluſq̄ ignis in ſua ſphera. Probatur item hec cõcluſio ꝑ illud Apocalypſis. j. Et videbit eum omnis oculus. ¶ Secunda concluſio. Senſus tactus in patria exibit in ſuam operationem. probatur. nam in beato eſt ſenſus tactus optime diſpoſitus: qualitates tãgibiles: calor: frigus: humiditas: et ſiccitas: eius per ſe obiecta: vt patet in corporibus aliorum beatorũ erit debita applicatio obiecti ad potentiam et nullum impedimẽtum. Licet autẽ tactus non ſentiat calorẽ in ſe / quia ſenſibile eſt poſitum ſuper ſenſum: tamen intentionalem: a calore alterius productum: qui immutat potentiam tactus: vt percipis tangendo manum ſocij tui. Preterea homo in tactu excellit cetera animalia: vt dicitur in tertio de anima: licet in alijs ſenſibus excedatur a brutis. ergo ille ſenſus in patria exit in ſuum actum. ¶ Tertia concluſio. Senſus olfactus exibit in ſuam operationem. probatur: quia in celo eſt corpus odoriferum: videlicet homĩes beati. qd bene ſignificatum eſt. Gene. xxvij. cum Jacob bene complexionatus / olfactiuam patris immutauit. aſpice literam. Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni cui benedixit dominus. et ita eſt de aliquibus bene complexionatis. Hoc etiam in male conſtitutis ſeu complexionatis ſentimus perceptibiliter. Sed beati habebunt corpora optime ſm ſuas complexiones diſpoſita: ergo erunt fragrantia: et illic eſt potentia optime diſpoſita. igitur concluſio vera. ¶ Quarta concluſio. Auditus erit in actu ſuo audiendi. probatur per illud qd ſcribitur Pſalmo cxlix. Exultationes dei in gutture eorũ. vbi gloſſa marginalis in verbo (gutture). qui corde et lingua non deſinunt laudare eum a quo eterna habent. et gloſ. interli. q̄ ſolet crebro eſſe maximi põderis / in eodem verbo ponit. lingua. Probatur aliter concluſio. Multum nãq3 iucũditatis accipimus in concentu ⁊ melodia: et animus ad deum laudãdum ex cantu ⁊ inſtrumentis muſicis erigitur. hinc Saul Dauide pſallente non agitabatur ſpiritu maligno. et Heliſeus pſalten queſiuit vt ad reuelationem eſſet aptior. Ceterum Ariſtoteles. j. de Anima recitat quãdã opinionem aſſerentem animã eſſe muſicã: co ꝙ in muſica oblectamẽtum accipimus: ⁊ ſimile ſuo ſimili gaudeat. ⁊ in octauo Politicorum dicit muſicã eſſe a iuuenibus addiſcendã. Hinc eccleſia militãs exemplo eccleſie triumphantis / in depromendis dei laudibus / in hymnis ⁊ cãticis vtitur muſica. ergo eſt veroſimile ꝙ in patria erit celeſtis ⁊ vocalis ſymphonia. ¶ Quinta cõcluſio. Guſtus erit in actu guſtãdi in patria. ⁊ q2 hãc cõcluſionem efficaciter probare neſcirem: ſuaſiuas rationes ſm materiã ſubiectã occurrentes afferam. Prima eſt. quatuor ſenſus exteriores erunt in ſuis ſenſationibus: per quatuor concluſiones precedentes: ergo hoc non eſt negandum de ſenſu guſtus niſi apparẽtiſſime doceatur de oppoſito. Secundo arguitur ad cõcluſionẽ de omnibus ſenſibus. nam intellectus ⁊ voluntas beatificantur in coniunctione ad ſuum obiectum beatificum: ⁊ homo beatus bene vſus eſt his ſenſibus quos deus ſibi dedit: ergo ſalutem quam habere poſſunt habebunt. hoc autem eſt in cõiunctione actuali eorum cum ſuis obiectis: quia ad hoc inclinantur: et delectantur: et hoc appetũt. quelibet enim potẽtia apprehenſiua eſt ſua appetitiua. ſicut intellectus eſt voluntas. Tertio arguitur. Corpus habebit ſuas dotes / quia ſeruiuit anime: ergo et ſenſus. Quarto. dãnati in omnibus ſenſibus torquebuntur: ergo ⁊ beati in omnibus ſenſibus delectabuntur. habebũt igitur actus ſentiendi.

¶ Contra primam concluſionem arguitur. Celum non recipit peregrinas impreſſiones: ergo ſpecies viſibiles non deferuntur per medium. igitur viſus nihil illic videt. Reſpondetur. celum non recipit calorem frigus et qualitates primas cum qualitatibus ſecundis ex primis genitas: quales ſunt albedo / nigredo / ſapor / et odor. ſed recipit ſpecies / et lumen / et huiuſmodi ſpiritualia. ¶ Secũdo arguitur. Uel tactus erit ſemper in ſuo actu: et hoc non / quia calor realis in ſenſu tactus proprio non immutat ſenſum tactus. nam ſecundo de Anima dicitur ꝙ ſenſibile poſitum ſuper ſenſum non immutat potentiam. nec eſt aliquid tangibile ei applicatum continuo. ergo ille ſenſus non erit ſemper in ſuo actu. et ſi interdum in illo non ſit: nunq̄ erit in ſuo actu in patria. Reſpondendo quo ad argumentum quãtũ cogit: dico ipſum non probare ꝙ non ſit ſemper in ſuo actu. nam celum eſt tangibile: quia ſi quis eſſet circa celum ipſum digito contingens / reſiſteret: ſed nõ immutaretur a ſuo obiecto quo ad aliquam qualitatem primam percipiendam. hoc eſt: digitus celum methematice tangeret: ſed nõ actione reali. Beatus autem vbicũq3 ſit nõ facit latera loci diſtare: ⁊ ſic eſt aliquo modo in ſenſu tactus: hoc eſt mathematice. Sed forte intelligis de obiecto proprio eius qd ipſum perceptiue immutat. dico ꝙ interdum eſt in illo: ſcilicet quotiẽſcũq3 voluerit. ſi quis autem contendere velit tactum ſemper eſſe in ſuo actu: cum illo non contendo. ¶ Tertio arguitur contra ꝓbationem cõcluſionis. Aranea percipit melius q̄ homo: ergo ꝓbatio erat nulla. Antecedẽs eſt notum per verſiculos vulgatos. Nos aper auditu: precellit aranea tactu: Uultur odoratu: lynx viſu: ſimia guſtu. Reſpondetur. illa erat ſuaſio quedã. nec tamen credo illi dicto cõmuni de aranea ꝙ melius percipiat muſcã in ſua tela concluſam q̄ perciperet homo. et ſi illud ſit verũ: ſufficit ꝙ homo vt plurimum precellat.

¶ Contra tertiã concluſionem argumentor. Olfactio fit cum quadam euaporatione ⁊ reſolutione a corpore odorifero: vt videre eſt in primo vel roſa ſucciſa iamdiu in manu tenta: que ſenſim tabeſcit et langueſcit non ob aliud niſi per reſolutionem corporis ſubtilis a corpore odorifero exeuntis. ſed non eſt talis euaporatio hominum beatorum in celo: nec eius cũ celo receptio. ¶ Reſpondetur negando ꝙ olfactio fit vt argumentum aſſumit. hoc enim impugnat Commentator Secundo de anima: ⁊ bene: per hoc ꝙ tigrides ⁊ vultures a quingentis miliaribus per odorem venerunt ad cadauera mortuorum: vbi fuerat magna hominum cedes facta. modo inopinabile eſt ꝙ ad tantam diſtantiã multiplicetur odor cum tali fumali euaporatione / per reſolutionem corporũ ſubtilium. quia ſi illa corpora fuiſſent prorſus reſoluta in corpora ſubtiliſſima: nõ fuiſſent ad tantam diſtantiam delata orbiculariter. Inſuper vides ꝙ combuſtio modici ſulphuris replet integrã domum odore: q̄uis realiter fumus illius corporis nõ expandatur per totam domũ. ergo nõ eſt neceſſe ad hoc vt corpus odoriferum olfactum immutet: fieri hãc fumalem euaporationem. ſed ſuas ſpecies multiplicat que olfactum immutant: ⁊ odor apprehenditur ab eo. quia ſi realis odor attingeret olfactum / non perciperet odorem. nam intus exiſtens prohibet extraneum. vt is qui comedit allium / ipſum qui etiam comedit non percipit ſed qui non comedit / ſolum intentionaliter ſpeciebus allij immutatus ſtatim hoc percipit. ſic in propoſito ſpecies ſolum deferũtur per medium a corpore odorifero: ſicut ſpecies a colore ſine conſumptione coloris: Quod autẽ dicebatur de euaporatione pomi vel floris: hoc eſt per accidẽs ⁊ ad paruã diſtãtiã procedẽs / iuxta actiuitatẽ cauſe corporis reſoluctis. ⁊ ſi nõ eſſet odoriferum / idẽ ↄtingeret: ad imutãdũ potẽtiã olfactiuam nihil faciendo.

¶ Contra quartam concluſionem arguitur. Beati in patria linguis angelicis loquuntur: quia erimus ſicut angeli dei. ſed angelorum loquutio non eſt niſi notitia quam vnus alteri miniſtrat: ei oſtendendo illud quod cõcipit. ergo homines ſolum ſpiritualiter loquuntur: ita vt vnus beatus poſſit videre ſecreta cordis alterius beati vel angeli / quia videt deũ et eſſentiam anime: et notitia eit eque preſens vt anima. ergo ſi animam videre poteſt: et actus eius. Dicis cum Gregorio inſtante de materia et colore eque preſentibus entitatiue / ſed non obiectiue. Hoc non valet. nam pro

hoc ſtatu in quo ſumus/ ſubſtantiam nō intuemur [illegible] tem extra nos:bene autem colorem. ſecus eſt in patria vel de anima ſeparata. Jam ſic.loquētur in patria homines more angelico.ſed angeli nō vtenꝫ lingua corporali: ergo nec beati. Reſpondetur concedēdo maiorem:q: poſſunt loqui more angelico/⁊ more hominum: cū linguas ad hoc diſpoſitas habeant.de modo autem loquēdi angelorum ex.ix.diſtin. Secūdi ſuppono. ¶ Secundo arguitur cōtra eandē concluſionem. Loquutio nō fit niſi per aeris expulſionem ⁊ itus ſuſceptionē.ſed in patria nō erit aer.ergo non poteſt eſſe loquutio in patria. Hic Ab. Adelitonus dicit ꝙ celum empyreū intus ſuſcipitur ⁊ expellitur ⁊ reuniſtur more aeris. Introducit autē beatum Auguſtinū ſecundo ſuper Geneſim/ volentem hoc aſſerere de celo ſtellato.ſꝫ de illo celo hoc nō approbat. Illud nihil valet:nec b.Auguſtinum capit: ⁊ hoc quod b.Aug.dicit approbare debet. Quare alter ad hoc argumentū reſpondeo.iuxta varias imaginatiōes: quarꝫ quelibet eſt poſſibilis ⁊ apparens.cape illā que tibi magis placebit.vel adde aliā tuam. Una imaginatio eſt. Aer erit cum celo.nā corpora beatorum in celo erunt ſimul penetratiue.alioquin oporteret celum cedere. ſuaſio eſt ad hoc:quia omne quod beatorū corpora conducet/ſtabit cum celo/vt aer ſine quo nō bene viuit homo ſuas operationes exercēdo. Hoc autē mō tenendo nulla eſt difficultas quin beatus loqui poterit. Secunda imaginatio erit.quicquid deus poteſt facere mediante cauſa ſecūda/poteſt facere ſe ſolo.ſomnū autem/ voceſ ⁊ huiuſmodi poteſt facere mediante cauſa ſecūda ſcilicet aere. vocem ergo poterit facere mediante ſe ſolo. et ſupplebit vicem aeris:nec aer requiretur in genere cauſe materialis.ſi deus voluerit. Tertia imaginatio erit hec. In arteria vocali ⁊ ad labia vſqꝫ erit aer in homine qui poterit expelli ad ſupficiē labij.et literato intus ſuſcipi:⁊ ꝑ illū aerem erit loquela. Beatꝰ Auguſt.autē volebat dicere ꝙ deus poſſit mouere ſtellā per celum ſtellatum/celo manente firo:ita vt omnia que apparent in ſtellis ſaluarentur per hoc celo ſtellato quieſcēte. Pōt namqꝫ deus facere ſtellam penetratiue ſe habere cū celo ſtellato/ vt facit in corpore beati.ſi voluerit.⁊ illud debet cuilibet eſſe indubitatū.propterea tamen non eſt ita factum. Sic dicit ſecūdo ſup Geneſim/parū vltra medium:celo non moto ſi ſydera verterentur/fieri potuiſſe omnia que in ipſis ſyderum verſionibus animaduerſa atqꝫ deprehenſa ſunt.poteſt enim deus ⁊ celum ꝯteri/ reunire frangere ⁊ annihilare ſi voluerit.

## ¶ In quintam concluſionē arguitur.

Guſtus ordinatur propter nutrimentū.ſed in celo non erit nutritio:ergo nec guſtus. ¶ Secūdo arguitur.non erit aliquod guſtabile appoſitū ligue in qua eſt ſenſus guſtus. Si dicas.ſapor lingue eſt obiectum motiuum ſenſus guſtus. Obijcio.ſenſibile poſitum ſup ſenſum nō facit ſenſationē.tu enim nō percipis saporem lingue tue licet canis ſi eam haberet comedendā perciperet:q: lingua eius immutaretur ſolū a ſpecie guſtabilis: quare guſtabile ꝑciperet. ¶ Reſpondetur ad primum negādo antecedēs.nam pro omni ſtatu eſt de perfectione hominis ⁊ appetit coniungi ſuo obiecto per actum. ¶ Secūdū argumētum querit:quomodo obiectum ei applicabitur. Ad quod dico ꝙ erit aliquid ſapidū ⁊ tenue/lingue immediate applicatum/quod cuilibet optime ſapiet. Simile habemus in ſcriptura ſancta/ ⁊ ſuaſionem ſeu manuductionē ꝓpter rudes de māna. Nūeri.xj. ⁊ Deuterono.viij.quod cuilibet ſapiebat quomodo volebat. de quo Sapiē.xvj.hoc mō ſcribitur. Pro quibus angelorū eſca nutriſti populū tuum:⁊ paratū panem de celo ꝑſtitiſti illis ſine labore:omne delectamentū in ſe habentē ⁊ omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam ⁊ dulcedinē tuam quā in filios habes oſtēdebas.⁊ deſeruiēs vniuſcuiuſqꝫ voluntati:ad quod quiſqꝫ volebat cōuertebatur. Illic nempe erat figura ſaporis celeſtis. Litera autē pōt exponi de hoc quod ponitur ſup linguā btī ſicut ſcriptura nūc loquens de figura procedit ad figuratum. Et vocatur angelorum eſca:quia eſt illud quod linguis eorꝫ qui angelice viuunt ponitur. Quemadmodum autē ꝓ hoc ſtatu datur maximū nō ſenſibile a potentia viſiua tua:⁊ certa ꝓpinquitas in qua viſibile nō videtur(fortaſſe non erit ſic in patria)eodem modo poteſt eſſe de ſapore in lingua.

## ¶ Contra omnes concluſiones ſimul

argumentor. Si ſenſus quilibet ſit in ſua operatione:alter alterum impediet.nam iuxta Auicennam.vj. Naturaliū.parte.v.c.vij.vna potentiarū anime retrahit aliā a ſua operatione.quod oſtendo exēplariter.nā ſi quis loquatur multum intēto in viſu.is nō percipit:nec potentia auditiua vitaliter immutatur auditione:licet auris patula ſpecies ſoni recipiat:quia potētia viſiua eſt multum occupata in viſione.ſed beati non parū immergentur in viſione humanitatis Chriſti ⁊ beatorum:vt habꝫ beatus Auguſt. in lib. de ſpiritu ⁊ anima. ¶ Reſpōdetur.hoc argumentum ſi aliqd valeret ꝓbaret ꝙ viſus impediret actū intellectus ⁊ volūtatis. Quare dico ꝙ ꝓ hoc ſtatu vnus ſenſus multum immenſus ſuo obiecto ꝓhibet alios ſenſus/ne ſuos actus habeant intēſos. Ratio eſt:quia ſenſus concurrit cum obiecto ſenſibili ad ꝓductionem ſenſationis:⁊ eſt eadem anima numero in oībus ſenſibus alias ⁊ alias qualitates habēs ⁊ organa. Secus eſt pro ſtatu beatifico:in quo anima ordinatiſſime omnia vult:⁊ deus oīa ſupplet vbi opꝰ eſt. ¶ Secundo arguitur.beatus habet dotem impaſſibilitatis: ergo nō patitur aliquis ſenſus beati ab aliquo obiecto. Diſtinguo conſequens.vel paſſione animali ſenſus vel intellectus:⁊ ſic nego.vel paſſione corruptiua:⁊ concedo. ¶ Poteſt fieri argumentum cōtra illud quod dicebam in fronte huius queſtionis / ꝙ beati non dormiunt de Chriſto qui in naui dormiebat iuxta euangelium. Matthei.viij.⁊ tñ erat beatus. Ad quod dico ꝙ Chriſtus erat viator ſm corpus. ſed anima eius eius nude contemplabatur eſſentiam diuinaꝫ.vnde ſcriptum eſt. Ego dormio ⁊ cor meū vigilat. Cāticorū.v. De ſenſibꝰ vero interioribus ſolum reſtat conſequenter loquendū.

¶ Diſtinctionis.xlix. Queſtio Decimaquīta.

MAteriā beatitudinis ꝓſequēdo loqui oportꝫ de viſiōe in ꝟbo: ⁊ an ꝟbū vidēs oīa q̄ in ꝟbo ſunt cognoſcat. Ubi queraꝫ duo. Primo an vidēs deū/ipſuꝫ ꝯꝑhēdat. Scđo q̄d ſit videre aliq̄d in ꝟbo: ⁊ an vidēs diuinā eſſentiā/ oīa q̄ in ea relucēt videat. Ad pmū rñdetur negatiue. ꝓbatur. Nā Hieremie.xxxij.ſcribitur Fortiſſime/magne ⁊ potēs.dñs exercituū nomē tibi: magnꝰ ꝯſilio ⁊ incōꝑhēſibilis cogitatu. Et oñditur rōne.illud ci apprehēditur qđ ꝑfecte cognoſcitur.ꝑfecte aūt cognoſcitur qđ tm̄ cognoſcitur q̄tū ē cognoſcibile. Ubi ſi illđ qđ demōſtratiōe ē cognoſcibile:opiniōe ſolū cognoſcatur non ꝑfecte cognoſcitur.rō ē:q: ꝑfectiore notitia eſt cognoſcibile. Idem ꝓbat beatus Tho.q.xij.prime partis.arti.vij.q: deus eſt infinitus inītum enim intellectus creatus diuinā eſſentiā ꝑfectius vel minus ꝑfecte cognoſcit:inquātum maiore vel minore lumine glorie ꝑfunditur. cum igitur lumen glorie creatum in quocunqꝫ intellectu creato receptum non poſſit eſſe infinitum:impoſſibile eſt ꝙ aliquis itellectus creatus deum infinite cognoſcat. Unde impoſſibile eſt ꝙ deum apprehendat. Hec probatio eſt nulla:⁊ ratio eſt: q: deus poteſt creare infinitum intenſiue:vt ex primo ſuppono. et lumen glorie eſt habitus : et anima ſuſceptiua infiniti habitus:q: nullā efficiētiā habet anima reſpectu habitus: et adhuc talē habitum habens nō cōprehendit deum. Secūdo arguitur.quicqđ deus poteſt facere cū habitu : hoc poteſt facere ſine habitu poſſibili vel imaginabili:ſed per te ſi creatura haberet infinitū lumen glorie:deū cōprehenderet:ergo deus poteſt facere illud ſine habitu. Aliter ꝓbatur cōcluſio.nā ad cōprehenſionem requiritur ꝙ apprehendatur perfectiſſima notitia poſſibili.ſed hoc ſoli deo cōuenit cuius notitia eſt intellectꝰ diuinus ⁊ infinitus.ergo nulla creatura poſſibilis poteſt deum comprehendere.

## ¶ Contra concluſionē arguitur.

Exiſtentes in patria dicuntur cōprehenſores: ergo cōprehendunt deum. Rñdetur. cōprehēdere/quātum ſufficit ꝓpoſito/bifariā accipitur. Uno modo ſicut in corpore queſtionis iā diximus. Alio modo vt eſt intuitiue cognoſcere.⁊ ſic omnes in patria ſunt cōprehenſores.quo modo accepit Apoſtolus ad Philip.iij.dicēs. Sequor autē ſi quo modo cōprehendam. ¶ Secundo arguitur. dicit beatus Auguſtinus in libro de vidēdo deū ad Paulinā. Illud cōprehenditur qđ ita totum videtur : vt nihil eius lateat videntem.ſed deus eſt ſimplex ⁊ videtur.igitur nihil eius latet. ergo cōprehenditur. Rñdetur.beatus Auguſtinus capit cōprehendere alio modo nunc dicto: q: eius aſſumptū nō ſufficit ad cōprehēſionē de qua loquuti ſumus. ¶ Tertio arguitur. Nemo poteſt videre deum:ergo queſtio ⁊ cōcluſio falſum ꝑſupponunt. ꝓbatur antecedens : q: viſio dei ſi eſſet poſſibilis/eſſet infinite ꝑfecta . ſed nulla talis eſt dabilis.nam licet putē dari poſſe infinitum in gradibus intenſionis:non opinor ꝙ aliqua creatura dari poſſit infinite ꝑfecta eſſentialiter. Sed ꝓſequor aſſumptū/ ꝓbando ꝙ ſi dari poſſit viſio dei/illa eſſet infinite perfectionis entitatiue . et hoc ſic. Scđo metaphyſice dicitur. Sicut res ſe habet ad eſſe/ſic ſe habet ad cognoſci . in propoſito:qualis eſt ꝑfectio obiectorum cognitorum talis eſt ꝓportio notitiarum de illis obiectis habitarum. qđ ꝓbo;q: ſemper perfectioris obiecti eſt perfectior notitia . ergo obiecti infiniti eſt notitia infinite perfecta. ¶ Confirmatur hec ratio.nā dato oppoſito/ſequitur ꝙ notitia alicuius creature erit adeo perfecta entitatiue vt notitia dei.qđ eſt falſum . patet conſequentia:quia ſi notitia dei eſt finite ꝑfecta:ipſa ſolum finite excedit ꝑfectionem alicuius creature:⁊ cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum eſt certa proportio. Tertio Phyſicorū.ergo tādem aſcendēdo ꝑ creaturas dabitur vna notitia creature adeo perfecta vt notitia dei.quod non eſt poſſibile. ¶ Ad primum iſtorum argumentorū nego antecedēs. ⁊ ad ꝓbationem eius nego ꝙ notitia dei etiam diſtincta ſit infinite perfectionis entitatiue: loquendo de notitia creata. Et nego hanc ꝓpoſitionem:qualis eſt proportio obiectorum in ꝑfectione : talis eſt ꝓportio notitiarū de eis habitarum/quo ad finitum ⁊ infinitum.bene autem quo ad perfectionem maiorem ⁊ minorem:quia ſemper perfectioris obiecti perfectior eſt notitia. ¶ Et ad confirmationem nego ꝙ notitia alicuius creature erit tāte perfectionis quāte notitia dei. hoc enim nō eſt poſſibile ponēdo ꝑfectionē notitiarum ex parte obiectorꝫ. Et nego ꝙ ſit certa ꝓportio in perfectione cuiuſlibet finiti ad quodlibet finitum.nam ſi notitia inferioris indiuidui in ꝑfectione duplicaretur/triplicaretur/⁊ ſic aſcēdēdo in infinitum in eadem ſpecie:nunꝗ̄ erit ꝑfectior ſpecifice/ licet bene indiuidualiter.ſicut ſi ad imaginatiōem(que nō eſt poſſibilis)res circuiret omnes ſpecies inferiores/ nunꝗ̄ veniret ad ꝑfectionem ſuperioris ſpeciei/quouſqꝫ ſupius repꝛſentaret:et eſſet eius notitia. Hoc patet inter nigredinem et albedinem:q: notitia intuitiua albedinis excedit īfinite notitiam intuitiuam nigredinis:hoc eſt/ improportionabiliter . puto etiam ꝙ dari poſſint infinite ſpecies intermedie : quarum quelibet erit ꝑfectior nigredine/⁊ imꝑfectior albedine.et eſt eadem difficultas quo ad aliqua in argumento/inter notitiam nigredinis que poteſt habere infinitas notitias ꝑfectiores nigredine citra ꝑfectionem notitie albedinis. Dicebā(ponendo ꝑfectionem notitiarum ex parte obiectorum) q: ſupius diximus ꝙ reſpectu eiuſdē obiecti poſſunt dari due notitie intuitiue ſpecie diſtincte:et ꝑ conſequens vna erit perfectior alia. Et qua ratione due/poſſunt dari infinite:quia reſpectu angeli eſt vna notitia intuitiua quā anima ſeparata habet:⁊ alia altioris ſpeciei quam angelus ſuperior habet . Adhuc in qualibet parte proportionali hore future poteſt deus facere perfectiorem notitiam reſpectu eiuſdem angeli : quelibet tamen erit finite perfecta.poteſt item quis imaginari ꝙ aliqua notitia illic erit tante perfectionis quante eſt notitia intuitiua dei. qđ adhuc non credo. ¶ Quarto arguitur.quilibet beatus cognoſcit deum infinite: ergo deum comprehendit. antecedēs probatur: quia ſi ſolum cognoſcit deum finite:errat cognoſcendo: ſi infinite/habetur propoſitum. ¶ Reſpondetur per propoſitiones:quarum prima eſt. quilibet beatus infinitatē dei cognoſcit. ꝓbatur ſic. hunc deū cognoſcit:hic deus eſt infinitas dei.igitur. ¶ Secunda ꝓpoſitio.ſtat finitū infinita notitia cognoſci: ⁊ infinitū finita notitia cognoſci.prior pars patet de notitia dei in ordīe ad creaturā. ſcđa de notitia beatifica. ¶ Tertia ꝓpoſitio.deꝰ a beato cognoſcitur īfinitꝰ.nā ſi cognoſceretur ſub rōne finitatis: nō ſufficiēter ſatiaret intellectū btī:nec cognoſceretur ſub rōne btīfica ⁊ optima.beatꝰ enī eēntie vnitatē/⁊ ꝑſonarꝫ trinitatē videt:q̄ priꝰ credidit.nā hñs ꝑfectā ⁊ diſtinctā notitiā dei/videt oīa eiꝰ īterna:⁊ q̄cq̄d cū ipō idētificatur.

¶ Diſtinctionis Quadrageſimenone.
Queſtio Decimaſexta.

REſtat quæſtio proxime iam ꝓpoſita:quid ſit videre in verbo : et an vidēs verbū omnia que in verbo relucent/ videat. Pro cuius ſolutione ſcito ꝙ nō facio hic difficultatem de viſione in proprio genere.notum eſt enim ꝙ beatus acquirere poteſt alias notitias tā abſtractiuas q̄ꝫ intuitiuas ex ſeipſo. Sic ergo intellectu queſtionis reſtricto/aliqua ꝑmittā:poſtea concluſiue reſponſurus. ¶ De viſione in verbo recētiores ab antiquis diſceſſerunt. Antiqui enim dicebant ꝙ beati vidēt res in verbo tāꝗ̄ in ſpeculo in quo creature relucēt.ſed q: hoc indigeſtū poſterioribꝰ viſum eſt:aliā viam imaginati ſunt. Antiquorum autem modus dicendi erat iſte. Beati vident in verbo tanꝗ̄ in ſpeculo res in eo relucentes.et qualitercunqꝫ antiqui intellexerint/ non refert modum illum explicabo : ſupponendo pro fundamento:ꝙ angelus ſibi relictus et quilibet beatus vel anima beata poteſt intueri ſecreta cuiuſlibet crea-

